BIBLIOTECA NAZIONALE
13
6 E
16

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

29 29
f f
24 23
29.2.24.
13-6.a.29

DE PACTIS NVPTIALIBVS, SIVE CAPITVLIS MATRIMONIALIBVS TRACTATVS.

MVLTIS REGIAE AVDIENTIAE CATHALONIAE, ET ALIORVM grauiſsimorum Senatuum, particulari diligentia ad propoſitum exquiſitis, deciſionibus ornatus.

ADEO VT NIHIL FERE DICATVR, QVOD NON VNA; aut altera deciſione comprobetur.

PER IOANNEM PETRVM FONTANELLA IVRISCONSVLTVM, EX OPPIDO Oloti, Cathalanum Ciuem honoratum Barcinona in albo conſcriptum, ac in eadem Ciuitate apud ſuprema Principatus tribunalia cauſarum patronum, elaboratus.

In quo reliquæ clauſulæ, quę in inſtrumentis capitulorum matrimonialium apponi ſolent, aliquali ſtudio diſcutiuntur, & omnes ferè materiæ circa eadem, imò & ferè circa omnes iuris difficiles queſtiones, quas hæc tractatio pro opportunitate capere potuit occurrentes, nonnullo labore examinantur.

TOMVS POSTERIOR.

SACRO PRINCIPATVS CATHALONIÆ SENATVI DICATVS.

Cum duplici indice, Gloſſarum vno. Et generali materiarum altero.

BIBL. SOC. IESV

Anno 1622.

BARCINONÆ, Cum Licentia, & Priuilegio, Apud LAVRENTIVM DEV;

Expenſis Michaëlis Meneſcal.

Digitized by Google

APPROBATIO.

HVNC de pactis nuptialibus tractatum sapientissimi, & acutissimi Doctoris Ioānis Petri Fontanella, quem Illustrissimus, & Reuerendissimus Episcopus Barcinonen. mihi perlustrandum cōmisit, diligenter euolui, inueniq; eum non modò sanæ, Catholicęq; doctrinæ, & sine piarū aurium offensione; verùm etiam verbis limatum, sententiarum pondere grauem, eruditione refertum, antiquorum, recentiorumq; Iurium peritorum placita, & opiniones subtiliter expendēte, tantoque suo Auctore dignissimum. Quare non solùm censeo dignum, qui prælo mandetur, sed qui continuè omnium Iurium peritorum oculis, manibusque versetur. Dat. Barcinonæ in nostro Carmelitano Conuentu die 15. Iunij 1621.

Fr. Paulus Alzina S.Th.D. ac Prior Monasterij B.M. de Carmello Barcin.

Imprimatur.

Ioan. Episc. Barcinonen.

Errata, quæ inter excudendum irrepsere, sic corrigito.

pagi.	col.	num.	lin.	errata.	correcta.
5.	2.	23.	23.	num. 1.	num. 17.
11.	2.	44.	3.	declarationi, ideò non est, quòd ei multū innitamur.	ideò non est, quòd ei declarationi &c.
52.	2.	2.	46.	Iurisconsultus.	Imperator.
63.	2.	36.	2.	descendētibus.	ascendentibus.
67.	1.	34.	42.	in fauore.	in fauorem.
68.	2.	ex nu. 16.	13.	ponitur multo ties, maridagiū.	ponatur marita gium.
79.	2.	23.	5.	non est.	deleatur, non.
80.	1.	51.	22.	sine contractu.	sine contactu.
110.	1.	50.	53.	absolueretur.	absoluetur.
160.	1.	37.	16.	agnoscendis.	agnascendis.
189.	2.	24.	27.	853.	583.
238.	2.	55.	40.	quæ.	quam.
324.	2.	4.	57.	scribente.	scribenti.
355.	2.	1.	2.	annexo.	annexum.
365.	2.	1.	14. *in fum.*		
			post fum.	hoc.	hæc.
366.	1.	1.	4.	doluisse.	doluissem.
392.	1.	2.	34.	abscondidit.	abscondit.
536.	2.	in tit.		illis speciebus.	illis speciebus.
540.	2.	31.	55.	Fanel.	Fontanel.
554.	2.	12.	27.	obligatus.	obligaturus.
555.	1.	15.	31.	203.	205.

PRIVILEGIVM REGIVM.

Lo Duch de Alcala Loctinent y Capita General, &c.

PER quant lo Doctor micer Ioan Pere Fontanella nos ha feta relacio, que ha compoſt vn libre intitulat *De Pactis nuptialibus, ſiue capitulis matrimonialibus, TOMVS SECVNDVS*, en que ha poſat molt eſtudi, vigilies, y treballs, ſupplicant nos que en premi de aquells, foſſem ſeruits concedirli licentia pera imprimirlo, y traurer à llum ab prohibitio durant lo temps à Nos ben viſt. E Nos tenint conſideratio à que dit llibre contè gran erudicio, y que ha de ſer de gran vtilitat a la Republica, de que nos ha conſtat per relacio de perſones doctes y eminents en la facultat, a les quals fou comeſa la regonexenſa, y cenſura del dit libre, ho hauem tingut y tenim à be. Perço ab tenor dela preſent donam y concedim licencia y permis al dit Doctor Ioan Pere Fontanella, que obtinguda primerament licẽcia del Ordinari puga liberamẽt imprimir y vendrer lo dit libre: manãt expreſſament a totes y qualſeuol perſones de qualſeuol grau, ſtat, o, condicio ſien que durant lo temps de deu anys de la data infraſcrita en auãt comptadors, no pugan en ninguna manera imprimir ni vendrer ni fer imprimir ni vẽdrer lo dit libre, axi lo primer com lo ſegõ tomo, ſens orde de dit Doctor Fontanella, no obſtant que lo temps en la primera licencia expreſſat ſie ja finit, ſots pena de perdrer tots los libres que altrament ſe trobaran imprimits, mollos y aparells de la impreſsio, y de ſinch cents florins de or de Arago als Reals cofrens applicadors y dels bens dels contrafahents irremiſsiblement exigidors. Sots la qual pena diem y manã no res menys a tots y ſengles Veguers, Balles, Sotsveguers, Sotsballes y altres qualſeuol officials, axi reals com de Barõs, y majors com menors, que la preſent noſtra licentia tinguen, guarden, y obſeruen, tenir, guardar, y obſeruar faſſen, y contra no vinguen en manera alguna, ſi la gratia de ſa Mageſtat tenen chara, y en la pena dita deſijen no incorrer. Dat en Barcelona a xj. de Maig M. DC. XXI.

El Duque de Alcala.

V. De Çalba & de Vallſeca Reg. V. Bru Reg. Theſau.

Michael Perez.

In diuerſor. lo. xxj. fol. xxv.

REGIIS PRINCIPATVS CATHALONIÆ Conſiliariis integerrimis.

Joan. Petrus Fontanella. S.

VT Fluvii, Oceani filii, Regie Senatus, *à parente, pleno gurgite promanantes, poſtquam ſuo munere functi, non minus proprias vndas, conquiſitis undiq; gemmis, auri, argentiq; ramentis ditarunt, quam anhela paſcua, & exſuccidos cãpos pingui rore fecundarũt, in ſuum alveum redeunt, Tarteſiacas arenas, auratum limum, pretioſam tempeſtatem, nitentes uniones, Tagus, Pactolus, Hermus, Iſter grate foenore immittentes: Sic & hic noſter Fonticulus, ex veſtro Deciſionum Oceano derivatus, in veſtrum etiam pelagus vaſtiſsimum ſeſe totis oſtiis effundit. Quidquid habet profunditatis, à vobis hauſit purũ, liquidumq; nõ conſectatus rivulos turbidos, ac lutulentos; quidquid credidiſtis, reddit, neſcio an ſine lucro, ut ſit quaſi honorariũ Symbolum veſtrorum in me meritorũ, grati animi ingenuo murmure: Quae de manu veſtra accepimus, reddimus vobis. Neque enim ſecundis acceſsionibus, ex Xenophontis Socratici aureo praecepto, quas vos ipſi noſtris rivulis faciendas cenſuiſtis, adeò intumuimus, ut immemores tantorum munerum, tanti Parentis Imperium, & reverentiam, ingratas alio dirigentes aquas, detrectemus. Quod ſi ab aliis fluminibus, nova accipiunt maria aquarum, & divitiarum incrementa; hoc mihi quo minus pro voluntate praeſtare poſſem largiſsimè vobis, vosmet veſtra in me profuſiſsima liberalitate denegaſtis. Quis enim noſtrũ primò ſcaturiẽtẽ fõtẽ, tam amicoſinu cõplexus eſt? Quis liberiùs fluentem, tam copioſis undis eſt proſecutus? Quis tortuoſis iam ludentem, & relabentem identidem erroribus, tam fulva perennitate non nominis ſolum, & gloriae, ſed gemmiferae opum inundationis ditavit, niſi vos? Qui, ut clariori ferar curſu, erũpentem Advocationem noſtram tam benigno excepiſtis amore; adoleſcẽtem tam regio favore ac patrocinio foviſtis; praetextato, & virili exundantem curſu, tam munificè honeſtaſtis, ut iam inde à primis initiis Clientes, manifeſtiſsima veſtrae benignitatis ſignificatione allecti, catervatim me unum Advocatum, ad cõmunem ſuarum familiarũ fortunã defendendã invocarint, adeò pretioſis muneribus meos labores decorãtes, ut brevi potuerim ſatis lautũ mihi conficere Quiritis Barcinonenſis, imò & liberis meis ejuſdem nominis ſatis amplum relinquere Patrimonium. At hic ſtetit veſtrae fluminen benignitatis? Cum me in iſto honoris faſtigio per vos conſtitutũ vidiſtis, prioribus impellentibus muneribus, latiores munificae liberalitatis veſtrae aditus patuere: ſiquidem inter Tre-*

1. Paral. 14. Plut. 1. de Tranquil.

viros egregios, quos Catholico Regi proponere ſoletis, in demortuorũ ſociorum locum ſufficiendos, me unum prae caeteris deſignare iterum atq; iterum non ſinitis, tanta benevolentia, ac munificẽtia, ut qui majoribus à vobis ſint aucti muneribus, nulli; qui aequis, vix vel digito numerãdi advocati reperiãtur: cum interea nihil à me, praeter obſequioſam voluntatem acceperitis; nam paria referre tenuitas noſtra, & Sene. lib. 1. de beneficijs c. 6. *beneficentia veſtra omnino negarunt. Sed veſtra munera generoſiora ſunt, quàm ut hamata, paria velint expiſcari. Veſtra beneficia longiſsimè abſunt à negotiatione, cum unicam virtutem & beneficentiae ipſius decorem, feliciſsimum veſtrorum beneficiorum praemium exiſtimetis. Nec enim eſtis vos ex eorum numero, in quos* Ovid. de Ponto. *meritò invehitur vates ingenioſus:*

Nec facilè inuenies multis in millibus unum,
Virtutem, pretium qui putet eſſe ſui.
Ipſe decor recti facti, ſi praemia deſint,
Non movet, & gratis poenitet eſſe probum.

Veſtra gloria eſt, officio ſemper certaſſe priores, & largam Oceani manum imitari liberaliori profuſione felici auſu, imò & ſucceſſu feliciore ſuperare. Vtrum verò, inter hujus centuplae largitionis torrentes, ex aureis venis, & ſinuoſis Maeandris gemmiferis Iurisprudentiae, quos noſter fluvius alluit felici lapſu, aliquid auri, vel gẽmarum interfluxerit, veſtrum eſto judicium. Totum hoc, qnantũcũque eſt, quod certè maximo labore, & vigiliis ad veſtra maria alieno fundo ductũ eſt, vobis libens, & lubens refundo. Excipite & vos, Clariſsimi Senatores, *eodem ſinu, quo reliquas hujus fontis undas amplexi eſtis: Ita fiet ut nec hae gliſcente etiam malevolorum, ſi qui ſunt, obtrectationis, & invidiae voragine, neque veſtrae benignitatis plena maria, ulla unquam decrementa patiantur. Non illabor in veſtrorum prudentiae, Sapiẽtiae, Integritatis praeconiorum aequora profundiſsima, quae ſunt etenim tanta dicendi flumina, quae non obruerentur potiùs, quàm decorarent? Comprimo curſus tantis ſpatiis impares, inferiores conatus praevia ingenuitate teſtatus, ne altum ridendus, & irridendus, tentem avaro Mari divitias mittere. Barcinone v. Idus Majas. Anno M.DC.XXII.*

AD LECTO-

AD LECTOREM.

ECVNDAM (candide Lector) Capitulorũ Matrimonialium partem, quam promiſeram, exhibeo. Satisfeci fidei meę, deſiderio non ita, quo tenebar, opus omni ex parte luculentum euulgandi. Id ob ingenij paupertatem minime potui præſtare. Spes tamen eſt non exigua, fore vt quemadmodum prima pars huius operis edita nõ diſplicuit (coniector, vel ex hoc vno, quòd eam à compluribus perdoctis hominibus, qui poſt me ſcripſerunt, pluſquã ſperare aut optare potuiſſem, laudatam videam) non minùs grata accidat pars hęc altera, quam modo ſiſtimus, poſt tam continentem, ac longum rerum forenſium vſum, quibus in multiplici negociorum varietate, per annos decem à primæ partis euulgatione, exerciti ſumus, elaborata.

Quod ad materiam, ordinẽque attinet, non hic alium, quàm in primo opere ſequor. Proſequor meis ſcholijs, ac explicationibus quidquid ſuperfuerat de Capitũ Matrimonialiũ clauſulis, ad cõſtitutionem, reſtitutionemve dotis (frequẽtiſsimã materiã) potiſsimũ attinentibus. Ea dumtaxat expono, quæ maximè futura ſunt vſui, quæq; ad decidendum de varijs cauſis peraccommoda noui, plurima quæ faciliùs potuiſſem ingerere non ſimilia, quia de eis copioſa admodum, & locuples eſt librorum ſuppellex, omninò reijciens. Illud etiam enixè ſtudui vt nihil non grauioris alicuius Senatus, ac NOSTRI præcipuè (cui, niſi me fallat natiuum ingenium, paucos pares, ſuperiorẽ reperias nullum) teſtimonijs ſuffultum, deciſionibus roboratum, adducerem. Quo fine vix quidquam tutò decerni, ſcribive poſſe, autumo. Hinc ea quæ multorum ſpatio annorũ diſtuerant abſq; eo quod ſcirent homines quid SENATVS NOSTER à priſcis indè temporibus ſeruare in materijs neceſſarijs, quæ hic tractantur, conſueuerat, quàm poſſum diligenter inueſtigo, & innenta omnibus nota facio. Deciſiones illas numeroſas, quas per totum opus diſperſas offendis, partim ex proceſsibus, quos habui in oculis, & manibus in omnigena cauſarum apud Iudicem actione; & partim ex Regijs ſcrinijs, illas nimirum omnes, in quibus nomen Scribę, penes quem relatæ ſunt in tabulas, ſubtexo, eduxi. Quibus haud eſt cur fidem deneges, cum egò relatori nulli fidem tribuerim, ſed omnia ſedulò lectitarim. Id colliges facilè ſatis vel ex hoc vno quòd in omnibus factum enarro, & ipſiſsima refero verba. In quo multos peccaſſe vidi, qui cum decernentis Senatus auctoritatem adducant, ſingularitates caſuum reticent tamen, & circunſtantias eorum, quibus ignoratis, ad caſus quos exiſtimamus ſimiles, vel ipſiſsimos, illa iuuari haud valemus.

Quot fuerim in hoc edendo opere perfunctus laboribus, dici vix poteſt. Hinc me regiũ euocabat ſcrinium vt ibi perpetuò eſſem perquirens & comprobans materiæ accommodas deciſiones. Hinc me inſtabant notarij, vt eorum proceſſus ſcrutarer, flores deciſionum, quę ſunt in eis, decerpturus (Vndè cogitas me potuiſſe tam vberiotem earum ſegetem, ſi has diligentias prætermiſiſſem, recolligere?) Hinc clientum frequentia ad ſuorum ſtudium negociorum, volentem nolentem rapiebat: ſingulari Dei beneficio factum puto non ſuccubuiſſe oneri. Huius induſtrię, impenſique laboris, nullum præter gratum animum à te (amice Lector) exigo præmium. Carpito (amabo te) ex hac arbore fructum, non ramos, non truncum, non radices, non authorem: quis enim æquo animo ab his ipſis vellicari ſe ſinat, in quorum gratiã immenſos penè exanthlarit labores? At nihil mihi proſunt, quia doctus ſum, nihil ignoto, inquis. Placet. Sed fine alios, quibus forſan non eſt tanta doctrinæ ſuppellex, eiſdem pacatè, pro ſuo captu perfrui,

Id ſi feceris, noſtraſque lucubrationes, & operam; quã puros, ingenuoſque animos decet, benignitate exceperis, & Deo gratum facies, & à me obtinebis, vt quod de SENATVS CATHALONIÆ Deciſionibus iam pridem tuũ ad vſum elaboro volumen, aliquando tandem euulgẽ. Sanè me priùs deficiet vitæ ſpiritus, quàm huiusmodi deſim ipſe laboribus: talis eſt genius meus, natiuaque propenſio ad ſcribendum. Faxit Deus Opt. Max. vt Auctoris deſiderio par ingenium, pares eſſent vires. Vale.

AD IOANNEM PETRVM FONTA-nellam V. I. D. Auctoremque libri, Fratris Benedicti Fontanella, S. Theo. Doctoris, Abbatis Monasterij Sancti Petri Oppidi Bisulduni, ac Deputati Ecclesiastici Principatus Cathalonia, Auctoris Patrui, & Auunculi.

EPIGRAMMA.

IMpera aquas, fluxusque tuos, riuosque coërce.
Ne pudor accrescat flumine, pone modum.
Creuit in immensum gratissima munere lympha.
FONTICVLVS plenis iam fluit Indus aquis.
Æternum decus antiquis insignibus addis,
Cùm primùm fontes anulus iste notat;
Quando secunda fluit crispanti haec gloria FONTE,
Gemma ornat FONTES, stemmata nobilitat.
Si vltrà aperis, haec signa mouens: plena æquora mittes;
Quae eradant generis stemmata prima tui.
Pone modum: si pergis, erunt maria ista futuris
Probrum, praeteritis liuor, & auxilium.

AD EVNDEM AVCTOREM

Ioseph Fontanellæ Legum Studiosi, & Benedicti Fontanellæ Rethoricæ Alumni, Filiorum Auctoris.

EPIGRAMMA.

Cur ita largifluis exundas fontibus? vndas
Exhauris omnes? ebibis vnus aquas?
Quid refert, fuerat quod FONTANELLA, sit altus
FONS, si perspicuo vitreus amne fluit?
Euomis à fundo, quod deriuabat honorem
Riuorum in naros, omnis & vnda tua est.
Impellet mœstos dein crebra querella susurros,
Arebunt; scyphi, ni lachryma vda riget.
Parcito FONTICVLIS, aliquidq; relinquito natis.
Si cupis, vt fundant flumina, claude tubos.
Si lura exhauris, laudis, decorisq; fluenta,
Quæ reliqua est, nostris quę fluat vnda scyphis?

AD

AD EVNDEM AVCTOREM.

Eiuſdem Fr. Benedicti Fontanellæ.

CARMEN.

PAtria magnanimos quæuis lætatur alumnos
Muneribus præſtare ſuos: ſtudioſa parentum
Pectora nec maius quicquam virtute nepotum
Contingit: laus eſto patri ſapientia nati.
Ergò, cùm aſsiduum contendens iura clientum
Turba ruant, rerumq; in te cum turbine cedant;
Hunc, opus exiguum miramur tempore tantum
Cæſarei fulcrum Iuris, te condere librum;
Exactumq; typis duplex mandaſſe volumen,
Quod iuuenes, Legumq; petit ſtudioſa ſenectus.
Nunc igitur reſtat, ſcriptis ne limina ponas
Eximijs: ſed multa, alijs ætate vitilis
Fructibus adſcribes tempus, monimenta relinquas.
Sic etenim Patriæ, cui naſcimur, æqua rependes
Commoda, Cõſultis aderis, tibi fama perennis,
Quæreturq; tuis, viues per ſæcula, tandem
Sunt tibi, qui repetant patris veſtigia, nati.

AD EVNDEM AVCTOREM.

Ioannis Fontenellæ V. I. D. eiuſque fratris.

EPIGRAMMA.

QVid tua ſub tacito remorãtur docta papyro
Scripta, nec à lentis ſubtrahis illa typis?
Intima Doctorum peregrè ſi forte legentum
Noueris, & reliquos in tua dicta viros:
Nec mora, nec requies tibi ſit proferre volumen
Iſtud, & egregium condere ſemper opus.
Ipſe ego cùm celebri nuper ſtudioſus in vrbe
Gymnaſijs, tempus Legibus adijcerem:
Inſignes virtute viros ad ſydera primum
DE PACTIS vidi tollere ſæpe librum.
Doctor & vlterius, quod parturis ipſe, volumen
Cenſuit orbato lumine poſſe lui.
Pro meritis coluêre tuis me Iuris alumni:
Tantus ab exculto nomine ſurgit honos.
Ergò tuos ctiſpantis aquæ ne ſtringito riuos;
Ipſa ſed in campos vberet vnda tuos.

AD EVNDEM AVCTOREM.

Eiuſdem Ioſephi Fontanellæ.

EPIGRAMMA.

COmmoda qui natis ſupponant lauta, parentes
Tot propè ſunt, homines quot bona lauta parant.
Sed decus, & virtus patrum ſuperaddita paucis:
Dum tamen haec proli, nobilitaſque fluant.
Nos vtrumque tibi debemus iure parenti,
Qui præluxiſti nobilitate tuis.
Et monumenta libris Legum præclara dediſti,
Quae ſint, ò vtinam, calcar ad alta mihi.
Sunt (fateor) plerumque, patrum qui Semine claro
Degenerent animi, nec ruditate cadant.
Sed quicunque manet pallente ſub arbore pomis,
Vix fame ſubduci creditur ille graui.

AD EVNDEM AVCTOREM.

Eiuſdem Benedicti Fontanellæ.

EPIGRAMMA.

EXTAT percelebris docti ſententia vulgi,
Omne quòd ex proprio ſordeat ore decus.
Si tamen in cunctas hominum peruenerit aures
Præclarum factum, tunc ſua quiſque canat.
Cùm tua ſint igitur Legum tam grata peritis
Scripta, quòd hinc cunctis ſunt ea nota viris:
Gratuler, & laudem, licet, hîc impunè parentem,
Et ſimul exoptem ſemina tanta mihi.

Hyacin-

Hyacinthi Rochani V. I. S. In laudem Auctoris eiusdem mœcenatis.

EPIGRAMMA.

PRISCA Gotholanæ caderet si gloria genti;
FONTANELLA, decus qui daret, vnus erit.
Indè per immensum Gradiui gloria Martis,
Et Virtutis honos, prosilière viri.
Hinc laudis crescunt, decorisque fluenta per orbem,
Et frux orta manu fertiliore venit.

AD STVDIOSAM LEGVM IVVENTVTEM Eiusdem Rochani, In Auctorem.

CARMEN.

DEBEMVS Patriæ, debemus plura Parenti,
Vincere nec patrium dicitur vllus amor.
Settamen & scriptis debemus plurima Doctis,
Et quorum ars in nos ingeniosa cadit.
Pro meritis spectata, rogas, quę munera cedant?
Nil aliud petitur, quàm studiosa manus.
En liber eximia Doctoris conditus arte,
Ad Leges nitido lumine præbet iter.
De PACTIS inscripsit eum DOTALIBVS Auctor,
Quo nihil vtilius Regia praxis habet.
Quàm tibi frugiferens, quæ sit fœcundia libri,
Commoda quę pariat, quę monumenta ferat:
Egregios, quos ista petunt, tibi consule Iuris
Consultos: relegas sin minùs ipse librum.
Artificem structura refert, vberima fructus
Terra virens sequitur, frigora dantur aquis.
Sic quoque legales exuberat iste per agros
Fons, vt amet quisquis fertilitate frui.
Sicque opus absoluit florenti Conditor æuo,
vt tunc festinans non sit aborta canis.
Si cupis ergò rudem, Lector Studiose, iuuentam
Tergere, & ingenio condere Iura tuo:
Hæc perpulchra legas nitidi monumenta laboris,
FONTICVLIque velis nectaris esse bibax.
Fructus (crede mihi) poteris tibi carpere tantum,
Vt nunquam librum non habuisse iuuet.

CHRISTOPHORVS CORNELL EX BVRGENsibus honoratis Porpiniani, ac I.V.D. Barcin.

GAVDETE omnes Consulti Iurisque periti,
Iuris amatores vos etiam reliqui:
Nam vobis nunc FONTANELLA disertus aperto
Ingenij clari FONTE salubre sui
Iuridicos iterùm irrigat hoc iam nectare campos,
Et gaudens iterum dulce liquore fluit.
Hoc igitur vos ingenium nutrite legendo
Nectare iam vestrum, nunc opus hoc legite:
FONSque dabit mox hic alium, dulcemque liquorem,
Vt vobis fructum præbeat ille suum.

FRAN-

FRANCISCVS PETRVS RVBI BVRgenſis honoratus Podijceritanen.& I.V. D. Barcinonen. ac ad præſens apud ſuam Maieſtatem Regis Hiſpaniæ pro Principatu Cathalonię Orator, Auctoris Gener.

Ad Lectorem.

POTERAM non vno exemplo, cum Q. Mutio Augure, multa dicere de meo Socero, nulli nova, nulli injucunda; nec dubitare illum plenis buccis appellare Sapientem; is enim eſt cujus opera ſatis clarè loquuntur quae ſimul ſpectavit orbis, & probavit: quem, tacentibus aliis, ſui Tractatus, & labores adeo laudant, ut, quod à Romanæ Rotae Senatoribus uni ex prima Iuriſprudentiae claſſe contigiſſe glorioſiſsimum erat, poſt multa vulgata volumina; id meus Laelius primo felicis ingenii nitēte lumine compararit, neſcio an majori felicitate, quàm dignitate, vt ſcilicet ſuorum dictorum teſtis locupletiſſimus appelletur,& commendetur. Id etiam poſtulabant Regii Senatus viduatae cultoribus,& illuſtratoribus Deciſiones; nunc huius cultu divites, & illuſtres; id omnis eruditionis, quod ad noſtram Iuris-prudentiam ſpectat, pretioſa Repoſitoria, digna ſcriniis Darii, Moeonicis operibus conſecratis; id denique omnium doctiorum ſuffragia, quibus ſi ſubſcriberem, ſcriberem quidem, quod te in admirationem raperet, Lector Humaniſſime, quodque multos in invidiam, auctorem modeſtiſſimū in ruborem vocaret. Ideò, ut abſit vel ſeviſsima adulationis ſuſpicio, mihi met ipſi jucundè gratulor, qui tantum nactus ſum ſocerum, tantum patrem, tantū meorū ſtudiorum ſocium, magiſtrum, ornatorem, ditatorem, ac domeſtici decoris illuſtratorem, quantum nunquam, auſus eſſem expectare. Cuius ſi premam veſtigia, ut ipſe domeſtico exemplo Ante ſignanus invitat, admovetque calcaria, brevi tempore cum primis huius Principatus Patronis, vocem, manus, ſtilum, pedem conferam; ac in ſupremo honoris culmine collocatus celebriorum legum Principum gloriam, non ſine magna mea felicitate exaequabo. Gratulor & Soceri Patrię indulgētiſsimae, in qua ſi pares multi ſoles ſplenderent, noſtrarū legum Phoebi clariſsimi erubeſcerent. Sed haec irrita vota ſunt. Illis utinam annuat Deus, ut tanti viri labores longum fortunet, atque ad publicum clavum proferat, ut conſiliis patriam, innocentes integritate, ſuos benigna potentia tueatur. Vale.

ARGV-

SENATVS CATHALONIÆ

PRO DECIDENDIS CAVSIS, TAM CIVILIBVS, QVAM CRIMINALIBVS, CVIVS SVNT tot deciſiones in hoc opere ſparſæ, per Regem inſtituti forma, & compoſitio.

ENATVS Cathalonię, cuius ſunt doctiſſimæ, quę hic ponuntur, deciſiones, tribus aulis, ſiue claſſibus conſtat. Vna, tertia aula nuncupatur, cui pręeſt Excellentiſſimus Regis Locumtenens generalis, in qua tractantur negocia criminalia, & cauſę ſupplicationum, quando ſunt in alijs aulis diuerſæ ſequutæ ſententiæ, ac etiam cauſæ appellationum, quæ ab ordinarijs ad Senatum interponuntur. Componitur ex ſeptem Senatoribus, quorum tres Iudices Regię Curię appellantur, qui ſunt Relatores omnium cauſarum criminalium.

Alia admodum Reuerendi Cancellarij aula dicitur, cui is pręeſt, in qua tractantur negocia ciuilia, & conſtat ex quinq; Doctoribus, vltra Præſidem.

Et alia denique, aulæ magnifici Regentis Cancellariã nomine donatur, cui & ipſe præeſt, in qua ciuiles ſimiliter cauſę pertractantur, & conſtat ex quinque itidem Doctoribus, vltra Præſidem.

Nomina autem eorum omnium, qui ad præſens in Senatu cum laude ſedent, ex peritioribus Principatus viris ſelecti, ſunt quæ ſequuntur.

Excellentiſsimus Ferdinandus Enriquez Afan de Ribera Dux de Alcala, &c. Locumtenens generalis.

Franciſcus Bonet.
Ioannes Magarola.
Franciſcus Ferruz, nunc Aduocatum Fiſcalem agens.
Michael Rollan Iudex Regiæ Curiæ.
Monſerratus Ramon.
Ludouicus Beſturs Iudex Regiæ Curiæ.
Michael Carreres Iudex Regiæ Curiæ.

Admodum Illuſtris Frater don Petrus à Puigmari Abbas Monaſterij S. Michaelis de Cuxano Ordinis Sancti Benedicti, Regius Cancellarius.

Ioſephus Ferrer.
Hieronymus Senjuſt.
Franciſcus Mijaula, & Franqueza.
Franciſcus Gamis.
Hipolytus Montaner.

Magnificus Michael Sala Domicellus, Regens Regiam Cancellariam.

Ioannes Gallego.
Hieronymus Aſtor.
Ioſephus Roca.
Balthazar Morell.
Franciſcus Aguilo.

Huius doctiſsimi Senatus ſunt infinitæ penè deciſiones, quibus illuſtratur hoc opus, quarum ſummas hic non poſui ſicut in primo, quia modicæ vtilitatis eam diligentiam eſſe comprobaui, cum poſſint facile ex indice generali haberi.

INDEX

INDEX GLOSSARVM, SEV CAPITVLORVM, AVT TITVLORVM HVIVS VOLVMINIS.

A

A Lienatione fundi dotalis, clau. 7. glo. 3. par. 13. pag. 765. Et vide infrà de fundo dotali.

Alimentis vxori per virum præstandis, & aliàs de alimentis in genere, tam de his, quæ præstantur lite pendente, quàm alijs, clau. 6. glo. 2. par. 3. & sequen. pag. 392.

Anno luctus, cla. 7. glo. 3. par. 5. pag. 677.

Apocha dotis, & Antapocha, clau. 14. & final. glo. vni. par. 1. pag. 840. & deindè.

Associatione vxoris ad medietatem acquisitionum constante matrimonio fiẽdarum, clau. 11. glo. vni. pag. 825.

Augmento dotali, & sponsalitio, sine screix, clau. 7. glo. 1. par. 1. & sequẽ. pag. 514.

Auctẽn. præterea, C. vnde vir. & vxor. clau. 5. glo. 8. par. 9. & sequen. pag. 225.

Auctẽn. res quæ, C. commu. de lega. tam circa constitutionem, quàm circa restitutionem dotis, clau. 5. glos. 1. par. 2. pag. 26. & clau. 7. glo. 3. par. 14. pag. 773. & in fine lib. addi. 9.

Auo obligato ad dotationem neptum, clau. 5. glo. 3. pag. 63.

Auocatione pecuniæ solutæ posterioribus creditoribus facienda per priores, cla. 5. glo. 8. par. 6. & sequent. pag. 191.

B

Beneficio ne egeat, clau. 7. glos. 3. par. 11. pag. 743.

Bonis paraphernalibus, cla. 6. glo. 2. par. 7. pag. 435.

C

C. salubriter de vsur. vide infrà de marito faciente fructus, &c.

Causis dotalibus, vide dotis causæ.

Clerico obligato ad dotationem sororum, clau. 5. glo. 3. num. 30. pag. 67.

Confessione dotis, clau. 14. & final. glos. vni. par. 1. pag. 840. & deinde.

Congruitate, & incongruitate dotis, cla. 5. glo. 8. par. 1. pag. 127.

Constitutione dotali, & quas vtilitates adferat, tam viro, quàm vxori, clau. 6. glo. 1. par. 1. pag. 336.

Constitutione hac nostra, tit. solu. matrim. clau. 7. glo. 3. par. 1. & seq. pag. 639.

Constitu. 2. eiusdem tit. eadem clauſ. 7. glo. 3. par. 9. pag. 716.

Consti. 12. sub tit. de executio. censual. clau. 6. glo. 1. par. 4. pag. 365.

Corrumpẽte virginem obligato ad dotationem corruptæ, clau. 5. glo. 5. par. 1. & sequen. pag. 79.

Creditis, quæ mulier potest habere in bonis viri, pro vt sunt vestes, iocalia, dona missa ei, aut donata, & similia, clau. 7. glo. 3. par. 6. pag. 686.

Domi-

D

Dominus dotis an ſit maritus, an vxor, clau.6.glo.1.par.2.& ſeq.pag.345.

Donatione reuocanda ob ſuperuenientiã liberorum, & de l.ſi vnquam, C. de reuo.donatio.clau.5.glo.8.par.3.pag. 151.& in fin.lib.addi.4.

Donationibus inofficioſis, clau.5.gloſ.8. par.2.pag.133.

Dote æſtimata,& inæſtimata,& de fundo dotali,clau.5.glo.8.pag.267.

Dotis congruitate,& incongruitate,cla. 5.glo.8.par.1.pag.127.& deindè.

Dotium cauſæ an ſint,& eſſe debeãt ſummariæ,an plenariæ,clau.8.gloſ. vni. par.vni.pag.788.

E

Electione,& eius materia,clau.7 glo.1. par.3.pag.537.& in fin.lib. additio. 7.& vide etiam infrà de facultate diſponendi de bonis donatis.

Eiectione in dote,& alia generalia in materia,cla.5.gl.8.par.14.pag.281. & clau.7.gloſ.2.par.10.pag 629.

Exceptionibus,quæ opponi poſſunt ad dotis reſtitutionẽ, prout ſunt adulterij, impenſarum pro dote factarũ,& ſimiles,clau.7.glo.3.par.12.pag.757.

Exceptione non numeratæ dotis,& pecuniæ,clau.14.& final.glo.vnica,par. 1.pag.840.& deinde.

F

Facultate diſponendi de bonis donatis,ſiue reſeruata,ſiue alteri conceſſa, clau. 5.glo.10.par.1.pag.312.& vide ſuprà de electio.

Fide inſtrumentorum,quorum non reperitur nec matrix, nec protocollum,cla. 13.glo.vni.pag.834.

Fideiuſſoribus dotium,& obligationum factarum in capitulis matrimonialibus,clau.12.glo.vni.pag.831.

Filijs poſitis in conditione,an & quando ex coniecturis cenſeantur vocalia, clau.5.glo.10.par.2.pag.323.& in fine lib.addi.5.

Firmis mulierum,quas faciunt pro viris ſuis,clau.7.glo.2.par.5.pag.578.

Firmis interuenientium in capitulis matrimonialibus, cla.13.gl.vni.p.834.

Fiſco obligato ad dotationem filiarum eius,cuius bona confiſcauit,clau.5.gl. 4.ex num.91.pag.77.

Fratre obligato ad dotationem ſororum, clau.5.glo.3.pag.63.

Fructibus dotis,clau.6.gloſ.2.par.1.& ſequen.pag.373.

Fundo dotali,clau.5.gloſ.8.par.13.pag. 267.& clau.7.glo.3.pag.765.

H

Hæreditamẽtis factis filijs naſcituris in contractu matrimonij, clau. 10.gloſ. vni.pag.813.

Hypotheca dotis,clau.7.glo.2.par.1.cũ ſequent.pag.546.

I

Interdicto ſummariſſimo interim, clau. 7.glo.3.par.10.pag.727.

Inuentario per mulierem poſt mortem viri conficiendo,cla. 7.glo.3.par.1.pag. 638.& ſequent.

Iuramento,periurio,& abſolutione illorum,clau.7.glo.2.par.7.pag.597.

L

Legato pro nuptijs,ſiue ad opus nuptiarũ, ſiue

ſiue contrahendarum, ſiue de conſenſu, conſilio, aut voluntate alterius, cla.6.glo.3.par.1.cum ſeq.pag.446.

Legato rei alienæ pro dote facto, clau. 6. gloſ.3.par.6.pag.492.

Lege final.C.de dot promiſ. & de illius materia, clau.5.glo.1.par.3.pag.51.

Lege hac edictali C.& ſecun.nup.clau. 5.glo.8.par.4.& ſequent.pag.169.

Lege Quintus Mutius,de donatio. inter vir.& vxor.clau.7.gloſ.3.par.15. pag.780.

Lege ſi vnquam, C.de reuo. dona. vide ſuprà de donatione reuocanda ob ſuperuenien.liberor.

Locatione rerum dotalium, an ſit eiſtandum per coniuges reſpectiuè, clau. 7. glo.3.par.14.pag.773.

M

Marito faciente ſuos fructus pignoris pro dote dati,ad interpretationem, c. ſalubriter,de vſur.clau.5.glo.8.par. 15.pag.296. Et infrà de pacto recipiẽdi certũ quid,&c.& de vſur.dot.

Marito vergẽte ad inopiam,& de exigenda ob id dote conſtante matrimonio, clau.7.glo.2.par.3.pag.563.

Matre obligata ad dotationem filiarum, clau.5.gloſ.2.pag. 59.

Metu, & contractibus meticuloſis mulierum,& de earum firmis,clau.7.gl. 2.par.5.& ſeq.pag.578.

O

Obligationibus mulierum validis, aut inualidis pro aliqua cauſa neceſſaria factis,clau.7.gloſ.2.par.7. pag.597.

Obligationibus vaſſallorum pro dominis ſuis,clau.7.gloſ.2.par. 7.pag.597.

Obligatione parentum circa dotis promiſſæ ſolutionem,clau.8.gloſ. vnica, par.vnica,.pag.788.

Oppoſitionibus,& optionibus mulierum, quæ fiunt executionibus bonorum virorum ſuorum,clau. 7.gloſ.2. par.4. pag.572.& deinde.

P

Pacto,quòd credatur,& ſtetur dicto partis circa damna & expenſas,clau. 5. gloſ.8.pag.307.

Pacto reuerſionis bonorum donatorum ad donatorẽ caſu quo donatarius moriatur abſque liberis,& de vinculis,quæ apponuntur doti, clauſ.5. gloſ. 10. par.1.pag. 312.

Pacto recipiendi certum quid pro intereſſe dũ dos promiſſa,vel alia res debita non ſoluetur, vide infrà de marito faciente ſuos fructus pignoris,&c. & de vſur.dot.& ſimil. clau.5.glo. 9.pag.307.

Patre obligato ad dotationem filiarum, cla.5.glo.1.par.1.pag.1.

Pœnis in matrimonio conuentis,clau.12. glo.vnica,pag.831.

Pœnis mulierum ſecundò nubentium, vide infrà de ſecun.nup.

Poſſeſſione,quæ in vim ſtatuti transfertur in aliquem, & de effectibus illius,clau.7.glo.3.par.3.pag.661.

Prælatione mulieris in ordine ad alios viri creditores pro ſuis dote,& ſponſalitio, clauſ. 7.gloſ.2.par.3.& ſequen.pag.563.

Probatione dotis facienda per teſtes,cla. 6.glo.3.par.7.pag.503.

Probatione facienda per ſcriptaram priuatam, vide de ſcriptura priuata.

Q

Quarta auctẽ. præterea, C. vnde vir. & vxor. vide in verb. auctẽ.

R

Raptore virginis obligato ad dotationẽ, clau. 5. glo. 6. pag. 117.

Remedijs possessorijs, tam adipiscendæ, & retinendæ, quàm recuperãdæ, cla. 7. glo. 3. par. 10. pag. 727.

Renunciationibus filiarum maiorũ, & minorum dote contẽturum factis, cla. 9. gl. vni. par. 1. pag. 794. & deinde.

Restitutione dotis facienda soluto matrimonio, cla. 7. glos. 3. par. 1. & seq. pag. 638.

Restitutione in integrum ob non confectum inuentarium, & aduersùs præscriptionem, & in alijs materijs, clau. 7. glo. 3. par. 2. pag. 648. & cla. 9. gl. vni. par. 2. pag. 807.

S

Scriptura priuata quam probationem faciat, si per eam est probanda dotis constitutio, & de alijs pulchris in ea materia, cla. 6. glos. 3. par. 7. pag. 503.

Secundis nuptijs, & quæ amittuntur per eas, cla. 5. glo. 8. par. 11. pag. 245.

Socero obligato ad dotis restitutionem nurus, clau. 7. glo. 2. par. 2. pag. 553. & in fin. lib. addi. 8.

Socio omnium bonorum obligato ad dotationem filiarum consocij, cla. 5. glos. 4. pag. 69.

Spolio, & eius materia, cla. 7. glo. 3. par. 9. pag. 116.

Sponsalitio, augmento, siue screix, *vide suprà de angmento.*

T

Tertijs bonorum, vel dotalium, vel mariti possessoribus, clau. 7. glos. 3. par. 13. pag. 765.

Tutoribus, & curatoribus obligatis ad dotationem pupillarum suarũ, cla. 5. glo. 7. p. 119.

V

Vassallis obligatis ad dotationem filiarũ dominorum suorum, clau. 5. glo. 4. ex num. 13. pag. 72. & in fine lib. addi. 1. & 2.

Vassallis obligatis pro domino, vide suprà de obligationibus vaßallorũ, &c.

Venditore creditori pro pretio præferẽdo, vel non mulieri pro dote, clau. 7. glos. 2. par. 9. pag. 618.

Vestibus lugubribus viduæ præstandis, clau. 7. glo. 3. par. 5. pag. 677.

Vsuris dotis debitis nec ne, clau. 6. glo. 2. par. 6. pag. 424.

Et suprà de marito faciente suos fructus pignoris, &c.

Vxore sortiente forum viri, tam in vita, quàm in morte, clau. 7. glos. 7. par. 15. pag. 780.

DE

DE PACTIS NVPTIALIBVS, SIVE CAPITVLIS MATRIMONIALIBVS.

TOMVS SECVNDVS.

CLAVSVLA V.

Item dicti N. & N. parentes dictæ N. domicellæ, cupientes illam esse matrimonio collocatam, fauore, & contemplatione eiusdē præsentis matrimonij, &c. donant, & titulo donationis puræ, &c. concedunt dictæ N. &c.

SVMMARIA.

1 DOTES dari in matrimonijs multæ antiquæ leges probibuere.

2 Ratio, ne indotatæ, & pauperes innuptæ manerent. Mulieres diuites, & multùm dotatæ imperium habent in bominet. ibidem.

3 Viri antiquitùs solebant magno intereſſe vxores à parentibus mercari.

4 Viri solebant dotare antiquitùs vxores, & seu dotem illis dare, non vxores viris.

5 Dotes dari à mulieribus nubentibus fuit multis rationibus visum conueniens, & signāter vt eum eis inuitarentur homines ad eō trahendum matrimonia, & onera illorum poſtea ſuſtinerent. & num. 12.

6 Dos non eſt de eſſentia, & natura matrimonij; imò ſine ea poteſt contrahi.

7 Dos eſt matrimonijs adiumento, quia ſine ea non facilè homines nuberent.

8 Dotandi neceſſitas multis probatur.

9 Sine vxore vix viui poteſt, eum ea ſatis inēmodè.

10 Dos ibi debet eſſe, vbi ſunt onera matrimonij.

11 Dotes mulieres habere ſaluas, Reip. intereſt.

12 Indotatam mulierem ducere, magnum incommodum.

13 Vxorem indotatam ducere ſtultiſſimū, ac miſerrimum, ac extremam demētiam quidam dicunt.

14 Matrimonium ſine dote nullum contrahendū, eautum fuit in Concilio Arelatenſi.

15 Mulierem ſine dote qui ducit, peccare alicubi dicitur.

16 Dotium vſus vbique terrarum eſt in matrimonijs contrahendis.

17 Dotes, & dotandi modus ſolent taxari in multis mundi partibus. Signanter Romæ. ibidem.

18 Dotes in vrbe Veneta non poſſunt excedere quantitatem ſex mille ducatorum aureorū.

19 Dotes in Regno Caſtellæ antiquitùs erant taxatæ.

20 Dotes taxatas eſſe an lege effici poſſit. vbi pro affirmatiua deciſio Rotæ Romanæ.

21 Dotes taxari debere in Cathalonia in Curijs anni 1599. tractatum fuit.

22 Dos mille ſeutorū olim habebatur pro congrua dote pro qualibet filia, etiā pro magno Comite.

23 *Dotem mille aureorum iam petit quilibet artifex.*

24 *Dos, priùs quàm mores, attenditur in matrimonij.*

25 *Donatio facta filiæ in poteſtate conſtitutæ, ex cauſa dotis, valida eſt de iure.*

26 *Pater eſt fatuus, qui in vita bona ſua filijs donat.*

27 *Donatio facta per patrem filiæ, animo donandi præſumitur ſemper facta, licet non dicatur.*

28 *Pater tenetur dotare filiam, & tradere eam nuptui: vbi deciſ. Rota Bononien.*

29 *Pater cogitur dotare filiam, ſi renuit, officio Iudicis.*

30 *Officio Iudicis fieri, aut iure actionis, quid interſit.*

31 *Propinqui poſſunt inſtare collocationẽ, & dotationem filiæ, contra patrem.*

32 *Iudex ex officio poteſt compellere patrem ad collocandam, & dotandam filiam.*

33 *Pater quomodo, & quibus remedijs compelli poſſit ad collocandam, & dotandam filiam.*

34 *Cauſæ laicales in Catholicis non permittuntur tractari per Iudices Eccleſiaſticos, ſub quocumque prætextu.*

35 *Dotis cauſa an ſub aliquo prætextu poſſint tractari coram Iudicibus Eccleſiaſticis.*

36 *Deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum ſuper compulſione fiendæ patri de dotanda filia.*

37 *Pater nedum tenetur dotare filiam in ſua poteſtate conſtitutam, ſed etiam emancipatam.*

38 *Pater non tenetur nuptui tradere filiam emancipatam: & ibi ratio.*

39 *Dos eſt in mutiere, & eius reſpectu cauſa lucrativa: vbi & ſeq. numeris late diſputatur.*

40 *Dos quoad maritum eſt cauſa onerosa.*

41 *Officium Iudicis non eſt in conſideratione antequam impetretur.*

42 *Dos ſecundum aliquorum opinionem dicitur cauſa lucrativa, quando datur à patre antequam ad id compellatur.*

43 *Dos ſecundum aliorum opinionem, non poteſt dici cauſa lucrativa quando datur à patre: ſed quando ab extraneo tantùm.*

44 *Dos eſt cauſa onerosa, ſecundum aliorum opinionem, in eo quod eſt intra legitimam; lucrativa verò in eo quod eſt extra: & ibi deciſio noſtri Senatus.*

45 *Filia in qua ætate poteſt compellere patrem ad eam nuptui tradendam, & dotandam, tam de iure noſtro municipali, quàm de iure cõmuni.*

46 *Opiniones Cæſaris Barzij, & Maſtrilli, ac Antonij Theſauri in hoc diſcrepantes.*

47 *Filia nubens digno nullas incurrit pœnas, & compellit patrem ad dotandum.*

48 *Hæredes patris tenentur etiam ad filiam dotandam.*

49 *Hæredes ſi ſunt plures, an in ſolidum teneantur ad filiam teſtatoris dotandam.*

50 *Dotare filiam tenetur quicunque bona patris tenet.*

51 *Hæres non poteſt recuſare onus, quod incumbebat defuncto.*

52 *Dos filiæ eſt ære alienum reſpectu patris.*

53 *Officium Iudicis nullam præſupponit obligationem in propriam: ſed quaſi obligationem, quæ tranſit in hæredes.*

54 *Filia, mortuo patre, competit ius ad petendam legitimam.*

55 *Dos non ſemper metitur à legitima, quãdoque eſt maior, quandoque minor legitima.*

56 *Bonorum poſſeſſor locum tenetur in ſubſidium, caſu quo hæres non ſit ſolvendo, ad dotem filiarum illius, cuius fuerunt bona.*

57 *Pater tenetur dotare filiam, nõ ſolùm pro matrimonio carnali: ſed etiam pro ſpirituali.*

58 *Dos dicitur quod datur pro ingreſſu Monaſterij.*

59 *Nubere dicitur, qui nubit in Chriſto.*
Argumentum a matrimonio carnali ad ſpirituale valet. ibidem.
Legatum relictum nubenti, debetur ingredienti Monaſterium. ibidem. vbi deciſio.

60 *Matrimonium ſpirituale eſt tam favorabile, quàm carnale; imò magis.*

61 *Filia, quæ ingreſſa fuit Monaſterium, eodem modo poteſt petere dotem, ac ſi nupſiſſet viro.*

62 *Datum à patre, ſeu poſitum in altari quando filia monachatur, pro legitima cenſetur datum, & poſitum, nec aliud peti poteſt.*

63 *Dos poteſt dari, & recipi pro matrimonio ſpirituali, & ſic pro ingreſſu Monaſterij. vbi deciſiones.*

64 *Dos an danda ſit tanta pro matrimonio ſpirituali, atque pro carnali.*

65 *Pater tenetur patrimonium filio facere volenti ad ſacros ordines aſcendere.*
Patrimonium filiorum quid ſit pro ſacris ordinibus recipiendis, & plures de eo quæſtiones remiſſiue. ibidem.

66 *Dos data filiæ pro ingreſſu religionis ſi moritur innupta, reſtituenda eſt. vbi deciſ.*

67 *Dotes non recipiuntur in Monaſterijs Ordinis Diui Benedicti ante profeſſionem.*

68 *Statutum priuans ſucceſſione mulierem dotatam, comprehendit etiam dotatam pro matrimonio ſpirituali.*

69 *Pater tenetur non ſolum ſemel, ſed etiã bis, & ter dotare filiam.*

70 *Pater tenetur non ſolum ſemel, ſed etiam bis, & ter dare filio legitimam.*

71 *Patronus Eccleſiæ nõ tenetur pluries ad illius dotationem.*

Pater

72 *Pater non tenetur ſecundò dotare filiam, ſi doloſè, vel culpoſè amiſit dotem.*

73 *Obligatus ex pacto, non tenetur pluries facere actum.*

74 *Neceſſitati culpoſæ non eſt ſubueniendum.*

75 *Filia nõ imputat in legitimam dotem amiſſam culpa mariti, qui non eſt repertus ſoluendo in reſtitutione.*

76 *Argumentum à dote ad alimenta, quomodo procedat.*
Alimenta tenetur pater iterum dare filio, etiam ſi culpoſè conſumpſerit quantitatem ſibi pro eis ſemel datam. ibid. vbi deciſ.

77 *Alimenta debentur ratione naturali, quæ tolli non poteſt.*

78 *Pater tenetur dotare filiam iam nuptam.*

79 *Dos non datur tantum vt mulier nubat: ſed etiam vt alatur, & vt maritus onera matrimonij ſuſtineat, & etiam ne à viro contemnatur vxor.*

80 *Pater tenetur dotare filiam iam nuptam, etiã ſi dotem non promiſerit. vbi deciſio noſtri Senatus.*

81 *Pater ſine dubio tenetur dotare filiam iam nuptam eo ſciente, aut conſentiente: ſed non è contra.*

82 *Niſi excedret filia ætatem 24. aut 25. annorum. & num. 83. vbi deciſio noſtri Senatus.*

83 *Etiam ſi nupſiſſet indigno.*

84 *Filia, ſi poſt 25. annum turpem vitam elegerit, non poteſt exheredari.*

85 *Filia, quæ viro digno nupſit ante 25. annum, non poteſt exheredari.*

86 *Etiam ſi nupſerit ſine alicuius dotis conſtitutione.*

87 *Pater non dotat filiam diuitem, quæ nupſit cõtra eius voluntatem.*

88 *Pater non dotat filiam nubentem indigno.*

89 *Pater tenetur dare alimenta filiæ, quæ nupſit indigno citra illius voluntatem.*

90 *Pater tenetur filium alere, etiam ſi nupſerit indignæ, imò & totam illius familiam.*

91 *Indignus quis dicatur in materia matrimonij, relinquitur arbitrio Iudicis.*

92 *Indigna perſona in materia matrimonij dicitur mulier non legitimata.*

93 *Indignitas conſideratur ex malis moribus.*

94 *Meretrix dicitur indigna perſona in matrimonio.*
Idem de viro, qui meretricatur.

95 *Indignitas viri circa mores excuſat ab obligatione nubendi eũ eo, quando aliquid relictum eſt ſi cum eo nuberet. vbi deciſ. Senatus.*

96 *Indigna iudicatur perſona ex bonis fortunæ: veluti ſi nobiles mulieres nubunt famulis, vel nobiles viri auctillis.*
Niſi compenſatio ſit, & fieri poſſit in diuitijs, vel pulchritudine. ibidem.

97 *Indignus iudicatur quis ſecundum mores ciuitatis.*

98 *Doctor non dicitur indignus, ne nubere poſſit Comitiſſæ.*

99 *Indignus dicitur qui cum certa perſona prohibetur de iure contrahere.*

100 *Indigna cenſetur perſona vilis, & ex patre mechanico nata, cui nubat nobilis in vrbe Veneta.*

101 *Indignitas in materia matrimonij in eſtrtis partibus non admittitur, niſi quando denigratur familia tota ex talibus nuptijs; quod non iudicat certum auctor. & num. ſeq.*

102 *Pauperes, ſi aliàs ſunt bonis moribus imbuti, non ſunt indigni qui nubant alijs ditioribus.*

103 *Indignus dicitur qui deſcendit ex proſapia Iudæorum.*

104 *Iudæi non admittuntur ad honores, & parui penduntur in hac Prouincia; imò habentur communiter pro valdè abiectis.*

105 *Iudæus ſi quis vocatur in hac Prouincia, iniuria magna dicitur affici. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

106 *Palynodia cantandæ pœna iam non imponitur in Senatu, & quare.*

107 *Iudæi quomodo, & quando cœperunt odio haberi in Hiſpania.*

108 *Filia nubens ſine conſenſu patris, in quibus caſibus excuſetur à pœna, remiſſiuè.*

109 *Hæres, aut tertius poſſeſſor, an teneatur dotare filiam defunctis iam nuptam, remiſſiuè.*

110 *Pater tenetur dotare filiam diuitem. & ſeq. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

111 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

112 *Hæres; aut bonorum poſſeſſor, non tenetur dotare filiam defunctis diuitem.*

113 *Pater tenetur dotare filiam illegitimam, & ſpuriam. vbi deciſ.*

114 *Mulier illegitima, ſeu ſpuria, dum dotatur à patre, tenetur cauere, ſaltem ſuratoriè, de dote reſtituenda.*

115 *Vaſſalli an teneantur adiuuare dominum pro maritanda filia illegitima.*

116 *Argumentum ab alimentis ad dotem valet. & num. 124.*

117 *Pater tenetur dotare filias inceſtuoſas, & nefarias. vbi deciſ.*

118 *Ampliationes ſupradictæ regulæ.*

119 *Filia inceſtuoſa, aut nefaria non agit contra tertium bonorum poſſeſſorem pro dote, quia non habet hypotecam.*

120 *Niſi alienatio eſſet doloſa, cuius doli emptor eſſet particeps.*

121 *Dos, quæ datur filiabus illegitimis, redit ad patrem, vel ad illius hæredes.*

122 *Dos data filiæ ſpuriæ cum hoc, quòd ex poſt*

transeat ad filios, non redit ad patrem. vbi deciſſ.

123 *Dos ſpuriæ data, ſecundum aliquos, non debet redire ad patrem. vbi latè rationes, & deciſiones.*

124 *Dos efficitur patrimonium mulieris.*

125 *Spuriæ non debetur tanta dos, quanta legitimæ filiæ.*

GLOSSA I. PARS I.

De obligatione patris, & hæredum illius, ac bona poſſidentium, circa dotationem filiarum.

1 DOTES, † quarum materia huic noſtro ſecũdo labori initium (Chriſto auſpice) dabit, nullas eſſe in Republica ſuis legibus ſanciſſe Solonem, & Licurgum, ſcribit Plutarchus in vita illorum, & in Apophtegm. Lacon. ac referunt Anroni. Guilbert. Coſtan. in commentarijs de dot. cap. 1. num. 4. Petrus Gregor. in Syntag. iur. vniuerſ. par. 2. lib. 9. cap. 18. num. 16. Annæ. Robert. rer. iudicat. lib. 1. cap. 2. circa ptinc. & Gregor. Lopez parti. 4. tit. 11. de las dotes, in proœm. verſic. *E fueron ſi lladas.* Menochius de arbitrar. iudic. caſ. 149. num. 42. Idem de Platone, quòd dum leges ſuæ Reipublicæ condidit, voluerit in ciuitate benè morata dotis nomen abolendum, refert idé Robert. vbi ſup. & habetur in illius de legib. lib. 6.

Eandem legem fuiſſe Spartanis, vt matrimonia nulla intercedente dote contraherentur, auctor eſt Ælian. lib. 6. de var. hiſtorijs cap. 6. refert Gregor. loco iam allegato

2 nu. 17. Volebant † enim iſti Legumlatores, vt virgines indotatæ nuberent, ne propter inopiam aliquæ relinquerentur innuptæ, & aliæ ob diuitias magis, quàm ob ſpectatos mores, ab adoleſcentibus colerentur; & fieret indè, vt imperium, quod in vxores habent, vel habere debent, pecunia vendere dicerentur: ita enim contingere ijs, qui dotem amplam recipiunt, tradunt Menochius de arbitrar. iudic. caſ. 149. in fin. & Andreas Molfeſ. ad conſuetud. Neapol. par. 6. qu. 1. num. 20. Pater Rebel. Societa. Ieſu, de obligat. iuſtit. 2. par. q. 8. ſectio. 1. num. 1. verſic. Accedit, lib 5. vbi latè de hoc. Feſtiuè admodum ad propoſitũ Plautus in Aululatia: *Nam quæ indotata eſt, ea in poteſtate eſt viri Dotatæ mactant & malo, & damno viros.* Quod pulchrè quidã declarans quærit, quomodo malo afficiunr, ſiue augent viros? hęc eſt enim vis verbi, *mactare*, hoc loco; quia magis præeſſe viris, quàm ſubeſſe cupiunr, dominãtur maritis: Quomodo (rurſus quærit) damno? quia ſumptuoſæ ſunt nimis.

3 Imò † apud Græcos, Indos, & Thraces memoria proditum eſt ſolitum fuiſſe quondãm, nedum dotem non petere pro mulieribus, quas viri ducebant in vxores: ſed imò conſueuiſſe eas magno intereſſe vel à parẽtibus prætio mercari, vti ex Ariſtot. & alijs referunt Coſtan. & Gregor. vbi ſuprà, ille num. 3. & hic num. 14.

4 Alij, † vt apud Cantabros, ſolebant dotem dare vxoribus, non ipſæ illis, Gregor. ibid. num. 10.

5 Verùm † prudentiſsimi, ac ſapientiſsimis veteribus illis Romanis, qui leges, quibus vniuerſus regitur orbis, condidere, ve in pace, & otio benè moratam, conſtitutam, & ingenuis hominibus refertam Rempublicam haberent, multo vtilius, magisque rationi conueniens viſum eſt, dotes à mulieribus dari; quibus, tanquam inuitamentis, viri ad nuptias æqualium prouocarentur, & deinceps onera matrimonij ſuſtinerentur, l. 2. l. dotis fructus. l. quamuis, ff. de iure dotium. l. ſi maritus. & l. ſi filia, ff. famil. erciſcun. l. pro oneribus, C. de iure dot. ſic benè Coſtan. vbi ſup. num. 5. habetur pulchrè in proœm. legum Caſtellæ parti. 4. tit. 11. de las dotes. & ibi Gregor. Lopez in l. 1.

6 eiuſdem tit. Non dico, quòd † ſit de natura matrimonij dos ipſa, & ſeu quòd cum dote celebretur, vti fuit error manifeſtus Nicolai Moſſij de contract. in tit. de matrimonio, in §. de natural. matrimon. num. 1. quem poſt hæc ſcripta reperi benè refelliſſe noſtrum Moli. de ritu nupt. & pact. in matrimo. conuen. lib. 1. compara. 23. ex num. 9. ſed quod congruum, & vrile viſum fuit, ne mulieres

7 ſine dote nuberent. Addit † eleganter Vacon. à Vacu. declarationum iuris lib. 1. declarat. 21. num. 5. quòd licèt dos non ſit pars principalis ciuitatis, eſt tamen matrimonijs adiumento, quæ ſunt ciuitatis pars: Matrimonium (inquit) poteſt eſſe ſine dote: ſed propter onera, quæ in eo occurrunt, non facilè homines ſine ea accipiebant vxorem; quamobrem à ciuitate conſtitutum eſt vt darentur dotes, & mulieres dotatæ traderentur viris in matrimonium: & ob id intereſt Reipublicæ mulieres eſſe dotatas, ne ſcilicet matrimonia, veluti optima pars ciuitatis, corruerent, quemadmodum colũnæ adhærentes parieti, non tamen illi connexæ,

nexæ, licèt non ſint pars domus, ſunt tamen adiumento parieti, intereſt igitur domus vt ſint illę columnæ, eo quòd faciliùs paries ſuſtinetur. Hæc is auctor: quibus nobis benè declarat quod quærimus, quamobrè oportuerit recedere à morbus priſcorum, dotes in Republica introducendo.

8 Id in effectu eſt, † quod Imperator dicit in authen. de trien. & ſemiſ. §. ſed nec, coll. 3. quòd dos non conſtituit nuptias, ſed cõiunctionum effectus: pauci enim ſunt qui velint matrimonium ſine dote, ideſt indotatas vxores habere, & ideò neceſſarius fuit dotium vſus, vt faciliùs matrimonium contraheretur, ad quod plura iura Anton. Faber allegat in ſuo C. lib. 2. tit. 20. ſi aduerſ. dot. diffinitio. 1. num. 6. omnium meliùs de dotium pto matrimonijs contrahendis dandarum neceſsitate, tractanit Pet. Vandera. in tracta. quem edidit de priuileg. creditor. cap. 5. de vtilitate, atque fauore doti. verſic. *Ne autem lector*, vbi de hac neceſsitate a-

9 gens, elegantiſsimè dixit, quòd † cum ſine vxore nulla ratione, cum ijs tamen non ſatis commodè (vt Metel. Numidicus apud Gellium lib. 1. cap. 5. cenſuit) viui poſsit, inuenienda fuerunt illectamenta quaſi, & illecebræ, quæ matrimonij onera alioquin vix tolleranda lenirent, paululumque remitterent; ideoque à Iuliano reſponſum eſt in l. ſi is qui. §. 1. ff. de iur. dot. ibi. *Dotem eſ-*

10 *ſe debere, † vbi matrimonij onera ſunt*. Cui enim (inquit) hæc non erit inſita opinio, nihil liberoro eſſe iucundius, melius nihil (vt Horat. in epiſt. inquit) cœlebi vita, niſi propoſita commoda, & præmia, quæ nuptiarum incommoda leuent, ad aliud vitæ inſtitutum reuocent? Non abſque ratione igi-

11 tur † Reipublicæ intereſſe tradidit C. Paul. in l. 1. ff. ſolut. matrim. & in l. 2. de iure dot. mulieres dotes habere ſaluas, propter quas nubere poſsint: agens poſtea idem auctor de Solonis, & Licurgi dotes prohibentibus

12 legibus ſuperiùs relatis, addidit † ſibi dum has introductarum dotium rationes introſpicit, mirum, nouumque videri ſolere quanam ratione à ſupradictis, alioquin prudentiſſimis Legũlatoribus, dotes è Republica ſublatæ fuerint; & poſt rationem huiuſce rei à nobis ſuperiùs traditam, quæ erat, vt ſic pauperes ſicut diuites inuenirẽt qui ſibi eas matrimonio iungeret, hæc elegantia verba, quibus noſtrum inſtitutum, quod verſatur in indaganda dotium conſtituendarum ratione, mirificè probatur, protulit: *Præclarum* (inquit) *ſanè reſponſum, & ab omnibus laudanda conſtitutio, quæ æqualitatem in Republica ſeruari iubeat, niſi aliud, illudque longè maximum lateret incommodum. Euenit namque inde, vt infrequentiora ſint matrimonia, quod tamen ipſi ſuis legibus impedire maximè conati ſunt, nemo enim in deteriorem conditionem, & maiora incommoda facilè ſe conijciet: tum autem qui vxorem ducit non ſatis dotatam, in paupertatis onus ſe conijcere quis non videt? Et Anaxandridas quidem de matrimonio conſultus, cum verè ſeruum fore reſpondit, qui inopem duxiſſet coniugem: namque* (inquit) *vnius loco duo eogitur alere, quod profectò incommodum quem non ab ineundo matrimonio deterreat? quis non ſine vxore viuere mallet, & proindè ea moleſtia carere, vt Metell. Numeid. vbi ſuprà allegatus eſt, aiebat, quam ſeruili labore, & onere propter vxoris inopiam & ſe, & ſuam coniugem vix, & difficiliter ſuſtentare?* Hæc ille, & alia non iniucunda ad propoſitum tradit, quibus benè probat neceſſitatem introducendarum dotium, qnam docere & nos

13 inſtitueramus. Neuizan. † in ſylua nupt. vbi eum allegat Federic. Scot. reſpon. 5. num. 1. tom. 1. lib. 3. & reſpon. 24. num. 9. lib. 3. tomo 2. ex Ariſtot. in problem. maximè pudendum dicit ducere vxorem indotatam, ſtultiſſimumque, ac miſerrimum, & extremam dementiam eſſe, & miſeriam, propter incommoda, quæ indè viro cumulantur.

14 In tantùm denique † viſum fuit opottere quòd dotes à mulieribus adducerentur viris, vt in Concilio Arelatenſi, prout refertur in cap. nullum 30. quæſt. 5. expreſsè fuerit cautum nullum ſine dote fiendum coniugiũ; licèt iam eius diſpoſitio abierit in deſuetudinem, neque in vim legis obſeruatur, vt eſt

15 notorium. Peccate alibi dicitur, † qui ſine dote contrahit matrimonium, vt eſt apud Lucam de Penna, qui allegat iura, in l. 3. C. de apoch. publ. lib. 10. num. 21. & apud Marian. Socin. iun. in conſ. 8. num. 13. volum. 2. quos in id refert Iacobus de Carolis in ſuo Gemma. Pauo. in conſil. ibi inſerto n. 2. Sed vtinam alia non committeremus peccata: nam hæc facilem haberent veniam.

16 Has in hoc, ſicut † in reliquis, ſequitur vniuerſus ferè orbis Romanas leges: vbiq. enim videmus, & legimus dotes eſſe in vſu: vbique dotatas mulieres duci, vix vnquam

17 indotatas; hocremperamento † adhibito, quòd non vbique licet parentibus, quantam voluiſſent, dare filiabus, ſicuti iure Romano permiſſum erat; propter exceſſum enim, qui in hoc committebatur, taxatæ ſunt dotes, taxatus dotandi modus, quem nullus poteſt præterire. In alma vrbe Roma huiuſmodi factam fuiſſe dotium moderationem, & taxationem habes ex Conſtitutione bonæ memoriæ Pij V. quæ eſt eius Pon-

tificis, quæ eſt decima quarta in meo Bullario, Dat. Romæ Calend. Iunij anno ſecũdo,
18 ſuper qua † Mathe. additionator refert prudentiſsimæ Venetæ Reipublicæ, quod vocat laudabile ſtatutum, quo cauetur ne quãtumuis diues pater vltra ſex millia ducatorum aureorum dotis nomine filiæ dare audeat.

19 In Regno † etiam Caſtellæ lex perpetuò duratura in Comitijs Madriti anni 1574. de tempore inuictiſsimi Caroli Quinti Imperatoris legitur edita, qua modus ſimiliter præſcriptus eſt dorandi filias, à quo nemo poteſt recedere ſub ſtatutis ibi pœnis, quam legem doctiſsimo, ac elegantiſsimo commentario ornauit Gaſpar Baeça in ſuo illo, quem de non meliorandis dotis ratione filiabus, inſcripſit, tractatu, (licet dicat Paulus in authent. res quæ, num. 23. C. commu. de legat. eam legem iam in deſuetudinem abiiſſe) Habuerũt iſtæ Prouintiæ alias, quas in hoc ſequerentur. De Maſsilienſibus enim ſcribunt Gregorius in Syntagma. iur. vniuer. par. 2. de perſon. lib. 9. cap. 18. num. 18. ac Matthæ. etiam ſuper Conſtitutione Pij Quinti ſuprà relata, quòd apud eos ampliſsima centum aureorum dos tãtùm erati *Sic* (inquit Gregor. ibi) *dotes ad modeſtiam, & exiguum reſtrictæ erant quantitatem, ne effluerent vltra.* Refert item nu. 19. Frãciſcum eius nomine Galliarum primum Regem de ſtatu Quæſtorum lege edita cauiſſe, ne qui quærendæ pecuniæ publicę Regiæ inſeruiunt, dotes filiabus conſtituerent, quæ decimam partem bonorum paternorũ excederent.

Similes dotium taxationes in alijs quoque locis quampluribus fuiſſe factas, auctor nobis eſt Pater Rebell. Societatis Ieſu, de obligat. iuſti. par. 2. lib. 5. quæſt. 8. ſectio. 1. ſtatim in initio, quam totam compoſuit vt
20 diſputaret, num † lege ciuili taxari validè queat, ac debeat certa dotis menſura, dicens, non ſolùm validas, ſed etiam valdè vtiles eſſe leges, quæ moderatam, & pro regionis cuiuſque facultatibus congruam menſuram dotium præſcribunt: & de hoc eſt pulchra Rotæ Romanæ deciſ. 117. in ordine in 1. par nouiſsimarum, vbi pro huiuſmodi legibus, & ſtatutis, & illorum validi-
† tate *pronuntiatum* legitur. Scripſit de hac eadem re ex poſt noſter Franciſcus Molin. de ritu nuptiar. & pactis in matrimon. conuen. lib. 2. differen. 7. ex num. 70. eandem ſtatutorum, & legum municipalium validitatem multis probans, contra eos, qui inualidas, & nullas has leges dixerunt, tanquam impeditiuas libertatis matrimonij, de quibus nouiſsimè per Philipp. Paſchal. de viribus patriæ poteſtat. par. 3. cap. 2. ex num. 29. & nouiſsimè etiam Mar. Giurba in conſuetu. Sena. Meſſan. cap. 4. gloſ. 7. par. 1. in princip. vbi has leges nedum non iudicat nullas, & inualidas, ſed valdè vtiles, & laudabiles illas arbitratur, quæ moderatã, & pro regionis cuiuſque facultatibus congruam menſuram conſtituendarum dotium conſtituunt.

21 In noſtra Cathalonia † in vltimis Curijs, quæ celebratæ in ciuitate Barcinone fuere per Sereniſsimum, ac potentiſsimum Philippum Tertium Hiſpaniarum Regem, quẽ nuper ad cœleſtem gloriam euolare Diuina Maieſtas permiſit, tractatum fuit ad reprimendos exceſſus, qui circa hæc fiebant, de moderandis doribus, ſtatuendo quantam quiſque iuxtà proprium ſtatum poſſet filiæ conſtituere: ſed nihil fuit concluſum, quam plurimis contradicentibus, qui forſan ad præſens lugent iniuſtam contradictionem, quando habent filias, quas deberent, ne quid deterius eis contingat, celeriter nuptui tradere, non poſſunt tamen, quia non eſt eis vndè tam immoderatas dotes, quales noſtris temporibus conſtitui ſolent filiabus, tradant: expertus loquor mihi crede. Remanſit igitur ſicut anteà noſtra Cathalonia in libera facultate dandi filiabus dotis nomine quid, quantumq; ie velit pater; & ideò noſtro huic nubenti in prima hac clauſula, à qua initium ſumit hic ſecundus labor, non a tendendo ad aliquam taxam, ſed pro mera liberalitate, ac facultate, conſtituta fuere tria millia librarum.

22 Quare † (quæſo) & quando receſſit à nobis aurea illa ætas, in qua dos mille ſcutorum pro qualibet filia dicebatur congrua, etiam pro magno Comite? vt poſt Fulgoſ. conſil. 22. *Ex facto proponitur*, col. 2. Dec. conſil. 26. *Diligenter pro tenui*, num. 3. dicit Sylua. conſil. 2. *Coriſti, Virginiique*, nu. 39. & alij plures citari per Marc. Antonium de Amat. deciſion. 28. Prouintiæ Marchiæ num. 3. cùm iam nunc † quilibet artifex pe-
23 tat † florenos mille in dotem, vt dicebat Simon de Prętis de interpretatio. vltimarum voluntat. interpretatio. 1. dub. 10. num. 24. lib. 4.

Sed iam huius clauſulæ commentationem exordiamur, in qua, imò & in toto hoc tractatu, plura de dote dicemus: quia
24 hodie † in matrimonijs potiùs de dote, quàm de moribus agitur, verificaturq; quod apud Plautum in Perſa actu 3. ſcena 1. quidam pater filiæ ait:

Taceſtulta, num tu nunc hominũ mores vides
Quotus modò Hic cum mala fama facilè nubitur:

Dum

Dum dos ſit, nullum vitium vitio vertitur.
Et vix ſine dote nubitur, vt innuit Ouid. 2. de remed.amor.

Cur nemo eſt Hecalem, nulla eſt quæ cæperit Irum?
Nempe quod alter agens, altera pauper erat.
Sic verò conciliatur amor.

Sed quis nos Poetas fecit? Hæc habui à Petro Gregorio, multiplicis lectionis viro, in ſyntagma.iur.vniuer.par.2.lib.9.cap.17. num.2.

Hæc clauſula quatenus donationem continet inter patrem, & filium, nulla prorſus eget declaratione, nulla commentatione; ſatis enim, ſuperque eſt de ea in primo operis tomo actum, vbi probaui abundè, quod hic de ea dicere poteram, validam de iure eſſe donationem, quæ fit à patre filio in eius poteſtate conſtituto, ſi fiat, prout hæc noſtra, fauore matrimonij; & in expreſſo † quòd valeat noſtra hæc, quam in 25 filiamfamilias pater facit ex cauſa dotis, probat acutiſsimi ingenij Papinianus in l. Pomponius Philadelphus, ff. famil. herciſcund. in illis verbis: *Filiam enim quæ naturaliter agros tenuit ſpecie dotis, cuius capax fuit, defendi*, quam ab obiectionibus Antonij Fabri coniecturarum iuris lib. 13. cap.2. ad finem, dicentis ſe non poſſe cõmunem ſententiam, quæ ex eo textu deducitur, concoquere, ac intelligere, plenè liberauit nouiſsimè Andreas Fachineus controuerſiarum iuris tomo 2. libr. 13. cap.66. per totum, & etiam Petr. Barboſ. qui benè illam declarat in l.2. §.quod ſi in patris, ex nu.2. ff.ſolu.matri. circa quod ego nun immoror, qui non ſcribo vt in his tam apud omnes vulgatibus, & receptis impugnandis, vel confirmandis tempus conteram inutiliter.

Nec † poteſt iudicari iudiſcreta, & voluntaria, tanquam ex illis, de quibus loquitur Spiritus ſanctus per Eccleſiaſticum cap. 33. verſic. 20. in illis verbis: *Filio, & muliert, fratri, & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: & non dederis alij poſſeſſionem tuam: ne fortè pœniteat te, & deprecteris pro illis. Dum adhuc ſuperes, & aſpiras, non immutabit te omnis caro. Melius eſt enim vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manu filiorum tuorum, &c.* & tanquam ex illis de quibus dicunt noſtri 26 fatuum eſſe patrem, qui † ſe priuat bonis ſuis in vita, donando filio, quia contemnitur ab eo poſt donationem, vt tradit Marcell. Maurus allegatio. 65. num. 4. per bonum textum in l. vtrum, in vltimis verbis, ff. de verborum obligatio. quia hæc non voluntaria, ſed neceſſaria donatio eſt, vt infrà videbimus: tenetur enim pater dotare filiam. Imò & in lege veteri legimus ſolitum eſſe fieri iſtas in dotem donationes; ita enim habetur Tobiæ cap.8.circa finem, vbi Raguel pro Sara filia ſua fecit donationem Tobiæ genero de dimidietate bonorum de præſenti, & de alia medietate poſt mortem.

Quatenus autem dotationem filiæ clauſula hæc in ſe habet, & continet, dotandi enim animo ſempet donatio à patre cenſetur fa- 27 cta filiæ, etiam † ſi expreſsim ita nun dicatur, prout latiùs in inferioribus probabimus, opottet quòd eius materiam nos hic plena manu pertractemus, & parentum ad id obligationem, quam implet cum hac donatione, ſimul cum obligatione aliorum, qui in defectũ parentum in idem tenentur, quæ eſt propria huius clauſulæ materia, quæque magis in palarijs practicatur, & ventilatur, percurramus, omittendo reliqua, quæ circa dotis naturam, & vocabuli ſignificationem, & intelligentiã, ac alia minùs vtilia alij tradunt, in quibus nos non oportete ſumus arbitrati quòd conſumeremus tempus, qui ſolùm practicabiliora, & in praxi frequentiùs occurrentia, vti vtiliora, inſtituimus in noſtris lucubrationibus tractare.

Quoad patrem † igitur indubitata eſt a- 28 pud omnes concluſio, quòd ipſi vltra onus tradendi nuptui filiam, incumbit & alia dotandi obligatio, vt probant iura tex. in l. qui liberos, ff. de titu nupt. l. filiæ, de lega.3. & l. fi. §. vtrunique, verſ. Neque enim, C. de dot. promiſ. *Neque enim* (inquit Imperator) *leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt, omninò paternum eſſe officium dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie*, eodẽ modo reliqua iura allegata concluſionẽ probant, taliter quòd otioſum ſit in re tam manifeſta diutiùs immorari. Vide tamen, ſi vis, quos Gail. laudat obſer. 95. lib. 2. & quos Pater Molin. allegat de iuſti. & iur. tract. 2. qui communiter de contractibus inſcribitur, diſput. 424. num. 1. videndus Pater Rebel. de obligat. iuſti. par. 2. lib. 5. de contract. dotal. q. 4. quinam teneatur filias dotare, vbi dicit ad id patrem quoad vtrumque forum teneri: oprima eſt de hocdeciſ. Rot. Bononien. 29. apud Cæſ. Batz. vbi dicit fuiſſe id ibi fa † cilè *reſolutum*, & plenius Barboſ. in l. 1. par. 4. à nu. 4. circa fin. cum ſequent. ff. ſolut. matrimo. cum quibus omnes penè habebis qui materiam tractant, quibus adde Mar. Giur. in conſue. Sena. Meſſanen. c. 3. gloſ. 2. par. 1. ex num. 2. cum aliquibus ex gloſsis ſequentibus, vbi nouiſsimè onus ſuſcepit declarãdi hanc paternam obligationem erga filias

elocandas, & dotandas, vbi videas. Ratio introductionis huius paternæ obligationis ad dotem, fuit ne illa deficiente impediatur matrimoniũ, authen. de æquali. dot. §. quia verò, & l. 3. ff. de iure dot. indotata enim mulier à viro ſpernitur, authent. de nuptijs, §. ſi quis enim. Mantica, qui plura congerit, de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 13. Andre. Gail. obſer. 95. nu. 13. lib. 2. imò infelix dicitur quæ inuenit ſe ſine dote, nedum reſpectu ſui, ſed filiorum, quos alere non poterit, vt dicebat Bal. in l. cũ quidam, num. 2. C. de iur. dot. Monter deciſ. Aragon. 16. nu. 23. Bae. de non melioran. dot. ration. filiab. cap. 5. nu. 8. Giurb. vbi ſup. nu. 3.

29 Id quod † adeò verum eſt, vt ſi renuerit pater id facere, cogetur proculdubio, ſi non iure actionis, quaſi ad id obligatus, officio ſaltem iudicis, quaſi hoc onus ex officio pietatis paternæ profectũ eſſe videatur, vt per Capel. Toloſ. q. 291. Gail. allegata obſerua. 95. in princ. noller Oliba idem optimè docet de actio. 2. par. lib. 1. c. 14. num. 43. & ibi eius gener nunc egregius Senator Hippoly. Montaner in additio. nu. 12. Couar. in epit. ad 4. Decretal. 2. p. c. 3. §. 8. n. 7. omnium latiſsimè articulum diſputat Pet. Barbo. in l. 1. par. 4. à nu. 4. ff. ſolu. matri. adde Patrem Rebell. vbi ſuprà num. 6. dicentem, quòd licèt obligatio hæc non ſit de iuſtitia commutatiua, quæ multò arctior eſt, tamen quaſi de iuſtitia, fundatúrque non ſolùm in charitate, ſed etiam pietate paterna, ex quo ipſo lumine naturali dictante, ſpeciale ei quoddam onus tanquam familiæ capiti incumbit particularis prouidentiæ quoad ſtatum liberorum, iuxtá illud ad Timot. 5. *Si quis ſuorum maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit, &c.* Mar. Giur. d. cap. 3. gloſ. 2. par. 1. n. 3. Et ſunt etiam qui iure obligationis patrem ad id teneri defendant, vt gl. in l. obligamur, §. 1. verb. lege obligamur, ff. de actio. & obligatio. Curt. iun. qui dicit cõmunem, in authẽ. res quæ, C. commu. de legat. Menoc. de præſump. lib. 4. præſum. 189. nu. 64. Ceuall. in commun. contra commun. q. 5. in princ. vbi de communi contra commun. Surdus de alimen. tit. 3. q. 3. nu. 26. & Pater Sanchez de matrimo. lib. 4. diſpu. 26. num. 2.

Sed non eſt recedendum à tam receptis, & communibus opinionibus, & pro hac de qua loquimur, quòd pater teneatur tantùm officio iudicis, non iure actionis, vide omninò And. Fachin. qui eam pluribus defendit, controu. iur. lib. 13. c. 78. per tot. & Spino de teſtam. glo. 10. nu. 32.

30 Sed † quid interſit, fiat id magis officio iudicis, quàm iure actionis, oportet quæramus nos, qui rei cauſas nondũ cognoſcere ſatagimus, & ſeu rem per cauſam cognoſcere. Reſpondet tibi Barboſ. nu. 5. in loco ſup. cita. quòd multùm: nã multæ, inquit, ſunt differentiæ inter actionem, & officium iudicis, de quibus per Purpura. in l. 1. à nu. 116. ff. de iuriſ. omn. iud. Voluiſſem ego quod hac generali relatione minimè contentus, nõnullas ex his differentijs in noſtra propria materia is Doctor explicuiſſet, quibus ad veram, & perfectam illius cognitionẽ potuiſſemus faciliùs peruenire nos, qui eam exactè pertractare, & diſcurrere ſtudemus, curabimus nõnihil circa hoc dicere, quoties ſeſe nobis in inferioribus locus obijciet, quo manus apponere valeamus, attende ad ea, quæ dicẽtur, & videbis principaliores huius diſputationis effectus explicatos, & interim vltra Purpura. ſuperiùs allega. vide ad propoſitũ Sebaſtia. Sapia. in l. ius dicentis, num. 47. & 51. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. quem egregius Senator Montaner ad Olib. refert in 2. par. de actio. lib. 1. cap. 14. num. 8. verſ. Sed regulariter.

31 Supradicta † compulſio vt patet filiam nuptui tradat, ac dotet, nedum poteſt inſtari per filiam, ſed etiam & per eius propinquos, ſi ipſa præ verecundia non audeat iu-
32 dicem adire; imò & idem † ipſe iudex poteſt id facere ex officio, ſi viderit expedire, prout optimè ex Boer. in deciſio. 230. num. 4. & 6. (debuit dicere deciſ. 130. omnes video in hac allegatione erraſſe) docet Pater
33 Rebel. vbi ſup. num. 4. addens † compulſionem fiendam vel indicta mulcta, vel captis pignoribus, vel etiam per perſonæ capturã, vt per eam afflictionem ſatisfaciat obligationi legis, Barboſ. in allegata l. 1. par. 4. nu. 3. Mar. Giurba in conſuetudi. Senat. Meſſanen. dicto cap. 3. gloſſ. 2. par. 1. nu. 3. Et hanc compulſionem fieri poſſe nedum per iudicem laicum, ſed etiam per eccleſiaſticũ docet Andreas Sicul. in cap. ex litteris, num. 4. de pignoribus, & colligi dicitur ex doctrina Bart. in l. ſolent, num. 13. ff. de aliment. & cibar. legat. prout refert Barboſ. in allegata l. 1. par. 4. num. 3. circa finem, ff. ſolut. matrimon. & Pater Rebell. vbi ſuprà num. 5. Sed
34 dubito, † quòd id in Cathalonia admitteretur, ex his quæ docet Antonius Oliba grauiſſimus olim illius ſupremi Senatus Doctor, in commenta. ad vſat. Alium namque, cap. 11. num. 44. de iure fiſci in Conſtitutio. Cathalon. vbi ex Mieres tradit non permittere Regem noſtrum inuictiſſimum, quod ad forum, & tribunal eccleſiaſticum cauſæ laicales, & quæ ducendæ ſunt inter laicos, trahantur prætextu miſerabilitatis, paupertatis, viduitatis, pietatis, (huius ratione volunt

lunt aliqui poſſe Eccleſiam cognoſcere de cauſis doralibus) quia ad id habet erectam Regiam Audientiam in Cathalonia, vt ibi huiuſmodi cauſæ decidantur, & pro eis ad ipſum Regem habeatur recurſus, non ad alium.

Nonnulla ad propoſitum conferentia circa cognitionem cauſarum decimarum dixi tomo 1. clauſ. 4. gloſ. 13. par. 2. num. 58. Ego non vidi vnquam per aliquem hucuſque in Cathalonia tentatum, conuenire alium pro dote apud iudicem eccleſiaſticum. Sed ſi vis
35 ſcire † an cauſa dotis ſit de iure, mixti fori; vide Aufrer. in tract. de poteſta. eccleſ. ſuper laic. num. 21. Anto. Gomez in l. 50. Tauri, num. 53. Suarez de Paz. in prax. 2. tomo prælud. 2. num. 21. fol. 8. Molina de primogenijs Hiſpan. lib. 2. cap. 15. num. 75. & ſeq. Ioann. Gutierrez in pract. lib. 1. quæſtio. 44. à num. 6. & lib. 3. quæſtio. 29. nu. 32. & Bonadilla in ſua Politica lib. 2. cap. 17. *Por la iuriſdiccion Eccleſiaſtica*, numer. 101. & vltra hos Ludouic. de Caſſanate per totum conſilium 27. quod eò ſumit in diſputanda quæſtione, nunquid cauſa dotis, & etiam cauſa alimentorum, ſit mixti fori, & reſoluit cum communi quòd non, & tradit pulchram *de-*
† *ciſionem* Regij Cancellarij Regni Aragonum pro hac opinione in facti contingentia factam.

36 Succeſsit † is caſus aliquando diſputandus in Senatu, Relatore egregio olim Senatore Franciſco Sala, in cauſa nobilium Ludouici de Requeſens, & Suñiga Præceptoris maioris Caſtellæ, & Hietonymæ de Requeſens, Gralla, & Hoſtalrich vxoris ſuæ, contra nobilem Franciſcum Gralla, & Deſpla Magiſtrum Rationalem Coronæ Aragonum eorum ſocrum, & patrem reſpectiuè: cùm enim nupſiſſet dicta nobilis Hieronyma Gralla dicto nobili Ludouico de Requeſens cum conſenſu matris, & nonnullorum propinquorum publicè, & palam, licèt non cum conſenſu expreſſo patris, verùm tacito cùm nuptiæ celebratæ eſſent in eius domo, eo in ea exiſtente, & quid ageretur ſciente, & attuliſſet in dotem nobili viro ſuo omnia iura, quæ habebat in bonis patris ſui, nolletque pater dotem competentem filiæ dare, dicti nobiles coniuges cauſam contra eum in Regia Audientia in-
† troduxerunt, in qua, *ſententia* lata die vigeſima quarta menſis Iulij anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, taxata fuit dos competens, & pater condemnatus ad eam ſoluendam, cum expreſſo motiuo noſtro: *Attento* (inquit) *patre, qui filiam, quæ viro nupſit digno, competenter dotare recuſat, cogi poteſt congruam dotem illi conſtituere, &c.* Scriba erat N. Mota; & poſteà N. Vila.

Huius declarationis aliàs meminit noſtet Iacobus Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 11. de ſponſalibus, & matrimonijs, numer. 5. cum ſequent. Qualiter autem fuerit facta taxatio, & an intra legitimam, vel vltra illam, infrà ſuo loco dicemus.

Hic eſt bonus modus compellendi patrem ad dotandum, taxando dotem iudicis officio, & condemnando patrem ad eã ſoluendam, & magis facilis, quàm illi qui ſuprà ſunt prætacti, de indicenda mulcta, capiendis pignoribus, & carceranda perſona patris, qui habent in ſe quamplurimas, & inextricabiles difficultates. Hoc vnum eſt noſtro perſpicaciſſimo, & oculatiſsimo Senatui præ alijs concedendum, quòd ſi vllus eſt in vniuerſo orbe, cui ſit deſuper datum, vt in adminiſtratione iuſtitiæ cum rectitudine, prudenter, & ſapienter procedat, is vnus eſt; conſeruet eum Deus in æ-
uum incolumem.

† Idem *obſeruari* in Senatu Neapolitano, quòd pater compellatur nuptui tradere filiam, & eam dotare dote taxata per iudicem; auctor eſt nobis Vincen. de Franchis deciſ. 616. per tot.

37 Sed † an hæc procedant tam in filia emancipata, quàm in ea, quæ eſt in poteſtate patris; diſtingue inter obligationem dotandi, & obligationem nuptui filiam trádendi; vt quoad primam, non ſit dubium non fore aliquam conſtituendam differentiam inter filias emancipatas, & filias in poteſtate parentum conſtitutas; quia obligatio dotandi non oritur ex patria poteſtate, vt in l. finali, C. de dotis promiſsione, vbi filium, vel filiam emancipatos pater dote, vel donatione propter nuptias ornare tenetur, ſed imò ex affectu naturali, l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, & dicta l. finali, C. de dotis promiſsione. l. dedit dotem, ff. de collatione bonorum, is autem non tollitur emancipatione, gloſſa, Faber, Platea, & Angel. in §. in teſtibus, inſtitut. de teſtamentis: ſic reſoluunt omnes Doctores qui de hac materia tractant, & ſignanter Baeça de non meliorandis dotis ratione filiabus, capite 7. numer. 23. Molina de primogenijs Hiſpano. libr. 2. cap. 15. numer. 25. Brunorol. à Sole quæſtione legali 43. numer. 6. & Petr. Barboſ. in allegata l. prima, part. 4. num. 3. ff. ſolut. matrimonio, qui infinitos penè ad idem allegant.

38 Quo ad † ſecundum verò, quod attinet ad obligationem nuptui filias tradendi,

non

non eſt dubium, quòd ſit conſtituenda differentia inter filias, quæ ſint in poteſtate patris conſtitutæ, & inter eas, quæ ſint emancipatæ: in illis enim, & illarum reſpectu reſidet procul dubio ea obligatio in patre, quam prædiximus, reſpectu autem emancipatarum minimè.

Ratio differentiæ eſt quidem clara, & manifeſta; quia cùm filiabus in poteſtate parentum conſtitutis lex ciuilis prohibuiſſet ſine ipſorum conſenſu poſſe matrimonia contrahere, iuxtà l. 2. ff. de ritu nuptiarum, & l. ſi vt proponis, C. de nuptijs, & nos abundè probauimus tomo primo huius tractat. clauſula 4. gloſſa 2. ſtatim in initio, neceſſum fuit, quòd eadem lex vltra obligationem dotandi, eam etiam quæ reſpicit collocationem matrimonij parentibus iniungeret; aliàs viſa fuiſſet nuptias huiuſmodi filiabus prohibere, quod foret nimis abſurdum, & vltra Legislatorum intentum; quod forſan non obſcurè colligitur ex l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, dum dicit patrem videri prohibere filios in poteſtate conſtitutos contrahere matrimonium, ſi eis conditionem non quærit, id eſt, ſponſalia, & matrimonium: iuxtà l. 1. ff. de ſponſalibus, & l. 2. ff. de diuortijs, vbi verbum, *Conditio*, pro ſponſalibus, & matrimonio vſurpatur, quod eodem modo in dicta l. qui liberos, reperio intellexiſſe eruditiſsimum Petrum Gregorium in Syntagma. iuris vniuerſ. parte 2. libro 9. cap. 18. numer. 5.

Id non fuit neceſſe quòd lex ſtatueret in emancipatis, & eorum reſpectu, cùm ex poſsint vtique, prouti voluerint, ſine parentum conſenſu matrimonium contrahere; nulla enim lex id eis prohibet, earum igitur reſpectu ſufficit, ac ſufficere viſum eſt, quòd parentibus iniungeretur quatenus dotem eis nubentibus conſtituerent, nec aliud dictorum parentum oneri iniungerent: ſic pulchrè, & eleganter Petr. Barboſ. docens quamobrem in allegata l. qui liberos reſtringi videatur obligatio paterna circa dotationem filiarum, ad eas tantùm, quæ ſunt in poteſtate, Barboſius (inquam) in allegata l. prima, par. 4. numer. 2. ff. ſoluto matrimonio, quem ſequitur doctiſsimus Pater Rebell. dicta parte 2. tractat. de obligatio. iuſtit. libr. 5. quæſtio. 4. numer. 4.

39 Sed dubium † eſt, (redeundo ad inſtitutum) quomodo compatiatur quòd teneamus patrem compelli poſſe, ſaltem iudicis officio, ad dotandum filiam, cum eo quod Iuriſconſultus docet in l. final. §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. creditor. ibi. *Quia intelligitur quaſi ex donatione aliquid* (de dote loquebatur, quâ filia à patre receperat) *ad eã peruenisſe*, dotem cenſeri cauſam lucratiuam quoad mulierem, etiam ſi ſit filia dotantis, ad quem tex. inquit Pinel. in l. 1. p. 3. n. 62. verſ. Infertur 31. C. de bo. mater. non aduertere eos, qui frequentiùs in filia cõtradicunt, arguentes ex regul. l. final. C. de dote promiſſ. & l. qui liberos, de ritu nupt. ſuperiùs adductarum, quibus habetur patrem teneri filiam dotare &c. Accedit quòd Imperator in allegata l. finali, C. de dot. promiſſ. in l. cognouimus, C. de hæreticis, & in l. 2. C. de bon. quæ lib. dationem dotis, quâ pater erga filiam facit, liberalitatem appellat, quod non eſſet ſi ad eam præſtandam teneretur inuitus, iuxtà l. rem legatam, ff. de alimen. lega. ſequitur Matienç. lib. 5. tit. 2.
40 l. 1. glo. 4. num. 5. Et hoc eſt † quod dicitur communiter dotem quoad maritũ eſſe quidem cauſam onoroſam, quoad mulierem verò lucratiuam, de quo Tiraquell. in l. ſi vnquam, verbo Donatione largitus, & Pinell. in allegata l. 1. par. 3. num. 62. verſ. Infertur 32. C. de bon. matern.

Petr. Barboſ. in ſuprà adducta l. 1. par. 4. n. 23. ff. ſolut. matri. difficultatem ſoluit, dicens, quòd reuera pater cogitur, ac cogi poteſt dotare filiam, & propterea reuera eius in donando actus exercitus non poteſt dici liberalitas: talis autẽ appellatur quando ipſe, antequam officio iudicis ad id cõ-
41 pellatur, filiam dotat; quia iudicis † officium non eſt in conſideratione antequam ſit impetratum, l. cum poſtulaſſem, in prin. ff. de damn. infect. quia id quod per officium iudicis debetur, antequam prædictum officium imploretur, non conſideratur tanquam debitum: prout ex Fulgoſ. Alexand. & Ripa probat Barboſ. loco ſuprà allegato.

42 Conſiderat † igitur is Doctor duos caſus: alterum quando pater ad dotandum filiam expectat iudicis compulſionem, & tunc (inquit) dici non poteſt liberalitatem exercuiſſe patrem dotando filiam: alterum verò quando antequam pater ad id compellatur officio iudicis, & tunc dicit, quòd quia liberaliter actum gerit antequam à iudice, vel ab aliquo compellatur, liberalitas propterea ille actus meritò appellari poteſt, & appellatur in iure.

43 Aluarus autem † Velaſchus conſultatione trigeſima prima à principio vſque per totum numerum 4. auctoritate Alexandri conſilio 71. conſideratis his, libro 4. aliter diſtinguit, videlicet, quòd aut loquimur in patre, & alia perſona obligata ad dotandum

dotandum, aut in extraneo: primo enim caſu inquit non poſſe dotem dici titulum lucratiuum: ſecundo verò ſic, quia dos data ab extraneo eſt mera donatio, & liberalitas, quia fit nemine cogente, iuxtà l. 1. ff. de donation. quod non eſt in patre, quia dotem quam iure debet, exoluit, dicēdum, atque ita dicit intelligendum fore quod cō muniter dicitur, dotem eſſe cauſam lucratiuam: approbat hanc diſtinctionem Annæ. Robert. rerum iudicatarum lib. 3. cap. 11. verſic. *Pro Seya*, circa princip. qui pluſquam alius eam iuribus, & auctoritatibus confirmat; alios allegat Ioan. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 72. num. 3. & 4.

44 Tertia eſt † diſtinctio reſpectu patris dotantis filiam, (nam reſpectu extranei non poteſt eſſe dubitatio quin ſemper eius donatio cenſeri debeat mera donatio, & liberalitas ex his quæ ſuprà dicta ſunt, quibus eſt quòd addas Ioannē Franciſcum del Caſtillo deciſio. Sicili. 72. per totum, vbi repetes ad quem effectum nihilominus hæc extranei dotatio poſſit dici titulus oneroſus, & Stephanum Gratian. diſceptationum foren. lib. 2. diſceptat. 308. per rot.) eſt vt cōſideremus dotationem in eo quod eſt intra legitimam de iure filijs in bonis parentum debitam, vel in eo quod legitimam excedit, vt primo quidem caſu dici cauſa lucratiua nullo modo valeat, in ſecundo verò ſi.. Ad hoc confirmandum eſt quòd attendas ad latè tradita per Gaſpar. Baeça de non melioran. dotis ratione filiabus cap. 32. per totum, ac per nos etiam in primo tomo noſtri huius de pact. nuptialib. tracta. clauſu. 4. gloſſ. 28. à num. 7. cum ſequent. & in alijs etiam in locis ibi per nos relatis, vbi probatur, quòd donatio ob cauſam in eo quod eſt intra cauſam, donatio ob cauſam dicitur, in eo verò quod cauſam excedit, ſimplex, & gratuita donatio; & dos dicitur cauſa oneroſa quando non excedit legitimum modum: ſi autem illum excedit, tunc in exceſſu dicitur quidem cauſa lucratiua.

† Id noſtro Senatui aliquando *placuiſſe* apparet ex declaratione in cauſa Pupillorum Graus, contra Antoniam Planes, & Meca, quam vbi ſuprà ipſe retuli num. 9. vbi dotis datio à patre filiæ facta in eo quod excedebat quantitatem filiabus inter ſimiles perſonas dari ſolitam, vel etiam vltra legitimam eis debitam, donatio pura declarata fuit, ac proindè reuocationi propter ingratitudinem obnoxia. Sed quia aliæ eiuſdem Senatus aulæ contrarium in eodem caſu bis declararunt, dum legitimè ad eas cauſa deuoluta extitiſſet, vt ibidem habes, tu hæc conſiderabis, vt caſui, qui forſan quandoque tibi in praxi circa hæc occurret, accommodes, declarationi ideò non eſt quòd ei multùm inuitamur: ſed ad alia tranſeamus.

In noſtra Cathalonia ſemper iſte titulus doris, tam reſpectu vxoris, quàm reſpectu viri, videtur oneroſus, ex quo ſemper fit, & fieri ſolet dotatio pro iuribus legitimæ, & alijs in hæreditate paterna competentibus, & competituris, & cum ampla renuntiatione omnium iurium, ad ea quæ latè ad hoc propoſitum dicimus in Inferioribus in materia euictionis in re dotali, & in clauſula renuntiationis, vbi videas.

45 In qua † autem ætate poſſit filia patrem compelli facere ad nuptui eam tradendam, & dotandam, ſi quis percontetur, reſpondebo, quòd de iure communi videtur expectare debere filiam ætatem viginti quinque annorum, ex diſpoſitione authent. ſed ſi poſt, C. de inofficioſ. teſtamen. De iure verò noſtro municipali viginti quatuor completorum, ex Conſtitutio. 3. ſub titulo *De ſponſal. y matrimon.* in primo volum. Conſtitutionum, quia per lapſum horum temporum, & non antea, conſtituuntur parentes in notoria mora, & negligentia collocandi filias; & ideò datur eis licentia nubendi ſine illorum conſenſu.

46 Sed dicit † Cæſar Barzius, eundem hunc articulum tractans, deciſio. Bononienſi 29. numer. 4. quòd ſi mores hodiernos ſpectemus, vtique illa quæ eſt ætatis viginti duorum annorum, longè dicitur exceſſiſſe nubiles annos, ad tradita per Tiraquellum de legib. connub. l. 6. numer. 39. & ſequen. qui in paucioribus etiam annis dicendas vult mulieres eſſe ætatis nubilis, id eſt, vt matrimonio iungi habeant; idem dicit don Garcias Meſtrill. deciſio. Sicil. 163. num. 23. vbi pro excuſatione mulieris, quæ indignè nupſerat ante vigeſimum quintum annum, adducit quòd generali conſuetudine ſolent mulieres in minore ætate nubere; atque ita videntur ſentire ij Doctores, quòd ante vigeſimum quintum, & vigeſimum quartum reſpectiuè annos, poterit filia compellere patrem, vt eam viro iungat, & matrimonio copulet. Quod an verum ſit, ad partes diſputat Barboſ. in 4. par. l. r. num. 35. ff. ſolut. matrimon. & Gaſpar Anton. Theſaur. quæſtionum forenſium † lib. 1. quæſt. 70. vbi num. 7. dicit *declaratum* expectandum eſſe vigeſimum quintum annum, nec antea competere actionem, quā uis diminutæ hodiernis temporibus ſint ætates, & propterea videtur id tempus reſtringendum. Adde Celſum Hugo. conſ. 38.

num.

num.10. qui expreſsim agit de noſtra Conſtitutione præfigente tempus viginti quatuor annorum, & vlteriùs diſputat, an illud debeat eſſe completum: de quo puncto eſt etiam tota deciſ. Portugal. apud Melchior. Phæb. 45. Adde etiam & alios citatos per Theſaur. vbi ſup.

47 Sed ego † otioſam arbitror hanc diſquiſitionem, quia fruſtrà precibus imploratur quod de iure communi conceſſum eſt; eligat mulier virum, dummodò dignum, & nubat in Domino cui voluerit, & in quacunque ætate exiſtat, quamuis non attingat ætatem viginti quinque, vel viginti quatuor annorum, & poſtea petat dotem à patre, qui eam denegare non poterit, quamuis ſine eius conſenſu fuerit matrimonium contractum: quia iura, quæ prohibent filiabus ne, donec fuerint certæ ætatis, poſſint ſine parentum conſenſu matrimonium contrahere ſub pœna exhæredationis, aut alia, non procedunt, nec habent locum quando filia nubit digno, prout plenè probauimus in primo tomo huius noſtri tractatus, clauſula 4. gloſ. 2. num. 28. & dicemus etiam in ſequentibus ampliationibus. Si ergo habet filia iſtud à iure conceſſum remedium, quàre adibit iudicem vt compellat patrem ad ſe nuptui tradendum? Certe non video quare id faciat. Hæc nedum concludunt otioſam eſſe (vt dixi) diſputationem, in qua ætate poſsit mulier compellere patrem vt eam nuptui tradat: ſed generaliter etiam an ad id poſsit mulier patrem compellere, vix enim eſt caſus, in quo id poſsit practicari.

48 Ampliatur, † vt nedum ipſe pater dum viuit teneatur ad congruam filiæ dotationē: ſed etiam eius hæredes, Bar. in l. ſicut, §. penult. ff. quibus modis pign. vel hypothe. ſolui. & l. ſi marito, §. ſi voluntate, num. 9. & ibi Paul. num. 4. ff. ſolut. matrim. idem Bar. in l. ſi cum dotem, num. 23. ff. eodem tit. & ibidem Alexan. num. 22. Menoch. in conſil. 81. num. 1. vol. 1. communem dicunt Bae. de non melioran. filia. cap. 2. nu. 26. & Lara in l. ſi quis à liberis, §. non tantum, nu. 56. ff. de liber. agnoſcen. latè Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. conuentio. lib. 15. tit. 18. per tot. in 1. par. latè Barboſ. in l. 1. p. 4. num. 6. ff. ſolut. matrimon. egregius Senator Montaner ad Olib. de action. par. 2. lib. 1. c.

49 14. num. 12. Et ſi † ſunt plures hæredes, an contra vnumquemque ex ipſis poſsit filia agere inſolidum pro dote, an verò pro partibus hæreditarijs, declarant tibi Afflict. deciſ. 332. num. 2. & ibi Vrſill. in fi. Cornazan. deciſ. 35. num. 6. plenè Surd. tota deciſ. 90. & Andreas Molfeſ. in commentat. ad conſuetud. Neapol. par. 6. de iur. dotium, quæſt. 9. num. 10.

50 Et non ſolùm † hæres ad huiuſmodi dotem filiæ dandam tenetur: ſed etiam quicunque, ad quem bona patris deuenerint, Caſtrenſ. in conſ. 82. num. 1. vol. 1. Dec. in conſ. 376. num. 2. Roland. à Valle in conſ. 85. nu. 36. lib. 1. & Stepha. Gratia. deciſ. Prouintiæ Marchiæ 19. num. 7. & deciſ. 95. num. 12.

51 Ratio eſt manifeſta, quia † hæres non poteſt recuſare onus, quod defuncto incumbebat, l. poſtulante, ff. ad Trebell. & cùm obligatio huiuſmodi, qua pater tenetur dotare filiam, inhæreat eius bonis, indè fit, quòd tranſeat ad quemcunque bona vadant ac ſi ab ipſo fuiſſent dicta bona obligata pro cōgrua dote, vt Doctores ſuprà adducti dicūt;

52 imò † dos eius cenſetur æs alienum reſpectu patris; & ideò fit, quod nunquam videatur eſſe in fideicommiſſo, quod pro dote filiæ fuerit neceſſarium, Bart. in l. à filia, nu. 3. ad Trebellia. Gratian. allegata deciſio. 19. num. 8.

53 Nec † te conturbet quod ſuprà diximus, & reſoluimus, patrem non teneri iure obligationis ad huiuſmodi dotem filiæ dādam: ſed imò iudicis officio; vnde videbatur inferri nullam ineſſe bonis illius obligationem, quæ ad hæredes, vel alios poſsit pertranſire: nam verum quidem eſt officium iudicis nullam præſupponere obligationem propriam, præſupponit tamen quaſi obligationem, gloſ. in l. ſi ſeruum 91. §. ſi. verbo poſsit, ff. de verb. obligatio. & ibi Iaſ. nu. 4. ita vt quod ſolo officio iudicis debetur quaſi æs alienum reputetur, Alexand. in l. à filia, num. 12. ff. ad Trebell. ac proindè hæc quaſi obligatio in hæredem trāſibit, l. quod ſi minor, §. final. ff. de minor. iuncta l. non ſolum, ff. de integr. reſtitu. ita in terminis Barboſ. in allega. l. 1. par. 4. num. 6. ff. ſolut. matrim.

54 Sed † quorſum hæc diſputent Doctores ego mirabar dùm ea conſiderarē, cùm mortuo patre ſtatim oriatur filiæ actio ad petendum ab eius hæredibus, & ſucceſſoribus legitimam ſibi iure naturæ in illius bonis debitam: ſi hoc planum, & expeditum remedium habet filia, quo conſequatur ius ſuum ex bonis patris, ex quibus poterit ſe dotare, mirum eſt quòd tractent Doctores de alio remedio dando filiæ contra hæredes, & ſucceſſores patris pro ipſa dotanda, in quo tanta poteſt eſſe difficultas, quanta colligi poteſt ex eo quòd non iure obligationis, ſed officio potiùs iudicis, dos filiæ à patre debeatur, erit ne forſan pinguius remediū hoc compellendi hæredem ad dotem dandam, quàm ad legitimam perſoluendam? videtur quòd minimè gentiū, cùm filijs præter legitimam

timam non videatur quid in bonis parentũ debitum.

55 Sed † est facilis responsio quòd dos non semper metitur à legitima, potest enim esse quandoq. maior, quandoq. minor secundũ temporis, & personarum qualitatem, vt inferiùs dicemus, & probat Barbos. volens id procedere tam respectu ipsius patris dum viuit quàm etiam respectu eius hæredis. Barbos. (inquam) in l. 1. par. 4. num. 10. in fi. ff. solut. mat. Greg. Lop. in l. 8. glos. 4. tit. 4. parti. 5. Indè fit nõ esse iustum velle filię petitionem, seu ius petendi mortuo patre, ad solam legitimam regulare, sed quia hęc manifestiora, & clariora sient ex infra tradẽdis dum disputabimus de dotis cõgruitate, ideò hic non insistimus ampliùs, oportet autem videas ad propositum qaæ annotauimus infrà dum de dotanda filia diuite egimus, vbi differentiam notabilem constituimus inter patrem dum viuit, & eius hæredem.

56 Sed si † solùm esset bonorum possessor is qui conueniretur pro dotanda muliere, non hæres, tunc in subsidium daretur contra eum actio tantùm casu quo hæres non esset soluendo, provt abundè probat Ioan. Baptis. Costa de remed. subsidiar. remed. 67. per tot.

57 Ampliatur secundò † vt dotanda filia sit nedum pro matrimonio carnali, cuius respectu dos proprie dicitur, sed etiam pro matrimonio spirituali, nempè pro ingressu religionis, pro quo etiam † quod à muliere monasterio affertur, dos, nec impropriè, cõmuniter appellatur, & sacra Illustrissimorum Cardinalium pro decidendis Sacri Concilij Tridentini dubijs præfectorum congregatio eodẽ id nomine donat in c. 16. sess. 25. de regular. in eodẽ Sacro Cõcilio, vbi de hoc agitur, & probat bene Nat. cons. 296. nu. 4. dotem dici quod datur pro ingressu monasterij, & dotis retinere naturam absque difficultate aliqua, auctem. nisi rogati C. ad Senat. consul. Trebel. Bar. in l. Titio cẽtum §. Titio genero num. 8. ff. de cõdi. & demonst. latè Nat. in d. cons. 296. per tot. Gayl. in prac. obser. 94. num. 17. lib. 2. Meno. de præsump. lib. 4. præsump. 189. num. 91. & latissimè pater Sanches de matrim. lib. 4. disputa. 26. num. 7. vbi plures ad idem allegat hic consultò omitendos.

58

59 Ratio est † quia nubere dicitur qui nubit in Christo c. hęc vero, & c. quę Christo 26. q. 1. & valet argumentũ à matrimonio carnali ad spirituale, & à pari procedunt, c. sicut vir. 7. q. 1. Vnde fit quòd legatum relictum nubenti debetur ingredienti monasterium, vt ijdem Doctores probant qui suprà relati sunt. Adde Thomam Sanchez lib. 1. de spõsal. disput. 33. num. 29. Mestril. decis. Siciliæ 153. in. 2. par. Lara de aniuersar. lib. 1. c. 21. num. 25. Capic. decis. 204. nnm. 1. & 2.

† ac final. vbi *decis.* Senarus Neapolita. Ideò nihil mirum si dicamus quòd volens mulier ingredi monasterium potest patrem compellere ad se dotandum ac fi nuberet.

60 Nec † est minùs fauorabile hoc nostrum de quo agimus spirituale matrimoniũ, quàm illud carnale, imò multò magis, vt Doctores superiùs relati pluribus docent, sicut ergo ad matrimonium carnale cõtrahendum, dotem qua eget mulier, compellitur pater dare, sic compelli debet etiam ad eam dãdam, quę necessaria est pro matrimonio spirituali. Circa quam dotem, quæ matrimonio spirituali danda est, nota insignem Pet. Grego. locum in syntag. iur. vniuer. par. 3. lib. 45. de

61 actio. c. 2. num. 7. dicentis † quòd si filia non fuerit in ingressu monasterij dotata, poterit post ingressum petere dotem ac si nupsillet

62 marito. Attamen † datum à patre, & positũ supra altare, pro legitima censeri positum, nec quicquam vltrà peti posse pro eadem, cùm tat ad id Bal. in l. fin. C. de dot. promis. & Guil ter. Benedict. in c. Raynutius in verbo, dotem, quam ei dederat, num. 7. viden. Vincen. Hondede. in con. 11. num. 16. vol. 2.

63 Nec dicas † videri otiosam hanc quęstionem, nunquid pater filiam ingredientem monasterium teneatur dotare nec ne, cum non videatur posse monasterium quicquam recipere pro ingressu puellę, cum sit res spiritualis, absque simoniæ labe, c. non satis de simon. extranagan. 1. incip. sanè, eo. tit. vers. Ne tam à maribus, & Cõcil. Trident. sess. 25. c. 3. de regular. vbi quod nõ admittantur plures moniales in monasterio quàm ali possint, & quòd sit simonia recipere moniales cũ dote, est extrauagans Vrba. V. ne in ea, & probat latè Diony. lib. 1. & 2. de simo. licèt nihil recipiatur pro ingressu religionis, sed tantùm sustentationis gratia, quamuis monasterium sit paupertrimum, quod nõ excusat. Quia contrariũ est verius, posse scilicet dotes recipi pro huiusmodi monialium ingressibus, si non nomine dotis, & pro ingressu, qnæ odiosa sunt & suspecta in hac materia, nomine victus, & pro alimentis ingredientis, vnde cum non fiat animo diteſcendi non est simoniacum, atque ita seruat totus

†† ferè orbis receptissima consuetudo, & *approbauit* sæpius Illustrissimorum Cardinalis congregatio provt refert Zerol. in prax. Episco. 1. par. verbo, moniales, vers. Ad 15. Baeça de dotibus c. 14. num. 28. Aluar. Vela. qui declarat qualiter hęc dotis datio euadat simonię labem, & præsumptionem, in praxi partitio. & collatio. c. 13. n. 31. Ioan. Gutier.

Gurier.in canonicis c.32.num.61. Lata de aniuerſ.lib.1.c.21.num.91.qui reffert Feli. in c.de ſimoniacè 22.de ſimon.num.6.dicẽtem quòd Anthon.Epiſcopus dicebat ſe audiuiſſe à fide dignis quod Vrba. Papa in ſuprà allega.extrauagan.ſanè,non intendebat cõprehendere moniales pauperes,quæ conſueuernnt aliquid recipere virtute conſuetudinis,& denique Anthon. Fab. in ſuo Cod. lib.1.tit.2.de ſacroſanctis Eccleſijs,diffi.25.

† vbi dicit ita *approbatum* in Sena.Sebuſiano.

64 Sed an † tanta dos ſit danda pro matrimonio ſpirituali qnanta pro carnali,inferiùs diſputabimus cum de congruitate dotis agemus.

65 Quod † extendit Auenda.in conſ.17. relatus per Sanchez vbi ſuprà, ad filium, qui vult ad ſacros Ordines aſcendere, vt ſic ille ad patrimonium (ita communiter appellatur) ſibi faciendum patrem compelli facere poſsit,ſicut mulier ad dotem conſtituendã, circa quod ſi plures quæſtiones ſæpè in praxi occurrentes videre volueris reſolutas, adeas declarationes Illuſtriſsimorũ Cardinalium congregationis, quæ poſitę ſunt in 4. par.deciſionum Rot.Roma.nouiſsim. ſuper c.2.ſeſsio.21.Sacri Concil.Triden. & Petrũ Cened.qui abundè de his agit, collectan. 33. ad decretal.vbi ſignanter tractat,an iſtud patrimonium,ad cuius titulum quis eſt ordinatus,poſsit poſtea alienari, quæ eſt frequens quæſtio,alios tibi non adduco, quia apud eũ illos habebis ad ſaturitatem vſq.

66 Sed tamen † id vnum habet ſpeciale dos hæc quę puellæ datur pro ingreſſu monalterij, vt ſi moriatur **improfeſſa debeat dos** prædicta reſtitui,& reuertitur ad proximiores ſuos.Honded.in conſ.94.num.8. vol.1. Meno.conſ.396.n. 9. vol. 4. & Ioan. Bapt. Coſta de retrotractio.caſ.3.in c.9.num. 14.

† atque ita *reſolutum* fuiſſe in congregat. Illuſtriſsimorum Cardinalium dubijs decidendis,quę circa Sacri Concilij Tridenti.intelligentiam oriuntur, præfectorum habetur poſt vltim.vol.deciſionum Rot.nouiſſimarú ad ſeſſio.25.de regular.c.16.

67 In Illuſtri † Benedictinorum congregatione huius Prouincię in capitulo prouinciali celebrato in monalterio ſancti Pauli huius Ciuitatis de anno 1606.vt moneſteria eius ordinis releuarẽtur à multis moleſtijs, quas ſuſtinebant in dies ſuper reſtitutione dotium ſupradictarum, quando moniales moriuntur improfeſſæ, ſtatutum legitur in eorum conſtitutionibus,ne de cætero in monalterijs monialium eius ordinis reciperẽtur dotes in ingreſſu ante profeſſionem,ſequendo diſpoſitionem Sacri Tridẽtini Cõcilij ſeſſio.25. de regular. c. 16. de quo per Rodrig.in quęſtio.regular.tom.2.quęſt. 48. art.5.pet tot.

68 Hæc dos † eoſdẽ effectus parit, quos quę datur pro matrimonio carnali, ſicut enim per eam comptehenditur mulier ſub ſtatuto excludente à ſucceſſione mulierem dotatam ſic per illam & illius ratione comprehenditur ſub dicto ſtatuto mulier monialis facta, & vt talis dotata,optimè apud Gaſp.Anth. Theſau.quęſtio.foren.2.par.c. 3. & 92. vbi

†† *deciſſ.* Senat. Pedemon.

69 Ampliatur tertiò † eadem reſolutio de obligatione patris circa filiam dotandam, vt nedum ſemel teneatur ipſe ad huiuſmodi dotationem faciendam,ſed etiam bis, & ter,& toties quoties opus fuerit, Bar.in l. ſi ſocius pro filia,& ibi Bal.verſ.2.nota.ff.pro ſocio,ac alij relati per Gratia. allega. deciſ. 95.num.11.Baeça de non melioran.dot.ratio. filia. c. 16.num.32.qui dicit rationem

70 eſſe † quia dos datur loco legitimę vt paſſim habetur apud omnes,nec eſt opus ad id allegare quemquam, legitima autem ſemel tradita,ſi amittatur,eſt reficienda à patre,vt antea docuerat num.18. Plenum de hoc eſt conſilium Michael. de Accol. 94. in ordine in 1.vol.conſ.ad vltim.volun.qui ſcribit eõtra heredes patris,qui homini parùm diuiti, & induſtrioſo filiam tradiderat qui ſtatim dotem conſumpſit,nec quando deceſſit, repertũ eſt vnde dos extraheretur:eõſequentiuè ad ſupradictũ eſt & aliud conſ.Angeli.de Gambellio.95.in ordine idem multis probans.Adde Antho.Fab.in ſuo Cod. lib. 5.tit.6.de dot.promiſ.diffini. 13. vbi dicit

71 † aliud eſſe in patrono Eccleſię,quia ipſe dotandi officium voluntariè,& ex mera libera litate ſuſceperat ab initio: patet veto dotandi neceſſitatem habet.

72 Intellige † niſi dolosè vel culposè mulier dotem conſumpſerit:tunc enim non tenetur pater ad vlteriorem dotationem,Bar. in l. ſi cum dotem §. 1.num.2.vbi Alex.num.6. communem hanc prohtetur,ff.ſolu.mat.tenent penè infiniti,quos refferunt,& ſequuntor Ludoui.Molin. de primogen. Hiſpau. lib.2.c.16.num.23.Nico.Boer. deciſ. 131. num.5.& 6.Rip.in l.2.§.2.num. 7. ff. ſolut. mat. infinitos adducit Giurba deciſ. Sicilię 5.num.10.& nu.39. vbi declarat non procedere ſi culpa leuiſſima, aut caſu dos eſt de perdita.Tiraquel.in l.boues. §. hoc ſermone limita.9.num.4.de verb. ſigni. vbi ſecus

73 dicit † eſſe in eo,qui tenetur ex pacto, non ex legis diſpoſitione, ſatisfacit enim ſuę obligationi ſemel dotando, quicquid poſtea de dote accidat:cum quo conuenit Moli.d.c.16.num.27.per tex.in l. ſi ſocius pro filia §.filiam ff. pro ſocio. lac.ob. Meno. de arbit.

74 arbit.iud.caſ.18:,nu.57. vbi † ſingulari ſtudio recenſet (quod poteſt ad plura accommodari) caſus,in quibus neceſſitati culpoſæ non ſit ſubueuiendum.Cordub.in l. ſi quis à liberis §.idē iudex num.23. Surd. de alim. tit.7.q.5.num.5. Alex. Riuden. de analog. c.12.num.33.& Georg. de Cabedo deciſ. Portugal.148. num. 1.ſic dicunt Doctores eſſe intelligendam gloſ.in allega.l.ſi cū dotem §.1.verbo,ſupereſt,quæ vult teneri patrem iterum dotare filiam, quæ dotem amiſit,intelligitur enim niſi ſua culpa, vel dolo. Adde Scobar de ratiocin.computa. 18.n.7. qui ibidem ex hoc reſoluit in ſimili quòd

75 dotem † amiſſam culpa mariti, quia non reperitur ſoluendo tempore reſtitutionis, nō imputat filia in legitimam. Aliquid & nos de hoc diximus in 1.tom. clau. 4. glo. 26. num.21.

76 Nec te † decipiat quòd communiter fiat de alimentis ad dotem argumentum,vt credas quòd quemadmodum in illis quocunq; modo filius conſumat quantitatem à patre pro eis aſſignatam ſiue cum culpa,vel ſine ea,& ſiue cū dolo,vel ſine eo, teneatur ſemper pater iterùm filio alimenta dare,vt omnes, qui ſuprà allegati ſunt, reſoluunt hanc

† materiam tractantes,atq; ita *decyſum* in Senatu Portugal.auctor eſt Cabedo allega.deciſ.148.in 1.par. eſt enim notiſsima inter

77 hæc diſcriminis ratio, quia alimenta † debentur ratione naturæ, quæ nullo euentu tolli poteſt l.eas obligationes ff.de tapi. diminu.Iaſon in d.l.ſi cum dotem §.1.num.7. cum ſequen.ff.ſolut.mat.viden. Surd.alleg. q.5.nu.8.vbi Infinitos penè allegat ad idē. Item id quod dicitur de alimentis eſt ſpetialiſsima quadam ratione, ſcilicet miſerationis gratia ne filius fame pereat, quæ rationes cū in dote non militent,indè fit quòd non admittant Doctores ex alimentis eſſe tranſeundum ad dotem, quamuis validum quandoque ſit de vno ad aliud argumētum.

Sed quam dotem teneatur filię ſecundò nubenti pater dare ſi quæras, reſpondebo quòd in inferioribus videas, vbi de dotis cōgruitate agimus, ibi enim id reperies plenè tractatum.

78 Ampliatur 4. † eadem concluſio,vt nedū teneatur pater dotem dare filię,quæ vult nubere,ſed etiam illi,quæ iam nupſit, ſic tenet glo.in l.obligamur verb.lege, ff.de oblig.& actio.quam ſingularem plures Doctores dicunt,quos latè refert,& ſequitur Tiraquel. in tract.ceſſan.cauſ.limita.22. num. 9. alios citat Cancer.in 3.par.var.c.11. de ſponſal. nu.33.& nu. 36. nō eſt omittendū pulchrum in propoſito conſil. Abb. 12. In ordine pro domna Tymbore de Capraria filia illius nobiliſsimi Bernardi de Capraria ex familia,præ ſuis meritis,in hac prouincia, & vbique nobiliſsima,quæ poſt iam contractum matrimonium dotem petijt, etiam ſi nupſiſſet abſque dote propter pulchritudinem, aut nobilitatem,de qua re vide Ioan. Andr. Georg.allega 9.num.37.& 38.Bae. de non melioran.dot.ratio.filiæ.c.5.num.4.& c.18. num.2.viden.Barboſ.in l.1.par.4. à nu.26. verſ.4.cum ſequent.vbi contraria ponit, & ſoluit,Gutier.in prac.lib.2.q.1.nu.4.Fului. Pacia.in conſ.56. a num.5.

79 Rationem † dicunt eſſe quia dos non ob eam tātùm cauſam datur filiæ vt maritetur, ſed etiam vt alatur,cum dos ſit loco alimētorum.Bal.in conſ.456.recolo,col.6. verſi. præterea dos, lib.5.Et vt maritus onera matrimonij faciliùs ſuſtinere valeat l.pro oneribus C.de iur.dot.cum ſimil. Et denique vt vxor velut indotata à marito non contemnatur,vt fieri ſolet §. ſic itaq; matrimonia, verſ.Si quis enim duxerit,in auctē.de nup. cum alijs latè allegaris per Tiraquel. vbi ſuprà. Et per hæc ſoluitur argumetū quod facere pro contratia opinione videtur,quòd pater ideò cogatur filiam dotare vt maritū inueniat, cum autem maritum iam habeat filia nupta,ceſſare videtur ratio compellēdi patrem ad dotandum:Soluitur (inquam) argumentum,quia non eſt ea ſola ratio obligationis cōſtituendę dotis filiæ vt dictū eſt, benè Barboſ.in d.par.4.l.1.num.27.ff.ſolu. matri.benè Baeça de non melioran.dot.ratio.filiab.c.5.num.4.& 5.

80 Quod eſt † verum etiam ſi filia dotem nō promiſiſſet,ſed abſq; alicuius dotis conſtitutione alicui viro nupſiſſet, adhuc pater dotē teneretur filiæ dare,Iaſ.in §.fuerat nu.118. Inſtitu.de actio.latè Baeça allega.c.5.n.6. Portoles allegat penè infinitos in Schol. ad Molin.verb.dos,num.5. Gutier. vbi ſuprà. Idq; aſſerunt fundari in eiſdem rationibus quæ ſuperiùs adductæ ſunt,quia dos non ſolùm eſt ad inuenīēdum maritum, ſed etiam ad ſuſtentandum ſe & liberos, iuxta l. vbi adhuc C.de iu.dot.

† Hæc fuerunt *approbata* per noſtrum Senatum in illa cauſa nobilium Ludouici de Requeſens & Suñiga,& Hieronymę illius vxoris,contra nobilem Franciſcum Gralla, & Deſpla,de qua ſuprà,vbi filia quę nupſerat ſine dote conſtituta,compelli fecit patrem ad dotandum ſe congruē.

81 Cæterùm † diſtinctione opus eſſe in hoc caſu arbitror,vt hæc materia perfectè intelligatur:aut enim mulier nupſit ſciente, aut conſentiente patre,aut eo inſcio,vel inuitō, in 1. caſu procedūt quę dicta ſunt ſuprà ſine ſcrupulo aliquo, quòd pater teneatur filiam

dotare

dotare, nec eſt quòd repugnet, vt ibi eſt videre, & vltetiùs probat Meno. præſum. 189. num. 56. lib. 4. cum alijs per eum allegatis.

82 In ſecundo verò caſu † itetũ diſtinguendũ eſt, quòd aut excedebat filia quando nupſit vigeſimum quintum annum, ſecundum ius commune, vel vigeſimum quartum, ſecundũ noſtrum municipale, aut non, ſi excedebat, tenetur patet dotare eodem modo atqui ſi cum ſua ipſius voluntate, & conſenſu nupſiſſet, quia patris culpa cenſetur diſtuliſſe matrimonium in tantam ætatem, provt de iure communi probat aucten. ſed ſi poſt viginti quinque, & ibi omnes C. de inoffi. teſtam. & de iure noſtro municipali conſtit. 3. ſub tit.

83 de ſponſal. & martim. Idq. † quãtumuis indigno nupſiſſet, non enim eo caſu, quo per tantum tempus diſtulit pater matrimonio filiam collocare, ptætet id quod requirit paternum officium, quærendum eſt num digno vel indigno ſe iunxerit. Portol. ad Molin. in verbo, dos, nu. 4. qui citat Silua. conſ. 2. num. 72. & ſequent. & Paris. conſ. 29. vol. 3. & alios, & tenent etiã quos latè teffert Bae. allega. c. 18. num. 2. de non melioran. dot. ratio. filiab. & ptobat Barboſ. ex generalitate ſupradictæ aucten. ſed ſi poſt C. de in-

84 offi. teſtam. Tum etiam quia † ſi filia poſt 25. annum peccauerit in corpus ſuum, non poteſt exhæredati, dicta aucten. ſed ſi poſt, vel etiam ſi turpem vitam elegerit, Burſa. in conſil. 215. num. 1. 2d fin. lib. 2. & Baeça de non melioran. dot. ratio. filiab. c. 18. nu. 11. ergò à fortioti neque poterit exheredari in prædicto caſu, neque dote priuari filia etiam ſi indigno ſumpſerit. Barboſ. (inquam) id tradit d. par. 4. l. 1. num. 31. ff. ſolut. matri. Adde Menoch. allega. ptæſump. 189. nu. 58. lib. 4. qui loquitur etiam in caſu quo ſine aliqua dotis conſtitutione filia nupſiſſet, vt in reliquis caſibus precedentibus, & ex eadẽ ratione. Citea hoc teperi quòd caſus ſucceſſit antiquitùs in noſtro Senatu, quo filia maior 25. annorum receſſerat à domo patentũ, & nupſerat abſque eorũ conſenſu, petebatq.

† dotem à patre, fuit *declaratum* dandam ei fore 22. Iunij 1506. coram Ioan. de Gualbes in cauſa Benedicte Colom, contra eius patrem in archiuo Regio.

85 Si verò † non excedebat vigeſimum quartum, vel vigeſimum quintum reſpectiuè annum, iterum diſtinguendum eſt, quòd aut digno nupſit, aut indigno: ſi digno tenetur patet ad dotandum, per ea quæ ego ipſe tradidi in 1. par. huius operis clau. 4 gloſ. 2. num. 28. vbi noſtri, & aliorum Senatuum ad id

†† *deciſiones* adduxi, alia etiam plura cum alijs Senatus deciſionibus cumulaui infrà in materia legati pto dote, ſi eſt putum, vel conditionale, vbi videas. Adde illis Doctoribus quos ibi tetuli, Plot. in l. ſi quando C. vnde vi à num. 329. vſque ad num. 368. Barboſ. in l. 1. pat. 4. num. 38. ff. ſolut. matri. Meno. vbi ſuprà num. 60. Ceual. in commu. contra cõmu. q. 5. ac Cæſ. Barz. deciſ. Bonon. 29. quod enim patet facere tenebatur, ipſa filia vtiliter fecit, & ideò non eſt quòd ei quicquam imputetur.

86 Et hæc procedunt, † ſiue cũ dote cõſtituta mulier nupſerit, ſiue ſine ea, in hoc enim caſu militant quæ in reliquis alijs caſibus ſuperiùs adducta ſunt, & in terminis probat Meno. allega. præſump. 189. à num. 61. & Gail. obſeru. 95. num. 10. cum ſequent. lib. 2.

87 Niſi † dines eſſet muliet quæ ſic nubetet, tunc non tenetetur patet, ſed ſeipſam teneretur muliet dotare, vel dotem promiſſam vito ſoluere, Dida. in epitom. ad quartum decretal. 2 pat. c. 3. §. 8. num. 8. & paret Sanches de matrim. allega. diſputa. 26. num. 18. lib. 4. ac alij pet enm telati.

An autem quando muliet eſt iam nupta debeatur ſibi minor dos, quàm ſi talis non eſſet, in ſequentibus quando de congruitate dotis agemus, tractabimus Deo cõcedente.

88 Si verò † nupſit indigno, tunc non tenetur patet ad dotandum, atque ita intelliguntur ſtatuta priuantia filias hæreditate patetna, vel legitima, aut dote, ſi ſine patentum conſenſu nuptias contraxetint, vt latè habes apud Doctores ſuprà allegatos, ac eos quos nos adduximus in ſuperius allega. gloſ. 2. clau. 4. in 1. tom. huius operis, ſenſir idem prætereà Surd. in trac. de alim. tit. 1. q. 6.

Hæc ſanè intelligas in illis partibus, & locis vbi ſeruantur ſtatuta pænam filiabus imponentia, quæ nubunt ſine parentum conſenſu, vbi autem ea non ſunt, vel ſi adſunt, inualida indicantur, ptovt in pluribus locis quos tradimus vbi ſuprà in altera huius operis parte, aliter ſe res habetet, quemadmodum cuilibet eſt facile comprehendere, & cum in noſtra Cathalonia in virili obſeruantia ea ſtatuta ſint, ideò cum hac diſtinctione neceſſe eſt pertranſeamus.

89 Sed non eſt † iuſtum omitamus, quòd nõ eſt hæc mulier, quæ ſine patris eõſenſu ante tempus præfinitam nupſit indigno, deſtituta omni ptorſus temedio relinquenda, ſi forſan, vt ſæpe fit, virum elegetit pauperem, nẽ enim fame peteant ambo, tenebitur procul dubio patet dare filiæ alimenta, & eorum ratione dotem paruam, quæ ſit eis cõuenies, ſic dicit Baeça d. c. 18. num. 3. cõuenire pietati Chriſtianę, non enim debet pati vit Chriſtianus impium fame perire, nedum filiam, & cum Chriſtus tot commiſsis nolitis ignoſcat, oportet Iudicem ſeueritatem temittere

mittere in filiam tantùm, vt habeat vnde se alat, allegat postea Rip. in hanc sententiam in l. 1. num. 59. ff. solut. matri. & Io. Andr. in cap. accedēs, de procurator. adde Dida. Couarru. in epito. de sponsal. 2. part. cap. 3. §. 8. num. 7. io fin. & Io. Pet. Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 5. num. 26. qui id probant ex ratione text. in cap. cū haberet, de eo qui
90 duxit in matrimon. & Patrem Tho. Sanchez de matrimo. lib. 4. disputat. 26. num. 19. qui in eandem sententiam aduocat Moli. de primog. Hisp. lib. 2. cap. 16. num. 8. Anto. Cuc. lib. 5. institu. maio. tit. 12. num. 182. Gutier. lib. 2. practic. quæstion. quæst. 1. num. 5. Veracruz in 3. par. speculi art. 2. Ludou. Lopez 1. par. instruct. in noua editio. cap. 294. §. sequitur & alia quæstio, ac denique Manuel Rodrig. in sum. tom. 1. cap. 14. num. 4.

Et si est † filius masculus, qui sine consensu patris indignum ducit matrimonium, tali casu si in ipso concurrat qualiras paupertatis, quam suprà considerauimus, tenetur pater nedum alere filium, sed etiam & illius vxorem, quia vt habetur in l. si quis à liberis 5. §. si vel parēs, vers. Non tantum, ff. de lib. agnos. non tantùm alimenta, sed cætera etiā liberorum onera tenetur pater præbere, vbi glos. verb. cætera, inquit, vt vestimenta, & habitationem pro se, & pro suis liberis, & vxore, & ibi Bart. & reliqui Scribentes idē notant: onus enim filij quando vxurem indotatam duxit est eam alere, Innocent. in cap. per vestras, ad fin. de donat. inter vir. & vxo. ergo tenetur pater qui debet alere filiū, alere etiam & eos quos filius alere tenetur, sed non potest præ paupertate, sic pluribus docet Pater Sanchez de matrimo. lib. 4. dispu. 26. num. 21.

Per hæc temperatus proculdubio manet rigor statutorum priuantium hæreditate, legitima, & dote tespectiuè, filios & filias absque consensu parentum matrimonia cōtrahentes; aut enim nubont diuitibus, & tunc in nihilo egent parentum auxilio, aut verò panperibus, taliter quòd indigeant, & tali casu compellere patrem diuitem poterunt, vt dictum est.

91 Quæ autem † dicatur persona indigna, cui filia nubere non debeat, ne pœnas luat statutorum prohibentium nuptias filiarum absque consensu parentum contrahendarum, arbitror iure diffinitum non esse, & ideò nō posse certam super hoc regulam tradi, sed esse id totum dijudicare in prudentis iudicis arbitrio positum.

Ad hoc autem vt optimè iudex in hoc arbitrio procedat, dicit Surd. in tractat. de aliment. tit. 1. quæst. 6. num. 21. debere ipsum attendere vtriusque coniugis progeniē, scientiam, diuitias, & alia, & secundum eas æstimare num digno, an indigno oupserit, & specialiter ibi commendat Ioa. Lup. in cap. per vestras, §. tertium quod habet concurrere, n. 4. & 12. qui à num. 1. in eodem loco latè tractat de importantia indignitatis alterius ex coniugibus, præcipuè quoad prolem, & po-
92 stea idem Surd. casum commemorat, † quo † *iudicata* fuit iodignitas mulieris ex co quòd non esset legitimata, propter cà quod proles remanebat inhabilis ad dignitates ecclesiasticas, & militias.

Et quia ex his forsan non satis benè perciperes vnde huiusmodi indignitas sit petēda, videas ergo Menoch. qui magis rem hāc declarans, circumstantias ad id considerandas magis in specie ponit, io sæpè allegata præsumpt. 189. à num. 85. lib. 4. dicit enim,
93 quòd † aliquando persona iudicatur indigna ex bonis animi, vt si est malis imbuta moribus, l. sed ea, ff. de sponsal. ibi: *Indignum moribus, & turpē sponsum*, l. nuptijs, ibi: *Et si pares sint genere, & moribus*; & l. 3. §. si emancipatis, ff. de bonor. possess. contra tabu-
94 quā ratione † tradunt Angel. in authen. quibus mod. effici. legit. & Bald. in l. nec filium, C. de nupt. meretricem esse personam indignam. Adde Patrem Sanchez de matrimon. lib. 4. disputa. 26. num. 24. & don Garc. Mestril. decisio. Sicil. 163. ou. 7. in 2. par. Anto. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 2. de nup. defin. 2. in fin. Idem se credere dicit idem Menoch. de viro, qui meretricatur, vel læno est.

95 Quam † indignitatem ratione prauorum
† morum, Senatus *admisit*, vt puellam excusaret, quę non contraxerat matrimonium cū eo viro, cum quo sibi iniunctum fuerat sub pœna amissionis bonorum, & contraheret, quia scilicet reperrus ille fuerat taliter indignus, vt cū eo honestè & decēter puella contrahere matrimoniūnō potuisset. Relōr etat egreg. Senat. Senjust, pattes Matianna Calbeta, & Balthasar Pardina, Scriba Simon Fōt. Dies declarationis 7. Iunij 1618. Indignitas hæc non exprimitur in sententia, sed se refert ad allegata, & probata in articulis dicti Pardina, vbi probatum extabat hominem fuisse repertum simplicem, stultum, vitiosum, mentecaptum, & prodigum.

96 Indigna † etiam, inquit, iudicatur persona ex bonis fortunæ, l. vidnæ, ibi: *Sint genere* C. de nupt. & l. tam dementis, C. de Episco. aud. ibi: *Necnon ijs, qui ex genere eorum nobiliores sunt*. Ea propter ducere famulum, vel famulam, vel eorum filios, est ducere indignam personam, prout plures probant, quos idem Menoch. refert, Sanchez de matrimo. lib. 4. disputa. 26. nu. 25. quod tamen dicit se intelligere, nisi aliundè excessus hic

in diuitijs compenſetur, vt ſi pauperior nobilior ſit, vel ſi iuuenis, & formoſus, licèt inops, & pauper, ducat mulierem nobilem, & diuitem, ſed tamen rugoſam, tunc non dicitur nubere mulier indigno, quia mulieris nobilitas, & diuitiæ compenſantur cũ pulchritudine, & forma viri, ex doctrina Bald. in proœm. ff. veter. verb. Flamins, & referr Cenalt. in commu. contra commu. quæſt. 248. n. 22. Idem de ruſtica reſpondit Iaſ. in conſil. 234. lib. 2. & idem Menoch. in conſil. 225. num. 44.

97 Indigna † etiam indicatur, ſecũdum mores ciuitatis, ira Bar. in l. cum ita 1. ff. de cõditionib. & demonſtrarion. & alij per eundem Menochium relati dicto num. 85. Adde Patr. Sanchez, qui infinitos penè ad id allegat, in tracta. de matrimo. d. diſputatio. 26. num. 23. & Meſtril. d. deciſio. 163. nu. 24. probat l. ſi adulterium in inceſtu, §. Iluprum, ibi: *Contumacia iuris, & ſanguinis contumelia*, ff. ad l. Iul. de adulter. & l. 3. ſi emancipatus filius vxor; ff. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. Quo circa † cùm Doctor nobilis cẽſeatur, non poteſt dici perſona indigna, cui Comitiſſa non poſſit nubere, vt tradunt Menoch. num. 86. in dicta præſumpr. 189. & Sur. in tracta. de alimen. tit. 1. quæſt. 6. num. 22. cum alijs quos allegant: tranſeat hoc cum alijs priuilegijs Doctorũ, nec ampliùs examinemus: multo enim maioribus dignos cẽ ſeo eos, qui in diſcenda hac nobiliſſima facultate tot labores & incommoditates ſuſtinuerunt, & quotidie ſuſtinent, quòd vix eſt poſſe enarrare, vt qui ei infudamus ſæpiùs ſumus experti, ac quotidie experimur. Inter priuilegia Doctorum iſtud refert Iacob. Benni. de priuilegijs Doctorum, priuilegio 56. num. 6. Vide vlteriùs (contra inuidiam) id corroboratum infrà in gloſſa reſtitutionis dotis, quo loci tractauimus vbi mulier ſit conuenienda pro reſtitutione bonorum mariti, eo mortuo: extendiſſem planè circa hęc calamum, niſi in cauſa propria ſuſpectum videretur teſtimonium, licèt quando eſt benè fundatum, nullis datur ſuſpicionibus locus.

99 Indigna † etiam iudicatur perſona ſecundùm legis diſpoſitionem, quæ prohibet inter eos nuptias, ſicuti docuit Bald. in l. penultim. C. de ſponſalibus, cùm dixit indignam eſſe perſonam affinem, cui iure permiſſum non eſt nubere: nuptiæ enim debent eſſe conuenientes de iure, & de facto, vt inquit gloſſa in l. ſi rogatus, §. matrimonij, in verbo, Matrimonij, ff. de manumiſſis vindicta. Quo circa † legibus, & moribus Veneris ſancitum eſt indignam cenſeri mulierem ex patre vili, & mechanico natam, cui nubat nobilis Venetus, vt indè ſuſcepti maſculi dicãtur nobiles Veneti. Hæc pulchrè & eleganter Menothius loco ſuperiùs citato, quibus amplam materiam nobis præbet dignoſcẽdi quænam dicatur perſona indigna, vt pęnis appoſitis nubentibus indignis fiat locus.

101 Cæterùm † Senat. Sicil. in alleg. deci. 163. apud Meſtrill. in 2. par. nu. 24. & Sebuſia. deſi. 2. in tit. 2. de nup. lib. 5. apud Anto. Fab. in ‡‡ ſuo Cod. *noluerunt* admittere aliam in propoſito indignitatem, præter eam, quæ contigit quando denigraretur familia tota ex talibus nuptijs, & non ſine dedecore alter alteri matrimonio copulari poſſet, ac quando futura eſſet vxor ignominioſa, & dedecori patri, cum quibus videturconcordare Andr. Gail. practic. obſerua. lib. 2. obſeru. 95. n. 18. dicens indignum maritum intelligere oportere eum, qui turpitudine vitæ, & infamia aliqua laborat, non qui inferioris conditionis; & poſteà refert dictũ Alexa. in cõſ. 209. nu. 3. cum ſeq. vol. 6. eum dici maritum indignum in hac materia, qui turpi indignitate indignus eſt; ſecùs ſi ſit indignus, id eſt, non
103 paris conditionis. Deindè is † Doctor latiſſimè ſe extendit in fauorem pauperum, ad iuſtificandum eos, ſi aliàs ſint optimis moribus, & virtutibus prædiri, nõ dici indignos, eo modo quo de indignis in materia occurrenti loquimur; ibi videatur, quæ indignitas in effectu eſt illa, quam ex Bart. Menoc. Sanchez, & Meſtrill. ſuprà adducebamus, ea nẽpe quæ pro indignitate habetur ſecundùm mores ciuitatis.

Sed ego non auderem rem hanc ad hunc caſum tantũ reſtringere, vbi plures alij conſiderari poſſunt ex traditis per Doctores in locis ſuprà allegatis; in prudentiſque iudicis arbitrio poſitũ cenſeo dijudicare ex quibus cauſis indignum poſſit dici matrimoniũ, vt ille qui illud contrahit pęnis iuris, vel ſtatuti ſubiaceat: verum eſt, quòd is, quem tractamus, eſt præcipuus indignitatis caſus, qui vix reparari, ſeu compenſari cum aliqua alia re poſſit, ſicut poſſunt reliqui caſus, veluti cõpenſando diuitias cum nobilitate, vel nobilitarẽ eum paupertate, & ſic de reliquis.

104 Huius † indignitatis rõne prætendi poſſe pede firmo in facti contingentia non multis ab hinc annis dicebam, matrimonium dici indignum quando is, qui eſt ex claro & mũdo ſanguine natus, illud contrahit cum alio, qui ſit de deſcẽdentia Iudæorum, quos ſimpliciter Iudæos in Cathalonia appellamus, non quòd in lege Iudaica actualiter vinant, ſed quòd ex illis eos deſcendere publicè feratur, qui Iudæi fuerunt, in legeque Iudaica vixerunt, quod magis conſiſtit in fama,

reputa-

reputatione, & opinione, quàm in alio; & ideò per famam, reputationem, & opinionem ſolet id probari, & pro ſufficienti probatione haberi, prout latè probat Ioann. Gutierrez in practic. quæſt.14.nu.17.lib.3. Quando id probatur, propriè verificatur, ꝙ per huiuſmodi matrimonium denigratur familia tota illius, qui eſt ſanguinis clari, & mũdi, & huiuſmodi perſonę non poſſunt ſine dedecore alteri copulari, quæ erat indignitas conſiderata per Senatum Siciliæ apud Garciam Meſtrill.in allegata deciſion.163. n.24. & per Senat.Sebuſia.in allega.defini. 2.lib.5.tit.2.de nuptijs, quia in Cathalonia nihil peius in matrimonijs poteſt ſecundum
104 illius mores contingere, adeò † vt huiuſmodi proſapiæ homines ſint ibi talis conditionis, vt ad dignitates, & honores non admittantur, & ab omnibus vili æſtimẽtur, & pro multùm abiectis teneantur, & (vt dicit nobilis Ludouicus à Peguera deciſio. crimina. 13.nu.4.) huiuſce rei ſolus ſapor, atque guſtatus multa quæ fierent, ne fiant diuertunt. Finaliter iſti in Cathalonia remanſerunt cum illa infamia, & odio virorum Hebræorum, de quibus in cap. cum ſit nimis, de Iudæ. & in cap.nulla, diſtinct. 54. Surd. deciſio.23.num.16. quibus in locis Hebręi dicuntur odioſi, & infames.

105 Indè † fuit factũ, quòd atrox ibi de anno 1583. habita fuerit iniuria, quæ cuidam allata fuit, ex quo per alium dictum ei fuerat quòd erat Iudæus, & non obſtante quòd id viſus eſſet dixiſſe reipublicę cauſa, & propter fauorem publicum, ne qui erant tam infamis proſapiæ ad officia publica admitterentur, ac licèt etiam conuitium eſſet verum, fuit tamen nihilominùs iniurians, prę. ter pœnam ordinariam canendi palynodiã, condemnatus etiam vt duceretur veſtitus per ciuitatem Barcinone publicè per vicos per quos ducuntur homines facinoroſi, quæ habetur pro graui, ac ignominioſa pœna, ac etiam ad exulandum ab octo Vicarijs eius Principatus per annum; cuius deciſionis poſt Pegue. meminit Farina. de pœn.temperan. quæſtio.105. num.227. Idem poſtea in alia facti contingentia ſucceſſit de anno 1615. menſe Octobris, quo referente egregio Senatore Don Franciſco Roig & de Mendo-
† ça Iudice Regiæ curiæ, *fuit* alius pro eodem delicto condemnatus ad exulandum à Vicaria Barcinone ad triennium, relicta tamen,
106 imò † prorſus fugata, & ad inperpetuum relegata palynodiæ cantande pœna, de qua tantopere ſarigatur Didac. lib.1. variarum reſolutio. c.11. & Parlador. rer.quotidian. lib.1.cap.17.per totum, vt potè quia conſiderarunt & benè Senatores clari non ferure de alio dictam pœnam, quam de noua iniuria inirato inferenda, & quòd vnus, aut duo tantùm nouerant, fuiſſe ſcilicet illum hoc crimine notatum, infinitis patefacere, & publicare: verum eſt, quòd qui antiqui in Aula erant, contradicebant, graue fore exiſtimantes à tam inueterata praxi recedere: ſed prævaluit, vt dixi, relegandam fore eam pœnam vti nullatenus proficiam. Ego ſimiliter conſuetudinem illorum, qui hos caſus referendo perſonas nominant, quibus illi contigerunt, ſummè reprehendendos cenſeo: de alio enim id non ſeruir, quã de probanda inperpetuum iniurati infamia, quæ cõſiſtit in eo quòd de his rebus turpibus fuit infamatus: digito poſſem monſtrate quantum dãni iſtæ curioſitates attulerint ad multa, & ſignanter ad publicos honores, & publica officia ijs, qui deſcẽderunt ex illis, quibus ipſi referunt dictum fuiſſe eſſe Iudæos, 1
cuius rei forſan nemo meminiſſet, niſi in dictis locis ſcriptum fuiſſet repertum: oſtendebam ego clariſſimis Senatoribus, vt eis quòd dictam palynodiæ decanendę condemnationem omitterent, perſuaderem de cit. Prouin.March.195. apud Steph.Gratia. vbi aſſerit ibi de cõſuetudine diſdictam iniuriæ non ſeruari, in hoc habebant exemplũ quod ſequerentur, vt nouam cõſuetudinem introducerent: ſed ad rem. Hæc demonſtrant quàm turpe, ac infame ſit in Cathalonia iſtud Iudæi nomen, ac optimè probant noſtrum intentum, quòd qui cum Iudæo cõtrahit matrimonium, indignas nuptias contraxiſſe ſit procul dubio dicendus.

107 Er † ſi pro curioſitate vis ſcire quomodo & quando Iudæi nomen cœpit odio haberi
† in Hiſpania, lege pulchra verba *concluſionis* factæ in Regia Audientia referente egregio Senatore Ioanne Amell de anno 1580. ſub die 8.Februarij, in cauſa Syndici Collegij Medicorum præſentis ciuitatis, contra quendam Doctorem Medicum, quam in archiuo Regio reperies, vbi huiuſmodi concluſiones ſeruantur, ea ſunt: *Et conſequenter conſtat dictam familiam N.Chriſtianam fuiſſe longè ante conuerſionem plurimorum Iudæorum, quæ per Sanctum Vincentiũ Ferrer ad Chriſtianiſmum circa annum 1400. facta fuit: à quo tempore dictæ conuerſionis in Hiſpania cœperunt frequentes Neophitorum, & nouiter conuerſorum familiæ: & veriſimile eſt tunc cœpiſſe in matrimonijs contrahendis, & alijs actibus, de huiuſmodi familijs ea infamia notatis rationem haberi, &c.* Per quę ex ſola probatione per dictũ Doctorem Medicum facta, quòd ante dictum annum 1400. eius prædeceſſores erant iam Chriſtiani, fuit declaratum pro tali fore ha- 111

bendum, nec ei nocere priuilegia huiuſmodi gentes repellentia, licèt non deeſſet rumor, prout eadem concluſio ſignificat, huius infamiæ, contra dictum Medicum ſatis fundatus.

108 In quibus † autem caſibus filia, etiam ſi videatur nupliſſe ſine conſenſu patris, excuſetur à pœnis ſtatutorum ad id impoſitis (nõ enim eas ſemper luit filia, aliquando digna eſt excuſatione) tractat latiſsimè Plot. in repetitio. allega. ſi quando, à nu. 329. C. vnde vi, vbi videas.

109 Et † an hæc obligatio dotandi filiam iam nuptam tranſeat ad fratrem, & hæredem, ſeu poſſeſſorem bonorum patris, diſputat Fului. Pacian. in conſil. 56. ex num. 9. & poſſunt etiam accommodari quæ nos tradidimus infrà, dum de dotanda filia diuite agimus.

110 Ampliatur quintò † noſtra principalis cõcluſio & regula, vt etiam filiam diuitem habentemque aliàs vnde ſe doter, teneatur pater dotare ſicut inopem, vt probat gloſ. cõmuniter approbata in l. fina. verb. intelligè, C. de dotis promiſsione, idque videtur non obſcurè probari ex eadem lege, vbi Imperator de filia loquens, quæ habet bona vnde dotari potuiſſet, dicit paternum nihilominùs fuiſſe officium eam dotandi; ac etiam idem confirmari videtur ex generalitate l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, quæ non videtur facere aliquam differentiam, & hæc eſt iam inter Doctores communis opinio, prout apparet ex pluribus, quos referùt Andre. Gail. in pract. obſeruatio. lib. 2. obſeru. 95. à num. 14. Marti. Monter deciſio. 16. nu. 22. Gaſpar Baeça de non meliorandis dot. ratione filiab. cap. 2. num. 26. Gamma deciſio. 377. & ibi additio. Blaſ. Flo. Diaz de Mena, Barboſ. in l. 1. part. 4. à num. 16. verſicul. Succedit, ff. ſolut. matrimo. defendunt eam opinionem multis argumentis, & à contrarijs liberant, aut liberaſſe ſe credunt Anton. Guil. Coſtan. in tracta. de dot. cap. 3. à num. 13. cum multis ſequent. & Didac. Spino in ſpecu. teſtame. gloſſ. 11. à num. 12. cum multis etiam qui ſequuntur: non oportet alios referre, quia cũ his omnes habes qui de hoc ſcripſerunt.

In Regno Caſtellæ expreſſa lege id quod continetur in hac noſtra ampliatione cauetur, quæ eſt l. 8. tit. 11. *De las dotes*, partita 4. cuius meminit Dida. in epitom. ad 4. Decretal. in 2. part. cap. 3. §. 8. num. 8. & latiſsimo commentario ornauit eam Gregor. Lopez vbi in gloſſ. ſuper verbo *El padre*, tenet idẽ etiam eſſe de iure communi, ſicut nos in noſtra ampliatione diximus.

111 Ratio † eſt clara, quia dos ſuccedit in filiabus in locum legitimæ, quam eis dare ante mortem patris lex ſtatuit fauore publico, vt mulieres nubere poſsint, & liberis ciuitates replere, quemadmodum ergo filia diues non propterea amittit legitimam, nec prohibetur illam petere, ſic dicendum eſt de dote. Nec argumentum de alimentis ad dotem in occurrenti caſu procedit, vt dicere debeamus, quod quemadmodum illorum prætlatio ceſſat in diuite, habenteque aliàs vnde ſe alat, ſic obligatio dotandi ceſſet in ſimilis conditionis perſona, quandoquidem multæ ſunt inter obligationem, & obligationem differentiæ, quas latè Doctores proſequuntur, quos ſuprà retulimus, nec eſt neceſſe repetere. Ita noſter Senatus *amplexus* † eſt in illa nobilis Ludouici de Requeſens & Suſiega, de qua ſuprà, his expreſsis verbis: *Et certiſſimi iuris eſt filiam quantumuis diuitem à patre ſuo diuite nihilominùs cõpetenter eſſe dotandam, &c.*

112 Declaratur ſupradicta † ampliatio, vt procedat reſpectu patris tantùm dum viuit vt is teneatur ad dotandum etiam filiam diuitem ex rationibus inibi relatis; ſecùs eſt reſpectu eius hæredis, poſt obitum patris, quia vltra legitimam nõ debet tunc filia tãgere bona. Ratio differentiæ eſt, quia pater relinquendo filiæ legitimã, ſatisfacit officio ſuo, vt conſiderat Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 68. Alciat. de præſumptionib. regula 1. præſumptio. 26. num. 4. verſi. Quod poteſt procedere, & ante eos Cuma. in l. mulier, §. cũ proponeretur, num. 11. ff. ad Trebellia. vbi particulariter declarat text. in l. final. C. de dotis promiſsio. Nec facit quòd bona tranſeant ad hæredes cum ſua cauſa, id eſt, cum onere dotandi, vt ſuprà probauimus, quia hæres tenetur uſque ad legitimã, quæ ſi non ſufficit, tenetur quoque vltra, ſi filia non habet aliundè, ſecùs autem ſi habet, vt declarat Abb. in conſil. 12. numer. 4. pro domna Tymbore de Capraria, verſic. Ad vltimum contrarium, & num. 5. verſic. Tenetur dictus Bernardus, lib. 1. Hæc declaratio eſt tota Rot. Rom. apud Seraphi. de Oliuar. deciſ. 1483. ex num. 6.

113 Ampliatur ſextò, † vt nedum ad dotationem filiarum legitimarum pater teneatur, ſed etiam illegitimarum, & ſpuriarum, Bar. in authent. ex complexu, numer. 4. C. de inceſtis nuptijs, Bald. in l. neque mater, C. de iure dotium, & conſil. 456. num. 9. & ſequen. lib. 5. Didac. in epitom. de ſponſalib. parte 2. cap. 8. §. 6. num. 11. ſexto ex his infertur Ioannes Baptiſta Lupus de illegiti. & natural. lib. commentar. 2. §. 1. à numer. 15. Corduba in l. ſi quis à liberis, §. idem reſcripſit, num. 23. ff. de liberis agnoſcen. Gaſpar

Baeça

Baeça de non melioran. dot. ration. filiabus cap. 13. num. 16. Surdus de alimentis titu. 1. quæſtio. 10. 4 num. 9. & tit. 5. quæſtion. 7. nu. 3. Cenedo in collecta. ad ius cano. collecta. ad decretal. 168. num. 5. Portoles ad Moli. verbo, Baſtardus, num. 42. Alex. Trentacin. variarum reſolutionum lib. 1. tit. de nothis, & ſpur. reſolutio. 2. num. 36. Molina de ptimogenijs Hiſpanorum lib. 2. cap. 15. nume. 46. Barboſ. in l. 1. par. 4. numer. 65. ff. ſolut. matrimon. & noſter (ne noſtros cum iniuria omittamus) Mieres in conſtitutio. Hac noſtra, num. 137. & ibi eius additionator Sigiſmundus Deſpujol num. 187. ponit largam remiſsionem, don Garcias Meſtrill. deciſio. Sicilię 144. num. 21. in 2. part. ac alij penè infiniti quos ipſi referunt, receptiſsimam eſſe hanc concluſionem apud Scribentes in vtroque foro docet Petegrinus de iure fiſci lib. 3. tit. 18. num. 56. & in dubium reuocari non poſſe, ac ſuperuacaneam eſſe quæſtioné hanc oſtendit Palleo. de nothis & ſpur. cap.
† 49. Sic *deciſum* fuiſſe in Senatu Neapolitano auctor eſt Antonius Capicius deciſ. 181.
† & alibi etiam eodem modo fuiſſe *deciſum* refert Ioann. Pet. Surd. in conſil. 310. ſtatim in initio, & poſtea in fin. volum. 3. & in Senatu Sebu. fuiſſe ſic etiam quandoque *declaratum* auctor eſt Antonius Fab. in ſuo Cod. lib. 5. titul. 16. de naturalibus liberis, definitione 9. vbi † ampliùs vult teneri hoc caſu
114 mulierem cauere, ſaltem iuratoriè, de dote ſoluto matrimonio reſtituenda, de quo infra. Tractat de hac materia latè Boer. de-
115 ciſio. 127. per totam, & ſignanter † reuocat in dubium nunquid vaſſalli teneantur adiuuare dominum pro filia ſpuria maritanda, de quo etiam articulo tractant quos longa ſerie refert Lupus vbi ſuprà commentar. 2. §. 1. num. 16. vbi videas, aut expecta locum commodiorem in inferioribus, vbi exiſtimamus aliquid nos de hoc docturos. Eandem quæſtionem tractat noſter Mier. in allegata conſtitutio. Hac noſtra, num. 139. & 140. & eam reſoluit pro vaſſallis, per rationes quas ibi adducit, *licèt* (inquit) *dominus Rex Alfonſus Quartus de facto contrarium*
116 *fecerit*, &c. Rationem † dicunt omnes eſſe, quòd valeat argumentum ab alimentis ad dotem, ac ab onere alimentandi ad onus dotandi, ex authen. contra rogatus, C. ad Trebellian. gloſs. in l. ob æs. C. de prædijs minorum. latè Nicol. Euerar. in top. lega. loco de alimentis ad dotem, cùm conſtituatur dos vt indè mulier alatur, l. vbi adhuc, C. de iure dot. Sicut ergo pater filiam ſpuriam tenetur alere, ne filia ſine aliqua ſui culpa fame pereat, ex notiſsima c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimonium quã pollnit per adulterium, diſpoſitione, ſic dicendum eſt teneri eundem dotare eandem. Quinimò magis ſtringere in filiabus cauſam dotis, quàm alimentorum, ne in opprobriũ patruum, & familiæ cogantur meretricari, 117 rectè conſiderarunt Tel. Ferdinan. in l. 10. Tauri num. 11. & Vincent. de Franch. deciſ. 283. num. etiam 11. ſequuntur Barboſ. in d. l. 1. par. 4. num. 65. verſ. Sed defendendo, ff. ſoiur. matri. & Lupus allega. comment. 2. §. 1. num. 15. circa fin.

Quod † extenditur vt procedat nedum in ſpurijs, ſed in quibuſcunque etiam alijs inceſtuoſis & nefarijs filiabus, ac ex quocũque alio quantumuis damnato coitu natis, quia militet in eis eadem ratio, plenè Lup. de illegitim. commenta. 2. §. 1. numer. 14. & don Garcias Meſtrill. allegata deciſio. 144. num. 18. vbi multis probat, & ſic *deciſum* † in illo Siciliæ Senatu in facti contingentia, dicit, ac valere de iure canonico donationé, quæ fiat à ſacerdote filiæ ſpuriæ in cauſam alimentorum, vel dotis, quamnis filia ſacerdotis nedum ſpuria ſimpliciter, ſed & inceſtuoſa etiam dici valeat, iuxtà gloſſ. notabilem in l. 2. & ibi etiam Bald. C. de epiſcop. & cler. Malua. in conſil. 42. numer. 14. 15. & 33. lib. 1. & alios, quos idem Meſtrill. allegat ſtatim in initio ſuprà relatæ deciſionis. Ratio eſt, quia ijs ſicut alijs communis eſt natura, ſecundũ quam deberi alimenta certum eſt, & in eis ſicut in alijs militat ratio æquitatis; & cùm ipſa non deliquerit, ininſtum eſſet ſi plecteretur ex delicto patris, & licèt clericus malè fecerit, ex quo tamen ſunt geniti, non ſunt perdédi, ſed eis tanquã pauperibus ſubueniendum; non curo ad id allegare, cùm plenè habeatur per Meſtrill. in ſuperiùs adducta deciſione, ſecundum 121 quod in compluribus caſibus de hoc conſultus, ſemper intrepidè conſului.

Recipitque † ies hæc eaſdem ampliatio- 118 nes, quæ ſuprà circa filias legitimas & naturales adductæ ſunt, vt nempè ad illud dotãdi onus teneantur nedum parentes, ſed etiã & eorum hæredes, de quo particulariter per Vinc. de Franc. deciſ. 178. nu. 6. p. 1. & deciſ. 283. num. 12. ac Lup. d. comment. 2. §. 1. Sed 119 non † ij, qui titulo ſingulari emptionis, aut alio oneroſo, in bona parentum ſucceſſiſſent, cùm nullum detur in eis ius hypothecæ quo ad iſta alimenta & dotes, vt probat Negusan. de pig. mẽb. 4. n. 2. par. 164. verſ. 23. caſus, Dida. in c. Raynu. §. 10. n. 8. de teſtam. & de ſponſal. par. 2. c. 8. §. 6. nu. 14. & Surd. de alimen. tit. 8. privileg. 51. nu. 2. cum alijs relatis per Lupum allegat. commentar. 2. de illegitim. §. 1. num. 29. & Iacob. Cancer. in 3. parvar. reſol. cap. 21. de trãſmiſ. pp. 224.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

120 Nisi † alienatio facta esset in fraudem, cuius emptor foret etiam particeps, tunc enim quamuis non daretur hypothecaria, nihilominus competeret alia reuocatoria Calnisiana, vel Fauiana, ad reuocandum bona alienata pro recuperandis alimentis, & dotibus; vt probant plures, quos refert & sequitur Lup. vbi supra in versic. Verum. Item quòd teneatur hæc obligatio dotandi si filia non habeat vnde se alias dotet, secùs si habeat, de quo articulo singulariter Trentacinquius allegata resolutio. 2. de not. & spurijs, num. 41. Gregorius Lopez part. 6. titul. 16. l. 18. glos. 3. Antoninus Thesaurus decisio. 221. num. 19. vbi & *decisio* Senat. Pedemont.

Reuoca (quæso) in memoriam omnia quæ in superioribus pro filiabus legitimis & naturalibus contra parentes circa istud dotandi onus adduximus, & ea videbis per Doctores hic relatos accommodari istis nostris spurijs & illegitimis; nec mirum, postquam enim æquales eas facimus cum legitimis quo ad principale, quo ad obligationem scilicet dotandi, non est quòd reliquos legitimarum fauores, quo ad necessaria, illis denegemus.

Solùm potest esse differentia in quantitate dotis; non enim est, nec esse debet tam pinguis in illegitimis, quàm in legitimis, de qua re nos in præsentiarũ nihil dicimus, commodiorem, vbi de congruitate dotis in inferioribus agemus, locum expectantes.

121 Est etiam † secundum aliquos, imò secundum cõmunem opinionem, differentia quòd dos quæ datur legitimis non redit regulariter ad patrem, saltem ex consuetudine Martini, nisi accedente pacto, in certis casibus, de quibus forsan nos inferiùs agemus: cæterum in illegitimis redit proculdubio mortua filia, vel ad patrem, vel ad suos hæredes; ratio est euidens, quia idem videmus in alimentis, vt ũ quid sit in eorum causam per patrem relictum, id omne mortuo spurio, vel ipse pater, vel eius hæredes reuocant, ex quo morte siluntur alimenta, Bal. in l. eam quam, num. 41. C. de fideicomm. & late Surd. allegata q. 7. tit. 5. nu. 1. Idem ergo debet esse in dote, cùm illa (vt dictum est) loco alimentorum detur, debet igitur alimentorum naturam sequi, ita Bart. in l. fi. nu. 7. versic. Idem dico in dote, ff. de his quibus vt indign. Surdus vbi supra nu. 3. & omnes ferè qui in hac materia dotium filiarum illegitimarum adducti superiùs fuere, plures allegat ad id Lup. de illegit. commen. 2. §. 1. num. 48. consensit Rota Romana apud Farinac. in recollectis per eum, volum. vlt. decis. 395.

122 Fallit tamen † quãdo pater dedisset spuriæ cum eo pacto, quòd trãsiret donatum ad filios: nam eo casu seruari debet pactorum coniunctas; quia licèt filijs spurijs nihil ad proprietatem relinqui possit, tamen nepotibus ex spurijs relinqui potest, l. final. C. de natural. liber. sic Bart. vbi proximè num. 7. & penè infiniti quos Surd. allegat dicta quæst. 7. num. 21. & hæc est cautela quam Bar. excogitauit, vt dos filiæ spuriæ posset remanere penes filios successores matris, de qua latè per Barbos. in allegata l. t. par. 4. nu. 72. & 76. vbi declarat, & per Ioannem Baptist. Lupum in tract. de illegitim. commenta. 2. §. 1. num. 48. qui tamen decipitur, dum volens dicere quòd pater potest filiæ dotē dare, cum pacto quòd transeat ad filios ipsius post eius mortem, provt Doctores dicunt, dicit ipse, quòd potest cum pacto vt transiret ad hæredes spuriæ, quod nemo dicit ex his quos allegat, qui sunt Capi. decisio. 187. num. 4. & Benten. decision. 22. num. 7. qui de pacto quòd post mortem filiæ dos sit filiorum, non quòd sit hæredum, loquuntur.

Ex quibus sequitur, quòd cùm in omnibus ferè his donationibus, maximè in his quæ 211
fiunt extra ciuitatem Barcinone, (hic enim alium habent Notarij stylum, vt in nostris capitulis vides) poni soleat clausula, *Vobis, & vestris*, seu *Titiæ, & suis*, quam importare vocationem in fauorem defœdentium 211
latè probauimus in primo tractatu claus. 4. glos. 9. part. 3. 4 num. 30. Indè fit, quòd vix dubitari valeat de quæstione superius mota, num mortua filia ad patrem dos reuerti debeat, nec ne; Memini quòd hic casus quando filiæ spuriæ & suis fuit facta dotis datio, disputatus extitit de anno 1601. in curia Specabilis Gubernatoris Rossillonis, & Ceritaniæ, & ibi per illius Assessorem, qui erat & est oculatissimus, fuit declaratum in fauorem filiorum, & postea in nostro Senatu, cùm causa appellationis introducta fuisset, 211
egregius Iacobus Pioeda dictam sententiam † *confirmauit*, die tertia mensis Februarij anni 1604. & nunc expectat aliam confirmationem in pleno Senatu faciendam ad relationem egregij Senatoris Francisci Gamis: partes sunt Michael de Senespleda, contra nõnoullos creditores suos, Scriba Paulus Darroca, nunc Bosch: hoc enim esset dare filiæ vt faceret ad suas voluntates de dote, quod non permittitur.

123 Sed † supradicta opinio non placet Iaco. Cancer.

Cancer.qui in 3.par.varia.cap.11.de transmiſſion.à num.208.cum ſeq.dicit ſe in facti contingentia reſpondiſſe,ad maritum hæredem ab vxore ſpuria inſtitutum pertinere dotem illius à patre ſuo ſibi datã, ad quod ſolùm allegat Lupum in cap. per veſtras, §. 24.poſt num.10. qui id admittit in filia naturali, & videndum dicit Rolan.à Valle in conſil.74.à num.53.ad fin.lib.1.poterat autem ad idem allegare Bal.in conſ.456. Recolo, num.9.lib.5. Palleo.in tracta.de natu. & ſpurijs cap.51.ad fin. Vincen.de Franch. deciſ.283.a nu.10. Beroi.in conſil.165.nu. 23.verſic.Quarto poſito,lib.2. Alexan.Raudenſe deciſio.Piſana 29.num.200. & Peregrinum de iur.fiſci lib.3.tit.18. num.octuageſimo primo.

Fundat Cancer. ſuam opinionem in tribus præſertim rationibus. Primò,quia cùm dotem dederit pater, qui filiam non habebat in poteſtate, cenſeri debet de ea in filiã exercuiſſe liberalitatem, & donationem feciſſe, ad l.vnicam, §.accedit, C.de rei vxor.
124 action. indeque † dici effectam eam dotem fuiſſe proprium filiæ patrimonium, ad l. 3. ff.de minorib. & l. Pompon. Philadelphus, ff.famil.herciſcun.(ad quod ſi vis ſcire qualiter dos dicatur proprium mulieris patrimonium, videre debes Ioſeph. de Rulticis in comment.ad l.cùm auus, lib.3. cap.9.nu. 11.ff.de conditio.& demonſtrat.) & ex conſequenti ad hæredes eſſe tranſmiſſibilem, ad l.hæres in omne ius cum ſimil.ff.de acquirend.hæredita. & ſic cùm dicta dos filiæ ſpuriæ data ſemel exierit legitimè patrimonium patris, & ſuum proprium fuerit effecta, videtur dicendum,non debere ampliùs in illud redire, eo modo quo ſemel detractum de fideicommiſſo pro dote conſtituenda,ampliùs non reuertitur ad illud, licèt mulier dotata decedat abſque liberis, & ſemel licitè effectum alienabile perpetuò durat tale, &denique quemadmodum res obligata creditori non reincidit vlterius in hypotecam, poſtquam ſemel legitimè ab ea exiuit, licèt ad verum debitorem peruenìat.

Secundò argumentatur Cancer.ab inconuenienti, quòd filia ſpuria non inueniret virum cum dote de neceſſitate reſtituenda patri,aut ſuis hæredibus poſt mortem illius,licèt cum liberis,contingentem;& ſic lex quę prouiſit patrem teneri ad dotandam filiam ſpuriam, ne meretricaretur, & ad virandum iſtud periculum honoris, nihil prorſus cum maxima diligentia, & cura dicenda erit egiſſe.

Adducit tertiò, quòd pater tenetur dare filiæ ſpuriæ dotem competentem, non habita ratione ad alimenta: ſed habita ratione ſuæ dignitaris, & facultaris, conſiderato tamen quòd ſit ſpuria: vnde eum colligere velle arbitror, quòd non ſit res hæc regulanda ex alimentis, vt quemadmodum illa ceſſant mortuo alimentario, ſic dos mortua filia.

Et licèt Petrus Barboſa contrariam cum communi tenens opinionem in ſæpè allegata l.1.par.4.numer.71.verſic.Neque obſtat, ff.ſoluc.matrimo. conetur his & alijs rationibus,quæ pro hac opinione adducuntur,totis viribus reſpondere, nihilominùs ego in hac opinione reſideo, nec video per eum, vel alium fuiſſe plenè fundamentis illius ſatisfactum.

Addo quòd de iure nulla erat differentia inter dotem quæ dabatur à patre filiæ legitimæ,& eam quæ ſpuriæ, quo ad hunc effectum redeundi ad ipſum poſt illarum mortem, quantumuis decederent ipſæ cum liberis: ſic enim illæ dotes, quemadmodum iſtæ, redibant de iure communi, vt probatur ex generalitate rextus in l. dos à patre, C.ſolut. matrimon. & videtur expreſſum in l.vnica, §.taceat, verb. ſileat, C.de rei vxo. action. & in l.2. C.de bonis quæ liber. Quæ de re latè per Theſaurum deciſ. 190. & per Barboſ.in l.poſt dotem,à num.45. in verſic. ſuccedit, & per Rot. Roman. apud Proſperum Farinacium deciſio.708. & 710. in penultì. volum. vbi tam de dote conſtituta per fratrem,quàm per patrem, ad quem redeat, & quomodo de eis teſtetur mulier,latè examinatur.

Sed ſupetuenit conſuetudo Martini, de qua in allegata l.dos à patre, in verſicul.Filia familias, & latè apud Antonium Theſaurum, & Petrum Barboſa vbi ſuprà, per vniuerſum mundum recepta, quæ introduxit, quòd extantibus liberis dos ad patrem non rediret, ſed filiorum eſſet; quam non reperimus diſtinxiſſe inter dotem, quæ filiabus ſpurijs darur, & eam quæ legitimis: ergo nec eſt neceſſe quòd nos diſtinguamus. Addit Petegrinus in allegato tractatu de iure fiſci libro 3. titulo 18. numer.81. quòd quemadmodum conſuetudo de lucro dotis fauore mariti eſt obſeruanda, ſic in his dotibus, quæ filiabus ſpurijs dãtur, quemadmodum in illis quæ legitimis, vt idem ipſe antea probauerat numero præcedenti, valere debet, & obſeruari hæc quam tractamus conſuetudo in fauorem filiorum introducta, ac propterea in terminis contra Surdum, vbi proximè allegatus eſt, in fauorem huius opinionis, quæ fundatur in conſuetudine Martini, tenent Beroius, Peregrinus, & Lupus in locis ſuperiùs citatis;

& dicit idem Lup. num. 50. circa fin. quod magnam tribuit opinioni auctoritatem, ſic fuiſſe per Rotam Florentinam quandoque † *deciſum.*

Optimæ ſunt ad id conſiderationes Vincentij de Franchis in allegata deciſio. 283. numer. 13. & 14. vbi pluribus ſatagit probare dotem differre multùm ab alimentis, & vnumquodque remanere in ſua propria natura, & quando etiam idem foret iudicandum de dote, quod de alimentis, adhuc tamen dici non deberent per mortem filiæ ſpuriæ extinctæ, attentis filijs ex ea ſuperexiſtentibus, ad quorum fauorem durat adhuc alimentorum ius.

Optimam iudico finaliter rationem Beroi vbi ſuprà, quia dos non datur loco alimentorum tantùm, ſed ex cauſa publica, vt mulier inueniat virum, & dos illa ſeruiat oneribus matrimonij.

Sed dices, ergo non erit vlla differentia quoad dotes inter filias legitimas, & illegitimas, quæ tamen maxima videtur debere eſſe? nequaquam, eſt enim maxima, quòd 125 multò † minori dote eſt, & eſſe debet contenta ſpuria, quàm legitima, prout abundè ſperamus nos confirmaturos infrà dum de congruitate dotis agemus; & ſi rem hanc ibi videndam expectare nolueris, conſule Ioannem Baptiſtam Lupum in tractatu ſæpe allegato de illegitim. commenta. 2. §. 1. numer. 46. qui tibi in idem adducit Abba. Palleo. Surd. Molin. Couarru. Tel. Ferdinan. & Ioann. Lup. & colligitur ex traditis per don Garciam Mellril. deciſio. Sicil. 144. numer. 14. & 16. Si ergo iam in hoc filiam ſpuriam grauamus, non eſt quòd vlteriùs addamus hanc dotem, quæ multò minor ſoler eſſe quàm legitimarum, & ſic vt plurimùm parua, & miſerabilis, habere debere id oneris, vt de ea filia non poſſit diſponere.

Hæc opinio indubitanter procedit cùm dos ſtatuta per iudicem eſt ad certam quantitatem, quæ ſecundùm taxationem, de qua in l. hæreditatum, ff. ad legem Faleidiam, non excedit valorem alimentorum, quæ deberent in ſingulos annos præſtari; tunc enim dicta dos non debet tranſire in hæredes patris, ſed ad hæredes filiæ, Bald. in conſil. 448. numer. 5. libr. 1. Didac. in epitom. de ſponſalib. par. 2. cap. 8. §. 6. numero 15. in fine. Menochius de arbitrarijs iudicum caſu 170. numer. 26. atque ita tentum, † & *reſolutum* in Rota Romana de anno 1602. refert Farinacius deciſion. 395. in vltimo volumine recollect. ab eo, vbi latiſſimè prædictis, & alijs multis adducuntur.

SVMMARIA.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt pro dote conſtituenda alienari.*

2 *Ratio ponitur in authent. res quæ, C. commu. de legat. & in alijs iuribus, & alia ponitur hic.*

3 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ſolùm poſſunt alienari quando fideicommiſſum eſt aui, non quando extranei.*

4 *Bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote filiæ conſtituenda poſſunt etiam alienari per matrē, quando ipſa tenetur dotare.*

5 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. diſpoſitio impugnatur ab Anto. Fab.*

6 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. non procedit in fideicommiſſo relicto ab extraneo. vbi plures deciſſ.*

7 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. ſunt qui exiſtiment procedere etiam in extraneis.*

8 *Opinio Auctoris.*

9 *Authen. res quæ, C. commu. de lega. ſolùm procedit in ſubſidium bonis liberis deficientib. vbi deciſſ.*

10 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. non procedit quando mulier ipſa habet vnde ſe dotet. vbi deciſſ.*
Mulier non tenetur pro dote agere contra bona alienata: ſed eſt in ſui electione, etiam ſi ſciuerit fideicommiſſum. ibid.

11 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. non procedit exiſtentibus bonis liberis, etiam ſi teſtator tulerit filias; vel neptes dotari ex fideicommiſſo: intelligitur enim in ſubſidium. vbi deciſio noſtri Senatus, & aliorum.*

12 *Bona libera exiſtere, vel non exiſtere, quis teneatur probare vt intret authentica res quæ.*

13 *Opinio quòd fideicommiſſarius teneatur probare. vbi deciſ.*

14 *Fideicommiſſarius non ſolùm tenetur probare adeſſe bona libera, ne intret authentic. res quæ: ſed etiam quòd ſint aquè vtilia, & commoda.*

15 *Inuentarium offerens, & dicens non eſſe plus in hæreditate, ad aliud non tenetur.*

16 *Excuſſionem facere debenti, ſufficit dicere non eſſe niſi talia, & talia bona.*

17 *Conſtitut. 10. De executio de cenſals, intellectus.*

18 *Mulier, ſeu hæres tenetur probare non adeſſe bona libera, vt intret authen. res quæ, ſecùndum aliorum opinionem. vbi deciſſ. & nu. ſequen.*

19 *Regulam habenti pro ſe, ſed cū qualitate, incumbit onus probandi in concurſu eius qui habet regulam pro ſe ſimpliciter.*

20 *Fideicommiſſarius vendicans bona fideicommiſſi,*

missi, regulam habet pro se.

21 Regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam, absque alia probatione.

22 Bona fideicommisso subiecta alienari potuisse pro dote allegans, fundat se in exceptione.

23 Donationem validã ex reseruatione vsusfructus allegans, probare incumbit illũ vsum fructum esse sufficientem.

24 Fundans se in dispositione qualificata, qualitatem probare tenetur.

25 Dictio Si, importat conditionem.

26 Conditio inducit formam.

27 Fundans se in conditionali dispositione, conditionem in primis probare tenetur fuisse adimpletam.

28 Fundamentum suæ intentionis quilibet probare tenetur.
Negatiua semper est probanda per allegantem, vbi est fundamentum suæ intentionis. ibidem.

29 Regula prohibitiua attenditur potiùs quàm permissiua.

30 Creditor habet intentionem fundatam in regula, quod aliud pro alio ei solui non possit, nisi debitor probet se pecunijs carere.

31 Administrator dicens se non debuisse inuentarium conficere, quia non erant bona, tenetur id probare.

32 Moratoria, quæ conceditur debitoribus pauperioribus suis creditoribus, vt habeat locũ necessum est probare qualitatem paupertatis, vbi decisio.

33 Heres qui fecit inuentarium, si dicit non esse alia bona, non tenetur ad aliud.
Inuentarium habet præsumptionem pro se. ibidem.

34 Fideicommissarius qui vult recuperare rem fideicommissi alienatam, si opponitur quòd pro dote fuit alienata, tenetur probare adesse bona libera. vbi decis.

35 Vassalli debent probare Regem habuisse bona libera quando impugnant alienationem factam de prohibitis alienare.

36 Contraria opinio. quòd imò in omni casu quo quis defendit alienationem, teneatur probare quòd aderant bona libera, tenet & probat Auctor. & numer. sequentib. vbi dec.

37 Mors, & vita sunt probanda ab ijs, qui in illis se fundant, siue rei sint, siue actores.

38 Actor in exceptione est reus. & num. 47.

39 Aduocati semper debent curare vt probetur quod est fundamentum suæ intentionis.
Bona libera non extare probatur per ostensionem inuentarij, in quo ea non reperiuntur. ibidem.

40 Res prohibita alienari, potest alienari pro iuribus legitimæ, & Trebellianicæ.
Idem est pro reseruationibus ad testandum factis per donatores. ibidem.

41 Heres alienando videtur illud eligere pro suis iuribus.

42 Alienationes bonæ fidei factæ, sunt quæ sustinentur pro iuribus alienãtis, non aliæ, quod relinquitur iudicis arbitrio.

43 Alienatio in prohibitis non bonæ fidei facta præsumitur si alienantur meliora, & pretiosiora.

44 Alienatio semel legitimè facta, non annullatur ex his quæ postea succedunt.

45 Fideicommissarius, an possessor teneatur probare iura heredis alienantis fuisse antea consumpta, vel non.
Resolutio, quòd fideicommissarius tenetur probare. ibid.

46 Possessor qui emit rem fideicommisso subiectã, non potest priuari possessione interim dum liquidantur credita heredis qui alienauit.

47 Qualitas est probanda per allegantem. vbi multa de dispositionibus, & exceptionibus qualificatis.

48 Heres, an tertius possessor teneatur probare consumpta fuisse iura, seu retentiones alienantis, quando vnus affirmat, & alius negat. vbi decis. Senatus.

49 Res fideicommisso subiecta semel legitimè alienata, an in aliquo casu redeat ad fideicommissum. vbi pro negatiua plures decisiones.
Res semel legitimè alienata, perpetuò durat alienabilis. ibid.

50 Alienationes, quæ sequuntur priorem vitè factã, non dicuntur propriè alienationes: sed prioris executio.

51 Res alienata pro dote non redit ad fideicommissum, etiam si postea filia decedat absque liberis. vbi decis. Senatus.

52 Pater qui alienauit bona fideicommisso subiecta pro dote filiæ, non tenetur reintegrare fideicommissum, etiam si diues fiat: sed cõtrarium. num. 56.

53 Factum legitimè non retractatur, &c.

54 Beneficium ne egeat non cessat ob superuenientiam diuitiarum.

55 Authen. præterea, C. vnde vir. & vxor. non cessat etiam si superueniant diuitiæ.

56 Restituere quilibet tenetur quod pro se expensum est.

57 Furtum tolleratur ob famis necessitatem, verùm si postea superueniunt diuitiæ, restituendum est.

58 Locupletior factus ex re aliena, tenetur postea satisfacere, si habet vndè.

59 Negotia plura sunt quàm vocabula.

60 Cessante causa non cessat effectus momentaneus.

Pater

61 *Pater inops non tenetur dotare filiam, ob quod lex. in auum, & ad eius bona vinculata transfert obligationem. & num. seqnen. & num. 62.*

63 *Pater si postea fit dives, tenetur reficere fideicommissario quantitatem, quæ pro dote per eum soluta fuit.*

64 *Fideicommissarius potest recuperare prætioso luto rem de fideicommisso datam æstimatã pro dote.*

65 *Authentica res quæ, C. commun. de legat. procedit tam respectu matrimonij spiritualis, quàm temporalis.*

66 *Mulier cui relicta fuerunt mille si nuberet, & quingentum si monachatur, an utroque casu habeat mille.*

67 *Authent. res quæ, C. commun. de legat. procedit nedum pro prima dotatione, sed etiam pro aliis.*

68 *Actus debet fieri iterum, quando per primum non est satisfactum menti, & intentioni disponentis.*

69 *Authent. res quæ, C. commun. de legat. procedit nedum quando adest tacita prohibitio alienandi, sed etiam quando expressa.*

70 *Sed quid quando est dictum, quòd nec in causã dotis bona possint alienari.*

71 *Authent. res quæ dispositio fundatur in tacita voluntate, & mente defuncti.*

72 *Authen. res quæ, C. commun. de lega. fundatur in publica utilitate, cui non potest testator derogare. vbi decis.*

73 *Debitoris in potestate non est se ab obligatione eximere.*

74 *Authen. res quæ, C. commu. de legat. est subsidiaria.*

75 *Ratio vna quamuis cesset, si aliæ remanent, remanet etiam dispositio.*

76 *Authen. res quæ, C. commun. de legat. non intrat vbi multum enixa apparet testatoris mens nolentis bona fideicommisso subiecta alienari posse etiam pro dote.*

77 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. procedit nedum in fauorem filiarum natarum, aut concepturum in vita aui, sed etiam & post. vbi decis.*

78 *In ambiguis pro dote est iudicandum.*

79 *Fideicommissum totum potest alienari & absumi pro dote si oportet. vbi decis. nostri, & aliorum Senatuum.*

80 *Additamenta dotis habent priuilegium Authent. res quæ, C. commun. de legatis. vbi decis.*

81 *Præparamenta dotis veniunt illius appellatione.*

82 *Nisi fiat dolose animo euertendi fideicommissum.*

83 *Authen. res quæ, an procedat in augmento dotis. vbi decis.*

84 *Maritus si auget dotem vxori regulariter pro ea restituenda, non intrat authen. res quæ, C. commun. de legat.*

85 *Authen. res quæ, an procedat in dote quam ignobilis facit nobili, & senex teneræ mulieri. vbi decis.*

86 *Donatio inter coniuges quando sunt disparis conditionis, puta vnus senex, & ignobilis, alius iuuenis, & claro sanguine natus, valet vti remuneratoria.*

87 *Vxor iuuenis transiens ad secunda vota, non reseruat filijs primi matrimonij quæ habuit ex primo matrimonio.*

88 *Appendicia dotis vt debeantur, quæ debent concurrere. vbi decis. nostri Senatus. Vestes, anuli, perlæ datæ à patre, computantur filiæ in dotem.*

89 *Authen. res quæ an procedat in prohibitis alienari in contractibus.*

90 *Opinio negans.*

91 *Authen. res quæ ratio non militat in contractibus.*

92 *Authen. res quæ dispositio est exorbitans, ideò non extendenda.*

93 *Petra impugnatur in materia authen. res quæ C. commu. de legat.*

94 *Authen. res quæ intrat in causis lucratiuis ex tractuum, non in onerosis.*

95 *Extensio etiam fit in exorbitantibus in materia fauorabili.*

96 *Conditio, si sine liberis, subintelligitur in tractu inter viuos, sicut in vltimis voluntatibus, iuxtà l. cii auus, de conditio. & demonstrat.*

97 *Iosephus de Rusticis, qui conuenit cum Auctore in materia authent. res quæ extra contractus, laudatur.*

98 *Bona decisio Senatus, qua authent. res quæ, C. commu. de legat. fuit declaratum procedere in donatione, quando donator conuenit quòd donatario decedente sine liberis res donata reuertantur ad eum.*

99 *Authen. res quæ non habet locum in maioratibus Hispaniæ ex consuetudine. sed contrà. num. 98.*

100 *Maioratus Hispaniæ habent rationem publicæ vtilitatis, ac fauoris publici. Authen. res quæ, C. commun. de legat. non intrat in fideicommissis vbi versatur fauor publicus. ibid.*

101 *Priuilegiatus qui agit de damno vitando præfertur.*

102 *Authent. res quæ etiam procedit in maioratibus secundum plures.*

103 *Huius opinionis est Auctor ex rationib. quas adducit.*

104 *Fideicommissa omnia resipiciunt publicam vtilitatem, & quomodo.*

105 *Priuilegiatis ex duobus, præferri debet magis pri-*

gis priuilegiatus.

106 Publica vtilitas, maior præfertur minori.

107 Bonum ratione cenſetur melius, & præclarius, quò communius.

108 Bonum nuptiarum communius eſt, & præclarius bono fideicommiſſorum.

109 Fideicommiſſa perpetua pari paſſu ambulant cum maioratibus.

110 Authent. res quæ in Catalonia locum habet in fideicommiſſis realibus & perpetuis, & in maioratibus vbi deciſſ.

111 Filiæ debent dotari ex fructibus maioratus, vbi ſunt illi pingues.

112 Legitima non detrahitur ex bonis maioratus, & vbi ratio, & deciſ. noſtri Senatus. Legitima eſt portio eius quod quis debet ab inteſtato habere, ibid.

113 Succeſſio ab inteſtato nõ potest in maioratibus locum habere.

114 Cauſa legitimæ nõ habet priuilegium vt ſummariè debeat tractari.

115 Legitima in maioratibus debetur filijs primi inſtitutoris, cum diſtinctione ſi bona diuiſibilia, vel indiuiſibilia, &c. Quæ quomodo ſint ibi videbis.

116 Alimenta debentur filijs ex maioratibus.

117 Authen. res quæ, C. commun. de legat. an intret pro eius fructibus, & intereſſe, remiſſiuè.

118 Authen. res quæ, C. commun. de legat. intrat etiã in fideicommiſſo relicto per auum, vbi pulchra deciſ. Et quid in fideicommiſſo materno. ibidem.

119 Bona litigioſa, & per curiam capta vt diſtraherentur ad inſtantiã creditorũ, an poſſint pro dote alienari, remiſſiuè.

120 Bona fideicommiſſo ſubiecta, an poſſint alienari pro ædificatione, aut conſtructione Eccleſiæ, aut Monaſterij. vbi deciſ.

121 Laudimium an ſoluat emptor, aut venditor in venditionibus neceſſarys, & lege cogente factis, quando alias ex conſuetudine illud ſoluere debet venditor.

GLOSSA I. PARS II.

De interpretatione authent. res quæ, C. commun. de legat.

1 AMpliatur ſeptimò † noſtra cõcluſio, vt ſit tam præciſa obligatio patris, qua tenetur filiã dotare, vt ſi non habeat bona libera, poſsit, & debeat, imò compellendus eſt, ſumere de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, id eſt, quæ ipſe grauatus eſt alteri reſtituere, pro dicto debito explẽdo, text. eſt formalis, & ad litteram in authen. res quæ, C. commun. de legat, & in corpore vnde ſumitur, in authen. de reſtitution. & ea quæ parit, &c. in §. quamobrem, cum quo concordat l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellia. *Res quæ ſubiacent reſtitutioni* (inquit tex. in d. authent. res quæ) *prohibentur alienari quidem, vel obligari: ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædictas in eum caſum alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quæ communiter omnibus proſunt, iis quæ ſpecialibus quibuſdam vtilia ſunt præponimus.*

2 Rationem † cur ita ſtatutum ſit, non eſt quod nos proponamus, poſtquam in eodem text. ſit verſic. Ea enim, vt vidiſtis, clarior ponitur quàm ego ſcirem componere; verũ eſt quòd multis non placet quòd hæc ſit huius authent. decidendi ratio, ſed imò tacita voluntas teſtatoris, de qua re per Molina de primogen. Hiſpanor. lib. 4. cap. 6. num. 5. vide ſi vis Per. in tracta. de fideicommiſſ. qu. 8. † num. 336. latè huius diſpoſitionis rationes proſequentẽ. Multum in idem tempus conſumpſiſſe video Paſqual. Sauli. lõgè poſt hæc ſcripta habitum, in tracta. de alienan. rebus fideicommiſſ. ſubiect. in 2. par. à num. 254. cum multis ſequentibus, quas nos rationes, quia in præſentiarum non oportet, ideò cõſultò hic omittimus: in inferioribus forſan aliqua de hoc videbis opportunè; ſufficit quòd occurrentibus caſibus neceſſitatis huiuſmodi bonorum fideicommiſſi ſubiectorum alienatio fieri poteſt; hæc autem eſt neceſſitas potoria, qua pater tenetur filiam dotare, vt ſuprà dicebamus in princip. neceſſitas quidem legalis, quia ad eã lex obligat, & præciſam eam vocant Aymo. Cravet. in reſponſ. pro genero in corollar. num. 4. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 167. num. 4. & Menoc. de arbitr. iud. caſ. 182. num. 66.

3 Nec dubites † quomodo id fieri in caſu occurrenti valeat, cum ſecundùm propoſitam facti ſpeciem neceſſum ſit quòd fideicommiſſum ſit per auum cõſtitutum; ſi enim per extraneum eſſet conſtitutum, ſecundùm communem authent. intelligentiam, locum ea non habere, vt mox dicetur; non enim habet locum niſi in fideicommiſſis aſcendẽtium, & concedendo filiæ quòd compellat patrem vt ipſam dotet ex bonis fideicõmiſſo ſubiectis, eſt planè concedere eidẽ quòd dotetur ex bonis aui, quod non licet intrepidè & ſemper, vt antequam ab his diſcedamus, tractabimus latè. Ne (inquam) de hoc dubites, quia imò propriè in hoc caſu quando pater non habet bona libera, qui eſt caſus

casus authenticæ prædictæ, vt paulò infrà dicemus, avus tenetur dotare neptem, & eius bona tali casu hoc onere afficiuntur; ideò nihil mirum si in nostro casu dixerimus quòd suprà firmauimus, prout pluribus probat in terminis Menochius præsumptio. 189. num. 11. & 116. lib. 4. & est communis opinio, vt ibi habetur, & Baeça de non melio. dotatio. filia. c. 8. nu. 29.

4 Et † idem in matre esse tenendum in casibus quibus ipsa filiam dotare est obnoxia, de quibus infrà, tenet ex Bart. & alijs Anto. de Padil. in d. authen. res quæ, num. 59. videnda est decis. Rotæ Romanæ ex recollect. per Prosperum Farinacium 889. per totam, & post longissimam disputationē ita tenet etiam Stepha. Gratian. discept. forensi 337. per tot. vbi pluribus probat, quòd filius pro dote constituenda, & restituēda, potest in subsidium sumere in vim huius authē ticæ, sic de bonis fideicommissi materni, sicut paterni, soluens contraria, ac contrarijs Doctoribus respondens.

5 Huius † text. communem Doctorum intellectum, (hinc ducamus initium oportet, vt quod dicturi sumus super firmo, & certo fundamento ædificemus) quatenus volunt per eum licere bona fideicommisso subiecta, ex causa dotis, & donationis propter nuptias nedum obligare, sed etiam alienare, adeoque totum fideicommissum in dotē dare, si aliter fieri non possit, vt persona do tanda matrimonium æqualibus conditionibus ineat, non distinguendo an de dote, vel donatione propter nuptias conseruanda agatur, an de restituenda, nec rursum an ea persona, cui fideicommissum in fūctum est, id ipsum pro se velit diminuere, an pro aliquo ex suis liberis, dummodo sint illi ex descendentibus testatoris, qui fideicommissū iniunxit, id est, ex ijs personis, quibus testator ipse si viueret, dotem, vel donationē propter nuptias ex officio constituere teneretur. Hunc (inquam) communem intellectum reprehendit pluribus Antonius Fabr. in suo Cod. lib. 6. tit. 21. commun. de legat. definitio. 4. dicens signanter, quòd licèt hæc sententia æquitatis & humanitatis colorem habere videatur, enidenter tamen iniqua est, idque deducit primùm ex eo quod sibi absurdius nihil videatur, quam in fraudem fideicommissi, & ex alienis bonis sibi quidem, aut alteri dotem constituere, vel donationem propter nuptias, siue ab ascendente, siue ab extraneo, aut (quod hac parte idem est) à collaterali inductum proponatur. Pergit vlteriùs, volens quòd errore lapsus sit non modico Irner. in concipiendis verbis dictæ authen. res quæ, aliter quam habetur in corpore vnde sumpta fuit, satagitq. persuadere pluribus argumentis mentem Iustiniani inibi fuisse aliter quàm per Irner. sit in d. authen. perceptum, & per Doctores hucusq. intellectum.

6 Eiusdem † textus & illum alium cōmunem, & receptissimum intellectum, quo omnes dicunt eum habere tantùm locum vbi alienatio fit ex causa dotis, donationisve propter nuptias, in fauorem, & vtilitatem descendentium recta linea ab ipso primo testatore, qui fideicommissum instituit, & diuersum esse in extraneis ab ipso testatore, & in his, qui per transuersam lineam ei cognationis, aut agnationis attingunt, de quo latè per communiter scribentes in ea authē. relat. per Didacum lib. 3. variar. cap. 6. num. 10. versic. Primum, Pasqual. Sauli. in tractatu de alienandis rebus fideicommisso subiectis par. 2. numer. 262. & tradunt omnes, qui de materia authent. agunt, quorum præcipuos reperies infrà per discursum citatos; eis adde auctoritatem curiæ Prouinciæ, quæ eam opinionem expresè in facti contingentia † *tenuit*, & casum pro ea decidit de anno 1557. vt auctor est Franciscus de Claperija causa 2. quæst. 4. in princip. Senatus Tolosa. † qui pro ea etiam sententia *iudicauit* non semel, vt auctor est Gerard. Maynar. decisio. 18. & 21. lib. 3. qui quasi prævidens quæ dicturus erat, vel etiam iā dixerat (non enim curo quis prius scripserit, discernere) Franciscus Claperius in dicta decisio. 21. n. 2. eius omnia argumenta faciliter dissoluit, rationes diuersitatis assignans inter ascendentes, & extraneos substituentes, atque liberos, & descendentes substitutorum quo ad casum hunc. Senat. Pedemont. qui idē in † facti contingentia *sentijt*, vt tradit Gasp. Antonius Thesaurus in additio. ad Anton. patrem, decisio. 192. ad num. 11. vbi dicit ita declaratum, etiam si ex mente testatoris, qui fœminas in defectum masculorum ad hæreditatem vocauerat, appareret dotem esse constituendam filiabus, cùm nulla super essent bona, quàm fideicommisso suppositā tempore dotium constituendarum. Senatus Sabaudianus, qui in idem *conuenit* apud Antonium Fab. in suo Cod. lib. 6. tit. 21. cōmun. de legat. definitio. 10. & etiam in casu forriori, licèt fideicommissum esset relictū sub ea conditione, *Si grauatus hæres sine liberis decesserit*, & videretur quòd qui hæredem grauat sine liberis, illud vtique velle vt possit ille sibi vxorem quærere, ac proindè vt pro dote possit bona sua obligare, cū alioquin neque vxorem, neque dotem facilè inuenturus sit, quæ erat ratio (mihi tamen parū concludens, quia non video quod

ex

ex præmiſſis oriatur talis conſequentia; benè enim poteſt eſſe quòd frater, vel alius apponat fideicommiſſo etiam conditionem, & tamen non concedat fideicommiſſi alienationē, & ſi mihi credere nō vis, lege Maynar. quem poſtea reperi idem quod ego con ſideraſſe, in allegata deciſio. 221. num. 3.) ob quod Fabro, (vt ipſe dicit) ac alijs collegis interuenientibus deciſioni, dura ea viſa fuit, nec voluerunt conſentire. Senatus Pariſienſis, cuius in idem *bina arreſta* de annis 1558. & 1584. facta referuntur à Ludoui. Charonda reſponſorum libr. 8. cap. 30. & denique Rot. Roman. quę idem *declarauit*, vt eſt apud Farinac. deciſ. 433. circa quod etiam videndi ſunt Vincentius de Franch. deciſio. 241. & Peregrin. articulo ſuperiùs allegato 42. à numer. 49. & Ioſephus Ludouicus deciſione Lucenſi 28. num. 90.

7 Hunc † (inquam) communiſsimum Doctorum intellectum ad eam authenticam la befactare conatus eſt pluribus Franciſ. Claper. vbi ſuprà allegatus eſt, ſequēdo gloſam in ſæpè citato §. quamobrem, verb. ſufficerit, in fine, volens eam habere locum tam in fideicommiſſo extraneorum, quàm aſcendentiū, eo principali fundamento ductus, quòd rationes quibus motus fuit Imperator in §. quamobrem citato, vnde authentica ſumpta fuit, generales ſint, æquè illos, ac iſtos comprehendentes; id enim dicit ibi Imperat. ſtatutum, quia ea, quæ communiter omnibus proſunt, his quæ quibuſdā vtilia ſunt, ſunt præponenda; volens expreſsè id eſſe nuptialibus donationibus, & earum exactionibus priuilegium, quæ videntur admittere non poſſe illam reſtrictionem, quam Doctores faciunt de fideicommiſsis tātùm aſcendentium.

Cæterùm non conſiderauit is Doctor rationem l. mulier, in §. cum proponeretur, quam diximus concordare cum noſtra authentica, quæ eſt, quia id voto, id eſt, voluntati parentum congruit, & ſic procedere dicitur ex tacita voluntate fideicommittentis, quæ verba non poſſunt planè ad alios præter aſcendentes, reſpectu ſuorum deſcendētium, accommodari, provt eſt palàm. Multas, easque valdè concludentes inter aſcendentes, & extraneos in hac materia rationes diuerſitatis legere poteris apud Maynar. allega. deciſ. 221. vbi latè.

8 Circa † hæc tamen per ambos iſtos Doctores non ſine labore penſata ego amplius non immoror, poſtquam ijdem ipſi in locis ſuprà citatis, multo in id tempore conſumpto, referunt quòd ſui Senatus, nempè Sebuſianus, & Toloſanus, prædictis ab eis excogitatis conſideracionibus nihil mouentibus, communes interpretum ſententias in omnibus iampridem tribunalibus receptiſsimas, ſequuntur: non enim foret iuſtū, quòd nos, qui in inueſtigandis receptiſsimis opinionibus verſamur, in illis immoraremur, à quibus omnes abhorrere videmus; Qui ingenij ſui vires in his exercere voluerit, legat eos Doctores, apud quos materiam (vt opinor) inueniet, qua nullo negotio deſiderio impleat ſuum. Et interim doleat miſertimæ Iuriſprudentiæ, quæ tam pugnantes inter ſeſe admittat opiniones, & homines alat, qui ſic ex diametro ſibi ipſis pugnent: vnus vult, quòd nec in aſcendētibus, iniquibus rem hanc ſemper omnes intellexerunt, habeat locum diſpoſitio authenticæ: alius verò è contra, quòd nedum in aſcendentibus, ſed in extraneis etiam, quòd fuit ſemper ab omnium mente alienum; & in effectu, vnus vult quòd omittatur quod fuit ab omnibus ſemper receptum, & alius quòd amplexetur quod fuit ſemper ab omnibus neglectum.

Sed non omittamus quæ neceſſaria viſa ſunt adnotare ad perfectam dictæ authenticæ declarationem, in his tamen quæ frequentiùs in praxi contingunt, quod eſt noſtrum inſtitutum, pro reliquis lectores relegantes ad alios Doctores ſuper materia dictæ authenticæ ſcribentes, qui ſunt penè innumeri, & multum in eis tempus conſumpſerunt.

Declaratur igitur primò, † vt intelligatur quòd poſsit pro conſtituenda dote manus extendi ad bona fideicommiſſo ſubiecta, in ſubſidium, id eſt, ſi pater non habet bona libera, ex quibus eam conſtituat; ſubſidiarium enim eſt eius textus remedium, vt idem ipſe inſinuat in illis verbis: *Si liberis portio legitima non ſufficiat ad dotis, & donationis propter nuptias conſtitutionem, &c.* Et in corpore vnde ſumitur, nempè in §. ſi vero, in authent. de reſtitutio. & ea quæ parit, &c. idem inſinuant illa verba: *Aliam non habens ſubſtantiam*, clarè tex. in l. pater filium in fine principij, in illis verbis: *Si nō erat aliud in hæreditate vnde debitum exſolueretur*, ſ. de legat. 3.

Nonnullos Doctores ego in idem retuli in primo tomo huius operis clauſul. 4. gloſſ. 10. par. 2. num. 30. eis adde Franciſc. à Ponte in conſil. 45. num. 1. cum aliquibus ſequē. Ioſeph. Ludouic. deciſio. Lucenſ. 28. nu. 89. & Peruſin. 71. num. 21. Padil. in dicta authēt. num. 42. Fabi. de Anna conſil. 87. nume. 12. Federic. Scot. reſponſ. 4. num. 9. tom. 2. lib. 1. plures in idem allegat Arimin. Tepatus in compend. var. iur. reſolut. lib. 2. de fideicom-

comm.pag.389.colum.4. verſ.Bona ſubiecta,Iacob.Cancer in 1.par.variar.reſolutio. cap.9.de dot.& donatio.propter nup. num. 102. innumeros penè in idem citat Coſta de remed.ſubſidiar. remed.6.nu.1. Doctor † Marta vot.4.vbi ita *iudicatum* tradit, Vinc. † de Franch. deciſ.519. vbi etiam *deciſo* Senatus Neapolita. optima, quòd d. authent. non procedat niſi in ſubſidiũ non datis bonis liberis.

† Noſter etiam Senatus expreſſiſſimè *dixit* relatore egregio Senatore Hieronymo Aſtor die 30. Maij 1595. inter Magin. & Micha. Pujalts,vbi viduæ petenti licentiã vendendi bona vinculata viri pro ſatisfaciendo ſibi in dote, & ſponſalitio, fuit ea quidem conceſſa, ſed ita demum deficientibus bonis liberis, non aliàs. Idem etiam idem Senatus † *dixit* expreſſiſſimè coram egregio iti dem Senatore Hieronymo Torner 1.Aprilis 1598.inter Franciſcum Zapila,& Philippum de Eril,quòd bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt obligari extantibus bonis liberis, pro dotis ſolutione.

10 Et † non ſolùm reſpectu patris ſubſidiaria eſt authentica prædicta,nempè ſi non habet vnde aliàs filiam dotet, in quo caſu loquuntur Doctores ſuprà citati, ſed etiã reſpectu ipſiuſmet mulieris : ſi enim ipſa habet alunde, quamuis non à patre, ceſſat authentica diſpoſitio, pulchrè Rolan.à Valle in conſil.85.num.9. lib.1. & Rota Romana deciſio.737.lib.1.in nouiſſim. vbi ex eo ſolo, quòd filia habebat bona materna,ex qui † bus poterat dotari, *deciſum* fuit non intrare authenticam.Idem poſteà de anno 1603. † *reſolutum* fuiſſe in eadem Rota refert nobis illarum diligens compilator Proſpe.Farina. in penult.volum.deciſio.66. Vnde quod in ſuperioribus diximus, quòd pater tenetur etiam filiam diuitem dotare, quia iſtud eſt paternum officium, locum quidem habet & procedit reſpectu bonorum liberorum patris, ſi quæ habet, quo in caſu loquuntur Doctores, non reſpectu vinculo & fideicõmiſſo ſubiectorum, vt loquuntur qui vltimò à nobis relati fuere ; quæ nota, quia non diù eſt,magnam vidi ſuper hoc inter aliquos cõtentionem.

Intellige ſi bona libera non ſunt alienata, nam ſi ſunt penes tertios poſſeſſores,non cõpellitur mulier ea in primis perſequi,ſed eſt in eius electione contra quæ agat, an contra ea, an contra fideicommiſſum, Peregrin.de fideicommiſſ.artic.42.num.18. etiam quòd mulier ſciuerit bona ſponſi, vel aſcendentium eſſe fideicommiſſo ſubiecta, Couarruvari.reſol.lib.3.cap.6. num.10. verſ.Quarto non tantum, Menoch.conſil.33.num.35. volum.1. Peregrin.art.42.num.27.Theſaur. deciſ.151.nu.4.verſ.Ab hac,latè Intrigliol. deciſ.Sicil.4.num.22.

11 Id procedere † ſentit Ioan.Franc.à Ponte in conſil.45.num.3.ex Anton.Rub.in cõſil.124.num.24. in caſu fortiori, in caſu nẽpè quo quis iubeat in ſuo teſtamento filias, vel neptes ſuas de bonis fideicommiſſo ſubiectis dotari, adhuc etiam inquit fore intelligendum id,ſi non adſunt bona libera ex quibus dotari valeat, quod ſequuntur plures ibi adducti, & alij etiam, quos latè refert Ludouic. Molina de primoge. Hiſpan. lib.4.cap.7.num.2.& Menoch.præſumptio. 189.nume.9.lib.4. qui tamen dubiam eam traditionem dicit,in qua ampliùs deliberãdum eſſe arbitratur propter illos, qui ei in ſpecie diſſentiunt, quos ibidem refert etiã. Eſt tamen doctrina *approbata* per noſtrum † Senatum perſpicaciſſimum quam ex Ioanne Franciſco à Ponte retulimus, vti expreſſis verbis dictum legitur in prouiſione facta 7. Ianuarij 1597. in cauſa nobilis Philippi Roger,contra coniuges Argenſolas,ad relationem egregij Senatoris Antonij Oliba, confirmata cum concluſione in aula ad relationem nobilis Ioannis Sabater 7. Decembris 1598. his verbis : *Quia huiuſmodi facultas* (loquebatur de facultate alienandi bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote) *teſtatoris intelligitur conformis iuri communi,& venit in præhalendato teſtamento ad modificandas prohibitiones priùs factas, & conſequenter data hæc facultas ad regulam iuris communis cenſetur habere locum vbi & quoties bona libera donantis, aut dotem recipientis & reſtituentis non ſufficiunt*, Scriba Fontana. Eſt † etiam à Rot. Roma. eadem opinio *approbata*, prout apparet ex traditis per Seraph.de Oliuar.deciſ.440.nu.4.

Hæc nullam, aut ſanè modicam habent difficultatem, pertranſeunt enim communiter Doctores cũ eis, & Senatus noſter quoties ſe obtulit occaſio,idem ſequutus eſt, & ſignanter in illa nobilis Eleonoræ Alentorn & Monmanya, contra Franciſcum de Soldeuila, de qua apud noſtrum Ludouicum 4 † Peguera deciſ.104.in 1.part. *declarauit* expreſsè Senatus,referente egregio quondam primò Senatore,poſteà Regente Cancellariam,Franciſco Deſcamps 1.Februa. 1591. non potuiſſe fieri certam alienationem de rebus alienari prohibitis,de qua ibi,pro reſtituenda dote,per motiua, inter alia, facta, ex quo conſtabat adfuiſſe alia bona libera, ex quibus poterat fieri dicta reſtitutio. Vidi concluſionem in Archiuo Regio. Idem in alijs duabus declarationibus nobilis Philippi Roger, contra nobiles Argenſolas,ac nobilium

bilium Raymundi Blanes, & Raymundi de Torrelles, de quibus inferiùs, fuit etiam
†† per Senatum expreſſiſsimè *declaratum*.

Sic item nouiſsimè Senatus amplexus eſt in cauſa Excellentiſs. Ducis de Alburquerque, contra Excellentiſsimum Ducem Cardonæ, referente egregio Senatore Ioanne Magarola, ſub die 16. Decembris 1629. vbi cùm ageretur de executione cuiuſdam ſententiæ Regiæ contra dictum Excellentiſsimum Ducem Cardonæ latæ, pro viginti ſex mille libris doralibus Excellentiſsimæ Ducissæ de Alburquerque, oppoſuiſſerque dictus Excellentiſsimus Dux Cardonæ exceptionem defectus bonorum, ex quo quæpoſ ſidebar erãt vinculata à ſuis maioribus, prætendens nõ poſſe ea obligari ab auis ſuis, & per conſequens non potuiſſe fieri in eis executionem: fuit nihilominùs *prouiſum*,
† quòd fieret executio etiam in bonis vinculatis, poſt tamen eam factam in liberis, ex quo materia erat dotalis.

Maximam autem † difficultatem habet
12 quis teneatur probare in caſu occurrenti, an fideicommiſſarius adfuiſſe, vel eſſe bona libera, aut mulier non adfuiſſe. Quã in re ſciſſos video Doctores in duas partes; alij pro muliere tenent, ei non incumbere probationem non exiſtẽtiæ bonorum liberorum, ſed imò fideicommiſſario agenti ad rei vindicationem; alij verò è contra, id oneris mulieri imponunt, ab eodem fideicommiſſariũ abſoluentes. Qui primam † opinionem pro
13 muliere ſequuntur, referuntur latè à Franc. Marzar. in epiro. de fideicommiſſ. quæſt. 48. num. 7. Gaſpar. Baeça in tracta. de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 8. num. 24. à noſtrate Iacobo Cancer. in 1. par. variar. reſol. cap. 9. de dote, & donario. propter nuptias, nu. 103. vbi ſignanter in idem celebre illud, quod ab omnibus allegatur, adducitur Dec. conſil. 519. num. 7. cuius opinionem & ipſe ſequitur, à Marc. Anto. de Pet. in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 460. in fi. qui eandem etiam opinionem admittit, à Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſumptio. 189. num. 174. à Peregri. qui eidem ſententiæ ſe ſubſcribit, in tracta. de fideicommiſſ. art. 42. nu. 73. Alexan. Raudenſ. deciſio. Piſana 31. nu. 271. à Franciſ. Miſanen. deciſ. Sicil. 7. num. 83. lib. 1. qui cum eiſdem etiam concurrit, & à reliqnis ferè omnibus, qui mox allegabuntur, licèt eam opinionem nõ fuerint ſequuti, latè Intrigliol. deciſio. Sicili. 4. ex nu. 24. & nouiſsimè Camil. Larata conſil. 112. nu. 30. Habet etiam hæc opinio Rotæ Prouinciæ Marchiæ apud Sebaſtianum Medices *auctoritatem* deciſio. 10. addentis num.
† 2. verſicul. & non ſolum; quòd † nedum
14 debeat fideicõmiſſarius probare adeſſe alia bona libera, ſed etiam æquè vtilia, & commoda, ad quod allegar Hierony. Gabriel. in conſil. 138. nu. 11. lib. 2. Verum eſt, quòd ibi fuerunt conſideratæ nonnullæ circunſtãtiæ ex quibus elicebatur non exiſtentia bonorum liberorum, vbi ſi caſus occurrit, videas.

Fundant qui hanc opinionem ſequuntur
c ſuam intentionem. Primò in gloſſ. quam dicunt notabilem, in l. cum de lege, verb. hęredis probario. ff. de probationib. vbi ſi hæres dicar, tantum eſt in hæreditate, & non plus, habet ſuam intentionem fundatam, quòd non eſt plus in hæreditate, quàm id qꝰ affirmat, & quòd aſſerenti plus eſſe incũbit onus probandi.

Secundò, eandem opinionem probãr ex diſpoſitione text. quem dicunt primum ad propoſitum, in l. finali, §. licentia danda, in
15 princ. C. de iur. de libera. vbi † hæres oſtendens inuentarium, dicens non eſſe plus in hæreditate, quàm quod in inuentario continetur, habet ſuam intentionem fundatam, & transfert in aduerſantem onus probandi contrarium.

16 Terriò, addurunt † in idem, quæ tradit Angel. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudicat. quòd ad faciendum bonorum alicuius executionẽ, ſatis ſit ſi agens dicat ralia bona eſſe in bonis eius, contra quem facienda eſt executio, & non plura, & quòd qui plura eſſe probare velit, intra terminum à iudice præfigendum, inxrà gloſſ. in d. §. in venditione, verb. capiantur, id probet neceſſe eſt.

Addit Cancer vbi ſuprà, cuius etiam ſunt rationes ſuperiùs relatæ pro hac opinione in eum ordinem redactæ, quo hic cernuntur poſitæ, hanc opinionem videri in Carhalo-
17 nia approbari argum. tex. † in Conſtitutio. *E ſi ſe eſdeuindra*, quæ eſt 10. ſub tit. *De executio de cenſals*, ibi. *Si per lo tercer poſſeſſor ſon nomenats bens de aquells, e ſi trobats ſeran ſien executats, o la hont lo tercer poſſeſſor ſtatubint à ell termini cert per lo official executant, &c.*

18 Qui † verò alteram, & ſecundam opinionem tenent, referuntur ab eiſdem, & à Moli. de primoge. Hiſpanor. lib. 4. cap. 7. nu. 34. qui eam dicit veriorem, & probabiliorem, Vincen. de Franch. qui eandem ſequitur, deciſio. 241. num. 2. Marzar. referens, dicentem ſibi videri commnnem hanc opinionẽ à Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil. 45. nu. 4. qui eiuſdem etiam eſt opinionis, & eam veram opinionem appellat, à nobili Ludouici à Pegue. qui eidem adhærer in deciſio. 118. num. 3. à Fab. de Anna in conſil. 85. num. 11.

vbi in

in id à DD. allegantur, de qua te latè pet Peregr. de fideitom. art. 40. per tot. & Padil. in allega. autheu. tes quæ, illatim in initio. Et ex
21 consequenti † dicendus est habere absq; alia probatione, intentionem fundatam tãquam tem certam habẽs, ex Bar. in l. quotjes 2. ff. si quis cautio. & alijs adductis per Barz. allegata decisio. 105. nu. 5. & transferre onus probandi in aduersatium, Bec. consil. 93. nu. 12. ac alij allegati per Barzium vbi suprà, num. 8. Adde Ioseph. Ludouic. commu. con-
22 clus. 14. illation. 189. Is † autem, qui à petitione agentis se defendit per alienationem, & illius virtute, dicendo quod res illa quæ vindicatur, potuit alienari ex causa dotis, in exceptione à regula tueri se palàm est, omnes enim pro fallentia à regula generali tradunt, ꝙ possit alienari res fideicõmisso subiecta ex causa dotis, & ideò eam de necessitate tenetur ptobare, ad tradita per Ias. in l. qui se patris, u. 43. C. vnde lib. & alios alle. per Barz. vbi proximè, n. 9. qui signãter allegat l. pater filium, quã nos sup. adduxeramus, ff. de lega. 3. Reuocasse in memoriã te non pẽnitebit, quæ nos ad aliud non dissimile ptopositum adduximus to. 1. clau. 4. glo. 22. à n. 15. maximè si videris Tentacin. ibi allega. var. resol. lib. 3. tit. de donat. resolu. 3. nu. 18.
23 vers. In hoc casu, vbi † ad probandum eum, qui donationem validam dicit propter reseruationem vsusfructus, probare debere sufficientiam illius vsusfructus, eisdem vtitur argumẽtis, quibus nos hic, quia scilicet dicens donationem inualidam, habet regulã pro se, & alius allegat fallentiam, quã semper probare tenetur: cùm autem ea exceptio inuoluta habeat in se illam qualitatem, & condi tionem, ꝙ non procedat simpliciter, sed tũc demum si non adsint bona libeta, ac in subsidium, & in defectum eorum, vt diximus, inde fit, ꝙ exceptionem sic qualificatam cõtra regulam probate eundem opottet, aliàs nihil agit, quæ fuit, & est ratio confiderata in terminis per Rot. Rom. in allega. decis. 210. in 2. par. diuetsor. Adde Ioseph. Ludo. com-
24 mu. concl. 14. illatio. 108. vbi dicit, † ꝙ fundãs se in dispositione qualificata, debet probare dispositionem, & qualitatem, vbi multa ad propositum adducit. Additur ꝙ in authẽt. res quæ, & in authent. de restit. & ea quæ parit, §. quamobrẽ, vndè desumpta est, cõcepta est exceptio, de qua agimus, per illa verba in authen. quidem tes quæ, sed si liberis portio legitima non sufficit, & in d. §. quamobrem, si nó sufficerit legitima pars ad dotis, aut ante nuptialis donationis oblationem &c. quæ denotant conditionalitet fuisse positam exptionem, si hæc ita essent. Conditionem e-
25 nim † manifestè importat verbum, *Si*, l. 1. §. si quis, [illegible] cos, qui se in illis fundãt, illo. allegat Octau[illegible]entum intentionis, siue si. aduerb. & coniue[illegible] idem adducit Barzi. dicta [illegible] agant, siue etiam
26 4. quæ conditio † quis dubitat [illegible]otione actor dispositionem cõditionalem, & induc[illegible] exmam, vt ita demum fiat alienatio pro dote constituenda, si probetur non sufficere bona libera, quæ erat, & est ratio Senatus Pedemontani in allegata decisio. 165. num. 4. & decision. 174. num. 1. cum sequent. latiùs extensa, & declarata per Fab. de Anna in al-
27 legat. consil. 85. num. 4. vbi dicit † eum, qui ex conditionali actu aliquid prætẽdit, priùs debere demonstrate conditionem esse adimpletam, quæ nihil ponit in esse, & ideò ad illum pertinere onus implendi conditionem, cui conditio est adiecta, exindeq; infert ad casum nostrum monstrandi non adesse bona libera ad dotis constitutionẽ, spectare onus ad mulietem, non ad fideicommissarium. Ergo à primo ad vltimũ, ex ista ratione manifestissimè cõcluditur onus probandi nõ esse, vel fuisse bona libera, ex quibus dos constituetetur, incumbete mulieti dotatæ, aut ei, qui alienationem ex causa dotis factam defendere voluerit.

28 Adducitur † & à Barzi. in allegata decisio. 105. nu. 14. ex eo debere mulierem probare non extare, vel extitisse bona libera, ex quibus dotis constitutio fieret, quia id sit fundamentum suæ intentionis, aliàs enim non potest iustificare validitatem alienationis regulariter ex se prohibitæ respectu rerum fideicommisso suppositarum; fundamentum autem intenrionis semper est probandum, etiam si in negatiua consistat, & propterea obligatur quis ad negatiuam probandam, ad quod allegatur communiter approbatus Bart. in l. in illa, num. 5. ff. de verborum obligationib. cum innumeris adductis in idem pet Herculan. in tracta. quis teneatur negatiuam probare, in princ. n. 2. eadem ratione ad idem institutum vtitur Fabius de Anna allega. consil. 85. num. 7.

29 Adducitur itẽ † ab eodem Barzi. vbi suprà num. 13. quòd attendarur de iure potiùs regula prohibitiua, quã permissiua, ex Bar. in l. 3. in princip. ff. de suspect. tutor. & alijs ibi congestis. Certum est autem, quòd pro fideicommissario stat regula ptohibitiua, pro muliere autem petmissiua, vt ex se patet: ergo &c.

30 Denique † idem Barzi. ad ptopositum iustificandum vtitur exemplo eorum, quæ tradunt DD. allegati per eum nn. 14. debitorẽ pecuniarum non posse solutionem facere in bonis immobilibus, & sic vti beneficio §. quod autem, in authent. de fideiussorib. & in

& dicit idem Lup. num. 50. circa fin. quod magnam tribuit opinioni auctoritatem, ſic fuiſſe per Rotam Florentinam quandoque † *deciſum.*

Optimæ ſunt ad id conſiderationes Vincentij de Franchis in allegata deciſio. 283. numer. 13. & 14. vbi pluribus ſatagit probare dotem differre multùm ab alimentis, & vnumquodque remanere in ſua propria natura, & quando etiam idem foret iudicandum de dote, quod de alimentis, adhuc tamen dici non deberent per mortem filiæ ſpuriæ extinctæ, attentis filijs ex ea ſuperexiſtentibus, ad quorum fauorem durat adhuc alimentorum ius.

Optimam iudico finaliter rationem Beroi vbi ſuprà, quia dos non datur loco alimentorum tantùm, ſed ex cauſa publica, vt mulier inueniat virum, & dos illa ſeruiat oneribus matrimonij.

Sed dices, ergo non erit vlla differentia quoad dotes inter filias legitimas, & illegitimas, quæ tamen maxima videtur debere eſſe? nequaquam, eſt enim maxima, quòd
125 multò † minori dote eſt, & eſſe debet contenta ſputia, quàm legitima, prout abundè ſperamus nos confirmaturos infrà dum de congruitate dotis agemus; & ſi rem hanc ibi videndam expectare noluerit, conſule Ioannem Baptiſtam Lupum in tractatu ſæpè allegato de illegitim. commenta. 2. §. 1. numer. 46. qui tibi in idem adducit Abba. Palleo. Surd. Molin. Couarru. Tel. Ferdinan. & Ioann. Lup. & colligitur ex traditis per don Garciam Mellril. deciſio. Sicil. 144. numer. 14. & 16. Si ergo iam in hoc filiam ſpuriam grauamus, non eſt quòd vlteriùs addamus hanc dotem, quæ multò minor ſolet eſſe quàm legitimarum, & ſic vt plurimùm parua, & miſerabilis, habere debere id oneris, vt de ea filia non poſſit diſponere.

Hæc opinio indubitanter procedit cùm dos ſtatuta per iudicem eſt ad certam quantitatem, quæ ſecundùm taxationem, de qua in l. hæreditatum, ff. ad legem Falcidiam, non excedit valorem alimentorum, quæ deberent in ſingulos annos præſtari; tunc enim dicta dos non debet tranſire in hæredes patris, ſed ad hæredes filiæ, Bald. in conſil. 448. numer. 5. libr. 1. Didac. in epitom. de ſponſalib. par. 2. cap. 8. §. 6. numero 15. in fine. Menochius de arbitrarijs iudicum caſu 170. numer. 26. atque ita ten-
† tum, & *reſolutum* in Rota Romana de anno 1602. refert Farinacius deciſion. 395. in vltimo volumine recollect. ab eo, vbi latiſſimè prædictis, & alijs multis adducuntur.

SVMMARIA.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta poſſunt pro dote conſtituenda alienari.*

2 *Ratio ponitur in authent. res quæ, C. commu. de legat. & in alijs iuribus, & alia ponũtur hic.*

3 *Bona fideicommiſſo ſubiecta ſolùm poſſunt alienari quando fideicommiſſum eſt aui, non quando extranei.*

4 *Bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote filiæ cõſtituenda poſſunt etiam alienari per matrẽ, quando ipſa tenetur dotare.*

5 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. diſpoſitio impugnatur ab Ante. Fab.*

6 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. non procedit in fideicommiſſo relicto ab extraneo. vbi plures deciſſ.*

7 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. ſunt qui exiſtiment procedere etiam in extraneis.*

8 *Opinio Auctoris.*

9 *Authen. res quæ, C. commu. de lega. ſolùm procedit in ſubſidium bonis liberis deficientib. vbi deciſſ.*

10 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. non procedit quando mulier ipſa habet vnde ſe dotet. vbi deciſſ.*
Mulier non tenetur pro dote agere contra bona alienata: ſed eſt in ſui electione, etiam ſi ſciuerit fideicommiſſum. ibid.

11 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. non procedit exiſtentibus bonis liberis, etiam ſi teſtator ſufferit filias, vel neptes dotari ex fideicommiſſo: intelligitur enim in ſubſidium. vbi deciſio noſtri Senatus, & aliorum.*

12 *Bona libera exiſtere, vel non exiſtere, quis teneatur probare vt intret authentica res quæ.*

13 *Opinio quòd fideicommiſſarius teneatur probare. vbi deciſ.*

14 *Fideicommiſſarius non ſolùm tenetur probare adeſſe bona libera, ne intret authentic. res quæ: ſed etiam quòd ſint aquè vtilia, & commoda.*

15 *Inuentarium offerens, & dicens non eſſe plus in hæreditate, ad aliud non tenetur.*

16 *Excuſſionem facere debenti, ſufficit dicere non eſſe niſi talia, & talia bona.*

17 *Conſtitut. 10. De executio de cenſals, intellectus.*

18 *Mulier, ſeu hæres tenetur probare non adeſſe bona libera, vt intret authen. res quæ, ſecũdum aliorum opinionem. vbi deciſſ. & ſequen.*

19 *Regulam habenti pro ſe, ſed eũ qualitate, incumbit onus probandi in concurſu eius qui habet regulam pro ſe ſimpliciter.*

20 *Fideicommiſſarius vendicans bona fideicommiſſi,*

missi, regulam habet pro se.

21 Regulam habens pro se, dicitur habere intentionem fundatam, absque alia probatione.

22 Bona fideicommisso subiecta alienari potuisse pro dote allegans, fundat se in exceptione.

23 Donationem validã ex reseruatione vsufructus allegãti, probare incumbit illũ vsum fructum esse sufficientem.

24 Fundans se in aliqua positione qualificata, qualitatem probare tenetur.

25 Dictio Si, importat conditionem.

26 Conditio inducit formam.

27 Fundans se in conditionali dispositione, conditionem in primis probare tenetur fuisse adimpletam,

28 Fundamentum suæ intentionis quilibet probare tenetur.
Negatiua semper est probanda per allegantem, vbi est fundamentum suæ intentionis. ibidem.

29 Regula prohibitiua attenditur potiùs quàm permissiua.

30 Creditor habet intentionem fundatam in regula, quod aliud pro alio ei solui non possit, nisi debitor probet se pecunijs carere.

31 Administrator dicens se non debuisse inuentarium conficere, quia non erant bona, tenetur id probare.

32 Moratoria, quæ conceditur debitoribus pauperioribus suis creditoribus, vt habeat locũ necessum est probare qualitatem paupertatis. vbi decisio.

33 Hæres qui fecit inuentarium, si dicit non esse alia bona, non tenetur ad aliud.
Inuentarium habet præsumptionem pro se. ibidem.

34 Fideicommissarius qui vult recuperare rem fideicommissi alienatam, si opponitur quòd pro dote fuit alienata, tenetur probare adesse bona libera. vbi decis.

35 Vassalli debent probare Regem habuisse bona libera quando impugnant alienationem factam de prohibitis alienare.

36 Contraria opinio. quòd imò in omni casu quo quis defendit alienationem, teneatur probare quòd adsint bona libera, tenet & probat Auctor. & numer. sequentib. vbi deciss.

37 Mors, & vita sunt probanda ab ijs, qui in illis se fundant, siue rei sint, siue actores.

38 Actor in exceptione est reus. & num. 47.

39 Aduocati semper debent curare vt probetur quod est fundamentum suæ intentionis.
Bona libera non extare probatur per ostensionem inuentarij, in quo ea non reperiuntur. ibidem.

40 Res prohibita alienari, potest alienari pro iuribus legitimæ, & Trebellianicæ.
Idem est pro reseruationibus ad testandum factis per donatores. ibidem.

41 Hæres alienando videtur illud eligere pro suis iuribus.

42 Alienationes bona fide factæ, sunt quæ sustinentur pro iuribus alienãtis, non aliæ, quod relinquitur iudicis arbitrio.

43 Alienatio in prohibitis non bona fide facta præsumitur si alienantur meliora, & pretiosiora.

44 Alienatio semel legitimè facta, non annullatur ex his quæ postea succedunt.

45 Fideicommissarius, an possessor teneatur probare iura hæredis alienantis fuisse antea consumpta, vel non.
Resolutio, quòd fideicommissarius tenetur probare. ibid.

46 Possessor qui emit rem fideicommisso subiectã, non potest priuari possessione interim dum liquidantur credita hæredis qui alienauit.

47 Qualitas est probanda per allegantem. vbi multa de dispositionibus, & exceptionibus qualificatis.

48 Hæres, an tertius possessor teneatur probare consumpta fuisse iura, seu retentiones alienantis, quando vnus affirmat, & alius negat. vbi decis. Senatus.

49 Res fideicommisso subiecta semel legitimè alienata, an in aliquo casu redeat ad fideicommissum. vbi pro negatiua plures decisiones.
Res semel legitimè alienata, perpetuò durat alienabilis. ibid.

50 Alienationes, quæ sequuntur priorem ritè factã, non dicuntur propriè alienationes: sed prioris executiuæ.

51 Res alienata pro dote non redit ad fideicommissum, etiam si postea filia decedat absque liberis. vbi decis. Senatus.

52 Pater qui alienauit bona fideicommisso subiecta pro dote filiæ, non tenetur reintegrare fideicommissum, etiam si ditues fiat: secus e contrario. num. 56.

53 Factum legitimè non retractatur, &c.

54 Beneficium ne egeat non cessat ob superuenientiam diuitiarum.

55 Authen. præterea, C. vnde vir. & vxor. non cessat etiam si superueniant diuitiæ.

56 Restituere quilibet tenetur quod pro se expensum est.

57 Furtum tolleratur ob famis necessitatem, verùm si postea superueniunt diuitiæ, restituendum est.

58 Locupletior factus ex re aliena, tenetur postea satisfacere, si habet vndè.

59 Negotia plura sunt quàm vocabula.

60 Cessante causa non cessat effectus momentaneus.

Pater

61 *Pater inops non tenetur dotare filiam, ob quod lex in auum, & ad eius bona vinculata transfert obligationem. & num. ſequen. & num. 62.*

63 *Pater ſi poſtea ſit dives, tenetur reſicere fideicommiſſario quantitatem, quæ pro dote per eum ſoluta fuit.*

64 *Fideicommiſſarius poteſt recuperare pretioſo luto rem de fideicommiſſo datam eſtimatã pro dote.*

65 *Authentica res quæ, C. commun. de legat. procedit tam reſpectu matrimonij ſpiritualis, quàm temporalis.*

66 *Mulier cui relicta fuerunt mille ſi nuberet, & quingentum ſi monachatur, an vtroque caſu habeat mille.*

67 *Authent. res quæ, C. commun. de legat. procedit nedum pro prima dotatione, ſed etiam pro alijs.*

68 *Actus debet fieri iterùm, quando per primum non eſt ſatisfactum menti, & intentioni diſponentis.*

69 *Authent. res quæ, C. commun. de legat. procedit nedum quando adeſt tacita prohibitio alienandi, ſed etiam quando expreſſa.*

70 *Sed quid quando eſt dictum, quòd nec in causã dotis bona poſſint alienari.*

71 *Authent. res quæ diſpoſitio fundatur in tacita voluntate, & mente defuncti.*

72 *Authen. res quæ, C. commun. de lega. fundatur in publica vtilitate, cui non poteſt teſtator derogare. vbi decid.*

73 *Debitoris in poteſtate non eſt ſe ab obligatione eximere.*

74 *Authen. res quæ, C. commu. de legat. eſt ſubſidiaria.*

75 *Ratio vna quamuis ceſſet, ſi aliæ remanent, remanet etiam diſpoſitio.*

76 *Authen. res quæ, C. commun. de legat. non intrat vbi multum enixa apparet teſtatoris mens nolentis bona fideicommiſſo ſubiecta alienari poſſe etiam pro dote.*

77 *Authent. res quæ, C. commu. de legat. procedit nedum in fauorem filiarum natarum, aut conceptarum in vita aui, ſed etiam & poſt. vbi decid.*

78 *In ambiguis pro dote eſt iudicandum.*

79 *Fideicommiſſum totum poteſt alienari & abſumi pro dote ſi oportet. vbi decid. noſtri, & aliorum Senatuum.*

80 *Additamenta dotis habent priuilegium Authen. res quæ, C. commun. de legatis. vbi decid.*

81 *Præparamenta dotis veniunt illius appellatione.*

82 *Niſi fiat dolose animo euertendi fideicommiſſum.*

83 *Authen. res quæ, an procedat in augmento dotis. vbi decid.*

84 *Maritus ſi auget dotem vxori regulariter pro ea reſtituenda, non intrat authen. res quæ, C. commun. de legat.*

85 *Authen. res quæ, an procedat in dote quam ignobilis facit nobili, & ſenex tenera muliери. vbi decid.*

86 *Donatio inter coniuges quando ſunt diſparis conditionis, puta vnus ſenex, & ignobilis, alius iuuenis, & claro ſanguine natus, valet vti remuneratoria.*

87 *Vxor iuuenis tranſiens ad ſecunda vota, non reſeruat filijs primi matrimonij quæ habuit ex primo matrimonio.*

88 *Appendicia dotis vt debeantur, quæ debent concurrere. vbi decid. noſtri Senatus. Veſtes, anuli, perlæ datæ à patre, computantur filiæ in dotem.*

89 *Authen. res quæ an procedat in prohibitis alienari in contractibus.*

90 *Opinio negans.*

91 *Authen. res quæ ratio non militat in contractibus.*

92 *Authen. res quæ diſpoſitio eſt exorbitans, ideò non extendenda.*

93 *Petra impugnatur in materia authen. res quæ C. commu. de legat.*

94 *Authen. res quæ intrat in cauſis lucratiuis cõtractuum, non in onerosis.*

95 *Extenſio etiam fit in exorbitantibus in materia fauorabili.*

96 *Conditio, ſi ſine liberis, ſubintelligitur in cõtractu inter viuos, ſicut in vltimis voluntatibus, iuxtà l. cũ auus, de conditio. & demonſtrat.*

97 *Ioſephus de Ruſticis, qui conuenit eum Auctore in materia authent. res quæ citra contractus, laudatur.*

98 *Bona deciſio Senatus, qua authent. res quæ, C. commu. de legat. fuit declaratum procedere in donatione, quando donator conuenit quòd donatario decedente ſine liberis res donatæ reuertantur ad eum.*

99 *Authen. res quæ non habet locum in maioratibus Hiſpaniæ ex conſuetudine. ſed contrà. num. 98.*

100 *Maioratus Hiſpaniæ habent rationem publicæ vtilitatis, ac fauoris publici.*
Authen. res quæ, C. commun. de legat. non intrat in fideicommiſſis vbi verſatur fauor publicus. ibid.

101 *Priuilegiatus qui agit de damno vitando præfertur.*

102 *Authent. res quæ etiam procedit in maioratibus ſecundum plures.*

103 *Huius opinionis eſt Auctor ex rationib. quas adduxit.*

104 *Fideicommiſſa omnia reſpiciunt publicam vtilitatem, & quomodo.*

105 *Priuilegiatis ex duobus, præferri debet magis pre-*

...gia priuilegiatus.

106 *Fubrica vtilitas, maior præfertur minori.*

107 *Bonum vt ratione cenſetur melius, & præſtantius, quò communius.*

108 *Bonum nuptiarum communius eſt, & præclarius, bono fideicommiſſorum.*

109 *Fideicommiſſa perpetua pati poſſe ambulant cum maioratibus.*

110 *Authent. res quæ in Cathalonia locum habet in fideicommiſſis realibus & perpetuis, & in maioratibus vbi deciſ.*

111 *Filiæ debent dotari ex fructibus maioratus, vbi ſunt illi pingues.*

112 *Legitima non detrahitur ex bonis maioratus. & vbi ratio, & deciſ. noſtri Senatus. Legitima eſt portio eius quod quis debet ab inteſtato habere, ibid.*

113 *Succeſſio ab inteſtato nō poteſt in maioratibus locum habere.*

114 *Cauſa legitimæ nō habet priuilegium vt ſummariè debeat tractari.*

115 *Legitima in maioratibus debetur filijs primi inſtitutoris, cum diſtinctione ſe bona diuiſibilia, vel indiuiſibilia, &c. Quod quomodo ſint vbi videbis.* †

116 *Alimenta debentur filijs ex maioratibus.*

117 *Authen. res quæ, C. commun. de legat. an intret pro ſuum fructibus, & intereſſe, remiſſiuè.* †

118 *Authen. res quæ, C. commun. de legat. intrat etiã in fideicommiſſo relicto per auum, vbi pulchra deciſ. Et quid in fideicommiſſo materno. ibidem.*

119 *Bona ſitgioſa, & per curtam caſta vt diſtraherentur ad inſtantiã creditorũ, an poſſint pro dote alienari, remiſſiuè.*

120 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, an poſſint alienari pro ædificatione, aut conſtructione Eccleſiæ, aut Monaſterij. vbi deciſ.* †

121 *Laudimium an ſoluat emptor, aut venditor in venditionibus neceſſarijs, & lege cogente factis, quando alias ex conſuetudine illud ſoluere debet venditor.*

GLOSSA I. PARS II.

De interpretatione authent. res quæ, C. commun. de legat.

1 AMpliatur ſeptimò † noſtra cõcluſio, vt ſit tam præciſa obligatio patris, qua tenetur filiã dotare, vt ſi non habeat bona libera, poſſit, & debeat, imò compellendus eſt, ſumere de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, id eſt, quæ ipſe grauatus eſt alteri reſtituere, pro dicto debito expliẽdo, text. eſt formalis, & ad litteram in authent. res quæ, C. commun. de legat. & in corpore vnde ſumitur, in authen. de reſtitution. & ea quæ parit, &c. in §. quamobrem, cum quo concordat l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebellia. *Res quæ ſubiacent reſtitutioni* (inquit tex. in d. authent. res quæ) *prohibentur alienari quidem, vel obligari: ſed ſi liberis portio legitima non ſufficit ad dotis ſiue donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædictas in eum caſum alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo. Ea enim quæ communiter omnibus proſunt, iis quæ ſpecialibus quibuſdam vtilia ſunt præponimus.*

2 Rationem † cur ita ſtatutum ſit, non eſt quòd nos proponamus, poſtquam in eodem text. in verſic. Ea enim, vt vidiſtis, clarior ponitur quàm ego ſcirem componere; verũ eſt quòd multis non placet quòd hæc ſit huius authent. decidendi ratio, ſed imò tacita voluntas teſtatoris, de qua re per Molina de primogen. Hiſpanor. lib. 4. cap. 6. num. 5. vi. de ſi vis Pet. in tracta. de fideicommiſſ. qu. 8. ‡ num. 336. latè huius diſpoſitionis rationes proſequentẽ. Multum in idem tempus conſumpſiſſe video Paſqual. Sauli. lõgè poſt hæc ſcripta habitum, in tracta. de alienan. rebus fideicommiſſ. ſubiect. in 2. par. à num. 252. cum multis ſequentibus, quas nos rationes, quia in præſentiarum non oportet, ideò cõſultò hic omittimus: in inferioribus forſan aliqua de hoc videbis opportunè; ſufficit, quòd occurrentibus caſibus neceſſitatis huiuſmodi bonorum fideicommiſſi ſubiectorum alienatio fieri poteſt; hæc autem eſt neceſſitas potoria, qua pater tenetur filiam dotare, vt ſuprà dicebamus in princip. neceſſitas quidem legalis, quia ad eã lex obligat, & præciſam eam vocant Aymo. Crauet. in reſponſ. pro genero in corollar. num. 4. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 167. num. 4. & Menoc. de arbitr. iud. caſ. 182. num. 66.

3 Nec dubites † quomodo id fieri in caſu occurrenti valeat, cum ſecundùm propoſitam facti ſpeciem neceſſum ſit quòd fideicommiſſum ſit per auum cõſtitutum; ſi enim per extraneum eſſet conſtitutum, ſecundùm communem authent. intelligentiam, locum ea non habere, vt mox dicetur; non enim habet locum niſi in fideicommiſſis aſcendẽtium, & concedendo filiæ quòd compellat patrem vt ipſam dotet ex bonis fideicõmiſſo ſubiectis, eſt planè concedere eidẽ quòd dotetur ex bonis aui, quod non licet intrepidè & ſemper, vt antequam ab his diſcedamus, tractabimus latè. Ne (inquam) de hoc dubites, quia imò propriè in hoc caſu quando pater non habet bona libera, qui eſt caſus

casus authenticæ prædictæ, vt paulò infrà dicemus, aus tenetur dotare neptem, & eius bona tali casu hoc onere afficiuntur; ideò nihil mirum si in nostro casu dixerimus quòd supra firmauimus, prout pluribus probat in terminis Menochius præsumptio. 189. num. 11. & 116. lib. 4. & est communis opinio, vt ibi habetur, & Bæza de non melio. dot. ratio. filia. c. 8. nu. 29.

4 Et † idem in matre esse tenendum in casibus quibus ipsa filiam dotare est obnoxia, de quibus infrà, tenet ex Barr. & alijs Anto. de Padil. in d. authent. res quæ, num. 59. videnda est decis. Rotæ Romanæ ex recollect. per Prosperum Farinacium 889. per totam, & post longissimam disputationē ita tenet etiam Stepha. Gratian. discept. forensi 331. per tot. vbi pluribus probat, quòd filius pro dote constituenda, & restituēda, potest in subsidium sumere in vim huius authenticæ, sic de bonis fideicommissi materni, sicut paterni; soluens contraria, ac contrarijs Doctoribus respondens.

5 Huius † text. communem Doctorum intellectum, (hinc ducamus initium oportet, vt quòd dicturi sumus super firmo, & certo fundamento ædificemus) quatenus volunt per eum licere bona fideicommisso subiecta, ex causa dotis, & donationis propter nuptias nedum obligare, sed etiam alienare, adeoque totum hdeicommissum in dote dare, si aliter fieri non possit, vt persona data matrimonium æqualibus conditionibus ineat, non distinguendo an de dote, vel donatione propter nuptias conseruanda agatur; an de restituenda, nec rursum an ea persona, cui fideicommissum in actum est, id ipsum pro se velit diminuere, an pro alijquo ex suis liberis, dummodo sint illi ex descendentibus testatoris, qui fideicommissū iniunxit, id est, ex ijs personis, quibus testator ipse si viueret, dotem, vel donationē propter nuptias ex officio constituere teneretur. Hunc (inquam) communem intellectum reprehendit pluribus Antonius Fabr. in suo Cod. lib. 6. tit. 21. comman. de legat. definitio. 4. dicens signanter, quòd licèt hæc sententia æquitatis & humanitatis colorem habere videatur, euidenter tamen iniqua est; idque deducit primùm ex eo quod sibi absurdius nihil videatur, quam in fraudem fideicommissi, & ex alienis bonis sibi quidem, aut alteri dotem constituere, vel donationem propter nuptias, siue ab ascendente, siue ab extraneo, aut (quod hac parte idem est) à collateali inductum proponatur. Pergit viterius, volens quòd errore lapsus sit non modico Irner. in concipiendis verbis dictæ authen. res quæ, aliter quam habetur in corpore vnde sumpta fuit, satagit q. persuadere pluribus argumentis mentem Iustiniani inibi fuisse aliter quàm per Irner. sit in d. authen. perceptum, & per Doctores huiusq. intellectum.

6 Eiusdem † textus & illum alium cōmunem, & receptissimum intellectum, quo omnes dicunt eum habere tantùm locum vbi alienatio fit ex causa dotis, donationisve propter nuptias, in fauorem, & vtilitatem descendentium recta linea ab ipso primo testatore, qui fideicommissum instituit, & diuersum esse in extraneis ab ipso testatore, & in his, qui per transuersam lineam ei cognationis, aut agnationis attingunt, de quo latè per communiter scribentes in ea authē. relat. per Didacum lib. 3. variar. cap. 6. num. 10. versic. Primum, Pasqual. Sauli. in tractatu de alienandis rebus fideicommisso subiectis par. 2. numer. 262. & tradunt omnes, qui de materia authen. agunt, quorum præcipuos reperies infrà per discursum citatos; eis adde auctoritatem curiæ Prouintiæ, quæ eam opinionem expressè in facti contingentia † *tenuit*, & casum pro ea decidit de anno 1557. vt auctor est Franciscus de Claperijs causa 2. quæst. 4. in princip. Senatus Tolosa. † qui pro ea etiam sententia *iudicauit* non semel, vt auctor est Gerard. Maynar. decisio. 18. & 21. lib. 3. qui quasi prætuidens quæ dicturus erat, vel etiam iā dixerat (non enim curo quis priùs scripserit, discernere) Franciscus Claperius in dicta decisio. 21. n. 2. eius omnia argumenta faciliter dissoluit, rationes diuersitatis assignans inter ascendentes, & extraneos substituentes, atque liberos, & descendentes substitutorum quo ad casum hunc. Sed. Pedemont. qui idē in † facti contingentia *sentijt*, vt tradit Gasp. Antonius Thesaurus in additio. ad Anton. parem, decisio. 192. ad num. 11. vbi dicit ita declaratum, etiam si ex mente testatoris, qui fœminas in defectum masculorum ad hæreditatem vocauerat, appareret dotem esse constituendam filiabus, cùm nulla super essent bona, quam fideicommisso suppositā tempore dotium constituendarum. Senatus Sabusianus, qui in idem *conuenit* apud Antonium Fab. in suo Cod. lib. 6. tit. 21. cōmun. de legat. definitio. 10. & etiam in casu fortiori, licèt fideicommissum esset relictū sub ea conditione, *Si grauatus hæres sine liberis decesserit*, & videretur quòd qui hæredem grauat sine liberis, illud vtique velle vt possit ille sibi vxorem quærere, ac proindè vt pro dote possit bona sua obligare, cū alioquin neque vxorem, neque dotem facilè inuenturus sit, quæ erat ratio (mihi tamen parū concludens, quia non video quod

ex

ex præmiſſis oriatur talis conſequentia; benè enim poteſt eſſe quòd frater, vel alius apponat fideicommiſſo etiam conditionem, & tamen non concedat fideicommiſſi alienariunè, & ſi mihi credere nō vis, lege Maynar. quem poſtea repeti idem quod ego conſideraſſe, in allegata deciſio. 21. num. 3.) ob quod Fabro, (vt ipſe dicit) ac alijs collegis intervenientibus deciſioni, dura ea viſa ſuit, nec voluerunt conſentire. Senatus Pariſienſis, cuius in idem *bina arreſta* de annis 1558. & 1584. facta referuntur à Ludoui. Charonda reſpunſorum libr. 8. cap. 30. & denique Rot. Roman. quę idem *declarauit*, vt eſt apud Farinac. deciſ. 433. circa quod etiam videndi ſunt Vincentius de Franch. deciſio. 241. & Peregrin. articulo ſuperiùs allegato 42. à numer. 49. & Ioſephus Ludouicus deciſione Lucenſi 28. num. 90.

7 Hunc † (inquam) communiſsimum Doctorum intellectum ad eam authenticam labefactare conatus eſt pluribus Franciſ. Claper. vbi ſuprà allegatus eſt, ſequēdo gloſam in ſæpè citato §. quamobrem, verb. ſufficerit, in fine, volens eam habere locum tam in fideicommiſſo extraneorum, quàm aſcendentiū, eo principali fundamento ductus, quòd rationes quibus motus fuit Imperaror in §. quamobrem citato, vnde authentica ſumpta fuit, generales ſint, æquè illos, ac iſtos comprehendentes; id enim dicit ibi Imperat. ſtatutum, quia ea, quæ communiter omnibus proſunt, his quæ quibuſdā vtilia ſunt, ſunt præponenda; volens expreſsè illud eſſe nuptialibus donationibus, & earum exactionibus priuilegium, quæ videntur admittere non poſſe illam reſtrictionem, quam Doctores faciunt de fideicommiſsis tātum aſcendentium.

Cæterùm non conſiderauit is Doctor rationem l. mulier, in §. cum proponeretur, quam diximus concordare cum noſtra authentica, quæ eſt, quia id voto, id eſt, voluntati parentum congruit, & ſic procedere dicitur ex tacita voluntate fideicommittentis, quæ verba non poſſunt planè ad alios præter aſcendentes, reſpectu ſuorum deſcendētium, accommodari, pruvt eſt palàm. Multas, easque valdè concludentes inter aſcendentes, & extraneos in hac materia rationes diuerſitatis legere poteris apud Maynar. allega. deciſ. 21. vbi latè.

8 Circa † hæc tamen per ambos iſtos Doctores non ſine labore penſata ego amplius non immoror, poſtquam ijdem ipſi in locis ſuprà citatis, multo in id tempore conſumpto, referunt quòd ſui Senatus, nempè Sebuſianus, & Toloſanus, prædictis ab eis excogitatis conſiderationibus nihil mouentibus, communes interpretum ſententias in omnibus iampridem tribunalibus receptiſſimas, ſequuntur: non enim foret iuſtū, quòd nos, qui in inueſtigandis receptiſsimis opinionibus verſamur, in illis immuraremur; à quibus omnes abhorrere videmus; Qui ingenij ſui vires in his exercere voluerit, legat eos Doctores, apud quos materiam (vt opinor) inueniet, qua nullo negotio deſideriū impleat ſuum. Et interim doleat miſerrimæ Iurisprudentiæ, quæ tam pugnantes inter ſeſe admittat opiniones, & homines alat, qui ſic ex diametro ſibi ipſis pugnent: vnus vult, quòd nec in aſcendētibus, iniquibus rem hanc ſemper omnes intellexerunt, habeat locum diſpoſitio authenticæ: alius verò è contra, quòd nedum in aſcendentibus, ſed in extraneis etiam, quod fuit ſemper ab omnium mente alienum; & in effectu, vnus vult quòd omittatur quod fuit ab omnibus ſemper receptum, & alius quòd amplexetur quod fuit ſemper ab omnibus neglectum.

Sed non omittamus quæ neceſſaria viſa ſunt adnotare ad perfectam dictæ authenticæ declarationem, in his tamen quæ frequentiùs in praxi contingunt, quod eſt noſtrum inſtitutum, pro reliquis lectores relegantes ad alios Doctores ſuper materia dictæ authenticæ ſcribentes, qui ſunt penè innumeri, & multum in eis tempus conſumpſerunt.

Declaratur igitur primò, † vt intelligatur quod poſsit pro conſtituenda dote manus extendi ad bona fideicommiſſo ſubiecta, in ſubſidium, id eſt, ſi pater non habet bona libera, ex quibus eam conſtituat; ſubſidiarium enim eſt eius textus remedium, vt idem ipſe inſinuat in illis verbis: *Si liberis portio legitima non ſufficiat ad dotis, & donationis propter nuptias conſtitutionem, &c.* Et in corpore vnde ſumitur, nempè in §. ſi vero, in authent. de reſtitutio. & ea quæ parit, &c. idem inſinuant illa verba: *Aliam non habens ſubſtantiam*, clarè tex. in l. pater filium in fine principij, in illis verbis: *Si nō erat aliud in hæreditate vnde debitum exſolueret*, ff. de legat. 3.

9

Nonnullos Doctores ego in idem retuli in primo tomo huius operis clauſul. 4. gloſſa 10. par. 2. num. 30. eis adde Franciſc. à Ponte in conſil. 45. num. 1. cum aliquibus ſequē. Ioſeph. Ludouic. deciſio. Lucenſ. 28. nu. 89. & Peruſin. 71. num. 21. Padil. in dicta authēt. num. 42. Fabi. de Anna conſil. 85. nume. 122. Federic. Scot. reſponſ. 4. num. 9. tom. 2. lib. 1. plures in idem allegat Ariſmin. Tepatus in compend. var. iur. reſolut. lib. 2. de fideicomm.

comm.pag.389.colum.4. verſ.Bona ſubiecta, Iacob.Cancer in 1.par.variar.reſolutio. cap.9.de dot.& donatio.propter nup. num. 102. innumeros penè in idem citat Coſta de remed.ſubſidiar. remed.6.nu.1. Doctor † Marta vot.4.vbi ita *iudicatum* tradit, Vinc. † de Franch. deciſ.519. vbi etiam *deciſio* Senatus Neapolita. optima, quòd d. authent. non procedat niſi in ſubſidiũ non datis bonis liberis.

† Noſter etiam Senatus expreſſiſſimè *dixit* relatore egregio Senatore Hieronymo Aſtor die 30. Maij 1595. inter Magin. & Micha. Pujalts, vbi viduæ petenti licentiã vendendi bona vinculata viri pro ſatisfaciendo ſibi in dote, & ſponſalitio, fuit ea quidem conceſſa, ſed ita demum deficientibus bonis liberis, non aliàs. Idem etiam idem Se- † natus *dixit* expreſſiſſimè coram egregio iti dem Senatore Hieronymo Torner 1. Aprilis 1598. inter Franciſcum Zapila, & Philippum de Eril, quòd bona fideicommiſſo ſubiecta non poſſunt obligari extantibus bonis liberis, pro dotis ſolutione.

10 Et † non ſolùm reſpectu patris ſubſidiaria eſt authentica prædicta, nempè ſi non habet vnde aliàs filiam dotet, in quo caſu loquuntur Doctores ſuprà citati, ſed etiã reſpectu ipſiuſmet mulieris: ſi enim ipſa habet alundè, quamuis non à patre, ceſſat authenticæ diſpoſitio, pulchrè Rolan. à Valle in conſil.85.num.9. lib.1. & Rota Romana deciſio.737.lib.1.in nouiſſim. vbi ex eo ſolo, quòd filia habebat bona materna, ex qui bus poterat dotari, *deciſum* fuit non intrate authenticam. Idem poſteà de anno 1603. † *reſolutum* fuiſſe in eadem Rota referr nobis † illarum diligens compilator Proſpe. Fatina. in penult.volum.deciſio.66. Vnde quod in ſuperioribus diximus, quòd patet tenetur etiam filiam diuitem dotare, quia iſtud eſt paternum officium, locum quidem habet & procedit reſpectu bonorum liberorum patris, ſi quæ habet, quo in caſu loquuntur Doctores, non reſpectu vinculo & fideicõmiſſo ſubiectorum, vt loquuntur qui vltimò à nobis relati fuere; quæ nota, quia non diù eſt, magnam vidi ſuper hoc inter aliquos cõtentionem.

Intellige ſi bona libera non ſunt alienata, nam ſi ſunt penes tertios poſſeſſores, non cõpellitur mulier ea in primis perſequi, ſed eſt in eius electione contra quæ agat, an contra ea, an contra fideicommiſſum, Peregrin. de fideicommiſſ. artic.42.num.18. etiam quòd mulier ſciuerit bona ſponſi, vel aſcendentium eſſe fideicommiſſo ſubiecta, Couarru. vari.reſol.lib.3. cap.6. num.10. verſ.Quarto non tantum, Menoch.conſil.33.num.35. volum.1. Peregrin.art.42.num.27. Theſaur. deciſ.151.nu.4.verſ.Ab hac, latè Intrigliol. deciſ.Sicil.4.num.22.

11 Id procedere † ſentit Ioan.Franc.à Ponte in conſil.45.num.3.ex Anton.Rub.in cõſil.124.num.24. in caſu fortiori, in caſu nẽpè quo quis inbeat in ſuo teſtamento filias, vel neptes ſuas de bonis fideicommiſſo ſubiectis dotari, adhuc etiam inquit fore intelligendum id, ſi non adſunt bona libera ex quibus dotari valeat, quod ſequuntur plures ibi adducti, & alij etiam, quos latè refert Ludouic. Molina de primoge. Hiſpan. lib.4.cap.7.num.2.& Menoch.præſumptio. 189.nume.9.lib.4. qui tamen dubiam eam traditionem dicit, in qua ampliùs delibetãdum eſſe arbitratur propter illos, qui ei in ſpecie diſſentiunt, quos ibidem refert etiã. † Eſt tamen doctrina *approbata* per noſtrum Senatum perſpicaciſſimum quam ex Ioanne Franciſco à Ponte retulimus, vti expreſſis verbis dictum legitur in prouiſione facta 7. Ianuarij 1597. in cauſa nobilis Philippi Roger, contra coniuges Argenſolas, ad relationem egregij Senatoris Antonij Oliba, confirmata cum concluſione in aula ad relationem nobilis Ioannis Sabater 7. Decembris 1598. his verbis: *Quia huiuſmodi facultas* (loquebatur de facultate alienandi bona fideicommiſſo ſubiecta pro dote) *teſtatoris intelligitur conformis iuri communi, & venit in præhalendato teſtamento ad modificandas prohibitiones priùs factas, & conſequenter data hæc facultas ad regulam iuris communis cenſetur habere locum vbi & quoties bona libera donantis, aut dotem recipientis & reſtituentis non ſufficiunt*, Scriba Fontana. Eſt † etiam à Rot.Roma. eadem opinio *approbata*, prout apparet ex traditis per Seraph.de Oliuar.deciſ.440.nu.4.

Hæc nullam, aut ſanè modicam habent difficultatem, pertranſeunt enim communiter Doctores cũ eis, & Senatus noſter quoties ſe obtulit occaſio, idem ſequutus eſt, & ſignanter in illa nobilis Eleonoræ Alentorn & Monmanya, contra Franciſcum de Soldeuila, de qua apud noſtrum Ludouicum à † Peguera deciſi.104.in 1.part. *declarauit* expreſſè Senatus, referente egregio quondam primò Senatore, poſteà Regente Cancellariam, Franciſco Deſcamps 1.Februa. 1591. non potuiſſe fieri certam alienationem debebus alienari prohibitis, de qua ibi, pro teſtituenda dote, per motiua, inter alia, facta, ex quo conſtabat adfuiſſe alia bona libera, ex quibus poterat fieri dicta teſtitutio. Vidi concluſionem in Archiuo Regio. Idem in alijs duabus declarationibus nobilis Philippi Roget, contra nobiles Argenſolas, ac nobilium

bilium Raymundi Blanes, & Raymundi de Torrelles, de quibus inferiùs, fuit etiam
†† per Senatum expreſſiſsimè *declaratum*.

Sic item nouiſsimè Senatus amplexus eſt in cauſa Excellentiſs. Ducis de Alburquerque, contra Excellentiſsimum Ducem Cardonæ, referente egregio Senatore Ioanne Magarola, ſub die 16. Decembris 1629. vbi cùm ageretur de executione cuinſdam ſententiæ Regiæ contra dictum Excellentiſsimum Ducem Cardonæ latæ, pro viginti ſex mille libris dotalibus Excellentiſsimæ Ducisſæ de Alburquerque, oppoſuiſſetque dictus Excellentiſsimus Dux Cardonæ exceptionem defectus bonorum, ex quo quæ poſſidebat erãt vinculata à ſuis maioribus, prætendens nõ potuiſſe ea obligari ab auis ſuis, & per conſequens non potuiſſe fieri in eis executionem: fuit nihilominùs *prouiſum*
† quòd fieret executio etiam in bonis vinculatis, poſt tamen eam factam in liberis, ex quo materia erat dotalis.

Maximam autem † difficultatem habet
12 quis teneatur probare in caſu occurrenti, an fideicommiſſarius adfuiſſe, vel eſſe bona libera, aut mulier non adfuiſſe. Qua in re ſciſſos video Doctores in duas partes; alij pro muliere tenent, ei non incumbere probationem non exiſtẽtiæ bonorum liberorum, ſed imò fideicommiſſario agenti ad rei vindicationem; alij verò è contra, id oneris mulieri imponunt, ab eodem fideicommiſſariũ abſoluentes. Qui primam † opinionem pro
13 muliere ſequuntur, referuntur latè a Franc. Marzar. in epito. de fideicommiſſ. quæſt. 48. num. 7. Gaſpar. Baeça in tracta. de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 8. num. 24. à noſtrate Iacobo Cancer. in 1. par. variar. reſol. cap. 9. de dote, & donatio. propter unprias, nu. 103. vbi ſignanter in idem celebre illud, quod ab omnibus allegatur, adducitur Dec. conſil. 519. num. 7. cuius opinionem & ipſe ſequitur, à Marc. Anto. de Pet. in tract. de fideicommiſſ. quæſt. 8. nnm. 460. in fi. qui eandem etiam opinionem admittit, à Menoch. de præſumptio. lib. 4. preſnmptio. 189. num. 174. à Peregri. qui eidem ſententiæ ſe ſubſcribit, in tracta. de fideicommiſſ. art. 42. nu. 73. Alexan. Raudenſ. deciſio. Piſana 31. nu. 27. à Franciſ. Milanen. deciſ. Sicil. 7. num. 83. lib. 1. qui cum eiſdem etiam concurrit, & à reliquis ferè omnibus, qui mox allegabuntur, licèt eam opinionem nõ fuerint ſequuti, latè Intriglio. deciſio. Sicili. 4. ex nu. 24. & nouiſsimè Camil. Larata conſil. 112. nu. 30. Habet etiam hæc opinio Rotæ Prouinciæ Marchiæ apud Sebaſtiannm Medi-
† ces *auctoritatem* deciſio. 10. addentis uum.
14 2. verſicul. & non ſolum; quòd † nedum debeat fideicõmiſſarius probare adeſſe alia bona libera, ſed etiam æquè vtilia, & commoda, ad quod allegat Hierony. Gabriel. in conſil. 138. nu. 11. lib. 2. Verum eſt, quòd ibi fuerunt conſideratæ nonnullæ circunſtãtiæ ex quibus elicebatur non exiſtentia bonorum liberorum, vbi ſi caſus occurrit, videas.

Fundant qui hanc opinionem ſequuntur ſuam intentionem. Primò in gloſſ. quam dicunt notabilem, in l. cum de lege, verb. hęredis probatio. ff. de probationib. vbi ſi hæres dicat, tantum eſt in hæreditate, & non plus, habet ſuam intentionem fundatam, quòd non eſt plus in hæreditate, quàm id q affirmat, & quòd aſſerenti plus eſſe incũbit onus probandi.

Secundò, eandem opinionem probãt ex diſpoſitione text. quem dicunt optimum ad propoſitum, in l. finali, §. licentia danda, in
15 princ. C. de iur. delibera. vbi † hæres offendens inuentarium, dicens non eſſe plus in hæreditate, quàm quod in inuentario continetur, habet ſuam intentionem fundatam, & transfert in aduerſantem onus probandi contrarium.

16 Tertiò, adducunt † in idem, quæ tradit Angel. in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff de re iudicat. quòd ad faciendum bonorum alicuius executionẽ, ſatis ſit ſi agens dicat talia bona eſſe in bonis eius, contra quem facienda eſt executio, & non plura, & quòd qui plura eſſe probare velit, intra terminum à iudice præfigendum, iuxtà gloſſ. in d. §. in venditione, verb. capiantur, id probet neceſſe eſt.

Addit Cancer vbi ſuprà, cuius etiam ſunt rationes ſuperiùs relatæ pro hac opinione in eum ordinem redactæ, quo hic cernuntur poſitæ, hanc opinionem videri in Carhalo-
17 nia approbari argum. tex. † in Conſtitutio. *E ſi ſe eſdeuindra*, quæ eſt 10. ſub tit. *De executio de cenſals*, ibi. *Si per lo tercer poſſeſſor ſon nomenats bens de aquells, eſi trobats ſeran ſien executats, o la hont lo tercer poſſeſſor ſtatubint à ell termini tert per lo official executant, &c.*

18 Qui † verò alteram, & ſecundam opinionem tenent, referuntur ab eiſdem, & à Moli. de primoge. Hiſpanor. lib. 4. cap. 7. nu. 34. qui eam dicit veriorem, & probabiliorem, Vincen. de Franch. qui eandem ſequitur, deciſio. 241. num. 2. Marzar. referens, dicentem ſibi videri communem hanc opinionẽ à Ioan. Franciſc. de Ponte in conſil. 45. nu. 4. qui eiuſdem etiam eſt opinionis, & eam veram opinionem appellat, à nobili Lndoni à Pegue. qui eidem adhæret in deciſio. 118. num. 3. à Fab. de Anna in conſil. 85. num. 11.

vbi in

vbi in idem lubens conuenit cum ſupradictis, à Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſi. remed. 6. num. 4. vbi idem tenet, ab Aymo. Crauet. in conſil. 77. num. 4. vbi eandem opinionem amplectitur, & à Mar. Anto. Natta in conſil. 238. num. 6. & 7. vbi eandem opinionem tenet, Portoles de conſort. cap. 46. num. 17.

19 Retipit magnam hæc opinio auctoritatem ex eo quòd eam amplecti viſa quãdoque fuerit Rota Roma. in 2. par. diuerſorum
† deciſio. 210. dum *reſolut* inter duos, quorũ quilibet habet regulam pro ſe, ſed vnus ſimpliciter, alius verò qualificatè, onus probãdi ſpectat ad illum, qui regulam habet cum qualitate, cuiuſmodi eſt caſus noſter; fideicommiſſarius enim habet regulam pro ſe abſolutè & ſimpliciter, quòd bona fideicõmiſſo ſubiecta non poſſunt alienari: mulier, ſeu alius pro ea, ſimiliter haber aliam pro ſe regulam, quòd poſſunt alienari, cæterum non abſolutè & ſimpliciter, ſed cum qualitate, ſi nó adſunt bona libera, neceſſum ergo erit, q̃ fundans ſe in hac regula qualificata qualitatẽ probet. Eandem opinionem viſus eſt amplecti Sena. Pedemonta. deciſio. 174.
† apud Oſaſch. vbi *dicitur* non poſſe apponi manum in bonis feudalibus, niſi probato per eum, qui manum inijcere vult, non adeſſe allodialia, quando concedit licentiam ſtatutum apponendi manus in feudalibus, non extantibus allodialibus, videnda eſt etiam ad idem eiuſdem Oſaſc. deciſio. 165. vbi nonnihil de materia. Super hoc eodem articulo latè ſcripſit Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen. 28. in qua num. 98. hanc amplectitur
† eandem opinionem, & ſe pro ea *pronũtiaſſe* apertè profitetur, Doctor Marta voto 4. in
† fin. dicit ita etiam apud ſe fuiſſe *deciſum*, & etiam habet eadem opinio Rotæ Bononiẽ.
† *auctoritatem*, quæ apud Cæſ. Barzi. deciſio. 105. ſtatim in initio, in caſu quo legitima filijs debita poterat ob defectum aliorum bonorum detrahi de bonis fideicommiſſo ſubiectis, cùm dubitaretur cui incũberet onus probandi exiſtentiam, vel non exiſtentiam bonorum liberorum, vnanimi voto reſolvit ad eum ſpectare, qui non exiſtentiam allegabat, non ad eum, qui ius ex fideicommiſſo prætendebat; & quod magis eſt, Rota prædicta num. 12. vt reſolutionem ſupradictam faceret, mota fuit ex hac noſtra opinione in terminis, dicens, quòd ſicut in terminis authen. res quæ, is qui allegabat non exiſtentiam bonorum liberorum, vt dotationem ex bonis fideicommiſſo ſubiectis factam defenderet, tenebatur, & tenetur eá probare; ſic is qui in caſu Rot. eandem non exiſtentiam ad defendendum legitimæ detractionem ex ſimilibus bonis fideicommiſſo ſuppoſitis factam opponebat, obnoxius debebit & debet eſſe probare & iuſtificare, viden. eſt idẽ Barz. deciſ. 104. à n. 12. vbi optimè ad propoſitum, & ſignanter nu. 15. re-
† fert idem *deciſum* quod in ſeq. 105. deciſio. retulimus fuiſſe ibi reſolutum.

Nec deeſt huic opinioni Senatus noſtri
† perſpicacis auctoritas, qui videtur eam *amplexus* in cauſa nobilis Philippi de Roger, contra nobiles coniuges Argenſolas, dum referente egregio olim Senatore Antonio Oliba in cauſa liquidationis facta 7. Iunij
† 1597. *confirmata* cum concluſione Aulæ in cauſa ſupplicationis, referente nobili Ioanne Sabater 7. Decembris 1599. cùm ageretur de validitate cuiuſdam alienationis bonorum fideicommiſſo ſuppoſitorum pro dotibus filiarum factæ, poſtquam dictum fuit permiſſionem alienandi intelligi deficientibus bonis liberis, adijciuntur hæc verba: *Et non conſtat ex meritis proceſſus vnas liberæ dictorum deſcendentium dicti Licentiati non fuiſſe ſufficientia ad dotandas filias ſuas, vel ad reſtituendum dotes per ipſos receptas, &c.* quę verba proculdubio non fuiſſent adiecta, ſi id oneris probandi non præſupponeretur incumbere granato, vt ex ſe patet: Actuarius N. Fontana. Idem antea idem no
† ſter Senatus *declarauerat*, die nempè 2. Maij 1592. referente nobili Ludouico à Peguera, in cauſa nobilium Raymundi de Torrellas, & Raymundi de Blanes, cuius ipſe meminit, ad aliud tamen propoſitum, in ſuo 1. cõmo deciſionum, deciſio. 118. num. 2. circa fi. quam ego in Archiuo Regio vidi, vbi cùm tractaretur de validitate cuiuſdam alienationis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum pro dote facta, & fuiſſet allegata validitas ex eo quòd fuiſſet facta pro dote, fuit repulſa prætenſio, *quia* (inquit) *hoc non fuit probatum pro parte prædictorum N. & N. quibus vt volentibus dictum fideicommiſſum diminuere, hoc onus probandi incumbebat, &c.*

20 Rationes † huius opinionis ſunt euidentes, aliquas nos quæ magis ad propoſitum ſtringere viſæ fuerint, in præſentiarũ adducemus. Dicimus itaque, quòd is, qui ad vindicationem rei fideicommiſſo ſubiectæ aduerſus alium in quem translata fuit agit, allegando non potuiſſe alienari, dicitur habere regulam pro ſe: probè enim noſcunt omnes, nec aliquem laret, regulare eſſe, quòd res fideicommiſſo ſubiectæ, alienationi non ſubiacent, imò ſunt inalienabiles ex ſe, l. fi. §. ſed noſtra, authent. res quæ, C. commun. de legat. l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebellian. cum mille ſimilibus, quæ paſſim in

id à

in id à DD. allegantur, de qua re latè per Pe regr. de fideicom. art. 40. per tot. & Padil. in allega. authen. res quæ, ilarim iu inirio. Et ex
21 consequenti † dicendus est habere absq. alia probatione, intentionem fundatam tãquam rem certam habẽs, ex Bar. in l. quoties 2. ff. si quis cautio. & alijs adductis per Barz. allegata decisio. 105. nu. 5. & transfetre onus probandi in aduersarium, Bec. consil. 93. nu. 12. ac alij allegari per Barzium vbi suprà, num. 8. Adde Ioseph. Ludouic. commu. con-
22 clus. 14. illation. 189. Is † autem, qui à petitione agentis se defendit per alienationem, & illius virtute, dicendo quod res illa quæ vindicatur, potuit alienari ex causa dotis, in exceptione à regula tueri se palàm est, omnes enim pro fallentia à regula generali tradunt, ꝙ possit alienari res fideicõmisso subiecta ex causa dotis, & ideò eam de necessitate tenetur probare, ad tradita per Ias. in l. qui se patris, n. 43. C. vnde lib. & alios alle. per Barz. vbi proximè, n. 9. qui signãter allegat l. pater filium, quã nos sup. adduxeramus, ff. de lega. 3. Reuocasse in memoriã te non pœnitebit, quæ nos ad aliud non dissimile propositum adduximus ro. 1. clau. 4. glo. 22. à n. 15. maximè si videris Trentacin. ibi allega. var. resol. lib. 3. tit. de donar. resolu. 3. nu. 18.
23 vers. In hoc casu, vbi † ad probandum eum, qui donationem validam dicit propter reseruationem vsusfructus, probare debere sufficientiam illius vsusfructus, eisdem vtitur argumẽtis, quibus nos hic, quia scilicet dicens donationem inualidam, habet regulã pro se, & alius allegat fallentiam, quã semper probare tenetur: cùm autem ea exceptio inuoluram habeat in se illam qualitatem, & conditionem, ꝙ non procedat simpliciter, sed tũc demum si non adsint bona libera, ac in subsidium, & in defectum eorum, vt diximus, inde fit, ꝙ exceptionem sic qualificatam cõtra regulam probare eundem oportet, aliàs nihil agit, quæ fuit, & est ratio considerata in terminis per Rot. Rom. in allega. decis. 210. in 2. par. diuersor. Adde Ioseph. Ludo. commu. concl. 14. illatio. 108. vbi dicit, † ꝙ fundãs se in dispositione qualificata, debet pro
24 bare dispositionem, & qualitatem, vbi multa ad propositum adducit. Additur ꝙ in authẽt. res quæ, & in authent. de restit. & ea quæ parit, §. quamobrẽ, vndè desumpta est, cõcepta est exceptio, de qua agimus, per illa verba in authen. quidem res quæ, sed si liberis portio legitima non sufficit, & in d. §. quamobrem, si nõ sufficerit legitima pars ad dotis, aut ante nuptialis donationis oblationem &c. quæ denotant conditionaliter fuisse positam exptionem, si hæc ita essent. Conditionem e-
25 nim † manifestè importat verbum, *Si*, l. 1. §. si quis, ff. de verbor. obligat. ad quod plura allegat Octauia. Vulpel. in tracta. de præposi. aduerb. & coniũct. signifi. verbo, *Si*, alia in idem adducit Barzi. dicta decisio. 105. num.
26 4. quæ conditio † quis dubitat quin efficiat dispositionem cõditionalem, & inducat formam, vt ita demum fiat alienatio pro dote constituenda, si probetur non sufficere bona libera, quæ erat, & est rario Senatus Pedemontani in allegata decisio. 165. num. 4. & decision. 174. num. 1. cum sequent. latiùs extensa, & declarata per Fab. de Anna in al-
27 legat. consil. 85. num. 4. vbi dicit † eum, qui ex conditionali actu aliquid prætẽdit, priùs debere demonstrare conditionem esse adimpleram, quæ nihil ponit in esse, & ideò ad illum pertinere onus implendi conditionem, cui condicio est adiecta, exindeq. infere ad casum nostrum monstrandi non adesse bona libera ad dotis constitutionẽ, spectare onus ad mulierem, non ad fideicommissarium. Ergo à primo ad vltimũ, ex ista ratione manifestissimè cõcluditur onus probandi nõ esse, vel fuisse bona libera, ex quibus dos constitueretur, incumbere mulieri dotatæ, aut ei, qui alienationem ex causa dotis factam defendere voluerit.
28 Adducitur † & à Barzi. in allegata decisio. 105. nn. 14. ex eo debere mulierem probare non extare, vel extitisse bona libera, ex quibus dotis constitutio fierer, quia id sit fundamentum suæ intentionis, aliàs enim non potest iustificare validitatem alienationis regulariter ex se prohibitæ respectu rerum fideicommisso suppositarum; fundamentum autem intentionis semper est probandum, eriam si in negatiua consistat, & propterea obligatur quis ad negatiuam probandam, ad quod allegatur communiter approbatus Bart. in l. in illa, num. 5. ff. de verborum obligationib. cum iunumeris adductis in idem per Herculan. in tracta. quis teneatur negatiuam probare, in princ. n. 2. eadem ratione ad idem institutum vtitur Fabius de Anna allega. consil. 85. num. 7.
29 Adducitur itẽ † ab eodem Barzi. vbi suprà num. 13. quòd attendatur de iure potiùs regula prohibitiua, quã permissiua, ex Bar. in l. 3. in princip. ff. de suspect. tutor. & alijs ibi congestis. Certum est autem, quòd pro fideicommissario stat regula prohibitiua, pro muliere autem permissiua, vt ex se patet: ergo &c.
30 Denique † idem Barzi. ad propositum iustificandum vtitur exemplo eorum, quæ tradunt DD. allegati per eum nu. 14. debitorẽ pecuniarum non posse solutionem facere in bonis immobilibus, & sic vti beneficio §. quod autem, in authent. de fideiussorib. & in

authen.hoc niſi debitor, C.de ſolu. quia creditor habet intentionem fundatam in regula, quod aliud pro alio, inuito creditore, ſolui non poteſt, l.2.§.mutui, in fin.ff.ſi certum petatur, cum ſimilib. niſi debitor careret pecunijs, ac bonis mobilibus, & pro immmobilibus emptorem non reperiret, probaretque ſe eſſe in caſibus harum ſallentiarum ſi in ipſis vult ſe fundare, & ſic concurrere requiſita ad hoc vt competat beneficium authenticæ prædictæ hoc niſi debitor.

Quibus, vltra adducta pro Barz. adde doctiſſimum Anto. Theſau. plena deciſ. 153. n. 12. vbi pulcherrimè de hoc art. Ibi modernos Gutier. Bac. & alios allegat. In idē vti-
31 tur † etiā Barz. n. 18. exēplo corū, quæ DD. enam adducunt in materia adminiſtratorū, vt ſi quis ex ipſis dixerit ſe non fuiſſe obligatum inuentarium conficere, quia non inuenerar bona, tenetur hanc negatiuam probare, ex quo in ea ſe fundat, vide totam eam deci. quę tota videtur pro noſtro caſu cōpoſita. Adde his omnib. quę pulchrè Menoc. docet lib. 6. præſu. 26. p tot. in quęſtione quis teneatur probare plura bona extare, vel non extare; ea enim optimè huic noſtro caſui adaptātur, vt idem ipſe antea dixerat, dum hūc noſtrum caſum tractaret, lib. 4. præſumpt. 189. n. 174. Adde item pulchrā Aſſli. deciſ. 377.
32 qui agit † de moratoria conceſſa debitoribus, dummodò eſſent paupetiores ſuis creditoribus, & diſputat cui incumbat onus probandi, an debitori ſe eſſe pauperiorem, an verò creditori, reſoluitq. contra debitorem, cùm illud ſit fundamentum ſuæ intentionis, & di
† cit ſic Sena. Neapoli. *concluſiſſe*. Notanda eſt eriam addit. Vrſill. ibid.

Reſtat ſatisfaciamus his, quę p priori opinione adducta in princ. fuere. Primę, & ſecūdę rationi reſponderat iamdiu Moli. de primog. Hiſp. lib. 4. c. 7. n. 35. & ante eū Alexā. & Anton. Gab. vbi ab eo allegantur ibid. dicendo illud, q dicitur in alleg. glo. in l. cū de lege, verb. hæredis probatio. ff. de probat. & in cir. l. fi. §. licentia, C. de iur. delib. q ſcilicet ſi quis dixerit bona alicuius non ſufficere ad debiti ſolutionē, nihil aliud tenetur probare, ſed transfert onus probandi in aduer-
33 ſarium, † locum habere ſolùm in hęrede, qui fecit inuentarium ſolēne, quia tanta eſt præſumptio pro inuentario, vt transferat onus probādi in aduerſarium, ſecùs autem vbi inuentarium confectum non eſt, & q d. glo. in l. cum de lege, licèt id expreſsè non dicat, ſit intelligēda reſpectu hæredis, qui inuentarū ſolēne confecit, & propterea habet præſumptionem pro ſe, ſicut rex. in alle. l. fi. §. licētia C. de iur. delib. plurib. probat Barat. in cita. deciſ. 105. n. 21. Nec difficulter eo lligitur ex alleg. præſump. Menoc. 26. per tot. lib. 6. vbi optime materiam declarat, quæ quidem præſump. cū ceſſet in noſtro caſu reſpectu mulieris allegantis non exiſtētiam aliorum bonorum liberorū, indè fit, quòd nihil contra nos illa argumenta concludant.

Mirro alias ſolutiones, licèt egregias, excogitaras, ac latè extenſas à Barz. vbi ſuprà, quia quam ſuprà adduximus ad propoſitum, ſufficere exiſtimamus.

Ad rertium non eſt difficilis reſponſio, q poſt factam ab aliquo diſcuſſionem bonorū principalis, is qui allegat eam non fuiſſe legitimè factam, teneatur id probare, cū enim illud ſit fundamentum ſuæ intentionis, & alius habeat præſumptionē pro ſe, non ſecùs atqui ille, qui inuentarium fecit aduerſus illum, qui dicit illud non legitimè factum, indè fit, quod iuxtà cōmunes DD. traditiones ſuperiùs relararas, incūbat ei onus probandi, qui dicit diſcuſſionem non legitimè factam; ſecùs eſt in noſtro caſu, in quo pro mulicre, vel grauato volente diminuere pro dotibus bona fideicommiſſo ſubiecta, nulla eſt iuris præſumptio quoad non exiſtentiam bonorum liberorum; imò in ea ſuā fundat intentionem, nihil mirum ſi in eos probandi onus transferamus.

34 Limitat † Moli. hanc noſtram opinionem in allega. c. 7. lib. 4. de primog. Hiſpa. n. 36. quem ſequitur Portol. de conſor. c. 46. n. 19. vt non procedat, quando res fideicommiſſo ſuppoſita alienata iam fuiſſet, creditorq. in illius eſſet poſſeſsione, fideicommiſſarius autem veller alienationē infringere dicens tēpore alienationis fuiſſe alia bona, ex quibus debitum poterat exolui, tunc nāque (inquit) eidem onus probandi incumbet, ex eo quòd ſit fundamentum ſuæ intentionis, & præſumptio ſit pro poſſidēte, allegat ad id Cur. iun. & Ferdm. Loaz. & dicit id eſſe de mēte Scribentiū, quos pro contraria opinione in quæſtione in abſtracto, quis debeat probare exiſtentiam, vel defectum bonorum, citauerat. Concordant enim, quod ſi agitur cōtra poſſeſſorem, non ei, ſed agenti, incumbit onus probandi, quamuis non ſatis conueniant in caſu, quando non eſt adhuc alienatio facta. Eiuſdem opinionis eſt Ioſep. Maſcar. de proba. concl. 206. n. 22. vbi aſſerit, quòd quando quis ſuſtinet partes rei, ſatis eſt dicere bona non ſufficere, nec aliud tenetur docere, ſecùs ſi ſit actor, allegat Bar. Caſtrē. Soci. & Alcia. Stepha. Gratia. diſcep. forenſ. 331. n. 23. lib. 2. Peregri. de fideicommiſſ. art. 42. nuni. 73. Eiuſdem opinionis videtur eſſe Rot. Prouī. March. in ſup. allegata deciſio. 10. n. 4. apud Sebaſtianum Medices, vbi dicit, quòd qui eſt immiſſus in poſſeſsionem, de actore factus

eſt reus,

est reus, vndè transfert onus probandi in aduersarium, sicut euenit in immisso in possessionè ex remed. l. fi. C. de edi. diui Adr. i. toll. Mirabilis est tota ea decis. in qua multis me dijs probatur semper onus probādi incumbere ei, qui contra alicuius actionem agit, & ad id plures allegat, tam antiquos, quàm modernos, & Alex. Raud. decis. Pisa. 29. n. 177.

35 Per † quæ menini responsum datum pro egregia Comitissa de Montagut contra vassallos, in causa de qua multa dixi in 1. to. ad dubiū firmatū per Senatum, referente egre. Senat. Ioa. Magarola, dictę causæ in secunda instantia Relatore, cui incumbebat probare existētiam, vel defectum bonorū liberorum in Rege, qui vassallos alienauerat, præsuppo sito (citra veri præiudicij) quòd nisi in subsidium, deficientibus scilicet bonis liberis, ea alienatio fieri non potuisset: dicebatur enim pro dicta Comitissa, ꝙ ad vassallos, qui impugnabant alienationem contra possessorē.

36 Hęc † limitatio, si vera est, remanet multū labefactata opinio superiùs à nobis firmata, ꝙ onus probandi non incumbat fideicōmissario, sed alijs, qui validitatē alienationis velint defendere, taliter ꝙ in paucissimis casibus erit practicanda, cùm istę quęstiones ferè semper succedant reo existente illo, qui iustam alienationem fuisse dicere debet, tūc namque istæ quæstiones mouētur vt plurimū cum fideicōmissarius, postquam casus in sui fauorē successit, vult bona à possidente recuperare, & vix antea de his tractatur; indè fit, quod vix vnquam supradicta opinio à nobis firmata locum habere poterit.

Ego contrarię opinioni adhæreo, ꝙ quamuis reus sit is, qui defendere alienationē tenetur, incūbat sibi onus probādi nō ad fuisse bona libera. Ecce enim ꝙ sic formiatur iudicium, petit fideicōmissarius à possidente rē alienatam, & probat necessaria ad obtinendum, ꝙ nempè euenerit casus suę substitutionis, & res fuisset testatoris tēpore mortis, ex quibus concluśum habet contra possidentē, nisi ipse de validitate alienationis deducat, propter aliquem casum à iure permissum, & sic propter aliquam exceptionē, quā habeat à regula; si hoc faciat, certū est, ꝙ in hoc consistit fundamentū suæ intentionis, quod si ita est, probare illud de necessitate debebit, cū semper sit ab omnib. probandū, siue rei, siue actores sint, vt nō obscurè deducitur ex DD. superiùs pro nostra principali opinione latè adductis, latissimè idem probat Iosc. Ludo. comu. concl. 24. ampli. 1. & 3. pulchrę sunt in simili binæ definitiones Anto. Fab. in suo C. lib. 4. tit. 14. de probat. & præsump. defini. 1.

37 & 33. vbi † *decisum* in Sena. Sebusia. testatur † quod si de morte, vel tēpore agatur, sint illa probanda per eos, qui se in illis fundāt, illorumq. sunt ea fundamentum intentionis, siue rei sint, siue actores, & siue agant, siue etiam

38 conueniantur; quia † & in exceptione actor est reus, iux. l. quoties, §. qui dolo, & l. in exceptionib. de proba. concordat Meno. præsium. 26. n. 2. lib. 6. vbi te postea latè docet, ac instruit, qualiter debeas respondere, ne onus probandi inte suscipere tenearis, sed in aduersarium potiùs transferas; & in terminis, ꝙ etiam quādo fideicommissarius est actor, onus probādi spectet ad aduersarium, video resolusse sine aliqua differentia plures ex DD. quos supr. pro eadem opinione retulimus, dum in abstracto quęstionem tractabamus, quis teneatur probare in hoc casu, an si deicommissarius exilletiam bonorū, an aduersarius illorum defectum: qui enim negotium tractabāt in terminis fideicommissarij agentis aduersus alienationem iam factā, sic pro hac opinione in fauorē fideicommissarij concludebant, sicut qui de fideicommissario agebant volente ante alienationē impedire ne ea fieret, absq. eo quòd inter hos duos causa aliquam constituerēt differentiam, prout signanter est videre apud duos illos grauissimos Senat. Neapoli. & Bonon. quorum decisiones scripserunt Vincē. de Franch. & Cęs. Barz. ille decis. 241. & ille decis. 104. & 105.

†† qui *decisum* refertur pro fideicommissario in casu, quo ipse erat actor, & agebat aduersus alienationem iam factam. Et noster Senatus

†† in binis illis *decis.* quas sup. retulimus, nobil. Philippi de Roger, & nobilis Raymundi de Blanes, negotium tractabat, in quo iam erāt factæ alienationes, & tamen onus probandi nihilominùs iniunxit defendenti eas, non fideicommissario impugnanti. Mar. Ant. Nāt. in cit. in princ. quęstionis cons. 238. n. 6. & 7. expressè dicit, & resoluit non esse in hoc differentiam, an actor, an reus sit is, qui dicit non esse bona.

39 Vides † quanta circa quæstionem à nobis sup. propositam sint dicta, quę cōiter DD. de ea agentes tradunt? Persuadeas nihilominùs velim tibi, quòd vix vnquā eis in praxi opus habebis ꝙ attinet ad eam quæstionē; experimur enim quotidie qui causis ducendis fumus in foro præfecti, in multis multū sæpissimè à DD. cōsumi tempus, quæ nihil pollea ad praxim conducunt, & vix vnquam succedere possunt in nostro casu nullus est tam imperitus aduocatus, qui quando is succedit, siue sit actor, siue etiam reus, non curet quod allegat, in quoque suæ intentionis consistit fundamentum, plenè probare, quod si ita est, prout esse debet, difficultas tollitur, res clara efficitur, quæstiones cessant, altercationes silent. Similia hæc illis sunt, quæ in

alio nõ diſſimili caſu nos etiã tradidimus in 1.to.clau.4.glo.22.n.19.Ad inuentariũ inter alia,poteris ad id recurrere,per q̃ in hac materia ſit optima probatio ſi in eo non reperiũtur bona libera,Couar.lib.2.var.c.6.n.4. verſ.Quæ ratione, Maſcar.concl.939.n.1.& alij adducti per Intriglio.deci.4.Sicil.n.26.

Sed quid erit in exceptionibus,quas ſtatim poſſeſſores opponnnt contra fideicommiſſariũ,de ſuſtinẽdis alienationib. per hæredem grauatum factis, prætextu detractionũ,quas poterat facere pro legitima,& trebellianica in illis bonis ſibi cõpetentib. vel etiã contra ſuccedentẽ in noſtris hæreditamentis,in vim reſeruationũ ad teſtandũ,quæ per hæreditãtes ſolent vt plurimũ fieri,(quæ eſt materia maximam habens affinitatem & connexionẽ
40 cum ea,quã nuper tractauimus) ſciũt † enim oẽs,& hoc tranſit ſine difficultate,q̃ licet res ſubiecta fideicommiſſo,& prohibita alienari,alienari nõ valeat,nec etiam quæ alteri ſit antea donata, vt palam eſt,ſuſtinentur tamẽ alienationes pro iurib.legitimę,& trebellianicę hæredi in illis bonis debitis,& pro reſeruationibus ad teſtandũ per donatorẽ factis, & ſeu alienata imputantur in dicta iura : de primo,ſcilicet quãdo alienat hæres,(nam de ſecundo,quando alienat donator,nõ curabo ponere expreſſim,quia ſatis vulgare eſt,& p allegata circa primũ remanet ſatis confirmatum ſecundũ) de primo,inquam,eſt tex.expreſ.in l.Marcell. in §.tes quę,ff.ad Trebel. his verbis:*Res quæ ab hærede alienatæ ſunt,in quartam imputantur hæredi*,& ibi oẽs Scrib. Bal.conſ.185.& conſ.367.vol.4.Alex.conſ.3. col.vlt.vol.3,Iaſ.cõſ.161.in 4. & alij relati p Pereg.de fideicõ.art.39.n.3.& cõſ.52.n.36. Honde.cõſ.71.n.5.vol.1.Marta vot.202.n. 14.Step.Gratia.deciſ.54.n.4.& 5.& diſce.ſo renſ.265.per tot.vbi mirẽtẽ declarat,Alex. Raud.deciſ.Piſa.25.n.160. Rimin.conſ.75. vol.1.& conſ.117.vol.2.Farina.in volu.deciſſ. Rot.Rom.tom.2.in ordine, deciſ.429.n.1. Mago.deciſ.Florẽt.35.n.16.& deniq; Surd. in conſ.128.n.21.cũ ſeq. vbi rõnem reddit, quia alienãdo bona fideicommiſſo ſubiecta,
41 videtur hæres in eis eligere iura hæc, nec eſt aliqua differentia in hoc inter legitimam,& trebellianicã,licẽt de ſola legitima Surd.loqui in d.loco videatur,quia ea immediatè debetur poſt mortem grauãtis,& ab ea reijcitur omne onus. Non eſt (inquã) diuerſi iuris Trebellianica, licẽt conditionaliter debeatur tantùm poſt mortẽ ipſius grauati, quando ſcilicet reſtitutio eſt habitura locum,non ante,prout benè declarat inter alios ſup.cit. Gratia.d.diſcept.foren.265.per multos numeros,Io.Bap.Coſta remed.ſubſi.6.n.5.vbi dicit has alienationes ſuſtineri pro tata quar tarum,quaſi facta ex iuris prouidentia in his electione,& imputatione,ſeu cõpenſatione, idem Coſta de portio.rat.q.140.nu.11.dũ-
42 modo † fiant alienationes bona fide,nõ malitiosè;q̃ vndè colligendũ ſit, docẽt te DD. ſup.cit.& ſignanter Alex.Raud.deciſ.Piſan. 28.n.160. qui dicit id diiudicare,an alienationes ſint ſuſtinendæ, nec ne in iſto caſu, in
43 iudicis arbitrio eſſe poſitum.Conſiderant † multùm DD. ad iſtam fraudẽ colligendam, ſi meliora, & pretioſiora hæreditatis eſſent alienata,provt ſignanter habes ex Peregrin. Surd.Fari.Gratia.in locis ſup.cit.nec attenditur ad validitatẽ,aut inualiditatem harum alienationũ,ſi poſt eas factas recipit,vel non recipit hęres fructus cõpetentes,& ſufficien-
44 tes ad quartam, (loquor de illo, qui fructus imputare tenetur) quia † quæ poſtea ſuccedunt, non inualidant legitimè factam antea
† alienationẽ,provt ex quadam *deciſ.*Rot.Romana facta de anno 1608.& alijs docet Step.Gratia.diſcept.forenſ.iam allega.265.nu.24.& 25.contra Peregr.d.art.39.nu.5.

45 Hoc † ſuppoſito, ponamus eſſe diſceptationẽ,provt eſt quotidie,inter fideicõmiſſarium,ſeu donatariũ,& inter poſſeſſorẽ,quia poſſeſſor dicat rem ſibi alienatam imputandam eſſe in detractiones pro legitima & trebellianica,& ſeu ſuſtinendam alienationẽ in vim reſeruationis; fideicommiſſarius autem dicat detractiones conſumptas in alijs alienationib. & donatarius ſimiliter ſi is ſit qui rem vendicet,q̃ reſeruatum extitit,conſumptũ fuiſſe in alijs alienationib. antea factis, videamus cui incumbet probandi onus? Quia in re ſine difficultate reſoluunt DD.q̃ fideicõmiſſario,& donatario dicentibus conſumptas reſpectiuè fuiſſe detractiones,& reſeruationes,incumbit probare : intentio enim poſſeſſoris videtur fundata,nempe in regula q̃ alienata in detractiones,& reſeruationes imputãtur,provt in terminis ex multis,quos allegat,docet Pereg.in cita.art.39.n.13.Idẽ Peregr.in conſ.52.n.37.vol.1.vbi dicit poſſeſſoris intentionem,ex poſſeſsione fundatã eſſe:nam poſſeſsio in re dubia hoc operatur cõmodum,§.commodum,inſtit.de interdic. l.fin.C.de rei vindic. cum ſimil. Honded.in conſ.72.n.6. vol.1. vbi dicit onus probandi vltra legitimam, & trebellianicam fuiſſe alienatum, incumbere fideicommiſſario, ex reg.ei qui dicit,ff.de probat.

46 Quod † eſt adeò verum, vt *placuiſſe* Se-
† nat.Sebuſian.nobis referat Anto.Fab.in ſuo Cod.lib.6.tit.25.ad S.C.Trebrebellia. definit.20. quòd quamuis ſit incertum, & adhuc non liquidatum,quantum per hæredem qui alienauit,eſſet detrahendũ, nõ propterea eſt is qui cõparauit, poſſeſsione priuãdus ad in-

ad inſtãtiam fideicommiſſarij, ſed imò in ea interim eſt manutenendus, ſupet quo memini me aliquãdo conſiliũ dediſſe in cauſa gratui pro nob. Petro Desboſch, & de S. Vicẽs.

Hæc, vt vides, non regulãtur ſicut ea, quæ circa primum caſum diximus, in eo enim veniebat poſſeſſor cũ exceptione à regula, quę nõ erat perpetua, nec neceſſaria, ſed quę poterat eſſe, & non eſſe; cum illa. ſ. exceptione, ꝙ tes fuit alienata pro dote, quæ vt locũ habeat, & iuſtificet alienationẽ, opus eſt, ꝙ non fuerint teſtatoris alia bona libera, ex quibus dos filiæ conſtitui, aut ſolui poſſet, vt diximus. Vnde cũ in eo caſu veniat poſſeſſor cũ
47 exceptione qualificata, † quæ nihil ex ſe eſt, niſi qualitas ꝓbetur, Bar. in l. 1. §. ꝙ autẽ ait prętor, ff. ne quid in flu. pub. Affli. deciſ. 297. n. 4. & alij relati per Sur. deci. 56. n. 2. & dec. 75. n. 11. & deci. 131. n. 13. vbi dicũt oẽs qualitates requiſitas in aliqua diſpoſitione teneri probare eũ qui illa vult vti, optimè Dida. var. reſ. lib. 2. c. 6. n. 4. vbi affetit, ꝙ etiam reis incũbit probatio eius qualitatis, quã allegãt Rot. Rom. deci. 210. n. 1. p. 2. diuerſor. vbi ait, regulã quę habet implicitã qualitatẽ nõ patrocinari abſolutè, & ita regula eſt admittenda cum ſua qualitate, & probanda; citat ad id alias Rot. deciſſ. ptopter ꝙ dicit, ꝙ detractio legitimæ, quã filius vult facere de bonis fideicõmiſſo ſubiectis, non põt impediri per fideicommiſſariũ propter ſolam allegationem ꝙ habeat regulã pro ſe, ne poſſit detrahi ex fideicõmiſſo, quia ea regula nõ eſt ſimpliciter & abſolutè vera: ſed ita demũ ſi nõ adſint alia bona libera ex quib. deduci valeat; vnde, inquit, cũ regula ſit qualificata, quæ eſt pro fideicõmiſſario, niſi qualitas probetur, nihil agitur. Indè fit in noſtro caſu, ꝙ onus probandi incumbat, incumbereque diximus ipſi excipiẽti: eſt enim & reus in exceptionibus actor, & tenetur ſuã exceptionẽ iuſtificare, l. in exceptionib. ff. de probat. & l. in exceptionib. de reg. iur. & latè ſup. probauimus, ſecus id eſt in poſſeſſore, qui veniet cũ exceptione nitida & mũda, ꝙ facta fuit alienatio pro iutib. legitimę, & trebellianicę, vel pro iutib. reſeruatis, quæ nullã aliam probationẽ exigit, nec alterius rei, aut alicuius qualitatis, vt iuſtè facta dicatur. Nihil ergo mirũ quod dicamus in iſto caſu, ex ſola iſta allegatione fundatam eſſe poſſeſſoris intentionem, nec ad aliud teneri, ſecùs in priori.

48 Sed † ſi replicat hæres, vel donatarius factas fuiſſe prius alias alienationes, in quibus iura prędicta fuerunt conſumpta, non creditur ei, niſi de dictis alienationibus doceat: & ſi poſtea dicat poſſeſſor prædictas alienationes non ſuffeciſſe ad totalem conſumptionẽ prædictam, id proculdubio oneris probandi incumbit dicenti; quia in ſupradictis reſpectiuè conſiſtit excipientiũ fundamentum, ꝙ ab vnoquoq. probandum eſt, vt ſæpiùs diximus. Hæc pulchriùs quã ego ſcirem referre, docet Peregr. de fideico. in cit. art. 39. n. 14. pro cuius doctrinæ ibi per eum ſtabilitę, ſignanter circa interpretationẽ difficilis glo. in l. cũ de lege, ff. de proba. de qua agit, inuamine videndi ſunt Dida. lib. 2. var. c. 6. n. 4. Coſta reme. ſubſi. 6. n. 2. & 4. Fab. de Anna cõſ. 85. n. 5. Fului. Pacia. de probatio. lib. 1. c. 46. & Menoch. præſumpt. 26. lib. 6.

Sed mihi ſuſpecta ſemper viſa eſt iſta doctrina, licèt in certo caſu ea iuuare meũ clientulũ aliquando voluerim. Fundamentũ enim intẽtionis dicẽtis per alias alienationes priores fuiſſe conſumptam reſeruationem, & ſeu iuta alienantis, conſiſtit in hoc ipſo, quod dicit, & ideó per eum eſt probãdum, atque ita cum in Senatu corã egre. Senat. Ioſep. Roca inter Iacobum Sorribes, & Ioſeph. Sala Burgenſem ciuitatis Vici, ageretur de vindicatione quorundã manſorum alienatorum poſt donationẽ factam filijs; excepit poſſeſſor de reſeruatione ad ſuſtẽtationem alienationũ; replicauit actor de cõſumptione dictæ reſervationis per alias alienationes antea factas, de quibus docebat: ſed quia turſus opponebat, & dicebat reus, ꝙ non ſufficiebant priores alienationes ad cõſumptionem reſeruatorum, Senatus (neutro ptobante ſuã intentionẽ, ſcilicet nec actore, ꝙ conſumpta in totum erat reſeruatio, nec reo remanere aliquid ex reſeruatione, in quo alienatio ſuſti-
† neretur) *declarauit* pro reo, hoc motiuo, *quia non cõſtat donatorem in alienationibus factis per eũ, de quibus opponebatur, exceſſiſſe metas ſuarũ facultatũ, & hereditatis*, ſeutẽ. lata 8. Mar. 1618. Actua. Prats. Et ſi vis ſcire quomõ fieret, ꝙ monſtrando alienationes non cõſtaret ſi excedebant teſtatũ, vel non, quia videtur hoc impoſſibile, nota ꝙ reſeruatio nõ erat de certa quantitate, ſed de diſponendo ſecundùm poſſibilitatem domus, & nõ erat probatum in quo cõſiſteret iſta poſſibilitas, Senatus igitur, quia actor non probauit exceſſum, abſoluit reum, habens pro conſtãti, quòd actori id onetis incumbebat.

49 Facta † ſemel legitimè alienatione rei fideicõmiſſo ſubiectæ pro dote, quętunt DD. an tedeat ampliùs ad fideicõmiſſum. In quo articulo communiter DD. reſoluunt ꝙ non, ita atteſtante Burſa. conſ. 76. n. 1. quem cum alijs teſett Paſqua. Sauli. in tract. de alie. rebus fideico. ſubie. par. 2. n. 134. Hieron. Gabrie. conſ. 140. n. 15. vol. 1. Henri. Roſſental. de feud. cap. 4. concluſ. 21. vbi in litteta A. allegantur infiniti regulam probantes, quòd res ſemel legitimè, & validè alienata, per-

petuò durat alienabilis, Surd.decis.9.nu.10. & 11. & plenius in consil.125. ex num.12. vbi multas ad hoc instantias adducit, quæ totam hãc materiam comprehendunt, pulchræ
†† sunt ad propositum binæ *decisiones*, altera quidem Lusitani Senat.192.2pud Anton.de Gam.altera verò Camerę Imperialis penes Andr.Gail.obseru.161.nu.4.lib.2.Rationẽ
50 dicunt esse,† quia reliquę alienationes propriè non sunt alienationes, sed ptioris executio. Pulchrè etiam nost.Canc.in 3.p.var. reso.c.21.de transmiss.n.250.vbi post traditas de hac re plures in simili instantias, dicit ex Paul.de Cast.in d.anth.res quæ,n.5.quòd
51 etiam † si filia dotata de bonis fideicõmisso subiectis decedat sine liberis, nihilominùs dos non redit ad fideicõmissum, de qua re viden.est Pereg.de fideicom.art.42.ex n. 26.& Menoch.præsum.189.ex n.187.lib.4. Memini quòd Senatus noster superegregius in causa Procuratoris Fiscalis,& Syndici oppidi de Sitjes,contra Administratores pię eleemosynæ pauperum Ecclesię Barcinon.cũ sententia Regia lata referente quond. illius egreg.Senat. Iacobo Puigmija 30. Octob.
† 1606.*decisionem* fecit satis huic instituto accommodatam,sumpsit enim pro moriuo validitaris cuiusdam alienationis fieri, vt prærendebatur,prohibitæ;sumpsit(inquam)pro motiuo, vt dictam alienationem sustinerer, *quòd iam antea fuerat semel legitimè alienata*,his verbis,*Maximè de rebus semel legitimè cum consensu generalis Curiæ Cathaloniæ alienatis*,pro cuius Regiæ sententiæ sustẽtatione in causa supplicationis multa ego scripsi in particulari respõso ad id edito,per quę exiitimo illius iustitiam fore indubitatam. Scriba est Benedictus Sacares.
52 Id † quod adeò verum existimat Io.Bap. Costa remed.subsid.6.nu.8.vt nec pater qui alienauit,ad fideicommissi reintegrationem teneatur de bonis proprijs, quamuis postea ei diuitiæ superuenerint, diuesque fiat. Ad
53 quod † probãdum his vtitur medijs.Primò, quia lege permittente,& seu ex iusta causa à lege approbata alienatio processit, vigore scilicet d.authẽ.res quæ,ideò tetractari non debet,ex reg.factum legitimè,&c.

Secundò,quia dicit se iure cautum adhuc non repetijsse, quòd fiat hæc reintegratio, ideò non est consulenda, argu.l.1.ff.de trin. actuq.priua.

54 Tertiò,† adducit in simili quod concludit Alex.in l.si constante,nu 39.ff.solu.matrim. beneficium illius legis non cessare ob superuenientiam diuitiarum mariti.

55 Quartò,& vltimo, † adducit etiam in simili quod Doctores dicunt in materia quartæ subsidiariæ authen.præterea,C.vnde vir. & vxo.de qua idem Costa antea dixerat remed.1.sub num.5. palàm enim est,quod ea non cessat,& seu eius petitio non excluditur ex superueniẽtia diuitiarum vxoris post viri mortem; de quo puncto ego pluribus egi, dum de materia dictę authenticæ tractarem in hoc eodem tomo,& de vtroque casu tam dictæ l.si constante,quàm dictæ authen.præterea, ad propositum illud,quòd nõ cessent, quamuis superueniant diuitiæ, est ferè totũ, illudque pulchrum consil.Ludo.de Cassana. in ordine 25.videndum.

56 Sed contrarium † defendit in terminis Peregrin.quem viderat Costa,sed nihilominùs ab eo recessit. Peregri.(inquam) de fideicommiss.art.42.num.70.vbi vult faciendam esse fideicommissi reintegrationẽ absque difficultate aliqua,si bona patris ex post augeantur, superueniantque diuitiæ, si que
† dicit se vidisse *declaratum*, sed cùm pars cõdemnata appellasset, partes transegerunt. Ad quod probandum vtitur imprimis auctoritate Caroli Ruini consil.137. num.19. vol.2.& Petr.Anto.de Petra in simili tract. de fideicom.q.8.n.461.qui idem tenuerunt. Ratione deindè vtitur multùm concludenti, quia,inquit, pater propriã filiam de iure dotare tenetur,l.qui liberos,ff.de rit.nup.licet ergo permittatur vt supra legitimam,& Trebellianicam sibi debitas possit fideicommissum paternum in subsidium ratione dotium minuere, publico fauore sic suadente d. authent.res quæ,attamen quia seipsum sic dotando liberat ab onere legali, quo tenebatur,proinde quia alienatio hæc in rem suam vertitur,nihil mirum si superuenientibus diuitijs fideicõmissum supplere teneatur,quasi fideicommissum paternũ,vtile pro eo negotium gesserit,& quia non conuenit vt cum aliena iactura seipsum à proprio & naturali suo debito liberet, ad l.nam hoc natura, ff. de condic.inde.quia alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri, l. non debet, ff.de regul.iuris.

57 Tãdem † adducit in simili quod Abb.docet in c.si quis,extr.de fur.quòd quamuis ob famis necessitatem furtum rolleretur, attamen superuenientibus diuitijs furtum restituendum est.

58 Adde † rationem quam Rui. adducit vbi sup.dicit enim,quod ex eo tenetur pater satisfacere ex diuitijs superuenientibus, quia cùm satisfecerit mulieri creditrici,de eo q ad aliũ erat peruenturum,quamuis non esset tunc soluendo, dicitur tñ ex hoc commodũ capere,l.Neffenius,§.fi.ad l.Falci.ideò quatenus ex tali datione in solutum sensit commodũ,& factus est locupletior,si ad illum postea superuenerũt alia bona,debet de illis satisfacere

tisfacere, ex æquitate l.si me & Titium, ff.si cer.pet. quod etiam haber locum quando ex re mihi debita factus est alius locuplerior.

Ex his ego duabus opinionibus, priori ad hæreo, non ex rationibus quas Costa pro ea adfert, quia mihi non multùm concludũr, & eas video non difficilis dissolutionis. Ad primam enim potelt responderi, ꝙ hic non tractamus de retractãdo quod legitimè, & lege permittẽte factum fuit, nempè alienatio, ea enim perpetuò valida, & irretractabilis manet, & postquãtes semel desijt esse de fideicommisso, nõ reuertitur ampliùs ad illud, vt diximus, ad ꝙ cõmuniter allegatur l. mulier, §. cum proponebatur, ff. ad Trebell. sed de compellendo patrẽ si deuenerit ad pinguiorem fortunam, ad restituendum fideicõmisso quod ei abstulit.

59 Ad secundã, † satis iure cautã hanc reintegrationẽ inueniſſe Rui. Pet. & Pereg. & satis eam iure cautã significare tõnes, & iura per supradictos DD. allegata; nec est necesse ꝙ lex reperiatur, quę expresse casum decidat: notum elt enim quod plura sunt negotia, quã vocabula, l. natura enim, de præscrip. verb.

60 Ad tertiam † denique & quartam potest dici non concludere argumenta à simili inibi proposita; quia in illis casib. mulieri lex prospicere voluit, & in illarũ beneficium ita statuit, si & vbi in eis cõcurrerent requisita, quę cùm semel cõcurrerunt, per id effectum fuit vt perfectè mulieri ius quæsitum fuerit, illo momento rẽporis, quo casus successit, ꝙ non potuit, nec potest ei auferri, quãuis causa acquisitionis postea cesset: non enim cessat effectus momentaneus, si iam cõpletus est, perfectus, & in esse productus, quãuis causa cesset, Tiraque. in tract. cessan. caus. limit. 12. n. 14. & limit. 23. n. 5. Et pulchrè in eisdem his terminis l. si conilante, & authent. præterea Cassana. cons. 25. ex n. 15. hic aũt nullum priuilegiũ lex patri tribuere voluit, nec ei prospicere, nec eum ab aliqua obligatione eximere, habetur enim clarè in d. auth. res quę, & clariùs in corpore vndè sumitur, in §. quãobrem, in authen. de restit. & ea quę parit, ꝙ mulieri prospicere voluit lex propter bonũ publicum, quod in dotibus versatur. Et mirabiliter ita sentit glos. in d. §. quamobrem, verb. si non, vbi respondendo cuidam cõtrario dicit, *Non esse verum, quòd vigore illius text. dispositionis habeat filius de bonis patris vltra legitimam, quia* (inquit) *id non est propter se, sed propter dotis, & donationis propter nuptias priuilegium, ideò non procedit argumentum à simili.*

61 Nõ (inquam) propter † rationes à Costa adductas, eius opinioni adhæreo, sed ex alia ratione clara, & manifesta, quæ tergiuersationẽ non admittit, & argumenta in cõtrarium facta facilè diluit. Ea est, quia cùm præsupponamus patrẽ inopem, & nihil in bonis habentem tempore dotationis filiæ, clarum est, quòd ipse non potest dici esse obligatus ad dotandam filiam: nam ad dotationẽ pater inops & pauper non tenetur, vti plurib. id probauimus in inferioribus in fine huius discursus de obligatione patris circa dotationem filiarum, propter quem defectum lex bono publico intendens, vtilitatemq. publicam priuatæ præferens, transtulit obligationem in alium, ad bona scilicet eorum ascendentium, nempe qui si viuerent ad dotationẽ tenerentur, quorumq; voto, vt dicit I. C. in cit. §. cũ ptoponebatur, l. mulier, ff. ad Trebell. congruit, & seu non repugnat quòd ita fiat; quod si ita est, frustrà dicunt aduersarij, quòd pater teneatur reintegrare fideicommissum, ex eo quòd negotium ipsius gestum sit, & ex bonis fideicommissi eius obligationi satisfactum.

62 Dic clariùs, † ꝙ quando pater est inops, nec valet filiam dotare, tũc intrat obligatio aui, vt probaui dum de eo egi, post obligationẽ patris, & matris, ob ꝙ inquit Castrens. cons. 80. lib. 1. & sequitur Meno. lib. 4. præs. 189. n. 11. 103. & 116. & Peregr. art. 42. n. 9. & nos etiam suprà tetigimus in princ. huius tracta. quem facimus circa authent. res quæ, meteriam, & latiùs diximus infrà dũ de speciali alienationis etiam in causam dotis materia egimus, ꝙ ratio d. authenti. fundatur in imporentia ipsius testatoris, qui in cũ casũ, quo pater non haberet vnde filiam suã dotaret, non potuit bona fideicommisso submittere, ne propter dotem illius alienarentur, cũ tunc fit eius obligatio præcisa, & necessaria. Si ergo ex propria obligatione bona ista debitum soluunt, non elt quod reintegrationẽ quærant superuenientib. diutijs in patre.

Sed hæc ratio non elt generalis, sed solùm concludit respectu patris in constitutione dotis, sed non respectu mariti in eius restitutione, in qua etiam locum habet authenticæ dispositio: respectu enim restitutionis nõ possumus dicere, quod non adsit in marito 63
obligatio, quamuis inops, & pauper ille reperiatur rempore quo dos elt reltituenda, cùm veniat illa obligatio ex die conlitutionis: quærenda est ergo alia ratio, quæ generalis sit, generaliteréque vtrumque casum cõprehendat. Sed quærat eam quicunque voluerit, & ea opus habebit, nam ego iam sæpiùs dixi intentũ non fuisse tractare de materia d. authen. nisi quantum attinet ad dotis constitutionem, non quantùm ad illius restitutionem; satis feci si quoad constitutionem dotis opinionem bene defendi, & fundaui.

63 Et † ſi iam ex nunc ſcire velis, quid ego quoad reſtitutionem ſentiam, dicam quod totum contrarium eius, quod tenui quoad cõſtitutionem; cùm enim obligatio nunquam fuerit in marito primò & per ſe, licèt maris propter illius inopiam, iuxtà loquendi modum Iureconſulti in l. nam is, cum concordantib. ff. de dolo, pro quo ſoluit fideicommiſſarius, ita propter bonum publicum iubente lege, non video quid excuſare maritum valeat ne, ſi poſtea habet vnde id faciat, ſatisfaciat fideicommiſſario in eo quod pro eo ſoluit, & reuera in hoc caſu militant rationes Ruin. & Peregri. quas in dotis conſtitutione non habere locum dixi.

64 Vnum † tamen pulchrũ aduertit nouiſsimè idem Peregrin. deciſ. 96. q̃ ſi contingat, prout ſæpè contingit, patrem dediſſe filię in dotem quandam rẽ de fideicommiſſo certo pretio æſtimatam, poterit poſtea fideicommiſſarius illã ſoluto pretio recuperare, quia vtroque modo habet lex intentum, quòd filiæ dotatæ maneant, & ibi refert quandam † ſupet hoc factam *deciſionem*, idem Peregri. de fideicom. art. 42. nu. 23. & 24.

65 Ampliatur † authent. diſpoſitio, vt procedat tam reſpectu matrimonij ſpiritualis, quàm carnalis, de quo dicta authentica expreſsè loquitur, ita Bar. Bald. Angel. Salice. & Iaſo. in dicta authenti. res quæ, quos citat Anto. Gomez in l. 40. Tauri, num. 87. verſi. Septimo intellige, Padil. in authen. res quæ, num. 54. C. commu. de legat. Andreas Gail. practicarum obſeruation. lib. 2. obſeruatio. 137. num. 17. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 5. num. 1. Menochi. qui rationes adducit, præſumptio. 189. num. 90. lib. 4. Nec eſt modicæ conſiderationis quam num. 92. ducit ab opinione affirmatiua in illa quæſtione, quam & nos iam in primo tomo tractauimus, clauſu. 4. gloſſ. 2. num. 35. de quaque latiſſimè poſtea, & nouiſſimè pluribus egit Ioſeph. de Ruſticis in commentar. ad l. cum auus, lib. 5. cap. 1. à num. 38. cum ſequentib. ff. de conditio. & demonſtratio. & poſt omnes latiùs Alex. Ambroſ. deciſio. Peruſi. 30.

66 per tot. in 2. tom. Nunquid † mulier, cui, ſi nuberet, fuerunt legata ducenta, & ſi Monaſterium ingrederetur, centum tàntùm, deberet habere integra ducenta, ſi vltimum eligat. Sanchez de matrimo. tom. 1. libro 4. diſputatio. 26. num. 7. don Garcias Meſtril. deciſio. 153. nu. 9. par. 2. Padilla in dicta authenti. res quæ, num. 54. & Peregriu. de fidei commiſſ. art. 42. num. 57. Nec mirum quòd id teneamus, qui in omnibus in ſuperioribus dotes ſpirituales cum carnalibus, & ſecularibus, ex receptiſſimis Doctorum ſentẽtijs, æquauimus. Adde Paſqual. Sauli. in tract. de alien. reb. fideicom. ſubie. vbi latè tractat rẽ hanc in 2. par. ex nu. 107.

67 Et † nedùm ſemel, ſed etiam bis, & pluties, prout in dote conſtituenda ex patris bonis liberis diximus in principio in tertia ampliatio. nu. 69. poteſt, & debet fieri hæc dotatio de bonis fideicommiſſo ſubiectis in vim diſpoſitionis allegatæ authen. res quæ, C. commu. de lega. dummodo non culpa ſua amiſerit mulier primam dotem, ſic pluribus reſoluunt Caſtrenſ. conſil. 80. num. 2. part. 1. Menoch. de arbitrar. iudic. caſu 182. nu. 39. cum pluribus ſequentib. & Anto. de Petr. de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 457. & Paſqual. Sauli. in tracta. de alienaud. rebus fideicommiſſ. ſubiect. in 2. par. numer. 267. cum alijs,

68 quos allegant. Et † meo iudicio, ratio eſt euidens, quia quando per primum actũ non eſt ſatisfactum menti, & inteutioni diſponentis, quando item poſt primum actũ manet eadem ratio diſpoſitionis, & eadem militat in ſecundo, tunc per illum non conſumitur facultas iterum faciendi, maximè in diſpoſitione legis, prout ad interpretationem l. boues, §. hoc ſermone, ff. de vetbor. ſignificatio. probauimus in primo tomo clauſul. 4. gloſ. 26. num. 23. vbi ad id adduximus Tiraquel. ad d. §. hoc ſermone, limit. 6. & 10. Rimin. iun. in conſil. 23. num. 198. volum. 1. & alios idem video tenuiſſe, ex noſtratibus Cãcer ex eiſdem ferè rationibus, quas dicit ſe excogitaſſe cùm ex tunc à nemine quæſtionem prętactam vidiſſet, in 1. par. variar. reſolut. cap. 9. de dot. & donat. prop. nupt. à num. 110.

69 Habet † item eiuſdem authenticæ diſpoſitio locum, & procedit, nedum quãdo adeſt in bonis tacita alienandi prohibitio, quę ſemper reſultat ex fideicommiſſo, ſed etiam & quando adeſt expreſſa, prout habes ex pluribus, quos Menoch. adducit in tract. de præſumption. lib. 4. præſumpt. 189. num. 96. nobilis Ludouic. à Pegue. deciſio. 118. nu. 1. Dida. lib. 3. variar. cap. 6. num. 10. verſic. Secundò, qui dicit hanc eſſe veriorem, & magis communem, quãuis nonnulli diſſentiant, Petra dicta quæſt. 8. nu. 422. & ex alijs etiã, quos Surdus longa ſerie refert deciſione 62. num. 5. dicens hanc eſſe veram, & magis communem opinionem, nec arbitrari habere difficultatem. Alios refert Milaneu. deciſio. 7. num. 41. in 1. par. Baeça in tracta. de non meliorand. dot. ratio. filiab. cap. 8. nu. 6. licèt ipſe contrarium teneat, Hercul. Mareſcot. variar. reſolution. lib. 2. cap. 69. num. 7. & 8. verſic. Contrarium, & ſequitur Rot. Roma. vti habetur in 1. par. diuerſor. deciſ. 37. num. 2. & deciſio. 449. num. 5. Statil. Pacifi. de Saluia. interdict. cap. 2. inſpect. 3. nu. 52.

latiſ-

latiſsimè videnᵈ. Intrigliol.deciſio.Sicil.4. ex nu.30.etiam ſi ſit dictum,quòd non poſſint bona alienari ex quacũque cauſa, adhuc non intelligeretur prohibitio pro dote, quæ non venit in generalibus diſpoſitionibus.

70 Habet † autem maximam difficultatem ille articulus,nunquid quando expreſſum eſt in prohibitione, quòd nec in cauſam dotis poſsit fieri alienatio, ſit locus dictæ authẽt. diſpoſitioni. Qua in re reperio Doctores diuiſos in contrarias ſententias;plures ſunt, qui vnam ex ipſis dicunt,& appellant communem ; alij verò contrariam etiam cõmunem nominãt, quos obſeruare poteris apud Hieronymum Ceual.in commu.contra communem.quæſt.743.per tot.apud Iacobum Menoch.allegata præſumptio.189. à num.116. Marcum Anto.Peregri.de fideicomm.artic. 42.num.6. Petra in eodem tracta.quæſt.8.à num.432.Paſqual.Sanli.in tracta.de alienã. rebus fideicommiſ.ſubiect.par.2.num.264. Milanen.deciſio.7.num.41.& 47. in 1.par. Ioſeph.Ludouic.qui plenè examinat; deciſ. Lucen.28.num.4.& nu.78. & Io.Pet.Surd. in ſupr.cita.deciſ.62.per tot.qui omnes penè referunt,qui de hoc agunt.

71 Negans opinio † illud habet fundamentum,quòd diſpoſitio authen.res quæ, fundetur in tacita voluntate , & mente defuncti , & ex ea procedat,iuxtà ſæpiùs allega.l.mulier,§.cum proponeretur, ff.ad Trebellian. & texr. in ſæpiſsimè etiam citat.§.quamobrem,in authen.de reſtitutio.& ea quæ parit, quæ ceſſat vbi per expreſſam prohibitionẽ conſtat de contrario. Alias rationes adducit in idem Peregrin.vbi ſuprà,quas nec omiſit Surd.allega.deciſ.62.

72 Cæterùm † diuerſa, quæ eſt affirmãs ſententia , innititur primùm fundamento publicæ vtilitatis , quæ conſiderata fuit in diſponendo quòd bona fideicommiſſo ſubiecta poſsint pro dotis conſtitutione, & reſtitutione alienari , vti expreſsiſsimè habetur in iuribus allegatis authent.res quæ, & corporis vndè ſumitur, cui publicæ vtilitati, & iuri publico indè reſultanti non poteſt teſtator derogare. Accedit ſecundò , quòd ſecundùm communem intelligentiam, & ſignanter ita docentibus Pau.Caſtren. (quem neſcio ad quid dicant Dida.lib.3.variarum cap.6.num.10.verſic.Cæterum, & nobi.Ludoui.à Peguera vbi infrà num. 2. ab omnib. prauè citari, niſi ex eo quòd videatur nõ loqui in prohibitione indiuidua ex cauſa dotis , de qua nos agimus , prout in expreſsò aduertit Petra allegata quæſtion.8.nu.335. verſic. Contrarium ; ſed nec in hoc habent aliquam rationem, cùm num.1. vbi ſolet ad propoſitum allegati, in verſic. Vndè clarè, de prohibitione alienandi propter dotem ſpecificè loquatur his verbis: *Vndè ſicut non poteſt huic obligationi , vel adſtrictioni derogare, ſubijciendo res ſuas reſtitutioni , quominus ob dictas cauſas (loqbatur de cauſa dotis , & donationis propter nuptias) poſſit fieri diminutio vt dictis iuribus , ita nec prohibendo earum obligationem, quia eſt eadem ratio , etiã*

73 *non* † *debeat eſſe in poteſtate debitoris ſe ab obligatione eximere, l.ſicut, C.de actio.& obligatio.*) Ita (inquam) docentibus Caſtrenſ. in conſil.80.lib.1. Iacob. Menoch. allegata præſumptio.189.num.103.& 116.cir.med. & Peregri.allegat.art.42.num.9. diſpoſitio authen.res quæ,fundata eſt in impotentia teſtatoris, qui non poteſt ſubijcere bona fidei commiſſo in præiudicium earum,quibus habet conſtituere dotem, ad quam quidẽ conſtituendam compelli is teſtator poſſet, ſi in humanis eſſet; quod ſi ita eſt,non eſt dubiũ. quòd nihil expreſſa prohibitio, quòd nec fauore dotis valeat res ſubiecta fideicommiſſo alienari,operabitur . Alias rationes adducit Surd.vbi ſuprà,& Peguera allegat.deciſio.118.num.2.quas ego conſultò omitto, quia relatę inibi ſufficiunt vt ſequar hãc ſententiam, quam video anteà grauiſsimis plaeuiſſe viris latè relatis per allegatos à nobis ſuperiùs , & ſignanter (quod ſolet me ſemper multùm mouere)reperio quod Excellentiſsimi Senatus in ea facti contingentia † *ſequuti* fuere. De Senatu *Gratianopoli.*teſtis † eſt Guido Pap.deciſio.96. Et de *Mantuano* Surd.allegata deciſio.62. ante num.11. Sequitur Mareſcot.variar.reſolutio.lib.2.cap. 69.num.16.& 17. & latè Intrigliol.deciſio. Sicilię 4.num.40.qui infinitos allegat . Pro contraria verò parte vix reperies vnum Senatum, qui pro ea tenuerit, aut iudicauerit: ſolùm video,quòd Seraphin.de Oliuarijs in deciſio.447.num.1.quæ etiam legitur in 1. par. diuerſor.deciſio.Rot.& ibi eſt in ordine 526. dicit ita Rotam Romanam præſuppoſuiſſe, cæterùm contrarium video in alijs deciſionibus iam relatis , expreſsim deciſũ rationibus peroptimis , quæ magis procul dubio mouere debent.

74 Nec † arbitror neceſſariam huius opinionis declarationem, quam facit Menoch.vbi ſupr. num. 116. & ſequitur,ac latè extendit nobilis Ludoui.à Pegue.allegata deciſ.118. num.2.in verſicu.Et quamuis,& poſt eos ſequitur etiam Iaco.Ferret in nouiſſ. additio. ad Guid.Pap.in allegata deciſio.96. vt tunc demum procedat ſi non adſint alia bona, ex quibus dos reſtitui,vel conſtitui valeat: hoc ſuperfluum fuit addere,quia iam reſoluimus ex omnium mente , quòd ſiue ſimus in tacita, ſiue expreſſa ptohibitione , ſemper intelli;

telligitur diſpoſitio authenti. eſſe ſubſidiaria, ſi non adſint alia bona, quam conſiderationem reperio prætactam ante me per Surdum allega. deciſio. 62. num. 11. circa fin. eam declarationem eſſe verbalem, non realem, dicentem.

75 Ad † contrarium reſpondemus, quòd votum parentum, id eſt, tacita eorum volũtas, non fuit ſolùm ratio introducendæ diſpoſitionis authen. res quæ, & in corpore vndè ſumitur: ſed aliæ etiam concurrerũt rationes, quæ ſunt ſuperiùs ponderatæ, quasque Doctor. adducti pro noſtra opinione latiùs cõſiderant, quamuis ergo illa tacitæ voluntatis deficiat, quia tamen reliquæ intactæ, & illæſæ manent, ideò non ceſſat diſpoſitio, ex §. affinitatis, inſtitu. de nupt. & ex alijs iurib. quæ refert Surd. huic eidem rationi latè reſpondens, allegata deciſio. 62. numer. 30. ad quem, quia ante nos hunc laborem ſuſcepit, reſpondendi rationibus, quæ in contrarium facere videntur, me refero. Adde Fachine. argumentis ſatis benè reſpondentem controuer. iur. lib. 4. cap. 48. per tot.

76 Benè verum eſt, † quòd vbi mulrùm enixæ appareret pacifcentium mens volentium bona conſeruari in familia, & ex fructibus fœminæ dotari poſſent, non eſſet deuenien-
† dum ad corporum diſtractionem, prout ita *tenuiſſe, ac reſoluiſſe* Rotam Romanam nobis refert Seraphin. de Oliuar. deciſio. 465. argumento eorum, quæ Doctores tradũt in l. quædam mulier, §. cum proponeretur, & ibi Imol. & Alexan. ad Trebellia. facit text. in authent. de reſtitutio. §. ſi verò & ipſam quartam, ibi: *Aliam non habens ſubſtantiã*. Et videtur hæc reſolutio multùm æqua, ne diſponentium voluntates facilè aut eludãtur,
† aut defraudentur; quod iterùm *tenuit* poſtea eadem Rota Roman. deciſion. 481. n. 3. apud eundem Seraphin. de Oliuar. de quib. in inferioribus circa hanc eãdem materiam vlteriùs loquemur.

77 Hæc † quidem noſtra filia compellere poteſt patrem, vt diximus, ad ſe dotandum de bonis aui fideicommiſſo ſuppoſitis, nedum quando eſt nata, aut ſaltem concepta ante mortem aui, ſed etiam & quando poſt; quia ſemper militat eadem ratio, & diſpoſitio authenticæ procedit indiſtinctè, ſic contra Alciat. in conſil. 640. ſecundùm impreſsionem Lugdunenſem, ſecundùm moderniorem verò 164. lib. 9. rectè poſt antiquos cenſuerunt Petra de fideicommiſs. quæſtio. 8. num. 400. Menoch. allegata præſumptio. 189. à nu. 18. vbi ex profeſsò omnibus Alciari argumentis reſpondet, licèt conſulendo in fauorem ſui clientis, cui expediebat illius opinione, ac eius argumentis in facti contingentia iuuare ſe, aliud voluerit in conſil. 95. nu. 132. ſed ante eum eiſdem argumentis reſponderat Curt. iun. in conſil. 59. idem tenet Coſta de reme. ſubſi. reme. 6. ſtatim in initio, Ioſe. Ludoui. deciſio. Lucen. 28. num. 96. Theſau.
† deciſio. 192. num. 11. vbi ita *deciſum* tradit in Senatu Pedemontano, & abundè Peregr. qui Doctores pro vnaquaque opinione adducit d. art. 42. nu. 37. vbi in fine dicit, quòd licèt de iure contraria opinio verior videre-
† tur, pro hac tamen ſæpè in ſuo foro *ſeruatũ* vidit, non obſtantibus alijs declararionib. quas refert pro contraria opinione in alijs Senatibus factis, Rot. Romanam eandem
† opinionem *amplexam* in alia contingentia facti fuiſſe, reiecta opinione Alcia. refertur in deciſio. 457. num. 2. verſi. Non obſtat, ex recollectis per Proſperum Farinac. quę eſt duplicata in eodem volum. & eſt 889. in ordi-
†† ne. Alias eiuſdem Rot. Rom. *deciſiones* pro eadem opinione factas refert Hercul. Mareſcot. variar. reſolutionum lib. 2. cap. 69.
78 num. 23. Ego † ſemper in his dubijs cõtrouerſijs in mulierum fauorem pro dotibus inclinarem libenter, & abſque difficultate aliqua, l. in ambiguis pro dote, ff. de reg. iur. latè And. Molfeſ. conſ. 3. à num. 33. poſt comment. ad conſuetud. Neap.

79 Poteſt † etiam filia compellere patrem vt totum fideicommiſſum abſumar pro dote ſi oporteat, ſi tamen minus ſufficit, minus eſt ſumendum: eſt enim in hoc ſemper menſura ſeruanda, videlicet pro modo honeſtati perſunarum congruo, vt dicitur in dicta authen. res quæ, & latè probant Alexand. in conſil. 7. num. 7. volum. 2. Roland. conſil. 19. nu. 10. in 4. Rimin. iun. in conſil. 215. nu. 48. Menoch. allegata præſumpt. 189. nu. 10. lib. 4. Petegri. de fideicommiſſ. citato artic. 42. num. 26. 78. & 108. Coſta de remed. ſubſid. remed. 6. iam ſæpè allega. nu. 7. don Garcias Meſtril. deciſio. 107. num. 12. in 2. par. Mari. Anton. Maceraten. variar. reſolution. libr. 2. reſolutio. 60. & vltim. caſ. 48. latè Adria. Neguſant. in conſil. 300. numer. 89. vbi declarat quomodo id fieri valeat, Theſaur. citata deciſio. 192. per totam, vbi latè de congruita-
80 te iuſtiuſce dotis agit: & in fine † idem eſſe aſſerit in neceſſarium conſequens, reſpectu additamentorum ad dotes, quæ ſunt veſtes, iocalia, & expenſæ nuptiarum, ſicque ibi
† *declaratum* fuiſſe. In Rota etiam Romana
† *reſolutum* fuiſſe circa hæc neceſſaria appendicia matrimonij, habetur in deciſ. 556. in 1. par. diuerſor. & probat idem pluribus Menoch. allegata præſumptio. 189. nu. 140. Peregri. de fideicommiſſ. art. 42. num. 80. ac Cardinal. Mantica de tacit. & ambig. conuẽ. lib. 12. tit. 1. dos quibus modis accipi poſſit,

num.

81 num.19.vbi dicit † dotis appellatione præparamenta etiam contineri, Hercul.Mareſcot.qui etiam plures adducit, & *deciſionem* in Rot.Roma.de hoc factam de anno 1577. coram bonæ memoriæ Clemente Octauo, tunc illius ſacri Collegij Auditore, refert, Mareſcot.(inquam) variar.reſolution.lib.2. cap.69.num.14.& nouiſſimè Camil.Larata conſil.112.num.18.latiſsimè Rot.Roma.in deciſionibus collectis per Farinac.deciſione

82 131. vbi † annullandam,ſeu reuocandam fo re dicit *deciſum* dotationem filiæ per patrē factam de omnibus bonis fideicōmiſſo ſuppoſitis, ex quo cum minori dote, qualitate perſonarum attenta,poterat nubere mulier, ibi videbis multa de iſta congruitate, & ꝙ vbi debita in hoc menſura non ſeruatur,cēſetur dotatio facta euertendi fideicommiſsi cauſa. Sic etiam *deciſum* quandoque fuiſſe in Senatu Aragonum refert Seſſe deciſ. 68. poſt nu.38. Pulchra de hoc fuit facta in Senatu *deciſio* referēte egregio Senatore Hieronymo Senjuſt die 5.Octobris 1616.inter Franciſcum Mateu, & Eliſabetham Mateu & Petit,vbi fuit dictum,& declaratum,*quòd benè poterat quidam manſus dari totus in dotem filiæ, ex quo non excedebat congruam dotationem, & non erant alia bona; quo caſu* (inquit) *totum fideicommiſſum poteſt conſumi, & euelli.* Actuarius Simon Fonr.

Hæc dixi, ne arbitrentur grauati poſſe prō libito voluntatis poſt eos venientibus præiudicare, & teſtatorem eludere, ſub colore huiuſcemodi filiarum dotationū;ſciant enim quòd ſi debitum modum excedant, reuocabitur quod factum fuit,ſine dubio.

83 Procedunt † etiam ſupradicta, pro augmento dotis,vt ſcilicet pro eo liceat de bonis fideicommiſſo ſubiectis,quantum oporteat,ſumere,veluti quando pater iam in ſuo teſtamento certam dotem filiæ conſtituiſſet, verūm poſtea, eo mortuo, tempore nuptiarum filiæ appareret aliquid fore doti legatę ſuperaddendum, quia mutata eſſent tēpora, fieri enim id ſine dubio poſſet ex bonis fideicommiſſo ſuppoſitis,quando non extarent libera;de quo cùm ſit plena Marci Antonij de Amatis deciſ. Prouin.Marchiæ 28. † vbi dicit ita *declaratum*, ideò ſola ad eam remiſsione contentus, ad alia pertranſeo.

84 Sed † quid in marito, ſi ipſe augeat dotē mulieri quam ducit, dando ei aliquid in augmentum dotis, vel dotando eam omninò indotatam, quia ſine hoc illam ei tradere noluerunt, dubitatur, an ad id ſint obnoxia bona vinculata poſſeſſa per virum, ſi nō adſint libera. In hoc dubio clarum eſt,quod ſi augmentum dotis fieret per maritum volun tariè, & in caſu non neceſsario, nec approbato, non deberet id cedere in damnum fideicommiſsarij. Facilè enim ſic fieret fraus fideicommiſſo, quod non eſt permittēdum, vt in terminis docet Anto.Fab. in ſuo Cod. lib.6.tit.21.commun.de legat.& fideicommiſ. definit.5. *Non enim* (inquit) *cuilibet doti fauere Iuſtinianus voluit, ſed ei dumtaxat, quæ ſit congrua; quo exemplo* (addit) *cōgruum quoque augmentum eſſe oportet, vt idē priuilegium mereatur.*

85 Sed † ponamus caſum in viro ignobili,& ſene, qui habēs plura bona, ſed illa quidem à ſuis maioribus vinculata, vult ducere in vxorem quandam iuuenem nobilem,quia ita expedit ſuis diuitijs,& opulentiæ bonorum hanc coniunctionem facere,ſed nolunt ei illam tradere, niſi promittat augere illi dotē paruam, vel nullam quam habet, in mille, aut bis mille, ſecundùm qualitatem perſonarum. Facit ita maritus, dubium eſt, an poſtea ſoluto matrimonio per mortem viri ſiue liberis contingentem, ob quod ſit locus fideicommiſſo,poſſit mulier recuperare illā dotem ex bonis vinculatis.Reſpondet Fab. in ſuprà citata definitione, quòd ſic. *Quia ex his cauſis* (inquit) *conſtat non aliter videri pacta congrua,quam ſi luat maritus in are, quod non habet in corpore.* Idem eſt quando ſolùm concurreret vna ex ſupradictis qualitatibus, vel quod ignobilis nuberet nobili, vel ſenex iuueni, vtroque enim caſu loquitur Fab. & loquuntur etiam Doctores mox

86 referendi. Conducunt † quæ in apocha dotis diximus de muliere iuuene,& nobili nubente viro ſeni,& annoſo,ac ignobili,vt donatio facta illi valeat,licèt ſit inter maritū, & vxorem, quaſi remuneratoria, taliter ꝙ ſi confitetur maritus ſe dotē recepiſſe, de quā non conſtat, valet illa confeſſio in vim donationis: præſumit enim lex, quòd maritus voluit de ſuo dotem conſtituere,& ad illius reſtitutionem ſe obligare, quod in eo nō eſt prohibitum, ſicut probant Decius toto conſil.79.lib.1.Aluar.Velaſc.conſultat.5.num. 17. Mantica de tacit.& ambi.conuen.lib.11. tit.20.nu.24. qui infinitos penè videndos refert,& adducit.

87 Quæ donatio † eſt adeò priuilegiata, & ſit tam propria mulieri propter nobilitatē, vel iuuentutem, cuius cauſa ſit, vt ſi deindè iſta mulier mortuo marito tranſit ad ſecundas nuptias, non tenetur bona donata reſeruare filijs primi matrimonij, vt docēt Rip. in l. fœminæ, num. 44.C.de ſecundis nupt. Ioan.Lup.de Pala.rubeos in rubr.de donat. inter vir,& vxor.§.50.num.74.in fi.& Ioan. Petr.Surd.in conſil.471.num.28.volu.4.ad quod paucos vidi attendere in caſibus, qui ſatis ordinariè de hac re ſuccedūt, ob quod malum

malũ pto mulietibus dici debet capere conſilium. Conſiſtit conſideratio remunerationis in ignobili ſene nubente nobili iuueni, vltra alia ſuprà conſideratà, quia mulier iſta nobilis nubendo ignobili amittit propriam nobilitatem, & accipit illius ignobilitatem, propter quod dicunt Doctores ſuſtineri abſque alio, donationem inter eos, & ſic dotationem, quã ignobilis facit nobili, & hoc reſpectu verificatur quod dictum eſt huiuſmodi donationes, & dotationes eſſe remunetatorias, quaſi in remunerationem, & cõpenſationem nobilitatis, quam amiſit mulier, prout latè proſequitur Tiraq. de nobili ta. cap. 18. nũm. 19. de quo vide latiùs per nos infrà de reſtitutione dotis, vbi mulier ſit cõuenienda pro habẽdis ab ea bonis viri.

Doctrinam Fabri ſuprà relatam in ſene non ignobili, ſed imò multùm nobili, annoſo tamen, & multùm valetudinario, ducente mulierem nobilem & iuuenem, poſt tempe tatum tiſum, quem in egregijs Senatoribus excitauit tatio Doctoris prædicti † ſuprà tranſcripta, *ſequutus* ad litteram fuit Senatus in cauſa domnæ Hieronymæ de Pons & Cardona, contra domnum Raphaelem Biure, in Conciſtorio verbali Suæ Excellentiæ coram Magnifico Regente Regiã Cancellariam, concluſione ſequuta die 27. Ianuarij 1621. his verbis: *Et conſtat tempore dicti matrimonij dictum don Galcerandum de Cardona fuiſſe ſenẽ, & iam in ingraueſcenti etate conſtitutum, tibijs paralyticum, claudum, mancum, & valetudinarium, & dictã nobilem Hieronymam de Cardona & de Pons eſſe iuuencm, pulchram, & claris parentibus natam, & ideo vt ipſe don Galcerandus vxorem ducere, & iuxtà eius qualitatem decenter nubere valeret, potuiſſe dictæ Hieronymæ de Pons prædictam quantitatem, tam ratione dotis, & alimentorum, quàm aliorum iurium, præcipuè dictæ nobilis Hieronymæ vita durãte, tam congruam, modicam, & honeſtam eidem conſtituere, ne poſt eius dicti don Galcerandi obitum, vt ante contractum dictum matrimonium cogitatum fuerat, ipſa in dedecus dicti benè tranſacti matrimonij mendicare cogeretur, & propterea pro ea, ſeu dicta annua prætatione ſoluenda, bona per eum poſſeſſa, quantumuis vinculo, & fideicommiſſo ſubiecta, obligare, cum ea quantumcunque vinculo ſuppoſita, nunquam pro dotis conſtitutione, vel reſtitutione, & propter nuptias donatione in fideicommiſſo incluſa cenſeantur, quia quod pater, vel mater erant facturi ſi viuerẽt, cenſentur voluiſſe, quòd filius faciat.* Actuarius Seruat.

Sed quid in augmento conſuetudinatio, quod nos ſponſalutium, ſiue *ſirex* appellamus, an pro eo bona fideicommiſſo ſubiecta remaneant obligata, ſicut pro dote, videbis infrà in proprtia tractatione augmenti prædicti.

88 Circa † ea tamen, quæ ſuprà diximus de appenditijs dotis, debes animaduertere, q; vt illa debeantur, debent duo concutere. Primum, quòd ſit conſuetudo in loco, iſta dandi. Et ſecundum, quòd pater irrationabilẽ dotem det, vel relinquat filiæ, cum qua honeſtè non poſsit nubere, aliàs non, vt expreſsim docet Rot. Roma. in citata deciſio. 556. in 1. par. ibi: *Domini cum præſuppoſito, quòd pro parte dominorum de Lilio fuit probata conſuetudo, quòd apparatus ſolet mulieribus nubentibus dari, dixerunt, &c.* Idem requirunt Menoch. Peregr. & Theſau. in locis ſuprà citatis, omnium melius Stephanus Gratia. diſceptatio. forenſ. 498. ex num. 57. pat. 3. vbi dicit, quòd ſtante congruitate dotis non debet fieri alia ſuppletio, qualis eſſet hæc, quæ fieret de iſtis appenditijs, quæ ſunt pats dotis. Ex defectu requiſiti conſuetudinis, quæ non erat probata in ciuitate Dertuſæ, imò totum contrarium, & pater ſatis competentem dotem filiæ reliquerat, † nempe 3600. libr. *ſubcubuit* Angela Iorda à petitione horum acceſſoriorum, & appendicũ dotis, quæ petebat à ſorore hærede patris, nẽpé gazophylacij, ſiue arcarũ nuptialium, veſtium, & iocaliũ ad eius ornatũ pro contrahendo matrimonio petitorũ, ſententia lata referente egregio Senat. Don Petro Solet 24. Octobris 1619. in fauorem coniugum Mecas. Scriba Agramũt. Imò veſtes, anuli, & perlæ, ſi dantur à patre, tegulariter computantur filiæ in dotem, Adrian. Negu. ſaut. conſil. 92. per tot.

89 Hæc † quæ dicta hucuſque ſunt circa materiam authent. tes quæ, procedunt proculdubio circa res prohibitas alienati in teſtamentis, & alijs vltimis voluntatibus, de quibus expreſsè authentica loquitur, & corpus vndè ſumitur, ac alia etiam iura tractãt, quę circa articulum allegãtur; vndè metitò quæritũt DD. an idẽ ſit reſpectu rerũ alienari per contractũ inter viuos prohibitarũ. (Intelligo in caſibus in quibus validè ſit per cõtractum huiuſmodi prohibitio, quod ego alias explicaui in primo tomo clauſu. 4. gloſs. 25. à nume. 53. & Petra remiſſiuè, vbi infrà allegabitur, docuit. Eſt enim, quo ad hoc, nota differentia inter contractus, & vltimas volũtates, licèt nullam adeſſe velit, & anxiè conetur probare Gerar. Maynar. deciſio. To- † loſ. 9. lib. 4. vbi refert quandam *deciſionem* ad id factam.

Hæc quæſtio propriè cadit ſub hac materia capitulorum matrimonialium, in quibus, vt vi-

vt vidiſtis in primo tomo, donationes fiunt cum ſubſtitutionibus, vel alijs prohibitionibus de non alienando, in quibus meritò dubitare poſſumus, nunquid in eis habeat locũ
90 authenticæ diſpoſitio. Qua † in re reperio quòd communis ſit opinio in hoc caſu non procedere diſpoſitionem authenticæ prædictæ, quam amplectitur gloſſ. in l. nulla, C. de iur. dot. & antiquiores Doctores communiter Cyn. Bal. Salicet. & Alex. relati per Peregri. allegato art. 42. num. 58. Petra de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 440. Menoc. allegata præſumpt. 189. num. 186. Franciſc. Viui. in commu. opinio. opin. 663. incip. Prohibitio facta per contractum, lib. 2. & deciſio. 18. num. 9. Rota Roma. deciſio. 449. num. 4. in 1. par. diuerſor. Rationem ex gloſſ. Cyn. & Bar. in l. nulla, C. de iur. dot. & alijs, dicit Petr. eſſe, quia actus inter viuos non recipiũt interpretationem à diſpoſitione dictæ auth. res quæ. Sed hæc ratio non eſt ſufficiens, id eſt ènim quod quærimus, quamobrem talem interpretationem non recipiunt. Dicit Pe-
91 tra paulò inferiùs nu. 442. rationem † eſſe, quia ratio finalis authent. fundatur in præſumpta mẽte teſtatoris, vt ſuprà dictum eſt, quæ ceſſat in caſu pacti, quia contrahẽs cum patre, nullam habet actionem, (voluit dicere affectionem) neque obligationem erga deſcendentes patris eorum ſecum pacifcentis, ibi ergo alia ratio reformat pactum, &c. vt inquit Rip. in l. filius familias, in §. diui, n. 70. in fi. ff. de lega. 2.

92 Aliam † rationem refert Riminal. iuni. in conſil. 115. num. 12. vol. 1. poſt Bal. per eum citatum, (provti eos Petra refert vbi ſupr.) quòd dicta authentica exorbitans cùm ſit, non habet locum in prohibitione alienationis facta aliter quàm per fideicõmiſſum.

93 Nulla † mihi ex his rationibus concludit, vt debeam pro ſupradicta, quam vocant cõmunem opinionem, eſſe, & prior eſt tam inepta, vt mirer non modicùm virum doctum Petra eam adduxiſſe, dicat nobis, amabo, & explicet quid ſibi velit ea ratio; ſecundùm eam enim (quãtum fragilitas ingenioli mei colligere, ac comprehendere poteſt) fingit is Doctor, quòd quis contraxit cum aliquo extraneo, & ab illo aliquid habuit cũ prohibitione de non alienando, & quòd poſtea in vim diſpoſitionis authenti. res quæ, compellere eum voluerunt ad dotandum mulierem aliquam deſcendentem ab eo, à quo res habita fuit per illum contractum, vel ad vẽdendum, & alienandum rem illam ad dictũ effectum, quodque id non debet permitti, quia is, qui cum illo extraneo contraxit, nullam habebat affectionem, aut obligationem erga deſcendentes ſecum contrahentis. Id eſt, meo iudicio, quòd ea ratio concludit, cæterùm quantum id diſtet ab inſtituto, quod proſequimur, quãtumque ſit alienum à materia, nemo non videt, ſatis enim eſt expeditum, quòd is qui ſic ab alio rem habuit, nõ compelleretur ad dotãdum vigore authen. res quæ, quia non eſt materia applicabilis: ſi contra bona, vt bona patris, & ſic hoc onere affecta, vellet agere filia, iuxtà ſuperiùs reſoluta in principio, vbi diximus, & reſoluimus obligationem patris, qua tenetur ad filiam dotandam, tranſire nedum ad illius hæredes, ſed etiam ad bona tenentes, quicunque illi ſint, tranſeat, id aliud proculdubio eſſet: cæterùm quòd in hoc intret materia authen. res quæ, id nullus debet admittere, ea enim de deſcendentibus loquitur, & in eis tantùm locum habet, quando diſpoſitio eſt facta in fauorem deſcendentis, cum prohibitione alienãdi, qui vel habet filias, quas dotet, vel vxorem, cui ſit dos reſtituenda, provti in principio etiam ſuprà probauimus abundè.

94 Vt autem † in quo ego meam fundem opinionem, vt recedam à ſupradicta, licèt communi, declarè apertiùs, dillinguo cauſas onerofas, à cauſis lucratiuis in actibus inter viuos, vt in prioribus arbitrer non cadere materiam hanc, quam tractamus, nec rectè dubitare eos, qui quærunt num in eis haberet locum diſpoſitio authenti. res quæ, cùm materia non ſit proportionabilis; ſunt enim cauſæ lucratiuæ fideicommiſſa, & aliæ capiones ex vltima voluntate, hæ autem onerofæ, provt rectè reperi animaduertiſſe Peregri. in ſæpè allega. art. 42. num. 58. in verſi. Contra tamen, & ego iam ſuprà tetigeram, dum priorem illam à Petra. allegatam rationem reprobarem.

Cæterùm in cauſis lucratiuis, veluti in donationibus, quæ fiunt per aliquem alicui, licèt illi ſubſtituat alium, vt poteſt, non video quamobrem mihi negetur poſſe locum habere diſpoſitionem dictæ authenti. res quæ. Si dixeris, vt dicebat Petra, q̃ donatarius; & ſic per donationem pacifcens cum donatore non habebit affectionem vllam, neque obligationem ad deſcendentes illius, dicam ego, quòd neſciam ad quid id dicas, meminiſſe enim debes authen. res quæ non habere locum niſi reſpectu aſcendentium, & deſcendentium, quando ſcilicet prohibitio alienandi fit alicui deſcendenti, in quem confertur beneficium, vt ſæpè diximus, cuius reſpectu quomodo dicere potes, quòd donatarius non habebit affectionem, imò & donatarius, & donator parem habebunt, ac æqualem ad mulierem dotandam, ac ſi per actum vltimæ voluntatis diſpoſitio finiſſet facta,

facta, cùmque æquè in hoc caſu donationis inter viuos, atqui relicti in vltima voluntate, militent rationes præſumptæ voluntatis diſponentis, & fauoris publici, qui verſatur circa dotes mulierum, quæ duæ rationes sũt cardines diſpoſitionis authen.res quæ: indè ſequi debet, quòd inter vnum, & alium caſum non ſit differentia conſtituenda. Propter hoc doctè Peregri.in allega.art.42.nu. 58.verſic.Contra tamẽ,licèt clarè contra ſupradictam non dicat ſe tenere opinionem, ſed imò in fine n.59. reliquerit ſuper negotio cogitandum,nihilominùs ex rationibus, quas adducit,ſatis apertè apparet ſuam hãc eſſe opinionem, quoad iſtas cauſas lucratiuas, donationes ſcilicet,& appoſitè dixit Rot.Roma.in illa deciſ.449.nu.4.in 1.par. diuerſor. oõ eſſe opinionem omninò tutam, & ſecuram, & partes eſſe vlteriùs ſuper articulo audiendas, cùm æquè in vno, atque in alio etiam caſu militent rationes diſpoſitionis authenti.res quæ; & inter alias ratio veriſimilitudinis, quòd pater noluerit eximere bona ſua neceſſariæ obligationi,quam ponderat Caſtren.in dicta authent.res quæ, num. 10. & ideò (iuquit) tenent multi contrarium, quos refert Rolan. à Valle in cõſ. 85.num.30.lib.1. Guid.Pap.deciſio.96.per tot.Bolognet.in §.diui,l.filiusfamilias,ff.de legat.2.num.283.Lup.in rub.de dona.§.16. num.14.verſic.Pater. Adde eis Paſqua.Sauli.in tracta.de alienan.reb.fideicom.ſubiec. in 2.par.nu.265.& oouiſſimè Camil.de Larata in conſil.112.ex nu.23.ad 30.

95 Secunda ratio † neque etiam eſt concludens, nam etiam in exorbitantibus, maximè in materia fauorabili, fit extenſio ex rationis identitate de caſu ad caſum, iuxtà doctrinam Bar.in l.ſi conſtante,in 9.quæſtione primæ partis,ff.ſolu.matrimo. & alios allegatos per Peregri.vbi proximè, alios ad idẽ
96 cumulatiſſimè (in caſu ſimili, † nempè nunquid conditio, ſi ſine liberis, de qua in l. cũ auus,de conditio.& demonſtratio. ſicut ſub intelligitur in ſubſtitutioibus, quæ fiunt in vltimis voluntatibus, tacitè etiam ineſſe dicatur illis,quæ in contractibus lucratiuis, veluti in donationibus) allegat Ioſep. de Ruſtic.in commeotar.ad d.l.cum auus, lib.3.c. 18.num.28.reſoluens,quòd quia materia dictæ legis eſt fauorabilis,licèt ſit exorbitans, extenditur ad ſubſtitutiones,quæ fiunt in cõtractibus etiam,quod idem placuerat etiam antea Anto.Gom.tom.1.var.reſolu.c.5. nu. 44. Peregrin.vbi proximè allegatus eſt, qui ab illo caſu ad noſtrum quaſi ſimilem argumentatur.

97 Obſeruaui † (de quo non modicè ſum gauiſus) apud iſtum Doctorem, Rullicum ſcilicet,tractando per tot.cap.18.quæſtionem, quam dixi, nunquid diſpoſitio l. cum auus procedat tam in contractibus,quàm in vltimis voluntatibus, eundem ordinem,eandẽque methodum ipſum ſequutum, quã & nos in reſolutione noſtræ quæſtionis: ſeparauit ſi quidẽ primò, ac ſeparandas dixit cauſas oneroſas, id eſt, contractus, qui vtriuſq. gratia celebrantur,à cauſis lucratiuis, donationibus ſcilicet, in quibus iuxtà diſpoſitionem l.quoties,C.de donatio.quæ ſub modo &c.& aliorum iurium,fiunt à donatore ſubſtitutiones, ac reſoluit quòd io primo caſu non habet locum diſpoſitio l.prædictæ,reddit rationem num.1.circa fin. quę etiam pro noſtra in noſtro caſu materia non parùm cõcludit, quòd in his contractibus vltrò,citroque obligatorijs, quia videtur mẽs vtriuſq. ex contractibus attẽdi debere,filij vnius nõ habent diſpoſitionem reſpectu alterius alterare, nec contractus reſolui poteſt niſi ex vtriuſque voluntate, l.ab emptione,ff.de pactis: reſpectu autem cauſarum lucratiuarũ, eiſdem argumentis vtitur,quibus noa in noſtra quæſtione, ideotitate nempè rationis, ex eo quòd tacita mens diſponentis ſic concurrat in vno atqui in alio caſu. Si tibi non fuerit viſum quòd ſatis concludenter meam opinionem contrariam communi, quòd diſpoſitio authen.res quæ, habeat æquè locum in contractibus, eo modo quo diximus, atqui in vltimis voluntatibus,probauerim,lege hunc Doct.& omnia,quę ipſe per multos numeros adducit in fauorem ſuæ opinionis in ſua quæſtione, quam num.45.dicit veriorem in puncto iuris, atque communiter receptã, & addere eius argumẽta poteris his, quæ nos in confirmationem noſtræ opinionis tradidimus.

98 Vidi † quandoque in noſtro egregio Senatu quæſtionem diſputatam, in caſu, quo dubitaretur, num bona per patrem donata filio contemplatione matrimonij,& ad eum reuerſa per mortem filij ſine liberis contingentem, prout quòd dicto caſu ad donatorem reuerterentur,pactatum in capitulis matrimonialibus fuerat, eſſent obligata pro reſtitutione dotis nurus, ad quam eius maritus obligauerat omoia bona ſua, & ſic illa, quæ per patrem ſuum fuerant in eiſdem capitulis matrimonialibus ſibi donata, cum vinculo tamen & conditione,quibus fuit poſtea factus locus, quòd decedente filio ſine liberis bona donata reuerterentur ad donatorem:cùm (inquam) hic caſus diſputaretur in Senatu de anno 1614.fuit tandem die 16.

† Ianuarij *declaratum,quod ex quo non aderant alia bona libera mariti, propterea ſupradicta donata cum dictis conditionibus, & ſic fideicommiſſo*

commisso subiecta in contractu in fauorem donatoris erant obligata pro restitutione dictæ dotis. Relator erat egregius Senator Iosephus Ferrer. Partes tutores, & curatores Bartholomæi Cellent, contra Ioannem Farell. Scriba Prats.

99 Pro † complemento huius materiæ authent. res quæ, C. commu. de legat. dubitant Doctores, num illius dispositio habeat locum in bonis maioratus Hispaniæ, vt scilicet alienari valeant pro dotatione filiarum, & descendentium, sicut in bonis fideicommissi succedit, non existentibus bonis liberis. Qua in re consuetudinem esse in Hispania, quòd prædictæ authenticæ dispositio in his maioratibus locum non habeat, refert Didac. Couarru. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. circa fin. qui rationem esse existimauit, propter expressam prohibitionem alienandi, etiam ex causa dotis constituendæ, vel restituendæ, quæ communiter in constitutione maioratus solet apponi, quę tamen reprehenditur à Moli. in tracta. de primoge. Hispanor. lib. 4. cap. 6. num. 18. circa finem, licèt nume. 22. eandem opinionem teneat. Eandem consuetudinem refert Pet. Barbo. in l. 1. par. 4. n. 131. ff. solu. matr. eãq. consuetudinem iuri cõsonam esse probare conatur Ari. Pinel. in repeti. l. 1. p. 3. n. 102. C. de bo.

100 mater. Rationem † separationis huius quæstionis à materia authen. res quæ, vltrà omnes, dicit idem Pinel. esse, quia si in alijs fideicommissis regulariter permittitur alienatio rerum fideicommisso subiectarum, ex causis in dicta authentica expressis, nihil mirum, quia ex hoc resultat tantùm præiudicium ipsius fideicommissarij, qui est persona particularis, si autem idem reciperetur in bonis maioratus, non solùm præiudicaretur omnibus succedentibus in maioratu, sed etiam ipsius maioratũ constituentis memoriæ, qui ad conseruationem suæ familiæ, & memoriæ maioratum instituit, argum. l. hoc iure, §. fina. ff. de dona. & l. regulas, §. penult. de iur. & fact. ignoran. Sic Pinellum declarat Barbos. loco cita. Sed quod voluisse mihi visi sunt isti Doctores, est quod docet Molin. de primoge. Hispanor. lib. 4. cap. 6. n. 21. authen. res quæ, loqui in his tantùm fideicõmissis, in quibus non fauor publicus, sed sola priuata vtilitas versatur; qua ratione permittit, vt ex causa dotis, vel donationis propter nuptias bona fideicommissi alienẽtur, ne priuata vtilitas publicæ vtilitati, quę versatur in dotis, seu donationis propter nuptias assignatione, præferatur, quod satis (inquit) apertè text. in dicta authẽnti. indicat, dum in eo dicitur: *Ea enim quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter, quibusdam vtilia sunt, præponimus.* Cùm igitur dicta authenti. in his dumtaxat fideicommissis loquatur, in quibus priuata tantùm vtilitas versatur, consequens est vt ad Hispanorum primogeniorum trahi non valeat, cùm in illis non fauor priuatorum, sed publicus versetur, vt latè ostendit idem Molina in eodem tracta. lib. 1. cap. 18. n. 1. Imò

101 cùm † in isto casu concurrat dotis priuilegium cum maioratus conseruatione, & in vtroque publica vtilitas versetur, confundũtur priuilegia, vel attendendum est solum priuilegium maioratus, in quo de damno vitando, non de lucro captando tractatur, prout in eodem etiam tractatu idem Moli. docuit eodem lib. 4. cap. 3. num. 4. Addit postea in loco, quem suprà primò citauimus, quòd propter hæc vidit semper in forensib.

† controuersijs *decisum* dictam authẽt. res quę in Hispanorum maioratibus non admitti. Hæc Moli. ex quibus meliùs quàm ex alijs, ratio quam quærimus, deprehenditur.

102 Contrarium tenent † quos larga manu refert Iacob. Menoch. in tracta. de præsumptionib. lib. 4. præsumption. 189. num. 175. cum seq. qui eos sequitur, & minutatim respondet argumentis Molinæ, & signanter illi, quod fecit de publica vtilitate, quæ versatur in maioratibus, dicendo eandem etiã militare in alijs fideicommissis. Eandem opinionem tenet Anton. Thesaur. decis. 192. num. 4. subdens ex Abba. in consil. 12. in 7. dubio, vbi loquitur in causa Ioannis Ducis Aragoniæ, quod licèt primogeniti succedãt in Comitatu, & Baronia, non tamen debẽt alij filij mendicare, & filiæ indotatæ remanere, &, vt inquit Terentius, actu, & tela, aut (quod peius est) turpi quæstu victum quærere, post Hostiens. & Io. Andr. in cap. licèt, §. fin. de voto.

103 Mihi † magis proculdubio arridet hæc posterior opinio, quàm prior, quippe qui male feram tantam inæqualitatem, quòd vna ex filiabus sit domina. vel vnus ex filijs dominus, & reliqui filij, & filiæ famuli, & ancillæ, & quòd non facilè possum concedere, est, quòd velint qui contrarium tenent, mulierem relinquendam sine obolo pro sua collocatione, cum tam grandi periculo meretricandi, & in corpus suum peccandi, quale non rarò est expertum in his mulieribus, quæ diu præ negligentia parentum, aut fratruum, manent innuptæ. Vbi, quæso, est ille nuptiarum contrahendarum, & ciuitates liberis replendi fauor, de quo in l. 1. ff. solu. matri.? Per hæc, omnia destruuntur, omnia pessundantur. Et si dixeris, prout dicunt aliqui ex allerroribus primæ opinionis, quòd in his maioratibus adest semper, adesseque

solet

solet prohibitio alienandi, etiam fauore dotis, per quam cessare videtur præsumpta illa maioratus constitutoris voluntas, quòd filiæ, & descendentes ex ipso dotarentur ex bonis in maioratu comprehensis, quia iam dixi, & probaui plenè in superioribus prædictam non esse authenticæ dispositionis rationem finalem, sed aliam, atque aliam.

Si item dixeris quod alij dixerunt, in maioratibus, & primogenijs Hispaniæ versari fauorem publicum, authenrica autem non procedit nisi respectu eorum, in quibus adest priuata dumtaxat vtilitas. Respondebo,
104 nullum † esse fideicommissum, in quo publica vtilitas non versetur, cùm publicè interfit supremas hominum voluntates exequi, l. vel negare, quemadm. testam. aperiantur, pulchrè Peregrin. de fideicommiss. art. 42. nu. 5. & ideò nullum debere esse fideicõmissum, si supradicta valent, in quo locum authenti. dispositio habere possit, & valeat. Considerat Peregri. loco citato, quod idem etiam anteà dixerat arr. 1. num. 3. versicu. Contra, istud publicum interesse, quòd in fideicommissis, quæcunque illa sint, versatur, priuatorum potiùs cõmodum concernere, & seu concetnere dici, quamuis publicum appelletur; & ideò nihil mirum, si verè publicum
105 mulierum interesse, quod in nuptijs consistit, illi præpondetet. Addo ego quod Iustinianus affetit in authen. de restitutio. & ea quæ parit &c. in §. quamobrem, in fi. se concessisse pro priuilegio dotis hoc quod est posse dotem detrahi ex bonis fideicommisso subiectis: si priuilegium est Imperiale, non video quis possit illud infringere, mulieribusque auferre. Finaliter † ex duobus priuilegiatis, semper id, quod magis priuilegiatum est, præferri solet, Bart. in authẽ. quas actiones, §. 3. C. de sacrosanct. ecclesijs, Ias. in l. cætera, §. sed & si quis, num. 4. de legat. 1. Barbos. in l. 1. par. 7. num. 17. ff. solut. matrimo. & Peregrin. latè de iure fisci lib. 6.
106 tit. 6. num. 33. versic. Adducunt. Et † maiot vtilitas publica præfertur minori, cap. bonę, de postula. prælato. l. cætera, §. sed & si quis, vbi Castren. & alij, de legat. 1. Rip. in l. 1. n. 110. ff. solut. matrimo. Natt. cons. 500. num. 12. Surd. decisio. 255. num. 24. Quis autem negabit quin negotium mulieris in hac materia magis priuilegiatum sit, quàm negotiũ maioratuũ, & fideicõmissorum? maiorq. vtilitas publica in illo, quã in isto versetur? Certè nemo, qui hæc rectè cõsiderabit; maximè si nonnihil laboret in perscrutando qualis sit ista vtilitas publica, quam Doctores dicunt versari in istis primogenijs, & maioratibus, & quomodo ea probetur, videat quæ ad id probandum allegat Moli. in citat. lib. 1. de primoge. Hispanor. cap. 18. num. 1. qui in his fœcundior est alijs, & comperiet qualiter non habeat tale fundamentũ hæc prætensa publica vtilitas, quòd publicæ vtilitati nuptiarum, & replendæ ciuitatis liberis, de qua leges clarè loquuntur, præponderet,
107 & prævaleat. Adde † quòd bonum ea ratione censetur melius, & præclarius, quo communius, & latius patet, prout ex Atistotele 1. Ethicor. docet Barbos. in cita. l. 1. par. 7. n. 15. versic. Succedit, ff. solut. matrimo. qui tacito nomine auctoris, id desumpsit, eisdem verbis vtens, ex Io. Franc. Rippa in ea. l. 1. n. 110. ff. solu. matrimo. Constat autem, quòd
108 bonum † nuptiarum, quæ mediante dote fiunt non alias, prout in hoc proposito pulchrè considerabat Surd. decisio. 62. num. 22. versic. Quarta ratio, communius proculdubio est, & præclarius illi imaginato bono, quod familiæ nomina conseruentur per maioratuum, & fideicommissorum institutionem, vt de se patet, ergo præfetri debet; bonum enim publicum minus commune in comparatione boni magis communis, consideratur vt bonum priuatum, cap. bonæ 1. de postula. præla. cũ simil. adductis per Barbos. vbi proximè.

109 Hæc † maximam habent consequentiam, maximè in nostra Cathalonia, vbi licèt non adsint plures maioratus ex illis qui frequentantur in Regno Castellæ, sunt tamen plura vincula realia, & perpetua, in quibus quod in dictis maioratibus tenebimus, necessum est teneamus etiam, quia sic illa, sicut ista, concernunt conseruationem familiæ, in qua conseruatione consideratur à Doctoribus publica illa vtilitas, quam diximus, prout in terminis animaduertit Moli. de primo. Hispa. lib. 4. c. 6. n. 22. in fi.

110 Et si quæras, † quid ego circa hæc in Cathalonia obseruatum viderim in tot annis ex quo causas in supremis Tribunalibus duco. Respondeo, quòd respectu vinculorum realium, & perpetuorum, non vidi vnquam de hoc dubitatum, omnes libenter quasi obligati dotes soluunt; respectu autem maioratus, iam suprà retuli hac eadem glossa 2. num. 11. qualiter respectu Ducatus Cardonæ ad fauorem Excellentissimæ Ducissæ de Alburquerque fuerit, referente egregio Senatore Ioanne Magarola, *declaratum* de anno 1605. debere possessorem maioratus do
† tẽ promissam per illius auos amitæ suæ soluere, primùm de bonis liberis, si adsunt, & in defectum, de bonis maioratus; cum qua declaratione apparet approbatam fuisse nostram opinionem in Cathalonia, quam suprà tenuimus, quòd authen. res quæ, habeat etiam locum in bonis maiotatus, & illorum respectu.

reſpectu. Contra quam declarationem, licèt nouiſſimè, cùm inter eaſdem partes de ſimili articulo ageremus, de ſupplenda ſcilicet dicta dote vti incõgrua (me aduocato) mutire quidam voluerint, ſi iuſta eſſet, vel iniuſta, ſi Senatus conſideratè, aut inconſideratè eam feciſſet, defendi ego fortiter illius iuſtitiam, quam ex ſupradictis arbitror reddi clariſſimam.

111 †† Placet † mihi in hac te quod ſuprà diximus ex binis *deciſionibus* Rotæ Romanæ apud Seraphinũ de Oliuarijs, in ordine 465. & 481. quòd vbi fructus maioratus eſſent, ſicut eſſe ſolent, pingues, taliter quòd ex eis poſſent filiæ dotari, non permitteret iudex deueniri ad diſtractionem eorporum ipſius maioratus, ſed ſi commodè ex fructibus dotatio fieri non valeret, non dubito poſſe, & debere filiam de bonis ipſius maioratus dotari, ex his quæ abundè ſuprà probauimus.

112 Non ſic † eſt reſpectu legitimæ, ea enim non detrahitur ex his bonis maioratus: eſt enim legitima portio eius, quod quis ab intellato habere debet, legibus definita, authent. nouiſſima, C. de inofficio. teſtamen. & ibi gl. of. & Doctores, l. Papinianus, §. quoniã quarta ff. eodem tit. Graſ. recept. ſententia. §. legitima, quæſt. 1. num. 1. Heuric. Roſental. de feud. cap. 7. concluſio. 13. nu. 2. Hercules Mareſcot. variarum reſolutionum lib. 1. cap. 10. nu. 15. & cap. 74. num. 4. & lib. 2. cap. 86. num. 11.

113 Bona † autem maiotatus nunquam fuerunt poſſeſſoris, taliter quòd in eis potuerint filij ſuccedere vnquam ab inteſtato, ſed recta via debent trãſire ad primogenitum, non ergo ex eis debetur, nec deberi poteſt legitima. Ex hac ratione concludit Roſental. vbi ſuprà, ex feudo quod poſſidebat pater, quod debebat poſt illius mortem deuenire ad primogenitum, non deberi legitimam alijs filijs, atque ita in terminis *declaratum* † fuit in noſtro Senatu ſuperegregio de anno 1538. Inter fratres Cardonas, qui petebant legitimam in & ſuper Ducatu Cardonæ, de qua declaratione mentionem fecit nobilis Ludou. à Peguera in repetitio. Item ne ſuper laudemio, verſi. 6. *Auſtants* nume. 58. & deciſio. 115. licèt inibi huius noſtræ rationis non meminerit, ſed fundauit id totum in indiuiſibilitate bonorum, quæ ſufficiens non eſſet, vt ex infrà dicendis apparebit. Quæ cauſa illa eſt, pro qua Celſus Hugo, Barcinone tunc commorans, ſcripſit pro dictis fratribus Cardonas legitimã petentibus, conſilium illud, quod ad partem de hoc vulgò circumfertur impreſſum. Eſt etiam cauſa prædicta illa, pro qua idem Celſus Hugo confecit conſilium illud 50. in lib. ſuorum conſiliorum, prætendendo ſummariè † cauſam dictarum legitimarum ſore tractandam, in quo tamen *ſubcubuit*, prout vidi in concluſione indè facta, in Archiuo Regio, ſub die 24. menſis Maij anni 1535. in qua fuit dictum, & concluſum cauſam legitimæ per filium petitæ ab hærede, non vt ſummariam, ſed vt ordinariam, & plenariam eſſe tractandã, & expediendã, ſecundum formam Conſtitutionum, maximè cũ filius alimenta iam aliàs ab hærede conſequitur, prout hic. 114 †

Niſi † tractemus de hac te reſpectu filiorum primi maiotatus inſtitutoris, eis enim legitima debetur etiam de bonis ipſius maioratus, & reſpectu illorum, cum hac tamen diſtinctione, quòd ſi bona ſunt ex ſe indiuiſibilia, prout ſunt dignitates Regiæ, vt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, &c. ad §. præterea Ducatus, de prohibita feud. alienatio. apud Federic. fit æſtimatio dictorum bonorum maiotatus, & iuxtà æſtimationem datur legitima in bonis libetis, ex quo illa non poſſunt diuidi, vel etiam ex fructibus, ſi bona libera non adſunt, prout declarat Molina de primogen. Hiſpanorum libr. 1. cap. 11. num. 29. Guid. Pap. deciſio. 476. nu. 1. & deciſio. 487. num. 2. Nicola. Boer. deciſio. 204. num. 14. Roſental. de feudis dicto cap. 7. concluſio. 13. in additio. in littera A. & cap. 9. membr. 1. concluſio. 55. num. 1. noſtri practici Guiller. de Valleſi. & Marquill. in vſatic. Si à Vicecomitibus, ille numer. 3. & hic quæſtio. 9. fol. 100. colum. 2. qui in his terminis ſunt intelligendi, reſpectu ſcilicet filiorum primi maioratus inſtitutoris tantùm, non reſpectu aliorum deſcendentium, qui agunt contra poſſeſſorem maioratus, licèt de vtriſque loqui videantur, prout in terminis terminantibus notat pulchrè Ioann. Petrus Surdus in conſil. 427. ex num. 40. addens nume. 42. quòd niſi hoc modo intelligeremus, deciſio prædictorum Doctorum eſſet irrationabilis, & apud peritos defendi nullo modo poſſet, cùm eſſet date legitimam quibus nullo modo debetur, de bonis ſcilicet, quæ ad poſſeſſorem non deuenerunt ex patre, ſed in eis ſucceſſit iure proprio, vt primogenitus: vide Capicium deciſio. 2. per totam, & Theſaurum in quæſtio. forenſ. quæſtio. 76. num. 6. lib. 2. vbi Capici. citat, & Surd. in locis ſuprà citatis, ac alios etiam idem rectè probantes. 115

Sed non relinquuntur † iſti filij ſine omni remedio, ſi enim non datur eis legitima, dantur tamen alimenta, quæ ſuccedunt loco legitimæ, & vita, & militia apud Italos appellantur, vt docet pulchrè Moli. de primogen. 116

mogen. Hispanorum lib. 2. cap. 15. per tot. & Rossental. de feudis cap. 7. conclusio. 13. nu. 2. & in allegationibus, don Garcias Mestrill. decisio. Sicil. 85. num. 37. latè Martin. Monter decisio. 16. num. 29. & 30. & nouissimè Regius Consiliarius, ac Aduocatus Fiscalis in supremo Coronæ Aragonum Concilio, don Franciscus Leo decisio. Valenti.

†† 27. num. 10. vbi dicunt, & multis *decisionibus* comprobant possessorem bonorum fideicommisso subiectorum teneri alimenta præstare ex dictis bonis, descendentibus ab institutore fideicommissi.

117 An autē † pro fructibus, & interesse dotis possint similiter res subiectæ restitutioni, iuxtà authenti. res quæ, alienari, veluti quando primus fideicommissarius propter moram in soluendo, vel restituendo dotem, aut aliàs, ad dictos fructus, vel interesse teneretur, disputat Vincent. de Franchis decisio. 613. & decisio. 642. & Seraphinus de Oliuarijs decisio. Rot. Roman. 481. Stephanus Gratian. disceptatio. foren. 43. num. 28. Bal. Nouel. de priuileg. dot. par. 2. priuileg. 6. Moedan. decision. 226. & Hercul. Marescot. variarum resolutio. lib. 2. resolutio. 67. num. 45. vbi videas, & videbis plures de hoc *decisiones*, & articulum, an fructus dotis sint

†† æquè priuilegiati ac ipsa dos, plenè & copiosè disputatum, quod potest ad plura deseruire.

118 An † authenti. res quæ, C. commun. de legat. intrēt in fideicommisso auiæ paternæ, vidi latissimè disputatum in Senatu Siciliæ apud don Nicolaum Intrigliolium tota decisio. 4. vbi pro affirmatiua *resolutum* reperies, atque id quidem multis rationibus cōfirmatum; & quia latè de hoc ibi actum est, ideò ampliùs non insisto. Ibi etiam habes quid in fideicommisso materno. Velim ꝙ in hac materia, quoties de ea disputare habeas, recurras ad dictam decision. 4. Intrigliol. quæ eam totam comprehendit, & vix aliquid alij dicunt, quod is Doctor non recollegerit.

119 An finaliter † ad similitudinem dispositorum in fuorem dotium in dicta authent. res quæ, C. commun. de legat. possint etiam *bona* litigiosa, & pro aliqua executione per curiam ad distrahendum capta, pro dote alienari, tractat late egregius Consiliarius & Aduocatus Fiscalis supremi Regni Aragonum Concilij suprà proximè citatus, don Franciscus Hieronymus Leo in nouissimis decisionibus Valentinis decisio. 22. per tot. vbi videas, si casus occurrerit, & examinabis qualiter in præiudicium veri domini rei litigiosæ, si postea declaratur rem esse suam, & in præiudicium creditorum instantium executiones, possint sustineri istæ alienationes, etiam pro dote factæ, hæc enim non modicam habent repugnantiam, & contradictionem.

120 Idem † istud priuilegium, quod habent dotes, vt possint pro eis res fideicommisso subiectæ alienari, habent etiam Ecclesiæ, & pia loca, vt pro Ecclesiæ, & piorum locorum constructione, seu ampliatione possint etiam res fideicommisso subiectæ alienari, dummodo pecunia, quæ procedet ex dicta alienatione, conuertatur in emptionem alterius similis rei, quæ vice permutati dominij succedat in locum rei venditæ. De hoc

† est pulchra *decisio* Valentina egregij supremi Concilij Aragonum, don Francisci Hieronymi Leo 90. videnda in isto casu, quoties succedet disputandus. Statini atque ad manus peruenerunt decisiones prædictę, habui consulere super hoc puncto, & gauisus fui reperisse negotium tam benè elaboratum, quæcunque in hac materia desiderari potuissent, in ea habes. Facta fuit ea decisio de anno 1611. pro Patribus Societatis Iesu prætendentibus, quòd domus, de qua agebatur, erat eis vendēda, licēt esset quoddam insigne palatium cuiusdam nobilissimę familiæ, & esset de notabili quodam maioratu: vbi non fuit de hoc maior habita ratio, quàm si fuisset de quodam simplici, ac tenui fideicommisso. Sed postea reperi de eodem casu paulo post, de anno scilicet 1612. mense Ianuario, fuisse disputatum etiam in Rota Romana, in qua non ita simpliciter pertransiuit. Sacrum illud Auditorium; immò pro non alienatione *declarauit*, ex eo quòd domus esset illius met qualitatis, cuius domus illa decisionis Valentinæ. Fuit consideratum, quòd illud remedium compellendi vicinum ad vendendum contra voluntatem, est multùm extraordinarium, & exorbitans, & ideò nec concedendum facilitèr in magnum vicini damnum, quale semper erit in domibus, & palatijs huius qualitatis. Item, quòd familia illa, cuius erant domus, erat multo antiquior Monasterio, vndè debebat Monasterium antequam ibi ædificaret, videre num locus esset capax, vel non, aliàs (inquit) si illa materia indistinctè practicaretur, daretur occasio fraudibus: si quidem possent illi agentes pro locis pijs, qui aliquando habēt proprios affectus, eme re domunculam prope bonam familiam, & incontinenti velle retrahere illius habitationem, quod certè esset nimis durum. Finaliter est considerandum si ex alio latere habeant alias domos minùs pretiosas, in quas prius manus injicere debent. Adducit hanc decis. Farin. in pennl. vol. decisio. decis. 372. de eadem

de eadem materia est decis. 676. in eodem volumine.

121 Oportuisset † tractare, si sumus vbi ex consuetudine, vt in hac ciuitate, venditor non emptor soluit laudimium, num in istis necessarijs, & coactis venditionibus, quas pro sua commoditate contra voluntatem venditoris instant Ecclesiæ, soluere similiter venditor debeat laudimium, sed non est mei instituti. Curabunt Patres Minimi Ordinis Sancti Francisci de Paula huius ciuitatis Barcinone, qui articulum hunc tractant cum N. Reuerter Benefitiato in Ecclesia eiusdem ciuitatis, pro se respondere. Mihi consulto pro dictis Patribus emptoribus, visa fuit iustitia eorum indubitata; non enim video, quòd mutet consuetudinẽ id quod est vendere voluntariè, vel iure cogẽte, ad iudicem spectabit taxare pretium huius coactæ venditionis, habito respectu ad hoc quòd venditor tenetur soluere laudimium, ne is damnum iniustè patiatur. An autẽ ex necessaria venditione debeatur laudimium, & qualiter intelligatur, vide Thesaur. decisio. 139. Vincent. de Franc. decisio. 277. Ponte quæstio. laudemia. 27. numer. 7. Anell. de Amat. consil. 70. & Aymo. Crauet. consil. 215.

SVMMARIA.

1 *Tertius soluens dotem alieuius, an possit à patre repetere actione negotiorum gestorum. Actio negotiorum gestorum competit quando quis soluit id quod alius debet. Item quãdo pro honore litterarum soluit pro alio cambium. ibidem.*

2 *Actio negotiorum gestorum non habet locum in dote. vbi decisio.*
Ratio est, quia quando extraneus dotat, lex præsumit in eo animum donandi. ibidem.

3 *Extraneus dotans in quibus casibus videatur donare, & in quibus non, remissiuè.*

4 *Dominus non præsumitur donasse famulis dotem animo donandi, sed compensandi eum mercede debita. vbi decis.*

5 *Extraneus non repetit dotem soluto matrimonio, etiam si non sint filij, nisi adsit pactum.*

6 *Filia non prohibetur suo tempore petere ex bonis patris legitimam, ex quo fuerit iam dotata ab extraneo.*
Nec prohibetur petere legitimam in bonis matris, quando est à patre dotata. ibidem. vbi decis.

7 *Pater dotans præsumitur de bonis propriis filiam dotare.*

8 *Paternum officium est dotare filias.*

9 *Nemo præsumitur iactare suum.*

10 *Pater administrator bonorum filij, de bonis illius præsumitur soluere, si quid soluit pro eo.*

11 *Pater præsumitur etiam de suo feciſſe impensas dotis.*

12 *L. final. C. de dot. promiſſ. procedit etiam quãdo pater dicit quòd de suis, & de filiæ bonis eam dotat.*
Quia veniunt principaliter bona patris, & in subsidium bona filiæ, si illa non sufficiũt. ibidem. vbi decis.

13 *L. fin. C. de dot. promiſſ. respectu patris dotantis ex suis, & filiæ bonis, vt intret, sufficit quòd bona patris sufficiant ad dotem illius filiæ, non est necesse quòd pro omnibus.*

14 *Inopia quando fit mentio respectu certi, & determinati effectus, tunc ille dicitur pauper, qui non habet pro illo effectu.*

15 *Filia potest totam dotem in bonis patris petere, etiam si ille dixerit se dotare tam de bonis filiæ, quàm de propriis, etiam si bona nõ sufficiant pro alijs filijs.*

16 *Dos immodica non dicitur, quæ legitimam excedit, sed quæ facit ne cæteris filijs legitima salua esse possit.*

17 *Pater potest dare maiorem dotem vni filiæ quã alteri.*

18 *Dotes ex diuersitate locorum diuersimodè possunt filiabus constitui. vbi decis.*

19 *Legitima debetur filijs integrè, quamuis pater antea magnas donationes feciſſet alicui eorum, ac si illa facta non essent. vbi decisio noſtri Senatus.*

20 *Donatio etiam potest dici inofficiosa, & in fraudem, quamuis non fiat de omnibus omninò bonis, sed de maiori parte.*

21 *Reuocatio donationis inofficiosæ an possit fieri in vita mariti, cui dos data fuit.*
Opinio negans. ibid. vbi decis. Senat. Neapol. & infrà alia decis.

22 *Maritus in dote habet titulum oneroſum, & de eo recipiẽte dotem iudicatur eo modo, quo de creditore recipiente suum creditum à suo debitore.*

23 *Creditorum ius fortius est iure filiorum.*

24 *Thomas Grammaticus quinquies admonet, vt circa rem hanc diligentius cogitemus.*
Reuocatio dotationis inofficiosæ, secundùm plures, potest fieri in vita mariti. ibidem. vbi decis.

25 *Interpretatio l. si fraudator, §. si à socero, ff. de bis quæ in fraud. creditor.*

26 *Dos non dicitur habere causam oneroſam in eo quod excedit legitimam.*

27 *Patris donatio an solum intelligatur facta de bonis propriis, quamuis dictum sit quòd tam de propriis, quàm de maternis faciebat eam.*

Renuntiatio filiæ bonis paternis, & maternis, an & quando operetur in vtrisq. ibid.

28 *Dispositio l. fin. C. de dot. promiss. non intrat quando pater clarè dicit se non solum dotare de propriis, sed etiam de filiæ bonis.*

29 *Sed si decepta filia remanet, subuenitur ei.*

30 *Dispositio l. fin. C. de dot. promiss. non procedit vbi dotatio fit à matre, vel a quocunque extraneo.*

31 *Mater præsumitur dotare de proprio, quamuis aliqua bona filiæ sint penes eam, si illa ad dotem non sufficiunt.*

32 *Mater censetur dotasse tam de paternis penès eam existentibus, quàm de suis, quando id dicit, & non intrat tunc dispositio l. fin. C. de dot. promiss.*

33 *Obligatio paterna circa dotationem filiarum est causa præsumptionis l. fin. C. de dot. promissio.*

34 *Erater dotans de bonis tam paternis, quàm maternis, censetur de vtrisque æqualiter dotasse.*

35 *Pater semper præsumitur dotare, & legare filiæ in causam dotis. & num. seq. vbi decis. nostri Senatus.*

36 *Intelligitur quando filia est in ætate nubili.*

37 *Filia vti dotata excluditur a successione in vim statutorum, etiam si in donatione, seu legato sibi factis non dicatur, quòd causa dotis sint facta.*

38 *Pater inops, & pauper non tenetur dotare filiam.*

39 *Pater quando dicatur inops, & pauper, vt à dotatione filiæ excusetur.*

40 *Pater, qui non habet nisi vsumfructum in bonis filiæ, non alia bona, si filia non reperit maritum cum sola proprietate bonorum, an compellatur dotare eam de vsufructu.*

GLOSSA I. PARS III.

In qua prosequitur eadem materia obligationis paternæ circa dotationem filiarum, & de interpretatione l. fin. C. de dot. promiss.

1 RElinquamus † hic materiã authent. res quæ, donec illã reassumamus in materia restitutionis dotis, quam, Deo concedente, in infectoribus trademus, & reuertamur ad materiam paternæ obligationis dotandi filias, quam prosequimur, & ab ea nos expediamus, quærentes (circa quod vidi non semel disceptatum, in casu quo consanguineus diues dotem dederat pro filia consanguinei, prout sæpè cõtingit in personis Ecclesiasticis magnorum redditurum, & alijs, qui propter aliquas dissensiones postea inter eos ortas, volunt à suo consanguineo id quod pro dote illius filiæ dederunt, recuperare) nunquid si tertius filiam alicuius dotauerit, habeat aduersus patrem, cui id onus incumbebat, actionem negotiorum gestorum, quæ locum habet quoties quis alterius negotia gerit, id est, facit quod alius facere tenebatur, l. 2. & 3. & toto tit. de negot. gestis, quod quando fiat, & qualiter contingat, declarat non pœnitenter nõlter Anton. Oliba de action. tomo 1. ad §. actionum autem, num. 26. in prima relectione, & in terminis, quòd quando quis adimplet obligationem alterius, veluti quando soluit quod alius verè debebat, habeat actionem negotiorum gestorum contrà illum, pro quo soluit, & obligationem adimpleuit, probat l. soluendo, de negot. gestis, & l. cum pecuniam, eodem titu. & in pulchro casu, quando quis pro honore litterarum soluit pro alio quantitatem in litteris cambij alteri directis contentam, tradit Rot. Genuæ decis. 197. per tot.

2 Respondemus, † in dote non habere locum actionem negotiorum gestorum in fauorem extranei dotantis, ad repetendũ id, quod pro dote alicuius mulieris soluit. Ratio est in promptu, quia in dotando non admittit lex illam præsumptionem gestionis pro vtilitate, & debito alterius, sed magis amplectitur aliam præsumptionem voluntatis donandi, vt in l. vni. §. accedit, C. de rei vxor. action. per quam excluditur ius repetendi, l. 1. cum materia, ff. de condict. indeb. sic pulchrè Aluar. Velasc. consulta. 127. num. 11. & 12. addens non esse ferendam restrictionem, quam ad d. §. accedit, tradunt Pan. de Castr. in consil. 96. ad fin. lib. 2. Corne. in cons. 124. num. 6. lib. 1. Carol. Ruin. in cons. 171. nu. 5. lib. 1. & Pala. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor, §. 66. incip. Illud autẽ, num. 12. quod non procedat quando mulier sic dotata habet patrem obligatum dotare, quia Iurisconsultus in d. §. accedit, non distinguit, an mulier habeat, vel non habeat patrem quando eã extraneus dotat, vt præsumatur donatio, vndè sequitur, quòd nec nos distinguere debemus, sequitur Pet. Barbosa optimè comprobans in l. 1. par. 4. nu. 104. ff. solu. matrimo. vbi & alios etiam teprobat, qui idem quod Castren. & sequaces tenere voluerunt, & signanter Menoch. de arbitrar. iudicum casu 88. num. 44. Gregor. Lopez l. 30. tit. 11. partita 4. glos. *Otro*, & Alciat. respons. 153. n. 3. quæ itidem opinio † videtur *placuisse* Rotæ Bononien. vti habetur per Cæs. Barz. decis. 102. nu. 16. vbi signanter

nantet appellatur communis. Qua de tꝫ, in
3 quibus † ſcilicet caſibus ſit verum,& in quibus non,quòd extraneus,vel alius dotãs cen ſearur donare , nec poſsit repetere , ſi plura ſcire volueris,vide Menoc.in d.caſu 88.à n. 36.Hondede.in conſ.91.à nu.79.vol.1.Barboſ.in loco ſuprà citato, & antea ibidem n. 58.& Ioſeph.Maſcard.latè de hoc agentem in tracta.de proba.concln.554.nu.77.& extenſiùs concluſ.571.per tot. Cardi.Mantica de tacit.& ambi.conuen.lib.12.tit.11.num. 18. in quibus locis reliquos habebis, qui de hoc egerunt cum diligentia : notabilis,ſicut ſæpé in praxi contingibilis eſt reſolutio,quã refert Georgius de Cabedo deciſ.Portuga.
4 117. Quòd ſi † dominus donet famulo, vel famulæ dotem, non præſumitur animus donãdi, ſed immò compenſandi cum mercede
† debita,ſicq.dicit ibi *deciſum* de anno 1562.
5 nec diſſoluto † poſteà matrimonio habet is extraneus dotans aliquam actionem repetẽ di dotem quam donauit,quamuis nõ remaneant liberi,ſi non interuenit pactum,immò mulieri, & eius hæredibus acquiritur actio , vt probatur in d.§.accedit,& concordãt oẽs quotquot ſuprà relati ſunt , differentiam in hoc ponentes inter patrem,& extraneũ dotantem . In Regno Caſtellæ id cauetur lege expreſſa , quæ eſt 30. titu. 11. par.4. & ibi Greg.Lopez glo.6.

6 Sed aduerte,† quòd nõ per hoc quòd fuerit ab extraneo dotata, prohibetur filia petere ſuo tempore legitimã in bonis patris , de quibus dotata nõ fuit, de quo eſt pulchra deciſ.Vincen.de Franch.119.per tot. ſicuti nec prohiberur etiam petere poſteà legitimã in bonis matris, quando à parte fuit cõpetenter dotata , prout probat Viui. plena
† deciſ.187.per tot.vbi nu.9.dicit ſic *declaratum* in Audientia Batenſi de anno 1589. & ibidem reſpondet argumentis , quæ fieri in contrarium poſſent.

7 Ex hac obligatione , † qua pater tenetur filias dotare,oritur,& dimanat, ꝙ ſi ipſe eas dorauerit,præſumitur eas de proprijs bonis dotaſſe,licèt haberet bona filiarum,quæ adminiſtratet,ex celebri diſpoſitione l.fi.C.de dor.promiſſ.quam dicit Barboſ.in citat.l.1. par.4.à nu.142.vetſ.His aptè,non eſſe obtuſam,& poerico ingenio conuenientem,vt dixerat ſatis temerariè Hotomanus ibi allegatus,ſed immò ſingularem,&multùm iuſtam,
8 cuius † ea traditur communiter à Doctorib. ratio,quòd paternum ſit officium dotare filiã,vt latè ſuperiùs probauimus,& propterea pater dotando, dicitur voluiſſe ſuo muneri, & debito ſatisfacere , de qua re latè per Menoch.præſump.15.nu.6.lib.3.qui multos pro ea allegat, & ab impugnatione Alciati, qui aliam tradiderat,defendit, Pet.Gregor. in ſyntagm.iur.vniuerſ. par.2.lib.9.cap.18. num.5.qui pro concordanti allegar l.profectitia,de iur.dot.don Garcias Mettril.deciſ. 186.in princ. Ioan.Per.Surd.in conſ.192.n. 29.vol.2. Illuſtriſsimus Cardinalis Mantica abundè de tacitis,& ambig.conuen. lib.12. tit.19.in princ. & per totum illum titulum, qui totus conſumitur in explicatione alleg. l.fin.C.de dor.promiſſ.& latè etiam per Pettum Barboſ.in repetitio.dictæ l.1. part.4. num.143. in vetſ.Verior igitur,ff.ſolut.matrimo.Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.5.tit.5.de dotis promiſſ.defin.10. Et miror,quòd quis vnquam de huiuſmodi decidẽdi ratione illius diſpoſitionis dubitauerit, cùm eam expreſsè Impetator poſuerit in dicta l. finali ; reddens enim rationem diſpoſitionis in verſic.Neque,cum illa cauſali,enim, dicit : *Neque enim leges incognitæ ſunt, quibus cautum eſt omninò paternum eſſe officium dotem, vel ante nuptias donationem pro ſua dare progenie*.
9 Nec faceſsit † negotium , quòd nemo præſumitur iactare ſuum, ex l.cum de indebito,de probation.& ꝙ præſumatur † pater
10 adminiſtrator bonorum filij , ſi quid pro filio expendit, vel ſoluit, de bonis illius ſoluiſſe,non de proprijs,iuxtà l.fina.ff.de petitio.hætedi. quia iſtud eſt priuilegium dotis, ex eo quòd ad illam filiæ conſtituendam pater neceſsitate tenetur,quod non eſt in contrario formato,vt dicit expreſsè Maſcardus, qui contrarium prędictum adducit, in tract. de probat.concl.1150.ſtatim in princ. Scobar de ratioci.cap.22.n.35.Anto.Gom.in l. 29.Tau.n.16.

11 Id ꝙ † procedit nedũ reſpectu ipſius dotis promiſſæ,ſed etiam reſpectu impenſarũ, quas pater tẽpore nuptiarum fecit pro filia, quia ex cùm ſint acceſſotię ad matrimoniũ, eius proculdubio debent ſequi naturam,vti ex multis ſuperiùs ad interpretationẽ authẽ. res quæ,nn.83.& 84.docuimus, & in his noſtris terminis probat Barboſ.allega.

12 Huius l.diſpoſitio † procedit nedũ quando ſimpliciter patet promiſit filiæ dotẽ,ſed etiam & quando expreſsim de bonis ſuis,& filiæ , quia ſemper huiuſmodi promiſsio fauore dotis ita accipitur, vt principaliter veniant in promiſſione bona patris,& bona filiæ in ſubſidium,ſi illa non ſufficerent.vr nõ obſcurè idem tex.probat,& tenet expreſſim Laſ.in cõſ.133.n.11.vol.4. Ioſ.Ludo.deciſ.Peruſina 21. à num.16. qui licèt dicat hanc eſſe difficilem ſatis , & intricatam quæſtionem , eſt tamen communis opinio quæ hic ſcribitur,eam ibi materiam proſequitur per pluſquã 12.numeros ſequentes,don Garcias Mettril.deciſ.186.nu.1.cùm ſeq.vbi bona *deciſio*
† ad pro-

ad propoſitum quæcunque ferè à nobis dicta circa materiam hanc in ſeq. fuere cõprehenſa, quæ amplexa video per egregium illum Sena. Sicil. Surd. in alle. conſ. 192. n. 29. Mantica de taci. & ambi. conuen. lib. 12. tit. 19. n. 18. In. Bapt. Coſta, qui plures refert, in tract. de portio. rata, qn. 62. nn. 2. ac explicat latè Barboſ. dicta par. 4. l. 1. ff. ſolu. matrim. nu. 253. verſ. Succedit igitur, vbi poſt reprobatas aliquas rationes, quæ huius reſolutionis adducuntur à Doctoribus, dicit num. 59. verſ. Et ideò, verius eſſe, quòd ratio huius dicti ſit eadem cum ratione primi, quòd ſcilicet fiat hæc interpretatio ex eo quòd paterno officio incumbat dotare filias, & propterea cenſeatur pater ſemper de ſuo dotaſſe, quamuis bona filiorum adiecerit, illa enim obligatio efficit, quòd prius cenſeatur de proprijs bonis facta dotatio, Maſcar. alleg. concl. 1150. nu. 5. Menoc. rela. præſump. 15. nu. 23. lib. 3. Baeça de non melio. dot. ratio. filia. c. 11. nu. 134. Afflic. deciſ. 179. ſtatim in init. & ibi etiam Vrſil. nn. 1. communem dicit Ioſeph. Ludoui. deciſ. 21. nu. 16. in 1. par. benè Mari. Antoni. var. reſol. lib. 2. reſol. 60. caſ. 1. in princ.

13 Sed † in caſu occurrenti dubitari meritò poteſt quomodo cõſideretur huiuſmodi bonorum patris ſufficientia, vel inſufficientia, an ſufficiat quòd illa ſufficiant ad dotationẽ illius filiæ, quæ ſic, vt dictum eſt, dotata extitit tam de bonis patris, quàm de bonis ipſius, an verò ſit neceſſe quòd ſufficiant etiam ad dotandas alias filias; quæ ſuperſint, vt ſic locus legis diſpoſitioni, quòd cenſeatur dotatio facta de bonis patris tãtùm, qua de re totam reperio compactam Affli. deciſ. 179. qui dicit ſe neminem reperiſſe, qui huiuſmodi dubium ſic in ſpecie tetigiſſet, refert tamen quòd per omnes Doctores de Cõcilio † fuit *votatum* nõ eſſe reſpiciendam patris inopiam reſpectu aliarum filiarum dotandarũ, ſed immò reſpectu illius, quæ tũc dotata fuit modo qua ſuprà, ſequitur Maſcar. d. conclu. 1150. nn. 12. Barboſ. vbi ſup. nn. 162. cir. fin. quicquid, inquit, leui fundamento contradicat Baeça alleg. c. 111. nu. 159. pro Afflic, eſt Maſcar. d. concl. 1150. n. 12. Cæſ. Batz. deci. 29. nu. 44. & Menoc. alleg. præſum. 15. n. 18.

14 lib. 3. Rationem † dicit, inter alias, Afflic. n. 3. eſſe, quia cum de inopia reſpectu certi, & determinati effectus, putà reſpectu certi debiti ſoluendi, fit mentio, tũc ille dicitur pauper, cùm vires non ſufficiunt ad ſoluendum illud debitum, vt in authent. de fideiuſſorib. §. ſed neq. col. 1. ſequuntur Maſcard. d. concl. 1150. nu. 12. & Barboſ. n. 161. cumque in noſtro caſu inopia conſideretur reſpectu certi debiti ſoluendi, dotis nempè, inde fit quod conſiderari tantũ debeat reſpectu illius debiti ſatisfaciendi, non alias.

15 Ex † his (ad praxim rem pro more applicando) ſequitur, quòd tametſi pater dotationem filiæ tam de bonis proprijs, quàm etiã de bonis filiæ, vel maternis fecerit, poterit filia totam dotem in bonis patris petere, ſi illa, vt dictum eſt, ſufficiunt ad illam dotem, quãuis ad alias poſtea pro alijs filiabus fiendas non apparerent ſufficientia, abſque eo q̃ obligari valeat ad contribuendum in aliquo de ſuis, quæ à patre poſſidentur; verum eſt, quòd poſſent poſteà reliqui filij, mortuo patre, reuocare dotem, quatenus præiudicaret eorum legitimis, vt docet Caſtrenſ. in l. vni. nu. 5. C. de inoff. dot. pulchra eſt ad id deciſ.

† Afflic. 86. per tot. vbi dicit ſic *deciſum* in Sena. Neapolita. in facti contingentia, Inſeph. Ludou. deciſ. Peruſi. 21. n. 27. qui licèt dicat ſe vltra omnes, cùm à nemine tactum inueniſſet, ita tem intelligere, primus tamen nõ fuit, quia præcedebant eum qui ſuprà relati ſunt, apùd quos id tactum cum modica dili-

16 gentia reperire potuiſſet: declarat † optimè Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 3. tit. 19. de inoff. teſtam. defin. 20. cir. med. ex allega. l. vni. C. de inoffi. dot. dotem immodicam non dici, quæ quantumcũque legitimã excederet, ſed quæ facit ne cæteris libetis legitima ſalua eſſe poſſit, viden. Barboſ. in allega. l. 1. pat. 4. nn. 162. cir. fin. ff. ſolu. matrim. addens quod

17 interim valebit dotis datio: *Neque* † *enim* (inquit) *iure inuenitur prohibitum, quod pater non poſſit dare maiorem dotem vni filiæ, quàm alteri*, pro quo, vltra allega. ab hoc Doctore, vide Baeç. in tracta. de non melioran. dot. ratio. filia. c. 1. n. 25. & c. 11. n. 159. Fului. Pacia. conſ. 56. Mantica de tacit. & ambi. conue. lib. 12. tit. 19. n. 26. & probat l. Theopompus, de dot. prælegat. Et eſt ratio, quia dos deber conſtitui non ſolùm pro modo facultatum, ſed etiam pro dignitate viri, l. cum poſt, §. gener, ff. de iur. dotium, cum ſimil. Et

18 quia † ex diuerſitate locorum dotes pro filiabus variè poſſunt conſtitui, vt dicebat Decius in cõſ. 26. n. 4. ex quo, & alij, id refert Mantica vbi ſuprà, benè Peregri. qui ita di-

† cit ſe vidiſſe *deciſum* in conſil. 86. nu. 14. vol. 1. & rurſus in deciſ. Patauina 36. quæ tota eſt

† de hoc compacta, vbi etiam ita *declaratum* atteſtatur, cum diſtinctione tamen, ſi filia eſt iam nupta, & dotata, vel ſi non eſt talis, dicens, quòd primo caſu non auditur petens ſe æqualari cum alijs filiabus poſtea dotatis, ſecundo verò ſic, & nos infetiùs trademus, dum de congruitate dotis agemus.

19 Succeſsit † caſus & in noſtro Senatu ſuperegregio diſputandus, in quo cùm auus nepti ſuę ratione dotis dediſſet omnia bona

retenta

retenta minima quantitate ad teſtãdum, & poſtea obijſſet teſtatis alijs nepotib. nullo tamen filio, qui petebant legitimã in omnibus aui bonis ac ſi donatio facta non extitiſ
† ſet, fuit *declaratum* 4. Decẽ. 1604. referente egregio tunc Senatore, nunc Regiam Cancellariam Regente in ſupremo Regni Aragonum Concilio, don Saluatore Fontanet, in cauſa Bartholomei Reniu, cõtra pupillos Renius de Matarone, legitimam prædictam minui non potuiſſe per eam donationem, & dotarionem, & ſic ſoluendam fore teſtatis nepotibus, ac ſi donatio non fuiſſet facta. Actuar. eſt nunc Simon Font.

21 Nec hic caſus † eſt diuerſus ab eo, quẽ antea tractabamus, cũ in hoc verſemus in donatione facta de bonis omnibus, in quo minor, vel potiùs nulla proculdubio dubitatio admittitur, cũ de eo loqui videatur expreſſim tex. in alleg. l. vni. C. de inof. dot. & Pau. ibid. iam ſup. alleg. Sed in primo de ea, quæ facta fuit de magna, vel maioti parte, quia ſi legetis Affli. d. deciſ. 86. n. 1. videbis qualiter nullum inter hos duos caſus ſit diſcrimen, tum quia ſicut alienatio omnium bonorum fit in fraudem, ſic ea, quæ fit de maiori illorum parte, tum & etiam quia d. l. vni. non ſolùm loquitur quando ſunt data omnia bona, ſed etiam & quãdo maior illorum pars.

22 Sed dubium eſt, † an iſta reuocatio poſſit fieri contra maritum, cui tradita fuit dos, conſtante inter ipſum & mulierem donatatiam matrimonio, an verò debeat expectari q̃ ſit ſolutum matrimonium. Super hoc nihil Senatus noſter declarauit in cauſa ſuperiùs relata, quia è viuis deceſſerant iam cõiuges illi, quorum matrimonij fauore facta extiterat donatio, de qua ibi: ſed tamẽ Affli. in deciſ. 86. n. 2. hanc in terminis tractat quæſtionem, & poſtquam Pauli opinionem retulit in alleg. l. vni. C. de inof. dot. ad fi. tenẽtis poſſe fieri reuocationem cõſtante matrimo-
† nio, dicit fuiſſe in illa facti contingentia *concluſum* per omnes, quòd licèt opinio Pau. ſit æqua, contrarium tamen erat tenendum, ex diſpoſitione tex. in l. ſi fraudator, §. ſi à focero, ff. de his quæ in frau. cred. vbi † probatur
22 titulum oneroſum eſſe dotem reſpectu mariti, & ideò non eſſe contra eum dãdam reuocatoriam actionem. *Non magis* (inquit tex.) *quàm in creditore, qui à debitore quod ei deberet, accepit, cùm is indotatam uxorem ducturus non fuerit*. Er ſi (& hæc eſt ratio Andre. Angulo de meliora. l. 7. gloſ. 2. num. 9. qui ioclinat in rãdem opinionem) in d. §. ſi à focero, ius creditorum,
23 † quod neminem latet eſſe fortius iure filiorũ in bonis patris, cùm legitima nõ debeatur niſi deductis debitis, non reuocat dotem, vt ibi habetur, (de quo articulo, queſo, videas Borgni. Cauale. deciſ. 29. à n. 35. in 3. p.) multò minùs reuocabunt eandem filij, quia ſi vinco vincentẽ te, à fortiori vincam te, &c. Idem per eaſdem tõnes,
† tacito tamen Affli. nomine, dicit *deciſum* in alia facti contingentia in eodẽ Senatu Tho. Gramma. deciſ. 90. num. 3. Hanc opinionem referens Ioa. Matien. in l. 1. tit. 2. glo. 4. n. 3. dicit communem, & multos pro ea tenentes adducit, alios videbis apud Barboſ. vbi inferiùs allegabitur, ac alios apud Io. Bap. Lup. in tracta. de illegit. & natural. commenta. 2. §. 1. n. 47. In eandem videtur inclinari Alex. Trentacin. lib. 3. var. reſol. de iur. dot. reſol. 3. num. 2. & 3. viden. Io. Gratian, qui longam de hoc remiſſionem facit, reg. 310. nu. 5.

24 Cæterùm † quia Tho. Gramm. in allega. deciſio. 90. hanc eandem rem tractans, quinquies in cita. nu. 3. admonuit nos, quòd circa hoc ampliùs cogitaremus; ideò volui vlterius articulum examinare, & breuibus vtendo, poſt aliquod adhibitum examen, quod colligete, ex multa librorũ reuolutione, potui, eſt contrariam opinionem, quam diximus fuiſſe Pau. Caſtren. eſſe vetiorem, & ſecuriorem, quòd nempè filij pro reuocatione facienda non teneãtur, præter patris mortem, eo enim viuo peti legitima non poteſt, aliud expectare, quam opinionem poſt multos, eosque graues Doctores antiquos relatos, repetio tenuiſſe, & tenere magnę auctoritatis viros, Gom. Arias in l. 27. Tau. nu. 11. qui pluribus ad id confirmandum vtitur rationibus, Gaſp. Baeç. in tract. de non melio. dot. ratio. filia. c. 52. n. 3. latè eandem opinionem probat Io. Matien. in l. 3. gloſ. 6. tit. 8. à nu. 3. lib. 5. nouæ recopilat. vbi de communi opinione atteſtatur, & quoſdam refert, qui contrariam opinionem erroris portentum appellant, ibi etiam is Doctor de communi opinione atteſtatur, Cæſ. Vrſil. in addi. ad alega. deciſ. Affli. 86. nu. 1. dicens ſibi homũcio ſemper contraria opinio fuit viſa dura ſatis, & per eam dari materiam filium primari ſua legitima tempore labente, ſaltem ſine culpa ſua, & ſine cauſa, q̃ eſſe nõ debet, & hoc eſſet ponere grauamen in legitima, quod non permittitur, iux. l. quoniã in ptioribus, C. de inoff. teſtam. Alia in idem adducit ibi videnda Dida. in epito. ad 4. Decret. de ſponſal. & matrimo. 2. p. cap. 8. §. 6. n. 12. Anto. Gom. in l. 29. Tau. nu. 34. Ioa. Gurier. in pract. lib. 3. q. 41. num. 14. & Pet. Barboſ. qui omnium latiſſimè articulum diſputat, in 1. pat. l. 2. in princ. à nu. 171. circa fin. ff. ſolu. matrimo. vide, vltrà ſupradictos, Io. Graciã, qui plures alios pro vtraque opinione DD. cumulauit, in reg. 310. incipien. Matrimonio conſtante, num. 6. veſic. Quarto ampliatur,

& Andr.Molfes.qui nouiſſimè eandem quę-ſtionem ſcripſit,multisque de ea egit in cõmentat.ad conſuetud.Nespo. par.4.de ſucceſſ.ab inteſta. quæſt.26.num.8.& 9. qui tamen poſtea le inuoluit num.21. vbi videtur ſibi contrarius.

Nec deſunt Senatuum auctoritates pro hac opinione,refert enim Io.Lup.Pala.rub. qui hanc opinionem tenet in repeti.cap.per vestras,notab.3.§.12.n.10.fol.mihi 153.pto. ea fuiſſe in Pinciano Prætorio,ar tequam lex regia Caſtellæ cõderetur,quã oẽs Caſtellani † Doctores ſuprà adducti referunt, *iudicatũ*, & cùm multo poſt annos Afflicti idem caſus ſucceſſiſſet diſpurandus in eodem Neapolitano Senatu, de tempore Vincen.de Fraoc. vt ipſe refert in ſua deciſ.104. dicit pro opi † nione Pau.contra Afflict.fuiſſe *declaratum*, vbi refert de Antonio de Alexandro, quem dicit interfuiſſe illi deciſioni, quæ de tempore Afflicti facta fuit, quòd fuerit contrarij voti.

25 Difficultas † eſt reſpondere ad allegat.§. ſi à ſocero, cui inniſuntur deciſiones Afflict. & Gramm.contrariæ,verùm quia vix reperitur vllus ex allega. pro hac opinione, qui ei ſatisfacere non conetur, & multum in hoc laboris ſignanter conſumpſerit Barboſ. loco iam citato, vbi ſingulariter aliorum ſolutiones adducit, & refellit, & ſuam aperit, quæ ibi legi nullo negotio poterunt, & alia apud Hieronymum de Ceuallos in practi. commun.contra commun.quæſt.73. per to. ideò ſola contentus remiſſione ad Doctores prædictos, & ad ea, quæ circa eiuſdem tex.intelligentiam inferiùs traduntur à nobis, vbi de **dotis congruitate, & incongruitate** reſpectu dotantis creditorum agimus, quo loci quæ hic deſunt de hac materia latè proſequimur, ſubſilo.

Rationes, quamobrem durante etiam matrimonio poſſint filij dotem inofficioſam reuocare, non exquiras alias, quàm quæ ex ſuprà à nobis traditis, dum allegaremus Doctores, qui eam tenent, colliguntur: eæ enim ſufficientiſsimæ ſunt ad propoſitum,ni ſi velis addere diſpoſitionem allegat.l.vni. C.de inoffic.dor. quæ generalis cùm ſit, vti Pau.ibi not. num.5. eam reſtrictionem non 26 patitur. Iunge † his quæ nos cum aliqua diligentia retulimus in primo tom.huius operis clauſu.4.gloſſ.28. à nu.9. in illa quæſtione, num dos data vltra modum permiſſum reuocetur conſtante matrimonio, vbi videbis qualiter dos nõ dicatur habere cauſam oneroſam in eo quod excedit legitimũ mo-† dum, ſed immo lucratiuã, & *deciſionem* noſtri Senatus ibidem reperies ſatis ad propoſitũ factã. Adde eis Ludo.Moro.reſp.43.n. 13.De his inoffic.dot. plura infrà habebis, vbi de congruitate dotis particulari gloſſa agemus.

27 Fallit † id quod eſt dictum, cenſeri patrem de bonis proprijs conſtituiſſe filiæ dotem, etiam ſi diceret,quòd tam de proprijs, quàm etiam de ipſius filiæ,vel maternis, eã conſtituebat, talirer quòd poſsit poſtea & dotem in bonis patris petere, & deindè propria bona, vel materna exigere. Fallit (inquam) niſi tempore donationis (quod ſemper fit) quando fit per patrem inſtrumentũ donationis ſic vt ſuprà dictum eſt, adeſſet conſenſus filiæ in prædictis, & vlteriùs renuntiatio in bonis maternis, tunc enim vti- 11
que ſibi præiudicaret filia ex illo conſenſu, & ceſſaret diſpoſitio dictæ l.fin. C. de dotis promiſſ.etiam ſi pater eſſet ſoluendo,ita in terminis probat Aymo.in conſil.84.num.4. & 9.Ioſeph.Ludoui.deciſio.Peruſi.21.num. 32.don Garcias Meſtril.deciſio.186.nu.12. Vrſil.ad Afflict.deciſio.178.num.13.& deciſio.179.num.3.vbi reprehendit Afflict.ex quo contrarium videtur tenuiſſe in allegata deciſio.178.num.12.in 9.dub.id quod certo modo Vrſil.ibidem declarat, Mar.Antoni.varia.reſolutio.lib.2.reſolutio.60. caſ.1. in fin.vide Anton.Sola in conſtitut.Sabaud. tit.de alienatione bonor.minor.mulier.& gloſſ.2.num.14. Ego autem, vt ſub breuitem perſtringam totam, dico quòd huiuſmodi conſenſus filiæ, & renuntiatio valent, niſi reſulter ex eis enormiſsima læſio,quę locum faciat rectiſioni vel vigore l 2.C.de reſcinden.venditio.ſi maior eſt, vel etiam beneficio reſtitutionis in integrum, ſi minor, cum eo quod recipitur, cuiuſque ratione fit renuntiatio, quod quia pertinet ad materiã renuntiationis, de qua fuſiſsimè ſperamus, Deo concedente, nos acturos ſuo loco,ideò hic omittitur,interim videas,ſi libet,quę ſatis ad propoſitum tradit noſter Cancer var. reſolu.lib.3.cap.21.de tranſmiſsio.à num. 226.ad num.242. incluſiuè,vbi noſtri Sena-† tus ſatis accommodata *deciſio* adfertur, & Ioſeph.Ludou.allegata deciſio.21.num.36. verſi.Reſtat, Meſtril.allegata deciſio.186. nume.17. Sed nihil reſolues donec videris quæ de hac re dicimus in clauſula renuntiationis inſtà, ex quibus ad perfectam huius rei cognitionem deuenies, aliàs poſſes faciliter circa rem hanc decipi.

28 Non † procederet diſpoſitio prædictæ l. fina.vbi pater clarè, & apertè demonſtraſſet velle nedum de proprijs bonis, ſed etiam de bonis filiæ dotem conſtituere, tũc enim, cùm in claris nõ ſit locus coniecturis,& præſumptionibus,fundatur autem tota diſpoſitio prædictæ l.fina.in præſumptionib. & expreſſum

præſſum faciat ceſſare tacitum, indè fit, quòd non ſtemus dictæ legis diſpoſitioni, latè Ioſeph. Ludoui. deciſio. Peruſi. 21. à nume. 27. cum multis ſequentib. Meſtril. allega. deciſ. 186. à num. 7. Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. conuentio. lib. 12. tit. 19. à nu. 22. Declaratur hic punctus latiſſimè à Menoch. allegata præſumpti. 15. num. 24. lib. 3. vbi per diſcurſum adducit exẽpla, & ibi ſignanter illud ponitur, q̃ eſt multum apud nos vſufrequens, & ideò attendẽdum, quando dicit pater ſe promittere, ſeu conſtituere certam ſummam, computato in ea omni, & toto eo, quod ipſi filiæ debetur tã de bonis maternis, quàm paternis. Cæterũ

29 ſi id † fiat, prout ſæpiſſimè fit, & decepta remaneat filia, vel quia totum illud, quod ſibi datur, debǽtur eidem pro iuribus maternis, vel etiam maior pars, recurrat ad noſtram inferiùs habitam tractationem de renuntiationibus, & remedijs aduerſus eas, & ibi inueniet qualiter debeat ſibi in hoc conſulere, idem Menoch. in conſil. 370. à n. 9. volum. 4. plures alios in eandem rem adducit Barboſ. qui eos ſequitur, allegat. par. 4. l. 1. num. 146. verſ. Quam primam, & 157. verſicul. Limita ſecundo, ff. ſolut. matrimon. Maſcard. de probatio. allega. conclu. 1150. num. 18.

30 Non procederet † finaliter, vbi donatio fieret à matre, vel à quocunque extraneo, qui non teneretur ad dotandum, tunc enim promittendo dotem, videretur illam de bonis mulieris, ſi quæ apud ipſos exiſtant, promittere, Anto. Gomez in l. 50. Tauri nu. 23.

† ita fuit *tentum* per Rot. Roman. apud Pute.

† deciſio. 182. part. 1 cuius deciſionem *approbauit* Senatus Sicil. apud don Garciam Meſtril. deciſion. 74. num. 6. Verum eſt, quòd ſi nulla filiæ bona apud matrem exiſterent, tunc dotandi animo de proprijs promiſiſſe exiſtimaretur, & procederet in ea diſpoſitio ſæpè in ſuperioribus allega. l. vni. §. accedit, C. de rei vxo. actio. quod, quia latè Barboſ. explicat vbi proximè nu. 148. conſultò vlteriùs examinare omitto.

31 Et † non ſolùm quando nihil de bonis filiæ eſt penès matrem dotantem, præſumitur de proprijs eam dotaſſe, vt dictum eſt, ſed etiam quando aliquid apud eam eſt, non tamen ſufficiens ad id, quod pro dote eſt ſibi promiſſum, tunc mater tenetur de ſuo in eo, quod exceſſit modum, id eſt in eo, quod promiſit vltrà quod erat in bonis ipſius filiæ, etiam ſi adminiſtratorio illius nomine ſe facere dotationem dixerit, l. cum poſt, §. 1. ff. de adminiſtratio. tuto. Bald. Nouell. de dote in 6. par. in priuileg. 88. Sylua. in conſil. 70. num. 9. vol. 2. Gom. vbi ſup. num. 24. quæ ſunt notanda propter dotationes, quas matres facere ſolent mortuis viris, de bonis eorum, quandoq̃ue plus dantes, quàm in illis bonis competant filiabus.

32 Retento † autem primo themate, quando bona filiæ, putà paterna, eſſent penès matrem, & ipſa dotem conſtitueret tam de proprijs bonis, quàm etiam de paternis, ſeu pro bonis maternis, paternisq̃ue, vel pro iuribus omnibus, quæ filia ſuper bonis paternis, & maternis habere poſſit, prout ſæpiſſimè contingit in hac Prouintia, quando poſt mortem patris matres, quæ tenent, & poſſident, in vim iurium municipalium, bona maritorum pro ſuis dotibus, filias communes matrimonio collocãt, tali caſu de vtriſque veniret ſoluenda dos, & promiſſio de vtriſque cenſeretur facta, nec haberet locũ

† d. l. fin. diſpoſitio; ſic *determinatum* in facti contingentia fuiſſe in Senatu Sebuſia. docet Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 6. cod. tit. de dot. promiſſ. defini. 10. Ratio eſt euidẽs,

33 quia † illud, quod eſt cauſa præſumptionis d. l. fin. obligatio paterna dotandi filiam, nõ militat æquè in matre, Barboſ. vbi ſup. num. 157. Illuſtriſſimus Cardinal. Mantica de tacit. & ambiguis conuention. lib. 12. tit. 19. num. 39.

34 Idem eſſet in patre, in caſibus, in quibus filiam dotare de iure non teneretur, à ceſſante ratione; ſi enim obligatio paterna eſt (vt diximus) cauſa inducẽdæ præſumptionis d. l. vbi talis obligatio non erit, neque etiam aderit præſumptio, ita in terminis docet Scobar de ratioc. cap. 22. num. 36. Coſta de portio. rat. quæſtio. 62. à num. 4. Idem ex eiſdem rationibus erit, quando frater dicit ſe dotaſſe ſororem tam de bonis paternis, quàm maternis, tunc dimidiũ cenſetur promiſſum de paternis, & dimidium de maternis, prout *reſoluit* Rot. Roma. deciſio. 590.

† in penult. vol. recollect. per Farinac. & ibi etiam dicitur in fratre dotante in maiori quantitate, quàm de iure tenebatur dotare, non intrare d. l. fina. diſpoſitionem, eadem Rot. Roma. ibi. deciſ. 651.

35 Ex eadem radice † procedit, quòd quia pater tenetur filias dotare, ideò omnia legata, & omnes donationes, quæ ab eo in filias fiunt, licèt expreſsè non dicatur, præſumuntur in cauſam dotis, & pro dote, ac animo dotandi facta, l. quod autem, vbi gloſſ. Bar. & Bald. ff. de iur. dotium, l. ſi ego, l. tale, l. promittendo, eod. tit. benè Hieronym. à Lauren. deciſio. Auenionen. 56. num. 23. Peregri. conſil. 27. num. 2. vol. 5. viden. Menoc. in tract. de præſumption. lib. 4. præſumptio. 109. num. 24. cum aliquib. numeris antecedentib. & alijs ſubſequentibus. Quod intelli-

36 telligitur † verum, & procedere quando filia eſt in ætate nubili, prout ex Alexand. & alijs docet vbi ſuprà Laurent. Quod eſt ad-
37 cò † verum, vt dicat don Garcias Meſtrill. deciſio. Sicil. 200. num. 11. filiam cenſeti dotatam ad effectum ſtatutorũ de dotatio. loquentium, quando eſt ei aliquid in teſtamẽto relictum, licèt non ſit dictum pro dote, quia iam præſumitur.

Sic Senatus noſter ſuperegregiis expreſ-
† ſiſſimis verbis *declarauit* in cauſa Gaſparis Grau contra Antoniam Planes & Meca, cuius non ſemel in 1. tom. ad alia meminimus, & ſignanter clauſ. 4. gloſ. 28. ſub die 5. Martij 1604. referente egregio olim Senatore & nunc in ſupremo Regni Aragonum Concilio Regente, dõ Saluatore Fotaner, in donatione filiæ facta in capitulis matrimonialibus, ſicut hic, ſine expreſſione quòd fieret in dotem, & cauſa dotis, deducens id, ſicut nos fecimus, ac ſicut Lauren. vbi ſuprà facit, ex obligatione paterna circa dotationem filiarum militante, ac propterea ei tribuens priuilegia, quæ eidem competiuiſſent, ſi expreſſim in cauſam dotis fuiſſet donatio facta. Actuarius nunc eſt Sebaſtianus Vilella.
38 Limiratut † generaliter (vt iam huic obligationi paternæ, quæ circa filias dotandas verſatur, imponamus finem) vt non procedat quando pater eſt inops, tunc enim ad filiam dotandam nullatenùs tenetur. Hæc limitatio, præterquàm quòd ſatis apertè colligitur ex ſuptadictis, & alijs materijs hucuſque tractatis de dote, probatur per Andr. Gail. obſeruatio. 95. num. 2. lib. 2. Baeça de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 16. num.
39 6. viden. Barboſ. qui † qualiter, & quando inops in hac materia dicatur pater, declarat in ſæpè allega. l. r. par. 4. à num. 160. in verſ. Vnde infertur, cum nu. ſequen. Circa quod certam non poſſe dari regulam, nec conſtitui, certiſſimi iuris eſt, immò id totũ diiudicare, quando quis dicatur, & dici debeat pauper, & inops, vel diues ad quemcunque effectum, in prudentis iudicis arbitrio poſitum eſt, vt probat Menoch. de arbitra. iudic. lib. 2. centu. 1. caſu 65. per totum, & habetur paſſim apud omnes, & ex à nobis in ſuperioribus traditis non obſcurè deprehẽditur.
40 Veruntamen † ſi pater, ſic vt dictum eſt, inops in proprietate bonorum, habuerit vſumfructum in bonis aduentitijs filiæ dotãdæ, quæ non reperiat qui eam ducere velit cum ſola proprietate bonorum, cùm ex proprietate non poſſint onera matrimonij ſupportari, dubium eſt, nunquid teneatur ex huiuſmodi vſufructu filiam dotare. Dic reſolutiuè, quòd ſic (dempto eo, quo opus pater habebit pro ſuis alimentis) ſaltem vſque ad quantitatem, quam expenſurus erat pater pro filiæ alimentis in ſua ipſius domo, ita Andr. de Iſern. ſuper 3. conſtitu. Neapol. tit. de adiutorio exigendo pro fratris milit. num. 11. fol. mihi 116. quem ſequitur Nico. Boet. deciſio. 7. num. 9. vidend. Mandell. de Alba in conſil. 274. num. 6. qui ex Bald. in l. fin. C. de dot. promiſ. dicit, quòd ſi pater nõ habet tot de proprijs bonis, quæ ſufficerent ſibi pro competenti dote pro ipſa filia, cogeretur de præſenti dare tot de bonis maternis abſolutè, id eſt abſque detractione vſusfructus. Et cum his finitur tractatio obligationis paternæ circa dotationem filiarum.

SVMMARIA.

1 *Mater non tenetur regulariter dotare filias.*
2 *Mater dotando filias ſecundi matrimonij, cenſetur facere in fraudem l. hac edictali, C. de ſecun. nup. quod declara vt ibi.*
3 *Mater in ſubſidium tenetur ad dotationem filiarum.*
4 *Mater tenetur dotare filias quando pater eſt inops, nec poteſt eas dotare.*
5 *Mater dotando filiam videtur proprium debitum exoluere, & ratione naturali ad id ſtimulatur.*
6 *Dos habita à matre, imputatur filiæ in legitimam.*
7 *Mater an teneatur dotare ſicut pater in omnibus caſibus, in quibus ille, quando non eſt pater, qui poſſit filias dotare.*
8 *Subrogatio cenſetur ſemper facta cum eiſdem qualitatibus. declara vt num. 10.*
9 *Mater non tenetur dotare filiam, niſi cùm aliundè non habet vndè ſe dotet. vbi deciſio Senatus Luſitani.*
10 *Argumentum de alimentis ad dotem valet. Mater non tenetur alere filios niſi in ſubſidium. ibidem.*
11 *Opinio Auctoris.*
12 *Mater tenetur dotare filiam pauperem, etiam ſi nupta ſit.*
13 *Gamma deciſ. 377. improbatur.*
14 *Mater tenetur filias dotare in omnibus caſibus, quæ videbuntur arbitrio iudicis magnæ, & probabiles.*
15 *Mater non tenetur filiam dotare vbi concurrit aliqua iuſta cauſa non dotãdi, ex his quæ ibi referuntur.*
16 *Mater tenetur ex omnibus caſibus dotare filias ex quibus pater, ſi illæ vigent in matre, ſicut in patre.*
17 *Mater æquè in ſuis caſibus tenetur dotare filiam naturalem tantùm atque legitimam & naturalem ſimul.*

Mater

18 *Mater hæretica tenetur dotare filiam catholicam.*
19 *Filius non tenetur dotare matrem.*
20 *Filius tenetur alere matrem.*
21 *Filius afficitur iniuria per nouum matris matrimonium.*
22 *Nemo cogitur ad ſuam iniuriam conferre.*
23 *Mater non poteſt victrico adferre in dotem bona filij primi matrimonij.*
24 *Matri ſecundò nubenti non poſſunt mitti munera per tutores filiorum.*
25 *Filius tenetur matrem iuuenem, & in ætate nubili conſtitutam dotare ſecundum opinionem Auctoris, vbi adducuntur rationes, & reſpondetur contrarijs.*
26 *Charitas eadem debet eſſe filiorum erga matrem, quæ matris erga filios.*
27 *Vitæ qui tenentur ſuccurrere, tenentur etiam famæ.*
28 *Anima defuncti an contriſtetur ex ſecundis ſuperſtitis nuptijs.*

GLOSSA II.

De obligatione matris circa dotationem filiarum.

EXpediti à materia obligationis paternæ, quæ verſatur circa proprias filias dotandas, videamus de aliis perſonis, quæ ad idem aliqua ratione tenerj poſsũt. Et primò queramus de matre,
1 nunquid † eadem obligatio ſit etiam in ipſa. Reſponde, quod regulariter mater non tenetur dotare filias, paternum enim id officium eſt, prout expreſſim ſtatuit Imperator in l. neque mater pro filia, C. de iur. dot. & in Regno Caſtellæ eſt etiam de hoc lex expreſſa, quæ eſt in ordine 9. tit. 11. *De las dotes*, parti. 4. & ibi Greg. Lop. qua de re latè Laſ. in §. fuerat, à num. 114. inſtit. de actio. latè Barboſ. in l. 1. par. 4. num. 82. verſic. Vlterius & 6. ff. ſolut. matrimo. & paſſim apud Doctores, qui infrà circa limitationes, & fallentias regulæ, in quibus poteſt eſſe aliqua difficultas, quas adducemus, allegabuntur.
2 Ex quo † Vincen. de Franc. deciſ. 435. n. 6. infert, quòd ſi mater filias ſecundi matrimonij dotauerit, cẽſebitur id feciſſe in fraudem l. hac edictali, C. de ſecun. nup. cùm voluntariè faciat id, ad quod non tenebatur. Non intelligas de legitima in bonis patentum poſt eorum mortem debita, eã enim æquè mater, atque pater de bonis ſuis præſtare tenetur, Aymo. Ciauet. poſt alios in conſil. 486. num. 6. & Cæſa. Barz. deciſio. 97. nu. 34. Sed intellige de dote, quam filia petere vult contra matrem eo modo, quo ſuæ conditioni conuenit.
3 Fallit † ſi magna, & probabilis cauſa cõtrarium poſtulet, & in ſubſidium, prout expreſſis verbis diſponit l. præd. neque mater, Intrigliol. deciſio. Sicil. 4. nu. 15. qui multos allegat.
4 Sed cùm id † ex varijs cauſarum figuris contingere valeat, bene eſt vt eas cauſas nos in præſentiarum diſcutiamus, quod exiſtimamus vſui forenſi fore non modicùm vtile. Probabilis igitur, & magna cauſa, vt mater dotet filiam, intelligitur. Primò, ſi pater inopia laborer, mater verò diuitijs abũdet, ita Salicet. in d. l. neque mater pro filia, C. de iur. dot. Rip. in l. 1. num. 79. ff. ſolu. matrim. qui dicit communem opinionem. Gãma deciſ. Portugall. 377. nu. 1. qui dicit matrem in hoc caſu reponi in locum patris; & obligationem, qua pater, ſi dies eſſet, & poſſet, teneretur dotare filiã, transfundi, & trãſmutari in matrem, taliter quòd ipſa teneatur eadem obligatione, qua ille teneretur, ſi haberet, Anton. Guilber. Coſtan. in tract. de dote cap. 3. num. 4. Dida. Spino in ſpecu. teſtam. gloſſ. 11. principa. de lega. pro dote, n. 36. Vincen. de Franch. deciſio. 435. nume. 5. alios complures in id recenſet Boeri. deciſ. 129. num. 2. Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſidia. remed. 65. Ioan. Petr. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 14. num. 13. qui dicũt reſolutionem hanc communem, idem Surd. deciſio. 119. num. 3. & deciſio. 164. num. 15.
5 & 16. vbi doctè † aduertit, quod eſt ad multas materias ſcitu valdè neceſſarium, quòd nihilominùs quando mulier dotat filiam, videtur quodammodo ſoluendo dotem, proprium, non alienum debitum exoluere, & videtur ſtimulo quodam naturali impelli, atque id facere ex neceſsitate; & hæc eſt ra-
6 tio (inquit Caſtrẽ. † à quo Surd. hæc habuit, & poſtea retulit etiam Coſta allega. remed. 65. nu. 3. Caſtren. inquam, in l. quoniam nouella, num. 3. circa med. C. de inoffi. teſtam. quam ipſe ſubtilem appellat) quare dos habita à matre imputetur filiæ in legitimam, Corduba de Lata in l. ſi quis à liberis, in §. ſi mater, nume. 14. qui plures alios adducit, de libet. agnoſcen. Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſumpt. 189. num. 28. & de arbitra. iudicum caſu 460. per tot. Barboſ. in l. 1. p. 4. num. 82. verſic. Vltetiùs & ſexto, ff. ſolut. matrimon. Baeça de non meliorand. dot. ratio. filiab. cap. 11. num. 7. Greg. Lop. in allega. l. 9. tit. 11. *de las dotes*, part. 4. in verb. *la madre*.
7 Hæc † de plano procedunt, ſed dubiũ eſt an iſta obligatio dotandi filias, quã diximus tranſ-

transfundi in mattem,patte vel non exiſtẽte,vel inopia laborante,illa verò diuitijs affluente, transfuſa dici debeat cum omnibus ſuis qualitatibus, hoc eſt,eodem modo,quo penes patrem teſidebat, talitet quòd in omnibus caſibus, in quibus patet tenebatur filiam dotare,teneatur & ipſa, vetbi gratia in illis duobus præſertim caſibus, quando filia diues eſt,& habet aliundè, vel quando eſt iã nupta, in quibus reſoluimus abſque difficultate in ſuperioribus, non ceſſare obligationem in patre. Et quamuis videretur prima
8 facie dicendum, quòd ſic, tum † ex natura ſubrogationis,quæ eſt vt fiat, & cenſeatur facta ſemper cum eiſdem qualitatibus, iuxtà regulam l.ſi eum, §.qui iniuriarum, ff.ſi quis cautio.tum & etiam quia non videtur officere quòd Doctores loquentes de obligatione dotandi filiam, etiam ſi ſit diues, & nupta, quos ſuprà retulimus abundè, de patre tantùm loquantur, non de matre, quia id dici potiùs debet frequentioris vſus gratia,quia ſcilicet frequentiùs patres filias dotant, quã matres, factum, quàm ad excluſionem matris, ſi forte caſus eueniret,quo ptopter defectum patris, deuolueretur ad ipſam dotã-
9 di obligatio. Cæterùm † cùm ſucceſſiſſet is caſus de facto in Senatu Luſitano diſputandus de anno 1566. vti habetur apud Antonium de Gamma deciſio.377.contrariũ fuit
† *reſolutum*,quòd matet tantummodò teneatur filiam dotare patre mortuo, vel inope, quando aliundè filia non poſſet ſeipſam dotare,vel alere; fundatum dicit Gam. id fuiſſe in argumento, quod eſt validum, de alimentis
10 † ad dotẽ, taliter quòd quando quis non tenetur alere, nec tenetur dotare, mater autem ad alimenta non tenetur, quando filia habet aliundè, ergo &c. Nec argumentum (inquit) quod ex natura ſubrogationis ducebatur, in occurrenti caſu locum habere poteſt,in quo diuerſa militat ratio,quia pater ſimpliciter tenetur,mater verò ex magna,& probabili cauſa,vt habetur in allegata l.neque mater,C.de iur.dot. magna autem, & probabilis cauſa compellendi matrem ad filiam dotandam, non videtur eſſe quando habet aliundè,vt de ſe patet,ergo &c.Sequitur hanc deciſionem,licèt per errorem eam alleget 376.Petr. Barboſa in tepeti.l.1.par.4.num.82.in verſic.Contrariam tamen, circa medium,ff.ſolu.matrimon. ad quod nihil aliud adducit, quàm quòd in ea ceſſat cauſa ptobabilis,& neceſſaria,de qua ſuprà, & allegat pro ea glo.in l.ſi.verb.paternum,C.de dot.ptomiſſ & Rip.in ead.l.1.num.8.quem aſſerere dicit eo loci eſſe id de mente omnium.

11 Ego † huius grauiſſimi Senatus reſolutioni in totum non aſſentio,quoad illud quidẽ, quod eſt excludere filiam à petitione dotis contra matrem, quando illa diues eſt,& habet aliundè,concurro libentet cum eo Senatu,quia tunc neſcio conſiderare cauſam magnam,& ptobabilem,quam requirit allegata l.neque mater,C.de iur.dot.vt mater cõpellatur ad eã dotandã, & pro ea fiat,vltra allegatos,Ioan.Bapt. Coſta citato remedio ſubſidiar.65.cum adductis per eum nu.6. Si
12 autem † pauper ſit filia, & inops, quamuis nupta,ſemper vrget cauſa magna,& ptobabilis,ob quam meteatur dotari, quia, vt diximus in ſuperioribus teſpectu pattis obligati ad dotãdum filias,nedum innuptas,ſed etiam eas,quę iam matrimonium contraxerunt,dos non datur vt filia nubat, & maritũ repetiat tantùm, ſed etiam vt onera matrimonij ſupportentur; vndè licèt ptior cauſa, & tatio ceſſet, non tamen ſecunda,quæ non eſt inferior.

13 Nec Doctores,† qui allegantur pro opinione Senatus Luſitani in ſupradicta deciſ. 377.nec etiam qui à Blaſ.Flot.Diaz de Mena in addit. loquuntur in ſolo caſu, quando filia eſſet nupta, ſed in illo, quando eſſet diues, & haberet aliundè, immò allegati ab addente,nedum de muliete nupta non probant, ſed nec vix vllus ex eis teperitur, qui de hac materia ibi tractet;gloſſ.in l.ſi.verb. paternum,C.de dot.promiſſ.& Ripa in l.1. num.8.allegati à Barbo.de hoc nec verbum vllum,nec etiam Ripa num.77.cum ſequen. vbi id dicete potuiſſet, cùm ibi de obligatione matris circa dotationem filiarum expreſſim agat, loquitur modo aliquo id ad quod allegatur.

14 Plus dico, † quòd non ſolùm in ſupradicto caſu,quo filia iam ſit nupta,ſi eſt pauper, tenetur mater eam dotare,ſed etiam in alijs quibuſcunque, in quibus arbitrio iudicis magna,& ptobabilis cauſa dotandi conſidetari poterit;concurto enim libentet cum Alexã. in l.1.num.21.ff.ſolut.matrimon.& ibidem Socin.iunior num.197. verſi.Secundo etiam limitatur,& Iacob.Menoch.in commentar. de arbitrar.iudic. caſ.460. nu.2. qui eos refert,& ſequitur,quòd ſit in ptudentis iudicis arbitrio poſitum diiudicare num magna, & iuſta concurrat cauſa, quæ locum faciat diſpoſitioni allega.l.neque mater,C.de iur.dotum, de obligatione matris circa dotationẽ filiarum loquentis,quibus addo Pet.Batbo. qui quamuis dixerit, quod non probamus, de filia nupta, idem tamen quod hic conamur perſuadere tenet in l.1.par.4. num.82. verſic.Contrariã tamen, circa med.ff.ſolut.
15 matrimo. addens † è contrario non eſſe cogendam mattem,etiam in prędictis caſibus,

filiam

filiam dotare, ſi concurrat alia cauſa contraria, quæ prædictas eneruet, & deſtruat, veluti ſi ſit filia nimis adhuc iuuenis, neque apta matrimonio, vel iam ætatis prouectæ, vel turpis vitæ, allegat ibidem qui id probant, ſed nõ erat neceſſarium hæc tradere expreſſim, quia cum diſputamus num mater teneatur, & compelli poſſit dotare filiam, in terminis habilibus loquimur, & loqui cenſemur, ſi filia
16 ſit talis, quæ nubere valeat. Benè † erit, quòd diſcurras per caſus omnes, in quibus in ſuperioribus probauimus teneri patrem ad filiæ dotationem, & cauſas animaduertas, ob quas ſunt ibi factæ reſolutiones, quas ſi æquè vigere reperies reſpectu matris, atque patris, matrem, ſecundum eas, eodem modo atque patrem, prudentis iudicis arbitrio vigore d.l. neque mater vtendo, ad dotis dationem compelles.

17 Eadẽ † diſtinctio, an filia ſit inops, an non, ad effectum obligationis maternæ dotandi eam ſit, & ſeruari debet reſpectu filiarum naturalium, non enim plus obligationis earum reſpectu in matre reſidet, quàm naturalium ſimul & legitimarum filiarum, vt benè explicat Barboſ. vbi proximè in fine, verſi. Contrariam tamen.

18 Dicitur † in d.l. neque mater, quòd mater teneatur filiam dotare, nedum quando magna, vel probabilis cauſa id poſtulat, ſed & tunc etiam quando lege fuerit expreſſum, quorum verborum ratione docent communiter Doctores, quòd illud dictum verificatur in diſpoſitione l. cognouimus, C. de hæreti. qua cauetur matrem hæreticam teneri dotare filiam catholicam, qua de re quia vix vnquam ſuccedit in praxi, ideò illius vlterius examen conſultò omittimus, videatur apud Doctores ſuperiùs in hoc diſcurſu de obligatione matris circa dotationem filiarum facto, citatos, qui ferè omnes eam tractant, & ſignanter latiſſimè Barboſ. in d.l. 1. par. 4. nu. 82. verſ. Eſt igitur, cum ſeq. ff. ſolu. matrim.

19 Sed † quid eſt è conuerſo dicendũ, nũquid tenebitur filius, ſi eſt diues, matrem inopem, quæ remanſit iuuenis, & in ætate adhuc nubili, dotare? non dico quãdo ipſe eſt hæres patris, qui diuitijs affluens ſit mortuus, quia tunc ingrederemur merita authent. præterea, C. vnde vir. & vxor. de qua ſuo loco & nos, Deo concedente, tractabimus, ſed quãdo filius eſt diues aliunde; circa quos caſus vidi plures lapſos confuſiſſimè eos tractantes. Hac in re communis eſt opinio negatiua, quòd ſcilicet non teneatur filius, quamuis
20 teneretur, † & reneatur alimentare, iuxtà l. 1. §. 1. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. Rationẽ
21 dicunt eſſe, quia † per nouum matrimoniũ matris, iniuria eius filius afficitur, iuxtà tex. in authen. de nupt. §. ſoluto, collat. 4. & in authent. de non eligen. ſecun. nuben. in §. proſpeximus itáque, col. 1. cum ſimilib. Nemo
22 autem † cogitur, nec tenetur, nec cogi, aut teneri poteſt ad iniuriam ſuam conferre, & ſic ſua pecunia acquirere vnde ſibi iniuria irrogetur, iuxtà vulgatia iura, l. qui accuſare, C. de eden. & l. nimis graue, C. de teſtib. cũ concord. allegaturque expreſſim ad id com
23 muniter l. 3. ſi vineæ, C. de præſcrip. long. tẽpor. vbi † non valere ſtatuitur prædij filij in dotem victrico per matrem facta conſtitutionem, & ibi expreſsè tenet Bal. & l. tutor ſecundum dignitatem, in §. fi. ff. de adminiſtra. & peri. tutor. & curat. ac denique l. 1. in §. de ſeruis, in verſic. Præterea, ff. de tutel. &
24 ratio. diſtrahen. vbi mitti † matribus per tutores pupillorum munera nuptialia prohibentur, ad quod plures allegantur à Ripa, qui dicit communem, in l. 1. num. 82. ff. ſolu. matrimo. Corduba de Lara, qui omnium latiſſimè quæſtionem ad partes diſputat, in l. ſi quis à liberis, in §. vtrum, à nũ. 87. cũ multis ſequent. Surd. qui poſt Lata omnia ferè eius dicta fideliter tranſcripſit, in tracta. de alimen. tit. 1. quæſt. 22. à num. 7. Octauianus Cacheran. deciſio. Pedemonta. 124. num. 4. Gaſpar Baeça in tracta. de non melior. dot. ratio. filia. cap. 12. à nu. 46. Viui. deciſi. 187. num. 8. & Barboſ. in ſæpè allega. l. 1. part. 4. nu. 136. verſic. Hanc concluſionem, ff. ſolut. matrimo.

Sed quicquid ſit ſumendo caſum in abſtracto, nunquid filius teneatur dotare matrem, in quibus terminis maior pars Doctorum, qui allegati ſunt, quique opinionem tenent ſuperiùs firmatam loquuntur, in cõcreto tamen, & in ſpecie, ac in individuo, quando illa eſt iuuenis, & in ætate nubili, (multò magis ſi eſt pulchra, & formoſa, quam tamẽ non arbitror eſſe qualitatem neceſſariam) fateor, quòd pulchritudine excitatur libido, & formæ gratia libidinis eſt incendium, & propterea multo magis eſſe tenendà opinionem, quam ſatagimus firmare, ſi qualitas pulchritudinis concurrat. Cæterùm rem hãc non eſſe ex pulchritudine diffiniendam, firmiſſimè teneo, ſed vt ſuccurramus periculo, & iniuriæ filij, quæ non ceſſant in deformibus mulieribus, vt expetientia rerum magiſtra nos quotidie docet; ſolùm eſt differentia, quod aliæ rogant, aliæ rogantur, & quandoque omnes vtrumque faciunt. Iuuenca enim propter deformitatem vix deſpiciuntur vnquam, nunquam enim eſt illa talis, quę non inueniat æqualem, prout pulchre animaduertit Baeça allega. cap. 12. nu. 49. pluta ad propoſitum cumulans. Quando † (in-
25 quam)

quam) mater eſt iuuenis, & in ætate nubili adhuc conſtituta, cenſeo contrarium tenendum, quòd teneatur filius ad matris dotationem, quam opinionem reperio tenuiſſe poſt Bal. Nouell. quem allegat, Boer. deciſi. 129. num. 10. Gaſpar. Baeça dicto cap. 12. nu. 48. qui dicit hanc opinionem eſſe magis cõmunem, & æquiorem, adde (inquit) & prudentiorem, Rip. in allega. l. 1. nu. 28. quem Baeça vbi ſuprà num. 47. dicit piè, & prudenter in hoc loquutum, Surd. allega. quæſt. 22. nu. 14. & Io. Bapt. Coſta in tract. de reme. ſubſi. remed. 65. nume. 9. cum alijs, quos in idem citant.

Huic ego opinioni libens adhæreo, tum quòd videam iura in contrarium allegata nihil prorſus facere ad rem, illa enim l. ſi vinex, C. de præſcript. long. tempor. non facit ad propoſitum, vt ex ſe patet, non enim loquitur in noſtro caſu matris inopis non habentis aliundè; poſteriores verò duæ leges de adminiſtratio. & pericu. tuto. & de tutel. & ration. diſtrahen. de munere nuptiali loquuntur, vt dictum eſt, non de dote, & non poſſe trahi in conſequentiam demonſtrat prior illa lex, ſecundùm dignitatem, quę nedum de matre loquitur, quod ei nõ poſſint tutores mittere munus nuptiale, ſed & de ſorore, vt ibi eſt videre, cuius tamen reſpectu iam diximus teneri fratrem ad dotationem, prout benè aduertit Rip. in allega. l. 1. num. 82. ff. ſolu. matrimo. & eſt conſiderandus Pinell. qui horum iurium intellectum multùm diſtantè à caſu, quem tractamus in l. 1. parte 3. num. 57. circa fin. C. de bon. mate. adfert. Tum etiam quia ratio illa innitens iniuriæ, quæ filio fieri dicitur ex ſecundis nuptijs matris, eſt parùm, aut nihil in caſu occurrenti concludens, quia ea prætenſa iniuria eſt valdè modica, parùm admodum cõſiderabilis, quę non lędit nomen, & reputationem filiorum, & reſpectu illius, quę fieret eiſdè ſi mater meretricaretur, vt eſt periculum ſi remanet iuuenis, & innupta, nihil omninò videtur eſſe, ex duobus ergo malis minus eſt eligẽdum, quòd videlicet potiùs mulier nubat cum pecunia filiorum, quàm quòd innupta manens corpus ſuum proſtituat, in tantum ipſius, & filiorum opprobrium, & dedecus, poſtquam ex hoc & matri, cui tantum debemus, & ipſis filijs etiam egregiè conſulitur, prout eleganter aduertunt in propoſito Ripa, & Surd. in locis ſuprà adductis, addẽtes,
26 quòd † eadem debeat eſſe charitas filiorum erga matrem, quæ matris erga filios, vt dicit l. furioſæ matris, ff. de curator. furioſ. Si ergo mater dotat filias quando diues, cur non etiam filij dotabunt matrem? debent forſan minus filij matribus, quàm matres filijs?
27 minimè gentium. Et denique † addũt, quòd qui tenetur ſuccurrere vitæ, tenetur & famę, cum par cenſeatur vtriuſque periculum, iuxtà l. iuſta, & ibi glo. de manumiſſ. vindic. filium autem teneri vitæ matris periclitanti ſubuenire, non exiſtimo futurum qui neget,
28 ergo &c. Addit † & Coſta loco allegato, relegandam eſſe vanitatem illam triſtitię animæ defuncti per ſecundas nuptias, & iniuriæ filiorum, ſi mater ſit iuuenis, & difficulter, ſeu cum timore ſcandali poteſt ſe continere intra caſtitatis clauſtra, cum nemo ſit continens, niſi Deus det, Sapient. 8. aduerſus quod periculum (inquit) tenetur filius matri prouidere, ſicut mater filio.

Nimis impatienter accipit noſter Molin. de titu nuptiar. & pact. in matrimo. conuen. lib. 3. q. 67. n. 18. quòd dicatur animas defunctorum contriſtari poſſe ex ſecundis coniugũ ſuperſtitum nuptijs, vbi vide, & lege etiam ad idem, quòd paruæ admodũ vtilitatis eſt, Gaſp. Anto. Theſaur. quæſtio. forenſ. 28. nu. 6. lib. 1. Sfortiam Oddũ conſil. 37. nu. 50. & Rimin. iun. conſil. 112. num. 168. Et cum his abſoluitur materia obligationis matris circa filiarum dotationem.

SVMMARIA.

1 *Auus, alio non exiſtente, tenetur ad dotandas neptes inopes.*

2 *Auus non tenetur ad dotandum neptem quãdo poteſt pater.*

3 *Auus vt teneatur neptem dotare, oportet quòd illa ſit inops, nec valeat aliundè ſeipſam dotare.*

4 *Auus tenetur ad dotationem neptis non propter ſe, ſed propter filium.*

5 *Auus paternus, & maternus in dotatione neptum æquiparantur.*

6 *Auus non tenetur dotare neptem, ſi habet filiũ diuitem, qui poſſit eam dotare.*
Item ſi filia habet aliundè. ibidem.
Barboſa reprehenditur. ibidem.

7 *Auus an teneatur neptes dotare, quæ non exiſtunt in ſua poteſtate.*
Neptes in Cathalonia, Portugallia, & Caſtellæ non ſunt in poteſtate aui. ibid.

8 *Neptes an imputent, aut conferant dotes datas ab auis, remiſſiuè.*

9 *Auus tenetur priùs ad dotationem, quàm mater.*

10 *Auus tenetur priùs quàm mater ad alimenta nepotum.*

11 *Frater tenetur ſororem non habentem aliundè dotare.*

12 *Frater non ſolùm tenetur ad dotem ſororis, ſed etiam ad additamenta dotis, prout ſunt iocalia, &c.*

Frater

13 *Frater tenetur dotare sororem ex parte patris sibi coniunctam.*
14 *Frater tenetur dotare sororem vtrinque coniunctam.*
15 *Frater non tenetur dotare sororem, quæ sibi ex parte patris non est coniuncta.*
16 *Frater an teneatur alere sororem ex parte patris sibi non coniunctam.*
17 *Frater hæres matris tenetur in casibus, in quibus mater si viua foret teneretur, dotare sororem ex parte matris sibi coniunctam.*
18 *Idque nedum intra legitimam, sed etiam vltra, si oportet.*
19 *Obligationis conditio ex persona hæredum non mutatur.*
20 *Auctor quærit rationem ob quã fit in hoc differentia inter sorores ex parte patris, vel vtrinque coniunctas, & inter coniunctas dumtaxat ex parte matris.*
21 *Frater vtrinque coniunctus in successionibus præfertur alijs.*
22 *Frater vtrinque coniunctus an excludat alios vbi viget statutum, quòd aliquo morsente succedant proximiores simpliciter. vbi decis. pro fratribus vtrinque coniunctis.*
23 *Rationes quare frater non teneatur sororem non vtrinque coniunctam dotare.*
24 *Sorores inter coniunctas vtrinque, et alias magna est differentia.*
25 *Fratres inter vtrinque coniunctos stricta est necessitudo.*
26 *Ratio non potest reddi de omnibus, quæ à maioribus nostris tradita sunt.*
27 *Differentiæ inter vtrinque coniunctos fratres, & alios, omnibus non placent.*
28 *Frater non tenetur sororem vterinam dotare secundum dignitatem, sed secundum mensuram alimentorum.*
29 *Tutores possunt vendere pro dotandis sororibus pupilli.*
30 *Frater clericus tenetur etiam sororem pauperem dotare de reditibus sui beneficij. & infrà. vbi decis.*
31 *Clericatus auget potiùs charitatem erga proximum, & signanter erga consanguineos.*
32 *Dos data per clericum priùs est soluenda de bonis patrimonialibus, quam ex beneficij reditibus.*
33 *Clericus tenetur, & compelli potest dotare sorores pauperes ex reditibus beneficij.*
34 *Clerici non debent tantum largiri consanguineis vt diteſcant, sed quantum necesse est ne egeant.*
35 *Frater non tenetur ad dotationem sororis in concursu matris, sed hæc potius, & per prius.*
Ius sanguinis potentius consideratur in matre, quam in fratre. ibidem.
36 *Frater non tenetur ad dotationem sororis existentibus descendentibus per lineam maternam, vel paternam.*
37 *Frater hæres patris tenetur antè matrem sorores dotare.*
38 *Patruus, aut auunculus non tenetur ad dotationem sobrinarum. vbi decis.*
39 *Compensandi animus an præsumatur in fratre relinquẽte aliquid sorori pro dote, cui pater aliud ex eadem causa reliquerat, cuius ille erat hæres.*

GLOSSA III.

De obligatione aui, & fratris circa dotationem neptum, & sororum respectiuè.

1 AVus quoque † non existente alio, qui dotem nepti inopi cõstituat, dotare illam compellitur, vt præter adducta in superioribus, dum de authenti. res quæ, C.commun.de legat.glos.1.par.2. ad num.62. agetemus, probat l.dotem dedit, ff.de collatio.bonor. & l.& ideõ, §. fin. ff.de in rem ver. Dicebat l.C.in d.l.dotem dedit : *Occurrit æquitas rei, vt quod pater meus propter me filiæ meæ nomine dedit, perindè sit atque si ipse ego dederim, quippe officiũ aui circa neptẽ ex officio patris erga filiũ præstet; & quia pater filiæ, ideò auus propter filium nepti dotem dare debet*, &c. Declarat optimè, qualiter dictæ leges, & sic obligatio, quæ iniungitur auo, circa dotationem neptis, intelligantur in subsidium, Francis.à Rip.in l.1.num.74.ff.solu.matrimon. idque deducit ex verbis dictæ l.dedit dotem, quatenus habent illud onus pendere ex officio patris erga filium, & sic (inquit) auus dicitur teneri pro filio, Rot.Romana decisio.526. num.5.in 1.par. quæ est repetita in volumi. decisionum Seraphin.vbi est in ordine 447. num.etiam 5. Intriglioi.decision.Sicil.4.ex num.15. vbi loquitur de omni auo, & auia, tam paternis, quàm maternis, & iterùm eadem Rot.Roma.decis.133. in vlt. volu. decis. Farinac.

2 Ex quo infertur, † quòd auus non tenetur quando pater habet vndè filiam dotet; nam obligatio patris est principalis, obligatio aui est secundaria, quæ non necessitat vbi principalis debitor est soluendo, posteà dicit ex Bald.& Iaſ.quos allegat, hanc esse cõmunem Doctorum opinionem, innumeros pene in idem recenset Baeça, qui eos sequi-

rur,

tur, in tract. de non melior. dot. ratio. filiab.
3 cap. 7. n. 15. vbi † cum nn. seq. probat pluribus contra Socin. & Gregor. Lopez illud, quod nos suprà tetigimus, oportere etiam præter defectum patris non valentis filiam dotare, quòd ea sit inops, & non habeat aliundè, vt teneatur auus eam dotare, idque deducit ex eadem ratione, quam nos suprà
4 ex Rip. retulimus, quòd † auus teneatur propter filium, non propter se; vndè si filiũ habeat qui possit, cessat obligatio; si ergo filius sufficiens liberat patrem, eodem modo dicendum est, quòd si habeat neptis liberabit & auum, cùm minus debeat auus nepti, quàm filio, ad idque adducit Bald. Nouell. de dot. 6. par. priuileg. 16. col. 1. & Ioa. Lup. in cap. per vestras, in 3. notabil. §. 27. num. 1.
5 de donat. inter vir. & vxor. & in hoc † æquiparãdum fore auum paternum cum materno, posteà securè constituir, videndus est Petrus Barbos. qui latissimè per partes vtriusque argumenta adducendo, & Doctores, qui vnam, & qui aliam tenent referendo, quæstionem disputat, in sæpè allegat. l. 1. par. 4. num. 11 e. versic. Vlteriùs circa, cum multis sequent. & signanter num. 221. versicu. Quæ amplianda, ff. soln. matrimo. Non tamen as-
6 sentias † eius opinioni, quatenus cõtra nostram vult in auo paterno obligationem dotandi vigere, etiam si habeat filium diuitẽ, qui ex proprijs bonis valeat commodè filias dotare. Item etiam si neptis diues sit, & habeat aliundè, quod est vnico verbo destruere totam machinam superiùs ex multis Doctoribus, eisque grauissimis, constructã, sufficere enim tibi debet, quòd dicat idem ipse nostram opinionem esse magis communem, & velle se contra magis communẽ ire,
7 & quod † num. 122. addit suam ipsius opinionem non procedere vbi aui non habent neptes in potestate, prout in Cathalonia, vti habetur in Constitutio. r. sub tit. de emancipa. in 1. vol. & in Regnis Castellæ, & Portugalliæ, & alijs etiam mundi partibus nõ paucis, prout in 1. tomo huius operis clausul. 4. glos. 2. nu. 38. probauimus, cùm enim in his terris nos viuamus, non est quòd de alio curemus.

8 Apud † supradictos Doctores reperies plenè disputatum, an ex propria obligatione, an primò ex obligatione filij (ad effectũ vt videatur, an sit imputatio in legitimam, vel collatio facienda) censeatur auus dotare neptem, quas quæstiones ego sciens, & prudens prætereo, quia apud hos Doctores sunt plenè tractatæ, quibus tamen adde Anton. Gam. decisio. Portugal. 34. & quos ibi Blas. Flor. in additio. vlteriùs commemorat, & Anton. Gom. Tel. Ferdin. Castel. & reliquos Taurinistas in l. 29. Taur. ac denique Aluar. Velasc. in singulari libro praxis partitionũ, & collatio. posito post suas doctas consult. tiones rerum iudic. in Regno Lusita. cap. 12. nu. 23. & Dida. Spino in specu. testam. gloss. 11. de lega. reli. pro dote, num. 39.

9 Sed † si concurrunt mater, & auus diuites, dubium est quis teneatur ad doratione. Breuiter tene, quòd auus, tum quia allegata sæpè l. final. C. de dot. promiss. paternum id dicat esse officium, quasi non sit maternum,
10 tum etiam † quòd idem sit in onere alimentandi, vt priùs ad illud teneatur auus, quàm mater, quod quia reperio scriptum, & probatum per Petr. Barbos. in sæpè allega. l. 1. par. 4. num. 123. versi. Vltimo loco, ff. solut. matrimo. ideò vlteriùs non immoror, addo tamen Dida. Spino de eadem re agentem in allega. glo. 11. nu. 38.

11 Frater † tenetur quoque sororem inopẽ dotare, si non habeat parentes diuites, qui id oneris suscipiant, iuxtà glo. in l. cùm plures, in §. cum tutor, qui est fina. verb. alio patre, in fi. ff. de administra. tuto. Guid. Pap. decisio. 96. num. 24. versic. Sexto, & decisi. 439. num. 7. Boer. decisio. 129. num. 7. Aflic. decisio. 371. num. 3. Capella Tolosana decisio. 289. num. 8. vetsicu. Quid de fratre, Thomas Triuisa. decisio. 22. num. 1. lib. 1. Vincen. de Franch. decisio. 73. num. 4. & decisio. 87. nu. 12. & decisio. 178. num. 7. & 13. Illustrissimus Cardinalis Mantica de taci. & ambig. conuentio. lib. 12. tit. 16. num. 30. Surdus de alimen. titu. 1. quæst. 25. num. 13. & sequent. Andr. Molfes. ad consuetud. Neapolita. par. 6. de iure dor. qnæst. 4. num. 13. fusissimè Petrus Barbos. in repeti. l. 1. par. 4. à num. 124. cum multis sequentib. ff. solut. matrim. Lara in l. si quis à liberis, in §. idem rescripsit, à n. 92. Vincen. Carroc. decisio. seu cas. 16. nu. 5. & Ioan. Bapt. Costa de remed. subsidiar. remed. 66. per tot. vbi num. 1. extendit etiam
12 obligationem † ad additamenta dotis, iocalia nempè, & vestes, vt in alijs obligatis in superioribus iam anteà diximus, Mar. Giur. decisio. Sicil. 45. ex num. 12. qui id extendit nedùm si soror nihil habet in bonis, sed in eà, quæ aliquid habet quod ad congruã eius dotem satis non sit secundùm eius dignitatem, & qualitatem, ex Papon. consil. 24. nu. 1. cum quatuor sequen. Idem Giurba nouissimè, & multò latiùs in commentar. ad consuetud. Senat. Messanen. cap. 3. glo. 3. par. 1. ex num. 57. cum sequent. vbi latè materiam declarat, & prosequitur, & qualiter procedat per variorum casuum distinctionem ostendit.

13 Hęc † nullam habent difficultatem respectu sororis ex parte patris fratri coniunctæ, de qua

de qua expreſſim loquitur gloſſ. ſup. allega. in illo §. fina. l. cum plures, ff. de adminiſtrat. tuto. & in l. non omni, verbo, nulla ratione, C. eodem tit. vnde principium habuit opinio, quæ obligat fratrem ad dotandam ſororem inopem, quam gloſſam eſſe communiter approbatam dicunt Anton. Gomez in l. 40. Tauri num. 75. Pinel. in l. 1. par. 3. nume. 101. C. de bon. matern. Padil. in authen. res quæ, num. 62. Molina de primogen. Hiſpanor. lib. 2. cap. 15. num. 58. & Gregor. Lop. in l. 18. tit. 16. patti. 6. quæ ad litteram concordat cum allega. §. fina. in gloſſ. *de las hermanas*, Vincent. de Franch. deciſio. 26. num. 8. Coſta remed. 66. num. 4. & alij relati per Mar. Giurb. in commenta. ad conſuetud. Senat. Meſſanen. cap. 3. gloſſ. 3. par. 1. num. 60. circa fin. & ſecundum eam dicit Rode. Suarez in l. quoniam in priotibus, limitat. 2. nu. 10. fol. mihi 67. ſe vidiſſe pluries *pronuntiatum* in Regia Cancellaria, & nouiſſimè idé fuiſſe *declaratum* in Senatu Pedemontan. de anno 1588. tam reſpectu dotis, quàm etiam alimentorum, teſtett Anto. Theſau. deciſio. 192. num. 7.

†† †

14 Neque † etiam difficultatem habent ſupradicta à fortiori reſpectu ſororis vtrinq. coniunctæ, de qua, & de ea, quæ ex patre tantùm coniuncta eſt, quoad obligationem dotandi, promiſcuè loquuntur Doctores, æquiparantes eas in hoc, prout apparet ex Padil. Pinel. Moli. Barboſ. Gregor. Lopez, & alijs, ram à nobis ſuprà; quàm ab ipſis allegatis. Adde Ioan. Gutierrez in tracta. de tutel. & cur. par. 2. cap. 3. à num. 34. & Franciſc. Muñoz de Scobar in tract. de ratiocin. adminiſtra. cap. 22. à num. 55. Pater Molina de iuſti. & iure diſputatio. 224. verſi. Cauſę, Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de tacitis & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 16. num. 25. & 33. cum ſequent. qui alios adducunt, dicentes vix vllum ab hoc diſcedere. Adde Vincentium de Franch. deciſio. 26. nu. 5. & Patrē Rebel. de obligationib. iuſtitiæ lib. 5. de contractib. dotali b. q. 4. nu. 10. 11. & 12. cum ſequentib.

Nec id quidem mirum, cùm à contrario ſenſu deducatur clarè ex diſpoſitione dicti §. final. l. cum plures, ibi: *Sed non dabit dotem* (loquitur de tutore) *ſorori pupilli alio patre natæ, etiam ſi aliter ea nubere non poſſit*. Verùm † quando non ſunt ambo ex eodem patre, repugnare expreſsè opinioni videtur text. prædictus, & ideò inconſideratè loquuti videntur Doctores in ptincip. relati, dum diſtinctionem hanc non faciunt, ſed ſimpliciter ſororem fore à fratre dotandam docent, videndus Barboſ. vbi ſupr. nu. 125. vbi hanc materiam per duas concluſiones optimè declarat, & ab obiectionibus defendit, vbi † ſignanter probat, qualiter non valeat in caſu occurrenti argumentatio, quæ fiat ab alimentis, quæ præſtare tenetur (ſi tenetur, nam & hoc dicit eſſe controuersū, cùm nulla lex id dicat, ſed tamen eſt de hoc communis opinio) frater ſorori vterinæ, ad dotem, quæ multos aliàs magni nominis vitos vacillare non patùm in hac materia fecit, & ſignanter vix Gregorium Lop. quieſcere permiſit loco ſuperiùs allega. videndus eſt etiam Lara in allegato §. idem reſcripſit, num. 94. qui eandem diſtinctionem facit, quam alij.

15 16

17 Intelligo, † quòd non teneatur frater de proprijs bonis, cæterùm ſi eſſet hæres matris ita de eius bonis tenetur ſicut illa ſi viueret, in illis terminis in quibus reſoluimus teneti matrem dotare filiam, quod non habet difficultatem, nec arbitror tantum temporis conſumere oportuiſſe in hoc probando quantum conſumpſit Petrus Barboſ. loco ſuperiùs allegato num. 127. quod aduerto ne patùm prouecti in hoc fallantur ad-

18 dens † iltam obligationem iniungi hæredibus, nedum quoad legitimam filię debitam in bonis maternis, quoad quam vſque extendi tantùm ſentire viſus eſt Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 6. de dotis promiſſio. de-

19 finitio. 1. circa finē: non enim † ex perſona hæredum conditio obligationis immutatur, vt dicitur in l. 2. in §. ex his, ff. de verborum obligatio. & non obſcurè deducitur ex Doctoribus, quos ſuprà retulimus in ornatū illius propoſitionis, quam cùm de obligatione paterna circa filias dotandas ageremus, fitmauimus, eam ad patris hæredes extendi, de qua etiam, vltrà allegatos, latè Illuſtriſſ. Cardi. Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 18. per tot.

20 Rationem † optabā quòd aliquis mihi huiuſmodi differentiæ, quæ fit inter coniūctas ſorores ex latere patris, vel vtrinq. & ex latere matris tantùm, daret, poſtquam I. C. in alleg. §. fi. l. cum plures, vbi erat proprius locus, eam omiſit, quia ego vix quieſco dum diſpoſitionis rationem nō inuenio, maximè cùm videam prędictos DD. admittere differentiam reſpectu ſororis tantùm ex latere materno coniunctæ, eam autem quæ eſt cum fratre ex eodem patre nata equiparant, ſine diſcrimine, cum vtrinque coniuncta, quod totum video per eos fundari in eo quòd I. C. in alle. §. fi. excludit tantùm ſorores, quibus non eſt cum fratribus cōis pater, annuentes ℣ ſi ea diſpoſitio non eſſet, idé proculdubio de iſtis, atque de illis dicetēt, eſt ergo ℣ nos tantæ differētiæ rationem aliquā ponamus, vt cōuincamur de iuſta illius l. diſpoſitione.

21 In ſucceſſionibus, † vbi eſt diuerſorum fratruum concurſus, tranſeat quòd vtrinque coniuncti præferantur alijs, qui ex vno tãtùm ſunt latere, quia habent illi duplicia iura, iuxtà authenti. itaque, cum gloſſ. verbo, vtroque parente, & in corpore vnde ſumitur C. communia de ſucceſſionibus, & l. finali, §. 1. C. de edict. diui Adrian. tollẽ. qua de re benè per Graſſum de ſucceſſionibus, §. ſucceſſio ab intellato, quæſtio. 31. in princip. & latiſſimè per Meno. hi. de præſumptionib. libr. 4. præſumptio. 75. per totam, Fabius de Anna in conſil. 125. Andreas Molfeſ. ad cõſuetud. Neapolit. par. 4. quæſtio. 39. per totam. pro quo ſunt optimæ deciſiones Senatus Neapolitani apud Vincentium de Franchis 92. & 619. & alia apud Magon ũ Flo-
22 rentina 82. vbi diſputatur, an † eadem ſit conſtituenda differentia, ſtãre ſtatuto quod aliquo moriente ſuccedant ſimpliciter proximiores, ſi contingat ipſum relinquere fratres vtrinque coniunctos, & ex vno tantùm latere, vbi dicit *deciſum* contra differentiam, non admittendo eam. †

Quòd (inquam) in ſucceſſionibus ea differentia admittatur, tranſeat. Cærerùm in caſu occurrenti, vbi nullus eſt concurſus, nec ratio prædicta eſt proportionata, & applicabilis ad caſum, dubitari metitò poteſt quamobrem ita ſit à Doctoribus traditum, maxime reſpectu eorum qui ſunt ex parte patris coniuncti tantùm, ij enim non videntur plus coniunctionis habere inter ſe, quàm habeant coniuncti ex parte matris, immò iſti certiorem habent (vt vulgò dici ſolet) neceſſitudinem, cùm mater ſemper ſit certa, pater autem quandoque poteſt eſſe dubius, & incertus.

23 Solùm reperi † Gregor. Lopez in allegata l. 18. tit. 16. parti. 6. in gloſſ. 3 *de las hermanas*, & poſt eum Patrem Ludouicum Molina de iuſtit. & iur. citata diſputatione 224. in verſic. Cauſæ legitimæ, dixiſſe, quòd quia officium paternum, & non maternum eſt dotare filiam, vt ſæpiùs nos ſuprà docuimus, propterea Iuriſconſultus in allegata l. cum plures, in §. fin. ff. de adminiſtratio. tutor. poſſit ſorori ex alio patre natæ non deberi dotem à fratre.

24 Petrus autem † Barboſ. loco iam allega. ſæpiùs nu. 125. huiuſce differentiæ rationem aſſignare volens, dixit non eſſe nouum inter ſorores conſanguineas, & vterinas conſtitui aliàs de iure differentiam, cùm expreſsè repertatur conſtituta in l. fratres, C. de inoffi. teſtam. quam notauit gloſſ. in princi. inſtitu.
25 eod. tit. verb. ſoror. Neque † (addit) caret ratione, quia inter fratres conſanguineos arctior eſt neceſſitudo, cum quibus nobis per patrem ſunt communia iura nominis, familiæ, & originis, vt in ſpecie aduertit Vigli. in princip. inſtitu. eod. titu. de inoffi. teſtam. num. 8. & alij allegati per eundem Barboſa vbi ſup. pro quo inquit facere tex. in §. 1. in fin. inſtitu. de legit. agnato. ſucceſſio. quæ ratio in effectu eſt eadem quam iam nos antea
26 in ſuperioribus tradidimus. Sed † an hæc ſufficiant, an verò ſit melius dicere cum Iuriſconſulto in l. non omnium, ff. de legib. nõ omnium, quæ à maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poteſt, tuum eſto iudicium, ego interim ad alia vtiliora, & iucundiora diſcutienda progredior.

27 Non † me latet aliquos eſſe, quibus hæc differentia inter conſanguineos, vel etiam vtrinque coniunctos, & vterinos non placeat, quos recenſet Molfeſius in conſuetudin. Neapolita. par. 5. quæſtio. 11. num. 23. & latiùs Mar. Giurba in commentar. ad conſuetud. Senatus Meſſanen. cap. 3. gloſſ. 3. par. 1. num. 60. qui plene hanc differentiam impugnat, reſpondendo textui in l. cum plures, §. cum tutor, ff. de adminiſtratio. tutorum, in quo ea fundatur, dicens hanc differentiam fuiſſe de iure digeſtorum, quo cognati non ſuccedebant cum agnatis, & alia adducit, quæ rem valdè dubiam faciunt. Cæterũ quia opinio, quæ dictam differentiam conſtituit, eſt ex communibus, quas nos præcipuè in noſtris lucubrationibus inquirimus, ideo cum ea nihilominùs pertranſimus. Sed vide Patrem Rebell. loco allegato num. 11. qui eoſdem contradicentes refert, & poſtquam dixit honeſtè, & liberaliter facere fratrem do-
28 tando ſororem vterinam, adducit † conciliationem Molinę de primogen. Hiſpanorum lib. 2. cap. 15. num. 62. vt non teneatur frater ſecundùm dignitatem, ſed ſecundùm menſuram alimentorum, & conciliationem etiam Barboſ. vt teneatur ſi ſit hæres matris, vel etiam patris, aliàs non. Cum quibus, aut aliàs, rogo facias quantum poſſis, vt illis miſeris, & pauperculis ſororibus ſubuenias, ſicut ego facerem, ſi poſſem, non enim video quid peccauerint naſcendo potiùs ex eadem matre, quàm ex eodem patre, vt dote careant, innuptæq. manere debeant in tam notorio periculo.

29 Ex ſupradictis † non erit difficile colligere, poſſe tutores alicuius pupilli, qui ſororẽ habeat qualicatuum, de quibus ſuprà, bona ipſius pro ea dotanda vendere, & alienare, id enim eſt quod expreſsè diſponit tex. in allega. §. fin. l. cum plures, ff. de adminiſtrario. tuto. cuius diſpoſitionis, quæ de alienatione bonorum minoris per tutores, vel curatores ex hac cauſa fienda loquitur, occaſione, cœpetunt DD. tractare quæſtionem, nũquid

teneatur

teneatur frater fororem pauperem dotare, vt videre est apud allegatos,& signãter apud Gutier.& Scobar,qui in his terminis loquũtur, & Barbos. in allegata l.1.part.4.nume. 128.versic.His ita explicatis, qui rem plenè explicat.

30 Ampliant † omnes eandem traditionem in fratre clerico, vt etiam teneatur de reditibus sui beneficij prædictam dotationẽ facere, vt tradunt omnes, qui in superioribus fuerunt allegati,quod dicit Molfesius ad cõstitutio.Neapolita.par.5.quæst.11.num.20. & 21. in clerico esse maiorem obligationẽ,

31 quia † clericatus auget potiùs charitatem erga proximum, & præcipuè erga patrẽ, fratrem,fororem,& alios sibi coniunctos,vt est tex.in c.1.de cohabi.clerico.Tho.Triuisan. decis.22.nu.2.lib.1. Azor par.2.moral.lib. 2.c.40.q.5.& 6. & alij allegati per eundem

32 Molfes.Sed † intelligit Barbos.in allegat.l. 1.par.4.nu.132.ff.solu.matri. quòd priùs sit soluenda dos de bonis patrimonialibus clerici,si habet,& in subsidium,& defectum eorum,de fructibus beneficij,& probat nedum tutum esse clericum in conscientia,qui id fa

33 ciat, sed † & quòd iure obligationis etiam teneatur ad idem,& compelli valeat, videdus est Pater Rebel.de obligatio.iust.lib.5. de contract.dota.q.4.nu.22. vbi præter om-

34 nes aduertit, quòd † si quis in his velit esse securus, attendere debet regulam traditam à sacro Tridenti.Conci.sess.25.c.optandũ, quod primum est illius sessio.in decreto de refor. videlicet vt per eam largitionem cõsanguinei non diteſcant, seu augeantur, sed tantum tribuatur quantũ satis est ne egeant, talis enim largitio adhuc intra pios vsus cõtinetur,&c. Per hæc Rota Romana decisio. 269. in recollectis per Farinac.post 2. tom.

† consil. *approbauit* expressim quandam dotationem factam per quendam Episcopum regularem in fauore quarundam consangui nearum suarum,benè Mari.Giurba decisio. Sicil.45.nu.12. & nouissimè in commentar. ad consuetu.Senat.Messanen.c.3.glo.3.par. 1.num.61.

35 Dixi † supradictam obligationem dotãdi fororem concurrere in fratre quando nõ habet parentes diuites,qui id muneris adim plere valeant, vt intelligas nedum si habet patrem diuitem,sed & si matrem, in cõcursu enim matris,& fratris,illa præfertur, seu illa priùs tenetur, quia potentius in ea consideratur sanguinis ius,iuxtà l.si quis à liberis,§.vtrum,ff.de liber.agnosc. latè rationes adfert Barbos.in alleg.l.1.par.4.nu.137. ff.

36 solut.matri.qui id † extendit ad quoscunque ascendentes per lineam maternam, vel etiã

37 paternam; limitat † tamen si est frater hæres patris, tunc enim sicut succedit in bonis patris primarius, sic primus est,& esse debet in oneribus,quæ patri incumbebant,quamuis aliqui in hoc contradicant absque ratione.Sed displicet illa illius ratio nostræ principalis resolutionis, quòd quia ascendentes in successionibus præferuntur frartribus, immò in hoc ego æquales eos video,ita disponente authen.defuncto,C.ad Tertullianum, idem tenet Illustriss. Cardi.Manti. de tacit. & ambig.conuen.lib.12. tit.18.n.16. & Ioannes Bapti. Costa de remedijs subsidiarijs remed.65.numer.10.qui alios in idem allegant, Pater Rebell.in tract.de obligationib. iusti.par.2.lib.5.de contract.dotal.qu.4.nu. 13.quorum plures,& ferè omnes inuehunt in Afflict.qui in decisio.371. nu.3. contrarium tenere voluerit . Nec est omittenda singularis limitatio,licèt satis ex supradictis per se nota , quando pater in suo testamento dotẽ filiæ reliquit , tunc enim non tenetur frater ad fororis dotationem.Thom.Triuisan.decis.22.nu.5.lib.1.

38 Hæc † fratris obligatio respiciens dotationem sororum , non extenditur ad sobrinas, filias nempè fratris,quia id iure cautum non reperitur,& non est nostrum extendere dispositionem legis circa representationem personæ , quia effet fingere , quòd est solius legis , & si ad sorores vterinas non extenditur , vt dictum est , multò minùs ad has fratris filias , quæ in remotiori gradu existunt, prout pluribus comprobat Barbos.vbi sup. numer.142. qui signanter allegat Syluan.in consil.33.nu.12. dicentem ità in causa ma-

† gni ponderis fuisse *iudicatum*,Surdus de alimen.tit.1.quæstio.28.num.5.& 6. Costa de remed.subsidia. allegato remed.65.num.4. Pater Rebell.de obligationibus iustit.lib.5. de contractibus dotalibus quæst.4. num.26.

† vbi sic refert fuisse in graui casu *iudicatum*.

Alias ampliationes numero septem, cum quinque limitationibus,adducit Petr. Barbos. vbi suprà omninò videndus, si casus fororis dotandæ occurrerit,& alias Costa iam etiam allegatus,& postea Rebel.loco etiam citato , qui fermè omnia supradictorum dicta refert.

39 Sed † si filię pater certam dotem in testamento reliquisset,prout quotidiè fit,& filius masculus institutus hæres ab eodem patre, absque cõmemoratione legati paterni, vel dotem sorori promisisset inter viuos, vel in vltima voluntate reliquisset tantundem, vel etiam maiorem,vel minorem dotem,dubiũ est, an ex fratre factum fuit, censeatur animo compensandi cum legato paterno factũ, an verò vtrumque debeat mulier habere.

Sed obtinuit contra Corne. quòd ſit cõpenſationi locus, & compenſandi animus præſumatur abſque difficultate aliqua, quia debitum illud paternum, eſt debitum neceſſariũ, non voluntarium, ita expreſſim contra Cornetenent Aym. Crauet. in conſ. 131. nu. 14. cum ſeq. poſt Caſtren. in conſ. 35. Videtur diendum, lib. 2. Io. Mar. Riminal. conſ. 230. n. 3. & ſeq. Simon de Pret. de interp. vlt. volũt. lib. 4. dub. 6. nu. 14. & conſ. 161. à n. 52. Hõded. conſ. 11. à n. 20. vol. 2. & Ioa. Gutier. de tutel. & cur. par. 3. c. 5. n. 74. Sed quãuis multi æſtiment Doctores hanc quæſtionem, tibi tamen vix vnquam ſuccedet in praxi, quia ſemper fratres in dotatione ſororum includunt omnem omninò obligationem, qua ad id teneri poſſent; ſeruiet tamen ad multa, in quibus quotidie de his compenſationibus diſputatur.

Si autem ſoror iam nupſit ſiue cum dote, ſiue ſine ea, nũ poſſit ſic maritata petere dotationem à fratre, ſiue is ſit patris hæres, ſiue non, tradit late Pacia. conſ. 56. à n. 9. Mar. Giurba in commen. ad conſue. Sena. Meſſanen. cap. 3. glo. 3. par. 1. nu. 58. vbi pluribus probat, quod non tenetur frater ex proprijs bonis, ſecùs ex paternis.

SVMMARIA.

1 *Socius omnium bonorum, an teneatur de bonis ſocietatis dotare filiam ſocij.*
Duæ communes opiniones contrariæ. ibidem.

2 *Doctores enumerare, vt videatur num plures ſint pro vna parte, quam pro alia, laber mihi ſemper viſus eſt infructuoſus, quia nemo eſt qui omnes poſſit dinumerare.*

3 *Tot capita quot ſententiæ, & quandoque plures ſententiæ quàm capita.*

4 *Quæſtio nulla eſt pro amico.*

5 *Dos filiæ ſocij omnium bonorum de communi eſt ſoluenda, nec poſtea imputatur patri in diuiſione ſocietatis. & num. 6. vbi deciſiones.*

6 *Societas. In ſocietate vniuerſali non attenditur an vnus plus lucretur quàm alius, vel ſi plus quàm alius expendit, ſed omnia onera ſunt communia.*

7 *Interpretatio l. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio.*

8 *Societas vniuerſalis ſolum tenetur ad dotes congruas filiarum ſociorum, non ad incongruas. vbi deciſ.*

9 *Et nõ ſolum tenetur pro prima vice, ſed & pro alijs etiam.*

10 *Quod maximè procedit ſi fiat conſtitutio dotis filiæ de communi, videntibus, & ſcientibus ſocijs. vbi deciſio.*

11 *Quando ſocij non ſunt æquales in filiabus, an vnica filia vnius debeat tantam habere dotẽ ſola, quantam plures alterius.*

12 *Societatis commodo non veniunt dotes, quæ ſocijs dantur, non enim communicãtur dotes, licèt bonè fructus dotium.*

13 *Vaſſalli an teneantur iuuare dominum pauperem in dotatione filiarum.*

14 *Vaſſalli alij dicuntur ratione feudi, alij verò ratione iuriſdictionis.*

15 *Vaſſallagium ignorantiæ dicitur quod eſt ſine terra.*

16 *Vaſſalli ratione iuriſdictionis tantùm, non tenẽtur iuuare dominum in maridagijs filiarum. & infrà. vbi deciſſ. tam noſtri Senatus, quàm aliorum.*

17 *Vaſſalli ratione feudi non tenentur dominum iuuare in dotationibus filiarum, niſi adſit conſuetudo, aut pactum, & conuentio partium.*

18 *Vaſſallus, & ſubditus non tenetur ad priuatam domini commoditatem.*

19 *Vaſſalli ratione feudi non tenentur ad alia, quàm ad ſeruitia feudorum.*

20 *Vaſſalli minùs ſunt obligati, quàm ſubditi.*

21 *Vaſſalli dominorum inferiorum non adiuuant eos in maridagijs. vbi deciſio noſtri Senat. & num. 26.*

22 *Vaſſalli, & ſubditi in Regno Neapolitano ex particulari lege tenentur ad adiutorium dominorum in dotationibus filiarum.*

23 *Lex obligans vaſſallos, & ſubditos ad adiuuãdum dominos in dotationibus filiarum, an intelligatur etiam ratione illegitimarum.*

24 *Regens Seſſe laudatur.*

25 *Vaſſalli feudatarij non contribuunt in adiutorio dominorum pro matrimonijs filiarum ſuarum.*

26 *Vaſſalli dominorum inferiorum non tenentur adiutorium præſtare dominis inferioribus pro maridagijs filiarum. & num. 21. Barones, qui voluerunt aliquando per vim extorquere adiutorium pro maritandis filiabus, malum habuerunt ſucceſſum. ibidem.*

27 *Rex ſolus eſt qui in Catbalonia adiutorium exigit à vaſſallis pro maridagijs filiarum.*

28 *Rex exigit iſtud adiutorium in Catbalonia in locis vbi habet omnimodam iuriſdictionem.*

29 *Vaſſalli Baronum ſecularium non contribuunt Regi in maridagijs filiarum.*

30 *Vaſſalli Baronum ſecularium non adiuuant Regem in maridagijs filiarum in Arragonia.*

31 *Vaſſalli Eccleſiæ contribuunt in Catbalonia in adiutorio pro maritandis filiabus Regis certo modo, prout habetur in concordijs, quæ hic referuntur.*

Quæ

32 Quæ ſit ratio cur vaſſalli Eccleſiæ contribuãt Regi in iſtis maridagijs, non verò vaſſalli Baronum ſecularium.

33 Vaſſalli, qui contribuunt ſuo domino immediato, non tenentur circa idem contribuere domino ſuperiori.
Onere duplici nullus debet pragrauari. ibidem.

34 Vaſſalli, in quibus Rex habet ſolùm criminalem iuriſdictionem, non contribuunt ei in maridagijs.

35 Barones, qui habent iuriſdictionem ciuilem, dicuntur, & ſunt domini territorij.

36 Vaſſalli, in quibus Eccleſia habet iuriſdictionem ciuilem, dicuntur vaſſalli Eccleſiæ, & vt tales cõtribuunt in maridagijs. vbi deciſ.

37 Vaſſalli domini Regis iudicantur vt tales, & vt tales contribuunt, etiam ſi alius habeat in eis iuriſdictionem ciuiliſſimam, & minimam. vbi deciſ.

38 Vaſſalli mixti domini Regis, & Baronis, quo ad contributionem in maridagijs iudicãtur vt vaſſalli Baronis. vbi deciſ.

39 Milites, & nobiles non contribuunt in maridagijs filiarum Regis in Cathalonia.
Milites qualiter de iure communi ſint immunes à tallijs, & collectis. ibidem remiſſiuè.

40 Milites non contribuunt etiam pro illis bonis, quæ antea erant plebeiorũ ſubiecta oneribus, & poſtea deciſ.

41 Mutatio perſonæ mutat conditionem rei.

42 Bona exempti ſi redeunt ad non exemptum reaſſumunt primæuam naturam.

43 Milites habent exemptionem pro rebus, quas ipſi pro ſe, & ad ſuum cõputum coli faciunt, non pro bis, quas alijs habent conductas. & ibi deciſ.
Coloni militum non ſunt exempti ſicut milites ipſi. ibid. & nu. 45. & ibi deciſ.

44 Foculariorum habetur ratio in adiutorio nuptiarum filiarum Regis.

45 Focularia in quibus collectis ſoleant conſiderari, & eorum haberi ratio.

46 Coloni Eccleſiæ non ſunt exempti in collectis ſicut ipſa Eccleſia.

47 Milites qui in hoc Principatu dicuntur Reginæ Mariæ, an ſint exempti à contributione in maridagijs.

48 Vniuerſitates, quæ ſunt vicus Barcino. carrer de Barcelona, non gaudent exemptione ciuitatis in iſtis adiutorijs pro maridagijs filiarum Regis. vbi deciſ.

49 Immunitas, & exemptio à contributione pro maridagio filiarum Regis, vt conceſſa dicatur, oportet quòd expreſſa ſit in priuilegio. vbi deciſ.

50 Ciuitas Barcinone, & ciues ſunt exempti, & immunes à contributione maridagij filiarũ domini Regis. vbi deciſio.
Declaratur pro bonis, quæ non ſunt arrendata. ibid. vbi deciſ.

51 Vaſſalli, qui reperiuntur in poſſeſſione non contribuendi pro maridagio filiarũ Regis, ſunt in ea conſeruandi. vbi deciſ.

52 Rex conſeruatur in poſſeſſione exigendi certã collectam pro maridagijs filiarum, donec ſit tus dictum in petitorio, etiã ſi in priuilegijs reperiatur minus debere recipere. vbi deciſ.
Vaſſalli Regis ſunt melioris conditionis vaſſallis Baronum. ibidem.

53 Vaſſallus non debẽt contribuere pro maridagijs filiarum Regis illegitimarum.

54 Vaſſalli contribuere debent pro monachatu filiarum Regis, ſicut pro illarum nuptijs.
Sed eſt expectanda profeſſio monialis. ibid. vbi deciſ.
Debitori expedit potiùs non ſoluere, quàm ſolutum ripetere. ibidem.

55 Vaſſalli in Cathalonia non ſoluunt adiutorium pro maritagijs filiarum Regis, niſi poſtquã illæ nupſerunt.

56 Vaſſalli in Aragonia ſoluunt adiutorium nuptiarum filiæ Regis ante nuptias, ſed cum cautione de intra annum ſolemnizando matrimonio.

57 Dos minor eſt ſoluenda pro filia monachanda, quàm pro matrimonio carnali collocanda.

58 Vaſſalli an debeant contribuere pro maritãdis ſororibus Regis, ſicut pro filiabus.

59 Quid in auo paterno, & matre, remiſſiue.

60 Maridagium an ſit ſoluendum filiabus domini Regis, an Regi ipſi, & quid interſit.

61 Fiſcus tenetur dotare filias illius, cuius bona fuerint ad ipſum deuoluta. vbi deciſ.

62 Etiam ſi fiat confiſcatio pro crimine læſæ maieſtatis.
Sed contrarium tenit Barboſ. ibid.

63 Piſcus in confiſcationibus nõ ſuccedit vt hæres.

64 Fiſcus non ſuccedit per repræſentationem, ſed per annihilationem perſonæ.

65 Fiſcus ſuccedens in ius priuati, tenetur de euictione, & ad litis ſumptus quocunque modo ſuccedat.

66 Confuſio actionum inducitur per fiſci ſucceſſionem, ſicut in quacunque alia ſucceſſione.

67 Fiſcum non ſuccedere vt hæredem, ſed aliter, quid importet, remiſſiue.

68 Fiſcus ex bonis confiſcatis tenetur dare vxori pauperi quartam authent. præterea, C. vnde vir. & vxor.

69 Legitima filijs an ſit relinquenda quando confiſcantur bona parentum.

70 Vſusfructus quem pater habet in bonis filij, an veniat in confiſcatione bonorum.

71 Vſusfructus prædictus an poſſit vẽdi pro pœnis per patrem incurſis Fiſco applicandis.

GLOSSA IIII.

De obligatione ſocij, vaſſalli, & Fiſci in hac materia mulierum dotationum.

1 Ocius † autem omnium bonorum (nam reſpectu ſocij particularis res eſt extra oẽm aleã) an teneatur contribuere in dotatione filiarum alterius ſocij, taliter quòd detrahantur dotes de communi, abſque eo quòd poſtea in diuiſione computentur alteri ſocio in ſuam partem, an è contra, paſſus eſt valdè dubius, in quo duæ ſunt è contrario, & ex diametro pugnantes Doctorum ſententiæ, & illæ quidem ambæ communes, prout apparet ex Anton. Gabr. commu. iur. conclu. tit. de iur. dot. con. 2. per tot. ex Pau. Graun. theore. 1. per rot. vbi cum Bapti. de Hieronymis, & Manen. Coſta vbi mox allegabuntur, tempus conſumit in computando Doctores vnius, & alterius partis,
2 (labor † qui ſemper viſus eſt meo iudicio in fructuoſus, eſt enim tanta librorum legalium multitudo, vt ſit penè impoſſibile quòd quis dicere valeat tot Doctores, & non plures ſunt huius opinionis, & tot contrariæ) Hierony. de Ceual. in ſpecu. commu. contra cõmu. conclu. 189. par. 1. Vincen. Carro. deciſ. ſeu caſu 102. per tot. Mar. Antoni. var. reſolutio. lib. 2. reſolu. 46. per tot. latiſſime Bapti. de Hierony. in conſi. de hoc edito inter tracta. de ſocieta. Nicolai Mozz. & Mauen. Coſta in alio conſil. ſuper eadem re edito in d. tracta. etiam impreſſo, Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 20. per tot. & Hector Felici. in nouo tracta. de ſocieta. cap. 26. à num. 21. cum multis ſequen. Hi octo Doctores vix omittunt vllum, quem non referant, qui hunc articulum tractauerint. Tam dubia eſt quæſtio, vt ex Beroio retulerit Carroc. vbi ſup. nu. 1. Doctores antiquos & modernos ita in hoc variaſſe vt vix diſcerni poſſit quæ ſit magis communis opinio, & de Caſtrẽſ. quòd variauerit, refert Felicius vbi ſuprà nu. 21. & Vinius idem ipſe dicit in deciſione inferiùs alleganda, & ſe ibi mutaſſe opinionẽ cõtra id, quod aliàs tenuerat in ſylua com. opini. De Federico Scoto etiam refert Carroc. † circa
3 hanc quæſtionem dixiſſe, quòd licet communiter apud homines circumferatur, tot capita, tot ſententiæ, hic plures ſunt ſententiæ, quàm capita, & de Petro Vbald. etiã adducit Crot. & Ceuall. irem loco allegat. quòd dixerit, in his opinionibus tene quam vis, & ſine peccato teneas: tametſi hoc vltimum diſpliceat Felici. n. 24. & 25. nolenti dari quæſtionem † pro amico, ſed teneri iudicẽ ſcrutari quæ ſit verior ſententia, & eam ſequi; & denique rem maximè dubiam faciunt diuerſæ ſententiæ, in quas diuerſi *Senatus* iuerunt, videbis enim plures infrà pro vna citatos,
† alium *Senatum* refert Mari. Anton. pro alia, var. reſol. lib. 2. reſol. 46.

5 Qua in re † ego, qui magis communibus ſoleo adhærere opinionib. & in foro, ac praxi à ſupremis Senatibus amplexia, opinionẽ illam ſequor, quæ tenet de cõmuni fore dotem ſolluendam, nec imputari in partem patris in diſſolutione, & diuiſione ſocietatis: quæ hæc opinio ſit magis communis, & melioribus fulcita rationibus, & fundamentis, docet plurib. Felic. qui cum diligentia quatuor ex eis retulit, & decem contratijs reſpõdit vbi ſupr. nu. 25. cum ſeq. nouem antea pro eadẽ noſtra opinione adduxerat Rol. a Val. conſ. 91. vol. 1. & decẽ contraria diſſoluerat, vt ibi habetur: duodecim etiam fundamenta tradit pro eadem opinione, & decem contrarijs reſpondet Manti. vbi ſup. Videdi vlterius ſunt Fab. Turre conſ. 7. lib. 2. Fachi. to. 1. contro. iuris lib. 8. c. 4. & to. 2. lib. 12. c. 13. per rot. & deniq. Bapt. de Hiero. in cit. conſ. n. 2. & ſeq. vbi nedum argumentis in contrarium factis reſpondet, ſed & auctoritatib. etiã DD. qui pro aduerſa opinione adducuntur, ſatagens probare eam eſſe prorsùs omnibus auctoritatibus DD. denudatã, quippe quia qui allegãtur pro ea, in his terminis non loquatur, & alias. Adde Pereg. pleno conſ. 124. in vol. 5.

Placet non parùm mihi argumẽtum, quod in iuſtificationẽ huius opinionis deducitur ex l. ſi ſocietatem vniuerſorum 73. §. idẽ Maximino, ff. pro ſocio, & in l. ſi ſocius pro ſi'ia 81. eodem tit. quatenus iu illa habetur, quòd vbi contrahitur ſocietas omnium bonorum, quicquid vnus ex ſocijs expendit in honorẽ liberorum ſuorum, ſocietati imputatur: in hac vero quatenus diſponitur, vt filia vnius ſocij dotata ab eius patre, & hæres relicta, in diuiſione rerum ſocietatis faciendæ cũ altero ſocio, habet dotem præcipuam, quam non haberet, ſi de parte ſui patris ſolũmodò veniret extrahenda. Hæc ſignanter duo iura in huius opinionis iuſtificationem adducũtur à DD. prouti apparet ex Carroc. vbi ſupr. n. 2. in verſ. Et omnibus, & Felic. allega. c. 26. nu. 28. & 30. & ſi magis, quomodo tex. in alle. l. ſi ſocius pro filia, qui in contrarium ſolet ab omnibus adduci, noſtram probet opinionẽ, ſcire vlteriùs cupias, vide pulchram eius in id inductionem, quam faciunt Rolan. à Vall. in conſ. 91. nu. 40. vol. 1. & Illuſtriſſ. Cardi. Mãtica loco allega. nu. 27.

Rationes

6 Rationes plures † adducuntur à Doctoribus, sed illam iudico sufficientissimam, quam ponit Gregor. Lopez in l.6.tit.10. *De las compañias de los mercaderes*, parti.5.glos. 1. quòd in hac societate generali non attenditur, an vnus plus lucretur, quàm alius, vel plus quàm alius expendat, sed omnia sunt æqualiter partienda, l. si socius pro filia, ff. pro socio, & sicut lucra sunt communia inter socios omnium bonorum, pariter & omnes impensæ, & omnia onera debent esse communia, l. cum duobus, §. per contrarium, & §. quidam sagittariam, ff. pro socio, optima ergo ratione (concludit) constitutum est, q̃ illud onus dotandi filias sentiant æqualiter socij, licèt illas non æquales habeant; prosequitur pluribus hoc argumentum Felici. loco allegato, num.28.

Cùm successisset de hac materia disputari in Audientia Capitanatæ Apuliæ, refert Viui.decisio.431.nu.7. *declaratum* ibi fuisse, nedum quòd dos debet constitui de communi, sed etiam & constituta restitui vxori vnius ex socijs; & dicit idem Viuius, nescio quid de mutanda sententia, quam circa hãc materiam tenuerat, à conscientia stimulatus, in sylua opini.338. Fratres non possunt petere, num.1.& seq. lib.1. Sic etiam in terminis se pluries obtinuisse in facto *declarari* refert Baptista de Hieronymis in supradicto consilio integro super hoc puncto impresso post tracta.de contracti.Nico.Mozzij nu.9. in fi. quem etiam ad propositum refert, & sequitur Alexan. Rauden. decisio. Pisa. 1. num. 46. dicens ex mente eorum, quos allegat, ideò id esse, quia dos filiarum est æs alienum, in quod inuitus incidit pater, cũ non sit quid sibi imputetur.

7 Ad † l. si socius pro filia, ff. pro socio, in qua consistit eardo, & constituitur basis contrariæ opinionis, quatenus claris verbis videtur disponere, quòd filia vnius socij dotãda veniat de communi, ita demum si ita inter socios actum sit, ergo à contrario sensu, si nõ, sic ita actum, non dotabitur, & duobus etiã alijs modis in idem inducitur, vt est videre apud Felicit. vbi suprà num. 40. Ad dictam (inquam) legẽ non est quòd respondeamus, cùm enim pro nostra opinione eam induxerimus, adduxerimq. Doctores relati asserentes tantùm abesse, quòd sit contra nos, quòd immò sit pro nobis, iam non debemus vlterius tempus in hoc consumere; si tamen vis plures ad eum textum solutiones, vide Felic. allega. cap. 16. 4 num. 40. qui qualiter nihil faciat pro cõtraria opinione, multis probat, post reliquos ferè omnes, qui nostrã opinionem tenuerunt, qui ei etiã respondent. Non displicet tamen, quòd ad eam dicatur, vel quòd nõ loquatur in societate omnium bonorum, quamuis ita glo. velit ibi, verbo, si socius, nihil tamen dicens, quo monstret vt dè habuerit, quòd ibi loqueretur l. C. de socio omnium bonorum, prout de huiusmodi societate omnium bonorum loqui negat Decius in consil. 68. num. 2. versicul. Superest, & videtur ratio euidens, quia cùm in hac communicẽtur æqualiter lucra, & damna, ac onera, ad nihil erat proculdubio necessarium pactum, de quo ibi, si omnium bonorum fuisset societas, de qua in dicto loco habetur: Vel etiam dicatur, q̃ ibi non fuerit disputatum principaliter, nunquid necessarium sit pacto, vt filiæ sociorum dotari valeant de communi societatis, sed immò, si illud interpositum fuerit, vtrum esset validum; & decidit, q̃ si est æquale respectu vtriusque socij, vt filiæ tam vnius, quàm etiam alterius dotentur, valeat, si autem quòd filiæ vnius tantùm, minimè, ita respondent Socin. & Deci. vbi per Felici. allegantur, numero 40. & 41. Reliquas solutiones videbis apud Doctores iam allegatos, viden. est vltra eos Barbos. qui de materia etiam loquitur in sæpè alleg. l. 1. p. 4. nu. 90. ff. solut. matri.

8 Declarant † quæ nostram opinionem tenent, ita vt congrua sit dos, non incongrua: ad hanc enim (inquiunt) societas non tenetur, quod & ego verissimum existimo esse, licèt id nullus mihi dixisset vnquã, atque ita in terminis *declaratum* in facti cõtingentia testatur Guillermus Guidobonus aduocatio. 127. in fi. qui ad id allegat Costa de portio. rata q. 119.

9 Intelligunt † & alij ex Doctoribus, quos in superioribus retulimus, opinionem prædictam, quam nos firmauimus, vt procedat pro prima vice dumtaxat, vt pro ea possit dotari filia de communi, non pro alijs vicibus. Cæterùm placet opinio Felicij vbi supr. nu. 41. circa fi. quòd si sine culpa sua, & patris, filia amisisset dotem, esset iterùm proculdubio de communi dotanda, quia in hoc casu non est minor ratio, cur pro alijs vicibus, quã pro prima, expensæ istæ fiant de communi.

10 Et denique † omnes intelligũt, etiam qui diuersam opinionem tenent, quòd nõ sit dubitandum, esse dotem soluendam de cõmuni, si fiat per socium constitutio de bonis cõmunibus, scientibus, & patientibus alijs socijs, idque sine vna, sine altera opinio teneatur ex suprà relatis, ad quod signanter Mantica in dicto lib. 6. tit. 21. nu. 59. plures allegat, præsertim Alciat. refert in cons. 40. nu. 1. dicentem se hanc opinionem putare veriorem, & tenere sine dubio, & ita consuleret, & iudicaret, & postea addit ita Mediolani à præstantissimis viris fuisse *iudicatum*.

Quod tamen ego, tenendo noſtram opinionem, neceſſarium non exiſtimo, ſed ſi id cõcutrat, ceſſare debere omnem dubitãdi modum iudico.

11 Sed † ſi ſocij ſint diſpares in filiabus, quæ veniunt ex ſocietate dotãdæ, iuxtà ſuperiùs firmatam opinionem, putà quòd vnus vnicã tantùm habeat filiã, alius verò tres, aut quatuor, dubium eſt, an illa vnica filia debeat habere maiorem dotem, quàm filiæ alterius ſocij, vel ſociorum, qui plures filias habent, quod moltis conatus eſt enucleare Ruinus, cùm de facto accidiſſet, in conſil. 104. lib. 1. incipiens à quadam diſtinctione ſubtili, qua in hoc vtitur etiam poſt eum Cardinalis Mantica in tract. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. titu. 25. qui aliam item diſtinctionem excogitauit: ſed quia hæc ſpectant ad materiam congruitatis dotis, de qua inferiùs agemus, ideò paululum expectare habebis, donec illuc perueniamus.

12 Pro † choronide huius materiæ eſt quòd aduertas, non ſicut oneri ſocietatis incumbit dotare filias ſociorum, ſic commodo illius cedere dotes, quæ ſocijs dantur; non enim cõmunicantur dotes in ſocietate, quantumuis vniuerſali, benè tamen fructus dotiũ, quia nec facere ſocietas poteſt vt mariti ſocius maritus exiſtimetur, ſed tantùm vt onera matrimonij communicentur, quod ad mulieris, & liberorum exhibitionem pertinet, Roma. conſil. 306. Sena. Sebuſia. apud Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 27. pro ſocio, definitiõ. 7.

13 Vaſſalli † autem alicuius domini an teneantur maritare eius filias, vel adiutorium illi ad id præſtare, quando dominus eſt pauper, ſciſcitant à nobis quotidie quamplures in caſibus, qui de hoc contingunt, quibus eſt quòd in præſentiarum, pro ſubiectæ materiæ opportunitate, reſpondeamus. Cæterùm, vt clariùs, & diſtinctiùs procedamus, quàm fecerint plures, qui de hac re tractarunt, confundentes vaſſallos cum ſubditis, erit primò animaduertendum † vaſſallos eſſe in duplici 14 differentia, alij ſiquidem dicuntur vaſſalli ratione feudi, quæ ab aliquo habeant, alij verò ratione iuriſdictionis, cui ſubſint, vt probat ad litteram text. in cap. 1. qualiter iurare debent vaſſal. domin. fideli. in vſib. feud. Cabed. deciſio. 44. num. 1. part. 2. licèt propriè dicatur tantùm vaſſallus qui terram à domino tenet, & pro ea ſeruit, obedit, & fidelitatem iurat, prout bene aduertit Grego. Lop. in l. 2. gloſ. 1. tit. 25. *de los vaſſallos*, parti. 4. 15 alià (inquit) ſine † terra poſſet dici vaſſallagium ignorantiæ; qui verò alteri ratione iuriſdictionis ſubeſt, propriè ſubditus, nõ vaſſallus dicitur, id quod multis probat Cancer in 3. par. variar. reſolutio. cap. 10. de conten. iuriſdi. num. 29. 40. & 41. à nobis iam aliàs ad idem relatus in 1. tomo clauſu. 4. glo. 12. num. 156.

16 Hoc † præſuppoſito, in hac quæſtione Gregor. Lopez in l. 6. tit. 25. *de los vaſſallos*, gloſ. 2. parti. 4. noluit ſe determinare reſpectu vaſſallorũ ratione feudi, ſed dixit, quòd quicquid ſit quoad eos; in vaſſallis tamẽ burgenſibus, ſeu alijs ſubditis ratione iuriſdictionis, dicendum eſt quòd non tenentur ad iſta onera, nec poſſunt ſibi imponi per dominos.

Iacobus autem Menochi. de illis loquens in tracta. de arbitra. iudi. caſu 181. nume. 4. noluit ſimiliter reſolutionem capere ſimpliciter, an tenerentur, nec ne, ſed poſt relatas contrarias in hoc opiniones, dicit ſe tenere cum conciliatrice, quòd teneantur vaſſalli ſi pauper ſit dominus, qui de ſuo ſubire illud onus non valeat, pront eum depiximus in noſtra propoſita quæſtione.

17 Sed † Henri. Roſental. in tracta. de feud. cap. 5. concluſio. 77. & 78. vbi pleniſſimè vtrũque articulum examinat, tam quoad vaſſallos ratione feudi, quàm etiam quoad ſubditos ratione iuriſdictionis, concludit ſemper pro vaſſallis, & ſubditis vt nullo modo teneantur ad adiutorium domino pro filia maritanda dandum, niſi ex ſpeciali loci conſuetudine, pacto, aut conuentione cum ſubditis legitimè inita, domino tale ius ſit quæſitum, quæ (inquit) in omni caſu eſſent probanda cum ſint facti, Rationem aſſignat, & dicit eſſe reſpectu ſubditorũ ex iuriſdictione, quia hoc priuatam potiùs domini com-
18 moditatem reſpicit, ad quam † ſubditus nõ tenetur, & ex alijs rationibus in idem videdis, citat Ferdin. Vaſqui. controuerſ. illuſtr. † lib. 1. cap. 7. nu. 3. atque ita tradit *iuditatum* in Camera Imperiali de anno 1590. Pro vaſ-
19 ſallis † autem ratione feudi rationem eſſe, quòd ipſi non teneantur ad alia, quã ad feudorum ſeruitia, inter quæ iſtud de adiutorio præſtando pro maritandis filiabus non repe-
20 ritur. Præterea † inquit, ſi ſubditi non tenentur, minùs vaſſalli, quos non ita obligatos dominus habet ſicut illos, non enim ex eo quòd vaſſallus, ideò ſubditus dicitur, quia vaſſallagium non inducit ſubiectionem; hæc omnia ſic largè probat Roſental. vbi ſuprà, vt ſuperfluum mihi videatur velle aliud circa ea hic dicere, ſolùm aduerto vltra ſopradictos videndam eſſe deciſionem Guid. Pape 57. vbi de hoc latè, cui ego addo latiſſimam additionem Iaco. Ferrer in ea impreſſam, qui ſubtiliter eundem articulum excutit, Atfict. deciſio. 265. num. 54. vbi de eodẽ etiam agitur, & ibi Vtil. in addition. nu. 56.

& Nico.

& Nico. Boer. deciſion. 126. & 127. qui eandem quæſtionem tractat, Caſtil. de Bouadil. in ſua polit. lib. 2. cap. 16. *De la juriſdiccion de ſeñores de vaſſallos*, nu. 162. Nec eſt omittendus noſter Cancer lib. 2. varia. reſolutio. cap. 2. de iuriſdict. omn. iudic. num. 276. vbi
21 quęſtionem † examinans de ſubditis ratione iuriſdictionis, pro eis concludit contra dominos inferiores (contra cenſens in dominis ſuperioribus alium non recognoſcentib. qui prę ſua inopia non poſſent filias ſuas nuptui tradere, ad idque adducit Boer. deciſi. 126. num. 7. & Guido. Pap. allegata deciſio. 57. & in ſingular. 13. & alios) ac pro vaſſallis contra dominum inferiorem fuiſſe in noſtro Senatu de anno 1583. † *declaratum* idem Cancer refert.

22 In Regno † Neapolitano vix incidunt vnquam huiuſmodi, de adiutorio filiabus dominorum maritandis præſtando, quęſtiones quoad obligationem principalem, quia ibi ad id obligantur ſubditi, domino inope, & panpere exiſtente, expreſſa Conſtitutione incip. Quamplurimum, quam adducit Molfeſ. in commenta. ad Conſtitution. eius Regni par. 6. de iure dorium quæſt. 4. num. 17. cum ſequen. circa quam nonnullas pulchras quæſtiones in illo Senatu tractatas, & deciſas, excutit Vincent. de Franch. deciſio. 42.
23 73. & 131. Quæ † & alia quæcumque ſimilis conſtitutio, an comprehendat nedum legitimas, ſed etiam & illegitimas, & ſpurias filias, tetigi ſuprà dum de dotandis illegitimis agerem, quibus adde Dida. in epito. ad 4. Decreral. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 11. ad fin. & Ioannem Baptiſtam Lupum in tracta. de illegitimis commentario 2. §. 1. numer. 17.
24 egregius Regens † Aragon. Seſſe, quem nuper Cæſaraugustæ ab oppido Madriri rediēs familiariter cognoui, & ſimul comprobaui quæcumque apud nos de hominis eruditione, licet eſſent non modicę æſtimationis, ſecundum quod ex eius doctis ſcripris colligi poterat, circumferebantur, in multò non æquare merirum, Seſſe (inquam) in tracta. de inhibitio. cap. 4. §. 7. num. 3. qui id applicat ad ſuos foros Arago. vnde exemplum & nos & alij poſſumus ſumere applicandi ad noſtras, & alias ſimiles Conſtitutiones, quibus ſtringimur adiutorium præſtare pro maritandis Regis noſtri filiabus.

25 Hæc † ſunt quæ Doctores in terminis iuris communis, & ex ſtatutis aliarum prouintiarum circa mareriā hanc adducunt. Nos in Cathalonia particularibus legibus & conſuetudinibus (quas multùm attendendas in hoc dicūt Doctores) viuimus. Hic imprimis nunquam eſt auditum, quòd dominus feudi, aut emphyteoſis peteret iſtud adiutoriū à vaſ-
26 ſallis. Neque † etiam potuerunt illud obtinere ſi aliquando rentaueruut domini inferiores iuriſdictionum, vt ſunt Barones, prout ex Cancer ſuprà retulimus, vbi allegat de ciſionem Senatus contra eos ſuper hoc factam. Adde Carhelia. Cor. in memora. verbo, vaſſalli non tenentur, & Vincen. de Fran. deciſio. 42. iam ſuprà allega. in fin. qui multū execrantur id quod eſt velle dominos compellere vaſſallos ad iſta adiutoria, & narrant quod in facto ſucceſſit Franciſco Sforrię ſecundo Duci Mediolani, qui voluit quòd Collegium Mediolani conſuleret, poſſe id fieri, & quia noluit eius votis annuere, quia exiſtimabat de iure non procedere, priuauit illud facultate Imperiali doctorandi, quam habebat, ex hoc tamen ſucceſſerūt ei tot mala, & infortunia, qualia illi Doctores narrant, monentes Barones ne aliud ſimile tentare velint, ne eis accidat quod huic Duci. 28

27 Solus † ergo Rex eſt qui in Cathalonia iſtud adiutorium requirit, ſed multùm moderatè. Et quia diuerſimodè in Cathalonia exercentur iuriſdictiones, in aliquibus enim partibus exercetur tota per dominum Regē & ſuos miniſtros ſine mixtura alicuius alterius. Aliquando è contrà, exercetur tota per Barones, abſque eo q̄ aliquid inibi habeat dominus Rex præter regalias; & iſti ſunt in duplici differentia, alij enim ſunt Barones Eccleſiaſtici, alij vcrò ſeculares, & laici. Aliquando & per dominum Regem, & per Barones ſimul iuriſdictio exercetur indiuiſim. Aliquando diuiſim, ira quòd vnus habet iuriſdictionem criminalem, alius ciuilem: quia (inquam) diuerſimodè iuriſdictiones exercentur in Carhalonia, ideò diuerſimodè etiam de vaſſallis iudicatur quo ad adiutoriū iſtud.

Dicamus aliqua de ſingulis articulis, ſecundum quod vidimus apud nos practicari, & aliàs, per quæ ſperamus rem hanc ad caſus, qui in poſterum ſuccedant, remanſuram claram, & expeditam.

28 Imprimis † quod attinet ad vaſſallos, in quibus dominus Rex exercet totam iuriſdictionem, in eis receptum eſt in Cathalonia quòd debeant in illo adiutorio contribuere, verum eſt quòd non habemus legem particularem, quæ id diſponat, ſed ita vidimus
† de noſtro tempore *practicari* de anno 1617. occaſione matrimonij celebrati per Sereniſſimam Annam Mauritiam filiam Catholici Philippi Secundi naper vita functi, cum Chriſtianiſſimo Lūdouico Francorum Re-
† ge, & in alijs occaſionibus ita etiam *practicatum* fuiſſe legimus in libris recenditis in Officio Msgiſtri Rationalis, vbi etiam conſtat, quòd antea iam ita obſeruabatur, &

practi-

practicabatur ab antiquis temporibus.

29 Quod † verò attinet ad vassallos dominorum inferiorum, & Baronum secularium, & laicorum, in quibus dominus Rex nullã exercet iurisdictionem nec ciuilem, nec criminalem, illi immunes sunt ab isto onere, & vectigali, nec aliquid ab eis ea ratione exigitur, vti etiam vidimus obseruatum, & practicatum in casu dicti vltimi adiutorij, qui successit in hac Prouintia, sequendo quod in libris, de quibus suprà, reperiebatur scriptũ obseruatum, & practicatum fuisse antiquitùs in alijs similibus occasionibus.

30 Idem † obseruari in Aragonia, ne vassalli Baronum secularium teneantur ad istud adiutorium, habes ex Regente Sesse de inhibitio. cap. 4. §. 7. num. 2. vbi dicit istud ius soluere debere vniuersitates Regales, & Ecclesiæ vniuersitates.

31 Quod † attinet ad vassallos Ecclesię, & sic Baronum Ecclesiasticorum, reperio controuersiam antiquis temporibus fuisse inter dominum Regem, & Prælatos, & Barones Ecclesiasticos, & seu brachium Ecclesiasticum super isto adiutorio, prætendente domino Rege ad illud dictos vassallos teneri, & obnoxios esse, contrarium existimantibus dictis Prælatis, & brachio Ecclesiastico, super qua controuersia, & lite extat concordia facta de tempore Serenissimi Regis Alfonsi Quarti, sub data 20. Octobris 1419. confirmata per Serenissimum Regem Ferdinandum Secundum in priuilegio concesso stamento Ecclesiastico 9. Octobris 1481. & 2. Septembris 1510. prout hæc omnia habentur in volumine pragmaticarum, quod est secundum in nostris Constitutionibus, sub tit. de coronag. & maridag. in qua concordia, & transactione datur forma qualiter & quãdo per istos vassallos sit in isto adiutorio contribuendum.

32 Sed † ego hæc considerans mirabar quãobrem dominus Rex prætenderit sibi ius esse exigendi istud adiutorium à vassallis Ecclesiæ, qui deberent esse magis priuilegiati, & non reperiamus quòd aliquid prętenderit vnquam contra vassallos dominorum secularium, sic enim fiunt isti melioris cõditionis, quàm illi, cùm contrarium deberet esse.

Respondebat mihi quidam ex ijs, qui in exactione vltimi adiutorij interueniebãt, ac ille quidem ex superioribus ministris, id ideò factum fuisse, ne vassalli Baronum secularium dupliciter grauarentur, in adiutorio scilicet maridagiorum dominorum inferiorũ, & in maridagijs domini superioris, qui est dominus Rex, quod non est, nec potest succedere in vassallis Ecclesiæ, qui sunt liberi, & & immunes ab ista seruitute erga dominos suos, cùm non possint habere filias, quas aliquando nuptui tradere habeant, ideò nihil mirum, si isti contribuunt Regi, illi verò non.

33 Bona † foret hæc ratio, si hic Barones exigerent istud seruitium, non enim foret instũ quod duobus illud solueretur, per tex. in l. nauis onustæ, §. cum autem, ff. ad l. Rod. de iac. ibi: *Non debet duplici damno onerari*, cum simil. allega. per Rosental. de feud. cap. 5. de regalib. conclusio. 83. num. 1. vbi in terminis dicit, vassallum solitum subsidium, q̃ domino suo immediato pręstitit, Imperatori denuò pendere de eadẽ re obligatũ non esse, Guido Pap. decis. 87. Gail. obseru. 53. num. 3. & 10. lib. 2. Nat. cons. 193. nu. 1, cum alijs adductis per Rosenral. vbi supr. in glo. littera A. Grego. Lopez tit. 25. *de los vassallos*, l. 6. glos. 1. circa med. parti. 4. vbi dicit, quòd in casu in quo vassalli Baronum subueniunt dominis eorum, non imponit Rex collectam in eodem casu, ne vassalli Baronum duplici onere grauentur. Cæterùm cum in Cathalonia Barones istud adiutorium non exigant, vt probauimus, quærenda est alia ratio huius introductionis.

Ego consuetudini potiùs id tribuerẽ, quæ in his, vt diximus, multùm potest, quàm alicui alteri causæ; benè posset esse, quòd illius introducendæ causam & occasionem à principio dedit ista consideratio, si vassalli Baronum secularium habebant iam contribuere illis in isto adiutorio, quia forsan id tunc vassalli allegabant pro se, vt eximerentur à domino Rege: sed veritas est, quòd non tenẽtur, nec vnquam obligati fuerunt istis dominis inferioribus contribuere, vt suprà probauimus. Sit ob id, aut ob aliã causam, quod est certum, est, vassallos Baronum secularium reperiri in ista possessione, in qua consuetuantur à ministris Regijs.

34 Sed † si in terra Baronis dominus Rex exerceret iurisdictionem criminalem, Baro autem ciuilem, prout in multis Cathaloniæ partibus, an id sufficeret ad istam exemptionem, vidi dubitatum. Sed resolutio est clara id sufficere, quia ista iurisdictio criminalis in Rege quoad adiutorium istud nihil operatur, ad tradita per Capi. decisio. 27. & in terminis rerminantibus per Vincen. de Franc. 35 decisio. 131. num. 4. Et est † ratio rationis, quia isti Barones, qui habent iurisdictionem ciuilem, sunt & dicuntur domini territorij simpliciter, & verè, prout ex Capic. in cita. decision. 27. & Mar. Frec. ego aliàs ad aliud propositum non dissimile probaui in primo tomo clauſ. 4. gloſſ. 10. par. 2. num. 69. versi. Imprimis, nihil ergo mirum, si ex hoc vassalli Baronis nominentur, & dicantur, non vas-

salli

ſalli Regis, & ex conſequenti vt vaſſalli Baronis debeant dici immunes ab illa contributione.

35 Ihdè † ſequitur ex eadem ratione, quòd ſi Baro Eccleſiaſticus eſt qui habet iuriſdictionem ciuilem, & dominus Rex habet iuriſdictionem criminalem, vaſſalli iudicãtur, & dicuntur vaſſalli Baronis Eccleſialtici, & non vaſſalli Regis, & ideò contribuunt vti vaſſalli Baronis Eccleſiaſtici, non vt vaſſalli Regis, qui plus ſoluunt, prout in terminis *de*
† *claratum* fuit in Conſiſtorio Officij Magiſtri Rationalis, cui ſpectat, interuenientibus Magnificis Regente Regiam Cancellariam, qui tunc erat Michael de Salba & de Vallſeca, nunc in ſupremo Regni Aragonũ Concilio Regens: vno ex antiquioribus Regiæ Audientiæ, qui tunc erat Ioãnes Gallego, nunc officium Regentis in hoc Principatu exercens: & Aduocato Fiſcali patrimoniali, qui tunc erat, & eſt Hippolytus Montaner, ſub die 17. Aprilis 1617. cùm ſuper hoc eſſet propoſitum dubium, prout vidi in libris deliberationum dicti Officij ſuper hac materia factarum.

37 Sunt † tamen ſupradicta intelligenda, niſi Barones haberent tantùm ciuiliſſimam, & minimam iuriſdictionem, reliquam haberet Rex, tunc enim iuriſdictio illa minima non eſſet in conſideratione, & ideò non efficeret quin nihilominùs vaſſalli dicerentur vaſſalli domini Regis, & ex conſequenti vt tales deberent in iſto adiutorio tractari, ita in ter-
† minis *reſolutum* in facti contingentia fuiſſe in Conſiſtorio Officij Magiſtri Rationalis ſub die 13. Maij 1617. vidi in libris deliberationum ſuprà citatis.

38 Sed † quid ſi dominus Rex, & Baro habent mixtam iuriſdictionem tam ciuilem,
† quàm criminalem? *declaratum* fuit illos vaſſallos eſſe iudicandos vti vaſſallos Baronis, quoad illam contributionem, in Conſiſtorio prædicto Officij Magiſtri Rationalis, ſub die 15. April. 1617. vti habetur in libris declarationum, quos ad iſtum effectũ vidi. Præualet enim libertas, & eius fauor ſeruituti, & illius rigori.

39 Quoad † milites, & perſonas nobiles, quę ſunt plures in hac Prouincia, ipſi non contribuunt in iſto adiutorio, immò vt immunes ab eo in hoc Principatu tractantur, atque ita obſeruatur inconcuſsè, vidimusque obſeruatum, & practicatum in iſta vltima contributione facta de anno 1617. De iure communi quomodo, & qualiter nobiles ſint immunes à muneribus publicis, tractat latiſſimè Tiraquel. de nobilita. cap. 20. ex num. 165. Marc. deciſio. 301. par. 1. Guido Pap. & ibi addentes deciſion. 384. Dubitatum † tamen fuit
40 apud nos in dicta vltima contributione, ſi id procedebat reſpectu domorum, quæ antea erant plebeiorum, & ſic ſubiectæ huic oneri, poſtea verò deuenerunt ad perſonam militarem, & nobilem, & fuit reſolutum quòd ſic,
41 quia † ex mutatione perſonæ mutatur conditio rei, Bart. in l. procuratorem, de acquir. hæred. prout in terminis dicit Guid. Pap. in
† cita. deciſio. 384. vbi ita *deciſum* refert de anno 1460. & antea idem etiam dixerat deciſ. 382. Papon. lib. 5. tit. 11. arreſt. 23. vbi addit,
42 quòd † ſi poſtea res redit ad plebeium, reaſſumit propriam naturam vt contribuere debeat, latè Vincent. de Franch. deciſ. 131. nu.
† 25. *Reſolutio* pro hac opinione facta fuit in Conſiſtorio Officij Magiſtri Rationalis 13. Maij 1617. prout potes videre in libris in dicto Officio reconditis.

43 Intelligendum † eſt quod diximus de militibus, & perſonis nobilibus, ſi hæreditates pro ipſis coluntur, & ſuo nomine, & ad ſuum tantùm commodum, conductis perſonis, quę eorum nomine huius rei curam habeant; ſecùs eſt ſi hæreditatem locauerint alicui vt ſuo nomine coleret, & pro ſe, cum obligatione reſpondendi certam mercedem, vel in pecunia, vel etiam in ipſis fructibus, domino proprietatis, tunc enim contribueret ſine du-
44 bio iſte colonus, quia † hæc contributio fit per foculária (*fogatges* vocamus) vt habetur in toto tit. de coronag. & maridag. in 1. & 2. volum. conſtitutionum, non ad ſolidum & libram pro modo facultatuum; nihil ergo mirum, ſi quicumque facit focum, ſi ex ſe nõ eſt exemptus, contribuit. De iſto modo col-
45 lectandi † per focos, & focularia, ſeu per fumantes, aut capita fumantium, vt alij dicũt, ſi vis ſcientiam rei ex veris, & certis principijs habere, vide Bal. in l. 1. §. quod ſi nemo, ff. quod cuiuſq. vniuerſi. nomin. Loſæ. de iur. vniuerſi. cap. 9. de collec. num. 16. & nouiſſimè Ioan. Franc. à Ponte in tractat. de potelt. Proreg. tit. 4. §. 8. de regal. impoſi. nu. 34. quẽ
† alios citant, Andr. Molfeſ. in conſuetud. Neapol. par. 6. quæſt. 4. de iur. dotium, nu. 18. qui in terminis dicit in Regno Neapolitano exactionem fieri, ſicut hic, per foculária. Et hoc eſt ordinarium de iure, quod licèt in aliquibus caſibus non teneantur milites ad collectas, tenentur tamen eorum coloni, & conductores, de quo puncto non eſt quòd ad alium recurras, præterquam ad noſtrum Cãcer, qui benè confirmat in 3. par. varia. reſol.
† cap. 3. de priuileg. num. 58. vbi ita *deciſum*
46 aſſerit in noſtro Senatu. Et in colonis † Eccleſiarum (quod plus eſt) idem procedere docet multis Theſaurus tota deciſ. 116. vbi
† ita *deciſum* in Senatu Pedemõtano in facti contingentia dicit.

Et quia

47 Et quia † in Prouincia Ampuritanenſi in hoc Principatu ſunt plures, qui vulgò dicuntur Milites Reginæ Mariæ, de quibus multa ego dixi in 1.rom.clauſu.3.glo.3.ex nu.86. qui prætenderunt antiquitùs ſicut reliqui milites,& nobiles ſe fore exemptos,& immunes ab iſta cõtributione, neceſſum fuit quòd † *reſolutio* ſuper hoc caperetur, ea autem capta fuit olim 5.Nouembris 1526.dicendo, quòd quia iſti non habebãt niſi priuilegium generoſitatis, quod nihil eis proficere poterat, ex quo intra annum armari milites non fuerant, iuxtà Conſtitutionem Regis Petri Tertij in Curijs Montiſoni anni 1363. quæ eſt ſecunda in ordine, ſub tit.de priuileg. & immunitat. ideò non gaudebant priuilegio militum, & ſic tenebantur ſicut cæteri contribuere.

48 Item † fuit in contributione relata à principio pro maridagio anni 1617. dubitatum circa nonnullas vniuerſitates præſentis Principatus, quæ habent priuilegium vt ſint, & dicantur vici ciuitatis Barcinone,& eius priuilegijs, & prærogatiuis fruantur, *carrer de Barcelona*, an iſtæ vniuerſitates eſſent exemptæ ſicut eſt ipſa ciuitas, & illius ciues. Fuit † *reſolutum* 20.Maij anni prædicti, quòd non, 49 eo motiuo, quia † expreſsè in priuilegijs dictarum vniuerſitatum non concedebatur exemptio,& immunitas à dictis iuribus, quod viſum fuit neceſſarium per cap.2.concordiæ coronatici,& maridatici in 2.volum.conſtitutio.ſub tit.de coronat.& maridag.ibi: *Qui han expres priuilegi, o ſentencia de exemptio nomenadament de coronatio, o altre qualſeuol demanda expreſſament nomenada, &c.* Ibidẽ eſt alia declaratio facta de anno 1573.

Magnus fuit de hac re conflictus cum villa de Granullarijs, quæ eſt notabilis in hoc Principatu, & prætẽdebat, quòd ex quo erat vicus ciuitatis Barcinone, debebat declarari exempta ſicut ipſa ciuitas; ſed † *ſubcubuit*, & ad eius exemplum reliquæ vniuerſitates, quæ ſunt non paucæ, habentes idem priuilegium.

50 Præſuppoſui † quòd ciuitas, & ciues Barcinone fuit exẽpti,& immunes ab iſta contributione, non vidi priuilegia, ſed debuerunt videre ea in Conſiſtorio Officij Magiſtri Rationalis, vbi data fuit ciuitas pro exempta, & pro exemptis dati ciues de dicto † anno 1617. *reſolutione* facta 13. Maij, qua fuit dictum ciues Barcinone fore exemptos, licèt non eſſent perſonæ militares, eodem modo quo militares, pro domibus, & proprietatibus, quas poſſident in territorio ciuitatis Barcinone, ſi eorum nomine coluntur, non ſi per conductores, quemadmodum de perſonis militaribus ſuprà diximus *reſolutum* in eodem Conciſtorio eodem die fuiſſe.

51 Fuit † etiam dubitatum, ſi quædam vniuerſitates, quæ reperiebantur in poſſeſſione, ſeu quaſi non ſoluendi, & ſic immunitatis, † debebant nihilominùs ſoluere, & fuit *reſolutum* 19.Maij 1617. quòd debebant in dicta poſſeſſione conſeruari, atque ita vniuerſitates, quæ non reperiebantur ſoluiſſe ſecundùm quod erat ſcriptum in libris vbi hęc ſolẽt ſcribi, fuerunt liberatæ à moleſtia huius contributionis, idque in vim pactatorum in concordia ſæpè narrata, in qua in omnibus eius capitulis eximuntur vniuerſitates, quæ nunquam ſoluerunt,& ſunt in hac poſſeſſione.

52 Nec † ſunt in hoc diſpares dominus Rex, & vniuerſitates: cùm enim fuiſſet de anno prædicto dubitatum, ſi ex quo dominus Rex reperiebatur in poſſeſsione reciplendi ab vniuerſitatibus Baronum Eccleſiaſticorum ad rationem octo ſolidorum pro quocunque foculario, debebat in ea poſſeſſione conſeruari,& manuteneri, non obſtante quòd in cõcordijs, de quibus ſuprà, quæ leguntur in ſecundo volum.Conſtitutio.in tit.de coronag. & maridag. dicatur ad rationem ſeptem tãtùm ſolidorum eſſe ſubſidium exigendum; † & fuit *reſolutum* idem quod ſuprà pro vniuerſitatibus, fore dominum Regem in illa poſſeſsione, ſeu quaſi conſeruandum,& manurenendum, ſaluo iure in petitorio, die 13. Maij 1617.

Vniuerſitates Regiæ deteriores multò ſunt vniuerſitatibus Eccleſiæ in illa contributione, quia ſoluunt ad rationem vnius floreni, qui eſt decem & ſeptem ſolidorum pro vnoquoque foculario. Compenſetur hoc cum alijs commoditatibus, quas habent vaſſalli Regij, qui ex eis & aliàs dicuntur proculdubio eſſe melioris conditionis, quàm vaſſalli Baronum, de quo pulchrè per Bouadil.in ſua polit.lib.2.c.16.n.12.

53 Hæc † ſunt quæ vidi practicari, & reſolui in hac vltima cõtributione adiutorij,& ſubſidij, quæ aliqualem dabunt cognitionẽ poſteris quando idem iſte caſus ſuccedet. Addamus eis pro maiore negotij intelligentia, quòd in Cathalonia ceſſat, & ceſſare debet illa controuerſia, de qua ſuprà tractauimus hac eadem clauſula glo.1.par.1.ex nu.115. ſi vaſſalli, qui tenentur ad dotationem filiarum Regis, tenentur nedùm quoad legitimas filias, ſed etiam quoad ſpurias, quia in concordijs ſuprà relatis pluries exprimitur, quod obligatio ſit quoad filias tantùm legitimas,& naturales,& noſter Mieres, cui multùm in Cathalonia deferimus in controuerſijs, quæ accidunt circa res tangentes ipſum Princi-

Principatum, ita ſenſit expreſsè in conſtitu. Hac noſtra, num. 139. & 140. quem iam tetulimus ad idem propoſitum in d. glo. 1. par. 2. nn. 115.

54 An † iſta obligatio cenſeatur tam pro matrimonio ſpirituali, ſicut pro carnali, dubitari poſſet vbi filia Regis monacharetur. Ego ſemper in iſtis materijs dotationũ, matrimonia ſpiritualia æquaui carnalibus, ideò non poſſem nunc ab ea æquiparatione recedere: vide eandem quæſtionem latè diſputatam in Concilio Neapolitano apud Vincent. de Franch. deciſio. 42. per tot. vbi *vult* † Senatus ille in toto orbe celeberrimus ſpectandam eſſe ad hanc contributionem exigendam, profeſsionem monialis, nec poſſe antea compelli vaſſallos, quia intereſt potiùs non ſolucre, quàm ſolutum repetere, ſi forſan poſtea profeſsio non ſequeretur, ſi-

55 cut † in matrimonio carnali eſt obſeruandũ ne contributio, & adiutorium petantur niſi cùm filia nubit in ætate nubili, qua poſsit filios generare, vt dicit eadem deciſio, & pra-

56 xis apud nos obſeruat. In † Aragonia verum eſt quòd ſoluitur ante nuptias, ſed cum cautione quòd intra annum fiet ſolemnizatio matrimonii, vt dicit Regeus Seſſe de inhibitio. c. 4. §. 7. n. 2.

57 Sed † tunc minor ſiue dubio, & magis moderata deberet eſſe exactio, cum pro monachatu non ſit opus tanta dote, ſicut pro matrimonio carnali, vt pluries diximus, & in terminis tenet Vincent. de Franch. in citata deciſio. 42. & poſt eum Molſeſ. in conſuetu. Neapol. par. 6. de iur. dot. q. 4. nu. 19. qui dicunt ita practicari in eo Regno.

58 An † obligati ad dotandum filias Regis teneantur etiam ad dotãdum ſorores illius, tractat pluribus Vincent. de Franch. deciſ. 73. vbi vide diſſi ultatem quam res habet. Eundem articulum latè tractat Molſeſ. in ſæpè citat. q. 4. de iur. dot. par. 6. num. 20. Sed tamen in Cathalonia in concordia prima ſuperiùs enarrata, ſuper collocatione ſororum etiam fuit ibi concordatum ſicut in collocatione filiarum, modo in ea contento, vbi videas.

59 Quid † in auo paterno, & in matre, an ipſi etiam poſsint ſubſidium petere pro neptibus, & filiabus reſpectiue dotandis, tractat latè Molſeſ. dicta quæſtio. 4. ex nu. 22. ad fin.

60 An † iſtud ius debeatur ipſis filiabus, an vero domino Regi in ſubuentionem ad dotandum filias, magnam eſſe quæſtionem, & magni effectus, dicit Regens Seſſe de inhibitionib. cap. 4. §. 7. num. 2. & in alio loco vbi ſuprà allegat, quod non expedit excutere, quia in noſtra Cathalonia Regi datur iſtud ſubſidium poſt collocatam filiam, & non ipſi filiæ, atque ita practicamus.

61 Fiſcus † præterea tenetur dotare filiam eius, cuius bona fuerunt ad ſe ex delicto deuoluta, quia bona tranſeunt ad eum cũ onere ſuo, l. in inſulam, in princip. ff. ſolut. matr. Bald. in l. fin. num. 9. verſic. Et idem dico, C. de dot. promiſſ. plures in idem refert Illuſtriſſ. Cardin. Mantica de tacit. & ambiguis conuentio. lib. 12. tit. 18. nu. 17. Becius conſil. 8. per tot. lib. 1. Surd. de alimen. tit. 1. qu. 31. num. 16. qui idem dicit ibidem per totã illam quæſtionem procedere reſpectu alimentorum filiorum, Peregrin. de iure fiſ. lib. 5. tit. 1. num. 76. Farinac. de delict. & pœuis quæſt. 24. nu. 46. Sic † *deciſum* quandoq. fuiſſe in Rota Romana auctor nobis eſt Benitẽ. deciſ. 91.

62 Quod procedit † etiam ſi fiat confiſcatio pro crimine læſæ maieſtatis, prout omnes prædicti dicunt, & ſignanter Bec. qui totum illud conſiliũ 8. de hoc confecit, Surd. Peregri. & Farina. qui omnes referũt illud quod Andreas de Iſern. in conſtitutio. Regni Neapoli. ob filiorum culpam, tradit de Sereniſſ. Ferdinan. qui hæc obſeruans, honorificentiſsimè maritauit filias Principis Roſani, qui notoriè commiſerat crimen læſæ maieſtatis contra Regem. Adde Batard. in hoc articulo, in additio. ad Iulium Clarum quæſtio. 78. num. 125.

Sed contradicit Barbo. tam reſpectu criminis læſæ maieſtatis diuinæ, quàm etiam humanæ, in repetit. l. 1. par. 4. num. 84. ff. ſolut. matrimon. vbi videas. Hic parùm hæc delicta, Chriſto gratias, perpetrantur, ideò non eſt quod multum temporis in hoc conſumamus.

63 Sed † an id ex eo fiat quòd fiſcus ſuccedat vt hæres, an verò ex alia ratione, difficultas eſt non modica, in qua Illuſtriſsimus Cardinalis Mantica in allegato tit. 18. nu. 18. hæc Romæ conſiderans, & eodem tempore eaſdem cogitationes Aquilæ habens Alexand. Trenta inqu. qui eiſdem ipſis verbis loquitur, quibus Mantica, lib. 1. variar. reſolution. tit. de iure fiſci, reſolut. 2. num. 2. reſoluunt non ſuccedere vt hæredem, & neque re, neque ratione hæredẽ eſſe eius, cuius bona apprehendit per confiſcationem, ſed eſt ſuc-

64 ceſſor vindictæ: neque † enim (inquiũt) ſuccedit per repreſentationem, ſed per annihilationem perſonæ, l. ſi conſtante, §. final. vbi Bald. & alij ff. ſolut. matrimo. Sed hoc ideò eſſe quia fiſcus tenetur ſoluere debita illius, cuius bona ſunt publicata, l. non poſſunt, & l. in ſumma, ff. de iur. fiſci, & quoad hoc quaſi hæredem fiſcum vocat Rot. Auenionen. deciſ. 121. num. 6. cum omnibus fetè, qui infe-

riùs

riùs allegantur, facit elegans definitio Anto. Fab. 19. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 30. de euict. vbi
† refert *decisum* à Senatu Sebuſiano, quòd Fi-
65 ſcus † ſuccedēs in ius priuati, tenetur de euictione, & ad litis ſumptus perindè ac priuatus quilibet, ſine (inquit) ex contractu ſucceſſerit, ſine ex confiſcatione. Eſt etiā pulchra Ro. Roma. deci. 127. poſt conſ. Farina.
66 to. 1. vbi † per hanc fiſci ſucceſſionem inducì confuſionem actionum, & creditorum, ſi-
† cut in quacunque alia ſucceſſione, *reſolutum* proponitur. Quod (nō haberi fiſcum, vt diximus, loco hęredis, nec ſuccedere vt talem) notandum eſt ad diluendas plures quæſtiones, quas ponit Pet. Barboſ. in repetitio. l. ſi conſtante, in §. fin. per tot. ff. ſolut. matrimo. Peregri. de iure fiſci lib. 5. tit. 1. à nu. 60. Baiard. ad Iul. Clar. allegata quæſtio. 78. n. 154. cum tota fermè illa quæſtione, Farinac. cita. quæſtio. 24. num. 30. de delict. & pœn. & qu. 25. num. 169. cum aliquibus antecedentibus, & conſequentib. Afflict. & ibi etiam Vtill. deciſio. Neapolita. 385. Cabedo deciſ. Portugal. 81. num. 5. in 2. par. Seſſe deciſio. Arago. 54. num. 13. Franciſ. de Claper. in deciſſ. Prouinciæ, cauſa 2. quæſt. 1. num. 5. cum ſeq. Surd. allega. quæſt. 31. per ro. Annæ. Rober. rerum iudicatarum lib. 4. cap. 16. fol. 857. & Moli. de primoge. Hiſpanorū lib. 1. cap. 24.
67 n. 22. Multas † illationes reſultantes ex eo quòd fiſcus in bonis confiſcatis non ſuccedat vt hæres, per quas diſſoluuntur quamplures difficiles quæſtiones, facit Alexander Trentacinqu. variar. reſolution. lib. 1. tit. de iure fiſci reſolutio. 2. per tot. quas ego prudens prætereo, quia non ſunt inſtituti, quod proſequor.

68 Extenditur † quod ſuprà dictum eſt de fiſco, vt teneatur ad dotationem filiarū eius perſonæ, cuius bona confiſcantur, vt procedat etiam reſpectu illius vxoris pauperis, vt ſicut tenerentur illius hæredes illi quartam dare eo mortuo, in vim authent. præterea, C. vnde vir. & vxo. ſic teneatur etiam fiſcus, quod quia latè probatur per Farinac. allega. quæſtio. 25. de delict. & pœn. num. 123. ideò hic omittitur. Adde Peregrinum de iur. fiſci allegato lib. 5. tit. 1. num. 81. ex expreſſa diſpoſitione authen. bona damnator. C. de bonis proſcriptor. quam pluribus explicat Peregri. vbi ſup. à nu. 4.

69 Sed † quid ſit reſpectu legitimæ filiorū, an ea ſit filijs relinquenda cùm bona confiſcantur, tractat Peregri. allega. quæſt. 1. à nu. 34. Surdus allegat. quæſt. 31. nu. 11. & Farinacius de delict. & pœn. quæſt. 24. à num. 34. cuius tota quæſtio eſt ſummè notanda ad videndum quæ deductiones fieri valeant ex bonis, quæ confiſcantur per Regem, quæ nos omittimus, quia longè diſtant ab inſtituto noſtro.

70 An † etiam in publicatione, & confiſcatione bonorum patris veniat vſusfructus, quem habet in bonis aduentitijs filij tatione patriæ poteſtatis, qui eſt caſus non ſemel à me ſciſcitatus poſt publicationem Regiæ pragmaticę prohibentis portum tormentorum manualium, de qua ſtatim dicemus, nūquid † pro pœnis ibi impoſitis poſſet fieri
71 executio in huiuſmodi vſufructu. Dic quòd ea iure Geor. de Cabedo deciſio. Portugal. 285. p. 1. ſimpliciter tenet non venire, atq.
† ita dicit *deciſum* in eo Senatu, allegatq. Boeti. deciſio. 7. Oſaſch. deciſio. 94. & alios ibi videndos. Cæterùm Boer. diſtinctione vtitur multùm accommodata, quòd aut confiſcatio ſit ex delicto, quod patrem priuat patria poteſtate, & tunc cū ceſſet in patre cauſa acquiſitionis vſusfructus, is conſolidatur cum proprietate, & ad eā tedit: ſi verò pro delicto, pro quo dicta in filium poteſtate pater non priuatur, tunc venit proculdubio dictus vſusfructus cum reliquis bonis patris in confiſcatione, ſicq. conciliandas Boer. arbitratur extremas Doctorum in hoc articulo opiniones.

Hæc ſunt non parùm accommodata pro diluendis quæſtionibus quampluribus, quæ hiſce temporibus occurrunt perſæpè diſputandæ circa executiones, quas Regius fiſcus inſtat quotidie in hac Prouincia contra conuictos de portu tormentorum mannalium, (vulgò *pedrenyals*) in vim Regiæ pragmaticæ, & ſub certis pœnis, tum corporalibus, tū & pecuniarijs portum prædictum prohibentis, quæ publicata fuit 9. Auguſti 1612. exiſtimando quòd ſi hoc genus armorum à notorio proditorium à Prouincia relegaretur, euitarentur innumeræ cædes, & alia grauia delicta, quibus in dies magis, magisque opprimimur. Faxit Deus pro ſua clementia vt Regius optatus adimpleatur, nosque à tam calamitoſo tempore, quod vix vlla vnquam ętas vidit, liberemur. * De qua re alia habebis infrà in materia oppoſitionum mulierū, quæ fiunt executionibus virorum, vbi videbis iam aliquam mutationem in his, Chriſti benignitate, ab eo tempore, quo hæc ſcribebam, ad hoc in quo nunc viuimus.

SVMMARIA.

1 *Corrumpens virginem, ad illius dotationem tenetur.*

2 *Stuprum commiſſum cum vidua de generali conſuetudine non punitur. vbi deciſ.*

3 *Excipiuntur pœnæ introductæ in fauorem hæredum*

hæredum mariti, veluti reſpectu dotis, augmenti, &c.

4 Stuprum cum vidua eſt punibile quando interuenit aliqua vis.

5 Mulierem iam corruptam cognoſcens, nõ punitur pœna dotationis.

6 Corrumpens virginem, an teneatur illam ducere in vxorem.

7 Diſpoſitionem legis veteris ſeruamus inquantum ius canonicum aliquod illius capitulum renouauit, non aliàs.

8 Corrumpẽs virginem tenetur alternatiuè aut dotare, aut nubere. vbi deciſſ.
Interpretatio c. 1. de adulter. ibid.

9 Corrumpens virginem non poteſt condemnari præciſè ad nubendum, ſed ad id, vel ad dotandum. vbi deciſ. Rot. Roma.

10 Conditio poſita in teſtamento patris, ne eam duceret in vxorem, quam corruperat, non eſt impeditiua matrimonij, & ideò non reijcitur.

11 Corrumpens virginem non poteſt eligere in hac alternatiua de nubendo, aut dotando, nec ipſa corrupta, quod quomodo intelligatur, declaratur.

12 Corrumpens, & corrupta debent concordare in hoc quod eſt contrahere matrimonium inter ipſos, aliàs nec vnum, nec aliud poteſt per eos eligi.

13 Corrumpens non excuſatur à pœna dotationis, etiam ſi nubat eum corrupta.

14 Caneer in hoc annotatur.
Peguera etiam in hoc animadeuertitur. ibidem.

15 Raptor mulieris, quamuis nubat cum rapta, nihilominùs eam dotare tenetur.

16 Dos puellæ corruptæ eſſe ſuffeit, qualis debet eſſe ſecundum ſuam qualitatem, quando cõtrahit cum corrumpente.
Sed quando corrumpens eam non ducit, tunc tenebitur ſupplere id, quo pluris indiget ad inueniendum virum ſibi æqualem. ibidem.

17 Corrumpens, & corrupta ſoli an poſſint concordare de matrimonio inendo, an verò ſit requirendus, & habendus ſimul patris cõſenſus.

18 Pari affirmans, quòd ſolus conſenſus corrumpentis, & corruptæ requiratur.

19 Partem negatiuam tenet auctor, quoad remiſſionem dotis pro ſuo intereſſe.

20 Fuiſſe nõ ſolius mulieris, ſed & patris etiam introducta ſunt quæ de pœnis corrumpentis puellam dicuntur.

21 Sententia qualiter ſit formanda inter corrumpentem, & corruptam, circa pœnas nuptiarum contrahendarum, & dotationis fiendæ. vbi deciſio noſtri, & aliorum Senatuum.

22 Pœnæ aliæ non ſunt in vſu in toto orbe terrarum contra corrumpentes puellas, niſi dotationis faciendæ, aut matrimonij ineundi.

23 Iudex laicus nõ eſt cõpetens ad exequendum pœnas contra corrumpentem virginem. vbi deciſ.

24 Niſi eſſet clericus qui id fecit. vbi deciſiones.

25 Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de cauſa ſtupri, ſi laicus manus in ea non apposuit.

26 Iudex laicus poteſt iterùm punire laicum, ſi non fuit condignè punitus ab Eccleſiaſtico. vbi deciſ. & num. 27.

28 Iudex laicus non ſe intromittit de ſtupro, quando corrumpens mulierem promiſit eam ducere in vxorem, & de hoc eſt tractandum.

29 Corrumpens mulierem ſi compellitur ducere in vxorem mulierem corruptam, poteſt poſtea matrimonium meticuloſum dicere.

30 Iudex non videtur metum inferre exequendo iuris diſpoſitionem.

31 Corrumpens mulierem, data fide de ineundo matrimonio, poteſt compelli ad ſeruandam promiſſionem. vbi deciſio Rotæ Romanæ.

32 Sed quid ſi ſunt in conditione diſpares?

33 Fides data de matrimonio contrahendo, qualiter data probetur.

34 Matrimonium non dicitur meticuloſum quando quis poſt datam fidem de contrahendo, cõpellitur contrahere.

35 Fides data mulieri iam aliàs corruptæ, de matrimonio contrahendo, an ſit ei ſeruanda.

36 Fides data de contrahendo non liberè, ſed coactè, non obligat.

37 In dubio compulſio de contrahendo matrimonium propter fidem datam, non eſt facienda.

38 Promittens alicui mulieri quòd eam ducet in vxorem, compellitur ad fidem ſeruandam in curijs Eccleſiaſticis.

39 Promiſſio de ducendo aliquam in matrimonium, intelligitur ſi ſibi dos conſtituatur, non aliàs. ſed contrarium eſt verum. vt numero ſequenti.

40 Indotatam an teneatur ducere mulierem qui obligatus eſt ducere à Rege nominandam.

41 Corrumpens mulierem data ſibi fide de matrimonio contrahendo, etiam ſi id adimpleat, tenetur vitiatam mulierem dotare.

42 Pater non tenetur dotare filiam corruptam quando dotatur à corrumpente.

43 Filia non perdit ius petendi legitimam in bonis patris

nis patris eo mortuo, quamuis sit per corrumpentem dotata.

44 Corrumpens non tenetur dotare mulierem à se vitiatam, si non est illa honestæ vitæ, sed est vilis persona.

45 Vita inhonesta qualiter probetur, remissiuè.

46 Mulier dicitur inhonestæ vitæ, quæ multos homines admisit, non quæ vnum tantum multoties.

47 Corrumpens mulierem infimæ conditionis, ita etiam tenetur ad pœnas quemadmodum corrumpens nobilem, & magnæ conditionis mulierem.

48 Mulier retinens virginitatem quomodo dici valeat mulier vitæ inhonestæ.

49 Virgo meretrix datur in iure.

50 Virgines inhonestæ vitæ dicuntur quædam infimæ conditionis passim vagantes non seruata verecundia, prout sunt fœminæ componum ministræ, &c.

51 Luxuriosa vita potest interuenire sine contactu corporalis commixtionis.

52 Corrumpens virginem, quæ postea se non continuit, non tenetur ad pœnas. vbi decis. Rotæ Romanæ.

53 Sed contrarium videtur verius, quia ius semel quæsitum ex corruptione, non debet sibi postea auferri ex meretricia postea ducta vita.

54 Corrumpens virginem, in quibus casibus euitet pœnas, remissiuè.
Probatio quæ sit necessaria vt corrumpens virginem teneatur ad pœnas. ibidem.

55 Virginitas, & seductio in corruptione mulieris, de iure præsumuntur regulariter. & in frà. vbi decis. Rot. Roma.

56 Iuramentum corruptæ an sit necessarium contra corrumpentem.

57 Probatio contra virginitatem, & seductionem mulieris præsumptã, de iure admittitur, & quibus modis.

58 Testes singulares de diuersis actibus deponentes, sufficiunt ad probandum vitam mulieris inhonestam. vbi decis.

59 Testes singulares non probant.

60 Testes singulares probant quando est aliquid probandum in genere, veluti hæresis, iurisdictio, vsura, possessio, fama, & similia. vbi plures decisiones Senatum.

61 Genus constat, & perficitur ex pluribus speciebus, & particularibus.

62 Sepultura probatur testibus singularibus.

63 Vsura probatur testibus singularibus.

64 Furtum in genere probatur testibus singularibus.

65 Furor in genere probatur testibus singularibus.

66 Testibus singularibus probatur liberatio debitoris, quando deponunt de diuersis confessionibus.

67 Confessio extraiudicialis creditoris quando probet ad liberandum debitorem, facta parte absente, & non acceptante.

68 Singularitas testium cumulatiua, seu adminiculatiua, quæ dicitur.

69 Singularitas testium diuersificatiua, quæ dicatur.

70 Probationum in materia quando plura tendũt ad perficiendum vnum totum, tunc quæ non prosunt singula, multa iuuant. vbi decisio nostri Senatus.

71 Possessio immemorialis probata remanet, etiã si omnes testes non deponant de omnibus requisitis ad illam, sed aliqui de aliquibus, & aliqui de alijs.

72 Fama, & publica vocis probatio quomodo fiat: vbi videbis qualiter non sufficiat quod id dicant testes in vltimo articulo, sicut fieri solet, sed in articulo proprio, in quo de hoc articuletur.

73 Testes loquentes de fama non probant, nisi loquantur per verbum præteriti temporis, fuit, non per verbum, est, præsentis temporis.

74 Dictio, citra, in teste deponente de certo tempore, nocet multùm probationi.

75 Stuprum probatur testibus singularibus in ciuilibus, non in criminalibus.

76 Delictum, quando dicatur tractari de eo probando in genere, & quando in specie.

77 Seductionis mulieris præsumptio tolli potest contraria probatione, quòd immò mulier virum pellexit, & induxit.

78 Mulier est domina sui corporis, etiam ad feiendenda claustra virginitatis.

79 Virginitas mulieris in quo consistat, & quem effectum faciat illius corruptio.

80 Mulier est domina suæ virginitatis permittendo se cognosci, & licèt per hoc peccet libidine, non tamen peccat iniustitia.

81 Mulier solicitando virum videtur pœnas ei remittere, quas aliàs incurrisset cognoscendo eam.

82 Corrumpens virginẽ excusatur si leuiter persuasit eam, & ipsa cum modica illa persuasione consensit: sed vide ibidem contradicentes.

83 Opinio Auctoris.

84 Io. Gutierrez notatur.

85 Corrumpens, exceptis casibus, in quibus ipse probat contra præsumptam seductionem mulieris, non excusatur vnquam à pœnis de iure statutis.

86 Dos mulieri stupratæ quo tempore sit danda, num tempore stupri, an tempore quo nubet.

Opinio

87 Opinio Borgnini, quòd non ſit danda niſi tempore nuptiarum, nec ſufficiat cautio de nubendo.

88 Ratio eſt, quia datur in pœnam, & pro intereſſe, ac damno paſſo, & habet conditionem nuptiarum, &c. vbi deciſſ.

89 Corrumpens non poteſt condemnari ad ſoluendum dotem poſt mortem mulieris corruptæ, quia non ſeruiret pro matrimonio ſicut ſeruire debet.

90 Condemnatio, ſeu legatum pro dote mulieris vitiatæ, intelligitur poſt ſequutum matrimonium, non ante.

91 Pecunia per corrumpentem ſoluenda in pœnã ſtupri, ſoluenda eſt pro dote illius.

92 Inſtrumentum dotale non habet paratam executionem ex quo habet conditionem implicitam, ſi matrimonium ſequatur.

93 Corrumpens mulierem condẽnatur ad ponendum penes aliquem quantitatem dotis illius pro dotando eam.

94 Opinio Lupi, quod pœna ſit ſtatim ſoluenda, non expectato tempore nuptiarum.

95 Dos puellæ corruptæ non redit ad dotantem, quamuis illa decedat innupta. vbi deciſſ. noſtri, & aliorum Senatuum.

96 Opinio prior Borgnini vlteriùs corroboratur.

97 Cathaloniæ praxis ſeruat, quòd corruptor mulieris non relaxatur niſi depoſito facto de dote ad ſoltam, & ordinationem iudicis, quam poſteà non liberat iudex niſi matrimonio ſequuto. vbi caſus deciſus in hac materia.

98 Idem obſeruatur Gratianopoli, & in Senatu Pedemontano.

99 Lupus reprehenditur.

100 Dos mulieris corruptæ non debet redire ad maritum, quia datur in pœnam, qua debet eſſe perpetua.

101 Dos quam compellitur mater hæretica dare filiæ in pœnam, non propterea habet diuerſam naturam ab aliis dotibus.
Dos mulieris corruptæ ſequi debet naturam aliarum dotium quoad reſtitutionem. ibidem.

102 Pœnam imponere corrumpenti virginem ad eam dotandam, non eſt aliud quàm transferre in eum obligationem dotandi, quæ erat penes patrem.

103 Explicatio noſtri vſus. Si quis virginem, de adulter.

104 Delicta non debent remanere impunita.

105 Dos mulieris corruptæ habet ſicut alia quæuis tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur.

106 Legatum, & qualibet promiſſio dotis habet annexam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur.

107 Corrumpens mulierem an liberatur à pœna ſi poſtea pater eam æquè benè matrimonio copulauerit. & num. 117.

108 Corrumpens mulierem qua ratione non liberetur ab onere dotandi quando pater dotauit eam, & matrimonio coniunxit, pater verò liberetur quando corrumpens dotat eandem.

109 Obligatus iudicis officio liberatur quãdo alius fecit quod ad eum ſpectabat, non qui eſt obligatus iure actionis.

110 Alimenta debita iudicis officio non præſtãtur, ſi alius præſtitit ea; ſicus ſi debebantur iure actionis.

111 Dos debetur à patre iudicis officio.

112 Corrumpens mulierem debet ei dotem iure actionis.

113 Iudicis officium intrat quando verba dirigũtur ad iudicem.

114 Iure obligationis debentur, quæ ex aliqua obligatione inter partes contracta debentur.

115 Obligatio contrahitur inter corrumpentem, & corruptam ex delicto.

116 Pater ſi non tenetur niſi iudicis officio dotare filiam, quare obligatur ad dotationem ſi illa eſt diues, vel ſine patre inuenit maritum?

117 Corrumpens an teneatur mulierem corruptam dotare quando ipſa ab alio fuit dotata, & matrimonium iam contraxit. vide ſuprà num. 107.

118 Molina religioſus notatur.

119 Clericus corrumpens mulierem an ſubiiciatur eiſdem pœnis quibus laicus.

120 Clericus an poſſit ſe per procuratorem defendere, ſi accuſatur de corruptione mulieris.

121 Clericus an deponatur ob corruptionem mulieris.

122 Corrumpens mulierem ſi vxoratus eſt, tenetur ad dotationem, & ad aliquam aliam pœnam.

GLOSSA V. PARS I.

De obligatione dotandi mulierem, quam quis corrupit.

1 VIrginem quoque † corrumpẽs, qui ſtuprator dicitur à ſtupro, quod in virginem committi dicitur quãdo ea ab aliquo citra matrimonium cognoſcitur, tenetur de iure canonico ad illius congruã dotationem de bonis ſuis faciẽdam, iuxtà tex. in cap. 1. de adulter. & ita etiam lege veteri cauebatur Exod. cap. 22. quod referunt omnes prorſus qui materiam hanc tractãt, quos inferiùs adducemus.

2 Notanter dixi, † virginem corrumpens, vt omnes perciperent me de ſtupro tantùm in virginé commiſſo loqui, non de eo, quod in viduam, quia iſtud hodie de generali cõſuetudine non eſt punibile, immò pœnæ in deſuetudinem abierunt, Iul. Clarus in §. ſtuprum, num. 4. Anton. Gomez in l. 80. Tauri, num. 14. Farinac. de delict. carn. quæſt. 147. §. ſtuprum, num. 14. Ioann. Baptiſta Lupus in tracta. de illegitim. & natural. liber. cõmentar. 1. §. 5. num. 117. & Anton. Fab. in ſuo C. lib. 9. tit. 7. ad l. Iuliam de adulter. definitio. 5. plures alios in idem adducit Farina. conſil. 90. num. 7. & 8. & *tenuit* Rot. Roman. diuerſor. deciſio. 808. nu. 11. in 1. par.

3 Excipio pœnas, † quæ ſunt introductæ in fauorem hæredum mariti mortui, veluti reſpectu dotis, & illius augmenti, & legatorũ, ſi quæ per maritum vxori facta forent, de quibus non loquor, ſed videndi ſunt Farinac. qui plenè de eis agit in tracta. de delict. carn. quæſtio. 142. par. 1. à num. 45 cum multis ſequentib. Annæ. Robert. qui totum de hoc cap. 13. lib. 1. rerum iudicatarum confecit, & Ioan. Baptiſt. Lup. qui multum in hoc temporis conſumpſit non inutiliter, in allegato tracta. de illegitim. commentar. 1. §. 5. à nu. 115. cum ſequent.

4 Excipio † item, niſi interceſſiſſet aliqua vis, prout inſinuat Rota Auentionen. apud Hieronymum Lauren. deciſion. 72. per tot. & colligitur non obſcurè ex Doctoribus, quos inferiùs referemus tractantes materiã ſtupri violenti.

5 Et generaliter † dico, non loqui iuris canonici allegatam diſpoſitionem, niſi de ſola virgine: nam ſi aliàs fuiſſet corrupta, non intraret eius diſpoſitio, quod quia latè in inferioribus probamus, cùm de requiſitis vt ea diſpoſitio locum habeat, agimus, ideò hic omittimus.

6 Sed † an teneatur etiam mulierem corruptam ducere in vxorem is qui illam cùm virgo eſſet, corrupit, dubitationis eſt non modicæ, ex eo quòd in allegat. c. 1. de adulter. copulatiuè legantur huiuſmodi obligationes, his verbis: *Si ſeduxerit quis virginem nondum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit in vxorem*, quæ, vt dixi, fuerunt ad litteram deſumpta ex Exod. cap. 22. Adducitur in idem á pluribus Deuteronom. cap. 22. vbi habetur vitiatorẽ virginis teneri vitiatã habere in vxorem, & ſimul patri eius quinquaginta ſiclos reddere: ſed minùs aptè, quia illud præceptum erat de illis iudicialibus, de quibus diximus in 1. tomo in gloſſ. de decim. non obligare in lege gratiæ, vt in ſpecie aduertit Rebell. de obligatio. iuſti. par. 1. lib. 3. quæſt. 9. nu. 4. Et ſi diſpoſitionem cap. 22. Exodi ſequimur in hoc, quod erat etiam de iudicialibus, ſicut illud Deuteronomij, id propterea fit, quia eſt á iure canonico canonizata, & amplexata, ſeu renouata, iuxta doctrinam á nobis in ſuprá allega. glo. decimarum traditam, & in ſpecie ita not. Hugo Cardi. circa illa verba, & Abulen. quæſtio. 12. in prædictum locum Exodi, & Rota Romana in deciſionibus recollectis per Farina. poſt 1. par. conſil. deciſ. 74. num. 5.

7 Et hæc eſt † ratio, (vt id obiter animaduertamus, in quo nonnullos errare iã vidi) quamobrem ad verum diſti tex. in cap. 22. Exodi ſenſum percipiendum, non curem de alijs verſionibus ſacræ Scripturæ, ex quibus plerunque ſolet verus ſenſus melius quàm aliundè deprehendi, prout ſunt quæ ſumuntur ex Codice Hebræo Xantis Pagnini, ex Septuaginta Interpretibus in Bibl. is Regijs, & ex Chaldaica Paraphraſi, quia cùm prædictam diſpoſitionem cap. 22. non ſeruemus prout fuit inibi facta, ſed quatenus eam recepit ius canonicum, illud autem recepit, ac renouauit illam, prout eſt in noſtra Vulgata, & non aliter; inde fit quòd eam in eo rigore intelligere debeamus, præter id quòd poſtea fuit immutatum, de quo mox dicemus, & ſic prout verba ſonant in Vulgata, non ſicut in alijs locis.

8 Sed † obtinuit (vt ad rẽ redeamus) quòd copulatiua poſita in dicto cap. 1. de adulter. & cap. 22. Exodi, translata de generali conſuetudine fuerit in alternatiuam, taliter vt nunc ſuffiat vnum, aut alterum adimpleri, nec ſit neceſſum quòd corrumpens & dotet & nubat ſimul, modo tamen inferiùs declarando, vt inquit Iulius Clarus in allegato §. ſtuprum, num. 3. Thefaur. deciſio. 3. à num. 2. cum ſequent. Ioann. Gutierrez in canon. lib. 1. quæſtio. 37. num. 7. Proſper Farina. in tracta. de delict. carn. allegata quæſtio. 147. §. dos, num. 98. Ioan. Baptiſt. Lup. in cita. tracta. de illegitim. & natural. liber. comment. 1. §. 5. num. 123. & Iaco. Cancer in 3. par. varia. reſolutio. cap. 11. de ſponſal. & matrim. num. 25. cum alijs pluribus, quos ipſi allegant, quos ego omitto, ne longior ſim quã deceat, ſola illorum allegatione contentus, quia ipſi ſunt qui exactiùs materiam pertractarunt, apud quosque alios habetis, qui de eadem re egerunt. Quod idem *placere, & placuiſſe* Senatui Pariſienſi auctor eſt nobis Ioan. Papon. lib. 22. tit. 9. arreſto etiam 9. & *Senatui Sebuſiano*, vt teſtatur Anto. Faber in ſuo Cod. lib. 9. tit. 7. ad l. Iuliam de adulterijs, definitio. 5. Sic etiam ſeruari in praxi, & ſe ita *iudicaſſe* refert Antonius Gomez in ſuprá allegata l. 80. Tauri, numer. 8. Placuiſſe

Placuiſſe item, ac placere hanc eandem opinionem Rotæ Romanę habes apud Proſpe. Farinac.deciſio.174.in impreſſis poſt primã
9 partẽ conſiliorũ, vbi videbis † qualiter fue-
†† tit ter *declaratum* conformiter pro hac opinione, quòd non poſſit ſtuprator cogi præciſè ad nubendum, & ibi etiam rationes reperies peroptimas, quibus id de iure eſſe
† probes.Idem *approbatum* eſſe in Sena.Neapolitano docet Muſcatel.in prax.crimi. tit. de adulter.ſtupr.&c. nu.44. Alia de hoc articulo videbis infrà à num.39.

Ex qua doctrina obiter inferas oportet q̃ Mantica docet in tractat.de coniectur. vltimar.volunta.lib.11.tit.12.à num.26.quem ſequitur Ioa.Bapti.Lup.in allega.tracta.de illegitim.comment.4.§.3.nu.18. quòd quia
10 non † cogitur,nec cogi poteſt ſtuprator præciſè ducere mulierem vitiatam in vxorem, quòd propterea conditio appoſita per patrẽ in ſuo teſtamento dedita opera ne filius duceret eam, quam anteà corruperat, & ex ea filios habebat,non reijcitur tanquam impediens matrimonium, quia (inquiunt) generaliter non impedit, cùm poſſit quamlibet aliam commodè ducere, nec præciſè cogatur huic coniungi: diceretur autem impedire, ſi præciſè, velit nolit, teneretur ſtuprator vitiatam mulierem ducere, & pater cõditionem apponeret contrariam, qua illud matrimonium retardaret.

11 Eſt tamen † hæc alternatiua diuerſæ naturæ ab alijs, quia nec mulier poteſt eligere quid velit, ponamus ſi præciſè vellet nubere ſtupranti: poteſt enim contradicere ſtuprans, & dicere ſe nolle eam ducere,ſed ſolùm dotare, & è conuerſo, nec ſtuprans audiretur ſi vellet cum muliere contrahere,renuentibus puella, & eius parentibus. De hoc vltimo eſt textus apertus in dicto cap. 1.in 2.pat.de adulter.vbi habentur hæc verba: *Si verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxtà modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt*. De primo verò loquuntur Doctores omnes quotquot fuere ſuperiùs adducti, & qui infetiùs citabuntur, & ſignanter pater Sanchez mox allegãdus. Addit Theſaur.allegata deciſio.3.nnmer.3. quòd poteſt quidem ſtupratot ſi vult pœnam ducendi mulierem in vxorem,recuſare: cæterùm (inquit) punietur in hoc caſu, vltra dotem, pœna corporali, vel pecuniaria, ex cap.2.eodem tit.de adulter.quod tamen an hodie ſit ſublatum infrà videbis; conueniũt in idem reliqui Doctores, quos ſuprà retulimus. In hoc ergo † quod eſt contrahi matrimonium inter vitiatorẽ,& vitiatam,concordare debet vtraque pars, aliàs vna, aut altera diſſentiente, non poteſt ei eſſe modo aliquo locus, ſed tunc deueniendum eſt ad
13 dotationem. Sed † ſi concordent quòd fiat matrimoniũ inter ſupradictos, licet ab alijs pœnis immunis fiat cotrumpens, non tamẽ propterea excuſabitur à pœna dotationis, immò dotare nihilominùs mulierem tenetur ad maiorem reſarctionem damni ei dati, & iniuriæ patri illatæ, vt probant omnes qui ſunt ſuperiùs allegati.

14 Ex quibus † cautè legendum arbitror noſtrum Cancer in 3.par.variar.reſolutionum cap.11.de ſponſal.& matrimo.nu.22.& 24. quatenus diſputans articulum,num ſi raptor ducat in vxorem mulietem raptam, euitet pœnas ſtatuti poſitas contra raptores, poſt-
15 quam reſoluit quod non, dicit † indè heri, quòd cùm crimen raptus ſit grauius quàm ſtupri, raptor tenetur mulietem raptam, ſiue ducat, ſiue non ducat, competenter dotare, quod ſecùs eſt (inquit) in ſtupratore, quod idem viſus eſt ſenſiſſe noſter doctiſſimus Ludouicus à Peguera deciſio.42. n. 5.& ſequent.Quæ differentia mihi non probatur, immò ſicut in raptu, ſic in ſtupro punitur damnum dans mulieris dotãdæ pœna, quamuis cum ipſa contrahat, vt cum ratione tradunt Doctores de quibus ſuprà. Verùm,obſecro te, ne fatigeris in his diſcutiẽdis, & adamuſſim percipiendis,atque intelligentis, ſicut faciunt plures (oleum & operam perdentes) in pluribus caſibus proponendis, pluribuſque quæſtionibus enodandis à notorio nunquam in praxim contingere poſſibilibus: contenteris oportet ſcire quòd non poſſis compelli ad mulierem ducendam niſi tu voluntariè conſenſum præſtes: quando is à te requiretur, in facultate habebis exquirere parentum voluntarem an tibi dotem dare velint, an quòd tu illis des potiùs, & ſi cum eis concordaueris ad tui ſatisfactionem, duces mulierem, ſin minùs, aliam quæres: quid enim tibi prodeſt ſcire quòd non poſſis compelli ad mulierem dotandam, dato caſu quod cum ea velis contrahere, ſi abſque dicta dotatione eam tibi tradere nolunt; & è contra, quid intereſt parentum ſcire quòd poſſint in dicto caſu te compellere ad dotandum, ſi tu cum hoc onere mulierẽ ducere recuſes? An autem in hoc ſit aliquid immutatum per iura noſtra mu-
†† nicipalia, habebis infrà, vbi etiam *deciſiones* noſtri Senatus circa articulum, cuius ſit electio in his pœnis, & quomodo res hæc ſit practicanda in iudicijs, & tribunalibus quibuſcunque luſè videbis.

Eandem opinionem quòd & ſi nubat ſtuprator cum muliere corrupta, nõ propterea
† euitet pœnam dotationis *ſequitur* Ro.Rom. vt habetur in deciſ.recollectis per Farina.in

volum. 1. consiliorum ipsius, decisio. 74. nu.
16 3. cum hac tamen differentia, † quòd in illo casu satis sit cõstituere puellæ defloratæ dotem, quam iuxtà qualitatem ipsius, & consuetudinem regionis foret habitura; si verò nolit stuprator ducere quã cognouit in vxorem, tunc tenebitur supplere illud, quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, quia non est dubium quin per defloration em effecta fuerit deterior puella, & ideò maiori dote indigeat ad inueniendum virum sibi æqualem, quod quidem damnum iustum est compensari debere per eum qui illud dedit; videatur tota ea decis. quia singularis est in proposito: cæterùm ego pro illa congruitate dotis locum expecto cõmodiorem in inferiorib. vbi generaliter de cõgruitate dotis in omni materia agam.

17 Circa † supradictam concordiam fiẽdam super re hac, dubitationis potest esse nõ modica, an sit tractanda cum patentibus, & muliere corrupta simul, an verò sufficiat quòd cum hac sola fiat, posset enim succedere q̃ non valẽs stupratot cum patre concordare, accederet ad mulierem, & ambo de matrimonio ineundo absque dote aliqua soluenda per stupratorem conuenirent, vel quãuis matrimonio non iungerẽtur, impetrarer stuprator à muliere corrupta dotis remissionẽ.

18 Hac in † re videtur dicendum, quòd cum sola mulier sit res tractanda, non cum alijs, ex doctrina Hostien. & Heri. de Boic. in d. c. 1. de adulter. dicentium in terminis text. prædicti sufficere solum mulieris consensum, & quod si & vbi dicitur ibi de patris consensu tantùm, ideo est, quia putatur velle mulier id quod pater vult, nõ autem quia libera vo luntas mulieris non sufficiat, cum immo de hoc eõdem iure canonico sufficiete ad validi tatẽ matrimonij, nec ad id exigi patris consensum, certissimum sit, ita pulchrè Hieron. Gabr. in cons. 173. nu. 13. & 14. vol. 1. Conducit item id videri in fauorem mulieris introductum, cui nihil obesse videtur quin renuntiare valeat.

19 Sed ego † teneo contrarium, quòd immò sit necessaria, præter mulieris consensum, patris etiam voluntas, non dico vt matrimoniũ inter supradictos validè contrahatur, certum enim est quòd non oporteat ad id modo ali quo requirere alterius, quàm masculi, & fœminæ consensum, & hoc, & non aliud existimo voluisse dicere DD. allegatos, & rationẽ quantum ad hoc habuisse: cæterùm quantum ad remissionem dotis, ad quam stuprator tenetur, requiritur procul dubio etiam patris consensus, atque ita nisi concordia circa hoc fiat etiam cum ipso, nihil certe actum erit: fit enim sicut filiæ ita etiam & patri, sub cuius cura filia existit, iniuria, propter quam, vt dicam infrà, ipse liberatur ab obligatione dotandi filiam, & ipsa transfunditur in stuprarorem, propterea concluditur quod consensus eius coequale cũ filia habentis interesse in hoc requiri de necessitate debet, atq. ita in terminis tenẽt solius mulieris factam dotis remissionẽ non valere, Diaz de Luco in practi. crimi. cano. cap. 83. numer. 9. & ibi Ignat. Lopez in additio. in lictera C. Baiar. ad Iulium Clarum in §. stuprum, nu. 19. Prosper. Farinac. de delict. carn. quæst. 147. in §. dos, num. 117. atque ita appositè Thesaur. de hac remissione loquens in sæpè citata decisio 3. num. 2. versic. Quod si remissionem, dicit, quod si remissionem istius dotis stuprator a puella, & eius patentibus impetrauerit, ab hac pœna liberabitur, &c. non tamen dicit à muliere solùm.

20 Per quæ est † facilis responsio ad obiectionem, quæ de fauore mulieris extitit formata, cui ipsa renuntiare potest, quia id esset si solùm in sui fauorem foret istud introductum, sed hic fauorem repetimus etiam patris. Præterea adest hic fauor publicus, seu bonum publicum, & spirituale, vt dicit Baiard. in allegato §. stuprum, numer. 20. ex Beroi. quæst. 84. nu. 8. cui tamen fauori publico consentit quòd pater & filia concorditer possint renuntiare.

21 Ex quibus † omnibus facile potest iudicare existimo, qualiter in hoc casu sit per iudicem concipienda, ac formanda sententia, quando contra stupratorem procedit ur in iudicio: in quo de anno 1618. mense Iunij valdè dubium, & perplexum vidi Senatum: rarò enim illi casus sententia diffiniuntur, quia curant antea partes, vt plurimùm, concordare: Erit si quidem alternatiuè concipienda, vel quod ducat in vxorem, vel quòd dotet, id est quòd vnum, aut alterum adim-
† pleat, vt *dicit* Rota Romana in sæpè citata decisio. Farinacij 74. & colligitur clarè ex Doctoribus citatis supra in articulo, num copulatiuè ad duo, an disiunctiuè ad vnum, aut aliud stupratot teneatur: postea tamen in executione non exequetur primum capur, nisi partibus consentientibus, & concordantibus, & eo modo etit intelligendum illud, quod ducat, vt sententia conformetur
† iuri, de quo plura infrà dicam, dum de electione pœnarum stupri agam, vbi videre poteris ad longum.

22 Et licèt † aliæ pœnæ sint de iure ciuili impositæ stupratoribus, de quibus per Doctores iam relatos, tamẽ vbique ferè terrarum de consuetudine aliæ non practicantur, quã supradictæ, quas ius canonicum introduxit, iuris ciuilis duritiem molliens, vt dicit Pòr. in cap.

in cap.1.de adulter. ita tenent, & teſtantur omnes, quos adduximus, quosque ipſi allegant; dicentes non fieri differentiam inter terras Eccleſiæ,& Impetij quantum ad hoc. In noſtro Senatu aliæ non practicantur præterquam nubendi, aut dotandi, vt vidimus in exemplaribus,quæ ſuper hoc facta fuere, quorum nonnulla nos in hoc diſcurſu referimus.

23 Sed quamuis † dictas pœnas imponat ius canonicum, non exiſtimes tamen quòd propterea non ſit iudex laicus ad eas exequēdas competens, eſt ſi quidem,prout nobis in facti contingentia *declaratum* in Senatu Gratianopolitano fuiſſe, auctor eſt Franc. Mar. deciſ.ſeu quæſt.6.lib.1.

24 Niſi † eſſet clericus is qui mulierem ſtuprauit, nam tunc cùm in eum iuriſdictionis exercendæ iudex laicus & ſecularis incapax prorſus ſit,indè fit quoad clericum eā compulſionem per iudicem Eccleſiaſticum fieri debere, ſic reprobata nonnullorum opinione, qui exiſtimabant hoc ſtupri crimen eſſe mixti fori, diſtinguunt Meno.de arbit.iudi. caſ.288.nu.21.Farina.allega.9.ſtuprum,nu. 53. & antea in 1.tom.de inquiſi.q.8.n.130. in addit.Theſaur.deciſ.148.nu.4.dicens ita † ſemper *obſeruaſſe* Senatum Pedemontan. vt ſolus iudex ſecularis de hoc delicto,niſi aduleriū annecteretur, cognoſcit, cognoſcereq. debet inter laicos; additque quòd aliàs,ſi iudex Eccleſiaſticus vellet de eo cognoſcere, vſurparetur cognitio iudicis ſecularis, quod non eſt permittendum, & tali caſu (inquit) eſſet apertum remedium per viam querelæ, ſeu recurſus,prout in patria ſua practicatur, viden.eſt ad d.deciſ.additio Gaſpar.Anton. 25 Theſau.vbi tamē addit, † quòd poſſit iudex Eccleſiaſticus,ſi laicus manus nō appoſuerit, & ipſe de cauſa ſtupri cognoſcere,ſed tutius 26 (inquit) eſt vt abſtineat; & ſi cognoſcat † de cauſa,& inquiſitū leniter puniat,poterit laicus iterùm cognoſcere, & ſeueriùs punire; † prout in ſuo Senatu dicit *obſeruatum* de anno 1591. quod in effectu eſt facere hoc crimen mixti fori, quod non placet, quia ego non video quamobrem magis huius delicti cognitor poſſit dici iudex Eccleſiaſticus,quā aliorum. Idem,quòd huius delicti cognitio ſpectet ad iudicem laicum inter laicos,& nō ad alium,tenet Franciſ.Marc.vltra locum ſuperiùs allega.deciſ.etiam 2.in ead. 1.par. & Oſaſch.in conſil.quod manuſcriptum refert Gaſp.Anton.Theſaur. in allega. additio.ad deciſion. patris 148. nos tamen illud habemus impreſſum inter reliqua illius conſilia, † & eſt 25.in ordine,per tot. Atque ita *obſeruatur* intrepidè in Cathalonia.vbi de huiuſmodi criminibus cognoſcit tantùm iudex laicus inter laicos inconcenſè.

27 Et ſi colluſoriè, † prout ſæpiùs à parte procurari adſolet, iudex Eccleſiaſticus præueniſſet iudicium, & leuiter delictum puniuiſſet non condignè in caſibus in quibus maior pœna deberetur,de quibus infrà videbis, tunc poſſet nihilominùs iudex laicus iterùm de delicto cognoſcere inter laicos, & pœna debita punire, prout ex multis probat Gaſpar Anto.Theſau.in additio.ad Theſau.patrem in deciſ.3.nu.3. & ita *obſeruari, ac obſeruatū* † ſæpiùs fuiſſe docet in Sena. Pedem. Recurras ad ea,exopto,quę ego fusè tradidi in materia punitionis ſacrilegij, cp eſt mixti fori,an poſt cognitionem,& punitionem iudicis Eccleſiaſtici intret iudex laicus, ſi illa punitio non fuit delicto condigna:Recurre (inquam)ad ea quæ ego latè tradidi in 1.to. clau.4.glo.13.par.2.a nu.61.cum ſeq.

28 Quod tamen † ego limito, niſi cum promiſſione ducendi mulierem in vxorem ſtupraſſet eam aliquis,tunc enim cùm ageretur de cauſa matrimoniali, compulſio competeret proculdubio iudici Eccleſiaſtico tantùm, non alteri; quod eſt in effectu ſicut illud quod ex Theſauro ſuprà dicebamus,niſi annecteretur matrimonium,atque ita obſeruamus intrepidè. Et quia videbis inferiùs plura de hoc articulo,ideò hic aliter me non extendo.

29 Ex ſuptadictis † oritur,& dimanat,quòd ſi compellatur ſtuprator, velit nolit, ducere mulierem,quam corrupit,in vxorem, potetit poſtea vti meticuloſum illud nulliter contractum dicere, cùm enim id ſit in optione viri,velit ne mulierem dotare,an ducere,vt diximus, non poteſt ad vnūm,vel aliud præcisè compelli,prout in terminis addncit pater Sanchez de matri.lib.4. de conſen.coac. diſput.13.nu.7.iunctis num.precedentibus, 30 vbi tollit obicem † quòd non dicatur index inferre nietum exequendo iuris diſpoſitionem. Dicit enim id fore verum quando lex præcisè obligaret ad nubendum; cæterùm in caſu occurrenti non eſt ita.Aduertatur ad hæc, quia vidi iudices non ſemel difficiles admodum ſe reddentes pro extrahendo, & liberando reos huius criminis à carceribus donec mulieri corruptæ nuberent,quod quā iniuſtum ſit, ex ſuprà adductis licet liquidò colligere.

31 Niſi † data fide de ineundo, & contrahendo matrimonio mulierem induxiſſet corrūpēs ad conſentiendū,tunc enim ducto negocio in iudiciū cōpelli poterit præcisè ad ſeruandam fidem, & ſic ad mulierem ducendā, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, prout non † ſemel *deciſum* in Rot.Roma. Proſp.Farina. aſſerit in 2.vol.deciſ.25.quæ eſt tota de hoc

cõpacta, vbi reſpondit obiectioni, quæ poſſet fieri, quòd hoc eſſet matrimonium clandeſtinum, & ſic videri quod intraret Concilium Tridentinum de reformatio. matrimo. cap. 1. ſeſſ. 24. dicens, quòd hæ promiſſiones ſolùm continent ſponſalia de futuro, quæ in matrimonium tranſire debebant ſecundùm præcepta Romanæ Eccleſiæ, propterea (inquit) non intrat Concilium Tridentinum. Qua de re quampluribus agit pater Sanch. de matrimo. lib. 1. tit. de ſponſal. diſput. 10. per tot. & nonnihil pater Rebel. de obligation. iuſtit. par. 2. lib. 4. per tot. & alij plures allegati per Gutier. in canoni. in ſæpè allega. cap. 37. num. 27. & Alex. Ambroſ. deciſ. 34. num. 18. parr. 2. ideò illius vlterius exa-

32 men hic omittitur. Aduertitur tamen † ſ. p apud Sanch. videbis vlteriùs quid ſi ſint in conditione diſpares, & alias pulchras quæſtiones circa hoc incidentes frequentiſſimè

33 in praxi contingentes. Hæc fides † de matrimonio contrahendo qualiter data proba ri debeat, colliges ex Mario Anto. Macera ren. variatum reſolutio. lib. 1. reſolution. 28. per rot.

34 In his tantũ terminis † quando eſſet data fides de nubendo, procedere arbitror quæ nolter Cancer tradit in 3. par. var. reſo. c. 11. de ſponſal. num. 56. quod non poſſit matrimonium dici, & allegari meticuloſum, etiã ſi quis compellatur præcisè ducere aliquam in vxorẽ, quã corrupit, ſiue loquamur in terminis iuris canonici, ſiue etiam iuris noſtri municipalis, quia ſic vnum ſicut aliud electio nem ſtupratori cõcedit, vt inferiùs dicemus. Moueor vltrà iam adducta, & vlteriùs in inferioribus adducẽda, qnód loca allegata per Cancer loquantur omnia in hoc caſu, quando quis ſub fide matrimonij virginem decepir, non quando ablque fide data, prout videre eſt apud Ro. Rom. deciſ. 497. diuerſor. p. 1. Veracruz in ſpecul. coniug. 3. p. art. 20. verſic. Pro ſolutione, & noſtrum Marquil. in vſar. Si quis virginem, in fin. qui loquitur in caſu tunc, prout ipſe dicit, de facto emergẽti, quòd Titius cum iuramento promiſerat accipere in vxorem vnam de tribus filiabus quas Sempronius habebat, poſteaque dormiuit cum vna illarum, quærens an teneretur recipere illam mulierem corruptam ſub illa fide data, reſoluitq. quòd ſic, & quòd ad id præcisè poteſt cogi.

35 Sed quid † ſi mulier iam non erat virgo, ſed iam aliàs corrupta, an teneatur promiſſor ſeruare fidem datam, tradunt Veracruz vbi ſuprà art. 19. concluſ. 6. & noſter Cancer in allega. 3. par. c. 11. de ſponſal. & matrim. num. 44.

36 Aduertas † tamen, an liberè huinſmodi fides de nubẽdo, an aliquo modo coactè, ſicut pluries fit, data ſit, nam ſi aliquo modo viſa fuerit non ſponraneè data, nullo modo eom pelles promiſſorem ad ſeruãdum promiſſa, pront pulchrè aduertit Ror. Rom. in recollectis per Farinacium poſt 1. volum. conſil. deciſio. 74. num. 7. in fin. vbi loquitur expreſ ſim de promiſſione facta pet exiſtentem in vinculis pro aliquo ſtupro commiſſo, quo caſu (inquit) nulla de huinſmodi promiſſione vti minùs ſponranea eſt habenda rario, ſicut in ea facti contingentia non eſſe habendam

37 Rora *tenuit*. Immò † Mari. Antoni. Maceraten. loco iam allegato num. 13. generaliter docet in dubio non eſſe deuenièdum ad hanc compulſionem, proptet multas rariones quas ibi adfert, & ſignanter ad tollendũ ſcandala, & malos exitus, quæ ſolent indè procedere, atque ita ibi in facti contingen-

† tia *reſolutum* tradit. Alia videbis infrà in clauſula promiſſionis ducendi ſponſam in matrimonium intra certum tempus.

38 Propter † hanc doctrinam mouẽtur quotidie contentiones in curijs Eccleſiaſticis, qnibus mulier petit ſibi ſeruari datam fidẽ ab eo, qui eam corrupit, & obtinet ſemper ſi intentionem, id eſt fidẽ datam, & ſe ſub ea poſtea corruptam prober, dum non obſiſtãt alia, quæ patet Sanchez, & Ambroſi. enarrãt vbi ſuprà.

39 Hanc † promiſſionem dicit Paludan. vbi per Sanchez allegatur in tract. de matrimo. lib. 1. de ſponſal. diſputat. 60. in fin. incelligi debere factã, dote ſibi conſtituta iuxtà poſſibilitatem, taliter quòd compelli aliàs non valeat ad ducendum, licèt in promiſſione nihil de dote dictum fuiſſet, non ſecùs atqui in reliquis omnibus promiſſionibus de ducendo aliqnam in vxorem perpetuum eſſe, vt non poſſit ad id diſtringi qui promitrit niſi competens dos iuxtà poſſibilitatem ſibi conſtituatur, probat multis Sanchez per totam ſupradictam diſputat. 60. & docet etiã Sena. Luſitan. apud Georg. de Cabed. deciſ. 31. in 2. par. pulchrum diſputans caſum à nu

40 mer. 11. nunquid † qui tenetur ducere vxorem à Rege nominandam, teneatur eam accipere indotatam. Sed fallitur doctus iſte Theologus, repugnat enim eius dictum his, quę nos ſuperiùs ex omnium mente reſolui, mus, quòd quamuis mulierem ducere eligat corrumpens in vxorem, renearut nihilominùs ipſe eam dotare, ac his etiam, quæ adhuc magis in terminis docent Baiard. ad Iulium Clarum in §. ſtuprum, num. 22. & Proſpe. Farinac. allega. quæſtion. 147. de delict. carn. in §. ſtuprum, n. 92. qui ambo allegant Hierony. Gabr. ſed corruptè in conſil. 170. cùm non ibi, ſed immò in conſi. 173. allega-

ti de-

41 ti debuiſſet, vel. 1. quòd † etiam in iſto caſu, quando ſub promiſſione futuri matrimonij commiſſum eſt ſtuprum, teneatur etiam violator dotare mulierem, quam vitiauit, etiam ſi ſequatur inter eos promiſſum matrimonium, non ergo inrè petere poterit q̃ dos ſibi conſtituatur, ſi deſideretur, quòd ipſe fidem ſtruer, & ideò non videntur audiẽdi qui in iudicio Eccleſiaſtico pro fide ſeruãda mulieri, quam ſub promiſsione ducendi ſtupraruntconueniuntur, ſi allegant ſe nolle eas ducere, niſi congruè à parentibus doten tur, ſed præcisè ſunt compellendi ad fidem ſeruandam, & ſimul ad dotem competentẽ
42 conſtituendum eiſdem. Conducit † quod benè ad aliud propoſitum ponderabat Pet. Barboſ. in repetitione l. 1. par. 4. nu. 114. ff. ſolut. matrimo. quòd ſi compelletetur pater ad inſtantiam ſtupratoris, qui non vellet aliter nubere, dotare filiam, ipſa duplicem haberet dotem, vnam à patre, aliam à ſtuprarore, quod foret abſurdum, cùm lex vna tãtùm dote iubeat mulierem eſſe contentam, elegantiſsimum eſt ad hoc Bald. conſil. 323. nu. 1. lib. 3. dicentis, quòd quando onus dotandi eſt impoſitum alteri, quàm patri, tunc ad illum pertinet onus dotandi, & non ad patrem, illo viuente, & habẽte vndè dotet, ex l. dedit dotem, ff. de collatio. bonorum, aliàs ſequeretur quòd mulier haberet duas dotes, vel dotaretur bis, quod eſſet abſurdum non modicum.

43 Non dico † quòd poſt mortem patris nõ poſsit poſteà filia petere legitimam, ſicut de dotata ab extraneo in ſuperioribus reſolui, ſed quòd in vita patris poſsit in caſu occurrenti habere dotem, id eſt quod inficior, ac inficiandum cenſeo.

44 Excuſatur tamen † corrumpens ab obligatione ducendi in vxorem, & etiã dotandi, & ſic à pẽnis ſtupri, ſi deflorata mulier nõ ſit honeſtæ vitæ, vel ſit vilis perſona, prout in terminis de hoc faciens certam, & indubita tam concluſionem Theſau. allegata deciſ. 3. num. 3. verſic. Quarta concluſio, per tex. in l. quæ adulterium, in fi. verſic. Hę autem, C. ad l. Iul. de adulter. poſtea dicit, quòd qualiter
45 probetur † mulier vitæ inhoneſtæ, tradit Cepha. in conſi. 140. lib. 1. Adde Menoc. de arbit. iudi. caſu 288. nu. 15. & reliquos omnes, quos inferiùs adducemus mox, & ſignanter Ioſep. Ludou. deciſ. Lucen. 61. n. 8. vbi dicit
† ſe ſic perſæpè *iudicaſſe*, & intrepidè ſeruari
† in omnibus curijs. *Admiſit* idem Rota Romana diuerſor. deciſio. 808. in prima parte.

46 Intelligo † mulierem inhoneſtam, quę alios præter ſtuprarorem admiſit, non ea, quæ poſtea cum illo multoties concubuit, per hoc enim nihil vnquam perdit de ſuo iure aduerſus dictum ſtupratorem, Farinac. allega. qu. 147. §. ſtuprum, nu. 81.

47 Hæc differentia † inter mulieres inhoneſtas, & honeſtas quoad iſtas pœnas, admitti proculdubio debet, ſed non illa, quam inter nobiles, & infimæ conditionis mulieres alij conſtituunt, concedentes quòd poſsit quilibet ſine metu alicuius pœnæ cum iſtis vltimis & ſi morum probitate prẽditis, libidinẽ ad libitum exercere, cũ prioribus verò non, quaſi in his, quæ ad morum, & honeſtatis cultum pertinent, ſint eæ propter vilitatẽ conditionis & fortunæ, deterioris conditionis, quàm illę, quod nullibi reperitur, atque propterea ſupradictam ſolam differẽtiam inter honeſtas, & inhoneſtas, reiecta illa, quæ fiebat inter nobiles, & infimę conditionis mulieres quoad materiam quam tractamus, admiſerunt cum magna ratione Didac. in epito. ad 4. Decreta. par. 2. c. 8. §. 5. nu. 17. verſi. Adijciam tamen, Peregr. de iu. fiſc. lib. 3. tit. 18. nu. 36. verſ. Concordando, Gutier. alleg. q. 37. nu. 2. verſ. Pœna autem ſtupri, Caball. reſol. crimi. caſu 200. nn. 93. Farina. de delic. carn. allega. q. 147. §. ſtuprum, nn. 82. & ſeq. & latiſsimè in toto de hoc compacto conſi. 90. ac Lupus allega. §. 5. nu. 110. vbi cum diligentia retulit tationes Didaci, & reliquorum, & ſignanter quia l. Iulia nõ requirit nobiles, ſed honeſtè viuentes, vt expreſsè cauetur in §. item lex Iulia, verſi. Eadem lege, inſti. de pub. iudi. & reliquas quas tetigi ſuprà.

48 Sed † adhuc mouet difficultatem, quomodo reperiri poſsit mulier, quæ virginitatem retineat, & ſit inhoneſtæ vitæ, taliter quòd in ea verificari valeat quod dictum eſt ſuptà, non teneri corrumpentem ad dotationem: ſi enim virgo eſt, quomodo vitæ inhoneſtæ? & ſi vitæ inhoneſtæ, quomodo virgo? tã inepta videtur hæc locutio, quantum illa gloſſæ in §. item lex Iulia, verbo, viduam, inſtitu.
49 de publi. iudic. vbi dicit ſtuprum † non dari in virgine meretrice, quaſi poſsibile ſit eſſe virginem, & meretricem ſimul.

50 Verùm † ſi attenderis ad alleg. l. quæ adulterium, C. ad l. Iuliã de adulte. cui limitatio ſuperiùs addũcta de virginibus inhoneſtę vitæ innititur, non miraberis de ea reſolutione, ibi enim fit mentio de quibuſdam fœminis infimæ conditionis paſsim vagantibus non ſeruata verecundia, & quas morum honeſtas non decorat, prout ſunt fœminæ cauponarum miniſtræ, in quibus expreſsè ponit Imper. ibi exemplum, dicens in eis non committi propriè ſtuprum, cùm propriè neque virgines, neque viduæ dicantur, quamuis enim virginitatẽ hæ mulieres retineant, nonne inhoneſtiſsimę vitæ eſt ab hoſpitibus permitti perſæpè ſe deoſculari, manib. præ-

tangi, & alia fieri, quæ valdè viros honestos fæpissimè offendunt? has non fuit visum cõueniens quòd qui corumperent, tenerentur vel ducendas, vel dotandas: grauior enim esset pœna, quàm debitum videretur, videdus de hac inhonestate, vltrà Cephalum à Thesauro vbi suprà relatum, Ioseph. de Sef se decisio. 94. & 95. Alias similes mulieres, quæ dicuntur esse vitæ inhonestæ, licèt virgines sint, commemorant Paris. Bursat. Cephal. & alij in locis allegatis per Lup. citat. commentar. 1. §. 5. num. 110. benè Stephan. Gratian. disceptation. forens. tom. 2. c. 213.

51 num. 59. vbi dicit † sine contactu corporalis commixtionis posse interuenire vitam luxuriosam, indecentem, turpem, & inhonestam.

52 Non † habent item locum pœnæ adductę in eo, qui corrupit, & defloraut virginẽ, quę tamen postea sese non continuit, sed meretricata est, & palàm quęstui se expostuit, quia per mutationem status in deterius non tenetur ad obseruantiam qui stupranit, Carrer. in practi. in 3. tracta. de homicid. assassino, §. circa igitur quartum, num. 12. Farinac. & alij quos refert allegat. quæst. 147. de delict. carn. §. stuprum, num. 79. latissimè probat multis rationibus, & argumentis Vincẽ. Carroci. decisio. seu casu 58. per tot. & vide

† tur *tenuisse* Rot. Roma. diuersorum decisio. 808. num. 11. versic. Quia testes, & num. seq. par. 1. Stepha. Gratia. disceptation. forensiũ

53 to. 1. cap. 5. nu. fin. quamuis non desint † qui contrarium teneãt, quos statim refert idem Farina. in sequenti num. 80. inter quos post Angel. in l. mater, §. 1. ff. de adulter. connumerantur Balard. ad Iul. Clarum §. stuprum, num. 16. & Franc. Veg. consil. 66. num. 219. Quorum mihi opinio non displicet, quando quidem non video apparentem rationem, propter quam ius illud mulieri quæsitũ aduersus corumpentem, eo ipso quòd eã corrupit, auferri sibi dicere debeamus ex meretricia vita postea ducta, ferè tamen semper ex illo primo stupro, & prima sibi illata violentia, causata: si mulierem ducere in vxorẽ vir nolit, quia meretricata postea ea sit, iam id habet in sua facultate: cæterùm si nihilominùs ipsa reperierit maritum volentem eam ducere, non video quamobrem id ei non permittamus, & stupratorem ab obligatione contracta per suum stuprum liberemus. Et certè sex rationes, & vltra, quas pro prima opinione adducit Carrocius vbi suprà, mihi in proposito nihil concludunt, quandoquidem omnes sunt à simili, volens quòd quemadmodum in illis casibus per vitam incontinentem mulier perdit dotem, & iura, sic in isto; non aduertens quòd illud non fit propter se, sed immò propter iniuriam, quæ per incontinentiam mulieris fit illis personis, quæ dotem dare, vel restituere tenebantur, vel ad aliud quippiam, prout est in patre, & marito, de quibus loquuntur instantiæ adductæ per Carroci. In nostro autem casu, quam, quæso, mulier corrupta infert iniuriam corumpenti ex turpi vita, quam ducat, si eam non duxit, nec ducere vellit in vxorem? certè nullam, ergo &c. Perdat igitur, quantum velit, vxor dotem propter adulterium, quod in opprobrium mariti committit, ac propter osculum libidinosum, & per alios impudicos actus à se gestos: filia similiter actionem ad dotem, & alimenta à patre danda, si meretricetur, quę sunt exempla, quæ à Carrocio traduntur in proposito, ex eis tamen non poteris inferre quòd similiter mulier corrupta amittat actionem, quam habet ad compellendum stupratorem ad se dotandum, cùm militet diuersa ratio superiùs prætacta.

54 Et generaliter † si scire cupias qualiter & quando quis teneatur & teneri debeat pœna stupri, lege Lupum in allegat. commenc. 1. de illegitim. & natural. §. 5. num. 126. vbi ex Hieronym. Grat. in consil. 43. nume. 35. lib. 2. docet tria ad id debere concurrere, & probanda fore ab eo, qui agit ad pœnam: primum, quòd vir seduxerit; secundù, quòd stupratuerit; & tertium denique quòd tempore stupri puella non fuisset priùs defloratа, sequitur Mantica de coniecturis vltimar. volunta. lib. 11. tit. 12. num. 28. id quod non obscurè colligitur ex dispositione textus in allegat. cap. 1. & 2. de adulter. & quoad id q̃ est debere esse mulierem virginem, vt intret dispositio, latè probat Cancer in 3. part. variarum resolutio. cap. 11. de sponsal. nu. 41. cum sequent.

55 Sed † ex his tribus requisitis, vt pœna stupri committatur, duo inquiunt ijdem Doctores iam ex se præsumi, nec egere probatione, primum scilicet, & tertium, seductionem, & virginitatem. De seductione q̃ semper præsumatur, videtur esse text. ad literam in l. vni. C. de rapt. virgin. cum quo in hoc videtur concordare l. Castell. 1. citu. 19. parti. 7. quam referunt Igna. Lopez de Salcedo in additio. ad practi. crimi. cano. Ioann. Bernar. Diaz de Luco cap. 83. sub littera C. & Ioann. Guttier. in canoni. quæstio. cap. 37. num. 21. & alij plures, Ioann. Andre. in alle. cap. 1. de adulte. & Abb. ibidem in 1. notab. Nauarr. in manua. cap. 16. nu. 16. Mascar. de probationib. conclusio. 1254. nu. 31. Tiber. Decian. lib. 8. tracta. criminal. cap. 7. nu. 7. & 8. & Baltas. Gomez de Amescua in tract. de potestat. in se ipsum lib. 2. cap. 16. num. 2. & alij

alij plures allegati per Brixia.in repertorio ad deciſio. Borgni. Caualca. verb. matrimonium ſine denuntiationibus, nu. 5. De virginitate autem, vltra ſuprà allegatos, vide Farinac. in citata quæſtio. 147. de delict. carn. §. probatio, num. 135. vbi abundè Doctores tibi refert (qui ſunt, ſi Gutierr. credamus allegat. cap. 37. num. 11. omnes de hac re agẽtes) hanc opinionem tenentes, vbi videbis
56 num † ſit neceſſarium ad id mulieris iuramẽtum, nec ne. Adde Ioſeph. Maſcard. de probationib. concluſio. 1412. & Menoc. de præſumptio. lib. 6. præſumptio. 89. per tot. vbi de hac qualitate naturali præſumenda diffuſiſſimè tractatur. Adde etiam Rot. Roma. in deciſionibus collectis per Farinac. poſtis poſt 1. parte conſſ. deciſio. 74. num. 6. vbi tam de ſeductione, quàm de virginitate, ꝙ
† præſumantur, fuiſſe *datum* pro conſtanti refertur: alia etiam de hoc eſt elegans in idẽ deciſio eiuſdem Farinac. in vlti. volum. deci ſionum, quæ eſt in ordine 284. Cæterùm nec
57 tanti † faciendas eſſe has præſumptiones attributor quin admitti cõedam probationem in contrarium, vt ijdem Doctores ſuperiùs relati etiam admittunt, ac quotquot de hoc agunt. Quibus autem modis contra præſumptam virginitatem probare valeas, docebũt te Maſcard. ac Menoch. vbi ſuprà, & Farina. etiam nonnulla tradit vbi proximè nu. 139. & deciſio. Ro. Roma. apud eundẽ Farina. in 3. volumine conſiliorum in ordine 74. Cæcer in 3. par. variar. reſolutio. cap. 11. de ſpõſal. num. 51. Et aduerte † quòd ad vitam in-
58 honeſtam mulieris probandam, vt euitẽtur pœnæ ſtupri, quas per hoc euitari diximus, ſiue ea præceſſerit delictum, ſiue ſubſequuta fuerit illud, in quo conſiſtere magis magiſque ſolet reorum huius criminis defenſio, ad quodque tanquam vltimum remedium, aut ſaltem magis ad euadendum pœnã proficuum, conſueuerunt ſemper rei confugere. Aduerte (inquam) quòd ad dictam vitã inhoneſtam probandam ſufficerent quidem teſtes ſingulares, quorum vnus de vno actu, & alij de alijs deponerent, vt probant Bal. cõſil. 207. Quia dicta domina Paganoſſa, parte 4. Aymo. in conſil. 73. & Hippoly. Riminal. in conſi. 7. à num. 54. quos refert & ſequitur Pet. Anton. de Petra in tract. de fideicomm. quæſt. 12. num. 619. alios magis in terminis fermè infinitos adducit Proſpe. Farinac. de teſtibus, titu. de oppoſit. contra dicta teſtiũ, quæſt. 64. num. 223. Boeri. deciſio. 23. num. 46. Ioan. Baptiſta Baiard. in additio. ad Iul. Clar. in practi. crimina. §. ſtuprum, num. 29. qui dicunt communem hãc eſſe opinionem Doctorum, pulchra eſt Thom. Grammatic. deciſio. Neapolita. 107. quæ eſt vltima, vbi

† *deciſum* tradit propter probationes per teſtes ſingulares de diuerſis actibus inhoneſtis deponentes factas per enm, à quo accuſato de quodam ſtupro petebatur dos per mulierem, fuiſſe eundem abſolutum, & ſibi eam probationem admiſſam teſtium licẽt ſingularium.

59 Ratio † eſt in promptu, quia licẽt regulare ſit teſtes ſingulares non probare, cap. nihilominus, & ibi gloſſ. 3. quæſt. 9. cap. tam literis, & ibi gloſſ. verb. ſoli, de teſtibus, cap. licẽt cauſam, de probatio. & cap. bonæ, de electio. & eſt communiſſima opinio, quòd tantum probet vnus quantum mille, qua de re ad ſatietatem vſque habes apud Farinaciũ de teſtib. quæſtio. 64. per totam, & ſignanter à num. 33. & ante eum Anton. Gabr. de teſtib. concluſio. 2. & apud reliquos, qui inferiùs adducentur à nobis circa hanc ſingularitatem teſtium de qua tractamus, nihilomi-
60 nùs † quando eſt aliquid probandum in genere, non in ſpecie, ſufficiunt teſtes ſingulares, veluti ad probandum hæreſim, iuriſdictionem, vſuram, poſſeſſionem, famam, & ſimilia, in quibus ſignanter exempla Docto-
61 res conſtituunt; genus enim † conſtat, & perficitur ex pluribus ſpeciebus, & particularibus, & licẽt teſtes deponant de diuerſis actibus, tamen quia tales actus tendunt ad eundem finem, & ad probationem illius generis, propterea non repelluntur tanquam ſingulares; dic clarius, quia quotiens tractamus de probando genere, teſtes qui probant ſpecies ſub eodem genere contentas, non dicũtur ſingulares, quia in qualibet ſpecie repreſentatur genus, quod quia ſingulariter Doctores referendi pleniſſimè examinant, & probant, ac idem tenentes referunt, cõmuniſſimamque opinionem dicunt, licẽt alij contradicant, ideò eorum ſola relatione cõtentabor. Inprimis hac de re tractat Anto. Gabr. allegata concluſio. 2. de teſtib. Hippolyt. Riminal. in conſil. 7. ex num. 27. cum ſequen. lib. 1. Idem Riminald. inter conſil. criminal. diuerſorum, conſil. 95. num. 7. & ſequ. lib. 2. Petra de fideicommiſſ. quæſtio. 12. ex num. 538. Proſp. Farinac. omnium latiſsimè de teſtib. quæſtio. 64. ex num. 150. Maſcard. de probationib. concluſio. 827. num. 7. cum ſequen. & concluſio. 856. num. 1. & concluſ. 1199. num. 25. Ioan. Gutierr. in practi. quæſtio. 12. ex num. 8. lib. 3. Ioſeph. Ludouiſ. deciſio. Peruſi. 9. ex num. etiam 9. egregius Senator noſter primarius, ac ad præſens officium Regentis exercens, Ioannes Gallego, in reſponſ. in cauſa ſyndica. (paruus quidem liber eſt, ſed ſufficiẽs vt ex vnguibus dignoſcatur leo) par. 1. cap. 2. num. 12. Quandam
† ad id *deciſionem* factam in Senatu Gratiano-

polit.

polit.apud Guid.Pap.quę eſt in ordine 544.
62 circa probationem ſepulturæ † per teſtes ſin
† gulares. Et *aliam* Senatus Veneti in mate-
ria hæreſis, refert Riminal.allega.conſi.7.in
63 fine. *Alia* in materia vſuræ † ſupradict. Se-
nat.Gratianopol.adducit Aymo.Crauet.de
antiquitat.tempor. par.4. ſectio.Sed enim,
† num.12. *Aliam* in Senat.Sebuſia.circa pro-
64 bationem furti † in genere, ideſt quòd quis
ſit fur, ex teſtibus ſingularibus factam deci-
ſionem, refert Anto.Fab.in ſuo Cod. lib.6.
† tit.2.de fur.definitio.5. *Aliam* Ror.Floren-
ti. deciſio. refert Hiero.Magon.deciſio.97.
vbi approbando quod nos dicimus, adducit
65 reſolutum, quòd ad probandum † furorem
in genere ſufficiant teſtes ſingulares, ſed nõ
vbi requiritur furoris in ſpecie probatio,
† prout in teſtamento. *Aliam* etiam deciſionẽ
refert Flam.Chartar.in Rot.Genuen.factã,
66 deciſion.90. quod † liberatio debitoris po-
teſt probari per teſtes ſingulares, qui depo-
nant de diuerſis confeſſionibus parris ad li-
berandũ emanatis, quia tendunt dicti teſtes
ad eundem finem, nẽpe ad probandam libe-
rationẽ in genere, non confeſſionẽ in ſpecie,
† quod idem anteà *tenuerat* Rota Auenionẽ.
vt auctor eſt Hieronym.à Laurent. deciſio.
† 62.num.3. & *Senat.Cratianopol.* ab eo alle-
gat.apud Guid.Pap.deciſio.176.quibus de-
ciſionibus mirè exornatur quod tractamus:
de eadem etiam re eſt quòd videas viterùs
bonam additionem Cæſa.Vrſill. ad Affict.
deciſion.364.Proſper Farinac.de teſtib.qu.
64.num.131. Ioan.Gutier.in practic.lib.3.
quæſt.12.per tot. Alexan.Ambroſ.deciſion.
67 9.ex num.37. Circa quam † pulchrã confeſ-
ſionis extrajudicialis abſente parte ad libe-
randum factæ à creditore materiam, ſi no-
ſtris placere viderem, quòd aliquantulum
extra propriam, & peculiarem capitulorum
matrimonialium materiam diuagarem, ego
libenter diſputarem, nunquid ea parte ab-
ſente facta, & ſic ſine acceptatione ſit vali-
da, & potens ad liberandum, & inter pug-
nantes Rotæ Romanæ deciſio. 685. volu.1.
diuerſor. Auenionen.62.apud Hieronym. à
Lauren.ac Audientiæ Baren. apud Franciſ-
cum Viuium deciſio.486.num.12.lib.3.pro
affirmante: & Senat.Pedemont. apud The
ſaur. deciſio.109. pro negante, opiniones,
meũ, quodcunque ſit, aperuiſſem iudicium.
Cæterùm quia ad alia grauiora huius mate-
riæ capitulorum matrimonialium oportet
nos attendere, ideò hac facta remiſſione
contentus, ad alia pertranſeo. Adde Farina.
vbi ſuprà latè de hoc agentem.

68 Et hęc † quidem ſingularitas teſtiũ (vt ad
propoſitum iam redeamus) per quã fit pro-
batio generica, eſt illa, quam vocamus cu-
mulatiuam, ſeu adminiculatiuam, quãdo ex
ipſis ſingularibus nulla reſultat repugnantia,
obſtantia, ſiue diuerſitas factorum, ſed im-
mò omnes ſuper ipſo principali facto con-
cordant, & ad eũdemmet finem tendunt ad
comprobandum, & coadiuuandum actoris
intentionem, ſuper eo ſcilicet, quod per ip-
ſum actorem petitum fuit, licèt loco, aut tẽ-
pore diuerſi reperiantur, vt in principio di-
cebamus ad differentiam ſingularitatis ob-
ſtatiuæ, quæ eſt quando de vno tantùm actu
probando agitur inter teſtes, in quo varia-
tio loci, aut temporis inter ipſos interuene-
rit, prout in teſtibus caſtiſſimæ Suſannæ cõ-
tigit, quia de vno tantùm crimine adulterij
arguebatur, quia ſenes illi peſſimi accuſato-
res non dicebant pluries Suſannam in adul-
terio vidiſſe, ſed ſemel tantùm, & nihilomi-
nùs quia variabant in loco, vnus enim dice-
bat ſub pinu, alter verò ſub cino, ideò obſtã
tia, & contrarietas inter ipſos inducebatur,
ex qua contrarietate talis ſingularitas reſul-
tabat, & reſultat, quæ nihil omninò probat,
& propterea teſtes fuerunt de falſo puniti,
prout habetur Daniel.cap.13.tradit Boſſ.in
ſua pract.crim.in tit.de falſ.num.23.

69 Ad differentiam † etiam diuerſificatiuæ
ſingularitatis, quæ in actu reiterabili conſi-
deratur, & ex ipſa neceſſariò diuerſitas fa-
ctorum inducitur, prout (exempli gratia)
quando actor dicit ſe mutuaſſe decem, &
teſtes inducit, quorum nonnulli vidiſſe ſe
mutuari decem in platea, alij verò in alio
diuerſo loco, vel quando aliqui in vno men
ſe rem geſtam aſſerunt, alij verò in alio mẽ-
ſe, dicti teſtes dicuntur procul dubio ſingu-
lares & in loco, & in tempore, non tamen
dicuntur contrarij, quia cùm agatur de mu-
tuo reiterabili, poterunt plura mutua con-
ſiderari diuerſis locis, & temporibus, & ſic
ex tali diuerſificatiua ſingularitate plura mu
tua conſiderabuntur, quia ex ipſis non ſem
per idem factum, ſed nouum inducetur, mu
tuum enim factum vno loco, & vno tempo-
re, erit diuerſum ab illo facto in alio loco,
& in alio tempore; & propterea huiuſmodi
teſtes ſic diuerſificatiuè contrarij non coniũ-
guntur ad faciendum nec plenam, nec ſemi
plenam probationem; & eſt ratio, quia ac-
tor vnum tantùm mutuum propoſuit, de
pluribus autem probauit, ideò iudex nõ po-
terit cognoſcere quod & quale mutuum fue
rit petitum, ſicque ex tali diuerſitate mutuo
rum actoris intentio, & probatio remanet
dubia, & incerta, & propterea nullius erit
momenti, iuxtà l.non hoc, C. vndè legit. l.
neque natales, C.de probationibus, quam
quidem materiam huiuſcemodi multiplicis
teſtium ſingularitatis, quæ tibi ad plura in

actibus

actibus forensibus occurrentes quæstiones poterit conducere, videas per extensum apud Aymo.Cranet.in tracta.de antiquita. tempor.4.par.section.sed enim,per totam, & in consi.257.num.3.cum sequen. Ioseph. Ludoui.decisio.Perusi.9. num.11.cum seq. Ioan.Gutierr.in sæpè allega.quæstio.12. libro 3. practicarum quæstionum à numer. 7. Hippoly.Riminal.in citato consi.7. à num. 40. Farinac. latissimè de testibus quæst.64. à num.4.cum multis sequentibus,qui vtrunque membrum pluribus declarat,& probat, Anton.Fab quem etiam non latuit hæc singularitatis testium differentia, in allega.definit.5.lib.6.tit.2.de furt. nu.3. in suo Cod. Alexan.Ambrosi.decis.9.num.37.ex versic. Et si Doctores.

Cùm ergo nostra singularitas testium sit accumulatiua, seu adminiculatiua tendẽs ad eundem finem, ad probandum scilicet actũ aliquem in genere, vt est dictum:indè fit, q optima iudicetur probatio, quæ per huiusmodi testes singulares fiat.

70 Conducit † quod Doctores dicunt ponẽtes regulam in materia probationum, quòd quando plura rendunt ad perficiendum vnũ totum, tunc quæ non prosunt singula, multa iuuant, Bar.in l.1.§.idem Cornelio, vers. Sed contra prædicta,ff.de quæs.Ancharanus consil.276.Viso diligenter,col.1.Alexan.in consil.13.Ex his,col.penul.& final.volum.1. † prout in terminis Senatus *dixit*, *& declarasse* antiquitùs reperi die 9.Octobr.1549. Relatore olim egregio Senatore Serra, inter Franciscum Alias,& Valẽtinum Coma, vbi expressè fuit dictum, quòd in viam iuris, quando de probanda possessione; & sic (inquit) de aliquo vniuersali, vel generali probando tractatur, etiam ex singularibus actibus probatio ipsa concluditur.Et in alio casu nouissimè, cùm ageretur in Senatu corã egregio Senatore Francisco Gamis inter Comitissam de Montagut, & nobilem Gilabertum de Cruylles, de probando extractionem certorum onerum, siue carricarum tritici ex quodam castello, vt eorum fieret † debitor dictus nobilis. *Dixit* Senatus standum esse probationi de hoc factę testibus singularibus, quia poterant insimul iungi,& in idem virtualiter,& in effectu reduci;& quia adminiculatiua erat ea probatio,in qua vnus deponebat de certa summa,& alius de alia diuersis temporibus extracta, fuit lata sententia die 27.Februarij 1619. Actuarius Payssa.

71 Per quam regulam † in materia probationis immemorialis resoluunt Doctores, non esse necessarium quòd omnes testes,qui ministrantur pro ea ptobanda, deponãt de omnibus illius requisitis, de quibus per me in primo tomo clauſ.4.gloss.17. num.50.& 51. & vltra ibi adductos noranda est decis. Siciliæ Ioan.Francisc. del Castillo 12. num. 31. sed sufficere quòd inter omnes omnia probentur, prout docet latè Molina de primogen.Hispanorum lib.2.cap.6.num.34.& Vincen.de Franch.decision.56.nu.5.& 19. vbi num.24. vlteriùs addit vnum notabile, in quo plures errare vidi circa requisitum il
72 lud de publica voce,& fama,quod † nõ sufficit id dicant testes in vltimo articulo, qni communiter fit de fama, sed necessum esse de ea deponant in eodem ipso articulo, in quo de immemotiali articulatur.Aliud etiã notabile addit Rot. Roma. apud Seraphin.
73 decis.469. quòd † testes in hoc articulo deponentes de fama non probant,nisi loquantur per verbum, *fuit*, non per verbum, *est*, & sic debent loqui de tempore præterito,
74 non de præsenti. Nec etiam probare † testes, qui circa requisitum temporis deponunt de quadraginta annis cum dictione, *citra*, sine copula, quæ tu addere poteris per nos traditis de probatione huius immemorialis in loco suprà citato, & habebis omnia ad id necessaria. Resoluunt (inquam) Doctores, quòd, quia in materia immemorialis agitur de perficiendo vnum totum,nempè ipsam immemorialem, ideò sufficiunt testes, qui,vt dictum est, deponant. Quæ opinio mihi magis proculdubio placet, quàm quæ videtur in contrarium fuisse Rotæ Ro. in illa decisio.quam refert Garcia de benefic.in 1.par.c.2.nũ.45.

Reperi post hæc scripta,meam etiam opinionem tenuisse,& tenere Aloysiũ Riccium in sua collecta. decisionum part.1. collecta. 233.circa fin.vbi etiam latè de requisitis ad immemorialẽ. In nostro autem casu (vt ad propositum redeamus, à quo paululùm recessimus, licèt non inutiliter) clarum est, q omnia tendunt ad perficiẽdum vnũ totum; ergo fieri debet coniunctio probationum.

75 Et hæc quidem † multò magis in nostro casu procedunt, in quo non tractamus de probanda corruptione, & inhonestate mulieris ad puniendum eam, sed immò vt absoluatur is, qui accusatur de stupro cum ea commisso,à danda sibi dote,vel ducendo eã in vxorem: quamuis enim, quando agitur criminaliter ad punitionem, non recipiant omnes faciliter,quòd testes singulares probent, nihilominùs quando ad effectum, de quo hic, vix discrepat vllus, prout in DD.iã allegatis est videre,& in terminis adducit Iuli.Clar.in prax.crimi.q.53.nu.19.vbi magis rem quam tractamus declarando, sub breuibus dicit se aliquando cogitasse,quis esset sensus

ſenſus Doctorum ita loquentium, de pro-
76 bando delicto in ſpecie,† vel de probando delicto in genere, & credere, quòd ſecundùm eos tunc dicatur agi de probando delicto in ſpecie, quando tractatur de puniendo aliquem criminaliter, & hoc caſu (inquit) veriot eſt opinio, quòd non valeat probatio, quæ fiat per teſtes ſingulares: tunc verò agi dicunt de probando delicto in genere, quando agitur non de pœna infligenda, ſed ad alium finem, putà excipiendo de adulterio ad priuationem dotis, vel de alio crimine ad diminuendam fidem teſtis, & hoc caſu (inquit) ſufficiunt teſtes ſingulares, Clarũ ſequitur Fatinac. allegata quæſtio. 64. num. 229. reprehendens Riminal. qui hanc diſtinctionem viſus eſt noluiſſe admittere in ſpè cita. conſil. 7. num. 26. & ſequen. ſed tenere, quòd ſic in vno, atqui in alio caſu teſtiũ ſingularium probatio ſufficit.

Contra præſumptam autem ſeductionem (contra quam etiam diximus ſuprà admitti probationem in contrarium) dubium eſt, quomodo, & qualiter debeat fieri probatio, & qualiter mulier probabitur non ſeducta, vt vitentur pœnæ ſtupri, circa quod ego nõ nullos proponam caſus, ex quorum elucidatione clariſsimam arbitror rem hanc fore remanſuram.

77 Primus caſus eſt, † quando ſtuprator probaret, quod ipſum mulier pellexiſſet, eundem prior ipſa ſolicitando, vel ad eius lectum, vel domum veniendo. Hæc probatio tollit proculdubio præſumptionẽ ſeductionis, & abſoluit à pœnis, Auton. Gomez in iam allegata l. 80. Tau. num. 10. in fine, Gutier. in cano. citato cap. 37, num. 23. verſic. Secundus caſus, Nauarr. in manual. cap. 16. num. 16. & conſil. 1. ſub tit. de ſponſ. Diaz in practi. crimi. cap. 83. & ibi additio. Salcedo, Gomez Ameſcua de poteſtate in ſe ipſum lib. 2. cap. 16. num. 3. qui poſteà num. 4. id extendit ad raptum per Doctores quos allegat, Proſper Farinac. de delict. carn. quæſt. 147. §. dos, num. 122. Ioan. Baptiſ. Lupus de illegitim. commentar. 1. §. 5. num. 126. patet Moli. de iuſtitia & iure tract. 3. de iuſtit. commutati. diſputatio. 104. num. 9. circa fi. qui dicunt id procedere tam in foro interio
78 ri, quàm exteriori. Rationem dicit † eſſe Gomez Ameſcua, quòd mulier ſit domina ſui corporis, etiam ad ſcindenda claustra vir
79 ginitatis (ſi ſub aliquo clauſtro, † ſeu membrana carnea, quæ per primum cum viro cõgreſſum ſcindatur, ipſa conſiſtit vt plures volunt: alijs tamen pluribus peritis medicis repugnantibus, volentibus quòd virginitas, ſeu virgineum ſignaculum conſiſtat nõ in aliqua parte carnis, ſeu membrana, ſed in quadam quaſi complicatione partium ipſius orificij vaſis fœminei, quæ per viri acceſſum dilatantur, & ſic aperitur, & patefit vas. Concludunt præterea ijdem Doctores, quòd ex mille mulieribus vix vna reperitur, quæ membranam illam habeat: ſed id nos relinquamus Medicis, quorum eſt propria materia. vide, ſi vis, Thom. Sanchez de matrimo. lib. 7. de impediment. diſputatio. 14. num. 1.) Pergit vlteriùs Ameſcua, dicens in
80 propoſito, quòd mulier eſt domina ſuę virginitatis, permittẽdo ſe cognoſci, & licet peccet libidine, non peccat tamen iniuſtitia, ibi videatur, & apud Gutierr. num. 22. Salcedo in littera C. Michael Salon 2. 2. q. 62. arti. 2. controuer. 5. concluſio. 1. Decia. cap. 7. tracta. crimi num. 21. lib. 8. quos Ameſcua
81 allegat, & videtur † virũ pelliciendo, & ad eius domũ eũdo, remiſiſſe pœnas, & reſpectu viri ſatis id eſſe debet ad excuſandum. Nã quis tam continẽs erit, qui hoc caſu ſe abſtineat, niſi Deũ timeat? Circa hunc caſum nõ eſt q̃ ampliùs immoremur, quia vix eſt in praxi contingibilis; maior enim ſemper in mulieribus, maximè virginibus, eſt pudor, quàm qui inducat eas ad ſe ſic proſtituendum: ſituti enim ex deprauatis moribus, quibus viuimus, ſunt rari qui Ioſephi caſtitatem ſectentur, ſic, Chriſto gratias, ſunt paucæ, quæ vxoris Putipharis libidinem imitentur.

82 Idem refert † Ameſcua (& hic eſt ſecundus caſus) numet. 7. ex plurium auctoritate (licèt vix ſuã aperiat ſententiam) eſſe quando vir leuiter perſuaſit virgini, quæ facilè conſenſit, tunc enim dicit apparere de ſpõtanea puellæ non ſeductæ voluntate, quia ſecundùm mores hodiernos, puellã quæ leuiter rogata conſenſit, pluſquam certum eſt ſponte voluiſſe, & ardenter voluiſſe: nam & illæ, quæ nimis volunt, expectant valde, & importunè rogari, ſequitur Diaz allegato cap. 83. num. 4. & ibi Salcedo, Maſcar. allegata concluſio. 1254. num. 29. Baiard. ad Iulium Clarum §. ſtuprum, num. 28. & Decia. lib. 8. cap. 7. nume. 20. quos Ameſcua adducit. Verum eſt quòd repugnant plures, quos anteà retuletat numer. 6. volentes virum ſic virginem inducentem, nihilominùs teneri in vtroque foro: alij verò, inter quos enumeratur Nauarr. in manua. c. 16. num. 16. & Gutierrez allegato c. 37. num. 23. verſ. Tertius caſus, diſtinguunt inter forum interiorem, & exteriorẽ, vt in illo in nihilo teneatur, in hoc verò ſic: alij, vt Graphis libro 2. deciſio. aurea. cap. 79. num. 13. aliud dicunt, nempè quòd ſolùm fiat condemnatio ad aliquam pœnam pecuniariam dandam puellę, quia etiam ſi leuiter rogata conſenſit, tamen

aliquod

aliquod pretium pudicitiæ illi dandum eſt, & hoc (inquit Ameſcua) intelligunt quoad ipſam puellam, ſi verò patrem, tutorem, aut propinquos haberet, circa eorum iniuriam aliter eſſet conſiderandum, vt per Decia. in dicto cap. 7. num. 21. Gutierr. dicto cap. 37. num. 29. & alios quos allegat num. 8.

83 Ego † omiſſis quæſtionibus fori interioris, tàm in caſu occurrenti, quàm in alijs ſimilibus circa pœnas ſtupri contingentibus, vtpotè ad hominem laicum, & ſecularem vix ſpectantibus, de quibus tamen latiſsimè videre poteris apud egregios Domini. de Soto de iuſtitia & iure lib. 4. quæſt. 7. art. 1. in reſponſ. ad 2. argum. colum. 4. Michael. Salon in ſimili tractatu de iuſtitia & iure quæſt. 62. art. 2. controuer. 5. Ludoui. Molina etiam de iuſtitia & iure tracta. 3. diſputation. 104. per toe. Ioann. Azor in inſtitutionum moralium par. 3. lib. 5. cap. 5. Ferdinan. Rebel. in ſimili tracta. de iuſtitia & iure par. 1. lib. 3. de obligation. ex delict. quæſt. 8. & Thom. Sanchez de matrimo. lib. 7. de impediment. diſputatio. 14. qui nullum non mouerunt lapidem circa eas explanandas, & patefaciendas, & ſignanter Rebell. multùm methodicè, ſicut abunde in hoc procedit. Ego (inquã) omiſſis dictis quæſtionibus, concurro libenter cũ opinione priori loco relata, quòd idem ſit iudicium faciendum de ſtupro commiſſo in virginem leuiter, & blandis verbis perſuaſam, quod de commiſſo in eã, quę virum alle xit, de quo in ſecundo caſu dictum eſt, idq. (ſi vis) tam in foro interiori, quàm etiam exterioti obſeruandum puto, & ampliùs exiſtimo quòd non eſt in hoc diſcrepantia inter Doctores, quicquid ſit alijs viſum, vt dictũ eſt, ea enim ſolùm conſideratur, & conſiderari poteſt circa probationes, coultet ne, vel non, ſi enim conſtat per probationes liquidas iudici de eo quod liberat corrumpentẽ virginem à pœnis in foro conſcientiæ, & in iudicio animæ, veluti quòd ſolùm leuiter, & blandis verbis fuerit mulier perſuaſa, vndè inducitur libera voluntas, inxtà ſuperiùs tradita, non video quamobrem non debeat iudex eum etiam in foro exteriori abſoluere: cæterùm quando de hoc non conſtat, ſed habemus probarum ſtuprum, ex eo quòd præſumptio violentiæ, & ſeductionis eſt contra corrumpentem, vt diximus, nihil mirum, quòd iudex condemnet ad id, ad quod quis aliàs in foro animæ non tenetur, ſi reuera nec violentia, nec ſeductio interfuerunt. Atque ita vir pijſsimus, & doctiſsimus Nauarr. qui pro contraria opinione fuit adductus, in manua. cap. 16. num. 16. intellexit dũ clariſsimè loquitur in terminis, quibus corrumpẽs non probaſſet ſe non ſeduxiſſe mulierem, ſed ſolùm id allegaſſet: hinc enim inquit condemnationem ſequendam in foro exteriori, quia eſt contra corrumpentem iuris præſumptio, cæterùm non in foro interiori, ſi reuera ſcit corrumpens non interceſ-
84 ſiſſe ſeductionem actui. Miror † quod Gutierr. alioqui oculatiſsimus, ad id non aduerterit, in allegato cap. 37. num 23. verſ. Tertius caſus, immò confunderit terminos quãdo in foro exterioti conſtat, & quando non conſtat; ſi enim conſtat quòd mulier nó fuit ſeducta, quomodo compatitur quod dicit Gutierr. ibidem, iudicem ex præſumptione illa ſeductionis debere condemnare corrũpentem? in claris enim iam non poteſt eſſe locus coniecturis: ſi tamen videretur indici, quòd mulier corrupta, & eius parentes ſunt pauperrimi, & corrumpens ditiſsimus, & propter ſuam corruptionem non poſſet mulier nubere, non reprobarem quod ipſe nihilominùs quamuis reuera contra præſumptam ſeductionem foret probatum, obligaret corrumpentem ad aliquid in aliqualem recompenſam iacturæ elargiendum, iuxtà opinionem Doctorum, quorum ſuperiùs ad hoc meminimùs, & ſignanter Graph. in allegato cap. 39. num. 3. hoc enim pietati Chriſtianæ arbitror non modicùm conueniens. Adde patrem Rebell. allegata quæſtione 8. nu. 2. & deindè.

85 Præter hos † duos caſus, vix reperitur alius, qui excuſet corrumpentem virginem à pœnis de iure ſtatutis, cùm in reliquis ſemper præſumatur ſeductio, ex regula ſuperiùs tradita: præter ſupradictos enim duos caſus, nullus alius fermè reſtat, niſi ille quando importunis precibus, blanditijs, vel pretio vir induxit mulierem ad conſentiẽdum, ſed tunc iura ſunt aperta in allegato cap. 1. de adulter. & in l. 1. C. de raptu virgin. quòd taliter corrumpens ſubijciatur pœnis, quia non ceſſat ſeductionis præſumptio, Anton. Gomez in allegata l. 80. Tauri num. 16. Gutierr. in citato cap. 37. num. 23. Iul. Clarus in §. raptus, num. 3. Maſcard. de probationibus concluſio. 1411. num. 28. Menoch. de arbitr. iudi. caſu 360. num. 51. & alij latè relati per Ameſcua vbi ſuprà num. 1. & Cenedo in collecta. ad Decretal. collecta. 37. nu. 3. ac omnes ferè alij, qui fuerunt ſuprà à nobis relati longa ſerie.

86 Sed caſu † quo ſit deueniendum ad dotationem, quærunt Doctores, & eſt quæſtio in qua multi à multis diſcreparunt, in quaque (quod magis eſt, maioremque metum incutit volenti eam tractare) gratiſſimos Senatus reperimus diuerſimodè ſenſiſſe, quo tempore ſit mulieri dos danda, nunquid tempore ſtupri, an verò tempore quo nubet?

Qua

87 Qua in re,reperio † quòd Borgni. Caual. ſeu Brixian.in repertorio ſuarum deciſionũ in verb. matrimonium ſine denuntiationib. à num. 7. cum aliquibus ſequentib. hanc in terminis tractans quæſtionem, reſoluit non poſſe corrumpentem compelli ad dotandũ mulierem,quam corrupit, ante nuptias contractas , nec ſufficit (inquit) velle cauere de nubendo, quia pet ſtuprum non contrahitur ſimplex obligatio,ſed immò conditionalis, & ſic intelligitur ſequutis nuptijs,& non ante, ex Bar.in l. Titio centum,in §. Titio genero, & §.ante nuptias , vbi Doctores ff.de conditio.& demonſtratio.& alij,quos idem
88 Borgnin.in id allegat , quia datur † in pœnam, & pro intereſſe, ac damno paſſo, nam propter talem defloration em ipſa mulier magna cum difficultate inuenire poterit maritum ſibi parem , & cum illa dote cum qua ante copulam inuenire , & dare poterat , vt experientia docet ; & cùm ſit (petgit) conditionalis, non debetur niſi purificata conditione , & ideò non poteſt peti niſi ſequutis nuptijs,& non ante, & ſi moritur innupta,nõ tranſmittit ad eius hæredes, immò ſi eſſet ſoluta ante nuptias, & ipſæ non ſequerentur , poſſet repeti . Hæc dicit, & probare pluribus conatur Brixia.loco iam allegato, addens poſteà numer. 14.quòd ſi aliter iudicaret iudex Eccleſiaſticus, malè iudicaret,& contra caſum legis,& communem opinionẽ Doctorum , & eſſet nulla (inquit) ipſo iure ſententia, & veniret reuocanda,prout Bor-
†† gni.reuocauit,& *iudicauit* : denique teſtatur ſic fuiſſe pluries in foro Finizanen. *iudicatũ*,
† idem Borgnin.etiam latè deciſio. 10.nu. 38. par. 3.dicens ita pluries Mediolani,& Papiæ
89 fuiſſe *declaratum* , ac reprehendens † quandam declarationem aliorum iudicum, qui mortua muliere eorrupta condẽnarunt corrumpentem ad dotem tradendam,quod (inquit) factum eſt ex capite eorum proptio, qui iudicarunt, & contra omnes leges, & prophetas, ſequitur Claud.Bertazol.in additio.ad conſil.patris ſui 96. in littera B. ℣
90 cõdemnatio,† vel legatum pro dote mulieris defloratæ,intelligitur poſt ſequutum matrimonium, non ante , & Proſper. Farinac. de delict.carn.quæſt.147.§.dos, nume.123. minori tamen circa hæc, quàm par eſſet, fa-
91 cta diſcuſſione . Additur , † quòd pecunia pet ſtupratorem ſoluenda in pœnam ſtupri ſoluenda eſt pro dote puellæ defloratæ , vt in cap. 1.de adulter.ſæpè allega.dos verò ſine matrimonio eſſe non poteſt, l.3.ff.de iure dot. ergo non videtur poſſe ante matrimonium quem compelli ad pecuniam tradendam,nec ſine eo. Adde quæ ego ad propoſitum tradidi tomo primo clauſ.4.glo.1.
92 à num. 53. vbi ſignanter reſolui † cum *Audientia Baren.* quòd ex quo promiſſio dotis habet tacitam conditionem,ſi nuptiæ ſequãtur , ideò inſtrumentum dotale non habeat executionem niſi conſtito matrimonium , cuius ratione fuit factum inſtrumentum dotale , fuiſſe reuerà contractum. Conducit
93 deciſ. † Franc.Marc.6.in 1.par. quatenus dicit in ſuo Senatu fuiſſe *iudicatum*,℣ deberet ſtuprator ducentũ florenos ponere in manibus alicuius mercatoris pro dotando puellã ſtupratam , in quo videtur ibi datum pro conſtanti , quòd reuerà dotis conditionem retineret id ℣ pro ſtupro datur , aliàs enim non fuiſſet iuſtum pro dotando puellam deponendam eſſe pecuniam , ſed immò liberè tradendam.

94 Sed † Ioan.Bapt.Lupo, qui hanc eandem quæſtionem tractat, in tract.de illegitim. & natural.libet.commentar. 1.§.5. nu.125. in verſi.Et iſta dos, non placet hæc Borgni. opinio , dicitque quòd quia ſoluenda eſt , & ſoluitur in pœnam, propterea non habet in ſe tacitam conditionem dotis , de qua Bar. in l.Titio centum,§.Titio genero, ff.de conditio. & demonſtratio. nempè ſi nuptiæ ſequantur. Neque aliter (inquit) verum eſt ℣ aſſignari debeat puellæ ſtupratæ quando nubet , vt non rectè ſcribit Borgninus Caualcanus in repertorio ſuarum deciſionum in verſicul.Matrimonium, num.7. vbi teſtatur
† pluries fuiſſe *iudicatum* Finizani; ſed immò cenſet is Doctor deponendam eſſe , vt tradatur vito cùm nubet, vt melius (ipſe dicit) notat ſetuari Baiard.ad Iulium Clar. §.ſtuprum,num.24. Farinac.allegata quæſt. 147.
95 §.dos,nnmer. 123. Et † ſi antequam nubat (pergit) decederet puella ſtuprata, dos non reuertitur ad ſtuptantem,ſed acquiritur hæredibus ipſius ſtupratæ, teſtanturque ſic fuiſ-
† ſe *deciſum* per Rotam Florentinam , ac ita etiam poſteà dicit ſe nuper vidiſſe iterùm
† *iudicari*. Tranſit vlteriùs binas alias huius opinionis adducens rationes , alteram ex Panotm.allegato cap. 1. num.3. de adulter. quatenus dicit mulierem hanc dotem illam lucri facere propter delictum ſtupratoris,& alteram ex Ioan.Andr. Ancharan.& Henri. Boic. quos ſequitur Farinac. in ſæpè allega. §.dos,num. 112.quatenus reſoluunt hãc dotem non reuerti ad virum ſtuprantem,à quo eſt profecta, ſed tranſire ad hæredes mulieris ſtupratæ. Ex his exiſtimat is Doctor cõuictam proculdubio eſſe Borgnini Caualcani opinionem. Ex alijs idem tenet noſter Cancer , qui latè quæſtionem diſputauit, in 3.par.variat.reſolution. cap.11.de ſponſal. & matrimo.à num.133.cum multis ſequent. vbi ſignanter num.142.refert quandam noſtri

† ſtri Senatus ad hoc factam *deciſionem*, quæ licèt in illo facere videatur pro ſua opinione, quòd conceſſerit Senatus mulieri accipere pecuniam per ſuum ſtuproratorem depoſitã abſque eo quòd nuberet: in alio tamẽ, quatenus ſcilicet admittit ſtuproratori depoſitum ſub conditione nuptiarum, vt infrà dicetur, alterius ſine dubio probat intentum; prætereà illud de liberatione depoſiti ante nuptias, quod fecit Senatus, fuit poſteà apud alios, an fieri poſſet controuerſum, vt infrà videbis, ideò vix poteſt ea deciſio pro exẽplari allegari.

96 Sed eis † minimè obſtantibus adhuc Borgnini, & aliorum opinio videbitur multis, ac videri poterit de iure, ſi non verior, ſaltẽ multùm probabilis, ex rationibus, quas Do-
97 ctores allegant. Cæterùm, ne † teneatur poſteà mulier cùm nubit litigare cum ſtuproratore ſuper dote conſtituenda, & ne detur occaſio quòd ille, ne dotem ſoluat, impediat malitioſè matrimonium, ſeruat noſtræ Cathaloniæ praxis à Senatu noſtro perſpicaciſſimo inconcuſsè amplexata (non expectes in hac materia nominem cauſas, vel partes, non enim eſt talis, in qua id citra vnius, aut alterius præiudicium fieri valeat, oportebit igitur quod ſoli noſtræ relationi credas, certificatus quòd ſicut in reliquis exemplaribus referendis me ſemper fideliſſimum reperiſti, ſic in his nunquam à veritate alienum inuenies.) Seruat (inquam) Cathaloniæ praxis, quòd non relaxatur huius criminis reus à carceribus, in quos proindè ad inſtantiam partis conijci adſolet, niſi depoſita ad ſoltam, & ordinationem iudicis, quantitate, quæ ab eo taxari debere viſa fuit pro dote mulieris corruptæ, & is iudex non ſolet poſteà ſoltam tollere, nec pecuniam liberari mandare, niſi in cauſam dotis, caſu quo mulier nubat, non aliàs. Vidi quòd facto de anno 1596. in certo caſu ducẽtarum librarum per quendam depoſito in tabula depoſitorum communium huius ciuitatis Barcinone, vt à carceribus liberaretur, in quibus pro quodam ſtupro detinebatur, idque ad opus matrimonij, vt fieri ſolet, iuſſit Senatus (liberato iam, & relaxato primitùs reo à carceribus propter depoſitum prædictum) liberandam, & relaxandã mulieri pecuniam, abſque eo quòd nuberet, vel etiam de nubendo cautionem præſtaret. Sed ducto poſteà negotio in tunc proximè de anno 1604. habendum Officialium Regiorum, qui tabulam non tenẽt, ſyndicatum (licèt neſciam ad quid, quaque ratione, cũ ſyndicatui non ſubijciantur quæ in Senatu fiunt cum concluſione, vt probat Conſtitut. incip. *Poch valdrta*, quæ eſt 11. in ordine, ſub tit. de obſerua. conſtitutio. & probat optimè egregius Senator noſter primarius, Ioannes Gallego in reſponſ. in cauſa ſyndica. par. 1. cap. 6. num. 7. & 10.) vidi etiam quòd diſputato, & tractato illo inter multùm egregios viros Didacum Clauero, Petrum Gerardũ de Sola, & Andream Roig Viſitatores dicti Syndicatus, quorum primus poſtmodũ meritiſſimè fuit in ſupremum Vicecancellarij Aragonum faſtigium euectus, vltimus verò in eodem loco, poſt illum immediatè, iuſtiſſimè nunc ſedet, habitum, & datum fuiſſe pro conſtanti prædictam liberationem pecuniæ fieri non potuiſſe, prout in declaratione ſuper dicto negotio facta 29. Ianuarij 1605. immò expectari debuiſſe tempus nuptiarum. Verum eſt quòd poſteà in decreto executionis compoſita res certo modo fuit, inſtante iudice, qui pecuniam ſoltauerat, ne ei bona fide procedenti, & aliam opinionem, prout poterat, ſequenti, damnum aliquod eueniret.

98 Et hoc † de compellendo reum ad faciendum depoſitum de dote antequam mulier nubat, vt cùm ſuccedet poſteà caſus nuptiarum, reperiat eam liquidam, & expeditam, nec teneatur ſuper ea litigare, quod poſſet eſſe maximum ineundarum nuptiarum impedimentum, *obſeruari* etiam, ſicut in noſtra Cathalonia, ſic in Senatu Grationopolitano, & Prouincia Delphinal. auctor eſt nobis Franc. Marc. in allegata deciſione, ſeu
† quæſtio. 6. in 1. par. & in *Senatu* etiam Pedemontano teſtatur Gaſp. Anton. Theſaur. in additio. ad Theſaurum patrem, deciſion. 3. in princip. & hoc non aliud, videtur dixiſſe, dicereque voluiſſe Baiard. vbi ex aduerſo allegatur, quia non dicit ſimpliciter ſe vidiſſe ſeruari quòd ſtatim deflorans cogeretur ad ſoluendum dotem parentibus, ſed addit, vel ad deponendum, reddens rationem cur ita obſeruaretur, quia (inquit) deflorans ne cogeretur ſoluere dotem, poſſet multis fraudibus impedire vt maritum non inueniret, & hoc modo faciliùs deflorata inuenit maritum: hæc dicit Baiard. & adhuc in his loquitur abſque alicuius Doctoris auctoritate, vel iuris allegatione, quæ ſanè verba nihil aliud concludere videntur, quàm quòd debeat dos aſſecurari ſtatim vt illam reperiat mulier quando reperiet maritum, quod nos non negamus, immò ingenuè fatemur eſſe iuſtiſsimum quòd fiat, ad quod ego vltrà ſuperiùs adducta pondero verba Innocent. in allega. cap. 1. num. 2. de adulter. & Hoſtien. ibi in princip. & aliorum antiquorum ſuper eo cap. ſcribentium, quos ſupra commemoraui mus, quatenus interpretantur verbum, *dotabit*, in tex. poſitum, id eſt, donabit mulieri

lieri aliqua, quæ poſteà in dotem recipiet; quibus verbis videntur hi Doctores clarè inſinuare, poſſe iudicem compellere partẽ ad tradẽdum id quod pro dote mulieris deſeruire debet, etiam ante matrimonium, quod faciet iudex iuxtà praxim ſuperiùs adductã, & laudari debet quòd faciat, ſicuti fieri ſolet, in loco tuto deponi pecuniam, vndè nõ extrahatur niſi ſequuto effectu, pro quo datur, nempè matrimonio, vt ſic omnium indemnitati conſulatur. Sed an non nubendo, debeat etiam dotem habere, vel tranſmittat ad hæredes ſi decedit antequam contrahat matrimonium, nullum verbum ponit is Doctor, Baiar. ſcilicet. Et hoc etiam ſolummodò *obſeruatum* † ſe vidiſſe in ſuo Senatu, quod ſcilicet compellerentur ſtuprantes ad ſolutionem dotis, etiam quòd mulier ſtuprata tunc non haberet virum paratum, video dixiſſe Gaſpa. Anton. Theſaur. in additio. ad deciſio. 3. Anton. patris, quamuis Cãcer in 3. par. variar. reſolutio. cap. 11. de ſpõſal. & matrimo. num. 142. cùm locum ad deciſionem principalis articuli, quem diſputamus, num mulier innupta decedens tranſmittat dotem ad hæredes, adducat.

99 Nec mouere † debet quod Lupus ex Io. Andre. Hoſtien. Ioann. de Anan. Ancharan. Henric. Boic. Panormita. & Farina. adducit, hanc dotem quam ſtuprator dat mulieri, quã defloraut, non redire ad virum ſequuto matrimonio, ſicut eſt de natura dotis, ſed eam (inquit) lucrifacit mulier propter delictum ipſius dantis: quia ego vidi originaliter omnes ſupradictas doctrinas, & non reperi vnus, aut alter aliquo fundamento id probet, ſed omnes ex ſuo capite id dicunt, demptis his, qui poſt Ioannem Andream ſcripſerunt, qui ſola ipſius allegatione contentantur, & dempto etiam Hoſtienſe, apud quem nullum de hoc verbum, ſed poterat in ſui locum pater Molina ſubrogari de iuſtitia & iure tractat. 3. qui eſt tomus 4. diſputat. 104. num. 9. verſic. Iuxta, qui clariùs in Lupi ſauorem loquitur, ſi quod dicit probaſſet. Ioannes autem Andreas ad quem, vt dixi, omnes ferè confugiunt, nullum vel Doctorem, vel rationem pro ſe allegat, propter quod ego non video quòd debeamus huic doti naturã aliarum dotium denegare, & auferre: ſolus Ioan. de Anan. poſtquam poſuit quæſtionẽ, & dixit, quòd Ioann. Andreas cenſet non re-
100 uerti ad ſtuprantem, addit, ru † conſidera quòd etiam pater cogitur dotare filiam, & nihilominùs ſoluto matrimonio ſine liberis per mortem mulieris, dos reuertitur ad patrem, in l. dos à patre, C de iur. dotium; ergo idem videbatur dicendum in iſto caſu, niſi dicas, quod alia eſt ratio in vno, quã in alio; pater enim cogitur ex quadã naturali æquitate, ſicut cogitur filiã alimentare, ſed maritus hic cogitur in pœnam delicti, quæ pœna ſui natura debet eſſe perpetua, in cap. ex litteris, cum ſimilibus, de conſtitu. ideò non deber redire ad ipſum. Hæc eſt ratio, qua motus fuit Ioan. de Anan. ad hanc opinionẽ tenendam, quæ parùm aut nihil, meo iudicio, concludit: ſed quia vim facit in eo, quòd ſtuprator ſoluat dotem in pœnam delicti,
101 audiat † quòd etiam in l. cognouimus, C. de hæreticis & manichæis, de qua iam ſuprà diximus, dum de matre an teneretur ad dotãdum filiam ageremus, mater hæretica etiam exiſtente in medio patre diuite, ſed orthodoxo, tenetur ad dotandum filiam in pœnã ſui delicti, cæterùm nullibi, propterea quod ſit pœnalis ea diſpoſitio, legimus eam dotẽ amittere veram dotis naturam, ſic in noſtro caſu, in quo quòd ſit in pœnam delicti ſtatutum teneri ſtuprantem dotare mulierem defloratam, fateor ingenuè, ſed quòd illa dos ſit, & eſſe debeat diuerſæ naturæ ab alijs, veluti quãdo à patre, aut matre, vel ab alio dantur quando ad idem tenẽtur, vix eſt qui videat quamobrem, nec ego reperire queo in iure quòd tale ſit ſtatutum, & qualiter applicari valeat ratio Ioannis de Anania fundata in prætẽſa perpetuitate pœnæ, ego neſcio comprehendere, & præterea totum contrarium dicitur in rext. per eum allegato, quòd immò temporalis eſt ſemper iudi-
102 canda in dubio. Iuſtior † ergo ſententia videtur eſſe quòd iſtud imponere pœnam dotationis ſtupratori, non eſt aliud quã transferre obligationem patris in illum, vt ſicut iſte tenebatur filiam dotare, ſic reneatur ille: ſed quòd iſta dotatio mutet naturam, vix eſt qui poſſit credere, & ex capite videtur potiùs dixiſſe qui id aſſeruerunt, quàm ex aliqua, ſaltem concludenti ratione. Ad-
103 do, † quod in noſtra Cathalonia habemus vſaticum, Si quis virginem, ſub tit. de adulter. quem inferiùs dicemus concordare cum cap. 22. Exodi, qui magis opinionem Borgnini confirmat, & diſcurſum probat ſuprà factum, quòd reuera dos hæc retineat propriam dotis naturam, & pro matrimonio detur, non aliàs, quia in locum illorum verborum, *dotabit eam*, ponit, *det illi maritum*, quæ videntur demonſtrare mentem fuiſſe prouidere, quòd mulier nubat cum bonis ſtupratoris, non aliud. Cogita tu ſi interim tibi aliud occurret, quod magis ſatisfaciat: ego licèt multùm inclinem in opinionem Borgnini, vnum tamen & aliud tibi propoſui vt eligeres quod iuſtius videretur, dum-
104 modo non obijcias † abſurdum, quod aliquibus viſum eſt oriri ex hac opinione, ſi eã

teneamus,

teneamus, dicendo indè ſequi delictum hoc aliàs magnum, quandoque poſſe remanere impunitum, eo ſcilicet caſu, quo mulier innupta moriatur, quod iura abhorrent: nam reſpondebo iam remanere illam aliam pœnam, qua plectendum duximus eum, qui dotare ſolùm, non nubere eligit, & quamuis aliam pœnam præter dotandi onus corrumpens nó ſubiret, & ſuccederet quòd vel quia mulier decederet innupta, vel aliàs, ab eo exoneretur ſtuprator, non eſt multi faciendum quòd ea via delictum remaneat impunitum, quia eſt quòd id nobis imputemus, qui pœnas iuris ciuilis, quæ grauiores erant, dimittimus, & has molliores iuris canonici amplexi fuimus: poſtquam enim id fecimus, neceſſum eſt quòd legibus ſubijciamur, quæ huic rei accommodari debent, ſiue indè ſuccedat delictum remanere impunitum, ſiue non, & qui ex generali conſuetudine, vt diximus ſupra in principio, multùm liberales fuimus in admittendo quòd in vidua ſtuprum perpetratum non ſit in vllo omninò caſu, ſi non eſt violentum, punibile, non eſt multum concedamus quod commiſſum in virginem in aliquo caſu particolari ex accidenti poſſit remanere impunitum.

105 Ex quibus vides, † qualiter hæc præſtatio dotis, quæ danda eſt à corrumpente mulieri corruptæ, non videatur euadere illâ conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, nec aliàs debeatur niſi illis ſequutis, taliter quòd expectandum ſit tempus matrimonij, quemadmodum reliquæ promiſſiones, & legata, quæ cuicunque pro dote fiunt, & cauſa dotis, ab extranea perſona, quæ legitimam relinquere nó tenetur, ſicut hæc noſtra, quæ ſtuprum commiſit, prædictam conditionem admittunt: & ſi attendas ad Doctores, qoi ſupradictam reſolutionem fecerunt reſpectu dotis mulieris ſtupratæ, reperies ipſos eſſe ad id motos ex eo q̃ † in reliquis legatis, &
106 promiſſionibus dotium viderunt obſeruari, ex famigerato §. Titio genero, l. Titio centum, ff. de conditionib. & demonſtrationib. ex l. Publius Mæuius, in princip. eodem tit. & ex l. promittendo, in priocip. ff. de iure dotium, cum ſimilib. Bart. expreſſim in allegato §. Titio genero, à num. 1. cum ſequ. Paulus de Caſtro in conſil. 322. in principio, volum. 1. Aymon Crauet. in conſil. 101. numer. 1. & eſt communis, & concors Doctorum opinio, ſecundùm Pariſium, Rolandũ, Menochium, Alexandrum, & Didacum allegatos per Franciſc. Viui. deciſio. 484. numer. 1. Magon. deciſio. Florenti. 14. num. 3. & 4. Borgnio. Caualcan. deciſio. 8. nume. 10. par. 3. Adde Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſt. foreoſi 43. num. 3. lib. 1. Michael. Graſ. in §. legatum, quæſtion. 48. num. 5. Fachine. controuerſiarum iuris lib. 5. cap. 48. per totum & Peregrin. de fideicommiſſ. art. 37. numer. 26. Qua de re fuſiùs in inferioribus agam, cùm circa cõſtitutionem dotalem verſabor, vbi eſt proprius locus.

107 Reuertamur † iam ad materiam, & quæramus ao ab iſta pœna dotationis, de qua agimus, liberetur ſtuprator ſi poſteà pater filiam corruptam æque bene matrimonio collocet cum aliquo, dote competente ei data, & aſſignata; n emini me ſupra tractaſſe caſum, an per dotationem ſtuproris liberetur pater a ſua obligatione dotandi filiam, & quæſtionem reſolui affirmatiuè: videamus nunc quid ſit futurum è contrà, ſi pater filiam dotauit. Sanè, vt ſaluaremus quod in ſuperioribus diximus, & reſoluimus de filia peteote dotem à patre quando ipſa habuit iam eam à ſtupratore, idem videbatur quòd debebamus hic reſoluere, quando filia iam à patre dotata petit à ſtupratore dotem, & reprehendi non poſſemus cùm & illud ſaluaremus, & communi opinioni, quam pro affirmatiua dicunt eſſe Doctores, quos mox referemus, adhereremus. Sed eogor negatiuè potiùs in occurrenti caſu reſoluere, ſi tibi placuerit id ſequeris, ſin ſecùs, elige viam, quam malueris, idque ex latè adductis per Antonium Gomez io l. 80. Tauri numer. 11. & noſtrum Iacobum Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 11. de ſponſalib. & matrimon. à num. 28. Adde patrem Rebell. in ſapè allegato tractatu de obligationibus iuſtitiæ libro 3. de obligatio. ex delic. quæſtio. 9. per tot. licèt ipſe diuerſo admodum modo procedat, quàm Iurisperiti. Illi adducunt plura argumenta, quibus intentum probent, quæ ego hic non referam, ne eorum tranſcriptor eſſe videar, ſed ſolùm adducam rationẽ diuerſitatis inter hunc, & illum caſum, quando ſtuprator dotat, & pater liberatur.

108 Quæ ergo † ſit ratio diuerſitatis videamus, quamobrem pater liberetur ab obligatione dotandi quando ſtuprator filiam ipſius dotauit, is verò non liberetur quando pater dotem filiæ dedit, vndè melius hæc materia percipietur, quàm ex alijs, quæ adducerentur. Ratio huius diuerſitatis eſt, meo iudicio, euidentiſſima, & multùm parcis, conſiderando differentiã inter eum, qui ad aliquid tenetur iudicis officio tantùm, & eũ qui iure actionis, primus enim liberatur
109 † ſemper quando alius fecit quod ipſe tenebatur facere, ſecundus verò minimè. Exemplum habemus manifeſtum, & vulgatiſſimum in alimentis, quæ † poſſunt deberi
110 iudicis officio, & iure actionis: ſi primo mo-

do, non tenetur is ſoluere quod expenſum eſt in alimenta ipſius alimentarij, vel alimẽtorum æſtimationem præſtare, ſi ſe ipſum idem ipſe aluit, vel ab alio fuit alitus: ſi verò ſecundo modo tenebatur alere, quantum nis ſe ipſum ipſe aluerit, vel alius id fecerit, ſemper poteſt alimenta petere, iuxtà text. in l. de alimentis, C. de tranſactionib. & ibi not. Scribentes, & in l. ſi quis à liberis, ff. de liber. agnoſcend. & ibi Corduba de Lara in princip. à num. 71. cum aliquibus ſequentib. Surd. de aliment. tit. 1. quæſtio. 32. num. 40. Antonius Gomez in allegata l. 80. Taur. nu. 13. & Iacob. Cancer vbi ſuprà. Dotem au-

111 tem † deberi filiabus à patre iudicis officio, ſatis ſuperque ſuprà in principio arbitror eſ-

112 ſe probatum: Ab ſtupratore † autem quòd debeatur iure actionis, nemo negabit, qui ſciet iure actionis deberi ea, quæ debentur ex iuris diſpoſitione, ſicut quæ ex proprio contractu, aliove titulo, vt dicunt Antonius Gomez vbi ſuprà num. 13. & Iacob. Cancer num. 34. Ex iuris diſpoſitione intelligo, quę

113 verba † non dirigat ad iudicem, quia tunc iudicis officium intraret, ex latè traditis per Ceuall. in commu. contra commun. q. 536. n. 12. & per egregium Senatorem Hippolytum Montaner ad Olibam de actio. part. 2. lib. 1. cap. 14. nume. 3. poſt eundem Olibam in eodem cap. numer. 40. ſed immò ad partem verba dirigat, vt in noſtro caſu, facit text. in ſæpè allegato cap. 1. de adulterijs.

114 Item † iure actionis debentur, quæ ex aliqua obligatione inter partes contracta debentur, vt, licèt per tranſennam, annotauit Oliba in allegato cap. 14. num. 41. verſicul.

115 Hæc enim res. Inter ſtupratorem † autem, & mulierem corruptam, ex delicto contrahi obligationem, cuius ratione teneatur ſtuprator reſarcire damnum quod dedit, nemo eſt qui ambigat; compactus de hoc eſt totus ille titulus in inſtitu. ciuil. de obligation. quæ ex delicto naſcun.

115 Quæres, † quamobrem ſi dos non debetur niſi iudicis officio à patre, & propterea excuſamus eũ à filia dotanda, & dote ei tradẽda, quando eſt alius qui dedit, cur non idẽ etiam facimus, vel quando ipſa eſt dines, & habet vndè ſe dotet, vel quando ſine dote paterna inuenit maritum, ſicut reſoluimus reſpectu alimentorum, quæ ſimiliter non iure actionis, ſed immò iudicis officio debentur. Reſpondeo id me iam tractaſſe in ſuperioribus, ibi videas, vbi reperies rationes diuerſitatis, quæ non contrariantur his, quæ hic tradidimus: nunc ſufficiat tibi quòd nullibi reſoluerim patrem teneri dotare filiam quando alius eam priùs dotauit, quæ eſt materia de qua nunc agimus.

117 Reperio † quòd patet Molin. eandẽ hanc tractauit quæſtionem de iuſtitia & iure, tracta. 3. qui eſt tom. 4. diſputatio. 104. num. 17. & poſt relatam noſtram, & Antonij Gomez ſententiam, dicit ſibi eam probari, ſi ante contractum id matrimonium certa quantitas dotis fuiſſet mulieti adiudicata vt ſtuprator eam illi ſolueret, quia noluit ducere eã in vxorẽ, aut quia non potuit. Quoniam iam ea quantitas dotis erat illi plenè debita per ſententiam illam: aut etiam ſi poſteà illi adiudicetur, quia ſtupratot non poterat eã ducere vxotem. Si verò contrahat (inquit) antequàm illi adiudicetur, quando ſtuprator poterat illam ducere in vxorem, & antequã ſtuprator eligeret ſolnere illi potiùs dotem, quàm ducere eam in vxorem, tunc quia eligere potelt ducere illam vxorem, neque per ipſum, ſed per illã ſtat, non tenebitur illi ſoluere dotẽ in pœnã. Rarò autẽ (pergit) quando illa iã nupſit alteri, petit ſibi adiudicari dotem ob ſtuprum præcedens nondum ipſi adiudicatam, & cùm ſolutio dotis ſolùm ſit in pœnam ſtupri, non tenetur ſtuprator eam illi ſoluere ante ſententiam. Hæc Molina,

118 in † quibus non iuſtè ipſum loquutum iuſtiſſimè ego arbitror me ſentire, ſed ſimpliciter ſore Gomeſij ſententiam amplectendã. Nec obſtat quòd dicitur de electione, miror enim quòd non ſit per hunc egregium virum animaduerſum id quod eſt ducere in vxorẽ mulierem ſtuptatam, non eſſe in voluntate ſtuprantis, ſed mulieris, & parentum, taliter quod ſi ipſi noluerint cum voluntate ſtupratoris mulierem petentis concurrere, præciſè tenetur ſtuprator ad dotationem, vt dictum eſt, & claris verbis probat cap. 1. de adulter. in quo fundatur tota machina huius materiæ: quando autem parentes filiam alteri tradiderunt nuptui, euidens demóſtratio eſt ſuæ voluntatis, quòd nolebant tradere illam ſtupratori, ideo ſuccedit ſecunda pę na dotationis: cui nec officit illud, quod nõ debeatur ante ſententiam, fateor enim ingenuè ita eſſe, ſed petet mulier, & ſibi per ſententiam adiudicabitur, & poſteà debebitur, nec video quid obſiſtat, vt ſup. probaui.

119 An autem † clericus, qui virginem corrupit, ſubijciatur eiſdem pœnis contra ſtuprãtes ſtatutis, quærunt Doctores. Breuiter dic, quòd reſpectu ducendi in vxorem nullus vnquam tale quęſitum fecit, ſed reſpectu dotationis, & illius pœnæ, communiter conueniunt Doctores ſic clericum, ſicut laicum teneri, vt teſtatur Abb. in cap. peruenit, num. 4. de adulterijs, quem ſequitur Girland. de pœn. omnſar. coit. in 7. qu. nn. 3. & Franciſc. Monal. in conſil. 108. num. 2. volu. 2. vbi

120 prætereà † diſputat, an poſſit ſe in hoc per procura-

procuratorem defendere, infinitos penè in idem recenſet Cened. collectan. ad Decretal. 37. num. 1. Sed † an vlteriùs ſit appoſita
121 pœna depoſitionis, aut alia, Salcedo in praxi cano. crimin. Diaz de Luco ſuper cap. 83. & omnium latiùs Proſper. Farinac. de delic. carn. quæſtio. 147. in §. ſtuprum, à nume. 61. cum multis ſequentib. diſputant. Sed hæc omittamus, quia non arbitror rem contingibilem in praxi, nec eſt credendum viros illos ſacros tam ſolêne facinus vnquam commiſiſſe, aut committere poſſe.

122 Sed quid † ſit in homine vxorato faciendum, qui ſicut clericus, non poteſt vitiatam mulierem ducere, & ſic pœnam hanc ſubire, an alteram tantùm pœnam, nempè dotationis, luat, an alia ſuprà eam, tractat Farina. de delict. carn. in allegata quæſtio. 147. in §. dos, ex num. 110. & 111. concludens primò, quòd ad dotationem ſine dubio tenetur; itè ad aliquam pœnam pecuniariam, ſiue extraordinariam arbitrio iudicis, ſequitur Baiar. ad Iulium Clarum in §. ſtuprum, num. 10. in verſic. Laicus autem.

SVMMARIA.

1 *Corrumpens mulierem ſi taliter eſt inops quòd non poſſit mulierem ducere, nec eam dotare, alijs ſubijcitur pœnis.*
Liſtas tenens in hoc Principatu, ſi eſt talis conditionis quòd eum non comprehendat pœna Conſtitutionis, an poſſit alia pœna puniri. ibidem.

2 *Pœna fuſtigationis non imponitur niſi pro delictis, quæ infamiam irrogant.*

3 *Pœna ſtupri vbi ſtuprator eſt inops, nec poteſt nec dotem ſoluere, nec nubere, eſt iudicis arbitraria.*

4 *Corrumpens mulierem, qui non habebat vndè mulierem dotaret, aut cum ea nuberet, fuit condemnatus pœna relegationis ad triennium.*

5 *Inceſtum non dicitur commiſiſſe qui cum duabus ſororibus rem habuit.*

6 *Stuprum cum inceſtu diuerſimodè punitur quàm ſtuprum ſolum.*

7 *Cognoſcentem matrem & filiam, & duas ſorores, & alias perſonas coniunctas pœna mortis puniri debere quando ſtatutum fuit per Romanum Pontificem.*

8 *Cognoſcens monialem punitur etiam pœna mortis.*

9 *Cognoſcens mulierem per vim punitur pœna mortis. vbi deciſſ.*

10 *Violentum vt dicatur ſtuprum neceſſe eſt quòd perſonæ, non loco, fiat violentia.*

11 *Aſcendens in domum alterius cum ſcalis pro violanda muliere, qua pœna puniatur. vbi deciſio.*

12 *Stuprum quomodo, & qualiter probetur per vim, & violentiam commiſſum.*

13 *Stuprum commiſſum per vim in virginem nondum viri potentem punitur pœna mortis. vbi deciſſ. & rationes.*

14 *Alij contrarium tenent, quia iſtud delictum non dicitur propriè ſtuprum. vbi deciſ. & rationes.*

15 *Opinio Auctoris quòd iſtud delictum puniatur pœna mortis.*

16 *Non propterea quis melius iudicat, quia ſecundò iudicat.*

17 *Corrumpens virginem immaturam in Cathalonia punitur pœna mortis. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

18 *Clericus corrumpens virginem immaturam qua pœna puniatur.*

19 *Violentia in corrumpente virginem immaturam eo ipſo probata manet quòd non probatur ſpontanea voluntas.*

20 *Attentatio ſola in materia ſtupri non punitur ſicut ſi fuiſſet conſumatum delictum, ſed pœna extraordinaria. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

21 *Niſi cum dicta attentatione fuiſſent puellæ fracta pudenda.*

22 *Tutor corrumpens pupillam, qua pœna tenetur, remiſſiuè.*
Iudex, vel Senator corrumpens puellam, quæ capta apud eos manet, qua pœna puniatur. ibid. remiſſiuè.
Corrumpens nobiliſſimam mulierem cùm vilis perſona eſſet, qua pœna puniatur, remiſſiuè. & num. ſeq.
Vaſſallus cognoſcens filiam, vel ſororem domini, qua pœna puniatur, remiſſiuè.
Et quid de cuſtode carceris circa carceratã. ibidem.

24 *Famulus cognoſcens dominam, & illius proximas, quæ in domo ſunt, pœna mortis tenetur.*

25 *Caſus qui contigit in Cathalonia non multis ab hinc annis.*

26 *Raptus committi ſemper dicitur quòd filia in domo patris corrumpitur, etiam ſi non ducatur de loco ad locum.*

27 *Corrumpens mulierem licèt pœna grauiori in ſuo caſu, veluti mortis, aut alia turpi ſimilis puniatur, non propterea ceſſant pœnæ iuris canonici, quatenus ſunt applicabiles.*

28 *Pœnæ quando tendunt ad diuerſos fines, vna non tollit aliam. vbi deciſſ. Senatus Pedemont. & Neapol.*

29 *Pœnæ corrumpentis virginem an ſit immutata per ius noſtrum municipale.*
Vſus. Si quis virginem, de adulter. declaratur. ibid. & num. ſeqq.

30 *Vſaticus prædictus ſecundum noſtros practicos eſt concordans cum iure canonico.*

31 *Vſat. prædictus comprehendit tam ſtuprum cõmiſſum cum violentia, quàm ſine ea.*

32 *Verbum,* violenter, *poſitum in d. vſat. qualiter ſtet, & intelligatur.*

33 *Vſatici prædicti Si quis virginẽ, ſecunda pars, qualiter legi debeat, ſi cum negatiua, vel ſine ea.*

34 *Mulier iam corrupta ſi poſteà cognoſcitur ab aliis viris, an ſecundum iura noſtra petat ab eis pœnam.*

35 *Electio pœnarum vſatic. Si quis virginem, an competat ſtupratori, an mulieri vitiatæ. Opinio noſtri Cancerij, & Molini, quòd ſit electio mulieris. ibid.*

36 *Poteſtas laicalis, & ſecularis non poteſt quicquam circa matrimonium ſtatuere.*

37 *Matrimonium diceretur metu contractum, quando contraheretur in vim alicuius legis ſecularis ad id compellentis.*

38 *Corrumpens mulierem debet condemnari hoc modo, quòd nubat, ſi ipſa, & illius parentes conſenſerint, aut dotet. & infrà nu. 40. vbi deciſ. noſtri Senat.*

39 *Electio in pœnis alternatiuis eſt rei.*

40 *Delinquens ſit per delictum debitor pœnarum alternatiuarum; in debitis autem clarũ eſt, quòd electio eſt debitoris.*

41 *Coactio quæ fit à lege, non facit matrimoniũ meticuloſum.*

42 *Lex ciuilis poteſt apponere pœnam vel corporalem, vel pecuniariam ſtupratoribus, & corrumpentibus virgines.*

43 *Cognoſcentes cum violentia mulierem iã aliàs corruptam, æquiparantur corrumpentibus virginem.*

44 *Pater de iure noſtro municipali tenetur dotare filiam, etiam ſi nubat ſtupratori.*

45 *Corrumpens mulierem non ex hoc eximitur ab obligatione dotandi, quòd pater filiã dotet. vbi ratio, quia hæc pœna applicatur illi pro intereſſe.*

46 *Illæ quæſtiones infructuoſæ, ac otioſæ ſunt ſecundum Autoris opinionem, quia non poſſunt in praxi ſuccedere.*

47 *Pœna dotationis in corrumpente mulierẽ nũquam cẽſetur ſublata, niſi expreſsè dicatur, cum reſpiciat intereſſe partis.*

48 *Verba vſat. Si quis virginẽ, ibi,* aut donet illi maritum, *quid ſignificent.*

49 *Corrumpens, aut dotans mulierem in terminis noſtri vſat. Si quis virg. ſi vel nubit, vel dotat illam, non tenetur ad aliam pœnam.*

50 *Pœnæ omnes impoſitæ contra corrumpentem virginem, præter illas, quæ ſunt de iure canonico, hodie ceſſant.*

51 *Mulier corrupta corrumpi ſe patiens, non tenetur aliqua pœna.*

52 *Afflictio non eſt danda afflictio.*

53 *Pœna non datur in non voluntarijs.*

54 *Raptus in muliere reſpectu viri eodẽ modo punitur atqui viri erga mulierem. vbi deciſio.*

55 *Stuprum quomodo probetur.*

56 *Corpus delicti debet imprimis iuſtificari in criminalibus.*

57 *Corpus delicti debet iuſtificari in crimine ſtupri.*

58 *Crimen ſtupri eſt ex illis, in quibus remanent veſtigia.*

59 *Corpus delicti in crimine ſtupri ſolet cõiter iuſtificari per recognitionem obſtetricum.*

60 *Iudicium obſtetricum eſt multum fallax, quia ſæpè manus fallitur, & oculus obſtetricis.*

61 *Mulieres recognoſcere ad vidẽdum num eſſent virgines, aut corruptæ, olim erat prohibitũ.*

62 *Defloratio virginis non reliquit veſtigia, vt cognoſci valeat.*

63 *Defloratio virginis fit ſecundum aliquos per ruptionem cuiuſdam pelliculæ ibi exiſtentis.*

64 *Pellicula per cuius ruptionem poſſit cognoſci defloratio, non ineſt in omnibus mulieribus, nec eodem modo, nec in eodem loco.*

65 *Sanguis qui communiter exit ex prima defloratione vndè cauſatur.*

66 *Signaculum virgineum in quo conſiſtat, ſecundum patrem Sanchez.*

67 *Quod dicitur communiter de membrana exiſtente in pudendis mulieris, merum figmẽtum plures dicunt.*

68 *Iudicium obſtetricum, quamuis fallax ſæpè ſit, illud tamen ſequi debet, quia nullam habemus meliorem probationem.*

69 *Iudicia hominum omnia ſunt fallacia, & tamẽ eis pro neceſſitate vti debemus.*

70 *Reſpondetur ad auctoritatem D. Ambroſii in contrarium allegatam.*

71 *Signa quædam virginitatis eſſe in muliere per quæ cognoſcatur an integra ſit, vel corrupta, negari non poteſt.*
Explicatur tex. in c. 22. Deuteronom. ibi. & tex. in c. cauſam matrimonij, de probat.

72 *Signa virginitatis quæ nam Doctores doceant, remiſſiuè.*

73 *Frigiditas, & impotentia coeundi habent veſtigia ex quibus dignoſcantur.*
Corpus delicti ſi non monſtratur in crimine ſtupri, non poteſt reus detineri. ibid.

74 *Probatio in contrarium admittitur contra relationem expertorum.*

75 *Sanguis repertus in lintcamine mulieris, num probet illius integritatem.*

76 *Fraudes plures poſſunt fieri in ſanguine qui reperitur in muliere poſt concubitũ cũ viro.*

77 *Coniectura integritatis per repertũ lintcaminis ſanguinolenti, approbatur in ſacris litteris, & in pluribus deciſ.*

Conſue-

78 *Conſuetudo quòd propinquiores ex parte mulieris accipiant pannos, in quibus cubauit cum viro, & eos oſtendant ſanguinolentos proximioribus ex parte viri, ad monſtrandum mulieris integritatem.*

79 *Sanguis, qui monſtratur in muliere ex prima nocte, non debet eſſe multus, aliàs habet præſumptionem fraudis.*

80 *Copulæ carnalis vera, & directa probatio eſt impoſſibilis.*

81 *Copula carnalis probatur coniecturis, & præſumptionibus.*

82 *Copula carnalis an probetur per mulierem dicentem ſe ab aliquo cognitam.*

83 *Actio petendi dotem à ſtupratore præſcribitur mulieri per quinquennij lapſum.*

84 *Adulterium, inceſtus, lenocinium, & alia delicta, quæ lege Iulia de adulteriis puniuntur, præſcribuntur omnia quinquennio.*

85 *Actiones criminales in Cathalonia non præſcribuntur minori tempore triginta annorum, per vſatic. Omnes cauſæ, de præſcriptio.*

86 *Præſcriptiones minores de iure introducta, non tolluntur per vſatic. Omnes cauſæ.*

87 *Præſcriptiones decem, & viginti annorum ſunt tantùm per vſatic. Omnes cauſæ, dilatatæ ad triginta annos, non aliæ ſublatæ.*

88 *Ratio prædictorum.*

89 *Actio agendi contra vitiatorem competens defloratæ mulieri, non clauditur quinque annorum ſpatio quãdo continuatur delictum.*

90 *Præſcriptio medelarum, & tabellionum ſtatutaria non interrumpitur per continuationem factam poſt dictam præſcriptionem iã perfectam.*

91 *Actio ſemel extincta non reuiuiſcit.*

92 *Interrumpi propriè non dicitur tempus quod iam completum eſt.*

93 *Procurator ſi per tempus ſtatutum fleterit quòd non petierit ſua ſalaria, quamuis poſteà aliam pro cliente ſuſceperit litem defendendam, non datur ſibi actio ad petendũ illa ſalaria.*

94 *Præſcripta actione criminali accuſandi vxorem, an remaneat ciuilis, remiſſiuè.*

95 *Actio pro ſtupro violento, & cum inceſtu commixto competens, non finitur quinquennio.*

96 *Delictum quod eſt magis perpetuum, trahit ad ſe aliud minùs perpetuum, ſeu commixtum.*

GLOSSA V. PARS II.

Pœnæ iuris canonici contra corrumpentem mulierem, quando ſeruentur, & quando iuris ciuilis.

Et de pœnis corrumpentis puellam immaturam.

Et denique de pœnis per iura noſtra municipalia in his ſtatutis.

1 POenæ † per ius canonicum ſtatutæ contra ſtupratores, quæ vbique ferè terrarum, dimiſſo iuris ciuilis rigore, & illius acerbitate neglecta, de generali conſuetudine, vt diximus, ſeruãtur, ac ſeruari ſolẽt, ſunt quas in ſuperioribus latè diſcuſſimus, vel matrimonij contrahendi cum muliere vitiata, vel dotandæ eiuſdem dote congrua.

Sed non exiſtimes in omni caſu qui contingere poſſit, eſſe generale, & perpetuum, receſſum eſſe à pœnis iuris ciuilis: ſunt enim plures in quibus illius rigor adhuc obſeruatur, quid enim aliàs faciendum foret quando, prout ſæpè contingit, reperitur quòd vitiator tanta laborat paupertate, & inopia, vt ex vna parte non expediat parentibus filiã illi tradere, & ex alia non poſſit ipſe præ ſua paupertate illam dotare, taliter quòd ſic pœnæ appoſitæ per ius canonicum eum non comprehendant, erit ne, percontor, ſicut dicunt in Cathalonia de pœna littarum, quòd quia eſt triremium, cuius non ſunt capaces milites, & qui priuilegio militari gaudent, ideò impune venire poſſunt cõtra prohibitionẽ; non tamen aduertentes ad ea, quę in terminis docet Nicol. Euerard. in top. lega. loco à priuatione ad habitum, nu. 5. poſſe in iſto caſu commutari pœnam, prout vidi Senatum incepiſſe practicare de anno 1621. capiendo quendam huius ordinis virum pro iſta culpa, & tractando de eum alia pœna puniendo, ad quæ poſſunt argumentũ præſtare quæ ſtatim dicentur.

Hac in re Petrus Gregor. in ſyntagm. iuris vniuerſ. lib. 36. cap. 9. rubri. de ſtupro in virgines & viduas, num. 5. in fin. verſ. Inopia, quem ſequitur Farina. de delic. carn. q. 147. §. dos, num. 109. tenet hunc vitiatorem tuſtigandum, & exilio damnandum, quibus 2 ego † non aſſentio quoad fuſtigationẽ, quæ pœna cùm ſit regulariter multùm infamatoria, infligi non ſolet, nec teuera debet, niſi pro delictis, quæ infamiam irrogãt ex ſe. Meliùs mihi loquutus viſus eſt Anton. Gomez in l. 80. Tauri numer. 9. quem ſequitur Ioann. Gutierrez in ſæpè allegato cap. 7. canonicarum quæſtionum lib. 1. ex numer. 10. dum ſimpliciter nulla explicata pœna dicit in hoc caſu, cùm non poſſint applicari pœnæ iuris canonici, recurrendum eſſe ad

eas, quas antea ius ciuile ſtatuerat, quę cùm vti criminales ſint, & eſſe ſoleant vt plurimũ arbitrariæ, æſtimare prudens iudex debebit iuxtà perſonarum qualitatem, & aliàs quales, & quantæ eſſe debeant.

Meliùs quàm loco ſuperiùs citato loquutus de hoc anteà fuerat Farinacius allegata quæſtione 147. de delict. carn. in §. Iuprum, num. 96. vbi dicit † pœnam ſtupri in occurrenti caſu eſſe arbitrariam, & ponit exempla qualitet diuerſimodè ſecundùm facti, & perſonarum qualitatem fuerit in diuerſis occaſionibus *punitum*, & ibi ſignanter adducit quod Thom. Gramm. refert vot. 4. tit. 25. fuiſſe in caſu de quo ibi *declaratum*, in quo † ſtuprator non poterat, vt pote nihil habens in bonis, ſoluere pœnam pecuniariam, impoſita tantùm fuit pœna relegationis in inſulam ad triennium. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 9. tit. 7. ad l. Iul. de adulter. definit. 1. de eo loquens † qui cum duabus ſororibus illicitum coitum habuit, dicit eum non poſſe dici commiſiſſe inceſtum, cùm ex illegitimo, illicitoq. coitu affinitas non contrahatur, ex Anchar. in conſ. 391. & ideò Sena. Sebuſia. prædictum delictũ non *iudicaſſe* vt propriũ inceſtum, ſed vt nefarium ſcelus incerto ſimilimum, pœnaq; perpetuarũ triremium puniuiſſe, & quia duplicis adulterij cõiunctione cumulatum probaretur, bonorum confiſcationem pœnæ prædictæ adiunxiſſe.

Secundus caſus, † in quo receditur à pœnis iuris canonici, eſt in ſtupro iuncto cũ inceſtu, diuerſimodè tamen ſi inter aſcendẽtes, & deſcendentes, & ſi inter tranſuerſales: quãdo enim inter aſcendentes, & deſcendentes committitur hoc delictum, pœna mortis illud proculdubio punitur, & puniri debet: ſed quando inter tranſuerſales, alia mitiori, corporali tamen ſemper: qua de re habes pulchras deciſiones Senatus Neapoli. apud Vincent. de Franch. deciſio. 378. & Senatus Pedemonta. apud Antoni. Theſaurum deciſ. 200. & ibi Gaſp. Anton. Theſaur. eius filius in additio. vbi exempla habes de *puncto* ſtupro cum inceſtu à patre in filiam commiſſo pœna mortis. Alia de eadem punitione exẽpla habes apud Farinac. vbi infrà num. 104. & denique alia apud Ioa. Bapt. Lup. in tract. de illegit. & natural. liber. commenta. 1. §. 5. nu. 13. vbi latè de hoc: & de commiſſo cũ duabus ſororibus deportatione reſpectu viri; & reſpectu mulierum recluſionis in Monaſterio: & denique de muliere, quæ fuit copiam fecerat duobus fratribus, habes penès ſupradictam additionem, quòd fuerit *punita* pœna ſuſtigationis, & exilij per triennium, vide de eadem re Anton. Fab. vbi ſuprà nu. 5. allegatus eſt.

7 Rigoroſiùs † multò procedendum in hoc volebat fœl. recorda. Sixtus Pap. V. dum ſua cum conſtitutio. quæ per Gaſp. Ant. Theſau. in ſuprà relata additione dicitur eſſe 59. in ordine, & per Farinac. ex num. 102. vbi inferiùs allegabitur 55. & in compendio conſtitutionum ſummorum Pontificũ Iacobi Caſtellani 64. ſub Dat. Romæ 9. Aprilis 1587. voluit æquiparandos, & omnes æquali pœna, nempè vltimi ſupplicij, puniendos illos caſus, quando quis ſcienter matrem & filiam, ſiue duas ſorores carnaliter cognouerit, & idem eſſe voluit de muliere carnaliter peccante cum viro, cum quo ſcit matrem ſuam, filiam, aut ſororem concubuiſſe. Idẽ de muliere, quæ patrem & filium, vel duos fratres cognouit. Idem de viro qui peccat cum ea, quam ſcit peccaſſe cum ſuo patre, filio, vel fratre, vide Menoch. de arbitrarijs iudicum caſu 502. per totum, & pleniſſime de hac re agentem Proſp. Farinac. de delict. carn. quæſtio. 149. per tot.

8 Eadem † vltimi ſupplicij pœna punitur, ac puniri debet ſtuprum, quod aliam dicitur habere annexam inceſtus ſpeciem, nempè quãdo carnaliter cognoſcitur monialis Deo conſecrata, habet enim iſtud delictum propter ſui atrocitatem hoc particulare, quòd qui illud committit, nedum ſtuprum ſolùm dicatur commiſiſſe, ſed etiam inceſtum, & nedum inceſtum, ſed etiam & adulterium ſimul & ſacrilegiũ, de quo non curabo multa dicere, quia licèt videtim multoties commiſſum, nunquam tamen nec ſupradicta, nec alia pœna illud vnquam punitum; magna enim in hoc eſt negligentia: ego autem de his tantùm ſcribere inſtitui, quæ in praxi contingunt, & ad eam prodeſſe poſſunt, vide tamen, ſi vis, Farinacium de hoc delicto latiſsimè agentem, & omnes fetè Doctores, qui de eo tractarunt, commemorantem, de delict. carnis quæſtio. 146. §. ſacrilegium, de ſacrileg. commiſſ. cum monia. per carnal. cognitio. & poſt eum Io. Bapt. Lup. in tract. de illegitim. & natural. liber. commentar. 1. §. 5. à num. 86.

9 Tertius caſus † eſt, quãdo per vim eſt ſtuprum commiſſum, tunc enim non pœnis iuris canonici ſtuprator punitur, ſed his, quæ per ius commune fuerunt impoſitæ, immò ſimpliciter pœna mortis naturalis ſore huiuſmodi delictum puniendũ, & de facto fuiſſe † *punitum* per Senatum Neapoli. auctor eſt nobis Vincent. de Franch. deciſio. 534. Polidor. Rip. de noctur. tempo. cap. 23. num. 15. & 17. Ioſeph. de Seſſe deciſion. Regni Aragon. 94. num. 33. vbi de magis communi, ac Ioann. Bap. Lup. in ſæpè allega. tract. de illegit. & natu. libe. comment. 1. §. 5. num. 106.

vbi

vbi reprobat Fachine. contrarium nouiſſimè tenentem controuerſiarum iur. libr. 10. cap. 6. & reſpondet laré his, quæ per eum in ſuæ opinionis confirmationem adducuntur. De eadem re agit pluribus Farinacius de delic. carn. allegata quæſtio. 147. in §. Itoprum, à num. 2 a. cum multis ſequent. ideò hic ſubſiſto, quia apud ſupradictos pleniſſimè videri hæc poſſunt.

10 Ad hoc † autem vt violentum dicatur ſtuptum, neceſſum eſt, quòd perſonæ, non loco, fiat violentia, quia crimen violentiæ dicitur perſonale crimen, & ideò ſi quis frangeret hoſtium domus, & violenter ingrederetur, ſed non violenter puellam ſtupraret, non diceretur violentiam in ſtupro commiſiſſe, ſed in ingreſſu tantùm, vt pluribus probat Tiberius Decian. tract. criminal. lib. 8. de ſtupro, & coitu violent. cap. 15. num. 3. & poſt eum Farinac. vbi ſuprà numer. 31. Huc

11 ſpectat † quod Vincent. de Franch. dicit *deciſum* in Senatu Neapolitano in deciſ. 333. quòd vnus, qui cum ſcalis aſcenderat, & intrauerat domum puellæ, quam ſtuprauerat, præ ſua pauperrate exularet extra regnũ per decennium: & alius, qui per viridarium cum

† ſcalis etiam ingreſſus fuerat, *condemnaretur* ad ſeruiendum in Regijs triremibus ad imperpetuum, cum commutatione mortis, & ad intereſſe. Exquibus vides, quòd illud ingredi, & aſcendere cum ſcalis, non fecit ſtuprum violentum, quia licèt dominus domus poſſit prætendere domui factam violentiam, & ſibi iniuriam, non tamen perſona ſtuprata, quæ aliàs voluntariè conſenſit.

12 Quomodo † autem, & qualiter probetur delictum hoc fuiſſe per vim, & violentiam commiſſum, vt pœnis pro eo impoſitis valeat puniri, vel è contra ſine violentia, & vi, abundè Ioſeph. Maſcard. de probationibus concluſi. 22. incip. Acclamatio per quot teſtes, concluſio. 1338. incip. Stuprum, & concluſio. 1411. incip. Violentiam, num. 28. & latiſſime alios Doctores de eadem re agentes citans Ioan. Baptiſt. Lup. in tractat. de illegit. & natural. libet. comment. 1. §. 5. num. 121. vbi videas.

13 Et eſt notandum † quòd in caſu Senatus Neapolitani apud Vincen. de Franchis deciſio. 534. de qua ſuprà, fuerat ſtuprum commiſſum contra puellam non adhuc viti po-

† teutem, & fuit nihilominùs *punitum* pœna

14 mortis, contra † expreſſam deciſionem Senatus Pedemontani apud Theſaur. 148. quę ibi allegatur, & contra eam concluſum dicitur, vbi hoc ſtuprum mitiori pœna puniendũ fore, & de facto punitum fuiſſe pœna triremium ad decennium, commutando ſententiam iudicis primituui, qui pœna mortis delictum puniuerat, dicitur quaſi verè cum non viripotente puella non dicatur committi ſtu

† prum, cum quo in alia facti contingentia *cõcurriſſe* aliàs Senatum Neapoli. apud Tho. Grammati. legitur deciſio. 22. vbi fuit facta condemnatio triremium ad ſeptennium: qua etiam de re pleniſſimè agit Farina. in ſæpiſſimè allega. tracta. de delic. carn. quæſt. 147. in §. Ituprum à num. 37. cum multis ſequentib. & tandem num. 43. cum Petro Cabal. reprobante Theſaurũ, & eius dictum, quatenus aſſetie eſſe communem opinionẽ, quòd Itoprum cum immatura virgine commiſſum non puniatur pœna mortis, ac cum alijs etiam, quos refert, reſidet in hac opinione, quod pœna mortis ſit huiuſmodi ſtuprum, ſi cum vi ſit commiſſum, puniendum. Idem tenet Anton. Faber in ſuo Codice libro 9. tito. 7. ad l. Iuliam de adulter. definit. 5. addens hoc ideò eſſe, quia raptus potius quàm ſtuprum hoc in caſu contrahi videatur. Idem etiam tenet noſter Mier. in conſtitutio. *Comfer, d contraure ſponſalles*, ſub tit. de ſponſalib. & matrimon. quę eſt Reg. Ferdinandi in curia Barcinone anni 1413. col. 9. cap. 12. fol. 96. num. 54. in fine, vbi teſtatur ſe ita vidiſſe pluries *ſeruari*, quia (inquit) fortiùs in tali nondum matura populus ſcandalizatur, & multis perſonis graſſantibus exemplo opus eſt. vt dicitur in l. aut facta, §. final. in fin. ff. de pœnis, ſequitur etiam & multis probat Ioann. Baptiſta Lupus in allegato tracta. de illegitim. & naturalib. liber. commentar. 1. §. 5. num. 108. qui multis de his agit, addens, quòd etiam ſi arbitraria eſſet huius delicti pœna, oce de iure ea, quæ mortis naturalis eſt, eſſet impoſita, nihilominùs cum valdè atrox ſit, arbitrium ad hoc delictum coercendum debe-

15 tet extendi vſque ad mortem, quibus † ego lubens aſſentio: non enim video iuſtam diſcrimiois rationem quamobrem ſtuprum cũ matura muliere cõmiſſum debeat pęna mortis naturalis puniri, illud verò quod cum immatura, quod immanius multo videtur eſſe, mitiori pęna ſit puniendum, atque ita proximis annis ſtrenuè in Senatu defendebã partes agens cuiuſdam miſeræ puellæ, quæ exiſtens in ætate octo, aut nouem annorum ad ſummum, violentet à quodam, cui ipſa inſer uiebat, fuerat ſtuprata, ſed oportuit illum liberari ex defectu probationum: dicebã inter alia, doctrinas allegans, quas contra Theſau. ſuperiùs retuli, in eo proptiè verificari ꝙ paſſim ſolemus dicere qui cauſis ducendis in

16 foro incombimus, ꝙ nõ proprerea † meliùs iudicat, quia ſecũdò iudicer, ꝙ haber fundamentum in dictis per I. C. in l. 1. ff. de appell. & rela. iudicauerat primò iudex primitiuus,

& reum vltimi ſupplicij pœna damnauerat, quod erat & eſt communi Doctorũ opinioni conforme, ducitur cauſa examinanda in ſecunda inſtantia ad iudices cauſarum appellationum, & ſeu ad Senatum Pedemontanũ, is autem commutat ſententiam in aliam mitiorem pœnam, eam benè latam in peius (iuxtà l.C. verba in allega.l.t.de appellat.) reformando.

17 Reperio † quòd cùm antiquitùs iſte caſus ſucceſſiſſet in Senatu diſputandus de anno 1488. in facto Procuratoris fiſcalis Regiæ Curię contra quendam Bartholomeum Cãpis delatum de ſtupro, & violatione cuiuſdam puellæ ætatis octo annorum, vel indè † circa, die 16. Maij fuit capta *reſolutio* pro pœna mortis naturalis, atque ita fuit condemnatus dictus ſtuprator quòd ſuſpenderetur in alta furca, &c. vt habetur in Archiuo Regio.

18 Quod idem † an ſit obſeruandum etiam in clerico ſtupratore puellæ immaturæ, tractat Ignatius Lopez in praxi cano. crimina. Diaz de Luco cap. 83. in verbo, ſtupri, lit-
19 tera A. verſ. Hæc verò pœna.

Dicetur † autem contra immaturam ſtuprum per vim commiſſum, quoties commiſſum ſtuprum ſimpliciter probatur pro eius parte, ſed nihil de ſpontanea voluntate ex contraria, ſemper enim violentia præſumitur in hoc caſu, niſi contrarium probetur, propter tenellam illam ætatem, in qua non poteſt præſumi tanti doli capacitas, vt per Farinac. ium loco allegato num. 45. qui allegat Boſſi. de coitu damnato & punibili ſub num. 66. & ſequent. Cardinal. Tuſch. concl. 210. num. 4. volu. 7. & Caball. reſolutio. criminal. caſ. 20. num. 9. & 16. in fin. centuria t. vbi ampliat, etiã ſi puella immatura ſtuprata foret promiſſionibus, allectamentis, & blanditijs.

20 Sed adhuc † vt hæc pœna habeat locum, oportet delictum ſtupri eſſe cõſumatum, nõ ſufficit ſola attentatio, vt pluribus probat noſter nobilis Ludoui. à Peguera deciſione criminal. 7. per tot. vbi noſtri perſpicaciſſi-
† mi Senatus *deciſionem* refert de anno 1583. factam, quòd qui puellam quandam inuitã, & acclamantem amplexus fuerat in via publica, eius pudicitiam attentando, alia pœna non puniretur quàm extraordinaria, quæ in eo caſu fuit exilij à Principatu Cathaloniæ
† per quinquennium. Ita etiam fuiſſe *reſolutum* reſpectu puellæ immaturæ in Sena. Grationopolit. auctor eſt Guid. Pap. deciſ. 555. vide Afflict. deciſio. 276. & ibi Vtſil. in longa ad eum facta additione, Tiber. Decian. tract. crimina. lib. 8. de ſtupro, vel coitu violento cap. 15. num. 8. & 9. Iacobum Menoc. de arbitra. iudic. caſ. 188. Vincent. de Franchis deciſio. 333. per tot. & Proſpe. Farinac. in allega. §. ſtuprum, num. 47. & num. 73. in quibus præterea locis multa habentur de pœna oſculi violenti, pro quo etiam dicitur eſſe pœna arbitraria iudici.

Succeſſit iſte caſus de anno 1612. in Senatu diſputandus in concilio criminali corã nobili Petro Soler tunc iudice Regiæ Curiæ, in cauſa Fiſci Procuratoris contra Stephanum Roſanes, & poſteà in alia aula in gradu ſupplicationis coram egregio Senatore Franciſco Mjauila & Franqueſa, cùm contra dictum Roſanes fuiſſet probatum conatum fuiſſe deflorare duas puellas in infantili ætate conſtitutas, inter crura illarum
† ſemen eijciendo, fuit *abſolutus* à pœna ordinaria, ſed eondemnatus ad ſeruitium Regiarum triremium remigando per ſeptennium. Fuit facta concluſio referente dicto Mjauila die 7. Maij dictianni 1612. vt habes in Archiuo Regio.

21 Excipe, † niſi cum huiuſmodi attentatione fuiſſent puellæ fracta pudenda, quo caſu pœnam etiam vltimi ſupplicij fore irrogandam tenet Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 9. tit. 7. ad l. Iuliam de adulter. definit. 5. in addition. num. 9. & etiam ſi interuenirent aliæ circumſtantiæ, de quibus ibidem defin. 3.

22 Mitto, † ne multus fiam, & quia de delictis, & eorum pœnis non ſcribimus caſus particulares, quando tutor, vel curator vitiat puellam, aut iudex, vel Senator eam quæ apud ſe rea criminis erat, vel idem ſtuprator virgines pleraſque corrupiſſe probatur, quos Anton. Faber ex auctoritate ſui Sebaſtiani Senatus æquiparat inter ſeſe in allegata definit. 5. lib. 9. tit. 7. ad l. Iuliam de adulter. cum illis duobus de quibus ſuprà, quando puella immatura per vim cognoſcitur, & per vilem perſonam, & domeſticam nobiliſſima virgo, & eos capitalis ſupplicij animaduerſione dignos cenſet. Circa quos tamen caſus, & alios huius generis, prout ſunt quando vaſſallus filiam, vel ſororem domini cognoſcit, & cuſtos carceris eam, quæ in vinculis pro aliquo crimine detinetur, in quibus ex circumſtantijs delicti atrocitas augetur, videndi adhuc ſunt Petr. Gregorius in ſyntagm. iuris vniuer. lib. 36. cap. 9. rubri. de ſtupr. num. 5. verſicul. Sic grauiùs punitur, & num. 12. Baiard. ad Iulium Clarum in §. ſtuprum, num. 18. Mieres noſter in allega. conſtitutio. *com fer, ò contrazure ſponſalles* nu. 54. & 55. Bernardin. Muſcarell. in prax. crimin. circa materiam adulterij, ſtupri, &c. tit. de dictorum criminum priuilegijs & pœn. ferè per totum dictum titulum, pag. 223. & denique Proſp. Farinac. in cita. §. ſtuprum, nu. 16.

18. 20.

18. 20. 59. & 60. cum multis alijs, quos ijsti allegant, quibus non videtur iuſtum quòd in omnibus prædictis caſibus vltimi ſupplicij pœna reus damnetur, ſed quòd ex qualitate, & circumſtantijs concurrentibus puniatur iudicis arbitrio, vel mitius, vel acrius, ſecundum quod exiget negotium, in quibus ego non immoror, cùm de delictis, & eorũ pœnis, vt dixi, tractatum non faciam. Solum dico id, quod non poſſum modo aliquo præterire, duos illos caſus, primus quando quis conuincitur de pluribus ſtupris cõmiſſis, multisque pauperculis puellis deceptis, & ſecundus quando nobiles virgines in domibus parentum à vilibus perſonis, putà familijs, & domeſticis, vitiantur, digniſſimos eſſe ſeuerijſſima punitione: & quamuis de primo dicat Farinac. in alleg. num. 60. quòd ſibi non placeat opinio Grammati. voto 17. Baiard. ad Iulium Clarum in d. §. ſtuprum, num. 12. Theſaur. in citata deciſio. Pedemõtana 3. num. 3. in 5. concluſio. Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 288. num. 12. cum alijs per eos allegatis, qui cum Fabro concludunt q̃ debeat pœna mortis puniri, ſed immò mitiori, ego aduerto, quòd vel vna, vel alia pœna, exemplari tamen & multùm ſeuera, debent totis viribus curare iudices de hoc delicto puniendo: expertus enim ſum, quòd propter impunitatem ipſius, plures redditi ſunt multùm audaces ad illud committendum, & plura ſic damna reipublicæ intulerunt: & credant quòd ſi ipſi negligentes fuerint, ſumet Deus ſuperbenedictus de hoc ipſe vindictam. Noui duos ego inter alios non omninò infimæ conditionis iuuenes, in certo loco huius Principatus, quos fama erat, ſingulare ſtudium in decipiẽdis miſeris iſtis puellis collocare ſolitos de induſtria in locis publicis conuenientes, quo illæ accedere ſolebant, veluti circa furnos, circa fontes, & alia loca ſimilia, & mille artibus eas inducebant, & ſeducebant, vt quò ipſi volebãt properarent, vbi poſtea miſeræ illæ vi, vel gratis à ſceleſtibus illis viris virginitate pretioſa ſpoliabantur. Et quia poteſtates ſeculares, ad quos ſpectabat, id ſcientes, vel ſcire facili negotio valentes, non ita facere diligentias, vt decebat, in corrigendo tanto facinore curabant, forſan propter id Deus Optimus Maximus de cælo in terram aſpiciens, aſſumens in ſe vindictam, multis plagis affecit illos, multaq̃e infortunia eis miſit, & tãdem vnus morte ſubitanea, à qua liberet nos Dominus, vltimum enim & magis tremendum illud eſt infortunium, è terra non multis ab hinc annis fuit ereptus: alteri eſt adhuc vita comes, ſed tot ei mala obuenerunt, vt non naſci multoties dixerit ſe maluiſſe, faxit Deus ne ei peius ſuccedat; alia non loquor, ne comprehendar.

23 De ſecundo † verò caſu, quando nobiliſſima virgo à vilibus hominibus ſeducitur, ni hil aliud dico præter id quod Anton. Faber loco ſuperiùs allegato, & in definitio. 3. paulò ante præcedenti, iuſtiſſimum eſſe corrigere eiuſmodi delictum vltimi ſupplicij pœna, quia ex qualitate perſonæ augetur abſque dubio crimen, iuxtà l. prætor edixit 7. §. vltimo, cum legibus ſequentibus, ff. de iniur. qui enim tam grauem iniuriam (ſpecie proditionis commiſſæ in domo, vbi panem, vt vulgò dicimus, comedebat, præter id quod de ipſo confidebatur, referentem) domino intulit, dignus proculdubio eſt, quòd ita in ipſum fœuiatur.

24 Ex conſuetudine † Burdegalenſi famulos abutentes dominabus, & earum proximis, quæ in domo ſunt, ſuſpendi, auctor nobis eſt Petr. Gregor. in ſuo ſyntagma. iuris vniuerſi loco ſuperiùs allegato in ſi. Et Gaſpar. Anton. Theſaur. in addition. ad Anton. patrena deciſio. 3. multùm conſideratad augendum, & aggrauandum delictum, quòd fiat in domo patris, propter magnam iniuriam, quæ fit ei, quam etiam dicit multùm conſiderare Pariſien. in additio. ad Alexandrum in conſil. 1. num. 12. lib. 3. in fin. Facit deciſ. Gramati. vltim. per quam apparet fuiſſe in facti † contingentia *punitum* quendam, qui in domo alterius mulierem cognouerat, licèt nõ virginem, quod erat delictum ex ſe vix punibile, vltra carcerationem ferè annalem, vt ibi dicitur, pœna exilij per annum, idque propter iniuriam, quæ facta fuit domino domus. Quantò ergo magis dicere debemus aggrauari iſtorum vilium, & abiectorum famulorum, & ſeruientium delictum, qui in domibus dominorum non verentur talia facinora perpetrare.

25 Hæc † conſiderans mirabar non parùm de admiratione, quam plures faciebant nõ multis ab hinc, dum hæc ſcribimus, annis, † quòd Senatus noſter doctiſſimus *damnaſſet* quendam, quem honoris cauſa non nomino, ſed fuit caſus ex magis publicis, & ſcandaloſis, quos nouit hæc ætas, quòd (inquam) damnaſſet Senatus quendam vltimi ſupplicij pœna, ex quo famulus cùm eſſet, & vilis, ac abiecta admodum perſona, auſus eſſet filiam cuiuſdam principalis viri domini ſui, in domo ipſius, in qua & ipſe habitabat, vitiare, & ſtuprare, & ducere poſtea eam in Galliam muliebri velte denudatam, & virili indutam: præterquam quòd enim in eo caſu interceſſerat probatum raptus nequiſſimũ crimẽ, cui pœnam mortis eſſe ſtatutam nemo ambigit, ego exiſtimo quod etiam ſi adfuiſſet

fuiſſet ſola ſtupri audacia, non debebat illa minori ſupplicio quàm vltimo coerceri, ac reprimi: vix enim eſt conſiderabilis in hac materia differentia inter raptum, & non raptum, immò † quando filia in domo patris corrumpitur, quamuis de loco ad locum nõ ducatur, ſemper raptus committi dicitur, vt docet Vrſill. ad Afflict. deciſio. 276. num. 6. & nolter etiam Mieres materiam raptus tradens in conſtitutio. *Com fer, ò contraure ſponſalles*, num. 49. in fin. in 2. volum. collatio. 9. fol. 95. colum. 4. tanta tamen fuit hominũ miſeratio, tantus rogitus, (ſolemus in Cathalonia multùm eſſe miſericordes, & perſæpè nimis in rebus, in quibus deceret nos apparere valdè crudeles) vt fuerit ab Excellentiſſimo Prorege obtenta commutatio pœnæ mortis in pœnam ſeruitij in Regijs triremibus ad imperpetuũ, non ſine magna puellæ parentum, qui multùm perindè in honore, & facultatibus paſſi fuerant, afflictione, ingentiq. trittitia: deſiderabant enim quòd poſtquam eò vſque res producta erat, vt delictum fuiſſet omnibus factum notorium, nec id poterant euitare, debita de delicto, ac condigna ſumeretur vindicta, & ſic publica etiam pœna fieret, quæ eis cederet in ſolatium, & reliquis in exemplum. Sed hæc omittamus.

Aduerte † ad vnum circa ſuprà relatos caſus, in quibus vel ex ſtatutis particularibus, vel aliàs, ad alias pœnas deuenitur, quàm quæ ſint per ius canonicum impoſitæ, quòd nihilominùs remanent pœnæ iuris canonici quatenus ſunt applicabiles; vndè licèt vel vltimi ſupplicij pœna, vel alia corporali, ſecundùm circumſtantias delicti, quis puniatur, ſi habet vndè mulierem dotet, tenetur nihilominùs ad dotem dandam. Ratio eſt, quia illæ imponuntur ad publicam vindictã, hæc verò ad intereſſe partis: certum autem eſt, quòd † quando pœnæ tendunt ad hos fines diuerſos, vna aliam non tollit, Beroi. quæſtio. familia. 84. num. 8. Baiar. ad Iulium Clarum in §. ſtuprum, num. 20. Ioa. Baptiſta Lup. de illegitim. & natural. liber. commen. † 1. §. 5. num. 124. Sic ſeruari, ac *ſeruatum* de facto in certa facti contingentia fuiſſe in Senatu Pedemontano auctor eſt nobis Anton. Theſaur. deciſio. 148. num. 2. in fin. vbi vltra condemnationem corporalem ibi factam pro certo ſtupro, tradit fuiſſe dictum, *Salus iuribus pro intereſſe filiæ in bonis rei quatenus extarent*. Et in Senatu Neapolit. idem † *obſeruatum* fuiſſe nos docet Vincen. de Frãchis deciſio. 333. num. 4. vbi in primo caſu ibi relato, præter pœnam corporalem, fuit reus & ad pœnam doris condemnatus; in ſecundo verò ad intereſſe, *quod* (inquit) *iudices facere debent etiam abſque petitione.*

His † ſic poſitis, quæ de iure canonico, & ciuili in iſtis materijs procedere adduximus, ſecundùm quæ ſolet in vniuerſo orbe iudicari, adiungamus oportet, & quæramus nunquid per ius noſtrum municipale ſit quic quam in eis immutatum. Circa quod aduertendum eſt nos habere in Cathalonia vſat. incip. Si quis virginem, qui primus eſt ſub tit. de adulter. in 1. vol. conſtit. qui ſic habet: *Si quis virginem violenter corruperit, aut ducat eam in vxorem, ſi illa, & parentes eius voluerint, & dederint ei ſuum axuar, aut donet illi maritum de ſuo valore*. Si credimus noſtratibus Guillermo de Valleſica, & Iacobo Marquil. ſuper d. vſat. in princip. facilè erit nos ab hoc quæſito expedire, dicunt enim illi, quòd ſunt concordantes textus illi iuris canonici in cap. 1. & 2. de adulter. cum hoc vſat. ſi enim ſunt concordantes, ergo nihil fuit immutatum, quos ego verum dicere exiſtimo, quia vix queo reperire differentiam inter verba dicti cap. 1. de adulter. ſeu cap. 22. Exodi, ex quo puto noſtrorum vſaticorum conditores ſumpſiſſe materiam vt hunc componerent, non ex dicto cap. 1. cũ adhuc tunc non eſſet facta compilatio Decretalium, quæ per Gregorij Noni opera, & iuuamine noſtri Cathalani herois Raymundi à Penyafort facta extitit; vix (inquam) reperio differentiam inter verba dictorum iurium, & verba noſtri vſat. dempto quòd † caput illud Exodi, & iuris canonici comprehendit ſolum caſum ſtupri non violenti, noſter autem vſaticus vtrumque complectitur, ſiue cum vi, ſiue etiam ſine vi ſit illud commiſſum, & perpetratum, ibi: *Violenter corruperit*, vt aduertit in terminis noſter Peguera deciſio. 42. num. 3. Et † dicunt gloſſ. & practici noſtri Iacob. de Monte Iudaico, & Marquil. ſuper d. vſat. verbum illud, *violenter*, non cenſeri poſitum quaſi alius caſus, præter caſum violenti ſtupri non comprehendatur in eo, ſed eſſe poſitum caſum magis dubitabilẽ, & ſic illud vtbum ſtat in hoc ſenſu, *Si quis virginem corruperit, maximè violenter*, videndus Cancer in allegat. 3. par. variar. reſolut. cap. 11. de ſponſal. & matrimo. num. 47.

Id quod † conducit multùm ad intelligẽtiam ſecundæ partis dicti vſatici, non parum difficilis intellectu, tam ratione, & reſpectu diuerſæ lectionis illius, quàm aliàs, quæ ſecundùm vulgarem noſtri idiomatis editionem, quæ legitur in noſtris Conſtitutionibus materno ſermone ſcriptis, ac etiam ſecundùm latinam, prout eam refert Mieres in conſtitutio. *Com fer, ò contraure ſponſalles*, quæ eſt cap. 12. cur. Regis Ferdinandi Barcinone

cinone celebratæ de anno 1417.tom.2.collatio.9.fol.97.num.68.negatiuè est legẽda, id est cum dictione negatiua,*non*, posita ante dictionẽ,*virginem*, sic, *Si verò non virginẽ quis violenter adulterauerit, & impregnauerit, similiter faciat*, quantumuis in volumine glossatorum legatur sine negatiua,*nõ*, quia aliàs difficile cognitu non modicùm esset,quid si ꝓi vsatici conditores voluissent in dicta secunda parte illius: conducit (inquã) quod suprà dictum est non parùm ad intelligentiam dictæ secundæ partis vsat. in qua vt casus, qui ibi proponitur,diuersificetur à primo, verbum, *violenter*, stat propriè, & debet probari violentia in suo rigore, aliàs non haberet locum eius dispositio, vt tenet in terminis,& ita explicat Cancer loco iam allegato num.49.in fin.dicens quòd hoc iure vtimur post Mieres vbi proximè adductus est.

34 Quamuis † autem (vt & id obiter habeas, quod est summè in hac materia necessarium, vt intelligatur) videantur velle supra dicti Doctores dicti vsat.secundam partem esse adhuc in vsu, ego nihilominùs video totum contrarium, quòd immò non practicetur modo aliquo, sed videatur in desuetudinem abijsse, quòd mulier aliàs corrupta petat à secundo, vel tertio, vel quarto eam cognoscente, licèt cum violentia, prouisionem dicti vsatici, siue illud sit,quia vix contingat casus, quo huius generis mulieres possint probare violentiam, quam in superioribus diximus specificè in hoc casu fore iustificandam, aut ex alia ratione: immò omnes videmus,quòd postquã sunt de hoc crimine impetiti, ad istud remedium pro defensione,quod existimant omnium firmissimum, recurrant, quòd mulier non erat virgo,sed iam corrupta,quo medio multos vidimus pœnas vsatici euasisse. De eadem hac secunda vsatici parte nonnihil inferiùs dicemus.

Si hæc ita sunt, quòd sit iste vsaticus concordans cum dispositione iuris canonici, vt diximus, non erit quòd multum temporis consumamus in illius interpretatione,& declaratione, quia quæcunque superiùs dicta fuere circa dispositionem allega.tex.in cap. 1.de adulter.huic applicabuntur, solùm est necesse,quædam dubia examinemus,quæ circa praxim dispositionis dicti vsat.oriri possent ex his, quæ Doctores nostri tradidere in illius interpretatione.

35 Imprimis † Iacobus Cancer nostri temporis notissimus Iurisconsultus, cui si æqualem, certè non multò superiorem cognouit, & vidit hæc ætas, in 3.par.variar. resolutio. cap.11.de sponsal.& matrimo.num.29.quærit, numquid electio pœnarum in d. vsatico alternatiuè, vt dictum est, positarum, competat stupratori, an virgini. Cui quæsito satisfaciens dicit, omisso quod latè disputat Ciar.in §.fina.quæst.85.num.6. circa pœnas alternatiuas cuius sit electio,quoad dispositionem dicti vsat.Si quis virginem, se dixisse esse in confesso electionem esse virginis, propter illa verba, *Si ipsa, & parentes eius voluerint*, Cancerium sequitur noster Franciſc.Moli.in tracta.de ritu nuptiarum, & pactis in matrimo.conuen.lib.1.comparat.10. ex num.58. cum sequent. vbi Doctores adducit, & rationes desumptas ex verbis nostri vsatici, quibus opinionem probet,& visus etiam antea est eandem opinionem tenuisse noster Ludouicus à Peguera decisione 42.num.3.in 1.par.Hoc dictum eget declaratione, quia si volunt isti Doctores, quòd sit in electione virginis stupratæ compellere, vel compelli facere stupratorem ad nubendum, vel ad dotandum,nullatenùs est id sustinendum,quia ego non reperio plura verba in vsat.quàm sint in cap. 1. de adulterijs, quæ magis hic, quàm ibi tribuant liberam eligendi facultatem mulieri; si enim hic sũt illa verba, *Si ipsa, & parentes eius voluerint*, in quibus opinio Cancerij,& Molini fundatur, eadem proculdubio leguntur in allegato cap.1.in secunda parte, ibi *Si verò pater virginis dare noluerit, &c.* Et tamen, vt dictum est, communiter concluditur inter Doctores in terminis illius text. non posse cogi præcisè stupratorem ad ducendum mulierem stupratam, & quoad hoc nulli ex ipsis dari electionem, sed necessum esse vtriusque partis consensum,ergo ita etiam hic dicere debemus. Et si aliquid huius nostri vsatici dispositio videretur continere (quod nõ continet) amplius quam ius canonicum, ex quo magis, magisque virgini appareret data facultas compellendi præcisè,si vellet,stupratorem ad sibi nubendum, proculdubio de eius validitate foret multùm dubitandùm:

36 lex enim † ciuilis,& statuta laicorũ non possunt quicquam circa matrimonium statuere, cùm sit spirituale,vt notant Doctores per illum textum in cap. Ecclesia,de constitution. Sanchez de matrimo.lib.4.de consen.coac. disputatio.12.num.23. versic.Ratio etiam.

37 Minùs † possunt talem coactionem facere, meticulosum enim, & coactum, ac per consequens nullum diceretur matrimonium, si in vim alicuius legis secularis quis constringeretur, & compelleretur præcisè ad nubẽdum, ex sacri Concilij Tridentini dispositione sessio.24. in decreto de reformatione cap. 9. de quo quia plura dixi in primo tomo huius operis clausu.4.glos.2.à num.1 tã

cum

cum multis ſequentib. ideò hic ſola ad eam locum remiſſione contentus ſubſilto, ibi videatur.

38 Erit † ergo tam in terminis iuris canonici, quàm noſtri municipalis, ſententia iudicis ferenda cõtra huius criminis reum, quòd nubat, ſi ipſa, & eius parentes conſenſerint, aut dotet eundem, eo modo quo in ſuperioribus latè probauimus, & quomodo hæc alternatiua ſit practicanda, docuimus.

39 Et in terminis, † quòd in pœnis alternatiuis per noſtros vſaticos poſitis contra delinquentes, electio ſit ipſorum, ſunt duo inſignia loca; vnus apud Iacob. Calici. in vſat. Si quis alicui crimin ſlem, num. 28. verſ. Illorum alternatiuorum; & alius apud Iacobum Marquil. in vſat. Si quis ſe miſerit en aguayt col. 10. ibi, quęro cuius erit electio, fol. 29. &

40 30. vbi videas: idque ex eo † quòd quis delinquendo ſit debitor pœnarum prędictarũ, alternatiuè tamen, in alternatiuis autem debitoris eſſe electionem, nemo ambigit, pro ut regulatiter ita eſſe in materia pœnarũ docet Clauſin. d. § fin. qu. 85. num. 9. allega. per Cancer vbi ſuprà.

Senatus noſter egregius dum de his ageret de anno 1618. electionem mulieri denegauit, & viro *conceſſit*, poſt multùm ruminatum negotium, valdè enim dubius fuit qualitet ſententiam conciperet, cùm rarò iſti caſus ſuccedant, ſententia lata contra quendam oppidi de Epiſcopali in diœceſi Gerundæ, quem honoris cauſa non nomino, habebis tamen illum vel apud Scribam cauſę, vel in Archiuo Regio, referente egregio Senatore Michaele Rollan, ſub die 22. Iunij, Scriba Michaele Orpi, in qua ſimpliciter reum condemnauit quòd aut duceret vxorem, quã ſtupraſſet, aut illã competenter dotaret, liquidatione dotis impoſterum reſeruata; quã reſolutionem Senatus, vt tunc ab egregijs Senatoribus habui, accepit, ſequendo aliud

† ſimile *exemplar*, quod de anno, ni fallor, 1596. factum fuiſſe viderunt ad relationem egregij olim Senatoris, & poſteà Regentis Cancellariam, Ioſephi Mur, eiſdem prorſus verbis. Circa quam rem requiſitus dicerem quid ſentirem, dixi, quòd ſi in rigore verba intelligebantur prout ſonabant, vix ſuſtineri poterant; poterat enim per ea ſtuprator eligere primum caput nubẽdi, quod forſan ex aliqua cauſa non placeret molieri, & parentibus eius, quo caſu immunis redderetur ab omni pœna, & eam diceretur mulier habere potiùs quàm vir, & tolleretur libertas conceſſa per iura ſuprà allegata, tam canonica, quàm municipalia. Sed replicatum mihi fuit, cum illa conditione, ſi mulier, & parentes eius conſentirent, & ſic in terminis iuris intellexiſſe Senatũ prędictum primum caput, non aliàs. Sed forſan ad tollendum dubietates fuiſſet ſatius id exprimere, vel dicendo, niſi cõcordauerit cũ muliere, & parentibus, dotet, &c. vel aut ducat, ſi mulier, & parentes eius conſenſerint, aut dotet, & tunc omnia eſſent plana. Hæc mea ſententia, ac Senatus etiam noſtri declarata vt ſuprà, habet concordantem Rot. Roman. in iam aliàs ſuprà citata deciſion. 74. poſt primum volumen conſiliorum Farinac. vbi ita etiam, prout hic, concepta fuit declaratio,

† & *ſententia* contra ſtuprat orem in facti contingentia. De his egimus etiam ſuprà hac eadem glo. 5. par. 1. num. 21.

41 Dices, quòd † ſaltem negari non poterit quin dotis conſtitutio, quæ iubetur fieri per ſtuprat orem, ſit coacta, & per conſequens nulla, ſicut matrimonium eſſet nullum, ſi ad illud contrahendum delinquens cogeretur, ac compelleretur, ſi enim filis, & parentes declarauerint nolle matrimonium cum ſtuprat ore, coactio fiet præcisè ad dotationem. Sed reſpondemus nullam hic fieri coactionem ab homine, ſed à lege, quæ in pœnam ſtupri volt quantitatem neceſſariam pro dote ſoluendam: iam autem ex patre Sanchez dixi, quòd iudex non dicitur cogere, vel coactionem facere quando vt iuſtitiæ miniſter iuris exequitur prouiſionem. Nec fiat vis, ex quo dos eſt acceſſoria ad matrimonium, idem de ea atqui de principali ſit iudicandum, & ideò ſicut non valeret coactio, quæ fieret pro matrimonio contrahendo, ſic nõ debet valere quæ pro dote conſtituenda. Reſpondet enim pater Sanchez allegat. lib. 4. de conſen. coact. diſputatio. 12. à num. 23. & diſputatio. ſequenti num. 5. verſ. Cæterũ, quod mille ſtadijs hæc diſtent in propoſito,

42 ibi videas. Sufficere † tibi debet, quòd lex ciuilis potuit apponere pœnam vel corporalẽ, vel pecuniariam ſtupratoribus, & ideò illa, quæ impoſita reperitor, eſt omninò exequenda vbi contra aliquem probatur delictum huiuſmodi commiſſum.

43 Et quod † magis hanc nobis veritatẽ debet perſuadere eſt, quòd text. in dicto vſat. æquiparat duos illos caſus, nempè ſtupri in virgine, ſiue violenti, ſiue non, & alterius cuiuſcũque coitus cum corrupta habiti, cum violentia tamen, volens illud idem quod in primo caſu ſeruatur, ſeruari etiam & in ſecundo, vt ex verbis eiuſdem, quæ ſuprà retulimus, patet manifeſtè: cæterùm quis vidit vnquam, quòd mulier corrupta ptimò ab aliquo, peteret poſteà à ſecundo, qui eam cognouit, quòd ſibi nuberet? & quis non dico vidit, ſed nec audiuit, quòd iudex vllus in Cathalonia aliquo tempore huiuſmodi petitioni,

titioni, ſi contigiſſet fieri, annuiſſet? certè nullus: factum autem id fuiſſet, aut fieri potuiſſet ſi electio pœnarum mulieri tribueretur, & arguendi non modicùm forent dicti vſatici conditores, ſi obligare voluiſſent quemquam quòd mulierem inhoneſtam, & ab alijs cognitam, velit nolit, duceret, ex eo quod ſecundò, tertiò, aut quartò eam cognouiſſet.

44 Secundò aduertendum eſt, quòd † noſter vſat. huc aliud præter id quod ſuprà dictum eſt, addit iuri canonico, & diſpoſitioni text. in allegato cap. 22. Exodi, & cap. 1. de adulter. quòd velit partem teneri nihilominùs ad filiæ dotationem, quamuis nubat cum ſtupratore, ibi: *Si ipſa, & parentes eius voluerint, & dederint ei ſuum axouar*, quod interpretatur id eſt *ſuam dotem*, vt interpretatur gloſſa ibidem verb. *axouar*, Guillerm. de Valleſica ſuper eodem verbo, & Iaco. Marquil. in eodem vſati. colum. 4. ibi: *Nota dotẽ*, fol. 292. de quo vide vlteriùs Portoles in repertor. ad Molin. obſeruan. 1. num. 15. in 4. par. quod iam dixi in ſuperioribus non fore ſi ſequeremur iuris canonici ſolam diſpoſi-

45 tionem. Sed per † hoc noo credas ſublatam eſſe pœnam dotationis impoſitam ſtupratori per dictam iuris canonici diſpoſitionem, quamuis nullum verbum habeatur in noſtro vſatico, per ea quæ ſuprà proximè retuli, dũ probaui per impoſitionem aliarum pœnarum non cenſeti hanc vnquam ſublatam, quę datur, & applicatur mulieri pro intereſſe.

46 Sed † non eſt multùm de hoc curandum, nec multum tempotis conſumendum in eo diſcutiendo, infructuoſum eoim, & omninò ac prorſus otioſum id foret, cùm non poſſit vnquam in praxi contingere quòd hac de re diſputare habeas: cùm enim nec parentes poſſint te compellere ad recipiendum, nec tu illos ad tradendum tibi mulierem in vxorem, vt probaui, etiam in terminis noſtri vſatici, neceſſum erit neceſſitate præciſa, ꝙ omnes circa hoc conueniatis: tunc tractabis an tu illis, an illi tibi aliquid dare teneãtur, & ſi ad luã ſatisfactionẽ voi, aut alteri parti videbitur negotium non agi, in ſua facultate erit relinquere illud, & ſi concordauerint, non habebunt opus iudice, vt aliàs animaduerti in ſuperiorib. in principio huius de ſtupro tractatus, vbi videas.

47 Tertiò aduertendum eſt, quòd † licèt in ſecundo caſu, quando mulier, & eius parentes nollent matrimonium contrahendum cũ vitiatore, nullum aliud onus videatur noſtri vſatici diſpoſitio imponere ſtupratori, quàm quod quærat, vel det illi maritum de ſuo valore, quod interpretatur, id eſt de ſuo valore ipſius mulieris, id eſt ſecundùm ſuam qualitatem, vt dicit gloſſa ibidem, nihilominùs dicendum eſt non ceſſare propterea obligationem dotandi impoſitam a iure canonico, quia, vt dixi, ea pœna non cenſetur per ſtatutum ſublata vbi expreſsè non dicitur, cùm reſpiciat partis læſæ intereſſe, &

48 aliàs. Et præterea illa † verba vſatici: *Aut det illi maritum de ſuo valore*, ſatis ex ſe videntur indicare quòd debeat ſtuprator mulierem à ſe vitiatam dotare, aliàs enim quomodo poſſet illi dare maritum, maximè ſecundùm qualitatem mulieris, vt vult vſatic. niſi dotem ſimul donaret, cum qua maritum reperiret? Et hic eſt communis intellectus dicti vſat. vt illa verba, *Aut donet illi maritum*, intelligantur id eſt, *Aut dotet eam*, ſecundùm quod ius canonicum diſponit, vt præſupponunt noſtrates Peguera in allegata deciſio. 42. nu. 3. & Cancer in dicto cap. 11. de ſponſalib. & matrimon. num. 28. & communis illius praxis: compelluntur enim in vim dicti vſatici ſtuptatores, (quando non concordant de matrimonio contrahendo) non de quærendo, aut dando marito puellæ, ſed immò de ea dotanda, & dote deponenda neceſſaria ad matrimonium, vt ſuprà diximus.

Addit gloſſ. io dicto vſatic. in verb. de ſuo valore, quòd in hoc caſu quo tenetur ſtuprator mulieri dare maritum, etiam ſubintelligitur illud quod in primo caſu, quando tenetur eam ducere, id eſt ſi parentes dederint mulieri ſuum axouar, de quo tamen ego multùm dubito, ex his quæ in ſupetioribus reſolui, dum agerem de pœnis impoſitis per ius canonicum, quòd quando ſtuprator dotat, vel dotare tenetur mulierem, tunc non dotat pater, atque ita illa ſubauditio gloſſæ eſſet contra ius.

50 Quartò † eſt etiam aduertendum, quòd licèt gloſſ. in dicto vſat. Si quis virginem, in verſic. Sed nunquid ſumitur, dicat vltra pœnas dicti vſatici, quæ tendunt ad ſatisfactionem partis læſæ, teneri etiam eum, qui ſtuptum commiſit, ad alias pœnas reſpectu intereſſe publici, quas poteſtates contra eum exequuntur, id quod ſequi videtur noſter Olib. de action. par. 1. lib. 3. ad §. pœnales in poſtremis ſcholijs nume. 8. volentes in hoc crimine nihil eſſe ſpeciale quoad hoc, ſed ſe qui debere natutam teliquorum, vt duplex ex eo, ſicut ex alijs, oriatur actio, reſpectu partis læſæ vna, & intereſſe publici altera, nihilominùs obtinuit, ſicque praxis ſeruat quòd in caſibus, in quibus vſatici diſpoſitio locum habet, non exequuntur aliæ pœnæ, immò condemnatur reus iuxtá formam vſatici, ſolùm ad nubendum, vel dotandum, & facta illa condemnatione, vel etiam cõcordato

dato cum parte, quòd vnum, aut alterum ex his fiat (hic solet esse communis, & tritissimus modus harum litium finiendarum, vix enim vna ex mille finitur per sententiam in nostra Cathalonia, sed per concordiam factam cum parentibus, aut alijs, qui rē puellarum vitiatarum agunt, vt nos experientia docet. Solet Senatus reum capere, & eum detinere, donec concordauerint partes, cui negotio locum lubens dare adlolet, tantum ferè semper temporis ad id reo indulgēdo, quantum rei peragendæ necessùm habere dignoscit. In qno sanctissimo, rectissimoq. procedere Senatum consilio arbitror: nemo enim nescit quàm tristes soleant istæ sententiæ, & condemnationes, quæ partibus non concordatis fiunt, habere exitus, maximè si coactè tenetur vitiator mulierem ducere.) Condemnato (inquam) reo, aut concordato negotio inter partes, statim relaxatur reus, nec ad id opus habet alia concordia, vel compositione cum fisco habenda pro aliquo
50 ipsius interesse, sicque † reducta res est ad terminos iuris communis, secundùm quod, vt diximus, cessant hodie aliæ pœnæ, præter statutas ab eo, vbi ipsius intrat dispositio, & sequimur in terminis praxim, quam Iul. Clar. in §. stuprum, num. 3. dicit in Hispania seruari, quantumuis id non esse iustum contendat Gutierrez in sæpè allegato capit. 37. lib. 1. canonicarum quæstionum, nu. 11. & in sua patria minimè seruari atteſtetur, sed imò in vsu esse, quod vltra supradictas pœnas condemnetur stuprator & alia erga fiscum, contra Antoninum patrem dicat Gasp. Thesaur. in addicio. ad decisio. 3. in versicu. Solet practicari. Sed ego comprobaui praxim Iulij Clari cum viris doctis, qui rem hanc multis annis tractarunt in nostra Cathalonia, & cum multis processibus, in quibus ita vidi inconcusse obseruari, & practicari.

Per supradicta hucusque circa hanc stupri materiam tradita, arbitror me satis sufficienter illam, quantum capere potuit instituti nostri ratio, explicasse, quidque in praxi, tā secundùm ius commune, quàm etiam iuxtà nostrum municipale obseruaretur circa stupri pœnas, aperuisse. Duo solùm restant nobis distinctè, breuiter tamen, & multùm succinctè explicanda, quæ, tametsi multùm necessaria, video à Doctoribus non parùm obscure, & confusè pertractata, cum quibus stupri cœpta tractatio absolueretur; vtinam sic finiretur delinquendi modus, & cessarent tot offensæ, quæ Deo superbenedicto in his quotidie fiunt multùm deplorandæ.

51 Primum est, † videre nunquid pœnæ aliquæ sint de iure aduersus mulieres consentientes stupro impositæ: hucusque enim non videmur de alijs pœnis tractasse, quàm quæ possunt viris imponi, & applicari, non quæ mulieribus. Secundum versabitur circa stupri probationē: parùm enim, aut nihil prodest scire quid super eo sit obseruandum, & iudicandum, nisi priùs probatum illud habeamus, quod primum omnium debet esse in hac materia.

Circa primum aduerto, quòd Farinac. in allegato §. stuprum, quæstion. 147. de delict. carn. à num. 49. cum sequent. latè quæstionē tractat, & tandem post adductas contrarias in hoc opiniones, & distinctionem etiam quam nonnulli faciunt inter ius canonicum, & ciuile, resoluit numer. 52. negatiuam opi-
† nionem apud se in practica *seruari*, nec se vidisse vnquam punitam puellam, quæ passa fuerit se stuprari, restatur: Et quia & nos idē de nostra Prouincia asserere possumus absque difficultate, in qua seruamus primùm ius municipale, & mox canonicum, per quę nulla reperitur mulieribus imposita pœna, ideò non duxi oportere quòd aliud tempus in hoc articulo examinando consumeremus, quod nihil vnquam nobis posset ad aliquid prodesse: exteris autem, apud quos forsan non vigebit ea praxis, licebit apud eum, & Doctores à se adductos, quæstionem disputatam legere, & veritatem vlteriùs indagare. Adde Franciscum Viui. decisione 299. num. 4. lib. 2.

52 Hæc † praxis, quæ apud nos, & apud alios etiam seruatur de non puniendis puellis stupro consentientibus, iustissima videtur: afflicto enim non est danda afflictio, & de eis dicere possumus, quòd satis sua verecundia, ac pudore, satis etiam sua infamia, quam ex actu huiulmodi reportant, puniantur, sicut de furioso delinquente dicit Iurisconsultus in l. diuus Marcus, ff. de officio præsid. quòd non sit puniendus, cùm satis suo furore puniatur. Additur, quòd quia, vt diximus in superioribus, mulier vitiata semper præsumitur seducta, ideò non est iustum, quòd pu-
53 niatur † pro actu, quem non præsumitur spōtanea, & libera voluntate peregisse; quæ est ratio, quam in proposito ponderauit Ioann. Baptista Lupus in tract. de illegitim. & natural. liber. commentar. 1. §. 5. num. 115. vbi latissimè Doctores refert materiam hanc tractantes.

54 Sed † si contingeret quòd mulier raperet virū, puniretur vtique sicut vir rapiens mulierem, ex gloss. in l. vnic. in §. quibus, verbo sponsam suam, C. de rapt. virgin. quæ affert pœnam d. l. loquentis de masculo rapiente fœminam, habere etiam locum in muliere rapiente masculum. Circa quod Angel. in
† ea l. in fin. sub nu. 7. testatur se *vidisse* in citi-

tate

tate Florentiæ quandam meretricem comburi, eo quòd rapuerat quendam pulchrum puerum, alios in idem adducit Philip. Maſſin. ſelectar. iur. diſtinctio. centur. 1. diſt. 10. nu. 17. cum ſeq.

55 Circa ſecundum † verò, quod materiam continet probationis ſtupri, aduertendum duxi duo circa eam principaliter fore & eſſe attendenda inter ſeſe diſtincta, & ſeparata, & ad diuerſos effectus, ambo tamen ad probationem ſtupri, de qua agimus, tendentia: primum, quod conſtet de corpore delicti: & ſecundum, quòd poſtquam de eo conſtiterit, conſtet etiam de delinquente, vt pœnis ſuperiùs enarratis valeat puniri. Primum iu-

56 ſtificatur † ex regula generali, qua docemur de corpore delicti deberi primitùs & ante omnia conſtare in accuſationibus, iuxtà tex. in l. 1. §. idem illud, ff. ad Sillania. & l. neceſſario, §. 1. eodem tit. & ibi communiter omnes, & in alijs locis adductis per Iul. Clarũ in praxi crimina. §. final. quæſtio. 4. per totã, Farinac. de inquiſit. quæſt. 1. num. 6. & quæſt. 2. per totam, vbi exactiſſimè de hoc, & Ioſeph. de Seſſe deciſio. Arago. 111. num. 1. &

57 in terminis, quòd † in hoc ſtupri crimine requiratur, ſicut in reliquis, quod de corpore delicti conſtet, docet Clar. vbi ſuprà num. 4. circa fin. & ibi Baiard. in additio. numer. 7. Farinac. allegata quæſtio. 2. num. 24. in verſ. Benè verum eſt, & in tracta. de delict. carnis quæſtio. 147. §. probatio, num. 141. & Ioan. Bernardin. Muſcatel. in praxi crimina. tit. de

58 adulterio, ſtupro, &c. num. 7. Et eſt † ratio manifeſta, quia iſtud eſt ex delictis, quorum remanent veſtigia, vt dicunt Clar. & Muſcatell. in locis allegatis, in quibus certum eſt, & expeditum debere conſtare imprimis de corpore delicti, vt probant latè ijdem Doctores ſuprà adducti.

59 Propterea † inoleuit praxis vbique ferè obſeruata, & in noſtro Senatu nunquã prætermiſſa, quòd ſtatim atque fit denuntiatio, & querimonia huius delicti, primum ſit curare quòd recognoſcatur mulier per obſtetrices, & perſonas peritas, vt videant, & referant ſit ne mulier corrupta, vel non, prout teſtatur Abb. in cap. propoſuiſti, nume. 3. de probationib. Iul. Clar. allegata quæſtione 4. num. 4. circa finem, & ibi Baiard. numer. 7. Maſcard. de probationib. concluſ. 1412. incipien. Virginitas, num. 16. Menoc. de præſumptionib. lib. 6. præſumptio. 89. num. 11. & ſequen. qui allegant Franciſc. Marc. (corruptè tamen, & in locis vbi nihil de hoc) qui idem dicit deciſio. 468. par. 2. Rot. Roman. apud Aemilium Verallum Caputaquen. deciſio. 214. num. 11. in 2. par. Deciſio. Petulin. 34. apud Alexa. Ambroſ. n. 18. in 2. etiã par. in quibus locis habetur qualiter ſit ad iudicium peritorum primitùs recurrendum, ad videndũ corrupta ne fuerit mulier, vel non, quæ de ſtupro in ſe commiſſo conqueritur, & qualiter ipſarum obſtetricũ relationi ſtetur, ſit ne mulier pro virgine, vel corrupta reputanda, dum fiat, vti adſolet, iuriſiurandi religione interpoſitâ. Idem probant Anton. Gomez tom. 2. variarum reſolutionum cap. 9. de contract. verbor. numer. 5. verſicu. Secondo infero, & Ioan. Bernardi. Muſcatel. in allegata praxi criminal. tit. de adulterio, ſtupro, &c. à num. 5. vbi ex Folletio in loco per eum citato, ponit praxim huiuſce rei, & eſt approbatum per Rotã Romanã in recollectis per Farinacium deciſion. 277. in 2. par. in ordine ad volumina deciſionum, quæ edidit, omnes ad id allegant l. 1. ff. de vẽtre inſpicien. cap. propoſuiſti, & cap. cauſam matrimonij, de probationibus, ac cap. fraternitatis, de frigid. & maleficia. quibus iudicium hoc per obſtetrices, & peritas perſonas approbatur; & in Regno Caſtellæ expreſſis legibus cauetur, partita 3. l. 8. tit. 14. & ibi glo. cap. 6. & partita 4. l. 5. tit. 8. glo. 9.

60 Et licèt † nonnullis videatur, vel videri poſſit, quòd nõ videretur res hæc obſtetricũ iudicio committi: primò, quia ſæpè manus fallitor, & oculus obſtetricum, vt dicit tex. in cano. nec aliqua 27. qoæſtio. 1. cum ſimilibus allegatis per omnes ferè Doctores ſuperiùs adductos, & ſignanter Baiard. refert exemplum, in quo poteſtas ſecularis voluit de falſo punire duas obſtetrices, ex quo vocatæ de improuiſo ad recognoſcendum mulierem, nom eſſet pregnans, vel non, retuleruut non eſſe pregnantem, & tamen paulò poſt apparuit contrarium; & alia ſimilia etiam exempla alij referunt, quibus comprobatur harum mulierum manuum, & oculorum fallacia.

61 Secundò, † propter Diui Ambroſij auctoritatem, qui libro epiſtolarum 8. epiſto. 64. vt refert Tiraquellus ad leges connubiales ſuper l. 4. gloſſ. 1. par. 4. numer. 22. mirum in modum increpaſſe dicitur Sinagrium Veronenſem Epiſcopum, qui virginis accuſatæ ſtupri, ſecreta genitalia ioſpici inſſetat, ad deprehendenda libidinis veſtigia.

62 Tertiò † denique, quia videtur non credendum, immò merum eſſe commentitium quòd defloratio virginis relinquat veſtigia, per quæ valeat ea cognoſci, & diſcerni, ad quod libuit doctiſſimi Annæ. Rober. fruſtrũ cap. 10. lib. 4. rerum iudicatarum folio 787. hic inſerere, qui meliùs, & pulchriùs id declarat, quàm ego alijs verbis ſcirem referre. *At* (inquit) *ſi de virginitate mulieris diſputetur, conſtat ex mulieris, aut puellæ viſitatione,*

ne, nihil quicquam certi, nihil veri deprehendi poſſe. Quid enim virginitas inani ſpecie iactatur: cur ve hoc commento mulieres continua fraude viros fallere conſueuerunt? Antiqui † *pelliculam eſſe crediderunt, quæ hymen diceretur, cuius ruptione virginitatis defloratio fieret. Itaque vt virginitatis integritas noſceretur, exquirendum cenſebant, an pellicula illa integra, an verò rupta, & effracta eſſet. At nihil proponi poteſt iſto mendaci cõmento fabuloſius, nihil abſurdius.* 63 64 *Licèt* † *enim pellicula illa in plerisque, non tamen in omnibus puellis reperitur. Imò etiam in his ipſis, in quibus deprehenditur, non tamen eadem in omnibus eſt, nec ſimili* 65 *tenore, aut eodem in loco. Quod ſi* † *in ipſa defloratione aliquando ſanguinem proſilire, aut erumpere contingat, hoc vel propter nimiam vim coeuntis, qui claustra primus aperiat, (vt ſanè prima coitio eſt acerrima) vel aliundè procedit. Ridiculum enim eſt ſi dicamus vel pelliculam illam rumpi neceſſe eſſe, vel ruptæ veſtigia quædam ſupereſſe, ex quibus certa virginitatis vel integræ, vel corruptæ indicia proferãtur. Sed cùm olim priſcã credulitatem hic error occupaſſet virgineam illam membranam (Græcè hymen) non ſine vi ſanguinea perrũpi, multæ, variæq. diuerſis in locis adhibebãtur fallaces deceptiuncula, &c.* Quibus verbis ſi non probatur intentũ, non video qualiter valeat probari. Adde patrẽ Sanchez de matrimonio lib. 7. titu. de impe- 66 nimentis diſputatio. 14. num. 1. vbi † quærens quid ſit ſignaculum virgineum, concludit cum pluribus peritiſſimis Medicis, non eſſe carneam illam membranã, quæ hymen, & eugion appellata, virginibus dicitur eſſe peculiaris, ac virili coitu lacerata aboleri, quia ex mille vna eam membranam nõ habet: ſed imò, vt iam aliàs dixi in ſuperioribus, eſſe quandam quaſi complicationem partium ipſius orificij vaſis fœminei, quæ per viri acceſſum dilatantur, & ſic aperitur, & patefit vas. Volui ad propoſitum videre 67 Hieronymum Laurentium Doctorem Medicum, qui in ſua hiſtoria anatomiæ humani corporis libr. 7. de partibus generationi dicatis, an hymen reperiatur, & de notis virginitatis, quæſtione 13. rem hanc tractans, figmenta eſſe dicit quæ vulgo circumferuntur de membrana, quæ exiguo foramine in medio peruia, vel (vt alij exiſtimabant) cribri inſtar perforata, vt fluentibus menſtruis pateat aditus, in vulua mulieris exiſtere putatur, & primo concubitu dirumpi, & lacerari. Quod ſi ita eſt, non videtur quicquã profutura diligentia recognitionis mulieris vt integritas, vel corruptio deregatur, poſtquam nihil laceratum manet propter corruptionem, quod oculis cerni poſſit, vel manibus tangi.

68 His † tamẽ, & alijs, quæ adduci poſſent, non obſtantibus, nec obſiſtentibus tenendũ cum communi praxi proculdubio eſt, quòd fiat, ac fieri debeat huiuſmodi recognitio, & ſtetur recognoſcentium formiter factæ relationi. Nec obſtant contraria, ac imprimis primum diſſoluitur concedendo aſſumptum, quòd fallax ſit obſtetricum, quæ in hoc miniſterio intereſſe ſolent, iudiciũ; ſed non propterea eſt ab illo recedendum, poſtquam aliud non habemus, quo huic negotio prouideamus, vt mirabiliter dicebat Robert. loco ſuperiùs allegato fol. 810. his verbis: *Incerta quidem eſt & periculoſa viſitationum fides, at nulla certior poteſt eſſe pro-* 69 *batio, &c.* Reliqua † etiam experimenta, & iudicia hominum (ego addo) fallacia ſunt omnia valdè, iuxtà illud Hyppocratis ſummi Medici aphoriſm. 1. *Ars longa, vita breuis, experimentum fallax*, & tamen eis paſſim vtimur, quia aliud non poſſumus. Et q magis eſt, Pontifex ſummus in allegat. cap. cauſam matrimonij, de probationib. ſciebat benè iudicium harum mulierum eſſe fallax, vt idem ipſe ibidẽ dicit, & tamen vult quòd non propter hoc ſit ab eo abſtinẽdum in rebus iſtis, ſolùm requirit quòd ex his mulieres eligantur, quæ ſint prouidæ, & prudentes, vt ibi eſt videre.

70 Ad † ſecundum, de auctoritate Diui Ambroſij relata per Tiraquell. loco allegato, & poſteà ad propoſitum adducta per Baiard. vbi ſuprà, dico, quòd non parùm negligenter id fuit factum: ſi enim paululùm inferiùs eundem Tiraquellum legerimus, nempè nu. 23. ſtatim ſequenti, reperiemus ipſum nihilominùs quòd auctoritatem Diui Ambroſij anteà adduxiſſet, approbaſſe iſtam noſtram mulierum recognitionem per matronas, & obſtetrices peritas faciendam, & vlteriùs q reprobat Diuus Ambroſius, & alij Doctores ibidem per eundem Tiraquellum relati, eſſe inſinuat quòd per mares fœminæ nudæ conſpiciantur.

71 Ad vltimum, † ſit ne, vel non, pellicula illa, ſeu carnea membrana in mulieris vulua, & rumpatur, vel non, per primam coitionẽ, non eſt noſtrũ definire, ſed Medicis, & peritis diſcutiendũ negotiũ, vt rem ipſorum propriã, relinquere: ſolũ dicimus negari nõ poſſe quin adſint in muliere aliqua virginitatis ſigna, ex quibus an integra, an verò corrupta ſit, poſſint periti per inſpectionem iudicare: idque duobus irrefragabilibus teſtimonijs intendo probare. Primum deſumitur ex ſacris litteris Deuteronо. cap. 22. vbi quid agendum ſtatuitur quando is qui

aliquam

aliquã accepit in vxorem, *imponit ei* (vt dicit ſacer tex.) *nomen peſſimum, dicẽs non inuenisſe eam virginem, & propterea volens eam parentibus reſtituere: debent enim parentes illam tollere, & ferre ſecum* (ſunt verba text.) *ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis, qui in porta ſunt, & conquerendo de genero dicere, Filiã meam dedi huic vxorem, quam quia odit, imponit ei nomen peſſimum, vt dicat, non inueni filiam tuam virginẽ, & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ. Expandet veſtimentum coram ſenioribus &c.* Secundum teſtimoniũ deſumitur ex Decretali illa incip. Cauſam matrimonij, de probat. ſup. rela. vbi de matronis, & obſtetricibus, quæ pro recognoſcẽdis mulieribus aduocantur loquẽdo, dicitur id fieri *ad inueſtigandum ſigna virginitatis*. Hæc qui legerit, negare non valebit quin ſigna adſint in muliere, ex quibus an integra, vel corrupta ſit, dignoſci poſſit. Difficultas ſolùm cõſiſtit in diiudicando, & cognoſcendo, quæ ſint ea. Quę nos peritis relinquimus, quorũ id eſt
72 proprium: & ſi † nonnihil de hoc ſcire voluerit, lege patrẽ Sanchez de matri. lib. 7. de impedi. diſp. 113. n. 10. vbi tradit quomodo hęc dignoſcantur, dignoſciq. poſſint, & valeãt, & præterea docet quales ſint matronę aduocãdæ pro huiuſmodi exercitio faciendo, & quę requirantur ad illud: conſule itẽ Andre. Laurent. doctorem Medicum loco ſuperiùs relato, vbi de his multa.

Concludimus igitur cum his, quæ dicta in principio fuere, neceſſum in hoc delicto eſſe conſtare imprimis de corpore delicti, prout
73 in alijs quorum remanent veſtigia (ſicut † cũ de frigiditate, & impotentia probanda agitur, vt per Annæ. Roberter. iudicat. lib. 4. c. 10. per tot. ex *ſentẽtia* Sena. Pariſ. de qua ibi, † & *Rot. Rom.* apud Farina. in 2. vol. in ordi. ad deciſſ. deciſ. 277.) pet matronarum, & peritorum inſpectionem, & recognitionẽ, iuxtà cõem praxim, quæ ſi ſucceſſerit in fauorẽ rei capti, velnti ꝙ referatur mulierem quæ conqueritur de ſtupro in eam commiſſo, eſſe ad huc virginem, nec eſſe corruptã, relaxandus imò veniet, nec potetit modo aliquo detineri, quantumcunqne reclamet accuſatrix, tanquã deficiente principali fundamento inqniſitionis, ſeu accuſationis, nempè corpore delicti, ꝙ præterquam quòd patet ex ſuperiùs à nobis adductis, probat in terminis Viuius deciſ. 299. n. 9. & conueniunt quotquot fuerũt à nobis ſup. allegati in hac materia DD. ſed rarò, mihi crede, id accidit, quia rarò reperietur, quæ de corruptione conqueratur, dum integra eſt.

74 Verum eſt † (vt nihil omittamus intactũ) ꝙ contra hanc relationem debet pars admitti ad probandum ſi vult, vt expreſsè ſancit Pontifex in allega. c. cauſam matrimonij, de proba. & Pacia. diſputat in terminis in trac. de proba. lib. 2. c. 2. n. 12. & ſeq. Si facta fuerit per puellam probatio ex relatione aliarũ obſtetricum, & peritarum perſonarũ ad recognoſcendum eam introductarum, ꝙ imò eſt corrupta, & non integra, contra id ꝙ aliæ dixerunt, quęro, cui probationi ſit potiùs ſtãdum. In quo ego exiſtimo multum facturum iudicis prudens arbitrium, & ideo nõ poſſe ſuper eo negocio certam regulam conſtitui, ſed ex qualitate facti, & circumſtantijs concurrentibus eſſe diiudicandum, & arbitrandũ: videnda eſt egregia Ro. Rom. deciſ. 277. ſup. relata, quæ tota de hoc tractat.

75 De ſigno † linteaminis ſanguinolenti reperti, quod DD. de hac materia agentes, inter alia ſigna virginitatis promiſcuè commiſcent, num per illud probetur virginitas, vel non, ego exiſtimo non oportere ꝙ hic tẽpus conteram in diſcutiendo, poſtquã nihil prodeſſe poteſt ad inſtitutũ quod proſequimur, niſi caſu quo ſimul, & in eodẽ loco, ac in fragrantia criminis ambo mas, & fœmina de-
76 prehenderentur; nam alias † ſi ex interuallo, notũ eſt omnibus quot deceptiones in hoc fieri ſoleãt, vel ſaltem poſſint, de quibus per Farina. loco inferiùs allegãdo, & meliùs per Annæ. Rober. loco cita. pag. mihi 788. qui loquitur de certis ſucceſſibus in ciuitate Neapolis circa hoc comprobatis. Si autẽ crimine fragranti caperẽtur ſtupratores, arbitror qũòd multùm prodeſſet ad iuſtificandum copulam quam exquirimus, imò & ad probandum virginitatẽ, licèt in hoc caſu non ſit neceſſaria ea probatio, vt diximus, cùm ex ſe iã præſumatur ea qualitas naturalis, mulierẽre perire cum linteamine ſanguinolẽto, in quo
77 cubaſſet cum viro. Video † enim in ſacris literis, vt tradidimus ſuprà, hanc coniecturam approbatam, & habemus expetientiam notoriã huiuſce rei, quòd omnes omninò mulieres in prima coitione emittunt ſanguinẽ ſi virgines ſunt, & ideò meritò plures DD. relati per Farina. in alleg. §. probatio, n. 148. & à Muſcatell. in citata prax. delictor. tit. de adulter. ſtupr. &c. nu. 8. hoc indicium, & hanc coniecturam virginitatis approbarunt. Eandem coniecturam † *approbauit* Rot. Ro. apud Farina. in 3. vol. deciſſ. per eum collectarum deciſ. 284. nu. 7. Quî autem fiat quòd exeat ſanguis ille, explicat tibi Andr. Laurent. loco iam ſuprà allegato.

78 Præterea † in aliquibus locis eſt conſuetudo quòd per propinquos mulieris ſumantur pannj, in quibus cubauit cum viro in prima nocte, & oſtendantur ſanguinolenti parentibus viri, aut alijs coniunctis, in ſignum quòd virgo, & integra fuit ei tradita, vt per

hoc de integritate mulieris ſatisfiant, de qua quidem conſuetudine quòd vigeat in ciuitate Nolen. auctor eſt Afflict. deciſio. 236. nu. 2. & 3. Et in hac etiam ciuitate Barcinonenſi vulgò fertur, quòd multùm ſit, vel fuerit in vſu, & obſeruantia. Signum ergo eſt, q̃ hæc veſtigia virginitas relinquat, per quæ ea cognoſci valeat.

79 Hic ſanguis † non debet eſſe multus, ſed imò modicus, vt experientia docet, & ideò quando multus eſt, ſignum eſt deceptionis, prout pulchrè habetur per Rotã Roma. deciſio. 69. à nu. 10. in recollectis per Farinac. † & poſitis poſt 1. vol. conſſ. vbi ex eo fuit *datum* pro non veriſimili, & non probato ſigno virginitatis, quod ex repertura linteaminum ſanguinolẽtorum allegabatur, quia deponebant teſtes de tanta ſanguinis copia, vt nedum in camiſia viri coeuntis reperta fuerit, ſed etiam in caligis illius. Atque hæc de hoc articulo dicta ſint ſatis, & parcant, obſecro, pudicæ aures ſi quid in re obſcæna lapſa ſit verecundi ſermonis modeſtia.

80 Cõſtito † per ſupradicta de delicto in genere, quod nos de corpore delicti conſtare dicimus communiter, deueniendũ poſteà eſt ad probationem illius in ſpecie, hoc eſt delinquentis, quod cum ſit probationis multũ difficilis, imò penitùs impoſſibilis, ſi de vera, & directa copulę probatione agatur, pro- † ut ex Lapo allegat. 53. & ibi addition. *tenuit* Rot. Roma. apud Farinac. poſt 1. vol. couſſ.

81 deciſ. 69. nu. 2. in fin. Ideo † præſumptionibus, & coniecturis illud probari voluerunt Doctores, ac illis quidem eiſdem quibus adulterium probari ſolet, de quibus latè per Maſcard. in tracta. de probationib. concluſ. 1338. incip. Stuprum, & in alijs locis, vbi ſe ipſum is auctor allegat in fine dictæ concluſionis, Menoch. præſumptio. 41. lib. 5. & conſil. 31. vol. 1. Ioan. Baptiſt. Lup. in tractat. de illegitim. & natural. liber. commenta. 1. §. 5. num. 121. multùm plenè Muſcatell. in prax. crimin. in materia adulterij, ſtupri, &c. in tit. de dictorum criminum priuilegijs, & pœnis ferè per tot. pag. 223. abundè itẽ Mari. Antonin. Maceraten. var. reſol. lib. 3. reſolut. 7.

82 per tot. vbi † ſignanter à num. 1. cum aliquibus ſequentibus examinat, num dictum mulieris, quòd fuerit ab aliquo cognita, probet ſtuprum, & reſoluit quòd non ſolùm nõ valet ad plenam probationem, ſed nec pro indicio ad torturam, coniunctum tamen cum alijs indicijs, & coniecturis, de quibus latè per Ambroſin. deciſio. 34. ex nume. 19. cum ſequent. in 2. par. plenam probationem effieere aſſerit idem Doctor in materia videndus, omnium plenißimè de his agit Farinac. de delict. carn. quæſtio. 147. in §. de probat. ſtupri per tot. & in alijs locis vbi ſe ipſũ ibi allegat, Rota Roma. apud Farinac. poſt eius 1. volu. conſil. totam de copulæ carnalis probatione confecit deciſio. 69. quæ non parùm conducit ad hãc materiam, & quia apud hos paucos omnia habes, quæ ad eam ſunt ſcire neceſſaria, & ego illam, quæ eſt capitulorũ matrimonialium, non quæ de delictorũ probandorum, tracto, ideò ſola ad eos remiſſione contentus, ad alia pertranſeo.

Concludamus † hanc materiam, quærentes de ſtupri, & eius actionis interitu (vti- 83 nam taliter illud interemptum reperiremus vt perpetuo ſepulchro, vndè nunquam exiret, claudere idem vti mortuum poſſemus) id eſt quanto tempore mulieri duret hęc actio, quam ei diximus competere ad petendum cõtra ſtupratorem dotem, cum quo recuperabimus filium, quod fuerat tot digreſſionibus, ad hanc tamen materiam ſummè, vt opinor, neceſſarijs, derelictũ, ac quaſi deperditum. Dic breuiter quinquennio eam actionem cõludi, taliter quòd li dum illud currit, nõ fuerit mulier conquæſta, non potuerit poſtea actionem vllam pro ſtupro in ſe commiſſo intentare, l. mariti, §. præterea, cũ §§. ſequentibus, ff. ad l. Iul. de adulterijs, & ibi communiter Doctores, gloſſ. final. in §. item lex Iulia de adulterijs, inſtit. de publi. iudic. Farinac. tit. de inquiſitio. quæſt. 10. nu. 15. qui † idem dicit eſſe in adulterio, incen- 84 ſtu, lænocinio, & alijs delictis, quæ lege Iulia de adulter. puniuntur, & eſt ita certum, quia iura promiſcuè de his delictis, atque de illo loquuntur, Iul. Clar. in §. adulterium, num. 20. & ibi Baiar. in addit. nu. 124. pater Moli. de iuſti. & iur. tract. 3. qui eſt tom. 4. di ſpu. 104. n. 3. Anto. Gom. in l. Tau. 80 n. 49. & 71. ita refert Papon. fuiſſe *tẽtum* in Sena. † Pariſien. arreſt. lib. 24. tit. 2. arreſt. 5. aliàs 6.

Nec † in hoc eſt aliquid in Cathalonia im- 85 mutatũ, quamuis enim habeamus in ea vſat. Omnes cauſæ, ſub tit. de præſcrip. peculiarẽ in hac Prouincia 30. annorum præſcriptionẽ ſtabilientem, quem æquè in criminalibus, in quibus de iure cõmuni ſufficiebant 20. anni, ex vulga. l. quæreã, C. de falſ. & ibi DD. Iul. Clar. in §. fi. pract. crimi. q. 51. n. 1. vt in ciuilibus locũ habere, non eſt, nec eſſe poteſt qui ambigat, cùm idem vſat. claris id verbis nobis dicat, & ibi Marquill. notat expreſsè, & etiã gloſ. in vſat. Hoc quod iuris eſt Sanctorum, in verſ. Et caſtrorum: nihilominùs † dictus vſaticus non tollit alias minoris temporis introductas præſcriptiones: ſolùm enim diſponit quòd omnia præſcribantur triginta annorum ſpatio, ſed non negat quin poſſint minori tempore concludi, & ſic non tollit minores præſcriptiones, prout in ſpe-

eie

cie aduertit noſtet Mieres in curia Reginæ Mariæ cap.9. num.46.collatio.10.volum.2. fol.14. Marquill.in ſupradicto vſatic.Omnes cauſæ, fol.382.colnmn.3.ſtatim in init. Iacobus Cancer in 1. par. variarum reſolutionum cap.15.de præſcription.nume.1. & in 2.par.cap.11.de pace, & treug.nume.98. & in 3.par.cap.4.de ſeruitu.num.47.& 165.

87 in quibus locis† docet in Cathalonia ſolùm eſſe ſublatas præſcriptiones decem, & viginti annorum, & ad trigiuta vſque annos dilatatas, non verò quæ requirunt longius tempus, vel minus quàm decem, & viginti annorum, Antonius Olib.in §.pœnales,numer.103. & in §.rei perſequendæ,nume.24. inſtit.de actio.vbi idem quod Cancer dicit.

88 Sed † quamobrem ſit in Cathalonia receptum quòd per dictum vſaticum tollantur quidem præſcriptiones decem, & viginti annorum, & non aliæ minores, ego conſiderans non parùm quandoque mirabar cùm non viderem diſcriminis, & differentiæ rationem ſuffragantem : reperi tamen quòd Mieres loco ſuprà citato id tribuit conſuetudini Cathaloniæ, quòd ſcilicet de conſuetudine in Cathalonia ſint ſublatæ præſcriptiones decem, & viginti annorum, & illæ ad 30. vſque annos extenſæ, & ibid. ac in c. *Hauents à cor*, eiuſdē curiæ Reginæ Mariæ, nu.5.fol.24. hanc conſuetudinē ortam fuiſſe dicit ex conſuetudine ſcripta in localibus Barcinone*, recognouerunt proceres, nuncupatorum in cap.44.quod eſt huiuſmodi tenoris : *Item omnis actio perſonalis, vel realis, quæ de iure communi debet tolli decem,vel viginti annis, debet extendi vſque ad triginta annos, excepta hypotecaria, quæ extenditur vſque ad quadraginta annos contra debitorem poſſidentem rem obligatam, vel eius hæredes*, quæ localis conſuetudo clarè commonſtrat mentem ipſius non fuiſſe aliam, quàm loco præſcriptionum decem, & viginti annorum ſubrogare præſcriptionem triginta annorū, & ad hoc vſque tempus illas extendere velle, reliquis ſiue maioribus, ſiue etiam minoribus præſcriptionibus in ſuo robore permanentibus. Reperi (inquam) quòd ſupra dicta differentia inter præſcriptiones decē, & viginti annorum : & eas,quæ ſunt minoris temporis, ortum habuit à conſuetudine ſupradicta, & obmutui, aliàs enim multùm erat de ea differentia dubitandum, & ego cùm hæc à noſtris audirem, antequam ſuprà dicta viderem, non parùm de eis mirabar, & quæ poſſet eſſe huiuſce differentiæ ratio, anxiè exquirebam.

89 Fallit † quòd diximus ſuperiùs hanc actionem, quam habet mulier vitiata contra vitiatorem quinquennio claudi,à die delicti ſtupri commiſſi connumerando, & vlteriùs non progredi, vtnō procedat quando idem delictum foret ab eodem iteratum,& ſæpiùs poſteà cum eadem muliere commiſſum, tūc enim non à primo, ſed ab vltimo perpetrato delicto foret tempus connumerandum : habet enim & continet illa iteratio delicti quandam quaſi præſcriptionis interruptionem, prout pluribus docet Petr.Caball.reſolutio.criminal.caſ.7.centur.1. vbi ita dicit ſæpiùs *iudicatū*, & ego ex multis probaui tom.1.clauſu.4.gloſſ.18.par.5.à num.33.

90 Circa † quem locum, & materiam, quæ ibi à me tractatur, illud velim animaduertas, poſtquam in eum locum, & eius materiam incidimus, non placere nunc illud quòd ibi num.33.obiter retuli ex Hierony.Laurent. in deciſio.Auenionen.86.num.10. quòd interrumpatur præſcriptio medelarum, & ſalariorum ſcripturarum tabellionum, ſi continuauerit debitor medelas recipere à pharmacopola, & conficere inſtrumenta apud eūdem tabellionem poſt lapſum terminum ad præſcribendum ſtatutum : hoc enim non

91 poteſt extare, cùm exincta † obligatio nūquam reuiuiſcat,l.qui res 95.§.aream,de ſolutionib. iuncta l. 3. & 4. C.de præſcriptio.

92 trigin.vel quadragin.anno.& præterea † interrumpi propriè diei non poteſt tempus q̄ iam completum eſt,proindeq̄ melius ſenſiſſe arbitror Antonium Fabr. in dicto loco num.35. à me allegatum, in ſuo Cod.lib.4.

93 tit.41. de locat.definitio.34. dum dicit † q̄ ſi ſteterit procurator per integrum biennīū, quod erat pro præſcriptione ſalarij inductū, à die quo deſierit pro ſuo principali procurare, petere ſua ſalaria,quamuis poſteà aliā nouam pro eo defendendam ſuſceperit litem, non poteſt præteriti temporis ſalaria petere, quaſi per hanc nouam procurationē reuiuiſcerit extincta obligatio, niſi intermedio illo biennij tempore aut ſalarium petijſſe proberur, aut ne inſtantiùs vrgeret, præſens aliquid à principali ſuo exegiſſet.

94 Præſcripta † autē actione criminali accuſandi vxorem de adulterio, an duret ciuilis, vide Pluæbum, qui in terminis de hoc agit arreſt.149.poſt deciſſ.Portugal.

95 Sed † nō credas (vt reuertamur ad rem) quòd ſupradicta procedant in omni ſpecie ſtupri,ſed in ſimplici tantùm,de quo nos ad noſtrum propoſitum verba facimus:ſi enim eſſet qualificatū,putà per vim cōmiſſum,vel etiam cum inceſtu commixtū,tunc eius accuſatio propter ſui ipſius atrocitatē non finitur quinquennio:de primo eſt tex.in l.mariti lænocinium,§.fi.ff.ad l.Iul.de adulte. Tiber. Decia.in tract.crimin.tom.2.lib.8.de ſtupr. vel coitu violen.nu.12. Farina.de inquiſi.q.

10.nu.18.vbi plures allegat. De ſecundo eſt tex.in l.vim paſſam,§.præſcriptione,ff.eodē tit.ad l.Iul.de adulter. Farina.vbi proximè nu.19. Baiar.ad Iul.Clar.in §.adulterium,n. 127.Boer.qui de vtroque caſu loquitur,deciſ.26.à nu.12.Polidor.Rip.de noctur.tempo.c.55.de præſcript.nu.2.qui alias limitationes adducit.

96 Ratio † fundatur in vnione delictorum, quo caſu quando vnū ex ipſis eſt magis perpetuum,tunc illud reducit ad ſui perpetuitatem illud q̄ eſt minus,cumque delicta inceſtus,& de vi publica tempus habeant ordinarium ad ſui extinctionem, nempè 20. annorum de iure communi, iuxtà l.quærelam, C.de falſ.ideò adulterium,vel ſtuprum,quę cum eis permiſcentur,idem tempus habere debent,licèt ſi ſola eſſent,minori proculdubio temporis ſpatio finirentur, ſic pulchrè Boer.vbi ſupra.

Hæc ratio poteſt tibi ſeruire pro regula, vt cognoſcas qualiter & quando hęc delicta quinquennio claudantur:ſi enim coniungun tur cum alijs, quæ maius tempus requirant, tunc non habet locum quinquennij præſcriptio, quæ alias ſufficeret, & per hoc liberamur,ac liberatos nos eſſe cenſemus ab vlteriori huius materiæ explicatione, & tractatione. Atque hæc de ſtupri materia dicta ſint ſatis,ne dicam nimis.

SVMMARIA.

1 *Raptor virginis tenetur eam dotare.*
2 *Siue cum illa nubat, ſiue non.*
3 *In hoc non differt raptor à ſtupratore ſimplici, quia & in hoc eſt idem ſtatutum.*
4 *Raptus crimen multò maius proculdubio eſt quàm ſtuprum.*
5 *Raptus crimen non requirit ad ſui eſſentiam copulam carnalem.*
6 *Raptus ad crimen ſufficit propoſitum cognoſcendi mulierem, & eam violandi, licèt ad effectum non perducatur.*
7 *Raptor, qui non cognouit raptam, non punitur pœna ordinaria raptus. vbi deciſſ.*
8 *Raptor monialis punitur pœna ordinaria, etiā ſi ea non cognoſcat.*
Raptor punitur ſemper pœna ordinaria, etiā ſi non cognoſcat mulierem raptam, ſi id nō ſucceſſit quia noluit, ſed quia aliquo impedimento facti impeditus, non potuit. ibid.
Raptor vt matrimonium contraheret, nec interim mulierem cognoſceret, non punitur pœna ordinaria. ibidem.
Raptor non punitur pœna ordinaria quādo eum pœnituit, & ideò raptam carnaliter non cognouit, etiā ſi id facere potuiſſet. ibi.
9 *Hierony. Ceuallos contra ſupradicta ſcripſit, & ab Auctore notatur, quia ſuprà captæ re ſolutiones fuerunt per plures, tum Senatus, tum Doctores graues approbatæ.*
10 *Raptor q̄ non punitur pœna ordinaria quando mulierem non cognouit, eſt valdè dubiū, cum ſine copula delictum dicatur perfectū, & conſumatum.*
11 *Rapta mulier vix à nullo credetur vnquā integra exiſſe à manu raptoris.*
12 *Raptor ſi non cognouit raptā, ſiue quia non potuit, ſiue quia noluit, nunquam punitur pœna ordinaria ſecundum vnam opinionem grauiſſimorum DD. & Senatuum.*
Raptor ſi mulierem non cognouit, ſiue quia noluit, ſiue quia non potuit, ſemper punitur pœna ordinaria, ſecundum aliam opinionē. vbi deciſſ. ibidem.
13 *Pater raptoris tenetur cum eū muliere, & familia alere, ſi pauperes ſunt.*
Stupri materia tota in omnibus ferè articulis, quos nos in ſuperioribus tractauimus, expēditur late per Anto. Monach. deciſion. Bononien. 41. & 42. videndus.

GLOSSA VI.

De obligatione raptoris circa dotationem mulieris raptæ.

1 RAptor † quoque virginis tenetur ad eādem,quam proſequimur dotationem faciendā, iuxtà ſacri Concil.Triden.diſpoſitionē,de qua in decret.de reformario.ſeſſ.24.c.6.quod † procedere vult
2 ſacra illa diſpoſitio ſiue is cum illa muliere
3 matrimonium contrahat, ſiue non, in † quo vult noſter Cancer in 3.par.var.c.11.de ſpōſal.& matri.n.24.differre ſimplicem ſtupratorem à raptore, ſaltem in terminis noſtri vſati. Si quis virginem,de quo tanta in ſuperioribus diximus, exiſtimat ſi quidem nō ſicut ille,teneri illum ad dotationem quando mulierem ducit vxorem, ſed qualiter decipiatur iam ſuprà oſtendi,non eſt quòd repetam. Huius ſacri Conc.Tridē.diſpoſitionis ad propoſitum meminere Theſaur. deciſio. 217.nu.6.in fin.Franc.Monal.conſ.85.nu.8. par.2.Thom.Sanchez de matrimo.lib.7.de impedimen.diſput.13.nu.1.Hieron.Giach. in addi.ad Iul.Clar.in §.raptus,nu.7.Baiar. in addi.ad eundem ſuper eo.§.num.35. Farina.de delict.carn.q.145.§.raptus,nu.57. & noſter Cancer in 3.par.var.reſol.cap.11.de ſponſal.& matrimo.nu.24.

Quod & in noſtra Carthalonia locum etiā habere debere, & procedere ſine dubio mihi videtur indubitatum,quia ſequimur iuris canonici

canonici diſpoſitionem vbi non habemus, ſicut hic, quòd ius noſtrum municipale quicquam ſtatuerit.

4 Sed quid † mirum (dicebat mihi qui hæc ſpeculabatur) ſi reſoluiſti iam ſuprà quòd ſimplex ſtuprator tenetur ad dotationem in omni caſu, ſiue mulierem ducat in vxorem, ſiue non, minuet forſan obligationem qualitas raptus ſtupro ſuperaddita, quæ imò omni iure debet eam augere, cùm longè grauius delictum ſit raptus etimen, quàm ſtuprum ſolum? non eſt dicendum. Sed ego reſpondeo, quòd id procederet quando certum eſſet non dari raptum ſine ſtupro, tunc à maioritate rationis, ſi ſolus ſtuprator tenetur ad dotationem, ergo multò fortiùs ſi vlteriùs crimen raptus cum ſtupro commi-

5 ſit: verùm † raptus, vt talis ſit, & dicatur, diciq́ue debeat, non requirit ad ſui eſſentiã copulam carnalem, nec ſtuprum, ſed imò commiſſum dicitur etiam ſi mulier non ſit à raptore cognita, & vitiata, vt probat l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſco. & cleric. Tiberius Decianus in tractat. criminal. lib. 8. cap. 7. num. 3. & 33. Bernardin. Muſcatell. in prax. criminal. titul. de adulterio, ſtupro, &c. nume. 23. Proſpe. Farinaci. in allegato §. raptus, num. 3. Ioſeph. Seſſe deciſio. Regni Aragon. 94. num. 19. Sufficit enim ad

6 raptum † propoſitum cognoſcendi mulierẽ, & violandi eam, licèt ad effectum non perducatur cogitatio illa, vt plurib⁹ declarat Decian. vbi ſuprà num. 33. vbi ponit in definitione raptus verba illa, *Animo eam carnaliter cognoſcendi*, & id ſufficere aſſerit, vt raptus commiſſus dici debeat. Verum eſt

7 quòd † tunc non punitur delinquens pœna ordinaria, ſed imò leuiùs, & mitiùs arbitrio iudicis, ſi copula non interceſſit, ſed integra mulier rapta reſtituitur, Iulius Clarus in §. raptus, num. 4. & ibi Baiard. in additio. numer. 22. Farinac. abundè reliquos refert, qui idem tenent, & probant, de delict. carn. qu. 145. §. conatus, num. 198. & additio ad eius conſil. 33. ſuper verbo, fuerit, Ioann. Baptiſt. Lup. de illegitim. & natural. liber. commentar. 1. §. 5. numer. 128. in quibus locis plures

†† habentur de hoc in dinetſis Senatibus *deciſiones* factæ.

8 Super † quo tamen Tiberi. Decian. allegato cap. 7. numer. 34. quatuor diſtinguit caſus pro materiæ declaratione, quos bonum eſt hic proponamus, poſtquam in hanc materiam incidimus. Primus caſus conſtituitur in rapiente monialem. Secundus, in rapiente quamcunque aliam mulierem, quam non violauit, non quia violare nollet, ſed quia aliquo facti impedimento præpeditus, cognoſcere non potuit. Tertius, in rapiẽte vt matrimonium contraheret, & eam non cognoſceret antequam deſponſaret in facie Eccleſiæ. Quartus denique, & vltimus caſus eſt, quando poſt raptum raptorem pœnituit, & ideò raptam noluit carnaliter cognoſcere, etiam ſi id commodè facere potuiſſet. In duobus prioribus caſibus non ceſſare pœnam ordinariam ex eo quòd per raptorem non fuerit mulier cognita, & violata, Decianus probat loco iam allegato; ptimusq́ue habet rationem fundatam in atrocitate delicti, quod habet peculiarem iniuriam, quæ fit Chriſto domino harum ſanctimonialium, & ei dicatarum fœminarũ ſponſo. Quod Cæſarauguſtæ cùm illac de anno 1621. pertranſirem rediens ab oppido Ma-

† driti Curia domini Regis, *obſeruatum* vidi, condemnati enim fuerunt duo ſanctimoniaſiom quarundam raptores pœna mortis, licèt non probaretur eas cognouiſſe, forſan quia capti anteà fuerant cum illis. Secundus, in eo quòd per ipſum non ſtetit, quod

† *approbatum* fuiſſe in noſtro doctiſſimo Senatu de anno 1568. contra quendam raptorem, qui in via, antequam potuiſſet mulierem cognoſcere, fuit apprehenſus in raptu, & propterea furca ſuſpenſus, auctor nobis eſt nobilis Ludouicus à Peguera deciſio. 43. num. 2. multùm ad id celebrata à Doctoribus, qui de materia agunt, ſuperiùs adductis. In duobus verò poſtetioribus tenet intrepidè Decian. fore minuendam pœnam, nec ordinariam eſſe irrogandam: habent enim rationem fundatam in circumſtantijs, quæ ea delicta comitantur, quæ faciunt ceſſare pœnam ordinariam; additq́ue poſteà is Doctor, quòd dũ dixit in definitione raptus, *Animo cognoſcendi eam carnaliter*, intelligendũ eſt prout ipſe intellexit, durante ſemper eodem propoſito, ſecùs ſi illud mutatũ eſſet, quia tunc puniẽdus quidem foret raptor propter raptum, & iniuriam ex eo illatam, ſed non pœnis ordinarijs, & quòd ita ipſe

9 iudicaret, poſteà aſſerit. Hos † quatuor caſus ad litteram refert Hieronymus Ceuall. in cõmu. cont. cõm. q. 596. à n. 22. licèt reſolutiones ſuper eis captas ſibi minimè placere dicat, volens quòd imò ſiue cognoſcat, ſiue non cognoſcat mulierem raptor, & ſiue id fiat ex vna, ſiue ex alia cauſa, debeat nihilominùs pœna ordinaria ſemper puniri, quia delictũ hoc ex primordiali natura non requirit copulã, & videri ſibi dicit, q̃ tãta iniuria, qualis mulieri raptæ, & eius parẽtibus infertur, non poteſt minori pœna qua mortis naturalis, quę eſt ordinaria huius delicti, puniri. Cęterũ Deciani in prędictis quatuor caſibus factas reſolutiones in terminis approbarunt plures, quos referunt Iacob. Menoc. de ar-

birrar.iudic.caſu 291.à num.34.& caſ.360. à num.32.pater Sanchez de matrimo.lib.7. de impediment.diſputatio.12.numer.18.& Proſper Farinac.de delict.carn.quæſt.145. §.conatus,num.209.limitatio.1.& ante eos Didac.in clemen.ſi furioſus,in 2.par.in initio num.8. apud quos, quia reliquos videre poteris, qui de materia agunt, illorum ſola allegatione contentus ad alia pertranſibo: ipſi pro dictis reſolutionibus eſſe communẽ Doctorum opinionem præterea aſſerunt. Sed quid ego in his immoror? quæ non ſunt mei inſtituti propria, viſa tamen non omittenda quia pulchra.

10 Et vlteriùs † placet animaduertere quòd ſi materiam raptus, & illius pœnarum ego ex profeſſo tractarem, dubium mouerẽ circa reſolutionem, quam Doctores communiter accepiſſe diximus circa quantum caſum raptus ſine copula commiſſi, quòd ſi rapror mulierem non cognouit quia noluit, quamuis commodè potuiſſet, pœnitentia forſan ductus, non debeat pœna delicti ordinaria puniri, qui non obſtantibus ſuprà dictis, mihi ſemper eſt difficilis valdè & dubius: cùm enim raptus atrox delictum iam ſit, & dicatur cõſumatum, & perfectum ante copulam cum muliere habitam, vt diximus, & mihi concedunt omnes, qui raptus materiam tractant, non video quid profit in delicto conſumato pœnitentia. Præterea iniuria parentum, & infamia mulieris, quas præcipuè Doctores in hac materia conſiderant, & propter eas tam atrocem ius pœnam appoſuiſſe delicto dicunt, omnis omnimoda eis illata iam fuit ex ſolo raptu, etiam ſi reuerà non interceſſerit copula: nõ enim id quod eſt dicere, non fuit mulier cognita, tollit illam infamiam, nec illam iniuriam, nec opinionem mulieri reſtituit, quam ex
11 raptu, & propter illum amiſit, vix † enim ex mille vnus id creder, tametſi mille teſtibus dicatur probatum, iuxtà illud Ouid. de raptu Helenæ à Theſeo, quòd Dida. refert loco iam allegato, & ante eum gloſſ. in l. ſi verò non remuneraudi, in §. ſi adoleſcens, in princ.ff.manda. & omnes ferè qui de hac materia tractant.

A iuuene, & cupido credatur reddita virgo? Et in his, in quibus opinio ſolet facere caſum, & perſæpè præualere veritari, malim me dinitem eſſe, quàm haberi. Sed hæc ego omitto criminaliſtis exactiùs, ſi placet, conſideranda relinquens. Video quod Didac. quem poſteà ſequutus Menochius fuit in locis ſuprà citatis, hæc conſiderauit, vt perſuaderet graui nihilominùs pœna puniendum eſſe hunc raptorem. Sed quare id ad pœnam ordinariam extendere ij Doctores noluerint, cùm militent eædem rationes, ego non clarè video. Addo, quòd Doctores in hoc peccare mihi viſi ſunt quòd tractent caſum in abſtracto, non in concreto, eo modo quo in praxi eſt contingibilis. Vix enim perſuadere mihi valeo quod accidat verificari poſſe in rapiente nec mulierem cognoſcente, quòd id pœnitentia ductus non fecit, licèt commodè potuiſſet.

12 Sed hæc, † vt dixi, criminaliſtis relinquo diſcutienda, quibus commendo componant controuerſiam, & anthynomiam diſſoluant, quæ eſt inter duas Antonini Theſauri in allegata deciſio.217.num.1.& Hierony. Ceuallos in citata quæſtio.596. extremas opiniones: ille enim cum ſuo Pedemonta. Se-
† naru *vult* quod quomodocunque ſuccedat, ſiue ex quo noluit, ſiue ex quo non potuit, quòd copula non ſit ſequuta inter raptorẽ, & raptam, minuatur ſemper pœna, nec ordinaria applicetur. Hic autem è contra, ſiue vno, ſiue alio modo contingat quòd non ſequatur copula, ſit ſemper pœnæ ordinariæ impoſitioni locus. Vtraque ex his opinionibus grauiſſimorum Senatuum ha-
†† ber *auctoritatem*, qui illas ſunt ſequuti. Prima Senatus Pedemontani, vt dicit Theſaur. loco allegato, & Peguer. etiam in cita. deciſio.43. Secunda verò Patauij curiæ, vt refert Decia.lib.8.cap.6.num.11.vbi tres complices cuiuldam raptus pœna mortis punitos teſtatur, licèt quando capti fuerunt nec mulierem raptam violaſſent, nec etiam violare attentaſſent. Noſter Senatus diſtinguit inter non conſumãtem ob pœnitentiam, & nõ conſumantem ob impotentiam, vt primus nõ puniatur pœna ordinaria; ſecundus verò ſic, Pegue. vbi ſup. ſed ego in dictis perſiſto.

Non exiſtimes tamen (vt ad id reuertamur vnde noſtra cœpit oratio) quòd ſola dotationis pœna, quam ſuprà propoſuimus, raptor puniatur, imò pœna illius ordinaria eſt vltimi ſupplicij, prout omnes concludũt, qui materiam tractant, & optimè probat l. vni. C. de rapt. virgi. Theſaur. allega. deciſ. 217. num.1. Farinac. latè allega. quæſt. 145. §. raptus, num.7. & quorquot fuere ſuprà Doctores adducti in hac materia.

13 Vltimò † aduerte in hac materia, tam fauorabile ſe ſe ius pauperculis mulieribus corruptis, & defloratis, & per cõſequens ab hominibus deceptis, monſtrare, vt velit nedum quòd ij qui eas corruperũt pœnam dotationis luant, & alimenta proli indè forſan ſuſceptæ præſtent, ſed quòd id faciant etiam corrumpentium parentes, ſi pauperes ſint filij, nec poſſint id adimplere, (ſic ego intelligo,
† non aliàs) prout in Senatu Sebuſia. *deciſum* refert Anto. Fab. in ſuo C. lib.4.tit.9.defi.3.

hoc

hoc ſolo in fauorem patris in eo caſu conſtituto, quod quicquid in eam cauſam impenderit, poſſit filio in ſuam legitimam imputare, vide Surd. de alimentis tit. 1. quæſt. 12. per totam. Alia de rapta diximus in gloſſa præcedenti, vbi videas.

Poſt hæc ſcripta, & iam impreſſa quę præcedunt, deuenerũt ad manus meas deciſſ. Antonij Monachi Lucen. Florenti. & Bononiẽ. quem reperi binas Bononien. deciſio. 41. & 42. de hac ſtupri materia feciſſe, vbi omnia ferè cumulauit, quæ nos tractauimus in toto hoc largo diſcurſu de eo facto, vbi videas, & admiraberis opinionum hominum varietatem circa idem factum: agebatur de quodam ſtupro cum quadam vili perſona commiſſo, ſuper quo tres diuerſæ pro, & contra latæ fuerunt ſententiæ.

SVMMARIA.

1 *Tutores, & curatores tenentur ſuas pupillas dotare, & matrimonio copulare.*

2 *Tutores, & curatores, qui in collocandis, & dotandis ſuis pupillis ſunt negligentes, remoueri tanquam ſuſpecti poſſunt.*

3 *Tutores, & curatores ſunt loco parentum.*

4 *Tutores, & curatores non poſſunt aliquid accipere pro dotatione, & collocatione pupillarum. vbi deciſſ.*

5 *Gratis debet id facere quilibet quod facere de iure tenetur.*

6 *Fallit in donulis gratuitò datis ſine pactione, ſed ſponte ob gratitudinem, & ſimilia.*

7 *Iuramentum non obligat promittentem tutori, & curatori pro collocatione pupillæ, ſi impetratur abſolutio ab illo.*
Et iſta nullitatis promiſſionis exceptio poteſt opponi etiam ſi agatur via executiua. ibidem.

8 *Exceptio iuris opponitur contra inſtrumentũ guarentigiatum habens executionem paratam.*

9 *Turpitudinis propriæ allegatio permittitur quando alius fuit etiam eiuſdem turpitudinis particeps.*

10 *Conditio poſſidentis potior eſt in pari cauſa turpitudinis.*

11 *Officiales publici non habent præmium ex capturis facinoroſorum hominum aliàs promiſſum, ex quo tenentur gratis id facere.*

12 *Pecuniam recipiens pro eo quod tenetur gratis facere, dicitur turpiter facere.*

13 *Officiales Regij vt inuitentur ad malefactores capiendos, ſolent etiam cõprehendi, & ſpecificari in edictis publicis præmia promittentibus.*

14 *Tutores, & curatores ſi receperunt eum effectu pecuniam pro collocatione pupillæ, an teneantur illam reſtituere, & cui.*
Gloſ. in l. qui ſine, de nego. geſt. tenet quod non. ibid.

15 *Conditio poſſidentis in pari cauſa turpitudinis eſt potior.*

16 *Verius tamen eſt dari repetitionem conditione ob turpem cauſam.*
Quamuis digno tutores pupillam copulauerint. ibid.

17 *Regula, quòd in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis, intelligitur quando vterque eſt particeps turpitudinis.*

18 *Vſuras recipiens nullam dicitur committere turpitudinem.*

19 *Actionem eis damus, multò magis concedere debemus exceptionem.*

20 *Tutores, & curatores, qui pecuniam pro collocatione pupillæ receperunt, cui tenintur eam reſtituere ſunt quatuor opiniones, quas vide.*

21 *Tutores, & curatores tenentur ſoluere de ſuo ſi maiorem dotem, quàm hæreditas ferebat, viro pupillæ dederint. vbi deciſio noſtri Senatus.*

22 *Quod procedit etiam ſi mater ſit tutrix.*

23 *Fallit ſi ignoranter factum id eſt.*
An ignorantia in hoc caſu præſumatur. ibidem.

24 *Tutores, & curatores an poſſint ſine decreto iudicis dare in dotem pupillæ bona immobilia.*

25 *Mulier quæ nulla dote conſtituta nupſit, an compellatur ad ſeipſam dotandam.*

26 *Mulier, quæ nulla dote conſtituta nupſit, nõ cenſetur tacitè bona ſua in dotem conſtituiſſe. vbi deciſſ.*

27 *Matrimonium poteſt eſſe ſine dote.*

28 *Pacta non præſumuntur.*

29 *Mulier non tenetur ſe ipſam dotare, quamuis diues ſit, ſi maritus eam duxit ſine dote.*

30 *Nullus ſibi ipſi intelligitur obligatus.*

31 *Maritus poteſt mulierem expellere, ſi ſit diues, & nolit ſibi dotem conſtituere.*

32 *Maritus in hoc caſu poteſt alimenta vxori denegare.*

33 *Quamuis contradicat Cardinalis Mantica.*

34 *Sed an per iudicem Eccleſiaſticum debeat fieri hæc vxoris expulſio, an propria auctoritate.*

35 *Vxor non eiicitur à domo ob dotem non ſolutam, niſi à miſeris hominibus.*

36 *Mulier ex coniecturis probatur bona ſua attuliſſe in dotem viro.*

37 *Socer tenetur alere nurum ſine dote receptam etiam citra eius conſenſum.*

GLOSSA VII.

De obligatione tutorum, & curatorum circa collocationem, & dotationem pupillarum ſuarum: & de obligatione mulieris circa dotationem ſui ipſius.

1 TVtores quoque, † & curatores tenentur collocare in matrimonium pupillam ſub ſua cura cõſtitutam, eiſque dotem competentem conſtituere, & aſſignare, Ioan. Andre. in additio. ad Speculatorem titu. de iudicijs, §. generalia, ſuper num. 32. littera F. circa medium, ibi: *Quia quamuis fecit quod debuit, &c.* Alber. Bal. & Angel. in l. qui ſine vſuris, de nego. geſt. Palar. Rub. in repetitio. cap. per veſtras, §. 3. num. 22. de donatio. inter virum & vxor. Caualca. de tuto. & curato. num. 275. Bae. de decim. tutor. cap. 2. num. 114. & de non melioran. dot. ratione filiab. cap. 1. num. 9. Theſaur. deciſio. 192. num. 8. Ioan. Gutierrez de tute. & cur. par. 2. cap. 11. num. 1. & per totum illud cap. Don Garcias Meſtril. deciſio. Sicil. 63. in 1. part. In Regno Caſtellæ eſt de hoc lex expreſſa 9. in ordine, titu. 11. partita 4. Aliàs
2 vti † ſuſpecti poterunt curatores remoueri à cura, ſi de hoc, ſicut de bene erudiendis pupillis non curauerint, ad notata per Crauet. in conſi. 150. lib. 1. & in terminis ſic eſſe de iure refert Caualca. loco citato.

3 Hæc non † habent dubietatem, cũ enim loco parentum pupillis curatores ſint, qui dubitare poteſt quin hę obligationes eis cõtingant, quæ parentum eſſent ſi viuerent? maximè cùm nihil habeant ad id expendere de ſuo.

4 Indè fit † quòd nõ poſſunt curatores quicquam ea de cauſa accipere, quòd ſuam pupillam alicui in matrimoniũ collocauerint,
5 quia † cùm ad id de iure teneantur, debent id gratis facere, ad text. in l. copulandis, C. de nupt. & turpe eſt recipere pecuniam, & pretium pro actu, qui gratis debet expediri, ad text. in l. final. C. de condict. ob turp. cauſ. pulchra ad id ſunt conſilia Ancharani 175. & Nat. 76. & 77. Cancer. in 3. part. variarum reſolutionum cap. 11. de ſponſali. & matrimo. num. 11. nolter Mieres in conſtitutio. 3. ſub tit. de ſponſal. & matrimo. quam legit collatio 9. cap. 12. num. 37. in 2. parte pag. 95. Palat. Rub. in repetitio. cap. per veſtras §. 3. incip. Sed ſi filia contraheret, num. 22. Gregor. Lopez in l. 9. tit. 11. *de las dotes*, glo. 7. par. 4. Bae. de deci. tutor. cap. 1. n. 20. Ioan. Gutierrez in tract. de tutel. & cur. par. 2. cap. 11. num. 10. qui limitat, & benè, præ-
6 terquàm † in donulis gratuito datis abſque aliqua pactione, ſed ſpontè ob gratitudinem, & ratione nouæ affinitatis, vel amicitiæ: pulchra item eſt ad hoc inſtitutum allegata deciſio. Sicili. apud don Garciam Meſtril. 63. per tot. vbi ex ſupradictis *deciſum* in facti contingentia de anno 1599. refert exaudiendũ fore eum, qui contra curatorem petentem certam pecuniæ quantitatem ſibi pro maritanda pupilla promiſſam, oppoſuit de nullitate promiſſionis, & curatori fuiſſe
7 ſilentium impoſitum. Nec † quicquam ſuffragari iuramentum in promiſſione interpoſitum, ſi ab eo obtineatur abſolutio; neque etiam obſtare, quòd pro promiſſione agatur via executiua, quocunque enim modo agatur, ſemper exceptio obſtat, & obſtare de-
8 bet, quia hæc dicitur † exceptio itidem iuris, quæ poteſt opponi contra inſtrumẽtum habens executionem paratam, videlicet dolo facis petere quod reſtituturus es, Alexan. in l. 1. §. & parui, ff. quod vi, aut clam, Roderic. Suarez in l. poſtrem iudicatam, num. 45. de re iudic. io 2. par. fol. mihi 155. Meſtrill.
9 in cita. deciſio. 63. num. 6. & propriæ † turpitudinis allegatio permittitur cõtra eum, qui fuit etiam illius particeps, ad tradita per Hippolyt. Riminal. in conſil. 62. num. 28. & per Vincent. Hondede. in conſil. 46. nu. 32.
10 & 34. volum. 1. Iopari † enim cauſa turpitudinis potior proculdubio eſt conditio poſſidentis, vt ijdem Doctores docent, latè noſter Moli. de ret. nuptiar. & pact. in matrim. connent. lib. 3. quæſtio. 70. per tot. vbi plura de allegatione propriæ turpitudinis, & in noſtris terminis Meſtrill. in citata deciſione 63. num. 2. & 3. pulchra eſt in propoſito Antonij Capicij deciſio Neapolita. 95. per to-
† tam, vbi *deciſum* in eo Senatu dicitur turpiter accipi promiſſionem de aliqua pecuniæ quantitate ſoluenda pro aliquo actu, qui erat gratis faciendus, & ob id optima exceptione poſſe promittentem defendi ne ſoluat quod promiſit.

11 Multa † in iure ſimilia exempla habemus, quibus hæc mirè confirmantur, ſignanter in publicis officialibus id obſeruari intrepidè videmus, quod quia iam ipſi tenentur ex ſe, & ex iniuncto munere, ac ex debito officij malefactores capere, ideò præmia dictos malefactores capientibus promiſſa, eos non comprehendunt, prout Bald. aſſerit, poſtquã materiam tutoris, cui pro puella alteri in vxorem tradenda aliquid fuit promiſſum, tradidit, in citata l. qui ſine, in fin. de nego. geſt.

geſt. Bar. in l. ſi quis in graui, in §. vtrum, & ibi Doctores ad Syllama. idem Bart. in l. vt vim, colum. fina. ff. de iuſtit. & iure, vbi citat
12 Butriga. dicentem, † quòd vbi quis aliquid gratis debet facere, ſi pecuniã recipiat pro eo, turpiter facit, Pute. de ſyndicat. verbo præmium, num. 1. & ſequent. Azeued. in l. 1. num. 15. tit. 4. lib. 6. recopilatio. Bouadil. in ſua politi. lib. 5. cap. 7. numer. 18. Muñoz de Scobar de ratiocinijs cap. 26. num. 34. Ioan. Franciſ. de Ponte conſi. 59. num. 19. Niſi ex-
13 preſsè dicatur, prout in noſtra Cathalonia, vbi in edictis publicis, quæ de hac re fiunt, ſolent etiam officialibus publicis, ſicut & reliquis præmia promitti, vt eorum ſpe faciliùs applicentur ſeruire reipublicæ. Inquit enim Cicero lib. 1. Tuſculanarum quæſtion. *Quis enim virtutẽ amplectitur ipſam, ſi præmia tollas?* Sed quod habet mali res hæc, eſt, quòd præmia benè quidẽ promittuntur perquàm facillimè, ſed multùm difficilè, ac rariſſimè perſoluuntur, ob quod retardãtur plures ab exercitio virtutis, & debito reipublicæ ſeruitio, & obſequio; quia omnes ità tim conquæruntur quòd debitis defraudantur præmijs, non ſecùs ac illi, quorum eſt numerus infinitus, qui exiſtimantes ſe vel litteris, vel armis egregiè in republica laboraſſe, clamores formant inceſſanter, quòd nulla eis conſtituũtur præmia laborũ. De qua re non eſt quòd ego pluribus agam, ne videar eſſe de numero quærelantium, iniuſtè enim, ac indebitè facerem, ſi meam incuſarem fortunam non recognoſcens, quòd ſi nõ à Rege, à Deo Optimo Maximo (quod pluris ſine dubio faciendum eſt) multo plus debito præmiati mihi fuerint labores, ſit ipſius nomen ſemper benedictum, vtinam ſicut in vita non defuerunt temporalia præmia abundanter, non deſint in deceſſu æterna affluenter. De hoc argumento cùm vacabit, legere poteris noſtrum Ludouicum à Peguer. in ſua prac. in princ. tot. cap. 7. quod ſingulare eſt in materia præmiorum laborantibus tribuendorum, & electionum ad munera faciendarum, & librum egregium *Republica y Policia Chriſtiana* inſcriptum, quo nihil vtilius ad omnem politicam gubernationem. Sed non ommittas Spiritum ſanctum, qui ſub breuibus nos docet quàm acriter accipiat iſtos, qui vel litteris, vel armis in republica laborarunt, remanere ſine debitis præmijs, Eccleſiaſtici enim cap. 26. nu. 25. leguntur hæc pulchra verba: *In duobus contriſtatum eſt cor meum, & in tertio iracũdia mihi aduenit: vir bellator deficiens per inopiam: & vir ſenſatus contẽptus: & qui tranſgreditur à iuſtitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam, &c.* Sed hæc omittamus, & reuertamur ad inſtitutum.

14 Sed quando † eſt iam id quod promiſſum erat, receptum, vt adulta, quæ erat ſub alterius cura, alicui in matrimonium copularetur, dubium eſt non leue an detur repetitio, & ſeu condictio, & cui. Quoad primũ, glo. in citata l. qui ſine, ff. de negot. geſt. in verbo accepit, reſolutiuè tenet partem negatiuã, quòd ſcilicet non detur repetitio, vbi ſic formaliter loquitur: *Argum. pro quæſtione quòd tutor pecuniam quam recepit pro copulanda pupilla non teneatur reſtituere*, quam gloſſ. ſequuntur Guillermus de Ludou. ſingulari 41. & Borgni. Caualcan. de tutor. & curato. num. 277.

15 Præterea † dubium multùm rem hanc reddit illud quod ſuprà diximus quando pecunia promiſſa non eſt adhuc exacta, quòd ſcilicet exigi non valeat, ſi de turpitudine opponatur, quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt cauſa poſſidentis, ſic ſi exacta eſt, repeti non poterit ex eadem ratione, cùm in pari cauſa turpitudinis potior ſit conditio poſſidentis, id quod videtur probare l. penult. de condict. ob turp. cauſ. quæ loquitur in propriis terminis pecuniæ iam receptæ ob turpem cauſam, vbi gloſſ. verbo, ſolutum ſit, allegat plura concordantia, & poſt eam Anto. Faber in ſuo Cod. lib. 6. tit. 7. de cond & ob turp. cauſ. definitio. 2. multa inferẽs notanda. Et Senatus quidem Sicil. apud dõ Garciam Meſtril. deciſio. 63. num. 4. ſi hanc opinionem nõ fuit amplexus, ſaltem dubius permanſit, non audens contrariam veram aſſetere, cum enim oppoſuiſſet de gloſſ. in d. l. qui ſine, reſpondet eam verſari in pecunia iam exacta, caſus autem ſuæ deciſionis in adhuc non exacta.

16 Quibus † tamen non obſtantibus, veriſſimum eſt dari repetitionem per condictionẽ ob turpem cauſam, quamuis digno puellam matrimonio tutor, vel curator collocauerit, ita in terminis reſoluit Bald. in citata l. qui ſine, circa fin. de negot. geſt. Anchara. in allegat. conſil. 175. latiſſimè Natta in citatis duobus conſil. 76. & 77. volum. 1. noſtrates Mieres & Cancer in locis allegatis ſuprà, & de hoc eſt clara deciſio. text. in l. final. ff. de condictiõ. ob turp. cauſ. quam allegant, & ſequuntur gloſſ. in l. eos, ff. de tutel. & in l. 4. in §. ſi tibi, verb. repeti, eod. tit. de condict. ob turp. cauſ. & eam magni facit Natt. in citato conſil. 77. num. 3.

Et ſi alia gloſſa, Guillerm. de Ludouic. & Caualca. contrarium tenere viſi ſunt in locis ſupra citatis, veritatem tamen eos non attigiſſe vel hoc vnum mihi perſuadet, quod nihil allegent, quo ſuum dictum confirmẽt, imò contra eos clamat totus de condict. ob turp.

turp.cauſ.titulus,& ſignanter allegata l.fina. eiuſdem tit. Et præterea de gloſſa prædicta Palat.Rube.in citata repetitio. cap. per veſtras, §.3. incip. Sed ſi filia contraheret matrimonium, num. 22. de donation. inter virum & vxor. dicit ex Alberi. gloſſam illam eſſe corruptam, & malè ſignatam, & aliter eſſe legendam, taliter quòd huic opinioni non noceat, prout ibi videbis ad longum.

17 Nec † citata l.penult. ff.eod. tit. & quod Anton.Fab.docet, vbi ſuprà eum allegauimus, quicquam faciunt contra hanc opinionem, quandoquidem loquuntur quãdo tam ex parte dantis, quàm ex parte recipientis incſt turpitudo, tunc nemini dubium eſt, non dari repetitionem ex regula,quòd in pari cauſa turpitudinis poſſidentis porior debeat eſſe conditio: ſed hic nulla adeſt tur-

18 pitudo ex parte dantis, non magis quàm in eo, qui † promiſit ſoluere vſuras,cuius reſpectu nullam in eo actu verſari turpitudinem palàm eſt, ad rtadita communiter per Doctores in cap.debitores,de iure iur.Barboſ. in l.alia 15. §.eleganter,num.32.ſolu.matrimon. ergo optime ſequitur nihil eſſe in noſtro caſu quod impediat reſtitutionem.

Ex his inferas parùm accuratè accommodari primo caſui à nobis ſuperiùs ptopoſito, quando ſcilicet pecunia ſolùm eſt promiſſa, ſed nondum exacta, regulam quod in pari cauſa turpitudinis potior ſit poſſidẽtis conditio, vt concedamus promiſſori facultatem retinendi, ne pecuniam promiſſam ſolnete teneatur: non enim in occurrẽti caſu verſatur aliqua turpitudo ex parte promittentis, vt diximus. Melius ergo eſt quòd eum caſum ex alijs rationibus,quas Doctores ibi allegati adducunt, defendamus, &

19 ſignanter ex † illa,qua omnes iuuantur,quia cui damus actionem,multò magis concedere debemus exceptionem, & retentionem, de qua ſignanter pluta apud Meſtril.in cita. deciſio.63.num.4.

Solùm in illo caſu poſſet turpitudo conſiderari reſpectu promittentis, quando illi indigno pro pecunia pupilla tradita eſſet, & tunc optime intraret diſtinctio, quòd aut pecunia fuit iam recepta, & condici non poterit, aut non fuit recepta, & recipi non valebit, ex regula, quæ æquè in vno, atque in alio caſu militat, quòd in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſſidentis, prout plane relultar ex adductis ſuprà,& ſignanter Fabri definitio 2.tit.de condict.ob turp. cauſ. citata eſt notanda, & Natta animaduertendus in allegato conſilio 76.num. 11. in fine.

20 Ad ſecundum, cui † reſtitutio ſit facienda ratione harum nuptiarum per tutorem, vel curatorem exactorum, in caſu quo pecunia condici poteſt. Dic quòd in hoc ſunt quatuor opiniones: vna, quòd fiſco: alia, quòd pauperibus: tertia, quòd ipſi mulieri: quarta denique,quòd imò ipſi danti eſt facienda reſtitutio, prout refert Meſtril.in citata deciſio.63.num.4. Veritas tamen eſt danti ſote pecuniam reſtituendam, non alteri, quãuis Pala.Rub.Baeça,& Gutier.in locis citatis inſinuent imò pupillę,non alteri fore faciendam reſtitutionem: quod quia plutib. probat, & benè declarat Nat.in cita. conſ. 77. per tot. ideò vlteriùs non inſiſto, vide ampliùs Meſtrill. allegata deciſio.63.nu.1. in prima parte.

21 Caueant † tamen tutores,& curatores ne pro pupilla maiorem promittant dotem, quàm ſint illius bona, nam tali caſu de proprio compellerentur quod deeſt ſupplete, quia de ſuo viderẽtur tunc promiſiſſe, Bald. Nouell.de priuileg.dot.6.par. priuileg.13. num.4. Anto.Gomez in l.50.Tau.num.24. Baeça de non melioran.dot. ration. filiabus cap.11.num.155.Palat.Rub.in rubt.de donatio.inter virum & vxot. §.56. num.14. & Petr.Barboſ.in l.1.par.4.num.149.ff.ſolut.

22 matrimo. vbi vlteriùs † cum ratione teprobat differentiam quam in hoc aliqui facere voluerunt inter matrẽ tutricem, & alios, vt in illa tantũ,non in his,ſupradicta locum habeant,quaſi extraneus ſemper cẽſeatur ani-

23 mum repetendi habuiſſe,& finalitet † deindè illam diſtinctionem apptobat,quæ vulgò apud omnes circumfertur in hac materia inter ſcientem, & ignotantem, vt in ſciente pupillæ bonorum valorem adducta procedant, non in ignorante,in quo nullus poteſt eſſe conſenſus, nec animus dotandi. Tandẽ articulum tractat num in hoc caſu ignorantia, vel ſcientia præſumatur,ibi videas,quia non eſt cordi huius Doctotis labores tranſcribere.

Succeſſit iſte caſus diſputandus in noſtro Senatu de anno 1598. inter Ludouicum de Boxados militem, & Anaſtaſiam Caſademunt, coram egregio Senatore Ioſepho Dalmau, in quo die 8.Martij in reſolutione in ea cauſa facta fuit dictum, *Quòd in viam iuris quando mater curatrix, vel quilibet alius curator, vel adminiſtrator ſciens dotẽ, & patrimonium pupillæ, maiorem dotem promiſit quàm ipſa habebat, tenetur tunc de ſuo ſoluere illud quod excedit*, atque ita fuit *eb-*

† *demnatus* reus. Scientiam in curatrice Senatus collegit, vt inibi dicitur, ex eo quòd illa notitiam habebat teſtamenti patris pupillę cum de eo feciſſet mentionem in capitulis matrimonialibus illius, in quo conſtabat de hæreditate pupillæ,quantum ſcilicet ei pater

ei pater reliquerat ; vidi cõclusionem in Archiuo Regio.

24 Sed † vtrum ſine decreto indicis poſſit curator dare, & conſtituere pupillæ in dotem bona immobilia hæreditatis, tractat Ioann. Pet. Surd. in plena deciſio. 278. & poſt eum egregius Conſiliarius in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio, & in eodem Aduocatus Fiſcalis, don Franciſcus Hieronymus Leo deciſio. Valenti. 31. Veritas eſt quòd ſi dantur bona æſtimata, eſt neceſſarium decretum cum alienationem iſta conſtitutio ſapiat, quę non poteſt fieri abſque ſolemnitatibus iuris ; ſi verò dantur inæſtimata, cùm ſemper remaneant in ipſa muliere, & illius dominio, nihil vetat quin ſine decreto in dotem dentur ; ſic diſtinguit Leo vbi ſuprà, vbi dicit ita per illum Senatũ fuiſſe in facti con-

† tingentia non ſemel *deciſum*. Hæc ſcire parũ conducit ad praxim, in qua vix ſuccedet caſus, quo debeant impugnari dotationes per curatores de proprijs bonis pupillæ factæ.

25 Vltimũ, † pro complemento huius materiæ, quæ verſatur circa perſonas, quæ tenentur ad mulierum nubentium, vel etiam iam nuptarum dotationem, videndum eſt nunquid mulier, quæ nulla conſtituta dote nupſit, diues tamen eſt, & facultatibus abũdat, cogi poſſit, & compelli ad ſe ipſam dotan-

26 dam. Pro quo † eſt imprimis præſupponẽdum, quòd tali caſu non cenſetur regulariter mulier tacitè bona ſua marito in dotem attuliſſe, aut tradidiſſe, prout aduerſus glo. in l. mulier bona, de iur. dot. communiter reprobatam, magis receptum aſſerunt Deci. in authen. præterea, nu. 6. C. vnde vir & vxo. Didac. in epitom. ad 4. Decretal. de ſpõſal. par. 1. cap. 5. num. 5. Baeça de non meliora. dot. ratio. filiab. cap. 1. num. 9. Viui. deciſio. 289. num. 49. lib. 2. Magon. deciſio. Luceuſ. 76. Maſcar. de probationib. concluſio. 211. incip. Bona mulieris, & rurſus concluſ. 215. incip. Bona vxoris, num. 2. Menoch. de præſumptionib. lib. 3. præſumptio. 6. à num. 61. cum ſequent. Bernard. Brumſer. practicarũ obſeruationum lib. 1. tit. 22. obſeruation. 5. An dos præſumatur, num. 1. inter obſeruat. Hartman. Hartman. Federic. Scot. reſpouſ. 13. lib. 3. in 2. part. qui tamen multis circa hoc ſeſe diſtinctionibus inuoluit, Gail. obſeruatio. 82. lib. 2. late Ferrer in additio. ad Guid. Pap. deciſio. 499. & Barboſ. in l. 1. par. 3. num. 69. ff. ſolut. matrim. cum alijs per eos allegatis. Adde elegantem de hoc Senatus Sebuliani apud Anto. Fabr. definitio. 18. lib. 5. tit. 7. de iur. dotium, & Rotæ etiam Peruſinæ deciſio. 99. apud Ioſeph. Ludoui. par. 2. & aliam Rotæ Roma. 588. in 1. part. diuerſ.

†† in quibus locis ita *declaratum* in facti contingentia dicitur. Vide Illuſtriſſimum Cardinalem Manticam (quem cùm hæc ſcriberem, allatum eſt nuncium de terra in cœlum euolaſſe) de tacit. & ambig. conuention. lib. 12. tit. 3. vbi per totum examinat hunc articulum, & pro hac concluſione reſoluit illũ,

27 tum † quia matrimoniũ poteſt eſſe ſine dote, vulga. l. vlt. C. de donatio. ante nupt. & l. iubemus, C. de repud. tum etiam quia dotis conſtitutio in facto conſiſtit, l. 1. C. de dot.

28 cau. non nume. facta autem non præſumi palam eſt, l. quæcunque, §. fina. ff. de publici. in rem actio. l. in bello. §. facta, ff. de captiuis, & poſthlim. reuer. cum ſimilib. Et imputare ſibi debet maritus quòd in principio circa dotem non proſpexerit ſibi conſtituendam, de quo forſan in clauſula conſtitutionis dotis plenius agemus.

29 Hoc ſuppoſito, † intrat benè dubium, q̃ exiſtimamus diſſoluere, præſuppoſito enim quòd mulier, ſi nihil dixit, quantumuis diues ſit, non videtur in dotem bona ſua attuliſſe, iuſtè propterea quærimus nũquid poſſit ad dotem viro conſtituendam compelli. Quia in re breuiter concludendum eſt negatiuè, Bart. in l. 2. num. 10. & ibi etiam Ripa num. 43. ff. ſolu. matrimon. idem Bart. in ſua quæſtio. 7. incip. Mulier habens magnum patrimonium, num. 2. Bald. in l. fina. C. de ſenten. quæ ſine certa quantita. proferunt. num. 11. Menoch. in cita. præſumptio. 6. num. 19. & 74. Illuſtriſſ. Cardina. Mantica de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 17. Mulier an ſe ipſam dotare poſſit compelli, num. 4.

Allegantur ad id communiter iura text. in §. ſic itaque, in verſic. Si quis, in authenti. de nupt. & in §. quoniam autem, in authent.

30 quib. mod. effici. legitim. Et ratio † adducitur, quia nemo ſibi ipſi intelligitur obligatus, l. Vrianus, ff. de fideiuſſorib. Et præterea matrimonium poteſt ſine dote, & illius conſtitutione conſiſtere, vt diximus.

31 Verùm † cùm ſine dote non poſſint onera matrimonij ſuſtineri, ideò Bald. in allegata l. fina. num. 11. C. de ſententijs quę ſine certa quantit. proferun. tenet maritum poſſe vxorem expellere, ſi ſit diues, & nolit ſibi dotem conſtituere, per gloſſ. in §. vlti. in verb. onera, in authen. de non eligen. ſecun. nuben. quam gloſſ. in cap. quemadmodum, num. 8. verſic. Vltimò ſcias, de iur. iuran. dicit eſſe ſingularem, ſequitur Alcia. in l. 2. nu.

32 53. ff. ſolu. matrim. Dicens † hoc caſu maritum poſſe vxori alimenta denegare, quia de ſuo debet viuere, & ſequuntur alij etiam per Illuſtriſſimum Cardinalem Manticam loco ſuperiùs allegato numer. 6. adducti. Eis adde Ioan. Lup. de Pal. Rub. in repetit. cap. per veſtras, notab. 3. §. 2. num. 1. Cordub. de

Lara

Lara in l.ſi quis à liberis, in §.ſi quis ex his, num.65. & Ioan.Petr.Surd. in tracta.de aliment.tit.1.quæſtio.32.num.12.& Laderch. Imolen.in conſil.117.num.2. Pet quæ videa qualiter indirectè cogatur mulier dotem dare, vt verbis Illuſtriſſ.Cardinal.Mantic.vtar loco iam allegato,& in terminis dicunt Lara, & Surdus vbi ſuprà, videndus Andreas Molfeſ.ad conſuetu.Neap.pat.5.de alimēt. præſtand.quæſt.13.num.17.

33 Et licèt † Manticæ non videatur placere illud, quod dictum eſt de expulſione vxoris, ſi dotem nolit conſtituere, quia tex.in allegato §.vlt.in authent.de non eligen.ſecund. nuben.ad quem gloſſ. debet referri, ſi rectè inſpiciatur, euidenter loquitur quando dos à muliere, vel à patre, vel ab extraneo fuit promiſſa, & non ſoluta, non in noſtro caſu, in quo nulla eſt facta promiſſio, & propterea non videtur concurrere aliqua cauſa expulſionis,cùm nihil poſſit maritus petere quod ſibi ſeruetur, quia ſit ſibi promiſſum, aliàs nō ſeruaturus ipſe id quod debet, alere ſcilicet mulierem, & cum ea facere cohabitationem; nihilominùs eū videamus iſtos duos caſus à Doctoribus parificaros, nec videatur inter eos militare diuerſa ratio,certè non debemus vllo modo à receptis opinionibus recedere.

34 Vbi autem † marito licet propter dotem non ſoluram expellere è domo ſua vxorem, & alimenta eidem denegare, quærit idem Mantica loco allegato num.7.nunquid iudicio Eccleſiæ ſit ea expulſio fienda, an propria auctoritate poſſit fieri,& reſoluit quòd propria auctoritate, id multis argumentis probans, & contrarijs reſpondens, quibus ego omiſſis, quia materia eſt parùm in praxi contingibilis, & diſputabilis quandoquidem

35 † reijcere vxorem, & eam remittere parentibus ob dotem non ſolutam, vel non conſtitutam, ratò faciunt niſi miſeti homines, vt dicebat Franciſc.Matc. deciſio.522. numer.4.in 2.part. ideò ad alia pertranſeo. Cæterùm aduerto non eſſe tam tarò contingibilem hunc caſum, quin ego qui plurium non ſum annorum, viderim eum accidiſſe in praxi, & habuerim ſuper eo conſulere. In quodam enim oppido huius Principatus ſatis noto, erat & eſt quidam non omninò infimæ conditionis vir, qui non multis ab hinc annis quadam nocte vxorem ſuam multa aliàs pulchritudine refectam, & iuuenem, anno adhuc à die ſponſaliorum non completo,manibus proprijs è domo eiecit, & clauſis ianuis in vico publico dimiſit,eam diſcretioni tranſeuntium committendo, propterea quòd dos promiſſa non fuerit ſibi integrè ſoluta: quod fuit tam mali exempli, vt minoris proculdubio vir ille impoſterùm ab omnibus fuerit habitus, tentus, ac reputatus, quàm anteà habetetur, & occaſionē dedit hoc ſuo inſolito facto, vt famoſum carmen, & ſeu faceta cantilena hiſtoriam, & rē geſtam continens ab aliquibus de hoc componeretur, quæ multò poſteà tempore eo loci per pueros publicè decantata fuerit, & aliud de nocte non audiebatur, quàm huius hiſtoriæ recitatio.

Indigeſta hæc paululùm remanēt,iam video, promitto me latiùs tem tractaturum, & examinaturum in inferioribus, vbi de alimentis vxori præſtandis,vbi eſt proprius locus, agam.

36 Dixi ſupetiùs, † quòd regulatiter non cenſetur mulier bona ſua attuliſſe viro in dotem, quia tales poſſunt eſſe coniecturæ,quę id ſuadere poſſent,vt contrarium dicendum eſſet, de quibus Hondede. in conſil.83. nu. 34.lib.1.Natta in conſi.581.num.12.& alij adducti per Stepha.Gratia. diſcepta.forenſ. tom.2. cap.362. num.7. cum teliquis in ſuperioribus adductis.

37 Er † vbi mulier ſine dote ducta eſſet per filiū ſine conſenſu parentis,an teneretur ſocer nurum alere, tractat latè Laderch.Imolen.pleno conſil.117.per tot. Et cum his finitur hęc de obligarione dotandi tractatio, ad laudem eius qui nos tot bonis dotauit.

SVMMARIA.

1 *Quæſtiones tractandæ proponuntur.*

2 *Dos conſtituenda eſt filiæ iudicis arbitrio, inſpecta quantitate patrimonij, natalium dignitate, numero filiorum, & regionis conſuetudine.*

3 *Dos ſcutorum mille pro qualibet filia ſecundū aliquos qui reprobantur, dicitur congrua, etiam pro magno Comite.*

4 *Dotis in taxatione quale debeat eſſe iudicis arbitrium.*

5 *Dos non debet eſſe minor legitima ſecundùm plures, & ſi talis non eſt,non poteſt dici cōgrua. & ibi deciſſ.*

6 *Sed contrarium placet pluribus, quòd non habeamus vllam legem, quæ dotis metam eſſe vſque ad legitimam ſtatuat, ſed eſt quandoque maior legitima,quandoque minor taxanda. vbi deciſſ.*

7 *Dos non ex eo dicitur congrua quòd cum illa mulier reperierit virum.*

8 *Tempus dotationis, non mortis patris, eſt inſpiciendum, vt dos dicatur congrua.*

9 *Dos non augetur auctis poſteà paternis facultatibus, ſi à princ pio congrua fuit. vbi deciſ.noſtri Senatus.*

10 *Filia ſimpliciter dotata vt nuberet,ſi legitimè dotata*

dotata non fuit, poteſt ſupplementum dotis petere.

11 Si autem dotata eſt eo modo, quo diximus in principio huius gloſſæ, conqueri de patre non poteſt.

12 Filia mortuo patre, quamuis legitimè ab eo dotata, poterit ſupplementum legitimæ, ſi plus valet, petere.

13 Supplementum dotis poteſt peti in vita, ſi filia non fuit congruè dotata, & ſupplementum legitimæ poſt mortem patris.

14 Tempus dotationis eſſe inſpiciendum ad iudicandum ſi filia eſt congruè dotata, quando extat ſtatutum excludens dotatam à ſucceſſione, volunt plures. vbi deciſ.

15 Statuta in totaferè Italia ſunt excludentia filias dotatas à ſucceſſione.

16 Pater dotans filiã ſecundùm bona, quæ habet tempore dotationis, non dicitur dolo verſari erga filiam, quia non potuit diuinare ſe poſſe fieri locupletiorem.

17 Renuntiatio filiæ parificatur cum ſtatuto excludente dotatam a ſucceſſione parentum.

18 Tempus dotationis, an mortis patris ad iudicandum congruam, vel incongruam dotationem filiæ ſit inſpiciendum quando filia dote contenta renuntiauit.

19 Renuntiatio excludit filiam ab omni petitione incongruæ dotationis.

20 Dos non ſemper debet eſſe æqualis legitimæ, ſed quandoque maior, quandoque minor. vbi deciſ. noſtri Senatus.
Irnerij auctoritas quanta ſit & fuerit, in authent. Codici inſerendis.

21 Dos quando congrua, vel incongrua eſt iudicanda, attendendum eſt ad id quod pater eſt alijs filiabus ſolitus dare pro dote. vbi deciſ. Rot. Roma.

22 Pater poteſt maiorem dotem vni ex filiabus dare quàm alijs ſecundùm concurrentias temporis, & circumſtantias facti. vbi deciſio.

23 Filia iam nupta cum dote non poteſt petere ſupplementum dotis ſecundùm quòd conſueuit pater alijs filiabus dare; ſecus eſt in innupta, & indotata.

24 Amor nullus vincit paternum.

25 Pater melius quàm alij conſilium capit pro filia.

26 Amicus filijs fidelior non reperitur quàm pater.

27 Dos quæ patri viſa fuit congrua, alijs incõgrua videri non debet.

28 Pater ſemper præſumitur congruam dotem dediſſe pro filia.

29 Statutum eſt validum quòd pater dotet filiam quocunque modo voluerit.

30 Filia non poteſt conqueri de dote ſibi à patre data, ſecundùm aliquos.

31 Præſumptio quæ eſt pro patre in dotatione filiarum, admittit probationem in contrarium.
Filiæ quandoque decipiuntur à parentibus. ibidem.

32 Pater quandoque filios enormiter ladit.

33 Tituli de inofficio. dot. & de inofficio. teſtamen. ſunt editi propter deceptionem parentum erga filios.

34 Dotem ad iudicandum congruam multùm facit conſiderare quòd pater eam dedit, qui ſolet benè proſpicere filiabus.

35 Dos quando à patre eſt data non ſit ſubtilis indagatio ſi congrua eſt, vel non. vbi deciſio noſtri Senatus.

36 Dotem ad iudicandum ſi congrua eſt, vel incongrua, multùm facit mos regionis, & terræ conſuetudo. vbi deciſ. Rot. Roma. & noſtri Senatus.

37 Dos filiæ non nuptæ eſt ad metam legitimæ regulanda.

38 Dos poteſt eſſe minor, & maior legitima, tam in muliere nupta, quàm innupta, ſecundùm opinionem Auctoris. vbi deciſ. noſtri Senatus.

39 Filia nubens de conſenſu patris, vel ſine eo perſona tamen digna, debet habere congruam dotem; ſecus in ea, quæ aliter nubit. vbi deciſ.

40 Sed Auctor dotem prædictam conſtituendam fore arbitrio iudicis, attentis qualitatibus, & circumſtantijs, tenet.

41 Dotatio filiæ ſecundæ, vel tertiæ debet eſſe æqualis primæ; niſi ſit interim patris diminutum patrimonium.

42 Idem eſt quamuis ſecundus, aut tertius vir nõ mereatur tantam dotem, adhuc æqualis debet eſſe ſecunda dotatio cum prima, quia prima dotatio eſt irreuocabilis.

44 Dotatio facta filiæ non reuocatur ob ingratitudinem.

45 Dotatio ſimilis primæ an ſit facienda filiæ ſi nolit nubere, ſed ingredi Religionem.
Opinio negatiua Barboſæ. ibidem.

46 Opinio Auctoris affirmatiua.

47 Argumentum valet à matrimonio carnali ad ſpirituale.

48 Dos minor ſufficit pro ingreſſu Monaſterij, quàm pro matrimonio carnali, quomodo intelligatur.

49 Dos appellatur dos conſtante matrimonio, ſed eo finito proprium mulieris patrimonium.

50 In noſtra Catbalonia minorem res habet difficultatem vbi donationes fiunt pro legitima, & quocunque iure, cum latiſſimis renuntiationibus.

51 Pater dotando filiam cenſetur ei dotem donare, & ideò irreuocabiliter ſit propria filia.

Dos

52 *Dos quando eſt data pro iuribus legitimæ, ſoluto matrimonio non reuertitur ad patrem.*

53 *Dos filia monachandæ qua dicatur congrua. Dos minor requiritur pro matrimonio ſpirituali, quam pro carnali. ibid.*

54 *Onera minora ſine dubio ſunt in matrimonio ſpirituali, quàm in carnali ſupportanda.*

55 *Dos quæ datur pro matrimonio ſpirituali, datur ſine aliqua ſpe recuperationis, non ſic quæ pro matrimonio carnali, quæ vadit ad filios.*

56 *Dos congrua pro filia monachanda eſt dicenda, quæ ſolita eſt dari reliquis Monaſterij ingredientibus. vbi deciſio Senat. Neapolitani.*

57 *Monali ſufficit habere quod habent aliæ monales.*

58 *Dotatio monialium non requirit illam inſpectionem qualitatum, & quantitatum perſonarum, & aliarum circumſtantiarũ, quæ in matrimonio carnali.*

59 *Sponſus cœleſtis, cui moniales nubunt, ſemper eſt vnus, & ideò dos ſemper debet eſſe vniformis.*

60 *Dos, quæ datur moniali, eſt ſufficiens ad excludendum eam à ſucceſſione, ſtante ſtatuto excludente fœminas extantibus maſculis.*

61 *Filia monachanda non tenetur contentari illa modica dote, quæ ſolet dari pro ingreſſu monaſterij, quando habet legatum pinguius, etiam ſi foret pro maritagio relictum.*

62 *Legatum relictum pro maritagio, debetur etiam pro monachatione. vbi plures deciſiones.*

63 *Moniales an habeant ius ad piam cauſam inſtitutam pro puellis maritandis, rem ſiuè.*

64 *Legatum pro maritagio non debetur pro monachatu, quando adſunt coniecturæ quòd teſtator intellexit de maritagio carnali, non de ſpirituali. vbi deciſſ.*

65 *Coniectura ſufficiens eſt quòd legatum intelligi debeat pro matrimonio carnali, quando verbis matrimonium, aut nuptias importantibus adiunxit teſtator de præſenti, veluti pro matrimonio de præſenti. vbi deciſio.*

66 *Clericus ſecularis non conſequitur legatum factum pro maritagio, ſicut regularis.*

67 *Eccleſia non ſuccedit clerico ſeculari, ſicut monaſterium regulari.*

68 *Eccleſia vbi ſuccederet clerico ſeculari, idem de clerico ſeculari iudicaretur quod de regulari, quoad legatum relictum pro maritagio.*

69 *Vita clericalis quando offertur perſona cum bonis imperpetuum non minori dignum eſt priuilegio, quàm regularis.*

70 *Diſpoſitio tex. in §. ſed & hoc præſenti, in authent. de ſatiſ. Epiſc. vt habeat locum in clericis ſecularibus cùm loquatur ſolùm in regularibus, quæ requirantur.*

71 *Clericus ſecularis eundem habet fauorem atqui regularis quando ſe & ſua dedicat Eccleſiæ imperpetuum.*

72 *Dotes illegitimarum filiarum quales debeant eſſe vt dicantur congruæ. Opinio, quòd minor ſufficit quàm pro legitimis.*

73 *Dos congrua pro illegitimis dicitur vſque ad metam alimentorum. vbi deciſio Sicilie.*

74 *Dotandi illigitimas onus deducitur ex onere alendi.*

75 *Iudex pro taxanda dote filiæ illegitimæ debet conſiderare illius ætatem, & iuxtà tempus quo viuere poterit, taxare dotem parem alimentis, quæ habitura eſſet. L. hæreditatum, ff. ad l. Falcidiam explicatur. ibidem.*

76 *Alimenta illegitimorum ſunt taxanda non ſecundum ſolam indigentiam, ſed ſecundũ qualitatem, & dignitatem, ac facultates patris.*

77 *Alimenta. In alimentis, filia illegitimæ æquiparantur legitimis.*

78 *Hæres patris qualiter illius filias dotare tenetur. Prima opinio, quòd quoad legitimam dumtaxat. ibid.*

79 *Secunda opinio, quòd imò eodem modo quo pater teneretur ſi viueret.*

80 *Dos. In taxanda dote ſorori contra fratrem hæredem patris, attendendum eſt quid, & quantum ſolebat pater dare pro dote filiabus. Niſi ſint mutata tempora. ibidem.*

81 *Dos mulieris ſtupratæ qualis debeat eſſe vt dicatur congrua. Reſolutio eſt, quòd ſi pater eſt diues, vel eadem ipſa multer, dabunt quantum pro dote fuiſſet neceſſarium ſi corrupta non fuiſſet: reliquum quo indiget propter corruptionẽ, dabit ſtuprator. ibid.*

82 *Damnum non eſt reſarciendum in vtroque foro, niſi quatenus laſo abſtulit.*

83 *Si verò parentes ſunt pauperes, & eſt etiam pauper ipſa multer, totum dabit ſtuprator.*

84 *Sed Auctor in contraria eſt opinione, teneri ſtupratorem in omni caſu corruptam, & vitiatam à ſe mulierem dotare.*

85 *Corrumpẽs mulierem ſi eam ducit in vxorem, ſufficit dotare eam illa dote, quæ eſt neceſſaria iuxtà qualitatem, & morem regionis; ſi verò non ducit eam, tenetur ad totum id*

quo

quo indiget vt corrupta. vbi decis. Rot. Roma. & aliorum Senatuum.
Mulier corrupta maiore indiget dote. ibidem.

86 *Corrumpēs mulierem tenetur ad damnum resarciendum.*

87 *Iuramentum in litem datur mulieri corruptæ aduersus corrumpentem respectu eius quo plus indiget pro sua dotatione vti corrupta, secundum aliquos.*

88 *Iuramentum in litem est subsidiariū, vbi veritas aliter haberi non potest.*

89 *Corrumpens non tenetur ad aliam dotem, quā ad eam qua opus esset si virgo mulier foret, quando si non nubit cum ea, non potest sibi imputari, sed mulieri, quæ illius nuptias renuit.*

90 *Damnum quod quis sua culpa sentit, sibi non alteri debet imputari.*

91 *Corrumpens non tenetur ad aliam dotem, nisi ad eam, quæ necessaria mulieri est ad nubendum suo æquali.*

92 *Dos stupratæ mulieris non metitur à diuitijs, aut paupertate patris, sed ex facultatibus stupratoris, & conditione mulieris. vbi decisio.*

GLOSSA VIII. PARS I.

De congruitate, & incongruitate dotis.

Ac imprimis de congruitate, aut incongruitate respectu eius, quod ipsi mulieri pro dote debetur.

1 DE congruitate, † & incongruitate dotis est quòd in præsenti glossa agamus: postquam enim vidimus quæ personæ teneantur ad dotationem, reliquum est, in necessariam consequentiam, videamus qualis, & quanta sit dos tradenda, vt neque de illius modicitate possit mulier conquæri, nec de immodicitate reliqui dotantis filij, si adsunt. Circa quod hunc ordinem sequar, vt priùs de congruitate dotis respectu filiæ dotādæ, ne eam vti modicam impugnare valeat, tractem. Mox de eiusdem congruitate differam, ne eam reliqui filij vti immodicam possint rescindere. Tertiò, respectu creditorum dotantis de dotis congruitate, aut incongruitate agam, an & quando, tractans, possint illi dotem tanquā in ipsorum fraudem datam reuocare. Quartò, de eadem congruitate verba faciam respectu eius qui dotat, ne aduersus eam, vti immoderatam, agat, vel excipiat aliquo modo. Quintò denique & vltimò, tractabo de eadem congruitate respectu mariti, ad iudicandum num vt congruè, vel incōgruè mulieri dotaræ competat, vel non cōpetat quarta authēnt. præterea, C. vnde vir. & vxor. qui sunt practicabiles, & magis vsufrequentes in hac materia casus.

Circa primum, sequar eum ordinem, quē sequutus sum in tractatione obligationis dotandi, & enumerationis personarum, quæ ad id tenentur. Et quia imprimis egi de patre respectu filiarum legitimarum, ideò hic etiam de eodem, respectu earundē, primus erit sermo noster. Is multùm intricatus est articulus, ac multùm etiam difficilis, propter varietatem Doctorum, qui modò vnum, modò aliud tenuerunt, ego conabor, quantum in me erit, rem claram, & expeditam relinquere.

2 Sit ergo ad † hanc materiam prima, & principalis conclusio, dotem debere constitui iudicis arbitrio, inspecta quantitate patrimonij, natalium dignitate, numero filiorum, & mulierum in ea familia nupturum, ac regionis consuetudine, & ad eum modum taxari, vt probat Iurisconsultus in l. quæro, ff. de iure dotium, his pulchris verbis: *Quæro, quantæ pecuniæ dotem promittenti adultæ mulieri, curator consensum accommodare debeat? Respondeo. Modus ex facultatibus, & dignitate mulieris, maritique statuendus est, quousque ratio patiatur.* Concordat l. si filiæ pater, in vers. Labeo quærit, ff. de legatis 3. *Labeo quærit* (inquit text.) *quemadmodum apparet quantam dotem, cuique filiæ viri boni arbitratu constitui oporteat? Et ait id non esse difficile ex dignitate, ex facultate, ex numero liberorum testatoris facientis æstimare*, & l. cum post, in §. gener, ibi: *Dotis etenim quantitas pro modo facultatum patris, & dignitate mariti constitui potest*, ff. supradicto tit. de iure dotium. Et de iure canonico habemus etiam textum id comprobantem, desumptum ex Concilio Arelatensi in cap. nullum 30. quæst. 5. his verbis: *Nullum sine dote fiat coniugium: iuxta possibilitatem fiat dos*, sequuntur plures quos refert Mascard. de probationib. conclusio. 570. nu. 13. Iacob. Menoch. de arbitrar. iudic. casu 149. num. 34. & 38. cum sequent. Vincent. Hondedei. in consil. 10. num. 31. & 34. volum. 1. Aldeta. Mascar. de statutorum interpretat. conclusio. 4. num. 138. Antoni. Thesaur. decisio. 192. num. 1. Cæsar Barzi. decisio. 127. num. 3. Guillerm. Guidobon. aduocatio. 99. num. 24. Borgni. Caualca. decisio. 5. numer. 98. p. 3. Viui. decis. 260. per tot. Rot. Rom. in re-

in recollect. per Farina.decisio.131.numer. 11.volum.2.Ioan. Baptista Costa de portio. rata,quæstio.197.num.7. latissimè Illustriss. Cardina.Mantica de tacit.& ambig.conuē tio.lib.12.quæstio.21.à num.1.cum sequēt. vbi multa ex his notanda deducit, non pa-
† rùm ad praxim conferentia. Ita *resolutum* fuisse in Senatu Neapolitano in facti contin gentia, auctor est nobis Vincen.de Franch.
† decisio.616. Et probat expresè illa Sena- rus *decisio*, quam in superioribus non semel retulimus, illustrium coniugum Requesens, his expressis verbis: *Et attento quòd pater, qui filiam, quæ viro nupsit digno, competenter dotare recusat, cogi potest congruam dotem illi constituere, id est pro modo facultatum patris, & dignitate natalium viri, & secundum numerum liberorum, &c.*

3 Cùm hæc † considero, non possum nō mi- rari quid sibi voluerint Doctores in eo quod apud eos sæpè legimus, dotem scutorū mil- le pro qualibet filia dici debere congruam, etiam pro magno Comite, de quo per Ful- gos.consil.22. Ex facto proponitur,column. 2.Dec.consil.26.Diligenter pro tenui,num. 8.Sylua.consil.2.Christi,Virginique, nume. 39. Bursat.consil.223. Facili negotio,num. 18.lib.2.Mar.Anton.de Amat.decis.proui. March.28.num.23. Hi enim,& alij, qui idē passim dicunt,equalē in omnibus dotem fa- cere, nec quantitatem patrimonij, natalium dignitatem, numerum filiorum, nec alia,de quibus suprà, attendenda esse existimasse videntur, quod tot legum dispositiones, & Doctorū auctoritates superiùs relatas, omni- nò destruit.

4 Hæc de plano † quidem procedunt,& ni- hil, aut parum difficultatis habere dicūtur, maximam tamen habet monstrare qualiter se in isto debeat iudex habere arbitrio, ne erret, id est qualiter hanc dotem teneatur ex his circumstantijs, & qualitatibus decla- rare congruam. Circa quod, quia multum temporis, & laboris nouissimè consump- sit Illustrissimus Cardinalis Mantica loco iā allegato, vbi faciliter omnia hæc videri pos sunt, ideò eis relictis, ad alia pertrāseo,quę maiorem solent in praxi habere difficultatē, frequentiùsque in illa contingunt.

5 Ex eis † non infimum locum tenet, num- quid congrua dici possit dos, quæ sit minor legitima. Circa quod, vt dicebat Rota Ro- mana vbi suprà numero 12. magna est Do- ctorum disputatio, & vt dicebat Manti. vbi inferius allegabitur, summa dissensio, non- nullis affirmantibus, alijs verò negantibus; quos omnes cum diligentia, distinguendo opiniones, & ad partes disputando, referūt Gaspar.Baeça in tract.de non meliorā.dot. ratio.filia.cap.1.ex num.1. pat.Thom.San- chez in tracta.de matrimo.lib.4.de consen. coact.disputatio.26.à num.8.Menoc.de ar- bitrar.iudi.cas.149.à num.5.Doctor Martæ vot.59.num.4. & Illustrissimus Card. Man- tica de tacit.& ambig.conuention. lib.12.c. 22.per totum. Apud quos reperio negatiuā opinionem, quæ tenet non posse dici con- gruam dotem, quæ sit minor legitima, esse frequentiori Doctorum calculo receptam, tanquam benigniorem,& dotibus fauorabi- liorem, vt dicebat Illustrissimus Cardinalis Mantica vbi suprà num. 31. & colligitur ex his, quos anteà citauerat num.13. in versic. Hanc tamen, & ex his etiam quos referunt Bae.Menoch.& Sanchez in locis suprà cita- tis. Eis adde suprà allegatam Rotæ Roma. decisionem 131.ex recollectis per Farinac. in 2.volumin. numer. 12. vbi dicitur magis communiter receptum esse vt vir bonus do- tem congruam debeat arbitrari eā,quæ non sit minor legitima,Gail.obseruat.147.à nu. 5.lib.2.Moro.consil.23.num.11.Thesaurus decisio.192.num.1.in fi.Cæsar de Gras.de- cisio.2.num.3. Stepha.Gratia.decis.prouin. Marc.27.num.8.& 9. vbi dicit pro hac opi-
† nione *decisum* in illa Rota.

6 Verū est † quòd multis ea opinio displi- ceat non parùm, & signanter Bae. Menochi. Hondede. & Sanchez superiùs adductis, cū pluribus quos ipsi allegant in idem, ac etiā Petro Mattheo notissimo Iurisconsulto ea- dem opinio displicuit, vt ipse refert in ad- ditio.ad motum proprium Pij Quinti super moderatione dotium constituendarum edi- tum, qui est mihi 14. in ordine, quòd nullā habeamus legem, quæ dotis metam legiti- mam esse doceat,sed iudicis arbitrio esse eā constituendam, inspectis circumstantijs, & qualitatibus, quas superiùs retulimus, omnes prædicant, nec aliud dicere potuissent, cum repugnent aliæ leges volentes legiti- mam non deberi filijs in vita parentum, vt est multùm expeditum, tum etiā quia apud omnes in confesso est, quòd si videatur ex- pedire, debet dos taxari vltrà legitimam,vt latiùs infrà dicemus. Iustum est ergo (in- quiunt) quòd dos, quæ iuxtà qualitates, & circunstantias matrimonij, cuius ratione da tur, & danda est, potest per eum ad quem spectat, taxari etiam vltrà legitimam, taxe- tur etiam, & taxari possit, & valeat minor legitima, si maiorem dotem matrimonium illud non mereri secundùm ponderatas cir- cūstantias prudens iudex videbit, vt iustè,& æqualiter,æquaque lance in his procedatur.

Certè mihi ista disparitas vix placere potest,nec queo diuersitatis rationem inue- nire, Anton.Faber eleganter in suo Codice

lib.3.

lib.3.tit.19.de inofficioſ.teſtament.definit. 20. ea omnia adducit,quibus ego potuiſſem hanc meã cogitationem ornare,ibi videantur, non enim eſt cordi aliorum dicta hic tranſcribere. Adde Mari. Anton. Maceratenſ. variarum reſolutionum lib. 2.reſolut. 27.num.11.vbi dicit in caſu de quo ibi,fuiſſe † *reſolutum* dotem non eſſe metiendam à legitima, ſed ſi mulier non inuenit maritum cum minore dote,condecentẽ qualitati ſuę, tali quidem caſu dos debet conſtitui vſque ad legitimam, & etiam vltra legitimam: ſi verò cũ minore dote, quàm eſſet legitima, poſſit habere maritum condecentem qualitati ſuæ, tunc dos eſſet conſtituenda ita vt ſit benè,& condecenter nupta, ad quod plura allegat ibi videnda.

7 Intellige † quando illa dos arbitrio boni viri iudicatur congrua pro illo matrimonio, attentis qualitatibus,& circumſtantijs, quas ad congruitatem conſiderandam,& ſuprà iam incepimus tradere, & in inferioribus vlteriùs proſequemur: non enim exiſtimes, quòd cõgrua dos diiudicetur eo ipſo quòd cum ea mulier inuenie maritum, datur enim, & danda eſt nou vt mulier nubat ſolùm, ſed vt eriam cum ea maritus ferre valeat onera matrimonij, l.dotis fructus, ff. de iure dotium, l.pro oneribus, C. eod.tit. ita in terminis docent Crauer.in conſi.653. num.9.& in conſil.765.num.13. Menoch.in conſil.8.num.18.vol.1.& Guidobon.aduocation.99.num.75.

8 Sed cuius † temporis ſit habenda ratio vt congrua dicatur dos, vel incongrua, donationis ne, an patris mortis, non eſt ſuperiore inferior dubitatio. In qua eſt magna altercatio inter Doctores,& omnes attestãtur de communi pro parte quam defendunt, †† & pro ea *iudicatum* dicũt, quos lariſſimè inter alios refert Borgni.Caualcan.loco inferiùs citando. Video tamen, quòd magis communiter concluditur, & conuenit inter Doctores, quòd non mortis tempus, ſed imò dotationis ſit attendendũ, taliter quòd ſi inſpectis paternis facultatibus de tempore dotationis, congrua dos conſideratur, & 9 conſiderari poteſt,nihil intereſt † augeãtur, vel non poſteà patris bona, non enim ob id augebitur dos, nec augmentum illud poſteà contingens influet in præcedentem dotationem, vt propterea inſpectis bonis,quæ nunc ſunt, incongrua dici debeat dos, quæ tunc cùm fuit conſtituta, congrua viſa eſt, habito reſpectu ad bona apud patrem eo tempore exiſtentia, vt ex pluribus,quos allegat, dicit Borgninus Caualcanus deciſio. 32.num.15.16.& 17. in 3.par. & de hoc eſt longa, & diſerta diſputatio apud Illuſtriſſimum Cardinalem Mauticam in tractat. de tacit.& ambigu.conuentionib.lib.12.tit.24. per totum. Complures ij duo Doctores adducunt, ac omnes ferè, qui de materia tractarunt, quibus ego multùm potuiſſem hanc chartam exornare: ſed non eſt tranſcribendi animus, ibi ergo videantur. Adde tamen quos illi non viderunt, Cæſar. de Graſ.deciſio.2.num.21. Ioann.Baptiſt. Ladetchi.Imolenſ. in conſil. 35. don Garciam Meſtrill. deciſio.Siciliæ 1.num.15. & Ioan. del Caſtillo Sotomaior quoridianarum cõtrouerſiarum iuris lib.3.cap.2. à numer.43. vbi pluribus quæſtionem examinat, & pro hac parte concludit, Marc. Anton. Peregri. conſil.86. ex num. 10. lib. 1. totum de hoc eſt Petri Enriquez conſilium 15.notandum.

† Atq. ita Senat.noſter expreſſim *dixit* 18.Februarij 1588. referente egregio tunc Senatore don Ioanne Sabater,poſteà in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, inter Panlum, & Franciſcum Beulons, & Gaſparem Graells,quam habes in Archiuo Regio,vbi ponuntur omnia, quæ nos hic ſcripſimus. De qua deciſione,& de illius materia habes plura quæ videas in inferioribus in clauſula renuntiationis filiæ: ſunt enim neceſſaria ad hanc materiam præcisè.

Licèt autem relari Doctores, quosque ipſi adducunt, latiſſimè rem hanc, & quæſtionem tractent, ita vt nihil ſuprà, ego tamen video multùm confuſam nihilominùs remanere materiam, talitet quòd vix eorum reſolutiones caſibus in praxi contingibilibus, quibus præſertim prouidere debemus, nosque quantùm poſſumus occurrere ſatagimus, applicari poſſunt, ideò opus eſt quòd nos cum diſtinctione, materiæ enodationem ſuſcipiamus, multa tamen relinquentes, circa quæ alij multum temporis conſumpſere, quia video rarò, aut nunquam in tribunalibus eorum accidere tractationem. Vt ergo materia hæc, quam habemus præ manibus, ex omni ſui parte clarè, & diſtinctè explicata maneat,tres caſus conſtituo, circa quos poteſt in praxi de ea contingere diſputatio, ad quosque ſolos reducitur, reducique debet tota ipſius tractatio, & diſceptatio.

10 Primus caſus eſt, † quando ſumus in terminis nudæ donationis, ad eum tantùm effectum vt filia dotata maneat, vt nubere valeat, & ſic reſpectu matrimonij tantùm. In illo caſu, ſi legitimè, & congruè pater filiam non dotauerit iuxtà proprias facultates, & ſeruatis quæ obſeruanda eſſe diximus in dotationibus filiarum, non video quid impedire poſſit, & valeat quin filia ab eodem patre petat ſupplementum dotis,

quod habuit tempore nuptiarum, non poteſt dici dolo malo verſari, quia non potuit diuinare ſe poſſe fieri locupletiorem. Et præterea nihil videretur operari ſtatutum ſi dos propter quam excluditur filia à bonis parentum, deberet eſſe æqualis legitima ipſius, habito reſpectu ad tempus mortis patris, cùm aliud vltra legitimam non ſit filiæ debitum in dictis bonis, quam iam haberet per illam dotis conſtitutionem. Vide de hac re apud Anton. Fab. in ſuo Codice libr. 3. tit. 19. de inofficio. teſtamen. definitione 18. & 20. & apud Ioſeph. Ludouic. deciſio. Peruſin. 21. per totam, Rota Romana apud Cæſa. de Graſſ. deciſio. 162. à num. 26. Mar. Antou. Peregrin. in conſil. 86. per tot. vol. 1.

† vbi in fine tradit ſic ſe vidiſſe *iudicatum*. Sed quia nec hic caſus eſt in noſtra Cathalonia, imò nec in tota Hiſpania contingibilis, cùm hic ſimilia ſtatuta non vigeant, ideò eius vlteriorem diſquiſitionem conſultò omittimus, Doctoribus Italis, quibus ſunt talia ſtatuta valdè familiaria, relinquentes. Cenſeo tamen quòd ex ſequentis caſus declaratione, & ſuper eo tradendis, vel hic, vel in clauſula renuntiationis, quam dote contenta mulier facit, multum lucis accipiet hu-

17 ius ſecundi materia, cùm notorium ſit † pariſicari in iure filiæ renuntiationem iuratã, circa quam verſabitur ſequens caſus, & ſtatutum eam excludens, de quo iſte loquitur, vt præ alijs aduertit in terminis noſter Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 15. de renuntiationib. num. 9. ex Carolo Anto. Put. quem allegat, in conſil. vnico, quod eſt in fine conſiliorum Oddi, num. 43. & patet ex Doctoribus, quos paſſim in hac materia citamus, qui promiſcuè de vno, ac de alio caſu loquuntur, licèt quoad alia differant non parùm renuntiatio, & ſtatutum, vt forſan in inferioribus ſuo loco dicemus, & notat Anto. Fab. de error. pragmatic. deca. 12. error. 8. num. 14.

18 Tertius igitur, † & vltimus caſus eſt quãdo fit dotis datio à patre pro iuribus legitimæ, & illius ſupplemento, ac alijs quibuſcunque, quæ filiæ ſpectant, & ſpectare poſſunt, & valent in bonis parentis, & poſteà ſequitur filiæ acceptatio, & formiter facta dictorum iurium, iurata renuntiatio. Hic eſt caſus, qui inconcuſsè practicatur in noſtra Cathalonia, vt habes ex forma noſtrorum capitulorum matrimonialium, circa quemque quotidianæ oriuntur in tribunalibus diſceptationes, & diſſenſiones, ideò oportet quod nos, qui materias practicabiles quærimus anxiè, circa huius explicationem, & declarationem nonnihil temporis conſumamus.

Circa hunc caſum non intrat proprié materia congruæ, vel incongruæ dotationis, taliter quòd de incongruitate poſſit mulier conqueri, ſi arbitretur fuiſſe à patre in hoc

19 deceptam: cùm enim adſit renuntiatio filiæ iurata, per eam excluditur proculdubio ab omni petitione, ex cap. quamuis pactum, & ibi Doctores, de pact. in 6. ſed ſolùm eſt tractandum de reſciſſione renuntiationis ex læſione, quæ in ea interueniſſe prætendatur in illis terminis in quibus eſt illa in hoc conſiderabilis, vel etiam ex alijs cauſis, quæ infringunt illam, vel nullam reddunt. Quæ tamen cùm ſit materia alterius clauſulæ, quę continet filiæ renuntiationem, quam facit dote contenta, ideò ad eius reſolutionem habendam oportebit te expectare illius tractationem, & commentationem, ne ſine ordine materias inculcemus, & quæ ſunt vnius clauſulæ propria, in alia tractemus, ibi videbis, Deo concedente, rẽ hanc, ſicut multùm neceſſariam, ſic multùm latè explicatã, & enodatam.

20 Dixi † (vt ad noſtram dotis congruitatem reuerramur) quòd vix poſſit certa regula conſtitui in taxatione dotis, vt congruè dici valeat, ne de ea mulier conqueratur; ſed imò id diiudicandum iura relinquunt in prudentis iudicis arbitrio, qui illud æſtimet ex his, quæ videbit circa factum concurrere, quæ facient ad propoſitum, nec eſſe neceſſarium quòd ſemper attendatur, quod filiã pro legitima contingeret, ſi eo tunc patet decederet, iuxtà valorem bonorum per eum tunc poſſeſſorum, poteſt enim dos & eſſe minor legitima, vt latè ſuprà probauimus, & maior etiam eadem, ſi negotij qualitas, & circunſtantiæ concurrentes id poſtulent, quod probat textus in authent. res quæ, C. commun. de legatis, in illis verbis: *Sed ſi liberis legitima non ſufficit ad dotis obligationem, permittitur res prædictas in eam cauſam alienare, vel obligare pro modo honeſtati perſonarum congruo*, &c. Et ſi dubitas de traductione Irnetij, prout quandoque dubitari poſſe ex probatis Auctoribus ego tradidi in primo tom. clauſu. 4. gloſſ. 9. par. 4. ex numer. 85. in quo adhuc perſisto, licèt viderint ex poſt, egregium Doctorem, contra quem tunc ſcribebam, id impatienter tuliſſe, dum pro eadem cauſa ſecundò reſpondit, ex eo quòd magna fuerat auctoritas Irnerij, vt dicebat idem ille Angulo, quem ego citabam, de melioram. l. 9. gloſſ. 2. num. 14. in fin. & Io. Ficard. in vitis Iuriſconſul. ſuper vita Irnerij, qui dicit fuiſſe illum, primũ Iuriſprudentiæ illuſtratorem, & quòd lucerna iuris paſſim vocari cœpit. Ego hominis auctoritatẽ inter Iuriſconſultos nũquã negaui, eius

eruditionem, & ſcientiam magnam, quam alij laudant, nunquam contempſi, nec contemnendi fuit animus: quod dixi, & dico, eſt illud quod omnes indiſcriminatim recipiũt, eum non habuiſſe auctoritatem legis condẽdæ, ſed vt benè Cuia. volum. 7. in commentar. ad lib. 6. Codic. in final. verb. ſummaria quædem faciendi ad librum authenticorum dumtaxat curam fuiſſe ei demandatam, & ideò non teneri nos ei tanquam legislatori credere ſi quid in ſummario ponit quod non ſit in corpore, vt optimè inter alios dicit Didac. in cap. Raynutius, §. 6. numer. 4. circa medium, de teſtamentis, quem in hoc ſequutus ipſe fueram, nec aliter quàm ipſe loquutus, cuius, ſi non mea, eſt veneranda auctoritas, nemo enim ignorat quàm ſuperior ille fuerit omnibus noſtri temporis Iuriſconſultis. Nemini ergo mirum videri debet, quod ego in dicto primo tomo dixerim argumentum quod deſumitur ex verbis authenticarum per Irnerium poſitis debile eſſe, & infirmum, ſi illa non ſunt in corpore. Cauſæ pro clientibus noſtris ducendæ ſunt, & tractandæ bono modo, non ita vt aliorũ honori detrahatur, exiſtimãdo quòd ſic obtinebitur victoria: hæc enim nec Deo placent, nec hominibus benè ſentientibus. Si (inquam) de traductione Irnerij in caſu quẽ tractamus, dubites, vide originale in authẽti. de reſtitutio. & ea quæ parit, in §. quamobrem, vbi habentur hæc verba idem proculdubio probantia: *Deinde ex reliqua ſubſtantiæ parte, ſi non ſufficerit legitima pars ad dotis, aut antenuptialis donationis oblationem honeſtè, & ſecundùm perſonarum qualitatem, & merita, &c.* Plures in idem allegant Bac. de non meliorand. dot. ratio. filiab. cap. 1. nu. 2. vbi videbis latè, Menochius de præſumptio. lib. 4. præſumptio. 189. nu. 104. Barboſ. in l. 1. par. 4. num. 10. ff. ſolut. matri. & pater Sanchez de matrimon. lib. 4. diſputatio. 26. num. 8. ac plures etiam ex allegatis ſuprà, dum de conſtituenda, & taxanda dote arbitrio iudicis agebamus, & ſignanter Guidobo. in citata aduocatio. 99. Et noſtri Senatus perſpicax fuit quandoque claris
† verbis *ſequutus*, dum dixit in illa illuſtrium coniugum Requeſens, cuius non ſemel in ſuperioribus meminimus. *Et attento quòd pater, qui filiam, quæ viro nupſit digno, competenter dotare recuſat, cogi poteſt congruam dotem illi conſtituere, id eſt pro modo facultatum patris, & dignitate natalium viri, & ſecundum numerum liberorum, etiam vltra legitimam partionem in bonis paternis filiæ debitam, ſi perſonarum qualitas, & merita id requirant, &c.* Quod mihi nullam dubitationẽ habet, poſtquam video huiuſmodi rem eſſe in prudentis iudicis arbitrio cõſtitutam, qui poteſt ſecundùm quod negotij qualitas expoſcet, legitimam taxare, & quæ cõgrua ſit diiudicare, & in hoc concordare Doctores omnes, conſequitur enim inde de neceſſitate, quòd ipſi, ſi viderit expedire, licebit vtique legitimæ metam tranſgredi, aliàs enim fruſtra præciperetur ei, quod ad ſupradicta attenderet, ſi ad quantum ea poſſularent, etiam ſi legitimam excederent, non poſſet manum extendere. Sed an id procedat tam reſpectu mulieris, quæ eſt iam nupta, quàm etiam eius, quæ eſt nuptura, item etiam an procedat tam reſpectu parentis, & in eius vita, quàm etiam reſpectu eius hæredũ poſt ipſius mortem, infrà videbis.

21 Ad benè† autem arbitrandum, & iudicãdum quando dos dicatur congrua, multùm erit ad propoſitum conſiderare morem, & conſuetudinem patris circa dotationes filiarum, quid nempè, & quantum ſit ſolitum filiabus ſuis dare in dotem, vt optimè probat Borgni Caualcan. deciſio. 5. num. 99. par. 3. Bac. de non melior. dot. ratio. filia. c. 1. n. 14. in fin. Fului. Pacian. in conſil. 56. vbi latè. Et
† fuit *approbatum* per Rot. Roma. deciſi. 131. num. 17. in tecollectis per Farina. in 2. tom.
22 non quòd † non poſſit pater maiorem dotẽ vni ex filiabus quam alteri tradere, & donare, prout abundè in ſuperioribus probaui, dum de interpretatione l. final. C. de dotis promiſſ. agerem: poſſunt enim talia accidentia concurrere in vno matrimonio, quæ obligent ad maiorem dotem, quàm in alio, & præterea poſſet talis variatio, & mutatio temporis inter vnum, & aliud matrimonium contingere, vt quæ in primo cõgrua viſa fuiſſet dos, incongrua poſtea in ſecundo appareret: tunc neceſſum proculdubio eſſet augere dotem, nec aliæ filiæ prius dotatæ in minori quantitate poſſent petere ſupplemẽtum dotis ad inſtar aliarum filiarum vltimo loco dotatarum, poſtquam tempore earum dotationis, & matrimonij, conſuetudo dotandi non erat tam exceſſiua, & fuerunt cõgruenter dotatæ ſecundùm illud tempus, in quo comptobando quia multa adducit, multoſque Doctores aduocat Borgni. Caualcã. loco ſuperiùs allegato, ideò aliud ego præterea non dico. Aduerto tamen q̃ in hoc exiſtimem proprie verificari quod diximus, fore dotes taxandas arbitrio iudicis, iuxtà qualitatẽ perſonarum, & facti circũſtantias. Sed ſi diſputetur, num dos alicui filiæ data ſit congrua, vel etiam eſt tractandũ de ea cõſtituenda, multùm facit attendere ad eam, quæ reliquis filiabus ſolitus eſt pater donare, ſi aliud non obſtet, & ita intelligo, & intelligendam cenſeo Rotæ Romanæ deciſionem

nem ſuperiùs adductam,& propoſitam Doctorum reſolutionem. Viden. Peregrin. qui
23 differentiam † conſtituit iurer filiam primò dotatam, vt non poſſit petere ſupplementũ vſque ad quantitatem, quæ pro dote ſit ſequentibus filiabus poſteà data, & inter indotatam,& innuptam, vt audienda ſit ſi petat æqualem ſe fieri cum alijs. Peregrinus
† (inquam)deciſio.36.vbi dicit ita *iudicatum*. Sed quia poſterior caſus eſt ferè impracticabilis, ideò omittitur. Optima eſt definitio Antonij Fabri 7.num.11.lib.5.ſui Cod. tit.6.de dotis promiſſio.vbi dicitur, quòd ſi tantam dotem de ſuo alijs filiabus dare pater ſolitus probetur, nihil de modo facultatum ipſius vltra inquirendum erit, quippe quarum æſtimator alius magis idoneus non ſit quærendus.

Et generaliter in mulieribus iam nuptis, & dotatis ſummè facit ad dotis congruitatem præſumendam conſiderare, quòd à pa-
24 tre fuerit illa conſtituta, cùm † enim nullus amor vincat paternum, ad §.fina. de noxal. action.& l.iſtu quidem,in fin.cum gloſ. ibid.
25 ff. quod met. cauſ. nec † aliquis ſit qui ſalubrius conſilium pro filia capiat, quàm ipſe pater, argumen. text.in l.nec in ea, ad l.Iu-
26 liam de adulterijs, nec etiam filijs † amicus fidelior inueniri queat ipſo patre, iuxtà l.quidam cum filium, & ibi gloſſ.ff.de hæredib. inſtituend. indè fit † non debere alteri videri incongruum quod patri congruum vi
28 ſum fuit, & ideò dos † ab eo conſtituta ſemper cenſeri debet congrua; præſumit enim lex quòd benè prouiderit filiæ, propter amorem, quo eam proſequitur, prout multùm extensè hæc omnia probat Cæſ. Barzi. deciſio.Bononien.29.à num.20.& ante eum Menoch.de arbitrar. iudicum caſ.149. à nu. 6. Anto.Sola in conſtitutio.Sabaud.titul.de alienat.bonorum minorum, mulierum, &c. gloſſ.2.num.2.Mar.Anton.de Amat.deciſ. 28.à numer.1.

29 Additur † quod ex his rationibus adduxit Ioſeph.de Seſſe deciſio. Aragon. 43. nu. 36.valere ſtatutum,& legem,ac ſeruanda ad vnguem eſſe, quæ facultatem tribuunt patri dandi filijs quod voluerit, quia non fuit viſum graue committere id parentibus, de quibus lex confidit quòd bonum pro filijs capient conſilium.

30 Id quod † adeò exiſtimant verum Pau.de Caſtr.in conſil.275.num.5.vol.1.& Deci.in conſil.26.num.2. & in alijs locis relatis per Vincentium Carrocium deciſio. ſen caſ. 16. in princip.in verſic.Secundo facit, Michael. Nizol.allegatio.25.à num.25.& Cæſ.Batz. allegata deciſio.29.num.24. vt dicant tantam eſſe præſumptionem,quæ facit pro patre erga filiam, vt licèt quando dos ab alio donatur, poſſit conqueri de dote non congrua ad effectus quos iura permittunt, & beneficia, quæ mulieribus minùs legitimè dotatis tribuunt, quando tamen à patre,nullo modo valeat ei opponi de incompeten-
31 tia. Cum quibus tamen † ego non conſentio modo aliquo, quia (vt ſunt verba Toloſani Senatus apud Gerar.Maynard.in citata deciſio.19.num.5.) & præſumptio, quæ eſt pro parentibus erga filias per probationem contrariam elidi poteſt, & interdum res ipſa loquitur circumuentam fuiſſe à patre filiam, quæ exigua accepta dote, renunciare coacta fuit, neque ei iuxtà patris facultates ſatisfactum extitit. Et Rota etiam Bonon. apud Cęſarem Barzium in dicta deciſio.29. num.41.idem etiam probat, addens num.
32 38.nõ † eſſe nouum, quòd pater interdum filios enormiter lædat, atque decipiat, l. ſi ſuperſtite, in fin. C.de dolo, & l.ſi cum dotem, §.eo autem tempore, ff.ſolut.matrim. viden.Carroc.allegata deciſio.ſen caſu 16.à num.11. vbi tribus modis illud Caſtrenſ.& Dec.dictum, quòd patri dotanti non poſſit de incompetentia opponi, declarat.Viden. etiam Alderan.Maſcard. de interpretatio. ſtatutorum concluſio.4.ex num.128. Et de-
33 nique † videndus Iaco.Ferrer.in addit. nouiſſ.ad Guido.Pap.deciſione 226. qui inter alia, de hac materia loquens, dicit, ſi pater ſemper rectè conſuluit filio,vel filiæ, cur tot tractatus veteres Legislatores ediderunt de inofficioſo teſtamento? cur ſcripta eſt l.2. & 3.& aliæ, C.de inofficio.dot.? Adde optimum conſil.Anel.de Amat.59. ex num.4. cum ſequent. qui illud quod diximus ſuprà num.29. validum,& ſernandum fore ſtatutũ concedens facultatem patri dotandi filias pro libito voluntatis, declarat vbi non eſt in patre magnus exceſſus, in filia magna deceptio, & læſio.

34 Quod ergo † ego dico,& dicere exiſtimo eſt,non quòd de neceſſitate debeamus dotationi paternæ acquieſcere, ex eo quòd præſumatur pater,qui ſemper ſolet ſalubre pro filijs conſilium capere, congruè filiã dotaſſe, ſed imò quòd quando de incongruitate agerur, conſideretur multùm ſi pater dotauit, ne leuiter ad incongruam dotationem iudicandam inclinetur animus contra præſumptionem,quam pro ſe parentes habent.
35 Nec † quando an dos dicatur congrua,quæritur,ſi pater dotauit fiat ſubtilis inquiſitio, vt dicebat Caſtren.in conſil.275.& Ladetc. Imolen.in conſil.35. num.4. Senatus noſter in vna Pauli, & Franciſci Beulons, contra Gaſparem Graell, Relatore egregio olim Senatore don Ioãne Sabatet,expreſsè dixit

18.Februarij 1588. *Dotem datam à patre semper præsumi competentem, & congruam, adeò vt non possit filia de ea conqueri, nec eius hæredes, nisi quando pater dedisset adeò modicam dotem, cum esset dives, vt præsumeretur dolus re ipsa in patre, de quo* (inquit) *dolo, & lasione debet docere filia, vel eius hæres, ostendè do qualia, & quanta bona habebat pater tẽpore dotationis, & quot filios, & an eandem, vel similem dotem dederit alijs filiabus. Nam* (concludit) *certum est patrem adimpleuisse officium paternum, dotando filiam iuxta facultates, quas habebat tempore dotationis.* Postea dicit, *non esse habendam considerationem si bona postea sint aucta, quia poterant eodem modo diminui, &c.* de qua decisione videbis alia pulchra infrà in clausula renuntiationis.

36 Et denique † facit multùm, & facere debet ad iudicãdum dotem congruam mos regionis, & terræ consuetudo, quantum scilicet inibi soleant homines similis conditionis filiabus dare pro dote, quod præter Doctores supra citatos, Baeça ex pluribus probat in tracta. de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 1. num. 14. circa fin. vbi tamen dicit esse morem regionis, & terræ consuetudinẽ de eo tempore probanda, quia ab vno ad aliud non fit illatio, cùm facilè mutari soleãt, Patis. in consil. 16. num. 77. & 82. & in consil. 63. num. 52. lib. 2. Rolan. à Val. in consi. 85. nu. 16. lib. 1. & Petr. Matth. in schol. ad mut. propri. Pij V. qui est mihi in ordine 14. pro dotium constituendarum moderatione editum, Ioan. Bapt. Laderch. Imolen. in consil. † 35. num. 11. *Sequuta* id est, & amplexa Rot. Roma. apud Farinac. decis. 131. nu. 17. p. 2. Ad hunc terræ, & regionis morem, & con† suetudinem *attendi*, attendissẽque apparet nostrum Senatum in causa Antoniæ Planes & Meca, contra tutores, & curatores pupillorum Grans, ad relationem egregij olim Senatoris Iacobi Puigmija, dum in sentẽtia lata 18. Martij 1606. agens de reuocatione cuiusdam donationis per patrẽ filiæ factæ, propter ingratitudinem per eam, vt prætẽdebatur, postea commissam, & resoluens, ac concludens cum ea distinctione, quam nos in 1. tom. clau. 4. glo. 1. num. 84. gloss. 19. part. 1. num. 34. & glo. 28. num. 9. tradidimus, q debeat reuocati in eo quod est extra causã, nempè (in eo casu) in eo quod erat extra dotem, pro qua eo tunc donatio fiebat, & declarans in qua quãtitate erat ea donatio pro dote sustinenda, dicit quòd pro ducentum libris, *Quia* (inquit) *constat consuetudinem fuisse in anno 1575. in quo fuerat facta dicta donatio, & ante, & post, in parochia in qua habitabant donator, & donataria, & in locis circumuicinis inter agricolas diuites, & consimilis conditionis dicti donatoris, dotem dare filiabus suis vsque ad quantitatem ducẽtarum librarum, & proindè vsque ad dictam quantitatem fuisse dictam donationem ob causam, quia tantũ dos debita comprehendebat, &c.* Et quamuis ea sententia fuerit postea reuocata, vt in locis relatis dixi, non tamen in hoc.

37 Supradicta † procedunt sine difficultate respectu filiæ non nuptæ, cui est dos assignanda vt nubat, cuius respectu non esse ad legitimæ metam attendendum resoluimus maxima cum ratione: potest enim quandoque esse & maior legitima, & eadem ipsa minor. Cæterùm si agatur de taxanda, & constituenda dote filiæ iam nuptæ, dubitant Doctores num sit idem resoluendum, vt post si videatur id exposcere qualitas, & circunstantiæ matrimonij, & debeat vltra legitimam constitui, sicut in non nuptis: nonnullos ex eis refert Cancer in 3. par. variar. resolutionum cap. 11. de sponsal. numer. 7. nempè Bald. in authen. res quæ, C. commun. de legat. Bombin. consil. 55. num. 5. Menochi. de arbitrat. iudicum casu 140. & fusiùs (vt ipse dicit) Matthe. Brun. in consi. 15. per totum volum. 1. Ex quibus tamen ego id vix colligere potui. Adde tu in idem Matthe. de Afflict. decisio. Neapolitana 160. in fin. vbi dicit dotem congruam in non maritata posse esse vltra legitimam, sed in maritata vt legitima, non tamen minor, atque ita di†† cit se vidisse pluries *iudicatum* per sacrum Concilium. Nonnihil de hac re tradit Andre. Molfes. in consuetud. Neapolita. par. 4. de successio. ab intesta. quæstio. 16. in princ. folio 191.

38 Ego tamen † vix mihi possum persuadere quod sit recedendum à regula generali superiùs tradita, quòd si videatur necessarium, & qualitates matrimonij requirant, non debeat dos, sicut quandoque potest minor legitima constitui, sic ipsa legitima aliquando maior dari, tam in his mulieribus, quæ post contractum iam matrimonium, etiam sine consensu parentum, dum tamen cum persona digna, quàm in illis, quæ antequam nubant dotem petunt. Moueor quòd videam æquiparatos in iure absque difficultate supradictos duos casus, vt æquè in vno, atqui in altero sit mulieri integrum dotem petere, vt resoluimus in principio huius dotis tractationis, & quamobrem diuersa debeat esse dotis taxatio inter eos casus, nequeo repetire concludentem rationem. Cogor igitur regulæ stare, quòd si visum fuerit expedite iuxtà personarum qualitatem, & matrimonij circunstantias, & alia considerãda, possit, & valeat dos sicut minor legitima, sic eadem ipsa maior constitui.

Habeo

Habeo cui innitar, noſtri doctiſſimi, ac
† perſpicaciſſimi Senatus *deciſionem* in illa Illuſtrium coningum Requeſens, cuius toties in ſuperioribus meminimus, factam, in qua expreſſim fuit dictum, cùm de dote taxãda pro muliere, qnæ citra pactis conſenſum, digno tamen nupſit, ageret, *eam poſſe, & debere etiam vltra legitimam taxari.*

39 Sed hæc † ſnnt vera, vt diximus, ſi nnbit filia de patris conſenſu, vel ſi ſine eo, cum perſona tamen digna, quibus in caſibus loquuntur citati Doctores, & elegans noſtri Senatus relata deciſio, & in eis tantùm caſibus reſoluimus ſuprà teneri patrem ad filiã iam nuptam dotaudam. Cæterùm ſi ſine patris cõſenſu filia nupſiſſet indigno, aliter res tractanda foret: diximus enim, dum de obligatione, qua pater tenetur ad dotationem filiarum ageremus, quòd eam pater non tenetur dotare, niſi miſerationis gratia, quando vltra viri indignitatem, illum etiam pauperem filiam elegiſſe contigiſſet, tunc enim ne fame ambo perirent, volunt Doctores ad alimenta filiæ præſtanda patrem teneri, & eornm ratione ad dotem modicam, & parnam filiæ dandam, quæ ſit dictis alimentis conueniens, prout ex multis loco iam allegato probauimus abundè. In hoc caſn non diſputabitur num maior legitima dos poſſit, & debeat dari, ſed illa parua congrua proculdubio dicetur, nec de ea poterit filia
40 conqueri modo aliquo. Ego, vt † aliquid addam tradiris in hoc per Doctores, dico, quòd eos lubens excuſaſſem à labore philoſophandi circa conſtitutionem huiuſce dotis, quæ danda eſt filiæ pauperi nuptæ ſine conſenſu patris cum indigno, poterant enim eã obligationem paternã cõprehendere ſub regula illa generali in ſuperioribus propoſita, quæ proculdubio taxationem fiendam capit, quòd dos ſit conſtituenda attentis circunſtantijs mattimonij, & perſonarum qualitate, paternisque facultatibus, officio iudicis, qui æſtimare debet quanta illnd indignum matrimonium erit dote dignum.

41 Supradicta † procedunt in prima filiæ dotatione, ſed in ſecunda (diximus enim quòd & ſecũdo, & etiam tertiò tenetur pater dotare filiam, vt habes in principio huius dotis tractationis) quanta fir dos dãda, an ſemper eadem, an maior, vel minor, operæpretium eſt diſcutiamns. Dic ergo breuiter, ꝙ niſi ſit patris patrimonium intetim diminutum, quo caſu poteſt pater filiæ dotem diminnere, authenti. ſed quamuis, vbi gloſſ. & Doctores C. de rei vxor. action. Anton. Sola in conſtitut. Sabaud. tit. de alienat. bonorum minor. mulier. gloſ. 2. num. 11. Molfeſ. iu cõſuetudi. Neapol. pat. 4. de ſucceſſ. ab inteſta. quæſtio. 26. nnm. 13. eadem proculdubio eſt dos à patre tradenda, non enim poteſt ille dotem ſine cauſa diminuere filiæ, ſed illam eandem, quæ ad ſe reuerſa fuit ex primo matrimonio, ſecundo marito tradere, vulga. authen. ſed quãuis, C. de rei vxo. actio. de hoc eſt pnlchra deciſ. Boer. 131. & 137. qui id multis modis probat, viden. Barboſ. in repetitio. l. 1. ff. ſolu. matrimo. par. 4. nu. 54. & in l. poſt dotem, num. 32. & 33. eod. tit. Vbi
42 quærit quid futurum ſi ſecundus maritus tãtam dotem non mereatur. Quid item ſi primo data dos ſit immodica. Et quid denique ſi nubere non velit filia, ſed imò ingredi monaſterium, reſoluẽs primum quæſitum affirmatiuè, ex pulchrè traditis per Silua. in conſil. 2. à num. 60. cnm ſequen. & ſignanter num. 67. qui vult ideò id eſſe, quia dotis donatio à patre filiæ facta irreuocabilis omniño eſt, adeò vt nec † per ingratitudinẽ poſſit reuocari, ergo non debet patri eſſe permiſſa illius reuocatio, vel diminutio, etiam ſi viro filia nupſiſſet tanta dote non digno. Addit prętereà Silua. quòd authen. ſed quãuis, ſuperiùs allega. ſolùm excipit, vt dictũ eſt, vnum caſum, quando ſcilicet diminutæ inter primum, & ſecundum marrimonium forent paternæ facultates, ergo in alijs caſibus non debet eſſe permiſſa patri dotis diminutio.

44 Secundum verò † dubiũ reſoluit Barboſ. ſimiliter affirmatiuè, ex eiſdem rationibus, quæ in primo proximè quæſito adductæ fuere, ex generalitate ſupradictæ authenti. ſed quamuis, & ex eo quòd ita tenuit Deci. in conſ. 35. col. 6. verſi. Non obſtat tertium, vide tamen ad id Baeça in tracta. de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 15. à numer. 3. cum ſequent.

45 Tertium † tandem idem Barboſa contra Ripam in l. 1. nnmer. 61. ff. ſoluto matrimo. Boer. deciſio. 131. nume. 8. Baeça vbi ſuprà cap. 15. num. 3. & Coſta. in l. cum tale, §. ſi arbitratu, 11. amplia. num. 2. de condition. & demonſtratio. negatiuè reſoluit dubium, rationem reddens, quòd authen. ſed quamuis, ſolùm loquitur de matrimonio carnali, & ideò non eſt extendenda ad ingreſſum religionis, pro quo minor proculdubio ſolet dari dos, quàm pro matrimonio carnali, & ideò non eſt pater cogendns dare maiorem dotem, qnàm ſolet dari pro ingreſſu religionis, argumento l. ſi quis fugitiuus, §. item apud Labeonem, & quod ibi notar Bart. ff. de ædili edict. & ita in ſpecie Crotus in l. ſi conſtante, in ſecunda lectura, à numer. 20. ff. ſoluto matrimonio, Alciat. in l. 1. numer. 51. ff. eodem titnlo, & in l. nemo poteſt, nu. 20. ff. de legat. 1. Hæc Barboſ.

46 Circa hæc, † quæ mihi videntur plana, sunt ea, quæ dicta fuere ad primum, & secundum quæsitum, ex rationibus ibi adductis: cæterùm circa tertium, difficultatē mihi res habere videtur non modicam, & ego opinioni Rip. & Boer. ac Baeçæ, & infinitorum penè aliorum per eos allegatorum, adhæretē potiùs quàm ei, quam ex Barbosa suprà proximè retuli: nec opus esse arbitror, quod plura ad id confirmandum adducantur: sed solùm † quòd vltra æquiparationem matrimonij spiritualis cum carnali, 47 quæ in superioribus rectè considerata est, per quam soluitur proculdubio argumentū, quod in contrarium sumebatur ex authent. sed quamuis, C. de rei vxor. actio. de matrimonio carnali tantummodò loquente, aduertatur etiam quòd per primam dotationē ius fuit filiæ quæsitum irrenocabiliter in eo quod sibi à patre pro dote donatum est, taliter quòd fuerit eius effectum omninò patrimonium: non est ergo quòd concedamus patri possibilem reuocationem, vel diminutionem, sed imò fateamur oportet quòd cū persona illud transeat in monasterium. Hæc clarissima redduntur ex alijs pluribus, quæ in superioribus ad propositum docuimus, quæ non est necesse hic repetere.

48 Adducta † in contrariū procedunt, & procedere possunt quando filia compellit patrem vt ipsam dotet volentem ingredi monasterium, tunc enim non dubito quin cum minore dote, ea scilicet quæ solet dari pro huiusmodi ingressibus, quæ semper minor adsolet esse, satisfaciat pater suæ obligationi, vt inferioribus dicetur. Cæterùm quando mulier semel dotata post contractas primas nuptias, & maritum mortuum, vult ingredi monasterium, non video qualiter possit pater eius patrimonium, quod consistit in dote sibi semel data, (quæ enim constāte matrimonio † appellatur dos, eo soluto 49 proprium mulieris patrimonium dicitur, vt notant Doctores in rubr. ff. solu. matrimon. & in terminis Michae. Nizol. allegatio. 24. num. 12.) ei diminuere, & religioni auferre; quæ est melior, & accommodatior ratio, quàm quæ adducitur à Ripa loco allegato, quòd non liceat patri retrahere filiam à proposito ingrediendi religionem, retraheretur autem (inquit) si minorem dotem ei pater dare vellet ex quo ingrederetur religionem, quàm primò dedisset quando matrimonium carnale contraxerat: concluderet enim hæc ratio quando sibi non daretur illud quo opus haberet pro religione, sed si contrarium esset, non procederet prædicta ratio, & argumentatio.

50 In nostra Cathalonia † difficultatem res hæc habere non potest, vbi dotationes filiarum fiunt per donationes, quas parentes eis faciunt pro legitima, & alio quocunque iure dictis filiabus spectantibus in bonis dictorum parentum suorum, & cum latissimis renuntiationibus dictorum iurium, vt in nostro contextu habetur: ob quod necessum proculdubio est cum filiabus pertrāsire quocunque ierint, licèt post earum mortem (si contingit sine liberis, prout inconcussè in omnibus donationibus, & dotationibus stipulari solet, eas decedere) reuerti certa earum pars debeat, (nisi monasterium, quod loco filiorum habeatur, id impediat, de quo suo loco tractabimus Deo concedente) vndè exierunt; viden. Lauren. Silua. in cons. a. 51 num. 60. volu. 1. vbi † pluribus probat, quòd pater dotem promittendo, vel dando ex paterno officio, ipsam dotem filiæ donare dicitur, & adeò efficaciter ipsi filiæ in ipsa dote ius acquiritur, quòd irrenocabilis est ipsa donatio, vt probatur in l. fin. verfi. Liberalitas, C. de dot. promiss. pulchrè Laderc. Imolen. in cons. 35. num. 8.

52 Notanter † feci differentiam inter constitutionem dotis, quæ fit in terminis iuris cōmunis, & eam, quæ est solita in nostra Cathalonia fieri pro iuribus legitimæ &c. quia licèt in primo casu habeat locum l. dos à patre, C. solu. matrimo. qua disponitur dotem à patre datam ad eum teuerti soluto matrimonio, in secundo tamen ea dispositio non procedit, quia tunc dicitur habita loco legitimæ, ideo quæritur soli filiæ, & in ea succedunt hæredes filiæ, id est liberi ab intestato, nec etiam capiunt illam dotem tanquam ex consuetudine Martini, Paul. de Castro in consil. 372. in fin. prin. in 1. par. Aym. Crauc. in consil. 84. num. 5. & Ioan. Bapti. Laderch. in consil. 25. num. 4. in versic. Quinta est; nō est ergo mirum, quòd dicamus, maximè in terminis nostræ constitutionis dotalis, non posse patrem post dotem datam, ampliùs de ea se intromittere.

53 Hæc nos † compellunt vt statim de dote, quæ debetur filiæ monachandæ, differamus, & quæ dicatur congrua videamus, ne possit de incongruitate illius filia conqueri. Qua in re omnes communiter dicunt minorem proculdubio dotem deberi ijs, quæ monasterium ingrediuntur, quàm quæ carnale ma- 54 trimonium contrahunt, quia † minoribus sine difficultate, ac paucioribus laboribus illę in monasterio subijciuntur, quàm illę quę remanent in seculo, quas oportet sustinere debere onera matrimonij, quę sunt pene ingentia, vt nobis omnibus est palàm, qui sub illius iugo militamus; sic in terminis, vltra allegata suprà proximè, dicit Laurentius de

Pala.

Pala.de ſtatu.quod ſtan.maſcu.fęmi.nõ ſucce.par.1.num.48.in 7.vol.tractat.ſecundùm meam impreſſionem, ſequuntur Vincent. Hondede. in conſ.11.num.28.vol.2.

55 Conſideranda † & aliam huius dicti rationem non ineleganrem Vincent.de Franchis poſt multos quos allegat deciſio.44.num.1. quòd dos, quæ datur monaſterio penitùs petdita eſt quoad dantes, dos verò quæ datur pro matrimonio, vadit ad filios, & eis non exiſtentibus, ad dotantes, ideò nihil mirum ſi dicamus quòd vna poſſit eſſe altera maior, & grandior.

56 Sed ſi † qualis, & quãta in indiuiduo dos prædicta debet eſſe te ſcire velle replices, ac inſtes, dicam me intrepidè cenſere congruam illam pro moniali dotem dici,quę ſolita eſt dari reliquis monaſterium ingredientibus. Rario,meo iudicio,eſt perſpicua,quia cum dos ſit iudicis arbitrio conſtituenda inſpecta matrimonij,& perſonarum qualitate, & circunſtantijs, ac etiam more, & conſuetudine regionis, quantum ſcilicet ſolitũ eſt conſimilibus dari, vt probauimus ſuprà abundè, indè fit quod in illis monialibus tunc dicetur iudicis arbitrium rectè exercitum, quando iubebit eis dari quantum ab alijs eſt ſolitum, & conſuetum; ita in terminis docent Lauren.de Pala. & Vincen.Hondede.in locis ſuperiùs citatis, Gaſp.Anton. Theſaur.quæſtio.forenſi 60. num.15. plena eſt de hoc tota Vincent.de Franch. allegata deciſio.44.vbi ita in Senatu Neapolit.fuiſſe in facti contingẽtia *reſolutum* refertur, quia

† 57 (inquit numer.2.) ſufficere † debet mulieri monali habere ea,quæ cæteræ moniales habent, & in iſtis multùm (dicit) valet cõſuetudo loci, vt dicatur conueniens, Guidobo. in ſæpè citata aduocatio.99. num.20. Conducunt quæ infrà de non reuocandis renuntiationibus monialium ex læſione in tractatu renuntiationum docuimus.

58 Nec ſunt † in hoc,quod de dotandis filiabus monaſterium ingredientibus diximus, conſiderandæ paternæ facultates,& aliæ circunſtantiæ, & qualitates,quas conſiderandas docuimus circa matrimonia rei rena,& carnalia, ſed ſolùm quod ſolitum eſt pro alijs monaſterio dari, qui unque illi ſint qui illud dant, & elargiuntur pro filiabus. Rationem † adducunt Ductores, quia cum ſponſus cœleſtis ſemper, & in omnibus ſit vniformis, expedit propterea quòd dos, quæ huiuſmodi ſponſo datur, & conſtituitur quando monialis ingreditur monaſterium, & in eo habitum ſuſcipit monachalem, ſit etiam vniformis, ſic Afflict.deciſio 348.numer.2. Vincent.de Franch.allegata deciſio.44. nu. 1.Vincent.Hondede.in conſil.64. num.35. volum.2.& Guidobon.citata aduocatio.99. num.19. atque ita inconcuſsè obſeruatur: habẽt enim monaſteria ſuas taxatas dotes, quas adferre tenentur quæ illis ſe dicant; à quibus nec minuendo propter paupertatem ingredientis,nec augendo propter illius diuitias, ne latum quidem vnguem recedunt, ſed vniformiter omnes dotem portant.Pulchra eſt ad propoſitum deciſ.Ro.Roma.60. apud Proſperum Farinacium in vltimo vol.

† vbi *deciſum* refertur de anno 1601.illud idẽ quod nos ſuprà probauimus, filiam contentari debere dote ſolita dari monialibus,nec poſſe peti ſupplementum, in caſu raro, in quo pater filiæ dederat pro ipſa monachanda quingentum libras tantùm, quæ à reliquis monialibus ſolebant adduci monaſterio pro ingreſſu, cum tamen alteri filiæ, quã matrimonio carnali copulauerat, dediſſet anteà quatuordecim mille libras pro ſua dote: hac magna diſparitate non obſtante,cẽſuit ſacrum illud Audirorium nihil fore vlterius filiæ moniali,nec monaſterio dandũ. ibi vide, quia optimè confirmantur quæcũque à nobis ſuprà dicta fuere ad hoc propoſitum,& inſtitutum.

60 Id quod eſt † adeò verum vt ſufficiens ſit hæc modica dos,quæ monialibus dari adſolet cum monachantur, ad excludendum eas à ſucceſsione paterna, quando adeſt ſtatutũ quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant, ſed dotari habeant, ſicut excluderentur ſi in ſeculo remanentes congruè, vel intra, vel vltra legitimam, ſecundùm quod matrimonij qualitas, & paternæ facultates expoſtulaſſent, dotatæ extitiſſent, prout in terminis tradit, & multis probat Laurent. de Pala.in allegato tractatu de ſtatuto quòd exiſtentibus maſculis fœminæ non ſuccedãt 1.par.à num.48.cum ſequent.Sed non propterea perdunt iſtæ mulieres ſucceſsionem in maternis bonis,de quibus dotatæ nõ fuere, prout in Sena.Neapol. *deciſum* fuiſſe attellatur Affli&.allega.deciſio.348.

61 Fallit id † quod diximus contentari debere filiam monachandam minori dote,quã maritandam, ea ſcilicet, quæ neceſſaria eſt pro religionis ingreſſu, vt non procedat vbi pingue aliquod fuiſſet ei à patre factũ legatum, quod excederet dictam quantitatem, etiam ſi pro maritagio fieri, foret in eo expreſsè dictum: tali enim caſu non poſſet filia monachanda obligati quòd ſola illa dote contentaretur neceſſaria pro monachatione, ſed poſſet integrum legatum, qualiſcunque, & quantæcunque eſſet quantitatis, petere, quia per illud legatum fuit filiæ inquæſitum in illo relicto, quod ſine ſuo facto non poteſt ab illa auferri.

Nec

62 Nec officit † quòd pro maritagio, quod ſonat matrimonium carnale, fuerit factum legatum, non pro monachatu, quandoquidē de iure quod pro maritagio relinquitur, cenſetur etiam pro monachatione relictum, & ſic nedum quando carnale contrahitur matrimonium, ſed etiam & quando ſpirituale, ſatis enim dicitur mulier nubere monaſterium ingrediendo, vt ſuperiùs diximus dum de obligatione dotandi in principio ageremus, in ea parte in qua de obligatione patris circa dotationem filiarum pro matrimonio ſpirituali tractauimus, ad text. in §. ſed & hoc præſenti, in authent. de ſanctiſſimis Epiſcopis, & in authenti. niſi rogati, C. ad Trebellia. de quo quia plena eſt Iacobi Menoch. præſump. 148. lib. 4. & binæ patris Ludouici de Beia diſputationes in ſuis reſponſio. caſuum conſcien. caſ. 44. & 67. ple-

63 nus noſtri Cancer. locus, qui † diſputat de pia cauſa inſtituta pro virginibus maritādis, an in ea ius habeant quæ monaſterium ingrediuntur, in 3. par. variarum reſolutionum cap. 11. à num. 204. cum ſequentib. & plenæ

†† etiam ſunt *deciſiones* Regni Neapolita. Antonij Capicij 204. & Sicil. don Garciæ Meſtril. 153. in 2. pat. & Regni Aragon. Ioſep. de Seſſe 45. in quibus omnes fere habes antiquos, & modernos, qui de articulo tractarunt, & rationes in quibus opinio fundatur, largè diſcuſſas, ideo in vlteriori allegatione, & confirmatione tempus aliud non conteram. Solùm notabo quòd pro hac opi-

† nione *declaratum* in terminis fuit in illo Siciliæ Senatu, vt teſtatur Meſtril. loco allegato num. 34. vbi nihil aliud quàm iſte articulus ex profeſſò diſputabatur, & ita etiam

† *tentum* fuiſſe in Senatu Neapolitano auctor eſt Capicius vbi ſuprà: nonnihil de his apud Surd. in conſil. 69. lib. 1. vbi num. 2. & 18. illud extendit etiam ſi filia tempore teſtamēti eſſet iam profeſſa, nec computationi fore locum tradit cum quantitate promiſſa monaſterio pro ingreſſu, & tempore illius, Peregri. de fideicom. art. 28. num. 74.

64 Quæ tamen † ſunt vera, niſi ex coniecturis conſtet nō de matrimonio ſpirituali, ſed imò de carnali ſenſiſſe teſtatorem, tūc enim monacha filia effecta non habet legatum, vt pluribus etiam Doctores prædicti, & quos ipſi referunt, probant, coniecturas in indiuiduo tradentes, quæ ad id ſufficiant, quas longum eſſet hoc loci recenſere, atque ita

† Senatus Aragō. *declarauit*, accenſuit in citata deciſio. 45. Ioſeph. de Seſſe num. 47. vbi

65 fuit † data pro ſufficienti coniectura, quia conditioni de matrimonio contrahēdo fuerant illa verba adiuncta, *per verba de præſenti, quæ* (inquit) *ſecundum communē vſum loquendi vulgarium, qui attendi debet, matrimonium important carnale*, video. vlteriùs Ladetch. qui totus de hoc agit conſil. 152. Plura de hoc videbis infrà in clauſula conſtitutio. dotalis, ſine quibus non debes te in hac materia reſoluere, quia ibi latiùs ea explicatur, & declaratur.

66 Dicit † Capic. allegata deciſio. 204. num. 2. idem eſſe ſi mulier hæc clericus, vel clerica efficeretur capellam ſecularem ingrediēdo, exiſtimans quòd tunc non conſequeretur quod pro maritagio ei foret relictum, quaſi lata in hoc ſit differentia inter regulatem eccleſiam, & ſecularem, quod nobis anſam tribuit, & occaſionem præciſam præbet, poſtquam hæc omnia ſunt noſtræ materiei matrimonij valdè accommodata, vt de his qui clerici efficiuntur poſt legatum, vt ſuprà dictum eſt, factum, paululùm diſputemus, nunquid illud legatarius conſequatur effectus poſteà clericus ſecularis ſicuti ſi regularis monachus fuiſſet Deo conſecratus, (in maſculis proptiè cadit hæc quæſtio, non in fœminis, ſicut Capic. in eis caſum ponebat ſi efficerentur clerici, aut clericę, id enim abijt proculdubio in deſuetudinem, quòd mulieres reperiantur, quæ clericæ dicantur, & dici valeant.)

In hac quæſtione, eſt ſine dubio tenendū negatiuè ex gloſſ. in cap. in præſentia, verb. inſtituit, extra de probationib. & eſt communis opinio ſecundùm Alcia. in conſil. 90. num. 11. lib. 9. Boer. deciſio. 354. numer. 11. Manti. de coniectur. vltimarum voluntatum lib. 11. tit. 7. num. 22. & Ioann. Gutier. in cano. quæſtio. lib. 1. c. 32. n. 73. idem etiam di-

67 cit vbi ſuprà allegatus eſt. Ratio eſt, † quia quæ ſuprà dicta, ac conſtituta ſunt, in fauorem religionis, & Eccleſiæ dicta, ac conſtituta quidem fuere, & pro ſpeciali illius priuilegio, & prærogatiua, quæ ſucceſſura eſt in illis bonis, id autem ceſſat in cleticatu, non enim propterea quòd quis clericos efficiatur, habet Eccleſiam, quæ ei ſuccedat, nihil ergo mirum ſi differentia conſtituitur inter vnum, & alium caſum.

68 Ex qua tamen † ratione ſequitur quòd ſi clerico eſſet eccleſia ſucceſſura, ſicut monacho monaſterium, tunc eodem modo conſequeretur legatum qui cleticus efficeretur, ſicut qui monachus, veluti quando quis voueret ſe Eccleſiæ ſeculari, prout in terminis annotauit Alcia. in loco allegato, dicens ita haberi per gloſſ. & omnes Doctores in authen. niſi rogati, C. ad Trebellian. & per cap. in præſentia, de probationib. Felin. in dicto cap. in præſentia, numer. 31. & ibidem etiam Dec. num. 200. qui duo dicunt iſtum intellectum rectè recipere textum in authē.

de ſan-

de sanctissimis Episcop. in §. sed & hoc præ-
69 senti, quia † vita clericalis, quæ habitura est
persona, & bona imperpetuum, non mino-
re fauore digna videtur quàm monachalis;
nec posse confidetari rationem quare vna di
ci debeat altera fauorabilior quoad effectũ
supradictum, sequuntur Boer. Manti. & Gu-
tier. vbi suprà, Peregrin. de fideicommi. art.
28. num. 90. & Iosep. de Rusticis, qui omnũ
latissimè materiam tractat, in tepetit. l. cum
70 auus, lib. 5. cap. 2. num. 15. qui † vlteriùs di-
cunt, quòd ad hoc vt habeat locum dispositio
text. in dicto §. sed & hoc præsenti, in cle
ricis secularibus, duo præcisè requiruntur:
vnũ, quòd cleticus in Ecclesia perpetuò ma-
neat, id est vt in maioribus ordinibus con-
stituatur, ne ad seculum redire valeat: se-
cundo, quòd bona etiam sua Ecclesiæ dona-
uerit, vel quòd ad pios vsus bona dispenset,
& distribuat, aliàs non capit clericus quod
caperet monachus, idem tenet gloss. allega-
ta in cap. in præsentia, de probation. viden.
Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsump. 83.
num. 67. vbi soluens argumenta, quæ pro cõ
traria opinione fieri possent fundata in di-
uersitate rationis, quæ considerari potest
inter ecclesiam secularem, & regularem:
primò, quòd ecclesia secularis non sit loco fi
liorum, vt ei acquiri possint bona: secundò,
quòd clericus non dicatur matrimoniũ spi-
rituale contrahere cum ecclesia sicut mona-
chus; soluens (inquam) hæc argumenta, nõ
parùm tem hanc illustrat: ad primum enim
dicit verum non esse quòd ibi asseueratur,
cum imò verius sit ecclesiam seculatem esse
huius acqu'sitionis capacem, clericus enim
effectus tenetur ea bona impendere in illius
ecclesiæ vtilitatem, sicuti statuit Iustinianus
in dicto §. sed & hoc præsenti. Ad secundũ,
quòd imò verius est clericum contrahere
matrimonium cum ecclesia, cùm perpetuò
ei deseruire debeat. Nec mutatio (inquit)
loci efficit vt dicatur ecclesiæ non deseruire,
cùm ecclesia vbique sit, nec certi loci eccle-
sia, sed in vniuersum hic considerari debet.

71 In summa † igitur (vt rem praxi applice-
mus) quoties quis clericus efficitur maiorũ
ordinum, quibus alligatur vt perpetuò ec-
clesiæ deseruire habeat, & is postea bona in
vtilitatem ecclesiæ, ac pios vsus distribuit;
tunc idem in eius, & ecclesiæ fauorem est iu
dicandum quòd si monachus fuisset effectus
& religionem ingressus. Mitto illũm casum,
qui minùs dubitabilis esset, quando se, sua-
que bona seculari ecclesiæ vouisset, ac donas
set, quia rarò, aut nunquam fere contingit.
Et cum his explicatam habes materiam do
tandarum sanctimonialium mulierum, quæ
est multùm in praxi contingibilis. De ea, &
de taxatione dotium ipsarum si plura alia
scire exoptes, videas patrem Manuel. Ro-
drig. de regular. tom. 2. quæst. 48. per multos
articulos.

72 De dotibus † filiarum illegitimarum est
quòd in præsentiarum discutiamus, sequen-
do methodum quã prosequimur: posuimus
enim & eas suprà dum de obligatione pa-
terna circa filiarum dotationem versaremur.
Videndum etgo est qualis, & quanta sit eis
dos constituenda. Respondent Paleot. in
tracta. de noth. &c. cap. 50. in princ. & Ioa.
Baptista Lup. ex multis quos ipse allegat;
de illegitim. & natural. lib. commentar. 2. §.
1. num. 46. idem quod de monialibus dixi-
mus, quòd minores quidem dotes constitui
debent filiabus spurijs, quàm legitimis. Sed
quomodo minores? id ego voluissem ipsi
explicassent.

73 In hoc † articulo video omnes prorsùs
concordare quòd ea dicatur congrua dos fi-
liæ illegitimæ, quæ non excedit metam ali-
mentorum, id est id, quo pro se alenda ha-
bet mulier opus, & est ratio euidens, quia
75 omnes † obligationem dotandi deducunt
ex obligatione alendi, & quatenus pater ad
alendum tenetur, eatenus ad dotandum, vti
latè fuimus in superioribus prosequuti dum
de hac dotandi obligatione in prineipio
agebamus, viden. Dida. in epitom. ad 4. De
cretal. par. 2. cap. 8. §. 6. num. 11. Moli. de pri
mogen. Hispano. lib. 2. cap. 15. num. 50. Ca-
pi. decisio. 181. nu. 1. & alij latè adducti per
Surd. in tracta. de alimen. titu. 1. quæstio. 10.
† num. 15. & 17. Sic *decisum* refert don Gar-
cias Mestrill. decisio. Sicil. 144. nu. 7. iunctis
num. 14. & 15. vol. 2.

75 Et tali † casu iudex, coram quo de ista
congruitate tractabitur, tenebitur procul-
dubio, ne in suo iudicio proferendo erret,
attendere, & considerare filiæ dotande æta-
tem, iuxtà dispositionem l. hæreditatum, ad
l. Falcidiam, & iuxtà tempus quo viuere po
terit, dotem taxare illis alimentis parem;
& æquiualentem; quibus pro toto eo tem-
pore opus habebit, prout in terminis docet
Surd. vbi suprà num. 16. pulchrè Vincen. de
Franch. decisio. 283. num. 16. Et est quidem
dictæ l. computatio necessaria, quia ea, &
non alia est quæ dat formam computationi
futurorum alimentorum, ad quorum ratio-
nem debet nostra dos metiri, de qua latè
per eundem Surdum in eodem tractatu tit.
9. quæstio. 4. Lata in l. si quis à liberis, in §.
sed si filius, à num. 109. de liber. agnoscend.
& Barbos. in l. maritum 13. num. 12. ff. solu.
matrimonio.

76 Sed quomodo † ea alimenta, à quibus nõ
stra dos venit metienda, & regulanda, sine

cõ-

consideranda, nunquid secundùm indigentiam, & naturæ sustentationem, id est secùdùm eam quantitatem tantùm, qua mulier opus habet naturaliter ad viuendum, an verò secundùm quod eius, & patris sui status, & conditio, ac eiusdem patris facultates requirunt, dubitatio est non modica. Sed in ea communiter concluditur à Doctoribus, quòd conditio mulieris est inspicienda, ac eius, & patris sui status, & facultates eiusdē, non sola naturæ sustētatio: absurdum enim esset, fieret taxatio de eo solo, quod natura requirit ad viuendum, & sic darētur eidem panis tantùm, & olera, quæ ad id sufficiunt, Dida. vbi suprà num.7. Tell.Fernand. in l. 10.Taur.num.2.Surd.de alimen.tit.1.q.10.

77 num.10. vbi vult † quoad hoc fore æquiparandas illegitimas filias cum legitimis, Vincent.de Franch.decisio.283.num.18. & denique Ludoui.Moli.de primogen. Hispano. lib.2.cap.15.num.55.vbi in fine dicit se hāc opinionem in forentibus controuersijs vidisse *receptam*, quod & nos asseuerare etiam possumus, qui id in multis magnatum filiabus spurijs, & illegitimis in hac nostra Prouincia practicari vidimus: conducit text. in cap.cum haberet, vndè hæc alendi, & dotādi spurios dimanat de iure canonico obligatio, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulter. vbi in fine expressim habetur alimenta fore spurijs præstanda iuxtà paternas facultates.

78 De hærede patris, † quem diximus in principio teneri ad dotationem filiarum defuncti, est quòd videamus ad quam dotationem ipse teneatur. Et imprimis videtur, quòd ad aliud non debeat teneri, quàm ad legitimam sibi in bonis paternis ex die mortis patris debitam tradendam, ob idque esse differentiam constituendam si in vita patris filia dotem, & dotationem ab eo petat, vel eo mortuo ab illius hæredibus, vt licet in primo casu possit dos, si oportuerit, etiā vltra legitimam taxari, & extendi, id tamē non videtur dici debere quando petitur ab illius hæredibus, qui ad aliud, quàm ad legitimam non videntur obligati.

79 Sed his † non obstantibus, indubitatum existimo, & certissimum, quòd sicut in vita patris non habetur ratio legitimæ ad dotationem, vt diximus, sic nec post eius mortem. Ratio, meó iudicio, est euidentissima ex his, quæ suprà in principio docuimus, q̄ per mortem patris non extinguitur obligatio dotandi, qua ipse tenebatur, sed imò transit ad ipsius hæredes, ergo cum suis qualitatibus, & eo modo, quo penès patrem erat, quia nón est considerabilis aliqua diuersitatis ratio. Et ad quid, quæso, fatigassent se ipsos Doctores in inuestigando, num ad hæredes ea obligatio transiret, si nō possent illi postea compelli ad aliud, quàm ad legitimam, quam lucrifecerant filiæ eo momento temporis quo pater decessit in eius bonis, tradendam? Certè in vanum tēpus in hoc consumpsissent. Si ergo transit ad hæredes obligatio dotem dandi filiæ defuncti, & dos debet constitui arbitrio iudicis, etiam vltra legitimam si videatur expedire, & esse necesse, vt sæpiùs dictum est, indè fit, & esse debet, quòd aduersus hæredem possit ea taxatio fieri, ita in terminis tenet, & nōnullis medijs tendentibus ad æquiparationem obligationis hæredis cum obligatione defuncti quoad dotationem, probat Petrus Barbos. in l.1.par.4.num.11.ff.solut.matrimo. notabile est ad propositum Maria. Socini iunioris consil.55.num.6.in 1.vol.quod refert & sequitur Marc. Anton. Peregrin. in

80 consil.71.num.10.volum.1. vbi † asserit, q̄ ad hoc vt iudex arbitretur rectè in taxanda sororis dote contra fratrē hæredem patris, debet animaduertere ad dotem, quam pater solitus fuerat reliquis filiabus dare, & secundùm eam, taxam facere, vt æqualitas seruetur, & ne inuidia inter sorores, & eorum filios crescat. Quod ego verum censeo, nisi sint mutata tempora, & in posteriori, & nouissimo maiores, aut minores soleant dari dotes, prout in patre suprà resoluimus, tunc enim & mutari oportet consuetudinem dotandi.

81 Vltimò videamus † oportet de congruitate dotis mulieris stupratæ, quam etiam suprà diximus dotandam fore à stupratore, ne eam multipliciter afflictam sine aliquo solatio relinquamus. Hac in re Ioan. Bernar.Diaz de Luco in pract. crimina.canoni. cap.83.num.8.in fin. distinguit duos casus: quorum primus est quando mulier habet parentes diuites, à quibus potest dotari, vel etiam ipsa taliter diuitijs abundat, ex quibus dotem sibi constituere valet, tunc & eo casu (inquit) dabit pater, aut dabit eadem ipsa mulier quantum opus habuisset ad nubendum si corrupta non fuisset, & quia propter corruptionem deterior fuit effecta, & ideò maiori dote proculdubio eget, illud plus supplebit stuprator, & corrumpens, sequitur ibidem Ignat. Lopez de Salcedo in additio. super verb. ad totam dotem, in lit-

82 tera F. Rationem † dicit esse, quia non est resarciendum damnum in vtroque foro, nisi quatenus læsio attulit, & sequitur etiam noster Cancer in 3.par.variar.resolution. cap. 11.de sponsalib.numer.130. Secundus verò

83 casus est, † quando nec mulier habet parentes diuites, nec ipsa taliter diuitijs affluit, ac fortunæ

fortunæ bonis potitur, vt ex eis se possit cõmodè dotare, & in isto casu asserunt ijdem Doctores teneri stupratorem ad totam illã dotem, qua opus mulier habebit ad nubendum. Hæc est † horum Doctorum distinctio, pro qua tamen non video quòd quicquam allegent quod concludat, neque ego possum cum eis conuenire, quippe qui resoluerim in principio (quod indubitatum existimo) dum de materia stupri agerem, teneri stupratorem in omni casu corruptam à se mulierem dotare. 84

Quare † placet Rotæ Romanæ elegans resolutio capta apud Farinaci. decision. 74. † post eius 1. vol. consil. vbi postquam *resolutã* extitit teneri stupratorem ad dotationẽ, & post quæstũ qualiter ea dotatio sit faciẽda, sic distinguitur: *Aut enim* (inquit) *mulierẽ ducit stuprator, aut non*, prout est in eius electione vnum, aut alterum facere, eo modo quo in principio huius de stupro materię resoluimus. *Si primum contingat, tunc satis est constituere puellæ dos loratæ dotem, quam iuxtà qualitatem suam, & consuetudinem regionis foret habitura. Sin autem renuendas nuptias putauerit, tunc tenetur ad supplendum illud quo pluris indiget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, quia non est dubiũ quin per def loration em deterior sit facta puella, & ideò maiori dote indigeat ad inueniendum sibi maritum æqualem: & def loratorẽ*, 85 86 *qui † damnum illud dicit, teneri ad illud compensandum*, allegat ad id Abbã. antiq. in c. 1. de adulter. Ioan. Andr. num. 9. in fin. Ancharan. num. 6. notab. 6. & Panormita. nu. 4. super eodem cap. ac Didac. Couarru. ad 4. Decreta. part. 2. cap. 6. §. 8. Quibus ego addo Senatum Pedemontanum apud Osasch. † decisio. 107. num. 10. & 11. qui idem *sequutus* in facti contingentia fuit, Farina. de delict. carn. quæstio. 147. §. dos, num. 128. & Iap. Baptista Lupus in tract. de illegitim. & natural. liber. commentar. 1. §. 5. nume. 124. Quod est † adeò verum, vt dicat Iod. Bapti. Plot. de in litem iurando, §. 33. num. 1. in eo quod debet plus dari pro dote mulieris stupratæ, standum fore & esse iuramento in litem deferendo mulieri, aut eius patri, vel fratri, aut tutori: sequitur additio ad Farinac. in dicta decision. 74. Sed id † vix esse in praxi contingibile. ego crediderim, qui sciã iuramẽti in litem deferendi remedium subsidiarium esse, & non habere locum nisi vbi aliter veritas haberi non potest, vt idẽ Plotus in eodem tractat. de in litem iuran. §. 2. num. 1. cum sequen. & in terminis Io. Bapt. Costa de remed. subsid. remed. 98. numer. 4. sequutus Menoch. de arbitra. iudic. casu. 208. statim in initio, & nostrum Pegue. decisione 87 88

crimina. 23. nu. 6. & alios quos allegat. Hic autem nemini dubium est quin possit aliter veritas haberi absque eo quòd sit ad delationem huius iuramenti deueniendum, nempè per peritos, qui auocabuntur ad æstimãdum quid, quantumve plus debeat mulier habere propter defloration em, quàm si virgo remansiſſet, secundùm quod viderint in alijs obseruatum, aut aliàs.

Addit † Dida. loco superiùs allegato, qui est in epito. ad 4. Decretal. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 15. ex Anan. & alium casum, in quo cessat idem obseruandum, quod in primo supra relato, quando stuprator nubit mulieri à se corruptæ, quòd non teneatur ad aliã dotem, quam habuisset, habereque deberet si virgo esset. Item quando si non nubit, non est eius culpæ id imputandum, sed vel ipsi mulieri, quæ cum illo volente non vult contrahere, vel eius parẽtibus, qui vitiatori mulierem expostcenti renuunt tradere, licèt ipse foret mulieri conueniens, aliàs enim si nó esset talis, aliud foret dicendum, sequitur Menoch. de arbitrar. iudic. casu. 288. num. 19. & sequitur etiam Io. Bapt. Lup. loco allegato vbi † rationem asserit esse, quia ob calumniosam recusationem sentiunt damnum suæ culpa & mulier & parentes eius: cui ego addo, quòd cùm non stet per corrumpentẽ, æquiparari debet iste casus cum primo, quãdo inter istos contrahitur matrimonium. 89 90

Addit † denique Didac. & alium casum, cuius meminit etiam Rota Romana vbi suprà num. 3. vbi corrupta cum dote consueta dari virginibus potest consequi, aut consequitur virum sibi æqualem, tunc enim ad aliã dotem vitiator non tenetur. Sed quia iste casus est multùm difficilis, & parùm in praxi contingibilis, ideò illum omitto: videnda est ad totam hanc materiam pater Molina societatis Iesu de iustit. & iur. disp. 104. nu. 9. vers. Iuxta, tract. 3. tom. 4. 91

Est tamen † aduertendum (& cum his finem huic rei facio) quòd in omni casu, in quo de congruitate dotis stupratæ, & vitiatæ mulieris tractandum erit, oportebit eã metiri non à diuitijs, aut pauperitate patris, sed imò ex facultatibus stupratoris, & conditione ipsius stupratæ, ne contingat quòd si pater est diues, stuprator verò pauper, obligetur ad id quod est sibi impossibile posse adimplere, & è contra, si ipse multis diuitijs abundet, pater verò multa paupertate laboret, ob quam ad dotationem non teneretur, immunis ab omni pœna euadat iste corrumpens, quæ forent magna proculdubio, & grãdia absurda: tota de hoc est compacta Senatus Pedemontani apud Osasch. alleg. de † cisio. 107. vbi sic fuisse *resolutum* traditur, 92

Menoch.

Menoch.vbi ſuprà num.20. Farinac.allega. §.dos,num.124. Ioan.Bapt.Lupus citato §. 5.num.125.Theſaur.deciſio.3.num.2. in fi. Vincen.Carroc.deciſ.ſeu caſu 58.num.15.

De alijs, quos diximus in ſuperioribus teneri ad dotationem mulierum dum de hoc ageremus, qualem & quantam debeant illis dare dotem, non eſt cordi hic pluribus tractare,quia nihil habet eorum obligatio ſpecialitatis,quod particulari egeat annotatione, regula in eis generalis locum proculdubio habebit, quam in principio huius congruitatis dotis tractationis adduximus, & taxanda ea veniat prudẽtis iudicis arbitrio, habita ratione eorum, quæ inibi conſideranda docuimus. Solùm aduerto quòd in dotibus, quæ debentur in ſubſidium, veluti in auo,& ſimilibus, non eſt facienda tigroſa taxatio, ſed ad meram dotandę neceſſitatem, per ea quæ in ſimili de alimentis ſubſidiarijs tradunt Bald. & alij in l.ſi maritus, ff.ſolut.matrimo. cum alijs relatis per Rolan.de lucro dot.quæſt.94.num.3.& pulchrè per Rot.Roma.deciſio.249.num.1. in recolle&.per Farinac.volum.vlt.Et cum his finitur hic articulus congruitatis, & incongruitatis dotis, reſpectu mulieris dotandæ.

SVMMARIA.

1 *Quæſtiones tractandæ.*

2 *Filios non fraudari debito parentum ſubſidio iura noſtra multum ſolicita fuere, nec è cõtra, parentes.*

3 *Tit.de inoff.teſtam.ad quid ſit factus, & quid contineat.*

4 *Tit.de inoff.donatio.ad quid ſit factus, & quid contineat.*
Tit.de inoff.donatio. quid diſponat. ibid.

5 *Querela inofficioſæ dotis, & inofficioſæ donationis fuerunt introducta ad normam, & ſimilitudinem querelæ inofficioſi teſtamenti pro inuenſis dotationibus, & donationibus.*

6 *Querela inofficioſi teſtamenti totum teſtamentum reſcindit, ac deſtruit.*

7 *Querela inofficioſæ donationis, & dotationis vſque ad debitum ſubſidium bonorum tantum.*

8 *Querela inofficioſi teſtamenti fuit eo colore introducta quaſi fuerit demens, & inſanus, qui in ſuo teſtamento filios preteriit.*

9 *Querela inofficioſæ donationis, & inofficioſæ dotis fuit introducta ſolo fauore illius, cui legitima debetur.*

10 *Teſtamenta quæ reſcinduntur querela inofficioſi teſtamẽti multò fauorabiliora ſunt cõtractibus.*

Querelæ inofficioſæ donationis, & dotis odioſæ ſunt, non ſic querela inofficioſi teſtamenti.

11 *Tituli duo de inofficio.donatio. & inofficio.dot. quare fuerunt facti, eũ vnus ſufficeret, quia & dotare eſt donare.*

12 *Dos immodica poteſt querela de inofficioſ. donatio.reuocari.*

13 *Querela inofficioſæ dotis intrat quãdo mulier ſeipſam immodicè dotat.*

14 *Querela inofficioſæ donationis, & dotis non dantur niſi mortuis donatoribus.*

15 *Tempus mortis ſecundum aliquos, ſecundum alios tempus donationis, & dotationis eſt inſpiciendum, ac attendendum in æſtimanda inofficioſitate donationis, ac dotationis.*

16 *Querela inofficioſæ donationis, & inofficioſæ dotis datur ita aſcendentibus, ſicut deſcendentibus.*

17 *Querela inofficioſæ donationis, & inofficioſæ dotis ſunt remedia ſubſidiaria, quando nullum aliud ſupereſt.*

18 *Querela inofficioſæ donationis, & dotis ſolo quinquennio durant, quemadmodum querela inofficioſi teſtamenti.*

19 *Donatio, ſeu dotis datio dicitur inofficioſa, & immodica non quæ legitimam tranſgreditur, ſed qua efficit ne alij filij ſuas legitimas habeant.*

20 *Donatio, & dotatio immodica quare vſque ad legitimam tantùm reuocetur. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

21 *Donatio, ſeu dotis datio immodicè facta filiæ, num poſſit conſtante matrimonio contra maritum reuocari.*

22 *Inofficioſitas donationis duplex reperitur: vna, quæ dicitur re ipſa: alia, re, & conſilio.*

23 *Patris conſilium volentis defraudare filios eſt probandum, quia præſumptionem habet pro ſe.*

24 *Patris animum, & conſilium volentis defraudare filios, qualiter probetur.*

25 *Donatio omnis dicitur re, & conſilio inofficioſa, quæ fuit facta expreſsè de omnibus bonis. vbi deciſſ.*

26 *Donatio inofficioſa ſi eſt facta fauore filiorum non reuocatur niſi vſque ad legitimam, quamuis ſit re, & conſilio inofficioſa, ſecus ſi in fauorem extranei. vbi plures deciſiones.*

27 *Donatio, & dotatio inofficioſa reuocantur ad inſtantiam eorum, qui in ſuis legitimis defraudantur.*

28 *Tertius non opponit de donationis, aut dotationis inofficioſitate.*
Ius tertij non poteſt allegari, etiam ſi ſit in eis alterius omninò excluſiuum, quando excluſio

excluſio non poteſt fieri niſi accedente voluntate illius tertij. ibidem.

29 *Caducitas non opponitur emphiteotæ niſi per dominum.*

30 *Fiſcus ſolus opponit de inexpaeitate filij.*

31 *Tertius non opponit de reuocatione donationis ob ſuperuenientiam liberorum.*

32 *Tertius non opponit de inofficioſo teſtamento.*

33 *Iuris tertij oppoſitio regulariter non admittitur.*

34 *Donator non opponit de inofficioſitate donationis.*

35 *Donans inofficioſè licet fideicommiſſum in fauorem aliorum filiorum ponere in rebus donatis.*

36 *Patri in Regno Caſtellæ licet de inofficioſitate donationis etiam contra generum dotē promiſſam petentem opponere.*

37 *Rota aliquando rotat.*

38 *Actus nullus etiam ab ipſo faciente poteſt reuocari.*

39 *Iuramentum nihil operatur in donatione, & dotatione inofficioſa.*

40 *Donatio à principio non inofficioſa non efficitur talis ex quo poſteà caſu diminuātur bona. vbi deciſio noſtri Senatus.*

41 *Donatio, quæ à principio non erat inofficioſa, non fit talis ex alijs donationibus poſtea ſecutis, ſed vltima reuocatur.*

42 *Donationes plures, quæ ſimul iunctæ cauſant inofficioſitatem, debent omnes reuocari. vbi deciſio.*

43 *Fraus præſumitur ex particularibus alienationibus ſimul iunctis.*

44 *Donationes quando fiunt plures ſimul iunctæ, idem iudicatur de eis atque ſi eſſet vna ſola.*

45 *Donatio vniuerſalis cum ſufficienti reſeruatione facta, non irritatur ex alienatione reſeruationis poſtea ſecutæ.*

46 *Tempus mortis patris eſſe inſpiciendum ad inofficioſitatem, quomodo intelligatur.*

47 *Donatio vti inofficioſa vix tractatur in iudicijs vt reuocetur, ſed alijs remedijs communiter agimus.*

48 *Legitima, & illius ſupplementum poſſunt peti poſt quinquennium. vbi deciſio.*

49 *Filius per petitionem legitimæ, aut ſupplementi illius, conſequitur omne id quod per querelam inofficioſæ donationis.*

50 *Filius conſequitur legitimam integram ex omnibus bonis, non obſtantibus donationibus antea factis.*
Conſilium Auctoris in hac materia. ibidem.

51 *Legitima, & illius ſupplementum, vſque ad quod tempus poſſunt peti.*

52 *Hypotecaria non competit pro legitima, ſed ſolum perſonalis actio. vbi deciſiones.*

53 *Hypotecaria non competit prodote, antequam ſit marito promiſſa.*

54 *Hypotecaria non competit pro ſupplemento legitimæ.*
Legitima, & ſupplementum illius præſcribuntur ſpatio triginta annorum. ibid. vbi deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum.

GLOSSA VIII. PARS II.

De congruitate, & incongruitate dotis reſpectu reliquorum filiorum eiuſdem matrimonij, id eſt qualiter, & quomodo poſſint illi dotationem vti inofficioſam impugnare.

1 SVpereſt, † ad ſecundum articulum venientes, diſſeramus de dotis congruitate, & incōgruitate reſpectu reliquorum filiorum patris dotantis, ne eam teliqui filij vti immodicam poſſint reſcindere, & annullare. Hic articulus vt clarior eluceat, reſpectum habebit ad duas ſpecies filiorum, & diſtinctim de eis tractabit, quia aliqua eſt inter eos conſiderabilis diuerſitatis ratio, nempè eiuſdem matrimonij, & diuerſi matrimonij: & rurſus inter filios eiuſdem matrimonij, de quibus eſt priùs à nobis habendus ſermo, diſtinguemus ſi eſſent nati tempore donationis, vel ſi naſcuntur poſteà, quia etiam in hoc conſideramus diuerſitatem non modicam.

Vt materia hæc rectè percipiatur, oportet quòd nos ex alto rem repetamus, nonnullis iactis priùs fundamentis, quæ facillimum parent aditum ad ea, quæ ſumus in ſequentibus dicturi.

2 Sciendum eſt igitur, † iura noſtra ſolicita multùm fuiſſe ne filij defraudarentur debito bonorum parentum ſubſidio, quod legitimam vulgò vocamus, nec è contra, parentes reſpectu bonorum filiorum ſuorum, ac proindè remedia nobis reliquerunt ſufficientia, quibus illis cauerent abundè aduerſus illorum diſpoſitiones, qui ad dictum bonorū ſubſidium tenentur, ſi contingat immemores illos, qui diſpoſuerunt, fuiſſe ſuæ obligationis, ſiue illæ diſpoſitiones fierent inter viuos, ſiue etiam in vltima voluntate. Aduerſus 3 † diſpoſitiones, quæ fiunt in vltimis voluntatibus, ordinarunt nobis, & compoſuerunt veteres Legumlatores titulum de

inof-

dæ legitimæ causa factæ sint, mortis tempus expectari oportreat, ita gloss. quæ sic casum ponit in d.l.vnica,C.de inofficio.dot.& ibidem Paul.de Castr.& Salice. Andre.de Angu.de melioratio.l.7.glos.4.à num.13. cum sequent. Baeça de non melioran.dot.ratio. filiab.cap.34.num.9.cum sequen.vbi plenè, plenissimè apud Aluar.Velasc. consultatio. 189.per tot.licèt ipse tempus donationis fo re spectandum arbitretur prout declarat nu. 16. Sed tales ego in hanc rem posui in inferioribus declarationes, vt existimem parùm differre ex his opinionibus vnam ab alia. Adde Ioan.Matienç. lib.5.tit.8.de succeſſ. ab intestat.l.3.glos.7.num.4.Costa de portio.rat.quæstio.114.nu.4.& de remed.subsidiarijs remed.108.num.15. Francis. Viuius
† decisio.434.num.9.& 10.lib.3. *Senat.* Neapolita. apud Vincent.de Franch.decis.170.
† & *Sebastia.* apud Antonium Fabr.in suo Codice lib.3.tit.20.de inofficios.donatio. definitione 7. vbi optimè.

16 Sequuntur † item quærelæ inofficiosi testamenti hæ nostræ de inofficio. donatio. & dot. naturam respectu personarum quibus dantur: sicut enim illa tam ascendentibus datur, quàm descendentibus, vulg.l.cum te, C.eod.tit.de inofficios.testamen. cum alijs pluribus concordantibus allegatis per Cosmam Corme.in suo C.Theodosia.lib.2.tit. de inofficio.testamen. cap.1. quibus, & aduersus quos competat de inofficioso testamento actio,par.1. in princ. sic & istæ, iuxtà l.si filius,& ibi glo.1.C.de inofficios.donat. vbi est casus in donatione filij, quam mater allegat inofficiosa. Hartman. Hartman.practicar.forens.lib.2.tit.44.obserua.4.

Sed an sit aliqua diuersitatis ratio inter quærelam inofficiosæ donationis,quam possunt filij allegare, & proponere,& eam,quã parentes, tractat pluribus Eman.à Costa in relection. cap.si pater, in 3.part. super verbo priuare non possit, à nu. 2. & plurib. seq. vbi videas.

17 Item † sequuntur naturam inofficiosi testamenti quærelæ in eo quod est esse subsidiaria remedia,sicut subsidiaria etiam est illa querela: non enim dantur nisi in subsidiũ, quando nullum aliud competit remedium. De quærela inofficiosi testamenti ad propositum loquitur Imperator in l.maximum vitium, circa medium, ibi: *Nam cum vltimum adiutorium de inofficiosi quærela positum esset, &c.* C.de liberis præterit.Alexã. in l.in prouinciali, 5.si in loco, num.7. ff.de noui operis nunciatio. & Cæsar.Barzius decisio. Bononiens.130. num.97. Inter remedia subsidiaria hoc repositum in suo de eis tractatu Ioã.Bapt.Costa remed.107. De quærela autẽ inofficiosæ donationis, de qua loquimur, quòd sit etiam subsidiaria, probat l.si filius,iunèta glos.verb.necessarium,C.illo tit.de inofficio.donatio.Hartman.Hartman. practicar.foren. obseruatio.4. num.3. lib.2.tit.44.Costa de portio.rat.quæst.113. numer.11. & inter remedia subsidiaria hoc retulit, & collocauit idem auctor reme.108. Cæsar Barz.allegata decis.Bononiens.130. num.90.& 97.

18 Et denique † quærelæ inofficiosi testamẽti sequuntur hæ nostræ naturam in durationc, sicut enim illa solo quinquennio durat,l. omnimodo, & l.si quis filium,C.de inoffic. testamen. Bart.in l.si quis 34. C.de inoffic. testam.& in consil.205.vol.1. sic istæ illo eodem temporis spatio clauduntur, Berous in consil.174.num.26.& sequent.volu.2. Bec. in consil.223.num.35.in 2.volum.Io.Bapt. Lup.in tract.de illegitim. & natural.liberis commenta.4.§.2.num.26. Costa de portio. rata quæstio.113.num.8. id quod expressim probat Iurisconsultus in l.final.C.de inofficios. donation. vbi agens de comparatione huius inofficiosæ donationis quærelæ cum ea, quæ pro inofficioso testamento datur, sic ait: *Vt sit in hoc actionis vtriusque vel vna causa, vel similis existimanda, vel idem & temporibus, & moribus,* & notat ibi glo. verb.& temporibus.

19 Inofficiosa, † & immodica dicitur donatio, seu dotis constitutio, non quæ legitimam excedit, sed ea solùm,quæ facit ne cæteris liberis legitima salua esse valeat: potest enim pater quicquid, & quantum voluerit filiæ dare, vel in dotem, vel aliàs, dummodo legitimam reliquis filijs seruet: si autem in hoc taliter excesserit, quod legitima reliquis filijs salua non remaneat, tunc intrat dictorum titulorum de inofficiosis donationibus,& dotibus dispositio,quorum vigore competit filijs quærela ad debitum bonorum subsidium, donationibus reuocatis, petendum, vt probat expressim allegata l.vnica,C.de inofficiosis dotib. Paul. de Castro in authenti. vnde & si parens, nu. 3.C.de inofficio.testamen.& Doctores communiter in l.1.C.de inofficio.donatio. Alexander Trentacinqui. variarum resolutionũ volum.1.lib.3.tit.de donatio. resolution.4. num.14. Aymon Crauet.in consil. impressio post decisio.Senat.Pedemonta. Osasc.122. num.18. Aluar.Velasc.consultatio.188.numer.1. Vincentius Hondede.in consil.43. n.19.vol.1.pulchrè Anto.Fab.in suo C.lib. 3.tit.19.de inoff.testam.definitio.20. Ioan. Griuel.decision.Dolana 97.num.15.& alij per nos suprà relati, vbi de materia authenti. res quæ, C.commu.de legat.agebamus.

20 Et hæc eſt † ratio ob quam vſque ad legitimam tantùm fiat reuocatio, vt diximus: id enim neceſſariò ſequitur ex præmiſſis, poſtquàm non dicitur inofficioſa alia donatio, quàm quæ effici t ne reliquis liberis legitima reſeruetur. Retulimus ſuprà vbi de materia authen. res quæ ageremus, hac eadem clauſ. 5. gloſ. 1. par. 3. nu. 19. noſtri Senatus accommodatiſſimum † *exemplar*, quo probatur manifeſtè, fuiſſe in facti contingentia id quod hic definiuimus, per illum egregium Senatũ amplexum; quibus adde Surd. in conſ. 332. num. 14. vol. 3. & Ioan. Griuel. deciſio. Dolana 37. ex num. 15. vbi alia ſimilis huic noſtræ † *deciſio* illius Senatus.

21 Sed † num eam reuocationem poſſint filij facere, & inſtare conſtante matrimonio aduerſus maritum eius, cui eiuſmodi donatio inofficioſa facta extitit, & per eã res donaræ fuerunt marito in dotem cõſtitutę, difficultas eſt grauiſſima, in qua contrariæ, & è diametro repugnantes reperiuntur Doctorum, & Senatuum ſententiæ, vt habes à nobis explicatum loco iam allegato, vbi de materia authen. res quæ, C. commun. de legatis agebamus, hac eadem clau. 5. gloſſ. 1. par. 3. nu. 21. De eodem etiam articulo nonnihil diximus in inferioribus in materia l. ſi vnquam, C. de reuoca. donat. & in materia dotationis, quæ fit in fraudem creditorum, ibi videas rem hanc, quæ pulchra eſt proculdubio nimis.

22 Supradicta † procedunt in donatione ſimpliciter inofficioſa, & de ea loquuntur Doctores omnes, quos hucuſque in hac materia adduximus. Sed reperitur alia inofficioſitas multùm odioſior, quando nempè donatio eſt inofficioſa nedum re, ſed & conſilio etiam, id eſt quando vltra læſionem, quæ re ipſa interuenerit, concurrit etiam animus, & conſilium patris ad damnum filiorum, volentis illam facere ex propoſito ad præiudicium illorum, ſic Iulius Clarus declarat, dicens ea eſſe multùm notanda ad intelligentiam terminorum, quos multi ignorant, in §. donario, quæſtio. 24. num. 2. circa fin. & ſequitur Vincen. Hondede. in conſil. 43. nu. 25. in 1. vol. Io. Bapt. Lupus de illegiti. cõment. 4. §. 2. num. 25.

23 Iſtud autem † patris conſilium ad fraudandum filios ſi allegetur, probari proculdubio debet per allegantem, cùm non præſumatur, l. 2. l. quotiens, §. qui dolo, ff. de probatio. Pau. de Caſtro in l. 1. num. 5. C. de inofficio. donatio. Riminal. iun. in conſil. 42. num. 97. Franciſ. Bec. in conſil. 223. num. 7. volum. 2. Ioann. Vincent. Hondede. in allegato conſil. 43. nu. 25. volum. 1. Imò quælibet inofficioſitatis ſpecies eſt ab allegante probanda, id eſt, probandum eſt ab allegante donationem eſſe inofficioſam, vt pulcherrimè probat Angul. de melioratio. l. 7. gloſſ. 2. num. 11.

24 Sed ſi † quomodo iſtud patris conſilium, & animus fraudandi filios probetur, requiras, reſpondebo tibi rem eſſe difficilem, & vix in patre practicabilem reſpectu filiorũ; nullus enim ita carnem ſuam odio habet, ſaltem in fauorem extranei, cuius reſpectu odioſior iudicatur inofficioſitas donationis quando eſt re, & conſilio, ipſa inofficioſitate, quæ re tantùm inofficioſitas dicitur, vt inferiùs tradetur: amor enim paternus erga filios non patitur quòd in illius iniuriam de patre tam malè præſumamus, vt potuerit habere animum, & conſilium bonis ſuis filios exuendi, vt alium extraneum eiſdem induceret. Sed qualiter poſſet dici etiã reſpectu patris donatio inofficioſa re, & cõſilio, docere voluit Ioannes Baptiſta Lupus in ſæpiſſimè allegato tractatu de illegitimis & naturalibus liberis commentar. 4. §. 2. numer. 25. Generaliter ſicut breuiter, & reſolutiuè rem hanc diffinit Franciſcus Beccius

25 in conſil. 68. ex num. 8. dicens † eam omnem donationem dicendam fore re, & conſilio inofficioſam, quæ fuerit facta expreſsè de omnibus bonis, l. omnes, §. Lucius, ff. de his quæ in fraudem creditorum, allegat plures grauiſſimos Doctores, & ſignanter † *deciſio*. Senatus Neapolitani Afflict. 370. num. 13. & ſequenti.

26 Vbi † huius generis inofficioſitas reperiretur, inſpiciendum foret quoad reuocationem donationis, in cuius fauorem ea eſſet facta, ſi in fauorem vnius ex filijs, vel in fauorem alicuius extranei: ſi enim in fauorem alterius ex filijs donatoris, tunc non eſſet differentia, quoad reuocationem, inter donationem, quæ re tantùm eſt inofficioſa, & eã, quæ re, & conſilio ſimul, ambæ enim vſque ad legitimam reuocarentur, & non vltra: de prima iam ſuprà fuit probatum, de ſecunda probat tex. in l. ſi liqueat, quæ de huiuſmodi donatione re, & conſilio inofficioſa, quę fit à patre vni ex filijs ſuis, loquitur, C. de inoffi. dona. communem dicit Picus in l. poſt contractum, num. 3. de donatio. Ioſep. de Seſſe deciſio. Arago. 26. num. 74. Alexand. Trentacinq. variar. reſolut. volum. 1. lib. 3. titu. de donation. reſolutio. 4. num. 1. Si vero in fauorem extranei donatio re, & conſilio inofficioſa facta fuerit, tunc iterùm erit diſtinguendum, quòd aut filio, vel filijs fuit aliquid relictum, vel non: primo caſu dabitur ad ſupplementi legitimæ petitionem ſolummodo actio, nec querelæ inofficioſæ donationis dabitur in eo caſu locus,

ſicut

ſicut nec datur inofficioſi teſtamenti ei, cui fuit aliquid in teſtamento relictum. Si verò filiorum non meminit donator, quamuis ſint opiniones num fiat reuocatio in totum, an tantùm ad legitimam vſque, veritas tamen eſt quòd in totum, ſicut in totum annullatur teſtamẽtum per omnimodam filiorum præteritionem, quod quia latiſſimè tradunt & examinant Alexand. Trentacinq. allegata reſolutio.4.num.2.& Ioann.Baptiſ.Lup. in tracta.de illegitim. & naturalibus liberis commentar.4.§.2.num.18.vbi ſignanter dicit pro reuocatione in totum in caſu occurrentieſſe magis communem Doctorum opi
†† nionem, & ſe vidiſſe ita pluries *declaratum* in Rota Florenti. ideo ego ampliùs non inſiſto, ſed ad illum remittendum duco lectorem hæc ſcire volentem.

27 Quibus † iſtud ius reuocandi iſtas donationes inofficioſas per querelam prædictam competat, ſi quis percontetur, dicam quòd quibus præiudicium in ſuis legitimis fit per eas: fuit enim inofficioſæ donationis querela in fauorem eorum tantũ introducta aduerſus non officioſa parentũ,vel eorũ qui legitimam debent,facta,prout ſuperiùs dicebamus ex l.Titia,§.fi.ibi: *Subuenitendum ſit liberis*, de lega.2.

28 Vndè fit † quòd tertio non licet de hac re tractare, ex regula quòd ins tertij non licet allegare,nec de eo opponere, l.loci corpus, §.competit, ff.ſi ſerui.vendice.l.ſi alienam, vbi gloſſ.multa iura allegat, ff. ſoluto matrim. etiam ſi eſſet excluſiuum iuris agentis, ſi ea excluſio non fiat, nec fieri poſſit niſi accedente volũtate,& declaratione eius, cuius intereſt, Theſaur. qui de his pluribus agit, deciſio.4.per tot. & ſignanter nu. 3.&
29 8. qui † exemplum adducit, & ponit in emphyteota, cui opponitur quòd res ceciderit in commiſſum;talis enim (inquit) oppoſitio non valet, niſi tertius priùs id petierit, per l.2.C.de iure emphyt. nam vt poſſit ad caducitatem agi, requiritur declaratio ipſius
30 domini,Surd.qui † ponit exemplum in filio incapace, dicens de ea incapacitate ſolùm poſſe fiſcum opponere,cui bona propter dictam incapacitatem eſſent applicanda, non alium tertium. Surd. (inquam) deciſio.280. qui eam totam de hac re confecit, de quo etiam articulo loquitur Dida. in epitom.ad 4.Decretal. de ſponſal.par.2.cap.6.§.8.nu. 23. Nicola.Boer.deciſio.25.in fin. & Peregrin.de iure fiſci lib.3. rit.19.de relict.clam & palàm &c.nu.24. Et denique Georg.de
31 Cabedo,qui † propriùs ad rem noſtram accedens deciſio.Portugal.63.num.6. parte 1. exemplum ponit in donatione,quæ propter ſuperueniẽtiam liberorum reuocari poteſt;
32 & † in teſtamento quod nullum dici valet ob filij præteritionem, & in illo eodem caſu emphyteuſis, quæ propter caducitatem cadit in commiſſum, quem iam ſupra aliàs retulimus, & denique in alienatione rei minoris ſine decreto facta exemplum is Doctor conſtituit,dicens de his opponi à tertio non poſſe, ſed ſolùm ab eo cuius intereſt, quia exigunt illius voluntatis declarationẽ.
33 Vide † in hunc articulum, an & quando liceat de iure tertij opponere,pulchram Flaminij Chartarij deciſionẽ Genuenſem 128, per totam,quæ tibi multùm accommodata erit ad decidendum plures caſus in hac materia contingentes, Gaſp. Anron. Theſaur. quæſtio.forenſi 34.num.31. Henric.Roſental.de feud.cap.6.concluſio.62. & latè Petr. Barboſ.in l.ſi alienam,ex num.51. ff.ſoluto matrimo. Georgi.allegatio.25.num.22.ſed omnium meliùs Bar.in l.2. ff.de excep.rei iudica.qui eſt omninò viden.quia pulcherrimè in hoc procedit.

34 Imò nec † patri donanti licitum eſt de inofficioſitate opponere,ipſe enim potuit,quãtum ad ſe, bona donare, cum ſit rerum ſuarum liber moderator, & arbiter,nec permittitur ei factum proprium impugnare, ex l. poſt mortem,de adoptio.& l.poſt perfectã, C.de donat.quæ ſub modo &c. Bart.in l.Titia, in §.Lucius,ante num.1.de legat.2. Angul.de meliora.l.7.gloſſ.4. num.13. ex eiſdem rationibus ſuperiùs ponderatis. Quibus ſuperadditur quod reſoluimus,quærelã non dari niſi mortuo patre donatore, ergo impoſſibile videtur quòd poſſet ipſe dum
35 viuit facere reuocationem. Solùm ei † licet propter vitium inofficioſitatis,quod donatio continet,fideicommiſſum in rebus donatis, & ſeu aliqua ex ipſis apponere in fauorem reliquorum filiorum, vel alterius ipſorum,quibus ius proponendi querelam inofficioſitatis competeret,& concurrente patris voluntate mixta cum voluntate legis, admittitur reuocatio, prout eſt caſus in l. Titia Seio 89. in §.Lucius, de legatis 2. & ibi Bart. num. 1. id quod pluribus declarat Ioannes del Caſtillo Sotomaior quotidianarum controuerſiarum iuris lib.3. cap. 10. num.44.& ſequent.

36 Nec † his obſtat quod plures ex Caſtellanis Doctoribus reſoluunt in caſu quo parens maiorem filiæ dotem conſtituit, quam ſit taxatum per iura Regni, volentes licere patri eam dotationem impugnare, ac contra eam venire, generoque taleni dotem exigere volenti opponere, prout eſt videre apud Gaſparem Baeçam in tractatu de non meliorandis dotis ratione filiabus cap. 34. Ioann. Gutierrez practicarum quæſtionum

lib.3.qu.42.nu.17. Angul.de meliora.l.10. glo.9.n.1. & Parlador.rer.quotid.lib.2.c.fi. 1.par.§.12.limita.4.nu.35. verſi.Ex his autem, vbi reprehendit Ayoram contrariũ tenentem in tracta.de partitio.2.par.qu.20.& de certa reſolutione, quæ ibi allegatur pro opinione Ayoræ facta in Granatenſi Prætorio loquens, dicit, poſſe de ea dici quod eſt
37 apud gloſſ.Cancellar. Rota † aliquando rotat,& nouiſſimè Gaſp.Roder.de ann.reddi. lib.3.quæſt.8. nu.21. Non (inquam) obſtat contrarium prædictum, quia illud procedit propter nullitatem actus,faciendo enim cõtra legem prohibitiuam pater in dotatione filiæ vltra taxam, facit actum proculdubio
38 nullum, cuius † nullitatis ratione dicunt ſupradicti DD.eſſe illi permiſſam impugnationẽ,& cõtrauentionem,idq.multis iuribus,& rationibus ibi probant. Sed in caſu noſtro non ita ſe res habet, ſolùm in fauorem filiorum fuit introductũ, quòd poſſint,& valeant donationes immodicas impugnare, & nullo inualiditatis,aut nullitatis vitio ſubijciuntur niſi ipſi velint,& declarent vt dictum eſt,indè ergo fit quod nec patri,nec alteri ſit permiſſa huiuſmodi donationum impugnatio, ſed ſolis filijs volentibus reſeruetur. Vide adhuc Gutierr.in loco ſuprà cita. qui contra prædictos Caſtellanos Doctores in calu per eos propoſito,expreſsè tenet,& Ayoræ ſententiam amplectitur.

39 Hinc fit † quod nihil obſtet huic reuocationi quòd iurata ſit à patre donatio, vel de non reuocando propter inofficioſitatem ſit per eundem facta promiſſio, vel etiam reuocationis renuntiatio. Ratio eſt in promptu, cùm enim diſpoſitio tituli de inofficioſ.donat. ſit in fauorem filiorum, vt diximus, introducta, non debet patris iuramentũ in eorum præiudicium quicquam operari,quæ eſt ratio adducta à Iul.Clar.de dona.quæſt.24. num.3. qui vocat hanc opinionem communem,à qua nemo diſcrepat ſecundùm Curt. ſenio.in conſ.1.nu.15. Bar.in allegata l.Titia,in §.Imperator,num.5.ff.de lega.2. Andre.Gail.practica.obſernationum lib.1.obſeruatio.40.n.11. & Io.Bapt.Colta de portio.rat.qu.114.num.5.

40 Dixi ſuprà † expectandum eſſe tẽpus mortis ad iudicandum num ſit inofficioſa donatio dicenda, vel non, quia poſt mortem patris, & non anteà poteſt exerceri hæc de inofficioſis donationibus actio, Abb.in conſil. 65.in fin.lib.1. Mar.Muta deciſio.Sicilĩ.25. num.32.Id declaratione indiget neceſſaria. Pone enim quòd à principio non fuerit inofficioſa donatio, vt pote quia tunc remanebat donanti vndè legitimas filiorum, aut aliorum quibus teneretur,ſolueret,ſed poſtmodum tẽpore mortis reperitur quòd quæ vltra donata remanent bona, non ſufficiunt ad dictas legitimas ſoluendas, vel quia caſu ſit patrimonium diminutum,hinc etiam quia per alias donationes poſteà ſequutas fuerit abſortum, videamus oportet quid in his caſibus ſit dicendum.

Reſpondemus, quòd in primo caſu nõ poteſt donatio inofficioſa dici, nec vt talis reuocari, quia legitimè facta fuit, argumento text.in l.ſancimus 1.C.de adminiſtratio.tutor. Gloſſ.mag. ita in terminis tenet in l.r. verſic.Nono quæro è contra,C.de inofficio. donatio.Andre.ab Angulo de melioration. l.7.gloſſ.2.num.5. qui alios allegat, Aluar. Velaſc.conſultatio.189.num.19.Ioann.Baptiſta Lupus in tracta. de illegitim.& naturalib.liber.commentar.4.§.2. numer.19. in verſ.Et quando.Sequitur noſter Senatus ſuperegregius, quem in facti contingentia de
† anno 1535. ita *declaraſſe*, auctor eſt nobis obſeruantiſſimus Michael Ferrer in 3. par. obſeru.305.vbi vlterius per alios Doctores probatur eadem hæc reſolutio. Ibi fuit dictum,prout vidi in originali in Archiuo Regio latiùs, quòd ſi tempore donationis fuit per patrem quod ſufficeret tunc ad legitimã reſeruatum,non reuocatur donatio,licet poſtea parens donator conſumpſerit reſeruatum, cùm talis conſumptio damno liberorum, & non donatarij cedat.

41 In ſecundo caſu,† quando aliæ poſteà donationes poſt primam factæ extitere,tũc hæ non faciunt primam inofficioſam,aliàs ex ſe legitimã,& fieri permiſſam, ſed vltima tantùm reuocatur,quæ fuit inofficioſa,& hæc vltima non generat præiudiciũ nec primæ,nec ſecundæ,nec alijs,quæ non fuerunt inofficioſæ, quia primo donatario fuit perfectè ius quæſitum,& ſic in præiudiciũ ſuum nihil fieri poteſt,ita Bart.Bal.Pau.& Ang.in l.1.C.de inoff.don.& Tiraq.in l.ſi vnquam,verb.omnia,vel partem aliquam,nu.34.C.de reuoc. dona. & eos ſequitur,& multis eorũ doctrinam,& reſolutionẽ probat Trentacinq.var. reſol.vol.1.lib.3.tit.de dona.reſol.4. nu.5. Hiero.Gabr.conſ.137.nu.11.vol.2. Pulchrè rem hanc declarat Io.Griuel.Sequan. deciſ. Dolana 97.nu.15.verſ.Secũdo,qui benè intentum probat,vbi donationẽ hanc dicit inofficioſã ex poſt facto,quando donator poſt primam donationẽ conſtituit filijs legitimã non habito reſpectu ad valorẽ bonorũ donatorum, ſed eorum quæ ſuperſunt, verum eſt ꝙ non propterea diminuitur prima donatio, ſed ex reliquis bonis ſoluitur legitima,contẽtis in prima donatione bonis donatis ſeruiẽtibus tantùm vt intrẽt in cumulo hæreditatis ad computationem legitimæ. In quo lapſus

fuit

fuit Surd.conſ.332.num.14.vol.3.quatenus in hoc caſu ptiotem donationem reuocati debere cenſuit, non aduertens differentiam inter has inofficioſitates à principio, & ex poſt, quas benè declarat Gtiuel.

42 Sed † ſi eodem tempore, & eodem contextu diuerſis perſonis, vel etiam eidem perſonæ fuiſſent diuerſæ donationes factæ, per quas ſimul iunctas eſſet filiorum legitimis diminutum, tali caſu reuocari deberet omnes vſque ad dictas legitimas debitas, & ſic ſuppletio fieri deberet de omnibus donationibus, ijdem Bar.Bal.Pau.& Ang.in alleg.l.1. C.de inoffi.dona.& ibi etiam glo.latè Ttentacinq.vbi ſup.nu.4. qui dicit tationem eſſe quia vltima donatio reddit ptimas inofficioſas, (intelligo quando fiunt ſic vt hic dicitur eodem cõtextu vna poſt aliam) l.ſi libertus

43 §.fina.de iur.patrona. & ex † patticularibus alienationibus ſimul iunctis ita præſumitur fraus ſicut ex alienatione vniuerſali, vt not. in l.nomen,§.1.de lega.3. pulcherrimè Senatus Sebulia.qui multas ad hoc rationes cumulauit apud Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.3. tit.20.de inofficio.donat.defin.1.& vlt. per † tot.vbi ita *reſolutum* traditur.

44 Idem eſt † de pluribus donationibus diuerſis quidem temporibus factis, ſi tamen illæ ſint nullæ,& confirmandæ veniunt eodem tempore, putà per mortem, aut aliàs: tunc enim idem proculdubio de eis iudicati debet quod de illis,quæ fiunt eodem momẽto tempotis,prout expreſſim annotauit Ttentacinq.allega.reſolu.4.nu.5.in fi.

45 Conducit † multùm appoſitè quod nos in 1.tom.nollti labotis clau.4.glo.22.à nu.11. & glo.23.à nu.20.docuimus donationẽ vniuerſalem, quæ cum ſufficienti reſeruatione fuit à principio facta, non irritati, licèt poſteà per aliam,vel alias donationes,aut aliàs abſumat donator teſeruatum, niſi id ſacetet eodem contextu,& ſimul fietet alia donatio de reſetuato; & infrà etiam nonnihil tetigi vbi de annullãdis firmis, & obligationibus mulierum ex metu teuetentiali matiti cum enormiſſima læſione, egi.

46 Quomodo † etgo,& quando verificabitur ꝙ ad iudicandum nũ ſit inofficioſa donatio, vel non, debeat mortis tempus expectari? multùm benè,eo modo quo Anton.Fab.declarat in allega.defini.vlt.de inoff.dona.Pone quòd patet donatione quadã conſumpſit totum ferè patrimonium,quę donatio inofficioſa dicenda forer proculdubio,ſi ex eo tẽpore eſſet compuratio fienda,ſed quia potetit euenire, quod ex poſt acquirat donator ex quo in legitimis ſatisfaciat filijs, etiã ex comparatione patrimonij,quod donatot habebat ante donationẽ, ideo interim manet donatio in ſuſpenſo,& expectatur mortis tẽpus, & ſi in illo appareant ſufficientia bona, nihil curatur quòd quando facta extitit donatio,ſi iudicandum de ea tunc fuiſſet,inofficioſa proculdubio dicta foret: ſufficit enim ꝙ tẽpore quo filij poſſunt petete ſuas legitimas,nõ deficiãt bona ex quibus eis ſoluãtur.

47 Vides † quanta de hac donationum inofficioſitate dicta ſunt? quantaq.apud DD.in toto hoc diſcurſu de ea facto allegatos reperiantur ſcripta de eius materia? ego nihilominùs aduerto, ꝙ vix tibi occurtet in praxi caſus,in quo de ea ttactes,nec de teuocatione donationis agas propter inofficioſitatẽ, (vnum demas,vix etiam vnquã in praxi contingibilẽ,quando patet ſui officij immemnr donationem in extraneam perſonã contulit inofficioſam te,& conſilio,quo caſu diximus ius competete filijs annullandi eam in totũ, quod de neceſſitate fieti debet per quæteiã inofficioſæ donationis,quia reliqua,qnę proponentut ad id non ſunt inſtituta) cùm enim habeat ea actio,iſtudque quærelæ inofficioſę donationis remedium, illud non parũ acerbum,ꝙ quinquennij ſpatio claudatur,& ſeu præſcribatur, vt dictum eſt, etiam in noſtra Cathalonia,vbi iutis cõis ſequimur diſpoſitionẽ,quando nihil per iuta patriæ habemus immutatum,ſicut hie:nec enim vſat.Omnes cauſæ,de ptæſcrip. qui ptæſctiptiones videtur reduxiſſe omnes ad 30. annotum metã, taliter quòd minoris temporis non admittãtur,obſtat modo aliquo, quandoquidem dũ ſuprà ageremus in matetia ſtupri,& actionis illius præſcriptione,reſolnimus iam quòd d. vſatic.diſpoſitio non ſuſtulit præſcriptiones minores 10.& 20.annorũ,ex rationibus ibi adductis,quas non eſt cordi hic repetete.Cũ (inquam) habeat ea actio dicendi de inofficioſitate contra donationem, illud multum acerbum quòd quinquẽnio claudatur,melius eſt exquirere aliam actionem,& aliud remedium, quibus ira benè filijs ptoſpiciatur in conſequutione ſuarum legitimarũ cum maiotis temporis ſpatio,atqui pet reuocationẽ, quæ fieri habeat ptopter inofficioſitatem, atque ita vix vnquam in iudicijs rractatur expreſſim de ſimilibus donationibus retractãdis vti immodicis,& inofficioſis,ſed quibus debetur legitima, ſi nihil ſit eis relictũ, petunt integram legitimam, vel ſi aliquid, petunt ſupplementum, & hæc petitio non habet quinquennij metam, ſicut habet reuocatio propter inofficioſitatem fiendã,ſed

48 imò † quinquẽnio elapſo habet àliud maius tempus, prout in terminis contta Bart.in l. ſi quis filium,ff.de inofficio.teſtamen.volentem quòd quia iſta actio videtur ſubrogari in locum quærelæ inofficioſæ donationis,ſa-

pere debeat illius naturam, vt ſicut illa, quinquennij temporis ſpatio claudatur, ſenent Guido Pap. deciſio. 82. & Nicol. Boer. deciſio. 250. qui dicunt ſemper ſe ita vidiſſe † *declaratum* in illis Senatibus, quorum deciſiones ſcribebant, & eſſe contra Bart. communem opinionem atteſtãtur, ſequitur Gaſpar Baeça in tracta. de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 34. à num. 11. cum ſequent. Eman. à Coſta in relect. cap. ſi pater, ſuper verb. priuare, à num. 9. de teſtamen. in 6. & Ioan. Baptiſta Lup. de illegitim. & natural. liber. commenta. 4. §. 2. nu. 26. vbi alij complures ad id adducuntur.

49 Et per † iſtam petitionem legitimæ, aut ſupplementi illius conſequetur filius quicquid per querelam inofficioſæ donationis potuiſſet, quandoquidem in cumulo patrimonij patris, ex quo eſt danda legitima, ponentur etiam bona immodicè donata, & ſic de eis legitima detrahetur, ſicut de reliquis, quæ penes parentem reperientur tempore mortis, authent. vnde ſi parens, C. de inofficio. teſtamen. ita in terminis Hieronymus Gabriel. in conſil. 137. num. 11. volum. 2. & Lup. vbi proximè num. 29. in verſ. Et quando, latè Alexand. Trentacinq. variarum reſolutio. lib. 1. tit. de legitim. reſolutio. 2. nu. 9. vbi id adducit pro limitatione regulæ, ℣ legitima reſpiciat tempus mortis: fallit (inquit) quando anteà pater feciſſet immẽſam donationem, tunc enim tempus donationis eſſet attendendum. Et iſte propriè erat caſus ille, qui inter illos Remus de Matarone fuit referente egregio tunc Senatore, nunc autem in ſupremo Aragonum Concilio Regente, Don Saluatore Fontaner, de anno † 1604. *declaratus*, cuius meminimus in ſuperioribus gloſſ. 1. par. 3. num. 19. vbi non per querelam inofficioſę donationis fuit iudicium inceptum, ſed imò per ſimplicem petitionem legitimæ debitæ, multò poſt quinquennium effluxum, & fuit legitima adiudicata tam de bonis donatis, quàm etiam de reſeruatis, *Quia* (inquit) *per donationem non poteſt legitima imminui*. Adde Ioannem Griuel. iam ſuprà allegatum deciſione Dolana 97. num. 15. viden.

50 Conſuli poſſet † in praxi, quòd incidenter, quatenus opus eſſet, peteretur ſimul cũ legitima, vel ſupplemento illius reſciſſio, ſeu reuocatio immenſæ, & inofficioſæ per patrem factæ donationis, dicendo quod habita ea pro non facta, adiudicaretur ſibi dicta legitima, vel eius ſupplementum, tam de contentis in dicta donatione, quàm de alijs bonis patris, & tunc nihil poſſet contra petentem obijci. Sed nolim te implices difficultatibus, maximè ſi ſis extrà quinquennium, ne tibi opponatur de lapſu temporis ad agendum de inofficioſitate, & hoc medio præiudices tibi in petitione legitimæ, qua de re habes apud Rotam Romanã deciſio. 160. num. 10. poſt tractatum de Saluiano interdicto Statil. Pacific. in additionatis codicibus.

51 Sed ad † quod vſque ergo tempus protrahatur illud petendæ legitimæ, vel illius ſupplementi ius, iltaq. actio, oporteat quòd nos diſcutiamus, qui ſuperiùs diximus non claudi illo anguſtiſſimo quinquennij tempore, quo ius agendi de inofficioſitate donationis, ſed vlteriùs progredi.

52 Huius † articuli deciſio pendet ex illa quæſtione, num pro legitima competat filijs hypotecaria, an ſola perſonalis actio, ſi enim prima competeret, non dubitaret vllus quin ad præſcriptionem foret quadraginta annorum ſpatium præciſè neceſſariũ; ſi verò ſecunda, ſufficeret triginta, cùm tot ſufficiant ad perſonales actiones præſcribẽdas. Qua in re concludo cum communi, ſolam perſonalem competere, non hypotecariam, quia non reperitur iure cautum quòd detur hypotecaria pro legitima, quæ eſt ratio quæ communiter à Doctoribus adducitur huius reſolutionis, (ſicut & illius † ℣ pro dote conſtituẽda antequam per patrem ſit marito promiſſa, bona patris nõ ſunt hypotecata, de quo per Peregrinum deciſ. 35. num. 6.) ita Antonius Neguſantius de pignor. in 2. par. membro 4. num. 164. verſ. Vigeſimus quartus caſus, latè Anton. Gabriel. in commun. opinio. tit. de legitim. concluſ. 5. per rotam, Micha. Graſſ. de ſucceſſion. in §. legitima, quæſtio. 14. Alexand. Raudenſ. in conſil. 40. num. 91. vol. 2. Ceuall. in commu. contra commu. quæſtio. 692. per tot. Meno. de arbit. iudi. caſ. 163. num. 25. Stepha. Gratia. deciſ. proum. March. 4. num. 12. Peregri. de fideicommiſſ. art. 36. num. 149. Statil. Pacifi. nouiſſimè in tract. de Saluia. interdic. inſpec. 2. cap. 2. à num. 234. vbi latè probat, Io. Franciſ. del Caſtillo deciſ. Sicil. 90. num. 32. & 33. Afflict. deciſ. 162. num. 4. & ibi Vrſill. in additio. Pute. deciſio. 37. lib. 2. Gramma. deciſ. 90. Magon. deciſio. Lucen. 66. num. 5. Vincen. de Franc. deciſio. 374. num. 17. magis noue per Intrigliol. deciſio. Sicil. 9. nu. 7.

† Atque ita *deciſum* fuiſſe in Rot. Auenionen. refert Hieron. a Lauren. deciſ. 52. Idem bis

†† in contradictorio iudicio ſe vidiſſe *declarari* tradit Peregrin. cita. art. 36. nu. 154. in verſ. Volo, cuius deciſionis cauſam auguror eſſe eandem de qua in facto proprio idem Peregrin. agit deciſ. 37. per tot. vbi in hac aſſerit per duas conformes fuiſſe in illa cauſa *de-*

†† *claratum*.

Idem

54 Idem † proculdubio eſt, & conſtituitur, ac conſtitui debet in ſupplemento legitimę, vt ſicut legitima ipſa non petitur poſt triginta annos, ſic nec legitimæ ſupplementum, Guido Pap.deciſio.82.Nicol.Boer.deciſio.250.Andre.Gail.practicarum obſeruationũ lib.2.obſeruatio.120. Mohedanus deciſion.151. Iacobus Pute.deciſio.127.lib.2.Intrigliol.deciſio.Siciliæ 9.ex numer.4. cum ſequent.vbi rationes adducit, Franciſcus Stephau. deciſio.88. num.4. Pulchra eſt deciſio Rotæ Romanæ apud Proſperũ Farinacium 419.in vltimo volumine deciſionum, vbi ita † *deciſum* refertur, Stephan.Gratian.allegata deciſio.4. num.12. qui ibi declarat quomodo fiat ipſo iure ſuppletio in legitima ad effectum impediendi præſcriptionem, quod quia non eſt noſtri ſuſcepti inſtituti, hic conſultò omittimus tractare, & Auton. Fab. in ſuo Codice lib.3.tit.19. ff.de inofficioſ. teſtamen.definitio.7.penès quos plures habes diuerſorum grauiſsimorum Senatuum pro hac opinione, reprobato Bart. qui contra-
†† rium volebat, factas *deciſiones*, & latiſsimũ campum pluribus de his agendi, & ſignanter illud conciliatum reperies, quomodo cũ hæc actio agendi ad ſupplementum legitimæ ſubrogetur in locum quærelæ inofficioſi teſtamenti, non præſcribatur quinquennio, ſicut quærela illa, ſtante regula, quòd ſubrogatum debet ſequi naturam eius in cuius locum ſubrogatur. Videndi vlterius Natta in conſil.156. Iacobus Menochius in conſ.81. num.28.volum.1. & in conſil.251. num.22. volum.3.& Marc.Anton.Peregri. qui etiam de ſupplemẽto legitimæ agit, loco ſuperiùs citato. De eodem ſupplemento legitimæ agit idem Peregrin.in citata deciſio.37. vbi † dicit ita *deciſum*. Plene Andreas Fachineus controuerſiarum iuris lib.12.cap.9. per to-
† tum, in 2.tom. Idem etiam *tentum* non ſemel in Rota Romana refert Puteus deciſio. 137.lib.2.de anno 1544. & de anno 1606. Stati.Pacifi.deciſio.48.poſt ſuum tractatum de Saluiano interdict. in codicibus non addicionatis, in alijs verò eſt deciſio.60. Nec deeſt huic opinioni noſtri Senatus perſpicacisſimi auctoritas, is enim in caſu quo in teſtamento pateruo fuerant filio relicti quin-
† que ſolidi tantùm pro legitima, *declarauit* ſub die 5.Decembris 1609.referente egregio Senatore Ioanne Magarola *excluſum fuiſſe filium à petitione dicti ſupplementi per triginta annorum decurſum præſcriptionem, quia non actione hypotecaria, & reali, ſed imò perſonali peti illud poterat, & debebat*. Partes erant Franciſcus & Hierouymus Carreres fratres, & Michael Balleſter. Scriba Alexius Ceſilles.

Cùm ergo (vt redeamus ad inſtitutum) iſta remedia ſint quærela inofficioſæ donationis pinguiora, ſaltem reſpectu durationis, vt diximus, propterea melius eſt quòd eis vtamur, quàm alijs, ad ius noſtrum conſequendum. Quod quomodo ſit faciendum, ſi vlteriùs ſcire volueris, pete tibi à Doctoribus ſuprà citatis, & ſignanter à Peregrino, qui benè explicat. Atque hæc de hoc articulo, qui tractat de reuocatione donationis inofficioſæ inſtanda per filios, qui erant iam nati tempore donationis.

SVMMARIA.

1 *Donatio reuocatur ob ſuperuenientiam liberorum.*

2 *Quod procedit nedum in patrono donante, ſed etiam in quocunque alio donatore.*

3 *Donator præſumitur quòd ſi de filijs cogitaſſet donationem non feciſſet.*

4 *Nemo præſumitur ſoboles alienas proprijs anteponere.*

5 *Donatio non reuocatur ob ſuperuenientiam liberorum, quando de liberis fuit cogitatum.*
Donationes, quæ fiunt in contractu matrimonij non reuocantur ob ſuperuenientiam liberorum, ex quo de liberis tunc cenſetur cogitatum. ibidem. vbi deciſio noſtri Senatus.

6 *Donatorem cogitaſſe de liberis clarè conſtare debet, vt ſit locus reuocationi vigore l.ſi vnquam, C.de reuocan.donation. ſecundum aliquos.*

7 *Expreſſum dicitur ſatis quod ex mente, & coniecturis colligitur.*

8 *Coniecturalis, & præſumptiua probatio eſt permiſſa, & approbata in iure noſtro, quæ paſſim vtimur.*
L.ſi vnquam, C.de reuoca.donatio. non habet locum cum in genere eſt cogitatum de liberis. ibid.

9 *Petri Barboſa in hoc opinio.*
Pactum de lucranda dote, ſeu certa parte illius, non reuocatur ob natiuitatem filiorũ. ibidem.

10 *Diſpoſitio l.ſi vnquam, C.de reuoca. donatio. non habet locum in titulis onerofis.*

11 *Diſpoſitio l.ſi vnquam, C.de reuocand. donatio. non habet locum in donatione remuneratoria. vbi deciſ.*
Intelligitur niſi ſit aliquis exceſſus ex vna parte, ille enim vti titulus lucratiuus ſubyceretur diſpoſitioni dictæ l.ſi vnquam. ibidem.

12 *Lucrum dotis ſtipulatum in fauorẽ mariti nõ*

dicitur donatio, & ideò in eo non habet lotum diſpoſitio l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio.

13 *Donator quando ex coniecturis, & præſumptionibus iudicetur cogitaſſe de liberis cùm donabat, remiſſiuè.*

14 *Renuntiari poteſt diſpoſitioni l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. & quid operetur renuntiatio.*

15 *Concordia Gutierrez in hac quæſtione reprobatur.*

16 *Renuntiatio l. ſi vnquam, C. de reuocan. donation. an porrigatur ad filios ſecundi matrimonij poſtea contracti poſt mortem vxoris, vt de eis, ſicut de naſcituris ex vxore quam pater habebat tempore donationis cẽſeatur cogitatum.*

17 *Diſpoſitio l. ſi vnquam, C. de reuocand. donat. vix præſticabilis eſt, cùm ei ferè ſemper renuntietur in donatione.*

18 *Diſpoſitio l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. habet locum nedum in donatione, quæ fit extraneo, ſed etiam quæ fit vni ex filijs, ſed diuerſimodè, quia in extraneo fit reuocatio in totum, in filijs vſque ad legitimam. vbi deciſio noſtri Senatus.*

19 *Differentia inter reuocationem donationis ex inofficioſitate, & vigore l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat.*

20 *Donatio facta Eccleſiæ, aut alteri pio loco non reuocatur niſi vſque ad legitimam, vigore l. ſi vnquam.*

21 *Eccleſiæ, & cauſæ piæ gaudent priuilegio liberorum.*

22 *Donatio facta pauperibus earceratis non reuocatur ob ſuperuenientiam liberorum, niſi vſque ad legitimam.*

23 *Donatio facta extraneo non ſubiacet diſpoſitioni l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. ſi tunc donator habebat liberos. vbi deciſiones.*

24 *Diſpoſitio l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. an ſit correcta in Cathalonia.*
Conſtitutio, ſeu conſuetudo incip. Si algu dona, *ſub tit. de reuoc. donatio. explicatur. ibidem.*

25 *Donatio vigore l. ſi vnquam, C. de reuocand. donation. in Cathalonia reuocatur etiam in totum ſi ſit facta extraneo, quamuis quædam verba conſtitutionis repugnare videantur, ex quo ea non reperiuntur in originali. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

26 *Quod tamen non placet Auctori, cùm cõprobauerit contrarium, quòd imò dicta verba reperiuntur in veris originalibus.*

27 *Donatio vt ſubijciatur diſpoſitioni l. ſi vnquã, C. de reuoc. donat. non eſt neceſſarium quòd ſit de omnibus bonis.*

28 *Donatio, quæ fit vni ex filijs, non reuocatur per ſuperuenientiam aliorum liberorum quantumcunque magna ſit, dummodo remaneat pro illorum legitimis. vbi deciſio noſtri Senatus.*

29 *Donatio facta vni ex filijs cum reſeruatione ſufficienti pro legitimis aliorum filiorum, non reuocatur, licèt alienetur reſeruatum. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

30 *Reſeruatio ſi non ſufficit ad legitimas aliorum filiorum in donatione facta vni ex eis, fit ſuppletio ex bonis donatis.*

31 *Donatio vt intret diſpoſitio l. ſi vnquam, C. de reuo. donatio. quotæ partis bonorum debeat eſſe, ſunt diuerſæ ſententiæ.*

32 *Donatio vt reuocetur per l. ſi vnquam, C. de reuoc. donatio. ſufficit quòd ſit talis vt ſit veriſimile illa non fuiſſet facta ſi de liberis foret cogitatum.*

33 *Donatio qualis debeat eſſe, ac quanta, vt intret l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. relinquitur arbitrio iudicis.*

34 *Donatio, quæ reſpectu vnius non diceretur magna, reſpectu alterius dicetur maxima. vbi deciſ.*

35 *Reuocatio donationis ob inofficioſitatem; differt multùm ab ea, quæ fit vigore l. ſi vnquam, C. de reuoc. donatio.*

36 *Donatio tertiæ partis bonorum non reuocatur ſecundum opinionem Senatus, vigore l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat.*

37 *Legata teſtamento rupto propter natiuitatem filij, aut poſthumi ignoranter preterriti, quãdo, & quomodo conſeruentur. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

38 *Teſtator non aliàs fuiſſet legaturus, coniecturis probatur arbitrio iudicis.*

39 *Donatio in Cathalonia nunquam reuocatur, niſi vſque ad legitimas filiorum per ſuperuenientiam liberorum, ſiue ſit filio facta, ſiue extraneo.*

40 *Reuocatio donationis per l. ſi vnquam, C. de reuoc. dona. ſit ipſo iure.*

41 *Donatio. Statim atque naſcuntur donatori filij, dicitur conſtare de non iure donatarij, taliter quòd ſi ei opponatur, impediat manutentionem, & reſtitutionem poſſeſſionis. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

42 *L. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. cenſetur in fauorem liberorum introducta.*

43 *L. ſi vnquam, C. de reuocan. donation. nihil dat filijs, ſed ſolùm facit vt bona reuertantur ad patrem, vt ex eis poſſit eos inſtituere, aut aliàs eis benefacere ſi velit. vbi deciſio.*

44 *Filij ex poſitione in conditione nullum emolumentum conſequuntur, ſed efficiunt vt bona libera apud parentes remaneant, vt ex eis poſtea filijs benefaciant, ſi volunt.*

L. ſi vn-

45 *L.ſi vnquam, C.de reuoc.dona. magis propriè dicitur, & diei debet in fauorem patris edita, quàm filiorum.*

46 *Donationis reuocatio, quæ ſit vigore l.ſi vnquam, C.de reuoc.donatio. multùm differt à reuocatione, quæ ſit propter inofficioſitatem.*

47 *Pater eſt legitima perſona ad petendum reuocationem donationis vigore l.ſi vnquam, C. de reuoca.dona.*

48 *Præſcribitur iuri allegandi beneficium l.ſi vnquam, C.de reuoc.dona.*

49 *Hæres poteſt allegare beneficium l.ſi vnquam, C.de reuo.dona.*
An defunctus debuerit priùs declaraſſe ſuam voluntatem, latè diſcutitur. ibidem.

50 *Hæres exeipiendo poteſt opponere de beneficio l.ſi vnquam, C.de reuo.donat.*

51 *Temporalia ad agendum perpetua ſunt ad exeipiendum.*

52 *Exeipiendi ius ad hæredem tranſit.*
Conditio defuncti ex perſona hæredis non mutatur. ibidem.

53 *Hæres an poſſit agendo, beneficio l.ſi vnquam, C.de reuo.donatio. iuuari, eſt valdè controuerſum. vbi pro vtraque parte deciſiones.*

54 *Opinio Auctoris pro hærede. & num.ſeq. vbi deciſ. & num.67.*

55 *Donatio per l.ſi vnquam, C.de reuo.donat. reuocatur ipſo iure, ac ipſo iure bona reuertuntur ad donatorem.*

56 *Donator tacens in vita, nec opponens de l.ſi vnquam, C.de reuoca.donatio. videtur de nouo donare.*

57 *Teſtamentum factum in fauorem extranei, rumpitur per natiuitatem filiorum.*

58 *Quod non procedit ſi poſteà teſtator videns filios natos tacuit.*

59 *Donatio regulariter non præſumitur.*

60 *Remiſſio iuris ſui non præſumitur.*

61 *Voluntas teſtatoris præſumitur durare.*

62 *Præſcribitur iuri allegandi beneficium l.ſi vnquam, C.de reuo.donatio. non minore ſpatio quàm in reliquis.*

63 *Donatio ſemel reſoluta, & extincta, poſteà nō reuiuiſcit.*

64 *Conditio ſatis eſt ſi momento adimpleatur, licèt non duret.*

65 *Clauſula codicillaris eſt quæ efficit vt reconualeſcat teſtamentum quod erat nullum per præteritionem poſthumi, ſi poſteà ille moritur.*

66 *Argumentum à teſtamento ad donationem, circa materiam reconualidationis diſpoſitionis ob mortem filiorum poſteà natorum, nō procedit de iure.*

68 *Hæres facilius multò admittitur ad beneficiū l.ſi vnquam, C.de reuoca.donation. quando probat aliquod impedimentum defuncti. Et quæ poſſunt eſſe huiuſmodi impedimenta.*

69 *Cautela Theſauri in hac materia reuocationis donationis vigore l.ſi vnquam, C.de reuoc. donatio.*

70 *Filij conſequuntur ſuas legitimas ex bonis parentum ac ſi nullæ donationes factæ eſſent per eos.*

71 *Recopilatio breuis, materiæ l.ſi vnquam, C.de reuoc.donat.*

72 *Donatione reuocata vigore l.ſi vnquam, C.de reuoca.donat. reuocantur etiam pignora, & onera.*

73 *Pignora, & hypotecæ, ac alia onera quæcunque reuocantur quando res redit ad dominū iure dominij in contractibus emphiteoticalibus.*

74 *Datoris iure reſoluto reſoluitur ius acceptoris.*

75 *L.ſi vnquam, C.de reuoc.dona. an habeat locū in dotis cauſa donatione.*

76 *L.ſi vnquam non habet locum in donatione ob cauſam.*

77 *Filij poſteà nati reuocant vſque ad ſuas legitimas donationes dotis cauſa filiabus factas. vbi deciſ.*

78 *L.ſi vnquam, habet locum in extraneo dotante.*

79 *Reuocatio beneficio l.ſi vnquam, C.de reuoca. donation. an fiat viuente marito, de dote vxoris.*

GLOS. VIII. PARS III.

De reuocatione donationis ob ſuperuenientiam liberorum, ad interpretationem l.ſi vnquam, C. de reuocan.donatio.

1 OPortet † quòd ad ſecundum membrum ſecundi ptopoſiti articuli properemus, quod ver ſabatur circa reuocationē fiēdam per filios, qui poſt donationem patris naſcuntur, poſtquam de reuocatione egimus fienda pet filios iam natos, de quibus tractabat primum membrum. Ad id ſciendum eſt, quod neminem latet, habere nos in iure ſingulare Imperatorū Conſtanti. & Conſtan. reſponſum in l.ſi vnquā, C.de reuocan.donatio. quo diſponitur, quòd ſi vnquam patronus filios non habens, libertis ſuis bona omnia, vel partem aliquam facultatum fuerit donatione largitus, & poſteà ſuſce-

ſuſcepetit liberos, totum quicquid largitus fuerat, reuerti debet in eiuſdem donatoris arbitrio, ac ditione manſurum. Quam legem † (ne circa hoc in principio trepides) procedere nedum in donatione, quam patronus liberto facit dum liberos non habet, quos poſteà ſuſcipit, ſed etiam in quocunque alio, qui ſimilem alteri donationem facit, palàm eſt, & pluribus Tiraquel. probat, qui poſt Ripam omninò in hac mareria eſt videndus, in vulgatiſſimo, ſicut fœcundiſſimo commentario, quo eam legem ornauit, in verb. libertis, ſtarim in initio, vbi dubitãdi rationem pouit, & clariùs poſteà à num. 33. cum pluribus ſequentibus, Berengarius Ferdinan. in repetitio. dictę l. ſi vnquam, nu. 8. & Vincent. Hondede. in conſil. 43. num. 2. volum. 1. Gerar. Maynar. deciſio. Toloſa. 12. num. 1. lib. 5. licèt non deſint qui particulari quadam ratione, quæ in alijs non militet, eam legem in pattono donante procedere autument, vt eſt videre apud Ioſeph. de Ruſticis in commentarijs ad l. cum auus, lib. 3. cap. 18. num. 39. & lariùs apud Anton. Fabr. conjecturar. lib. 7. cap. 15. idem dicit Gerar. Maynar. in dicta deciſio. Toloſa. 12. num. 1. lib. 4. Sed ego de his parùm curo, qui ſoleo firmiſſimis, ac receptiſſimis potiùs tot maiorum, ac patrum noſtrorum traditionibus, & opinionibus adhærere, quàm nouis inuentionibus locum dare. In Regno Caſtellæ dubitatio eſt ſublata, quia lex 8. tit. 4. *de las donaciones*, parti. 5. quæ cum hac concordat, expreſſim his verbis vtitur: *Si alguno dieſſe a otro*, nec ibi de patrono, & liberto verbum vllum, vt aduertit Gregor. Lop. ibi gloſſ. 4. ſuper verb. *à otro*.

2

3 Eſt eius † legis diſpoſitionis ratio præſumpta, & veriſimilis voluntas donantis, quòd ſcilicet veriſimiliter non donaſſet, ſi liberos habuiſſet, ac habiturum ſe cogitaſſet, cùm nemo præſumatur in bonis ſuis extraneos velle præferri propriæ ſoboli, iuxtà l. cum auus, ff. de conditio. & demonſtrati. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm. atque ideò ſub hac conditione donaſſe videtur, ſi liberos non ſuſciperet, prout benè Tiraquel. explicat in ſupradicto commentario verb. libertis, num. 34. quæ eſt ratio, quam communiter Doctores ad dictam l. ſi vnquam, & ante, & poſt Tiraquel. adduxerunt omnes; præcipuos ex eis habes apud Ioan. Crot. in conſil. 129. num. 8. volum. 1. qui vlteriùs ex eiſdem Doctoribus addit diſpoſitionem dictę legis emanaſſe ex medullis, & oſsibus dictarum legum cum auus, & cum acutiſsimi, imò ex illorum intimis præcordijs dicit Tiraquellus in dicta l. ſi vnquam, verb. donarione largitus, num. 250. & refert Ioſeph. de Ruſticis in commenta. ad dicta l. cum auus, lib. 1. c. 1. num. 9. Ideò non mirum ſi rationem dictæ l. ſi vnquam, dicamus eſſe præſumptam, & veriſimilem donantis voluntatem, quòd noluerit † alienas ſoboles ſuæ anteponere, quam Iuteconſul. & Impera. in legibus ſupradictis expreſſerunt pro reſolurione, quam ibi capiebant, quòd in fideicommiſsis quibuſcunque ſubintelligatur ſemper conditio, ſi ſine liberis deceſſerit filius, qui grauatur à teſtatore, quamuis non exprimatur. Alios in idē non paucos Doctores recenſuit Aluar. Velaſc. conſultatio. 31. num. 8. addens hanc ex tribus eſſe præcipuam, & fundamentalem legis prædictæ rationem. Alios etiam adducit Theſaur. deciſio. 121. num. 3. & alios denique Ioan. Gutier. de iuramen. confirmat. 1. par. cap. 9. num. 1. Sotomaior quotidiana. controuerſiarum iuris ſib. 2. cap. 13. nu. 49.

4

5 Quæ ratio efficit † vt quando tempore donationis conſtat donatorem cogitaſſe de liberis procreandis, quod tamen in dubio non præſumitur, vt ex pluribus probat Ioā. Gratian reg. 150. num. 10. vel cogitaſſe præſumi poteſt ex aliquibus conjecturis, ceſſat procul dubio tunc dictæ l. ſi vnquam diſpoſitio, prout pluribus probat Tiraquel. vbi ſuprà in princip. à num. 61. vbi latè explicat an in dubio cenſeatur quis de liberis cogitaſſe, & quæ poſsint dari ſigna huius cogitationis, Theſau. allegata deciſio. 121. num. 5. vbi dicit hanc eſſe communem opinionem, Gutierrez vbi ſupr. num. 3. Sotomaior loco etiam allegato, & latè Natta in conſil. 125. volu. 1. per tot. Atque ita in terminis Senatus noſter doctiſsimus in cauſa donationis factæ per eum, qui matrimonium contrahebat, & in ipſius contractu, vbi præſumitur de liberis procreandis cogitaſſe, cùm ad id matrimonia contrahantur, † *declarauit* d. l. ſi vnquā diſpoſitionē non intrare, referēte egreg. Senato. Ioſep. Ferrer, ſub die 5. Maij 1613. in cauſa Elenę Ciuera & Carol, contra Cæciliā Blanes ciuitatis Gerundæ, Scriba Io. Prats, *Quia* (inquit) *præſumitur de liberis procreādis iam tunc cogitaſſe*.

Quam deciſionem probant poſt Signorol. in conſil. 69. poſt num. 12. verſicu. Præterea cum mater, relatum per Iulium Clarum in §. donatio, quæſtio. 22. num. 2. Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam, in præfatione à numer. 70. qui hanc dicit communem opinionem, Anton. Gab. lib. 3. communium opinionum tit. de donatio. concluſi. 2. num. 52. vbi etiā de communi, Boer. deciſio. 159. nu. 9. & 10. Ioan. Gutier. de iuramen. confirmato. 1. par. cap. 9. num. 3. Rolan. à Val. in conſil. 11. nu. 31. voln. 1. Anton. Theſaur. deciſ. Pedemōt. 121. num. 3. Ludoui. Moroſ. conſil. 43. nu. 6. & in

† & in facti contingentia idem *ſequutus* eſt Senatus Sebuſianus, vt auctor eſt nobis Anton. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 36. de reuoc. donationib. definitio. 2. & 7.

6 Sed cũ † nihil tranſeat ſine contradictione, propterea nec deſunt qui ſupradictæ ſic firmatæ reſolutioni contradicant: ij ſunt duo, inter alios, inſignes viri, qui id oneris multis viribus ſuſceperunt, Iul. Clar. vnus loco iam allegato, dicens videri id contradicere communi regulæ, quòd ſcilicet debet expreſsè conſtare quòd donator de liberis cogitauerit, & quòd in dubio præſumitur nõ cogitaſſe, quæ (inquit) colligitur ex dictis Bar. in l. Titio, in §. Imperator, n. 8. de lega. 2. & ſi quod diximus verũ eſſet, idem & multo fortiùs ſibi videtur fore dicẽdum in quocunque coniugato habili ad prolẽ ſuſcipien-
7 dam, quod eſſet valdè abſurdum. Sed † non habet rationem, quia ſatis illud dicitur expreſſum, quod ex mente, & coniecturis colligitur, vt probatur in l. nominatim, ff. de cõditio. & demonſtratio. & in l. 2. ff. de libe. & poſthum. Cõducunt quę ſatis ad propoſitum in materia prohibitionis Trebellianicæ adducit noſter Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 2. de inuentar. à num. 94. & vltra ipſum, & ab eo adductos viden. eſt Peregrin. de fideicommiſſ. art. 3. à num. 87. benè Menoch. de præſumptionib. lib. 1. quæſtio. 36. num. 7. & pleniùs quæſtio. 45. per
8 tot. Et certè † ſi in caſu occurrenti non admitteretur præſumpta, & coniecturalis probatio, deſtrueretur proculdubio præcipua iuris noſtri pars, quæ circa coniecturas, & præſumptiones verſatur, ac iuxtà probationes, quæ per eã fiunt, procedit in omni materia, & id eſt φ ex multis probat Frãc. Viui. deciſio. 259. num. 2. quod nedum cogitatio in ſpecie de liberis arguit excluſionem liberorum naſcituro rum, ſed etiam cogitatio eorundem in genere, argumento l. qui iure militari, ff. de teſtam. mili. vbi teſtamentum militis non rumpitur natiuitate filiorũ præterito rum in eo, ſi hoc ſuccederet animo, & intentione quòd quiſque ei naſceretur exhæredatus eſſet, licèt ignoraret vxorem prægnantem fore.

9 Petrus † Barboſ. eſt alter, qui etiam ſuperiùs captæ reſolutioni repugnat in 1. par. l. 2. in princ. ff. ſolut. matrimon. num. 165. in verſic. Intertur etiam, cum numeris ſequẽt. confundi enim dicit eam particulariter ex authent. de nupt. §. dotes, colla. 4. & l. vnica, C. ſi dos conſtan. matrimo. in quibus probatur per ſuſceptionem liberorum non reſcindi pactum de luctanda dote, quod ſolet cõmuniter interponi in cõtractu matrimonij: Vndè (inquit) ſi vera eſſet prædicta reſolutio, inanis redderetur dubitatio Doctorum cur prædictum pactum non reuocetur per ſuſceptos liberos, cùm planum eſſet reſpondere, non reuocari quia de liberis videbatur cogitatum: magis ergo (pergit vlteriùs) dicendum eſt, quòd ſi in contractu matrimonij interponatur pactum ſapiens meram donationem, illud reuocetur ſuſceptis liberis, iuxtà d. l. ſi vnquam.

Neque obſtare dicit rationem pro contraria opinione ſuprà adductam, quia magis credendum eſt mulierem pudore victam de liberis ſuſcipiendis nõ cogitaſſe, vel potiùs credidiſſe quòd illos non eſſet habitura, vel ſaltẽ quòd poſſet illos non habere, & quòd tantùm donabat in caſu quo illos non haberet, & aſſumẽda eſt hæc præſumptio, ne aliàs credamus alienas ſucceſſiones ſuæ ſoboli prætuliſſe, aduerſus rationem text. in l. cum acutiſſimi, C. de fideitomm. Hæc ſic vt poſita ſunt, adducuntur à Barboſa loco allegato, quæ faciunt non parùm vacillare firmitatem alterius opinionis, & propterea plures Doctores ſuam ipſius ſequentes ibidem congerit videndus.

Sed faciliſſima eſt reſponſio ad adducta per hunc Doctorem, quòd non ſit mirãdum ſi Doctores pro ratione reſolutionis, quam communiter capiunt, non habere locum, nec procedere l. ſi vnquam in ſtipulatione lucri dotalis, quæ fit in contractu matrimonij in fauorem mariti, de qua vltra iura per Barboſ. allegata, per quæ vix erit qui iudicet intentum probari, vide per latè adductos per Diaz de Luco reg. 213. limitat. 12. Gratian reg. 150. num. 34. Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam, verb. donatione largitus, num. 72. nõ eſſe (inquam) mirãdum ſi pro ratione dictæ reſolutionis non dixerint DD. φ quia de liberis fuerat cogitatũ, cùm aliam haberent magis propriam rationem, qua reſolutionẽ prædictam probarent, & confirmarent, quia
10 nempè † prædicta tantùm habent locum in veris donationibus, & titulis lucratiuis, vt
11 apud omnes eſt in confeſſo. Et inde † ſcies quamobrem communiter concludatur per omnes non habere lotum in donatione remuneratoria: eſt enim ratio, quia non eſt proprie donatio, nec lucratiuus titulus, prout ego pluribus probaui in primo tomo clauſula 4. gloſſ. 7. par. 2. nu. 7. & in his terminis
† l. ſi vnquam ita *reſolut* in facti contingentia Senatus Sebuſianus apud Anton. Fab. lib. 8. tit. 36. de reuocan. donatio. definit. 3. Quod ego intelligo niſi datum ex vna parte excederet notabiliter debitam remunerationẽ, vel (ponamus) donatum ex alia parte, cùm enim tunc ille excellus haberetur titulo lucratiuo, & pro mera donatione, vt palãm eſt,

& non

& non ſemel ego in hoc, & in primo tomo ad varia inſtituta docui, ſequitur quòd intraret diſpoſitio dictæ l. ſi vnquã, prout pulchrè, & in terminis olim *cenſuit* Senatus die 13. Ianuar. 1514. inter Beatricem Pujades, & pupillam Annã Pujades, Relatore egregio olim Senatore Martino Sunyer, vti habes in Archiuo Regio: cumque † lucrũ dotis, quod ſtipulatur in fauorem mariti in cõtractu matrimonij, non poſſit dici ex cauſa lucratiua ei acquiri, nec donationem eſſe ſtipulationem quæ de dicto lucro fit in ſui fauorem, ſed contractum oneroſum vti factũ in compenſationem onerũ matrimonij, quæ tenetur ipſe ſubire, ad quæ vt plurimùm nõ ſufficiunt fructus dotis, ideò melius fuit reſpondere, quòd propterea non habeat in ſtipulatione dicti lucri locum dictæ l. ſi vnquã diſpoſitio, quàm quòd quia cenſetur de liberis cogitatum ex quo in contractu matrimonij fuit de hoc actum. Et eſt ratio euidentiſſima; quia ſi hoc vltimum, vt Barbo. vult, fuiſſet ſumptum pro motiuo reſolutionis, fateri oportuiſſet quòd ſi in contractu matrimonij non fuiſſet lucrum ſtipulatum, ſed in alia occaſione, vbi nec expreſsè, nec tacitè fuiſſet de liberis cogitatum, habuiſſet equidem dictæ l. ſi vnquam diſpoſitio locũ, quod fuiſſet maximum abſurdum, cùm enim verè non ſit donatio, nullo modo in ea lucri ſtipulatione locum habere poteſt prædicta diſpoſitio, benè Alexan. in conſil. 162. num. 4. vol. 6. & Tiraquell. in allegata l. ſi vnquã, verbo donatione largitus, num. 173. Alios † caſus in quibus eſt conſiderare ex coniecturis, & præſumptionibus quòd donator cogitauit de liberis dum donauit, & ob id non poteſt reuocare donationem, adducit Tiraquel. loco iam allega. vbi eſt viden.

Ex eadem † radice emanare exiſtimo reſponſum ad illam quæſtionem, quam nonnulli difficillimam admodum iudicarunt, in quaque valdè ingenia torquentur, nunquid diſpoſitioni prædictæ l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. poſſit per donatorem in donatione renuntiari, quod eſt dicere, nunquid per dictam renuntiationem ceſſet legis effectus, & deſinat donatio poſſe reuocari per ſuperuenientiam liberorum. Ego pro affirmatiua nihil aliud volo conſiderare, quàm quòd liberorum cogitatio, ſiue expreſſa illa ſit, ſiue tacita, & ſine generica, ſiue etiã ſpecifica, faciat de iure ceſſare, vt diximus, eius legis diſpoſitionem, quantò ergo magis expreſſa eius renuntiatio, in qua vlteriùs expreſsè filiorum naſcicturorum mentio, & cogitatio, ſine qua non fit, nec fieri poteſt, continetur, effectum impediet, & impedire debebit. Deſinant igitur Ioan. Gutierrez in tracta. de iuramento confitmatorio part. 1. cap. 9. num. 8. & Hieronymus de Cenall. in commu. contra commu. quæſtio. 104. ac Ludoui. Moroſ. reſponſ. 43. ſtatim in init. cum pluribus quos adducunt hic non repetẽdis, eius nobis quæſtionis difficultatem tantiſper commendare, vt exiſtiment eam Cæſarea deciſione magis indigere, quàm Doctorum diſputationibus: ego enim imò facillimam dictæ quæſtionis reſolutionem pro affirmatiua reperio, ex rationibus ſuprà adductis, quæ non admittunt dubitationẽ, & ideò nihil mirum, ſi pro ea pertranſiuit communis, vt prædicti Doctores tradunt.

Aduertit † Gutierrez loco iam allegato num. 11. concordari poſſe opiniones quòd affirmatiua procedat quoad patrem, vt per renuntiationem excludatur a reuocatione, negatiua verò quoad filios, vt non propterea prohibeantur agere ad recuperandũ ſuas legitimas, vel per querelã inofficioſæ donationis, vel aliàs, quam concordiã, licèt nõ iuſtè, Guterrio tribuens, cùm priùs fuerit Bar. in citata l. Titia, §. Imperator, nu. 7. de lega. 2. & poſt eum ante Gutier. tradiderat Gregor. Lop. in l. 8. tit. 4. *de las donaciones*, parti. 5. gloſſ. 2. ſuper verb. *ni han eſperança de los auer*, commendat Cenall. loco allegato qu. 105. dicens eſſe veriſimilem, & ſibi ſatis placere, quia (inquit) iuris, & rationi conſonæ eſt. Ego addo, quòd veteor, ne multis hic labor concordandi ſic iſtas opiniones viſus ſit multùm ſuperfluus, & non parùm ſuperuacuus, quamuis enim id non animaduertiſſent, probabiliter ſperari potuiſſet neminẽ in hoc trepidaturum, hucuſque enim nõ legimus fuiſſe qui de renuntiationibus parentum timeret, quòd nocere liberis poſſent ad ſuas legitimas conſequendas iure proptio venire volentibus.

Ad id † eſt pulchra quæſtio, ſi vir vxoratus nec habens liberos, nec habere ſperans ex quo in multis annis eos non potuit habere, & ſenex iam effecta eſt vxor, facit alicui donationem cum renuntiatione huius legis, & deindè mortua prima vxore ducit ſecũdam, ex qua liberos habet, an in iſto caſu liceat donationem reuocare, tanquam de iſtis liberis non fuerit cogitatum. Quæſtio hæc in rerminis fuit diſputata in curia Aquen. de anno 1580. vt auctor eſt Franc. Stepha. deciſ. † illius Senatus 35. & *reſoluta* in fauorem patris, & filiorum pro reuocatione, ex eo quòd non poſſit dici patrem de iſtis filijs ex ſecũda vxore naſcituris in renuntiatione cogitaſſe, quia erat neceſſarium cogitaſſe priùs primam vxorem morituram, qui eſt triſtis euentus, qui non eſt expectandus, vide ibi, quia pulchrè is Doctor loquitur.

Hæc

17 Hæc † efficiunt vt multùm ſemper ſuperuacuum iudicauerim tempus, quod Doctores conſumunt in tractatione materiæ dictæ l.ſi vnquam,& illius explicatione,cùm enim ſoleat ſemper eius renuntiatio in donationibus fieri,& ea impediat legis effectum, nó video quamobrem de materia vix vnquam in praxi contingibili debeamus multis agere: verùm ne videamur neceſſaria omiſiſſe, poſtquam incidimus in eius materiæ tractationem, tribus aut quatuor breuibus annotatiunculis, quæ totam proculdubio materiam complectentur, & declarabunt, illius tractationem abſoluemus.

18 Prima, quòd † dictæ l.ſi vnquam diſpoſitio habeat locum,& procedat nedum quando fit donatio perſonæ extraneæ ab eo, qui nullos habet liberos, ſed etiam quando vni ex liberis,quem donator habebat iam tempore donationis, diuerſimodè tamen, quia in primo caſu fit in totum reuocatio, in ſecundo verò vſque ad legitimam tantùm liberis ſuperueniẽtibus competentẽ:primum caſum probat expreſsè l. prædicta ſi vnquã, ibi: *Totum quicquid largitus fuerat reuertatur, &c.* ſecundum verò l.ſi totas, C. de inofficio.donat.ibi: *Vt filij, vel nepotes poſteà ex quocunque legitimo matrimonio nati debitum bonorum ſubſidium conſequantur, &c.* Originalis eſt hæc diſtinctio Bar.in ſæpè allegato §.Imperator,nu.1.dicẽtis,quòd gloſ. in dicta l.ſi totas, id non vſquequaque benè intelligit, quem omnes communiter ſequũtur,plures ex eis recenſet Dida.lib.1.variarum reſolutionum cap. 19. ſtatim in initio, Anton.Fab.in ſuo Codice lib.8.titu.36. de reuocan.donation.definit.5. Et Senatus noſter † *declarauit* expreſſim olim in cauſa Alexij de Iofte, & Margaritæ Palol, ſub die 31. Auguſti 1535. referente Regio Conſiliario N. Montaner, prout in Archiuo Regio videre poteris,& apud noſtrum olim egregiũ Senatorem Michaelem Ferret in 3.par. obſeruanti.cap.105.Iuſ.Clar.in §.donatio,qu. 22. num.3. qui tamen dicit hunc caſum non eſſe comprehenſum ſub diſpoſitione dictę l. ſi vnquam, ſed cadere ſub diſpoſitione l. ſi totas,C.de inoff.dona.

19 Et in † hoc diſtinguitur hæc reuocatio,quę fit vigore dictæ l.ſi vnquam, ab illa, quæ in vim querelæ inofficioſæ donationis: Diximus enim ſuprà, quòd iſta vltima, licèt agatur de donatione facta extraneo, non reuocatur in totum,niſi ſit re,& conſilio ſimul inofficioſa, quod non requiritur in reuocatione quæ fit vigore l.ſi vnquam, prout optimè aduertit Dida.in allegato cap.19. lib.1. variarum reſolutio.num.12.Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.3.tit.20.de inoffi.donat.definit.3. Ioſeph.de Ruſti.in l.cum auus, lib.3. cap.6. num.15. & 16.

20 Præterquàm † ſi eſt Eccleſię,aut alteri pię
21 cauſæ facta donatio, gaudent † enim Eccleſia, & piæ cauſæ priuilegijs liberorum,& in eorum præiudicium ſolùm fit reuocatio vſque ad legitimam, non in totum, cap. placuit 17.quæſtio.4. gloſ.& Doctores in cap. fin.de dona. Bar.in ſæpiſſimè allegato §.Imperator,num.6. l.Titia, ff.de legat.2. Tiraquell.in d.l.ſi vnquam,verb.libertis, nu.66. Rip.ibidem qu.49.num.113. Antòn.Gabr. in commu.opinio.tit.de donatione,conclu. 2.num.61.Dida.lib.1.variar.reſolutio.cap. 19. nu.5. Meneſes in l.cum acutiſſimi, á nu. 9.C.de fideicommiſſ. Ioſeph.de Ruſtic. qui infinitos penè in id addocit in ſæpe citata re petitio.l.cum auus,lib.2.c.2.nu.14.& rurſus lib.8.c.6.num.17.

22 Propter † quod Antonius Gamma deciſ.
† 240. *declaratum* in Senatu Portugal. nobis refert,donationem factam pauperibus incarceratis, eo quia cenſebatur facta piæ cauſæ, quæ in hoc Eccleſiæ cõparatur,Eccleſiæq. priuilegijs potitur, non cenſeri reuocatam per ſuperuenientiam liberorum nili vſque ad legitimas illorum.

23 Item, † præterquam ſi tempore donationis habebat iam filios donator,tunc donatio quæ fiet extraneo,non reuocatur per ſuperuenientiam liberorum in totum, ſed vſque ad debitum bonorum ſubſidium tãtùm,nec intrat tunc materia l.ſi vnquam, de qua tractamus, ſed imò inofficioſæ donationis,quã iam ſuprà aliqualiter explicatã reliquimus. Quæ reſolutio probatur ex l.penult. de iure codicillorum,vbi habetur legata relicta extraneis ab habente filium reuocari pro dimidia ſi poſthumus poſtea naſcatur,pro alia verò dimidia deberi ab ipſo qui natus erat tẽpore diſpoſitionis.Et quia iſte articulus extitit latè diſputatus in Regia Audientia Ca-
† piran.Apuliæ,& pro hac opinione *reſolutus*, vt auctor nobis eſt Franc.Viui.deciſio.434. per ſeptem priores numeros, ideo amplius non inſiſto, ibi videbis opinionem pluribus argumentis fulcitam,& defenſam,idem Viuius deciſ.259.num.4.

24 Hæc † correcta eſſe in Catalonia crediderunt multi, & inter eos noſter Iaco. Cancer in 1.par.variarum reſolutio.cap.8.de donatio.num.80. ducti ex diſpoſitione conſtitutionis, ſiue conſuetudinis incipien.*Si algu dona*, ſub tit.de renocan.donatio. quæ nullã facit differentiam inter donationem, quæ fit extraneo,& eam,quę vni ex liberis,imo vult in vtroque caſu reuocationem fiẽdam vſque ad legitimam tantùm, & debitum filijs bonorum ſubſidium. Sed fuit repertum, vt ait noſter

noſter nobilis Ludouicus à Peguera deciſio. ſeu cap. 37. num. 6. part. 2. notatum in voluminibus Conſtitutionum antiquarum, quæ fuerũt Martini Sunyer & Ferrero antiquioris (credo quod diligentior inueſtigatio erit neceſſaria, ſi iterùm caſus ſuccederet, propter ea, quæ mox dicam) Fuit (inquam) repertum prædictos Doctores notaſſe in dictis voluminibus conſtitutionum ſupet dicta conſtitutione, ſeu conſuetudine *Si algu dona*, quòd illa verba poſita in dicta conſtitutione, ſeu conſuetudine, *ò altre qualſeuol perſona*, quæ locum dubitandi tribuũt, quia æquiparant expreſsè illos duos caſus, quando donatio fit extraneo, vel filio, non reperiuntur in originali. Et ideò cùm caſus ſuc-
25 cedit † in Senatu de hoc diſputandus, acquieſcit Senatus nihilominùs diſtinctioni ſuprà factæ, & reuocationi in totum eſſe locum *de-*
† *clarat*, cùm extraneo facta donatio reperitur, prout dictus nobilis Ludouicus de Peguera refert dicta deciſione, ſeu cap. 37. numero 6.

26 Ego tamen † vellem ſi res iterùm foret indicanda, quòd exactiùs fieret comprobatio cum originali, num verba ſupradicta in eo eſſent, vel non, nec contra verba tex. tam expreſſa vellem ſtare aſſertioni eorum, qui ita, vt dictum eſt, in dictis conſtitutionibus ſcripſiſſe dicuntur.

Feci poſt hæc ſcripta nõnullam circa hoc diligentiam in Archiuo Regio ſi originale videre poſſem, & oſtenſus mihi fuit quidam valdè antiquus, vt ex aſpectu apparebat, pergameneus formæ maioris liber, ligneis coopertis (in quibus arma Principatus Cathalouiæ, quæ ſunt barræ Aragonum, & Deputationis, ſiue Generalitatis, quæ ſunt crux rubra in campo argenteo, ſiue albo, erant depicta) tectus, & clauſus, in quo legi conſtitutiones Cathaloniæ latino ſermone compoſitas mauuſcriptas, & ſub eo tit. de reuocan. donatio. reperi hanc eandem conſuetudinem omnino conformem ei, quæ habetur in noſtro vulgari conſtitutionum volumine, & ibi non deerant illa verba, *ò altre qualſeuol perſona*, imò illorum loco ſunt ſequẽtia, *vel alij cuicunque voluerit*. Hunc librum in Archiuo habeti pro originali retulit mihi qui illius cuſtodiã tunc habebat, ideò benè erit quòd hæc exactiùs examinentur, ſi caſus iterùm ſuccedat diſputandus, ad decidẽdum ſine difficultate plures quæſtiones, quæ in hac materia ſuccedere poſſunt, & ſignanter quæ infrà proponentur.

27 Sed an † omnium bonorum debeat eſſe donatio, quæ ſubijcitur renocationi in vim d. l. ſi vnquã, C. de reuo. dona. an ſufficiat eſſe certæ illorũ partis, & qualis & quãtæ, circa quod frequentiores in materia hac oriuntur forenſes diſceptationes, benè eſt quòd declaret ſecunda hæc noſtra adnotatio.

Hac in re diſtinguendũ cẽſeo caſum donationis, quę fit vni ex filijs iã natis, à donatio-
28 ne, quæ fit extraneo. In illa † enim cùm reuocatio non fiat niſi vſque ad legitimas liberorum, vt diximus, ſequitur quòd vbicunque talis fuerit donatio quòd remaneat patri vadè filijs legitimas ſoluat, non intrabit dicta l. ſi vnquam, C. de reuocan. donat. diſpoſitio. Iſtud non eſt quòd probem: ratio enim naturalis id clarè perſuadet, & ſi vis, accipe in confirmationem deciſionem Senatus factã 31. Auguſti 1535. inter Alexium de Iafre, & Margaritam Palol, referente egregio olim Senatore, poſteà Regente Regiam Cancellariam, N. Montaner, quam vidi in Archino
† Regio, vbi expreſsè fuit *dictum*, donationẽ quandam factam vni filiorum de omnibus bonis, cum certa reſeruatione ad teſtãdum, non ſubiacere reuocationi dictæ l. ſi vnquam C. de reuoca. donat. ob ſuperuenientiam liberorum, eo motiuo, quòd iſtæ donationes, quæ filijs fiunt, non reuocantur niſi vſque ad reliquorum legitimas, reſeruatum autẽ fuerat quantum ad dictas legitimas ſufficiebat.

29 Et hoc ampliùs, † vt nihil ignores, fuit ibi-
† dem *declaratum*, quòd alienatio quæ poſteà fiat reſeruati per patrem, non annullat donationem legitimè à principio factam, ſed dãno filiorum poſteà natorum cedit, non donatarij, & tunc oportebit quòd iſti filij poſteà nati agant alio remedio ad conſequendas ſuas legitimas: cui deciſioni deſeruiunt quæ nos latè docuimus in primo tomo clauſul. 4. gloſſ. 23. ex num. 20. vbi valet donatio ſemel cum legitima reſeruatione ad teſtandum à principio facta, licèt reſeruatum alienet poſteà donator, & valent etiam priores obligationes per vxorem à principio factę, quæ non comprehendebant totam dotem, nec maiorem partem, licèt poſteà mulier per alias obligationes obliget reliqua, & ſeu alieneꝛ; de quo puncto, vltra ibi tradita, vide pulchras Rotæ Romanæ deciſiones 111. 115. 116. & 171. num. 8. apud Statil. Pacific. poſt ſuum tractatum de Saluia. interdict. & vide etiam quæ infrà dicemus cùm de obligationibus, quas facit vxor conſtante matrimonio, agemus.

30 Notanter dixi, † reſeruatum debere eſſe tale quod ſufficiat ad legitimas filiorum, aliàs nihil obſtaret quin fieret renocatio donationis, ſaltem vſque ad ſupplementum, q debetet filijs ex bonis donatis adiudicari, prout in terminis in alia facti contingentia
† Senatus etiam *declarauit*, & faciendum dixit iuxtà valorem bonorum de tẽpore mor-

tis pa-

tis patris, 9. Octobris 1586. inter Eliſabetham Zacirera vidnam, & Michaelem Caſtellet, referente egregio tunc Senatore, poſtea Regente in ſupremo Aragonum Conſilio, don Ioanne Sabater, prout habes in Archiuo Regio.

Quod vero attinet ad donationes, quæ fiunt extraneis, in quibus, vt diximus, ſit reuocatio in totum, communiter tenetur non eſſe neceſſarium quòd fiat de toto patrimonio: æquè enim reuocantur reliquæ, quæ fiunt de notabili aliqua parte, atqui ſi de omnibus bonis, pulchrè Didac. in allegato cap. 19. num. 12. verſic. His etiam, qui multis id probat.

31 Solùm † eſt difficultas, quanta debeat eſſe illa bonorum pars, quæ facit reuocationi locum. Dida. refert vbi ſuprà Doctores tenentes quòd debeat eſſe maior bonorum pars, vel ea ſaltem, quæ dimidiam æquet, & ſic ſi non ſit de omnibus bonis donatio, debeat ſaltem eſſe de maiore illorum parte, vel ad minus de dimidia bonorum: ſequuntur alij adducti per Anton. Theſaur. deciſio. 121. num. 7. Ambroſi. deciſio. 19. nu. 25. latiùs per Ioſeph. de Ruſti. in repeti. l. cũ auus, lib. 1. cap. 22. nu. 13. Poſtea idẽ Dida. in fine adducit alios, qui communiorem dicũt opinionem, quam & ipſe veriorem iudicat, quòd quamuis non ſit de omnibus bonis, nec de maiore illorum parte, nec etiam de dimidia, ſed intra dimidiam, aut minoris partis quàm ſit dimidia, adhuc reuocationi ſubijcitur, ad quod dicit facere illa verba legis, ibi: *Bona omnia, vel partem aliquam*—, quæ poſſunt tã in parte, quæ ſit dimidia minor, quàm in alia maiore verificari, ſequuntur alij ſeriosè relati per Ruſtic. vbi ſupr. in verſic. Sed Bart.

32 Verior opinio † eſt quòd conſideretur, an donatio ſit talis, aut tanta, taliterque notabilis, vt ſit veriſimile eam non feciſſet donaror ſi de liberis cogitaſſet, & tunc ſiue de omnibus bonis, ſiue etiam de maiore illorũ parte, vel de alia minore, vel etiam de re aliqua particulari ſit facta donatio, reuocationi proculdubio ſubiacebit, Bar. in ſæpè allega. §. Imperator, l. Titia, ff. de legar. 2. plures in idem commemorat Anton. Gabr. de donat. concluſio. 2. num. 8. Hieron. Giacbar. in additio. ad Iulium Clarum de donatio. quæſt. 22. Moro. conſil. 43. num. 16. Ioan. Gracian reg. 150. num. 4. Ioſeph. de Ruſti. latè dicto lib. 1. cap. 20. num. 13. in verſi. Subdit tamẽ, Sena. Sebuſia. apud Anto. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 36. de reuoc. donar. defini. 9.

† Et habet maximam rationẽ iſta opinio, quia cùm præſumpta donantis voluntas ſit huius reuocationis cauſa, vt diximus, certè dici debet, quòd vbicunque ea militabit, ſit etiam reuocationi locus.

33 Sed cùm † id non poſſit oculis cerni, vel aliquo alio ſenſu externo percipi, neceſſum fuit, & eſt quòd diiudicare an ſit talis donatio, quam non feciſſet donator ſi de liberis cogitaſſet, relinquatur prudentis iudicis arbitrio, qui id æſtimet ex qualitate perſonæ donantis, an nobilis ſit, vel non, dines, vel pauper, & ſic de reliquis qualitatibus, ſecundùm quas poteſt, & debet donatio diiudicari vel modica, vel magna, prout conſidetant omnes ferè Doctores vbi proximè allegati, quibus addendus eſt Iacob. Menoc. de arbitr. iudic. caſu 133. qui plures alios allegat in idem.

34 Ex † ſupradicta conſideratione qualitatis donantis factum fuit quòd donatio, quæ ex ſe videbatur non mediocris, nec de re mediocri † facta, *iudicata* fuerit in contradictorio iudicio non ſubiecta reuocarioni ex diſpoſitione l. ſi vnquam, quã tractamus, qnia facta extiterat à quodam nobili, & diuite viro, cuius reſpectu æſtimauit prudens iudex non eſſe immodicam donationem, quæ reſpectu alterius, talis forſan viſa fuiſſet, vt auctor eſt Ambroſi. allegata deciſio. 19. à nu. 25. cum ſequent.

35 Et in † hoc etiam differt hæc reuocatio donationis, quæ fit per ſuperuenientiam liberorum, ab ea, quæ propter illius inofficioſitatem: illa enim attendit ad pondus rerũ donatarum, & niſi notabile illud ſit, non habet locum: hæc quærit num filij propter donationem priuentur ſuis legitimis, nec ne, aliter non curando num grandis, vel modica ſit, & an de omnibus bonis, an verò de re aliqua particulari, prout pulchrè annotauit Didac. allegato cap. 19. num. 12. in verſicul. His etiam.

36 Cùm † de donatione tertiæ partis bonorum reuocanda ob natiuitatem filiorum tractaretur in Senatu de anno 1552. referente † egregio olim Senatore N. Sunyer, *reſolutũ* vidi in libro cõcluſionum anni prædicti, ſub die 27. Aprilis, non fore reuocationi locũ, ex quo non erat de omnibus bonis, nec de maiore eorum parte. Partes erant Iacobus Ferrer, & Magdalena Moixa. Ecce qualiter Senatus amplexus fuerit quod ſupra dicebamus in principio num. 31. Sed tu conſidera quæ poſt dictum numerum ſequitur, ſi vis rectũ in his proferre iudicium. Et attende ad aliam deciſionem eiuſdem etiam noſtri Senatus factam die 6. Martij 1579. inter Franciſcum Oller, & Annam de Boxadors, referente egregio olim Senatore Pontio Ceſcaſes, in qua ſequendo quod nos † ſuprà probauimus, fuit *dictum* donationes notabilis

notabilis partis bonorum ipſo iure reuocari, non attendendo quota pars bonorum ſit, nec ſi eſt notabilis, vt nos diximus, vidi in Archiuio Regio.

37 Eadem † proculdubio diſtinctio obſeruatur in legatis ad interpretationem authent. ex cauſa, C. de liber. præteritis, dum quæritur, an rupto teſtamento propter natiuitatẽ filij, vel poſthumi ignoranter præteriti, & ſic propter ſuperuenientiam liberorum legata conſeruentur per dictam authentic. ex cauſa, aut per clauſulam codicillarem, vel non: conſeruantur enim ſi talia ſint vt poſſit veriſimiliter præſumi quòd facta nihilominùs fuiſſent etiam ſi teſtator de futuris liberis agnoſcendis cogitaſſet, ſed corruunt ſi id non poteſt præſumi, Bar. in l. penultima n. 2. & 6. ff. de confirma. tuto. & eſt de eiuſdẽ mente in l. filio præterito, num. 8. in verſicul. Præterea hoc perſuadet æquitas, ff. de iniuſt. rup. Socin. in l. cum auus, num. 43. ff. de conditio. & demonſtrat. plures in idem adducit Ruſti. in repetitio. allegatæ l. cum auus, lib. 1. cap. 20. num. 14.

Et Senatus noſter multùm perſpicax, cũ hac diſtinctione pertranſit quando contigit de hac re diſputatio. Die enim 30. Martij 1594. referente olim egregio, & primario Senatore dõ Ludouico à Peguera, in cauſa Eli fabethæ Bardaxi, contra nobilem Franciſcum Gilabert, & Hieronymum de Maya conuiges, in qua petebatur quoddam legatum 1200. librarum cuidam filiæ factum, ſic

† dixit: *Quia tamen conſtat dictum N. dictũ teſtamentum condidiſſe multò antequam contraxiſſet ſupradictum matrimonium, & dictas filias procreaſſet, de quibus dum condebat dictum teſtamentum nec cogitauit, nec cogitare potuit, imò prorſus ſe illas habiturum ignorabat, & ſic conſequenter conſtat ipſas in dicto teſtamento ignoranter præteritas reperiri, atque ideò in viam iuris per illarum ſuperuenientiam dictum legatum 1200. libr. corruit: non enim veriſimile eſt cum tale legatum feciſſe, ſi de dictis filiabus cogitaſſet, &c.* Fuit ea ſententia poſtea in cauſa ſupplicationis

† *confirmata* ſub die 17. Aprilis 1596. referẽte egregio etiam quondam Senatore Celidonio Valencas, his motiuis: *Et ſic & aliàs conſtat per natiuitatem dictarum filiarum legitimarum, & naturalium dicti N. dictum legatum dictæ Elphæ Maya in eo teſtamento factum de 1200. libr. fuiſſe, & eſſe reuocatũ, cum non ſit veroſimile, nec credendum patrem tale legatum tantæ quantitatis feciſſe ſi de, dictis filijs cogitaſſet, &c.* vidi hæc in Archiuo Regio, vbi concluſiones in Regio Senatu factæ ſeruantur.

38 Et cum, † ſicut in donatione diximus, id quod eſt num fuiſſet teſtator aliàs legaturus, quamuis de filijs futuris cogitaſſet, vel non, non ſit de his, quæ poſſunt oculis cerni, nec alicui ſenſui perceptibili ſubijciantur, ideò oportet quod, ſicut in donationibus, ſic in legatis id diiudicare prudentis iudicis arbitrio relinquatur. Atque ita Menochius, quem in materia donationis diximus totam illam diſputationem, quæ continetur caſu 133. de hoc confeciſſe, aliam ſimilem in materia legati fecit non inelegantem caſu 147. per totum.

39 Sed quid † dicemus in Cathalonia, nam quæ ſupra docuimus procedunt quidem de iure communi. Sed an procedant de iure noſtro municipali, & iuxtà illius diſpoſitionem, materiam tibi dedi in ſuperioribus ſatis ſufficientem ad dubitandum. Qua in re cùm reſoluerim ſupra à numer. 24. in noſtra Cathalonia ex iure noſtro municipali non fieri reuocationem niſi vſque ad legitimam, ſiue filijs ſit facta donatio, ſiue etiam extraneis, nulla inter eos caſus (ſicut eſt de iure communi) conſtituta differentia, ſequitur quòd non ſit aliud inſpiciendum circa donationes has, vt intret huius l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. diſpoſitio, niſi illud quod Senatus voluit circa donationes, quæ in terminis iuris communis fiunt filijs, in illa deciſione quam ſupra retuli n. 28. ſi non ſit reſeruatum per donatorem ex quo filijs naſcituris ſoluti poſſint legitimę: dummodo enim id ſibi reſeruet pater, nihil intereſt quòd ſit maxima, vel minima donatio per eum facta. Magna res hæc eſt, forſan aliter nunc introducta, quàm hucuſque ſit intellectum, & practicatum: nihil moror, ita ego de ea iudicauì poſt multùm ruminatum negocium: fauet opinioni ius municipale, quod imprimis ſequi cogimur.

40 Vltimò, † quod annotatione dignum mihi viſum fuit in hac materia tractare, eſt quomodo fiat iſta reuocatio, quomodoque in praxim deducatur, & ei accommodetur, multi enim circa hoc errores committuntur quotidie. Dices rem eſſe facillimam, & omnibus multùm notam, quòd ſit reuocatio ipſo iure per natiuitatem liberorum, de quo articulo latè Tiraquell. verb. reuertatur, in princip. qui pro more infinitos allegat, & Anto. Gabr. de dona. concluſio. 2. num. 5. Ex

41 qua reſolutione † iſtud conſequitur in praxi non parùm vtile, & neceſſarium, quòd natis liberis ſtatim dicitur ex hoc conſtare de nõ iure donatarij in bonis donatis, quia reuocata ipſo iure cenſetur donatio. Quod vidi Senatum applicaſſe in pulchro caſu de facto contingenti, vt ecce. Petebat donatarius ſe manuteneri in poſſeſſione bonorum o-

natorum

natarum in vim clauſulæ conſtituti in eà con tentæ, quam operari vt donatarius poſſit in teurare remedia poſſeſſoria, probant clarè Oſaſch.deciſiò.36.num.1.Nat.in conſ.327. Menoch.in conſil.139.num.22.lib.2.& nos etiam tradidimus in 1.tom.clauſ.4.gloſ.27. num.29. opponebatur ei de ſuperuenientia liberorum, & per eam de defectu dominij ob reuocationem ex dicta natiuitare liberorum, dicendo quòd ſicut exceptio dominij clara impedit manutentionem, imò & reſtitutionem, vt pluribus probat Menoc. de recuper.poſſeſſ.remed.1.nu.122. *Dixit* Senatus eſſe locum exceptioni, nec donatariũ fore manutenendum,nec etiam reintegrandum obſtante exceptione prædicta.Fuit facta concluſio die 15. Iulij 1531. inter Angelam,& Iolantem Baſtidã, Relatore egregio tunc Senatore N.Valleſicca. Vidi in Archiuo Regio.

† Ex his dices, vt dixi, facillimum eſſe deducere rem hanc in praxim, ex quo reuocatio fit ipſo iure. Sum contentus, ſed applica id ad praxim, vbi alius ſuccedit caſus decidẽdus præter ſuprà deciſum per Senatum, & dic mihi quis donationem reuocatam allegabit, & quis ſe ſe legis beneficio iuuabit? Dices, videri quòd filij, cùm propter eos,& eorum occaſione cenſeatur facta reuocatio, 42 imò † communiter dicitur diſpoſitionem dictæ l.ſi vnquam fuiſſe in fauorem liberorum introductam, de quibus latè per Antonin. Theſaur.deciſio.121.numer.7.& eius filium Gaſpar. Anton. Theſaur.in additio.ad dictã deciſio.Sed errabis ſi id credas de filijs,vt fi- 43 lijs, quia † dictus fauor ſolũ conſideratur,& conſiderari in hoc poteſt, vt reuerſis per ſuperuenientiam filiorũ bonis donatis ad donatorem, habeat ipſe vndè eis benefaciat, vel ſi contingat ipſum poſteà ſine teſtamento obire, ſuccedant filij,ac ſuccedere poſſint in dictis bonis,vel ſaltem ſuas legitimas ex bonis omnibus parentum deducere, ac ſi donationes prædictæ factæ non extitiſſent,quẽ- 44 admodũ † dicitur de effectu, & fauore reſultante ex poſitione filiorum in conditione: in ſui enim fauorem dicuntur illi poſiti in conditione, cæterùm ea poſitio non operatur modo aliquo vocationem, ſed excluſionem ſubſtituti tantùm,& ſpem illam ſuccedendi in bonis, ſi pater illa eis relinquere voluerit, aut inteſtatus deceſſerit, ſicut nos quandoque latè explicuimns in primo tomo huius operis clauſul.4. gloſſ.24. ira in terminis Aluar. Velaſc. annotauit allegata conſultatio.31.num.12. poſt Rip.in dicta l. ſi vnquam,quæſtio.44.n.108. & poſt multos quos ibi allegat videndos. Optima eſt ad propoſitum noua Iacobi Ferrerij additio ad Gui.Pap.deciſ.428.qui id his,& alijs rationib.notan.probat,& tandem refert fuiſſe ali- † quando Parlamẽti Toloſani arreſto *deciſum* poſſe patrẽ poſteà de bonis ſic ad ſe reuerſis ad libitum diſponere, nec cogi,vel teneri ea bona liberis poſteà natis relinquere. Et certè † (inquit)magis proprié dicendum eſt fa- 45 uore patris,eo volente,fieri huiuſmodi reuocationem, quàm filiorum, cùm vel cogitãdo expreſsè de liberis, vel etiam renuntiando, licitum ſit diſpoſitionem d.l.eludere,& euadere.Sic pulchrè in hac re explicãda proceſſit Ferrer in loco allegato. Sed non modicũ circa hoc idem ſe anteà inuoluerat in addit. ad deciſio.214. vbi in verſic. Porro, videtur velle quod filij ſuperſtites renocent donationẽ,quod non comparitur cum ſuprà traditis, niſi intelligas voluiſſe ipſum dicere quod filij ſuperſtites ſint cauſa reuocationis, non ingrediendo quæſtionem ſi donatio fiat per patrem, vel per filios, quam in alia ſuprà relata additione tractauerat ex profeſſo.

Item, quòd principaliter in fauorẽ patris propter præſumptam mentẽ ipſius, ſit d.l.ſi vnquam diſpoſitio introducta,& quòd ſi aliquis filiorum fauor poſſit cõſiderari, ille ſit † dicendus ſecundarius,*reſolurt* in facti cõtingentia Rota Romana de anno 1577. prout habetur in prima parte diuerſorum in deciſione 124. à numero 2. vbi alijs pulchris argumẽris, & rationibus idem confirmatur, quod à Ferrer.vbi ſuprà.

46 Et in hoc † etiam conſideratur differentia inter reuocationẽ,quæ fit propter inofficioſitatem,& quæ vigore d.l.ſi vnquam, quia illa fauore filiorum,quia pater tenetur conſeruare filijs, hæc verò fauore patris,& non filiorũ,quia lex non cogit patrem vt filijs cõſeruet:ſic pulchrè annorauit Ror.Ro.deciſ.124. n.8.p.1. vbi clariùs rẽ declarans,ait,rationẽ diuerſitatis eſſe,quia reuocatio,quæ fit ex remedio inofficioſæ donationis, fit fauore filiorum, quod (Inquit) patet,quia pater tenetur conſeruare filio: illud autẽ quòd donatario in his terminis adimitur, nõ eſt fauore filiorum, ſed patris, quia lex non cogit patrem ad conſeruandum filio: & ſubiungit, quòd quando eſt inofficioſa donatio re,& cõ filio reuocatur ex titulo de inofficioſis donationibus, quod remedium eſt introductum in fauorem filiorum, quia nihil indè ſequitur, cùm hæc remedia diuerſa lex introduxerit, illud in odium patris, qui voluit donare vt fraudaret filium,& dedit operam rei illicitæ, & propterea applicatur filio illud: ſed hæc reuocatio non fit in odiũ patris donantis, quia non commiſit illicitum, & propterea patri applicatur,qui poteſt agnoſce-

re hanc reuocationem,& illam confirmare : ergo ſequitur quòd non principaliter fauore filiorum, ſed ex præſumpta mente donantis hoc prouenit. Sic Rota Romana probat intentum quòd proſequimur.

47 Legitima † ergo perſona ad id allegandũ erit donator, eiuſque hæres, in quem de iure tranſeunt; tranſireque debent iura defuncti actiua, & paſſiua, vt eſt omnibus notum. Circa patris allegationem nullum verſatur dubium, poteſt enim illam ſemper & quandocunque voluerit facere, ſeu, vt propriùs loquamur, declarare ſe velle eam pro reuocata habendam, dum non eſſet ſibi præſcriptum per lõgæuam poſſeſſionem donatarij poſt natiuitatem filiorum continuatã. Præ-

48 ſcribitur † enim & huic iuri ſicut reliquis caſibus præſcribi ſolet, prout in terminis probat Rip. in dicta l. ſi vnquam, quæſt. 43. num. 107. Velaſc, vbi ſupr. numer. 8. Idem eſt in hærede, ſi ei non ſit præſcriptum : cùm enim ad eum tranſeant iura actiua, & paſſiua defuncti, hoc cum alijs quod ad eum etiã tranſeat, concedere debemus, Rip. in dicta l. ſi vnquam, quæſtio. 42. nu. 104. & quæſtio. 45. nu. 113. Theſaur. deciſio. 171. ſtatim in init. & Velaſc. conſultatio. 31. nu. 5.

49 Sed † diffi ultas eſt maxima, num vt iſtud ius exercere liceat hæredi, neceſſum ſit defũctum, antequam moreretur, declaraſſe ſuam voluntatem, quòd donatio prædicta reuocata eſſet, vel pro reuocata haberetur, an verò ſinè huiuſmodi declaratione poſſit hæres de beneficiò dictæ legis opponere ex perſona defuncti, vel ex eo quod talis declaratio non fuerit neceſſaria, vel etiam ex eo quòd itta faculras ad hæredem tranſierit.

50 Hæc quæſtio † eſt tã dubia, vt dicat Theſaur. in ſæpè citatà deciſio. 121. vbi multum temporis in ea enodanda conſumpſit, num. 7. circa fin. indigere eam particulari Principis deciſione. Ego, vt certa ab incertis ſeparem, ac diſiungam, diſtinguo inter exceptionẽ, & actionem, concludens quòd quæſtio non verſatur in iure excipiendi, veluti quando hæres reperiretur in poſſeſſione bonorum, ſi enim veniret donatarius petendo ea iure actionis, optimè ſe in dicto caſu defenderet hæres excipiendo de reuocatione in vim l. ſi vnquam, C. de reuocand. donatio. dicens ſe ad petita non teneri, eo quia donatio, in cuius vim agitur, reuocata ipſo iure fuit per ſuperuenientiam liberorum. Ratio, meo iudicio, eſt euidens, quia tunc cùm poſſideret donator, non eſt quòd ei imputetur non declaraſſe in vita quòd voluerit donationem reuocaram eſſe, & pro reuocata habendam : quandocunque enim id poterat facere, cùm ſibi petetentur bona do-

51 nata, cùm † temporalia ad agendum, perpetua proculdubio ſint ad excipiendum, ex l. purè, §. final. ff. de doli exceptio. Quod ex-

52 cipiendi † ius nihil vetat quin ad hæredem tranſeat, cùm ſit certum ex perſona hæredis conditionem defuncti non mutari, ad l. 2. §. ex his. ff. de verborum obligationib. l. hæredem, ff. de regul. iur. & l. hæres in omne ius, ff. de acquir. hæreditat. atque ità in terminis docet Rip. in dicta l. ſi vnquam, quæſtio. 38. num. 96. in fi. & quæſtio. 42. num. 105. Vincent. Honded. in conſil. 84. nu. 27. volum. 1. vbi multos allegat, qui dicunt ira omnes tenere. Ibi etiam reſpondet auctorirati Iul. Clar. in §. donatio, quæſtio. 23. in fin. & aliorum quos ipſe adducit, qui videntur contrarium tenere. Eis (inquam) reſpondet Hondede. dicens non nocere eorum dicta, quia loquuntur quando poſt natiuitatem filiorum donator permiſit bona donata per donatarium ſemper poſſideri, abſque eo quòd illa vnquam petierit, & de reuocatione donationis obiecerit; ſecùs eſt in caſu noſtro quãdo donator ſemper poſſedit, & ideò non poteit ei imputari ſi nihil dixit, cùm dicere non haberet neceſſe, Aluar. Velaſc. conſultatio. ſæpè allega. 31. num. 6. verſ. Alter etiam caſus, vbi dicit hunc caſum non videri habere vllam dubitationem.

53 Qui autem † habet maximam, ſecundus caſus eſt à me propoſitus, quando vult hæres iure actionis poſt donatoris mortem toto vitæ ſuæ tempore tacentis, rem donatam vindicare à poſſeſſore donatario, eo prætexru, quia reuocata donatio fuerit per ſupernaſcẽtes liberos. Super quo puncto reperio ex modernis ſcripſiſſe exactè quatuor eminentes viros, Aluar. Velaſc. in cita. conſulta. 31. noſtrum nobilẽ Ludouicum à Peguer. deciſ. Cathalana 37. in 2. volum. Franc. Viui. deciſio. 434. lib. 3. à num. 8. & Anro. Theſaur. allegata deciſion. 121. per totam, qui aſſerunt in quatuor diuerſis Senatibus, quorum reſolutiones ipſi nobis proponebant, fuiſſe negotium lariſſimè, ſine vllo affectu, prouti adſolet in ſupremis Senatibus, diſcuſſum, ſed, quod eſt mirandum, non conuenerunt omnes in eadem ſententia, imò Portugal. & Cathalo. Senatus apud Velaſc. & Pegue.

†† pro hærede *inclinarunt*, Baren. autem & Pedemonta. apud Viui. & Theſaur. contra ipſum. Hæc inter hos Senatus doctiſſimos diſcrepantia, & diuerſæ rationes, quas quiliber ponjt pro ſua opinione, multùm nos facient laborare remigando, ſi velimus, prout volumus, rei veritatem attingere.

54 In iſta contrarietate † ego exiſtimo veriorem eſſe opinionem, quæ tener æque hæredibus, atqui ipſi donatori poſt illius mor-

tem,

tem, etiam si nihil ipse in vita dixerit, competere ius vindicandi bona à donatario, ex eo quòd post donationem nati sint illi liberi. Multæ sunt rationes, quas ad id DD. adducunt confirmandũ, & signanter ab his qui fuerũt citati, cæterùm ego vna ducor, quę forsan omnes cõprehendet, saltè vrgentiores.

55 Ea est, quia † iuxtà suprà tradita, & quæ adducit latè Antonius Gabriel. in commun. conclusio. tit. de donatio. in iam ibi citata conclusio. 2. num. 5. vbi de communi, non obstãtibus quæ dicit Anto. Fab. in suo C. lib. 8. tit. 36. de reuoc. dona. defin. 5. qui si est inrelligendus loquutus de hac reuocatione, non benè videtur dixisse. Iuxtà suprædicta (inquã) per natiuitatem filiorum ipso iure rescissa fuit donatio, & bona reuersa fuere, seu illorum dominium ipso iure ad donatorem ista renocatio aperuit proculdubio ius donatori vindicandi bona, vt palàm est, quod quidem ius, & quam quidem actionem non vìdeo ego qualitet dici possit non transisse in hæredem, sicuti teliqua iura, reliquæque actiones perttranseunt in eundem. Ego non curo, si ius renocandi donationem, vel declarandi voluntatem transit in hæredem, vel non, sicut plures Doctores facinnt, qui strenue de hoc in hac matetia contendunt: sed hoc solùm quæro, num aliquis mihi negare valeat quin reuocata donatio fuerit ipso iure per natiuitatem liberorum propter defectum illius conditionis, sub qua diximus tacitè censeri factam donationem, si filij donatori non nascerentur, & propterea orta donatori actio vindicãdi bona donata? Certe nemo: ergo neque negati mihi iure valent, quin istud ius, & ista actio vindicandi bona ex ratione prædicta, pertransierint in hæredem, sicuti erant penès defunctum.

Dices, quòd neque tu vis disputare, nunquid ius reuocandi donationem, vel declarandi defuncti voluntatem, transeat in hæredem, vel non, quasi his medijs videatis defendere velle tuam opinionem, sed planè confiteri velle, quod negare non posses, donationem fuisse reuocatam ipso iure per liberorum supernascentiam, & quòd propterea ius fuerit acquisitum donatori vindicandi bona, vt dictum est, sed negare pede fixo quòd idem facere liceat hæredi, quando donatarius cùm potuisset id non fecit, sed tacuit, in quibus terminis versatur nostra disputatio. Idque ex ea ratione, quòd

56 sic † tacens censendus sit voluisse de nouo dare, seu priorem donationem ratificare. Ratio est, quia quòd locum habeat dispositio l. si vnquam, C. de reuocand. donation. id illud est in causa, quòd præsumptio sit donatorem noluisse donare si de liberis posteà suscipiendis cogitasset, vt dictum est, ea autem tollitur, tolliq́ue videtur quando donator natis postea filijs, superuixit: nam si à principio fuisset intentionis non donandi si filios haberet, vtique illis susceptis id declarasset, bonaque per donatarium possessa vendicasset, sed cum non fecerit, sed in raciturnitate decesserit, ostenditur à principio intentionis fuisse quòd donatio sustineretur licèt filij nascerentur, & sic à primo ad vltimum iudicari debet, quòd si videns postea filios taceat donator, censeri debeat in eadem voluntate decessisse, & nunquam fuisse suæ intentionis non donare si liberos haberet.

Hæc in effectu ratio tribuitur Bald. in l. 1. num. 28. C. de inofficios. donationib. & alijs multis quos refert Titaquel. in tepetitione dictæ l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 257. & in verb. susceperit liberos, numet. 211. quos tamen non loqui in casu de quo agimus, sed in alio diuerso, optimè aduertit Senatus Carhaloniæ multũ perspicax in allegata decisio. 37. num. 4. apud nobilem Ludouicum à Peguera volum. 2. & post suprædictos, latè rationem hanc exrendunt Ioanues Vincentius Hondedeus in consil. 43. num. 16. lib. 1. & Anton. Thesaur. decision.

57 121. num. 3. Id quod † probant vlteriùs argumento eorum quæ dicuntur de testamento facto in fanorem extranei ab eo qui non habebat liberos, quod ipsis natis rumpitur, nec clausula codicillaris quicquam operatur, cùm non sit præsumendum testatorem, si de filijs cogitasset, ita disposuisse, iuxtà textum in l. ex facto, in princip. vers. Igitur, ff. de vulgar. & in l. cum acutissimi, C. de

58 fideicommiss. Et nihilominùs † si natis filijs testator superuixit, & testamentum non renocauit, vigore dictæ clausulæ sustinetur testamentum, non in vim nouæ voluntatis, sed quia testatoris taciturnitas ostendit à principio fuisse intentionis quòd testamentum in vim dictæ clausulæ subsisteret, licèt filij nascerentur, si enim contratium sensisset, natis filijs testamentum reuocasset, seu alias suam intentionem declarasset, prout latissimè ex pluribus probat Ioan. Vincen. Hondede. loco supetiùs allegato num. 12. Adde Gaspar. Anton. Thesau. decisio. 121. num. 3. & decisio. 141. num. 11. & 12. & Doctorem Marta abundè de his agentem in tractatu de clausulis, clausu. 17. numer. 19. secundùm optimam impressionem, & in secũda est clausula 11. nu. 26. in 3. pat. Id si ita est in testamento, eadem ratione dicere debemus idẽ esse in donatione, imò maior ratio videtur esse in donatione, quã in testamento, quia cũ taciturnitate donatoris concurrit possessio

donatarij, & patientia donatoris, quòd donatarius possideret, quæ magis declarant voluntatem donatoris in fauorem donatarij, quàm in testatore fauore hæredis sola taciturnitas.

Hæc est principalior ratio, quæ pro hac opinione excogitari potest. Cui tamen facilè dari responsum mihi videtur, & ideò nihil prorsùs concludere. Imprimis † enim 59 quoad nouam donationem, si eam præsumere velimus ex taciturnitate, dico non esse eam in iure fundatam, imò regula est in contrarium, quod regulariter donatio non præsumatur, prout optimè in terminis considerabat Senatus noster apud nobilem Ludouicum de Peguera in allegata decisio. 37. 60. num. 4. in fin. volum. 2. nec † auris sui remissio, quæ est ratio considerata per Ripam in dicta l. si vnquam, num. 106. ex l. si cum aurum, ff. de solutionib. Et voluntas † dona- 61 toris, quæ fuit ab initio quòd donatio casu quo filius nasceretur pro non facta haberetur, præsumitur durare, l. eum qui, ff. de probationib. Rip. vbi supra dicto num. 106. Si verò taciturnitatem prædictam inducere velimus vt operetur declarationem voluntatis testatoris, quòd retro fuerit donandi, siue liberos postea esset habiturus, siue nō, postquam cùm postea viderit filios natos nihil dixit, nec de reuocatione donationis, seu potiùs de recooperatione bonorum non tractauerit: dicam nic hunc huius taciturnitatis effectum non videre lege aliqua probari, nec probari posse arbitror: quod enim eo usque non fecerat donator, potuisset postea facere si ei comes longior vita fuisset. Si tempus aliquod breue foret à iure statutum donatori vt de his tractaret, & illud ille elabi permisisset absque petitione aliqua, tunc culpari potuisset illius negligētia, & excludi tam donator, quàm eius hæres: sed † cùm huic iuri non præscribatur 62 contra donatorem minori tempore, quàm fit in alijs iuribus, & actionibus de iure statutum, prout ex Ripa in dicta l. si vnquam, quæstio. 43. numer. 107. tenet Aluar. Velasc. allegata consultatio. 31. nu. 8. Papon in dicta repetitione l. si vnquam, verbo, reuertatur, circa finem, ibi: *Surle*, quamuis dictus donator nihil dixerit de vita sua, bonaq. donata non reuocauerit, nihil sibi, & suis hæredibus præiudicasse dicendus erit, si adhoc lapsum non sit petendi tempus. Addit idē 63 Velasc. † allegata consultatio. 31. num. 11. doctrinam Bart. in l. Titia, in §. Imperator, n. 1. ff. de legat. 2. dicentis quòd in specie d. l. si vnquam, si donator post donationem liberos susceperit, de inde mortui sunt, non reuiuiscit donatio semel resoluta, & extincta. Si ergò (inquit) nec mors filiorum, propter quorum natiuitatem resoluta est donatio, sufficit vt renascatur, quantò ergo minùs raciturnitas ipsius donantis superuenientibus liberis, sequitur Crauet. in consil. 151. num. 28. Gracian in iam allegata regu. 150. num. 5. Ranchi. in additio. ad Guid. Pap. decisio. 214. in fin. Casana. consil. 4. num. 103. 64 qui † reddit rationem, quia satis est si conditio etiam momento adimpleatur, licèt nō duret, ex l. hæredibus, l. ex facto, §. si quis autem, ff. ad Trebell. quam rationem multis exemplis is Doctor probat, Federicus Scor. responsorum tom. 1. lib. 2. responso 3. num. 43. latissimè articulum disputat Ioannes Papon in repetitione dictæ l. si vnquam, posita post suas arresta, in verbo, susceperit liberos, col. 14. ibi: *Autre question*. Atque 65 ita *decisum* in Rota Auenionensi auctor est nobis Hieronymus à Laureot. decisio. 23. à num. 17. cum sequent.

Nec exemplum adductum de testamento quod diximus rumpi per natiuitatem posthumi ignoranter præteriti, resoluentes simul, quòd si cum eodem testamento decedat testator, & taceat nullitatem, reconualescit, & seu impugnari nullatenus potest, quicquam probat. Respondemus enim, quòd præterquam quòd ea resolutio nō est vndequaque certa, imò moltùm dubia, vt Doctor Marta dicit vbi fuit suprà allegatus, & ideò non meretur pro decisione alterius dubiæ quæstionis allegari. Id, si † quicquam 65 est, tribui quidem potest, & debet priuilegijs clausulæ codicillaris, quæ sit in testamēto inserta, vt dicunt Doctores pro ea resolutione allegati, omnes enim disputant articulum in casu quo adest ea in testamento clausula, quærentes nunquid eius virtute sustineatur quod solet in plerisque alijs casibus propter eam sustineri, de quibus per Doctorem Marta in dicta claus. 17. de clausul. codicillari, & latius per Fab. Iurre. in particulari tractatu, quem de effectib. clausulæ codicillaris confecit. Si ergo istud est speciale propter virtutem clausulæ codicillaris, ergo non est quòd in consequentiam trahatur ad alios casus.

66 Applicare † eidem negotio & aliam responsionem possumus, quam Rota Auenionensis in allegata decisio. 23. num. 19. dabat ad l. posthumus, de iniust. rupto, irritoque facto testamento; qua disponitur, quod licèt per posthumi natiuitatem rumpatur testamentum, conualescit tamen, si illicò decedat qui natus est: dicit enim Rot. id nō posse materiæ donationum accommodari, quia procedit in testamento, quod æquitate prætoris scripta reconualescit. Non sic (inquit) in con-

in contractibus, in quibus illa æquitas ſcripta non reperitur, cùm pleniùs in teſtamẽtis, quàm in contractibus voluntates interpretemur, l. in teſtamentis, de regulis iuris, cum ſimilibus.

67 Hæc me † inducunt ad credendum priorem opinionem, quam ex noſtro Cathalano, & Luſitano Senatibus retulimus, veriorem eſſe, & firmiorem, quàm quæ in contrarium refertur à Viuio, & Theſauro amplexata à ſuis Senatibus in deciſionibus relatis. Alia argumenta non refero idem probãtia, nec Doctores cumulo, qui eam ſententiam ſunt amplexi, quia poſſunt nullo negotio legi apud Viuium, Theſaurum, Velaſcum, & Peguera iam adductos, & poſteà ſummè notanda argumenta Papon in dicta repetitione l. ſi vnquam, verb. ſuſceperit liberos, col. 18. verſ. Secondament, qui magis ex profeſſo rem nouiſſimè tractarunt, & diligentiſſimè diſceptarunt.

68 Si conſiderare † poſſemus aliquod impedimentum reſpectu donatoris, quo impeditum eum iudicaremus quominùs in vita egiſſet cõtra donatarium ad recuperationem rerum donatarum, putà, ponamus, quòd illicò deceſſiſſet, aut natos ſibi filios ignoraſſet, tunc res tranſiret ſine difficultate, Ripa in dicta l. ſi vnquam, quæſtio. 42. num. 108. Tiraquel. ibidem, verb. ſuſceperit liberos, num. 182. Aluar. Velaſc. conſultatio. 31. nu. 6. qui dicit hunc caſum non habere dubitationem, Senatus noſter Cathalanus apud nobilem Ludouicum à Peguera allega. deciſio. 37. num. 5. qui alia impedimenta conſiderauit præter ſuprædicta, nempè donatoris iuſtam abſentiam, & reuerentiam, quam debebat donatario, putà quia patri, aut matri extitiſſet donatio facta.

69 Doctiſſimo † Antonino Theſauro videtur non multùm placuiſſe reſolutio ſui Senatus ſumpta contra noſtram opinionem, in ſuprà allegata deciſio. 121. vt ipſe ſignificat num. 6. in verſicul. Cæterum. *Cæterum* (inquit) *ego vti dubiam exiſtimo iſtius articuli reſolutionem, & quæſtionem difficillimam iudico, ita dubitarem ita diſtinctè concludere* (ſicut fecit Senatus) *ſed dicerem non eſſe contemnendã cautelam vt pater nato filio declararet ſi velit donationẽ reuocare*, (dic tu propriùs, reuocatam eſſe, & pro reuocata haberi) *vel ſubſiſtere. Quod ſi* (pergit vlteriùs) *nõ fieret hæc declaratio, vti alias in dubia quæſtione dixi, mediam viam amplectierer, vt rerum donatarum legitima filio, reliquum donatario pertineat, quando omnium, aut maioris partis bonorum donatio facta fuit, ſaltem ad formam l. ſi totas, C. de inofficioſ. donatio. iniquum etenim eſſet filium natum facultate ſui patris, & legitima ſibi iure naturæ debita priuari, &c.* Ego cautelam Theſauri approbo, quæ nos ab omni quæſtione liberaret, ſi fieret. Sed vbi non eſſet facta talis declaratio, non propterea recederem à ſuperiùs reſolutis, ex his quæ ibi in huius rei comprobationem adduximus.

70 Et quamuis † actionem filijs in ſuperioribus denegauerim agendi virtute l. ſi vnquã, quam explicamus, aduerſus donationes patrum, non propterea exiſtimes me illos omni prorsùs remedio deſtitutos relinquere: poſſunt enim pro ſuo intereſſe abſq. difficultate agere ad ſuas conſequendas legitimas de vniuerſo parentum patrimonio ac ſi donationes factæ non fuiſſent, vel virtute l. ſi totas, C. de inoff. donatio. vel aliàs in vim aliarum legum legitimas filiorum non poſſe donationibus imminui præcipientium, prout in terminis Theſaurus tenet in loco ſuperiùs citato, & nos etiam diximus, & Senatus † noſtri *deciſione* comprobauimus in tractatu quem ante hunc fecimus, de donationibus inofficioſis, & non ſemel etiam inſinuauimus in explicatione huius legis, & habemus etiã in terminis nos qui in Cathalonia viuimus, conſtitutionem, ſeu conſuetudinem in principio allegatam, quæ incipit, *Si algu dona*, ſub tit. de reuocand. donatio. quæ actionem filijs expreſsè tribuit pro recuperandis ſuis legitimis.

71 Reſumendo † igitur vniuerſam materiam hucuſque tractatam, dicimus, quòd ſi in rigore eſt tractandum de reuocatione donationis vigore huius legis, id faciendum eſt per patrem donatorem, vel illius hæredem, vt bona habeant libera, & immunia à dictis donationibus, poſſintque de eis facere ad ſuas voluntates. Si verò de legitimis filiorum, donationibus non obſtantibus, eſt tractandum, ad eas conſequendas dabitur procul dubio actio ipſis filijs, nec tenebuntur expectare reuocationem faciendam per hæredem patris, nec aliquid aliud præter aduentum temporis, in quo legitimæ peti poſſunt, & per hæc habes declaratam hãc materiam ſatis ſufficienter.

72 Illud præterea † eſt in hac materia ſcitu multùm dignum, nunquid reuocata donatione beneficio dictæ l. ſi vnquam, C. de reuocan. donation. remaneant pignora, & hypothecæ contracta ſuper bonis donatis per donatarium medio tempore inter donationem, & liberorum nativitatem, an verò illis etiam cum donatione reuocatis, bona reuertantur ad donatorem libera omnimodò ſicuti anteà erant

Qua in re breuiter reſolue, q̃ reuocantur etiam illa onera, & res liberæ reuertuntur

ad donatorem, ita Iacob. Ferrer Toloſa. in addit. ad Guid. Pap. in deciſio. 428. vbi allegat Charond. lib. 3. cap. 63. & lib. 4. cap. 8. arreſtorum, Tiraquell. in dicta l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 330. & in tract. de retract. conuen. §. 3. gloſſ. 1. num. 10. Andre. Fachine. controuerſiar. iur. lib. 2. cap. 23. Pinel. in l. 2. par. 2. cap. 3. num. 11. C. de reſcin den. venditio. Alexan. conſil. 47. volum. 5. & Bart. in l. diem, de aqua pluuiali arcen. Iacobus Cancer in 1. par. variarum reſolution.

73 cap. 11. de emphyteu. num. 24. vbi † in caſu multùm ſimili loquitur quando res redit ad dominùm iure dominij, vel pactionis interpoſitæ in contractu emphyteorico, vel quia cecidit in commiſſum, vel ex alia ſimili cauſa emphyteoticali, tunc enim (inquit) reuertitur libera ab omnibus debitis emphyteotæ, & omnis hypoteca, ſeu ſeruitus ab ipſo emphyteota impoſita euaneſcit.

74 Rationem † Doctores dicunt eſſe, quia reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, l. lex vectigali, de pignoribus, cum ſimilibus, de quo articulo multa in ſimili habes penès Ioan. Baptiſt. Coſta de rettotract. caſ. 1. in cap. 8. per totum.

75 Vltimò † neceſſarium in hac materia eſſe puto diſputare, poſtquam in his agimus de dotis cauſa donatione, num dicta l. ſi vnquam, C. de reuocan. donatio. habeat in ea locum. Qua in re breuiter diſtinguas oportet inter patrem dotantem, & extraneum. In patre enim non habere locum certi iuris eſt, quamcunque donationem filijs faciat, ſed qui poſteà naſcuntur poſſunt ſuas legitimas, ac ſi donatio facta non eſſet, petere, vigore l. ſi totas, C. de inofficio. donario. vt ſuprà diximus. Concordat Petrus Barboſa in l. 2. par. 1. in princip. num. 168. verſic. Sed pro vera, qui id dicit poſt excitatam difficultatem ad id, quod anteà adduxerat ex aliorum mente, quòd l. ſi vnquam non habeat locum in dotis datione, quæ fiat à patre filio, quia ea non ſit mera donatio, ſed

76 donatio ob cauſam, in qua † regulariter illa locum non habet.

77 Pro iſta † opinione, quòd reuocent reliqui filij donationem hanc, etiam pro dote

† factam, vſque ad ſuas legitimas *declaraſſe* Senatum Neapolitanum in facti contingentia refert nobis Afflict. deciſio. 86. & idem

† etiam dicit Grammaticus fuiſſe poſteà *deciſum* in eodem Concilio, deciſio. 90. Plures io idem allegat Andre. Molfeſ. in conſuetu. Neapolita. par. 4. de ſucceſſio. ab inteſtat. q. 26. num. 7.

78 In extraneo † autem poteſt procedere quæſtio, & firmari dubium propter ſummos, quos dotes fauores habent, & quia dotis cauſa quod acquiritur, non videtur mero lucratiuo titulo acquiri, in quo tantùm dictæ legis diſpoſitio locum habet, vt diximus, ſed imò oneroſo. Sed certa, & certiſſima opinio eſt, quod ſic in donatione cauſa dotis, ſicut in alia quacunque locum habet dictæ legis diſpoſitio, quia quando dos ab extraneo datur, illa dotis datio, vt in principio huius libri diximus, pura, & mera donatio eſt, & titulus lucratiuus merus, non oneroſus, ſic in terminis tenent, & probant Alexan. in conſil. 71. vol. 4. Iaſon. in conſil. 171. etiam volum. 4. Petr. Barboſ. vbi proximè fuit allegarus. Videu. eſt Marc. Anto. Nat. in conſil. 90. volum. 1.

79 Hoc intellecto, † ſi vis poſteà inculcare materiam deciſio. Afflict. 86. nunquid mors mariti, qui videtur habere titulo oneroſo, ad reperendum bona, & diſſolutio matrimonij ſint expectanda, nec ne, non teneor tibi quæ ſit iuſta opinio, in præſenti explanare: memini enim quod in duobus locis ſuprà, primò nempè in materia authent. res quæ, quam in principio tractaui, & poſteà in materia donationis inofficioſæ de hac re egi abundè, nonnihil etiam dicam infrà, vbi de inofficioſitate donationis reſpectu creditorum tractabo, ibi videre poteris, & huic negocio accommodare prout iuſtum videbis. Et cum his finitur hæc materia l. ſi vnquam, quantum patitur præſens inſtitutum.

SVMMARIA.

1 *Maritus non poteſt relinquere ſecundæ vxori plus quàm reliquit vni ex filijs primi matrimonij.*

2 *Nec filij alterius matrimonij, ſecundum aliquos. vbi deciſſ.*

3 *L. hac edictali, C. de ſecun. nupt. aquè comprehendit dotis dationem, atque alias quaſcunque donationes.*

4 *Donatio inæqualis inter filios primi, & ſecundi matrimonij non ſuſtinetur fauor: matrimonij.*

5 *Hæreditamentum factum in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum ſecundi matrimonij in præiudicium filiorum primi de iure non valet.*

6 *L. hac edictali non intrat niſi poſt mortẽ eius qui donationem fecit contra illius prohibitionem.*

7 *Donatione immodica facta in fauorẽ filiorum ſecundi matrimonij reuocata, an commodum aliquod indè reſultet creditoribus, an ſolis filijs primi matrimonij, remiſſiuè.*

8 *L. hac edictali, C. de ſecun. nupt. vt intret, neceſſum eſt quòd filij primi matrimonij ſuperuiuant patri.*

L. hac

9 L.hac edictali ratio quænam ſit.
Pater dum relinquat filijs legitimam, poteſt de reliquis bonis facere quod voluerit. ibidem.

10 Maritus nedum directò in ſecundam cõiugem prohibetur conferre plus quàm filijs primi matrimonij, ſed etiã indirectè, & in fraudem prohibitionis per interpoſitam perſonam.

11 Maritus nedum prohibetur donare ſecundæ coniugi plus quàm filijs primi matrimonij, ſed etiam illius conſanguineo, vel amico. vbi deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum.

12 Rationes cur parentes non poſſint plus donare filijs primi matrimonij, quàm ſecundi.

13 Pater non poteſt filijs tertiarum nuptiarum plus dare quàm filijs primarum.

14 L.hac edictali, C.de ſecun.nup. procedit tàm in marito reſpectu uxoris, quam etiã in uxore reſpectu viri.

15 Mariti ſic quandoque decipiuntur ab uxoribus, quem admodum è contra uxores à maritis.

16 L.hac edictali, C.de ſecundis nupt. practicatur hoc modo, quod victricus, vel nouerca contentari debent ea portione, quæ relicta eſt filijs primi matrimonij, & illi accipiunt quod coniugi donatum eſt.

17 L.hac edictali, C. de ſecundis nupt. diſpoſitio non mutat modum inſtitutionis coniugis, remanet enim eodem modo hæres ſi talis inſtituitur, in ea tamen portione, quæ apud eum remanere debet, ſicut ſi omne relictum haberet.

18 L.hac edictali, C.de ſecundis nupt. an admittat victricum, vel nouercam inter filios primi matrimonij in diuiſione eius quod inter eos diuidendum eſt vigore dictæ legis. vbi deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum.

19 Filij primi matrimonij quibus nihil relinquitur, duo habent remedia, vnum agendi de inofficioſitate, aliud de remedio l.hac edictali, C.de ſecun.nupt.

20 L.hac edictali, C.de ſecund. nupt. non admittit filios ſecundi matrimonij in diuiſione bonorum facienda inter ipſos in vim dictæ legis.

21 L.hac edictali, C.de ſecund.nupt. æqualiter diuidit inter filios primi matrimonij quod alijs relictum eſt, licèt inæqualiter ſint à patre tractati.

22 Nouerca, vel victricus, quando in vim legis hac edictali, C.de ſecundis nupt. agitur cõtra eos, an teneantur contentari illa modica portione, quæ filijs primi matrimonij eſt relicta, ſi non aſcendit ad legitimam, an poſſint petere quòd ſuppleatur eis uſque ad legitimam, quam filij primi matrimonij petere potuiſſent.

23 Prima opinio affirmans, quod contentari debeant.

24 Secunda opinio negans quòd contentari habeãtur. & num. ſeq. vbi deciſſ. noſtri, & aliorum Senatuum.

25 Legitima ſemper filijs habetur pro relicta, quamuis minus relictum ſit.

26 Tertia opinio conciliatrix prædictarum, ſi cõſtat plus noluiſſe relinquere, vel voluiſſe. vbi deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum.

27 Supplementum legitimæ quando conſequatur filius contra voluntatem patris, vel ſecundum eam.

28 Quarta opinio, quòd ſiue cum dictione tãtùm, ſiue ſine ea, eſt filio primi matrimonij relictum, ſemper victricus, vel nouerca habent ſupplementum legitimæ.

29 Legitimæ ſupplementum non ſolùm venit iudicio teſtatoris ſubintellecto, ſed ex præcepto legis.

30 Auctoris opinio.

31 Victricus, ſeu nouerca ſemper habent ſupplementũ legitimæ competens filijs primi matrimonij, ſiue cum dictione taxatiua tantùm, relictum ſit eis, ſiue ſine illa.

32 Nec eſt neceſſarium quòd filius primi matrimonij petat, vel non petat ſupplementum legitimæ, vtroque enim caſu victricus, vel nouerca petere poſſunt. vbi deciſ. noſtri Senatui.

33 L.hac edictali, C.de ſecun.nup. procedit nedum quando proprietas eſt victrico, aut nouercæ relicta, ſed etiam quando ſolus vſusfructus. Et qualiter tunc fiat æſtimatio. & nu. ſeq. vbi deciſ.

34 L.hac edictali, C.de ſecun.nupt. procedit in relicto alimentorum.

35 Ratio quare in relicto vſusfructus l. hac edictali procedat.

36 L.hæreditatum, ad l.Falcid. quomodo practicetur in materia vſusfructus relicti in fraudem l.hac edictali, C.de ſecun.nupt.

37 Cõputatio vitæ hominis, quæ facta eſt in vim l.hæreditatum, non ex eo irritatur quòd poſtea minus, plusve vita duret.

38 Sed quid ſi ante computationem factam ſecundum eam legem vita finitur.

39 L.hac edictali an habeat locum in fauorem filiæ primi matrimonij, quæ dote contenta renuntiauit bonis paternis.

40 Primus caſus eſt, quando renuntiatio facta eſt ante ius acquiſitum, id eſt antequam donatio ſecundo coniugi facta eſſet, & tunc non obeſt renuntiatio.

41 Renuntiatio ſolùm cenſetur facta ex cauſa exiſtente tempore renuntiationis, ſcilicet iure ſanguinis, aut ſucceſſionis.

42 *Filia quæ renuntiauit non amisit lucra, quæ postea ei obueniunt ex transitu patris ad secundas nuptias. vbi decis.*

43 *Renuntiatio non comprehendit ius quod postea superuenit ex noua causa, de qua cogitari non potuit.*

44 *Filia renuntians non admittitur ad lucrum l. hac edictali, C. de secun. nupt. secundum Fran. Mar.*

45 *Respondetur Marco, & illius argumenti.*
L. hac edictali, C. de secun. nupt. non vocat filios vt hæredes, sed vt filios tantùm. ibidem.

46 *Filij non capiunt lucrum l. hac edictali à patre, sed à lege.*

47 *L. hac edictali, C. de secund. nupt. habet etiam locum fauore filiæ excluſæ per ſtatutum. vbi decis.*

48 *Renuntiatio filiæ poſt radicatum ius ex l. hac edictali facta, ſi id ſciebat filia excludit eam, ſecus ſi ignorabat.*
Renuntiatio non trahitur ad ignorata, & incogitata. ibidem.

49 *L. hac edictali intrat non obſtante renuntiatione filiæ, niſi ea ſit expreſſè facta illius legis.*

50 *Certioratio an ſit neceſſaria in renuntiatione filiæ, remiſſiuè.*

51 *L. hac edictali procedit etiam quando eſt aliquid filio relictum cum hoc, quod aliud non petat, quamuis acceptetur per filium.*

52 *L. hac edictali procedit etiam fauore nepotum ex filio primi matrimonij.*

53 *Nepotes veniunt appellatione liberorum.*

54 *Fructus veniunt in reuocatione, quæ fit per l. hac edictali, C. de secun. nupt. etiam ante litem motam. vbi decis.*

55 *Titulus quando reducitur ad non titulum, tũc veniunt in reſtitutione fructui.*

56 *Fructus, & intereſſe in Cathalonia non ſolet adiudicari niſi a die litis motæ.*

57 *Filij non imputant in legitimam quod eis datur vigore l. hac edictali, C. de secun. nupt. vbi decis.*

58 *Filij non habent iudicio patris quod eis datur vigore l. hac edictali, C. de ſecundis nuptijs.*

59 *Legitima debetur iure naturali, ſed defalcatio iure ciuili.*

60 *L. hac edictali non procedit vbi non eſt plus relictum ſecundo cõiugi quàm filijs primi matrimonij, ſed æqualiter. vbi decis.*

61 *Filij quando ſunt à patre cum ſecundo coniuge æqualiter inſtituti, detrahunt prius legitimam, mox fit inter eos diuiſio hæreditatis. vbi decis.*

62 *L. hac edictali, C. de secun. nupt. intrat vbi portio filij primi matrimonij, licèt æqualis portioni ſecundi coniugis, oneratur tamen aliquo particulari onere. vbi decis.*

63 *L. hac edictali, C. de ſecundis nupt. non habet locum in titulis onerosis, ſed ſolùm in lucratiuis.*

64 *Niſi colligeretur quòd in fraudem l. hac edictali, C. de ſecundis nupt. maritus contraxit cum ſecunda coniuge, aut e contra vxor cũ marito.*

65 *Fraus præſumitur inter maritum, & vxorem quando contractus emptionis, & venditionis inter eos celebratur, nec conſtat de pretij ſolutione.*

66 *L. hac edictali non habet locum in donatione ob cauſam.*

67 *L. hac edictali non habet locum in donatione remuneratoria.*

68 *Aſſertioni alterius in probibitis non ſtatur, ſed merita ſunt probanda.*

69 *Seruitia maritalia non ſuſtinent donationem inter virum, & vxorem. vbi decis. Senatus Neapoli.*

70 *Donatio remuneratoria benè poteſt eſſe inter virum, & vxorem.*

71 *L. hac edictali non intrat in donationibus factis inter coniuges quando vnus eſt nobilis, & alius ignobilis, vnus ſenex, & alius iuuenis.*

72 *Remuneratio non debet fieri vltra debitum, aliàs ſuſpecta eſt, nec remunerationis nomen meretur, imò pura, & mera donatio eſt in exceſſu.*

73 *Maritus ſi reliquerit ſacerdoti quandã quantitatem diſtribuendam vt ei placuerit, an filijs primi matrimonij timentes ne ſit pro nouerca poſſint petere quod declaret ſacerdos in quos vſus eſt pecunia diſtribuenda. vbi decis.*

74 *L. hac edictali an intret quando maritus reliquit vxori certam quantitatem per eam dandam filio quem elegerit ex primo matrimonio.*

75 *Hæres fiduciarius non dicitur hæres ad ſui cõmodum.*

76 *Hæres dicitur qui eſt dominus bonorum defuncti.*

77 *Hæres fiduciarius quando quis dicatur inſtitutus.*
Hæres fiduciarius non cenſetur propter ſe inſtitutus, nec fructus facit ſuos, nec Trebellianicam detrahit, nec aliquod emolumentum habet, ſed eſt nudus miniſter. ibidem.

78 *Coniecturæ, & requiſita hæredis fiduciarij.*

79 *Sola confidentia quam fecit teſtator de aliquo, probat aliquem eſſe hæredem fiduciarium.*

80 *Alia requiſita ad fiduciam probandam.*

81 *Fiducia probatur ſola cõſanguinitate, & amicitia eius qui fuit hæres inſtitutus.*

Fiducia-

82 *Fiduciarius hæres non probatur niſi purè ſit ei relictum.*

83 *Hæres fiduciarius ſi moritur ante teſtatorem, non caducatur inſtitutio, quia ille non erat verus hæres.*

84 *Fiduciarius hæres non probatur ex ſola prohibitione Trebellianica.*

GLOS. VIII. PARS IIII.

De dotis congruitate, aut incongruitate reſpectu filiorum primi matrimonij, ad interpretationē textus in l. hac edictali, C. de ſecundis nuptijs.

1 AD tertium † membrum ſecũdi articuli propoſitæ a nobis diuiſionis in principio tractatus de dotis congruitate, deuenientes, in quo promiſimus agere de dotis congruitate reſpectu filiorũ alterius matrimonij, quod anteà eſſet per donatorem contractatum, ne illam filij dicti primi matrimonij impugnare valeant, dicimus habere nos de iure particularem legem incipientem Hac edictali, ſub titulo C. de ſecun. nupt. diſponentem coniugi tranſeunti ad ſecunda vota non licere vllo titulo in ſecundum coniugem transferre plus quàm reliquerit vni ex filijs primi matrimonij, cui minus reliquerit, & ſi aliter fecerit, non valet diſpoſitio, ſed inter liberos æqualiter fit diuiſio.

2 Quam † & reſpectu liberorum ſecundi matrimonij etiam procedere, vt non poſſit eis coniux plus relinquere quàm filijs primi matrimonij, licèt quæſtio ſit dubia, in qua Doctores inuicem pugnant, tenet Anton. Theſaur. deciſio. 170. vbi pluribus quæſtionem diſputat in vtramque partem, dicens num. 24. hanc opinionem eſſe communem, veriorem, & æquiorem, & quòd ipſe pro ea ſemper †† *iudicauit*, creditque ita etiam iudicaturum Senatũ ſi caſus occurreret Vincen. de Franch. deciſio. 435. vbi in fine refert ita in facti contingentia fuiſſe in Sena. Neapo. † in caſu de quo ibi agebatur *declaratum* iun- † ctis duabus aulis, & anteà etiam ita *iudicatum* fuiſſe per quendam Richardum de Salice. refert num. 1. in fin. Idem dicit Alexan. Trentacinqu. variarum reſolutionum lib. 3. tit. de matrimonio, reſolutio. 5. nu. 34. verſi. Secunda eſt opinio, fol. mihi 347. Idem etiã † fuiſſe alios in alia facti contingentia *iudicatum*, & obſeruatum, licèt ipſe conaretur defendere contrarium, dicit Bal. in conſ. 161. num. 2. lib. 1. Et Boer. deciſio. 201. circa medium, in verſic. Et ſecundum, pro eadem etiã † opinione fuiſſe *declaratum* tradit. Viden. & tandem don Garcias Meſtril. qui diligentiſſimus fuit in coaceruandis Doctoribus, qui hanc opinionem tenent, quorum alij dicũt quòd ita de conſilio doctiſſimorum Docto- † rum fuit *iudicatum*, alij quòd totus mundus, & tota natura tenet pro iſta opinione, & denique alij quod eſt hæc opinio magis communis, & magis vera, & contraria falſa. Is (inquam) Doctor in deciſio. Siciliæ 175. nu. † 25. volum. 2. dicit ita *declaratum* in Conciſtorio illius inſulæ, & multa, ac omnia ferè neceſſaria tradit pro iſta opinione. Viden. Surd. qui idem tenet in conſil. 250. num. 20. Alexan. Rauden. qui ad partes quæſtionem diſputat, variarum reſolutionum cap. 55. per totum, Andreas Molfeſ. in conſuetud. Neapolita. par. 3. de ſucceſſio. ex teſtamento, q. 11. à nu. 3. plures in idem recenſet Fachine. licet contrarium ipſe tenere videatur, controuer. iur. lib. 3. cap. 66.

Conſiſtit ergo noſtra dotis incongruitas reſpectu filiorum primi matrimonij, de qua agimus, quando eius ratione, & nomine eſt plus filiæ ſecundi matrimonij elargitum, & donatum, quàm filijs primi matrimonij, & poſſunt iſti de hoc conqueri, eodem modo ac ſi alio quouis reſpectu incongrua dos eſſet, & diceretur.

3 Nec circa † hoc habet dos aliquod priuilegium, & eius ratione noſtra donatio: æquè enim comprehendit legis prohibitio dotis dationem, ſicut alias largitiones, quemadmodum ibi expreſſim habetur, & proſequitur pluribus Alexand. Trentacinq. variarum reſolutio. lib. 3. tit. de matrimonio, reſolut. 5. à num. 34. in verſic. Secunda pœna, eo tamen modo quo inferiùs declarabitur.

4 Nec id † quidem mirum, cùm nec fauor matrimonij huiuſmodi inæquales largitiones inter filios primi, & ſecundi matrimonij 5 ſuſtineat: reprobatur † enim, & reprobatũ cenſetur hæreditamentum quod in capitulis nuptialibus fiat in fauorem filiorum ex ſecũdo matrimonio naſciturorum, exiſtentibus liberis primi matrimonij, ſicut aliæ ſimiles inæquales diſpoſitiones, vt plenè probaui tomo primo huius operis clauſu. 4. gloſ. 9. par. 5. num. 197. in qua adhuc opinione perſiſto, licet Cancer teneat contrarium, vbi eo loci allegatur, quia adduxi ibi Doctores percelebres, ſacrorumque Senatuum auctoritates id tenentes, & per fortiſſima argumẽta cõprobantes. Et quamus idem Cancer ibidẽ, nempè in 3. par. var. reſol. cap. 15. de renuntiatio.

tiatio. num.344. dicat ſe vidiſſe ſuam ipſius ſententiam dominis de Senatu placere, id tamen non fuit quòd ita vnquam in contradictorio iudicio declaratum fuerit. Et certè in eo caſu, vbi filij non erant nati, & per conſequens non poterat ad eos haberi affectio, nulla alia ratio quamobrem hæreditamentum fiat, conſiderari poteſt, quàm ſecundi coniugij contemplatio, & intereſſe, quæ eſt conſideratio Theſaur. & Vincē. de Fran. in ſuis deciſſ.170. & 435. reſpectiuè, quæ ibi allegantur.

6 Sed non † exiſtimes quòd ſtatim atque facta eſt donatio, quæ exiſtimatur, aut exiſtimari poteſt facta in fraudem, vel contra diſpoſitionem l.hac edictali, vt dictum eſt, poſſunt filij primi matrimonij de ea conqueri, aut contra eam agere, imò expectanda eſt mors illius, qui prætenditur contra dictæ l. diſpoſitionem feciſſe, prout benè probat Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.5.tit.5.de ſecun
7 dis nupt. definit.11. tractans † ibidem etiã quæſtionem, an eo caſu quo donator non ſoluendo factus ſit, quod immoderatè donatum reperitur, poſterioribus creditoribus proficere debeat, ſi eos habet, an ſolis liberis primi matrimonij acquiri, & denique inter ipſos, & perſonam cui donatum eſt diuidi, & eam reſoluit pro filijs contra creditores, ex eo quòd ſi liberorum fauor non obſtaret, totius donationis emolumentum donatarius retineret, vndè videtur nihil creditorum intereſſe, poſſent enim liberi ſuo ſi vellent iure non vti, ergo (inquit) ipſis ſolia id quod excedit attribui debet, dicitóque poſtea id eſſe verius, & conuenientius Iuſtinianeæ conſtitutioni in dicta l.hac edictali, licèt interpretes pleriáque refragentur. Videdus eſt ad primum ſuprà tactum articulum Franc.Mar.deciſ.ſeu quæſtio.24.in 2.parte, Laderch.conſil.27.num.14. & egregius Senator Hippoly.Montaner in addit.ad Olib. de actio.par.2.lib.1.cap.47. nu.34. Pulchrè Borgni.Caualcan. poſt multos quos allegat
8 deciſio.1.numer.60.in 3.par.docens † inter alia, neceſſum vlteriùs eſſe vt iſta lucra filijs acquirantur, quòd ipſi parenti ſuperuiuant, qui contra diſpoſitionem l.hac edictali peccauit, atque ita in caſu de quo ibi, fuiſſe *iudicatum* aſſerit. Ex quibus (inquit) conſequitur quòd vinente parẽte nullum currit liberis tempus, Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.5. tit.5.de ſecun.nuptijs, definitio.16. qui ita
† in Senatu Sebuſiano *deciſum* tradit. Egregius Senator Hippolyt. Montaner in additio.ad Olibam de actio.par.2.lib.1.cap.47. num.35.

9 Sed quæ † ſit huius extẽſionis, & ampliationis dictæ l.hac edictali diſpoſitionis ratio, non eſt multùm facile aſſignare, cùm per hoc videantur filij ſecundi matrimonij deterioris conditionis effici quàm extranei, quibus, dum filijs non præiudicetur in legitima, poteſt reliquum patrimonium relinqui, Aymon Craue.in conſil.241.nn.1.Rolan.in conſil.62.num.25.lib.1.

10 Ea tamen † eſt, quia Imprrator in eadem l.hac edictali, nedum prohibnit, & prohibere intendit donationem, & largitionem, quæ directò fiat in ſecundum coniugem, ſed etiã & omnes fraudes, quæ circa hæc fieri poſſent, ibi: *Omni circumſcriptione per interpoſitam perſonam, vel alio quocunque modo ceſſante*: nulla autem perſona coniugi magis coniuncta, & cum qua poſſit induci magis ſuſpitio fraudis, quàm in filio, iudè ergo ſequitur quòd prohibitio de coniuge loquens, locum etiam habeat in eius liberis, etiam ſi communibus cum donante, vel aliàs largitionem faciente, cum blanditijs, & inductionibus noui coniugis, potiùs & eius cõtemplatione, quàm puro filiorum amore id factum exiſtimetur, vt plus relinquatur ſecundi matrimonij liberis, quàm primi: hanc rationem ponit Theſan.allegata deciſ.170. num.4. & Molfeſ.in dicto commenta.ad cõſuetudi.Neapolitan.par.3.de ſucceſſ.ab inteſta.quæſtio.11.num.6. Huiuſmodi autem nouelli coniugis contemplatio efficit proculdubio vt per priùs cenſeatur patri donario facta, & ex poſt eius liberis, ſicut probatum reliquit Io.Pet.Surd.deciſ.169.num.3. & Molfeſ.loco citato num.8.

11 Propter † hanc etiam fraudis tollendæ rationem, prohibetur coniux fratri, vel amico alterius nouelli coniugis donare plus quã filijs primi matrimonij, & æquè in hoc caſu, atque in illo, de quo lex expreſsè loquitur, quando fit directè, & immediatè in fauorem alterius coniugis, eius diſpoſitio locum habet, cùm ſemper attendatur ad perſonam, cuius cõtemplatione facta fuit donatio magis quã illa, in quã collata extitit, Theſaur. qui Bald. & Bertran. ad id citat, in allegata deciſio.170.num.5.verſicul.Tertio facit. Et Alexan.Trentacinqu. qui alios etiam adducit, variar.reſolutio.tit.3.de matrimo. num. 35.qui eſt ſina. in verſic. Hinc infertur quod non licet, pag.mihi 349.col.2.in fin. Viden. Gerar.Maynard.deciſio.Toloſa.82.num.2. lib.3.vbi dicit prohibitam omninò eſſe omnem inæqualem cum filijs primi matrimonij factam largitionem in aliquem contẽplatione ſecundi coniugis, atque ita diuerſis
† arreſtis fuiſſe in Gallia *iudicatum*, Peregrin. deciſio.73.nu.8. qui loquitur de legato priuignis facto in maiori quantitate, quã filijs primi matrimonij. Et iuxtà hanc doctrinã

Senatus

Senatus noſter multùm perſpicax, me patrocinante, referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, in cauſa Antonij Ioãnis Prat, contra Annam de la Re, ſub die 19. Decembris 1613. Scriba Simone Font, *declarauit* † fuiſſe in fraudem dictæ l. hac edictali factã quandam donationem, quæ collata fuerat per ſecundam vxorem filios ex priori coniugio habentem, in fauorem cuiuſdam conſanguinei ſecundi viri, cui poſtea per eundem conſanguineum alia donatio de eiſdem rebus facta exiterat, & æquè in hoc caſu locũ habere l. hac edictali diſpoſitionem voluit ac ſi immediatè, & directè in ſecundum cõiugem largitio fuiſſet facta inæqualis multùm quantitati relictæ filijs primi matrimonij conquærentibus.

12 Addit † Meſtril. deciſio. Sicili. 175. num. 17. inter varias rationes huius opinionis, has præcipuè ponderatas fuiſſe in illo Senatu. Primò, quòd diſpoſitio dictæ l. hac edictali eſt fauorabilis pro filijs primi matrimonij reſpectu ſecundi, vndè extendenda. Secundò, quia quod datur filio, videtur datum patri, & ad eius vtilitatem cedit. Et tertiò, quia lex præſumit quòd ſemper id fecerit mater ad inſtigationem victrici, aliàs non feciſſet tantam inæqualitatem, & in iſto caſu non videtur facta diſpoſitio ex mera, & libera voluntate, ſed potiùs ex inſidijs victricalibus, vndè tanquam fraudulenta non ſubſiſtet diſpoſitio, quæ iſtos filios facit inæquales. Quæ is Doctor adducit in comprobationem horum motiuorum nõ pono, quia apud eum facilè videri poterunt. Nota tamẽ † apud eum, quòd idem eſt, & pro- 13
cedit quando filios tertiarum nuptiarũ prætulit filijs ſecundarum, plus illis, quàm iſtis relinquendo, quia eadem eſt ratio: & caſus
† de quo diſputabatur ibi, quique fuit bis *deciſus*, erat contentionis inter filios ſecundi matrimonij, & tercij.

Sed, vt habeas materiam dictæ l. hac edictali explicatã, quæ nõ eſt extranea, ſed multùm familiaris noſtris capitulis matrimonia ijbus, & illorum materiæ, quam proſequimur, operepretium duxi qua fieri poterit breuitate, vtrũque membrum ſuperiùs propoſitum, & vtrumque caſum à nobis in principio relatum, in quibus locum habere dictæ legis diſpoſitionem diximus, excutere, incipiendo à primo, quando in ſecundum coniugem eſt directò largitio collata in maiori quantitate quàm ſit liberis primi matrimonij donatum; mox agemus de ſecundo caſu, quando in filios ſecundi matrimonij fuit plus collatum, quàm primi.

14 Primus caſus † modicam habet diffi. ultatem, cùm expreſſim de eo lex loquatur. Circa quem tamen hoc primùm notamus, quòd procedit tam reſpectu donationum, quæ fiunt per vxorem marito, quàm è contra per virum vxori, cùm de vtriſque ſinè differentia lex loquatur, ſignanter in princ. ibi: *Pater, materve*, & notat expreſsè Anton. Gabr. de ſecundis nuptijs, concluſion. 4. num. 3. & Thom. Sanchez de matrimo. lib. 7. diſputatio. 88. num. 3. Theſaur. deciſ. 170. num. 12. verſic. Ad tertium, Alexand. Rauden. variarum reſolutionum cap. 55. nu. 21. plures alios in idem allegat egregius noſter Senator Hyppolitus Montaner in additio. ad Olibam de actio. par. 2. lib. 1. cap. 47. nu. 9. Hoc ideò in principio aduertere voluimus, quia vidimus cui vix id ſuaderi poſſet, ex quo communiter ad matrem verba dirigimus cùm de diſpoſitione dictæ l. hac edictali tractamus, dicentes quòd ea non poſſit donare plus victrico, quàm filijs primi matrimonij, vix vnquam de patre, forſan quia
15 ipſe non ſic facilè decipitur. Sed † non habet rationem: videmus enim, & quotidiè qui viuimus experimur, qualiter ſicut vxores à maritis, ſic è contra viri ab vxoribus in hoc decipiuntur; capiuntur enim taliter vxorum amore, & quaſi inebriantur quandoque, vt omne imperium mulieres in eis habeant, & quocunque velint, eos ducant quãfacillimè, vt non ratò contingit.

16 Annotamus † ſecũdò praxim dictæ l. hac edictali eſſe, quòd victricus, vel nouerca cõtentari debent illa portione, quæ minor ſit ex relictis primi matrimonij liberis, & reliquum eſt illis applicandum, & adiudicandũ, atque ita quaſi permutãtur ſortes, filij enim recipiunt quod victrico, vel nouercæ fuerat relictum, & illi illud quod liberis, prout expreſſim dicta l. hac edictali diſponitur. Reuocatur igitur, & pro reuocata habetur donatio in illo pluri, quod fuit victrico, vel nouercæ relictum vltra quantitatem vni ex liberis dimiſſam.

17 Sed aduerte, † quòd quamuis dixerimus permutari ſortes dum practicatur materia dictæ l. hac edictali, vt filius capiat quod victrico, vel nouercæ eſt dimiſſum, ij verò ꝙ filio, non intelligas tamen quòd dicta lex mutet titulum inſtitutionis nouercæ, aut priuigni ſi ſint ab altero coniuge hæredes inſtituti, nec etiam portionem, ſiue bona eis relicta. Imò quoad primum, remanent nihilominùs hæredes in quantum capit minor portio filijs relicta, reuocato reliquo, & filijs applicato, & iure hæreditatis illam minorem portionem retinent. Quoad ſecundum verò, quia lex prædicta non applicat filijs quod relictum eſt ſecundo coniugi, nec è contra, ſed ſolùm reuocat illud plus quod diximus,

diximus, & pro non ſcripto vult haberi, & ſic victricus, aut nouerca retinent eandem portionem, ſiue eadem bona ſibi relicta, vſque ad illud minus, quod eſt vni ex liberis relictom, & non vltra, & in eo quod eorum portio, & bona excedunt, diminuuntur, & augentur portioni, & bonis relictis filijs primi matrimonij, prout plenè tibi declarat, & in quibus caſibus id prodeſſe poſſit demonſtrat Ro. Roma. deciſio. 712. in 1. par. diuerſorum, quæ etiam refertur à Virgin. de Boca. in tracta. de pact. & promiſſion. impreſſo cum tracta. de cenſ. & ſocieta. offici. 3. parte num. 128. Sed ibidem reprobatur per aliam eiuſdem Rotæ in eodem caſu factam deciſionem, non quòd vera in ſubſtantia non ſint quæ in dicta deciſione firmantur, ſed quia nõ ſunt applicabilia caſui de quo agebatur, ibi videas quamobrem, nam poterit forſan quandoque prodeſſe.

18 Sed intrat † ſtatim dubium, num etiam victricus, vel nouerca intrent in portionem cum ptiuiguis diuidentibus inter ſe quod illis fuerat à cooioge relictum. Dic breuiter, quòd non, quamuis gloſſ. io dicta l. hac edictali, verb. diuidi, & Doctores quos Anton. Gabt. retulit in commu. concluſio. tit. de ſecundis nupt. concluſio. 4. num. 57. cõtrarium velint. Pro noſtra enim opinione faciunt verba clara dictæ legis, ibi: *Sin verò plus quàm ſtatutum eſt, aliquid nouercæ, vel victrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, id ꝙ plus relictũ, vel donatũ, aut datũ fuerit, tanquam non ſcriptum, neque derelictum, vel donatum, aut datum ſit, ad perſonas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus, &c.* Quam opinionem à contrarijs defendit Andreas Fachine. controoerſiarum iuris lib. 3. cap. 69. per tot. Sfort. Odd. in conſil. 3. vol. 1. Surd. in conſil. 401. oum. 2. vol. 3. Andreas Molfeſ. in conſuetudi. Neapolitan. par. 3. de ſucceſſ. ex teſtamen. quæſtio. 15. num. 8. latè Hippoly. Riminal. in volum. conſſ. ad cauſſ. vltimatum voluntatom conſi. 166. oumer. 6.

† Eam *ſequuta* in effectu eſt Rota Roma. poſt relatas varias circa hunc articulum Doctorũ opiniones deciſi. 756. in 3. par. dioerſorum, licèt aliud tenoerit apud Creſcen. deciſio. 4. ſub tit. de teſtam. volens fiendam eſſe priùs per filium legitimæ detractionem, tanquam præcipuæ, & reliquum dioideudum inter priuignum, & victricum, ſiue nouercam. Nec Seoarui noſtro egregio diſplicuit, dum in illa Antonij Ioannis Prat contra Annam de la Re, quam ſopetiùs retulimus, victricum reliquit cum ea ſola portione, quæ relicta filio extiterat, & reliquum ei adiudicauit. Sed vide Hieronym. Gabr. in conſil. 13. num. 21. cum ſequent. volum. 2. quo loci tibi declarat quomodo victricus, & nouerca in portionẽ cum priuigois venire poſſiot, & admitti de-

19 beant, & † qualiter liberi primi matrimonij, quibus nihil relinquitur, doo habent remedia, vnum quærelæ inofficioſæ donationis, ſeu dotis, & aliud huios l. hac edictali. Ad idem eſt video. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 5. de ſecundis nupt. defini. 6. & etiã Rot. Roma. apud Creſcen. vbi ſup.

20 Et non ſolùm † excluduntur victricus, & nouerca, ſed etiam liberi ſecondi matrimonij, qui nullo modo iotrant in diuiſionem, Franc. Mar. quæſtio. 57. num. 2. par. 1. egreg. Senator Hippoly. Mootanet in additio. ad Olibam de actio. par. 2. lib. 1. cap. 47. n. 30. Crauet. in conſil. 194. nom. 5. Rolan. à Val. in conſil. 29. num. 8. volum. 4. Andre. Molfe. ad cooſuetudin. Neapolita. par. 3. quæſtione

† 15. num. 11. *Arreſtum* Galliæ ad id factum refert Io. Papon lib. 5. tit. 15. arreſt. 9.

21 Et quidem † filij primi matrimonij inter ſe diuiduut ſemper æqualiter, licèt inæqualitet à patre ſint tractati, Aoton. Gab. tit. de ſecund. nupt. concluſ. 4. num. 25. latè Surd. in conſil. 137. num. 13. volum. 2. Rota prouinc. March. apud Sebaſtianum Medices deciſio. 64. numer. 1.

22 Maior tamen † difficultas eſt, quomodo intelligatur, & iotelligi debeat illud minus, quod vni ex liberis primi matrimonij fuit relictum, quod debet victrico, vel nouercæ dari, an ſcilicet ſit litteralitet intelligendũ, vt quantumcunque minima ſit illa quantitas quæ fuit filio relicta: exempli gratia, ſi eſſet qoinque ſolidorum, prout ſæpiùs fit, debeant illa victricus, vel nouerca contentari, an verò vlteriùs ſupplementum debeant habere vſque ad quantitatem pro legitima debitam, quod filios potuiſſet, & poſſet petere. Grauis eſt inter Doctores in hoc articulo diſceptatio, raliter vt eam Cæſarea deciſione egere dicat Gaſp. Auton. Theſau. in additio. ad Antoninum patrem deciſio. 170. Quatuor enim ego reperio ſummè diſſidentes Doctorum opiniones. Prima eſt, quòd

23 illa † maiore quantitate, qoæ filijs ſit relicta, debeant victricus, & nouerca contentati, quantumcunque illa minima ſit, nulla habita conſideratione, quòd filius potuiſſet, ſi voluiſſet, ac poſſet, non obſtante legato, totam legitimam petere, ſeu illius ſupplementum, quam opinionem tenent Salicet. in d. l. hac edictali, in 7. quæſtio. & alij citati per Anton. Gabt. in communib. concluſio. tit. de ſecundis oupt. concluſi. 4. num. 30. & nouiſſimè per Alexaod. Trentaciuq. variat. reſolu. volum. 1. lib. 3. tit. de matrimo. reſolutio. 5. num. 34. in verſic. Octauo procedit. Eandẽ etiana nouiſſimè defendit latè, & comprobat

An-

Andreas Molfes. in consuetudi. Neapolita. par.3.de succeſſio.ex teſtament.quæſtio.17. per rot. alios penè infinitos num. 2. teferês idem tenentes.

Quæ opinio fundatur,in effectu,in rigore legis,& ſtricta illius interpretatione,quæ videtur attendiſſe ad illud tantùm, quod pater, vel mater filio relinquere voluerunt, & ſic ad illud quod liberi ex illorũ iudicio haberent, non ad illud quòd iudicio legis, & ex illius prouiſione, & prouidentia habere poſſent, aut potuiſſent, patet quia lex in odium paternæ diſpoſitionis, quæ filios primi matrimonij nouercæ inæquales facit,minus eis relinquendo, condita fuit, volens ꝙ quia ſic immemor effectus fuit paternæ charitatis, & pietatis, plus coniugi relinquendo, quàm liberis, caperet propterea, & capere debetet nouerca quod illis relictũ fuit, filij verò quod nouercæ. Hoc legis intentũ videtur quòd non conſequeretur ſi vltrà relictum libetis,aliud nouercæ,vel victrico detur, etgo &c.

24 Secundam opinionem † ſuperiori ex diametro contrariam, & repugnantem renet Bald.in dicta l.hac edictali, quam ſequuntur plures relati ab Anton.Gabr.loco ſuperiùs allegato. Quibus adde Andr.Fachine. lib.3.controuerſiarum iur. cap.67. volentes illud minus, quod vni ex liberis relictũ eſt, quod debet victico, vel nouercæ ex l.prædicta diſpoſitione applicari, extendi debere vſque ad legitimam, vt ſicut illam integrã, non obſtante relicto, poſſet filius petere, & habere, ſic eandem petant, & habeant victricus,vel nouerca,vt ſuccedentes in locum

25 filij. Ratio eſt, † quia legitima ſemper filio habetur pro relicta, quamuis minus relinquatur,cùm lex ſupplcat, igitur nihil mirum ſi victricus, aut nouerca petant nedum id quod vni ex liberis eſt expreſſim relictũ, ſed illud etiam quod lex vult illi eſſe relictum, nempè legitimam. Hanc opinionem dicit communem Fachine.loco ſuprà allegato, ponderans nonnulla verba dictæ l. hac edictali, ibi viden. Eandem vltra ſuprà allega.tenet Crauet.in conſil.193.num.12. & in conſil.194.num.5.in fin. Iacob.Canc.lib. 3.variatum reſolutionum cap.2.de inuẽtar. num.193.& Alexan.Trentacinqu. loco iam allegato in ſuperioribus, qui infinitos penè cumulat in idem, fundamenta adducẽs quibus fulcitur. Et pro ea fuiſſe *iudicatum* in Rota Romana auctor eſt nobis Ioan.Mohedan.deciſio.4.de teſtament. & Pute.deciſio. 1.lib.2. licèt eidem in alia facti contingentia ea opinio non placuiſſet apud Creſcent. deciſio.4.aliàs 27.de teſtament. Idem fuiſſe † *declaratum* de anno 1598. in Senatu Pedemontano tradit Gaſpar.Anton.Theſaur. in addition.ad Antoninum patrem deciſ.170. Pro eadem etiam opinione fuiſſe in alia facti contingentia *captam* reſolutionem in curia Toloſana de anno 1588.refert nobis Gerar.Maynar.lib.3.ſuarum deciſionum deciſio.74. Nec noſtri perſpicaciſſimi Senatus, quæ ſumma eſt,deeſt huic opinioni auctoritas, in caſu quo, vt ſæpè fit, quinque tãrùm ſolidi fuerant filio relicti in teſtamento materno,fuit enim in ſuperiùs cirata cauſa Antonij Ioannis Prat contra Annam de la Re, referente egregio Sen.tore Hierony. Senjuſt, *declaratum* nihilominùs debere victrici ſucceſſores habere ex bonis teſtatricis quantum filio competeret pro legitima. *Cum* (inquit) *dicta Benedicta de la Re* (quæ erat mater) *relinquendo dicto Baudilio filio ſuo quinque ſolidos iure inſtitutionis, non intenderit, nec potuerit dictum Baudilium priuare ſupplemento legitimæ dicto Baudilio competenti, &c.*

26 Tertia eſt opinio † ſupradictarum conciliatrix, quæ tenet quòd aut conſtat matrẽ noluiſſe plus relinquere filijs ſuis, nec ex eius voluntate procederet ſi ſupplementum legitimæ peterent, aut non. Primo caſu dicunt aſſertores huius opinionis procedere primam Saliceti opinionem,quòd ſolùm illud alter coniux conſequatur, quantumuis minimum illud ſit, quod eſt filio relictum. Secundo verò caſu ſecundam, & contrariam opinionem, quòd integram legitimam debeat habere, ſicut eam habuiſſet, & haberet filius ſi vellet,non obſtante relicto. Originalis eſt hæc diſtinctio Nicolai Boerij in deciſio.201.num.6.circa finem, in verſic. Et † quamuis, vbi eſt *deciſio* illius Senatus, Aym. Crauet.in conſil.193.num.12. Hyppoli.Riminal.inter conſ.vltimarum voluntat.conſil.166.num.3. verſic.Tertia concluſio, Laderch.Imolen.in conſil.27.num.14.& Iaco. Cancer lib.3.variarum reſolutionum cap.2. de inuentar.num.193.Sequitur Ro.Roma. † prout eſt *deciſio*.diuerſorum 596.in 1.parte, † *Sequutus* etiam fuit in certa facti contingentia Senarus Pedemontanus, vt auctor eſt nobis Gaſp.Anton.Theſaur.in additio.ad deciſſ.Antoni.Theſaur. patris deciſio.170. in verſicul.Cæterum. Sequitur item etiam noſter *Senatus*, vt probat Michael Ferrer in 3. † pat.obſeruantiarum cap.307. Et *inclinabat* idem Senatus in illa Antonij Ioannis Prat contra Annam de la Re, de qua ſuprà, me aduocato, id quod denotant non obſcurè illa verba ſuperiùs relata: *Non intenderit priuare filium a ſupplemento legitimæ,&c.* quaſi ſi competitum fuiſſet intendiſſe, aliud dici debuiſſet.

Ratio-

27 Rationem † dicunt esse, quia in primo casu supplementum filius consequitur cõtra voluntatem testatoris, in secundo verò non, atque ideò iustum videtur quòd non habeat victricus; vel nouerca in primo casu nisi illud tantùm quod pater, vel mater relinquere voluerunt; in secundo verò totam legitimam, quã denegare filijs non constat voluisse, imò è contra, relinquere tacitè, eam includendo sub legato filio facto, cuiuscunque illud sit, quantumuis miniмæ, quantitatis.

28 Quarta denique † est opinio aliorum, qui prædictam distinctionem impugnant, existimantes quòd siue constet, siue non, quòd noluerit testator plus relinquere filio, quàm sit scriptum in testamento, & sic siue dixerit ꝙ quantitatem expressam in testamento dumtaxat, & non aliam, volebat filium habere, siue id non expresserit, semper victricus, & nouerca debeat habere integram legitimam, quam petere filius posset. Hæc est opinio Antonij Fabri in suo Codice lib. 5. titu. 5. de secundis nupt. definit. 3. dicentis nihil prorsùs interesse an relictum sit minus legitima cum dictione raxatiua, *tantùm*, an simpliciter, vt sciatur an legitimæ supplementum petatur ex voluntate, an contra voluntatem parentis, cum eo quoque casu, quo adiecta est, prò non scripta habeatur, ex l. quoniam in prioribus, C. de inoff. testamen. Vndè (inquit) illud quoque fit vt nõ eo minùs supplementum legitimæ ex testamento, & consequenter ex testatoris iudicio debeatur, per l. omnimodo, eodem tit. & randem in fine is Doctor asserit sic fuisse in illo egre
†† gio Sebusiano Senatu *tractatum*. Idẽ *tenere* curiam Tolosanam, & in facti contingentia resoluisse, auctor est nobis Gerar. Maynard. allegata decisio. 74. lib. 3. circa fin. in versic. Curia enim nostra, tum quòd per auctoritatem dictæ l. hac edictali, in versic. Ira tamen, supplementum legitimæ fiat, tum etiam ꝙ textus expressus hoc decidere videatur in l. quoniam præteritę, C. de secundis nupt. Et denique ne sit alias in potestate notariorũ ob clausulas, statuentium mentem ludificare, viden. Gasp. Anton. Thesaur. in addition. ad Antonium Thesaurum patrem decis. 170. in versic. Cæterùm, qui dicit opinionem contrariam, quæ facit distinctionem in ea contentam, apud se dubiam aliquantulùm red-
29 di ex eo † quòd legitimæ supplementũ nõn solùm venit iudicio testatoris subinrellecto, sed ex præcepto legis, l. omnimodo, C. de inofficio. testamen. l. quoniam præteritæ, C. de secun. nupt. §. optimè in authent. de nup. & ibi bona glo. Qua de re optimè Stephan. Gratian. decis. prouin. March. 4. num. 4. qui pluribus probat, & declarat.

30 Mihi, † si licet meum in his proferre iudicium, prior opinio non displicuisset, vti talis quæ videtur fundata in expressissimis legis verbis, & illius mente, & intentione, nisi viderem in contrariam, quæ secundo loco proposita est, communiter itum esse à Doctoribus, & eandem amplexam in diuersis occurrentibus casibus fuisse à grauissimis Senatibus, priorem autem à nullo, quòd legerim, præsumptionem enim habet pro se maximam quod à tantis vitis reperimus intrepidè approbarum: nõ est ergo iustum, quòd nos, qui receptiores opiniones stabilire, & sequi, quantùm possumus, satagimus, ab hac vllatenus recedamus.

31 Sed tamen eam † cum Fab. Maynard. & Gasp. Anto. Thesauro veram existimamus, siue pater cum dictione, *tantùm*, vel prohibitione de aliquid vlteriùs non petendo, legatum filio fecerit legitima minus, siue sine ea, non enim existimo vim in hoc cõsistere. Rationes nõ adduco huius meæ opinionis, quia satis illæ clarè colligũtur ex adductis ꝙ secunda, & quarta opinione superiùs relatis, esset enim reperete inutilitet. Additur, ꝙ illa suppletio, quam diximus fieri ipso iure, quando filio est à patre minus legitima relictum, quam optimè præ alijs probat Gratia. loco citato, non legimus quòd sit illi distinctioni suppositа, si parens simpliciter legauerit, vel cum grauamine ne vltra quicquã petat, sed imò procedere in vtroque casu palàm est, necesse est ergo, quòd neque in re quam tractamus eam distinctionem admittamus. Memini quòd cùm suprà relatæ causæ Antonij Ioannis Prar contra Annam de la Re merita in Senatu disputaremus, quidam ex peritioribus illius strenuè hanc opinionem defendebat, declarans animum ꝙ si contingeret casus in quo de hoc foret disputandum, pro ea proculdubio concluderet, & sententiam ferret.

32 Nec quòd † petat, vel non petat filius supplemẽtum legitimæ ad effectum de quo agitur, interest quicquam, vtroque enim casu habet secundus coniux, & habere debet quantum importat inregra legitima filio debita, quicquid in contrarium dicant relati per Gabrie. in commun. conclusio. tit. de secund. nupt. conclusio. 4. num. 31. quia possent fieri fraudes vt filius noller petere vt fraudaret nouercam, prout optimè aduertit Gaspar. Anton. Thesaur. in additio. ad decisio. Antonini patris 170. in versic. Cæterùm, circa medium. *Sequitur* Rota Romana vt est
† apud Puteum decisio. 9. & 14. lib. 2. & Senatus noster perspicax in sæpè relata causa Aronij Ioannis Prat contra Annam de la Re,
† cùm de hoc disputaremus, nihili *fecit* hanc obie-

obiectionem quòd filij non peterent, neque vnquam petijssent legitimę supplementum, sed nihilominùs supplementum victrico adiudicandum censuit.

33 Annotamus † secundò, quòd dicta l. hac edictali procedit, & procedere censetur nedum quando proprietas est victrico relicta, qui est proprius casus legis, sed etiã & quando solus vsusfructus, & tunc fit æstimatio iuxtà l. hæreditatum, ad l. Falcidiam, prout volunt in terminis Bertran. in dicta l. hac edictali, num. 14. versic. Ita tamen, Aym. Ctauet. in consil. 194. num. 3. ex quorum auctoritate id sequitur Hieronymus à Lauren. de-
34 cisio. Auenionen. 95. num. 4. vbi † num. præcedenti Idem dixerat procedere in relicto causa alimentorum, de quo etiam loquitur Alexan. Trentacinqn. in sæpè citata resolut. 5. tit. de matrimon. num. 34. in versic. Sexto procedit, & Surd. de alimen. qnæstio. 9. titu. 9. nu. 3. Sequitur in materia relicti vsusfructus Andre. Molfes. in allegato commenta. ad consuetudi. Neapolit. par. 3. de successio. ex testamen. quæstio. 19. numer. 6. vbi plures in idem aduocar, viden. & inter eos Rolan. à Vall. in consil. 29. num. 25. volum. 4. & Io. Petr. Surd. in consil. 405. num. 1. volu. 3. latè Bertazol. consil. ciui. 81. numer. 15. lib. 1. qui post Rolan. à Val. in sup. citato consil. super eadem re scripsit, Ladetch. Imolen. in cons. 147. num. 2. volu. 1. egregius noster Senator Hippolytus Montaner in additio. ad Olibã de actio. pat. 2. lib. 1. cap. 47. num. 49. Ioan. Baptista Costa de portio. tat. quęstio. 85. nu. 2. & numer. 10.

35 Et est ratio, † quia licèt in his casibus in particulari lex non loquatur, non potest tamen negari quin eos generalitas illorũ verborum, *Sin autem vltra quàm constitutum est, aliquid nouercæ fuerit datum, &c.* comprehendat, prout aduertit Hictony. à Laurent. vbi suprà, quicquid in contrarium voluerit Anton. Gabr. in commu. opinio. tit. de secundis nupt. conclu. 4. n. 78. secundũ Molfes. vbi proximè, qui tamen Gab. ego dubito, quòd in nostro casu in terminis loquatur, quamuis pro contraria opinione ab omnibus soleat inaduertenter allegari.

36 Erit ergo † res hæc ita in praxim deducẽda, vt iuxtà l. hæreditatum, ad legem Falcidiam, videatur quantum possint victricus, vel nouerca viuere, & vitæ prædictæ habita ratione, & illius vel longa, vel breui futura duratione: attenta, æstimate quantum vsusfructus legatus, vel etiam alimenta valere possint, & si excedunt relictum filijs, fiet defalcatio iuxtà dispositionem dictæ l. hac edictali. Et quòd dictæ l. hac edictali dispositio procedat etiam in vsufructu, & sit faciẽda computatio iuxtà dicta l. hæreditatum;
† *sequuta* fuit Rot. proui. March. apud Sebast. Medices decis. 64.

Expectat hic articulus nostri multùm perspicacis Senatus censuram, in causa Iacobi Lluch ciuis honorati Barcinone, contra viduam Tauetner, ad relationem primò egregij Senatoris Franciscí Ferruz, & nunc egregij itidem Senatoris, qui in illius locum successit, Franciscí Gamis, Scriba Hieronymo Bosch, vbi de eo agitur ex professo.

37 Dubium tamen † adhuc perpulchrum vidi suscitatum in hac materia, quid futurum si posteaquàm facta sit ista computatio, victricus, vel nouerca viuant longiùs quàm cõputatum sit, & ex consequenti consequantur plus quàm existimabatur, vel è contra, si contigit postea quod minus viuant, nunquid computatio illa facta vigore d. l. hæreditatum irritetur, & denuò fit facienda cõputatio secundũ id quod posteà successit, & si intrare debet l. hac edictali, vel non. Qua in re vna erat antiquitùs opinio Accur. in dicta l. hæreditatum, verb. triginta annorũ, faciẽdam rursus esse aliam computationem, quam magis communiter Doctores antiqui sequebantur olim. Sed nunc obtinuit diuersa opinio, quia ex casu supernenienti irritari non debet quod legitimè factum fuit, & quia aliàs dictæ legis dispositio parùm efficeret, ac facillimè frustraretur, nihilque certum constitueret. Et cùm æquè poterat victricus, vel nouerca statim mori, sicut longè vixit, & è contra, non est quòd aliquis cõquetatur si hoc potiùs quàm illud successit, quia æquè vnum atqui aliud poterat succedere, atque ideò commune erat periculum. Hanc nunc sententiam tenent sine dubio moderni contra gloss. & antiquos Scribentes, vti apparet ex Doctoribus sup. citatis, & signanter ex Aymone Ctauetta in supta dicto loco, & Surd. de alimentis tit. 9. q. 11. num. 28. Quibus adde Dida. in 3. lib. variar. resolutionum cap. 9. num. 8. versic. Hinc deducitur, & Barbos. in l. maritum 13. ff. solut. matrimon. num. 12.

38 Sed si † computatione non facta modo prædicto, nec de ea tractato moritur cõiux secundus, cui ab altero erat donatus, vel relictus vsusfructus, & secundùm id tempus quo vixit, reperitur ipsum vixisse per tale tẽpus quòd consequutus ex vsufructu fuit plus quàm filij primi matrimonij, vel è cõtra, vixit tam modico tempore quòd appareat nõ intrare dictam l. hac edictali, quæritur an ex hoc quod vixit ille secundus coniux, sit quæstio terminanda, an ex eo quod viuere iudicabatur iuxtà l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. ac si de hoc computatio facta ante mortem fuisset.

fuiſſet. Multa dicta fuere in quadam cauſa magni momenti, quæ nuper tractata fuit in Senatu pro vtraque parte, alijs exiſtimantibus quòd computatio ex l.hæreditatum iam ex ſe à principio habebatur,& haberi debebat pro facta, lege ipſa ſine miniſterio hominis, quia lex ſemper loquitur,ſemper clamat, ſemper interpellat,l.Atriani,C.de hæreti.cap.1.ad fin.de conſti.in 6. cum alijs allegatis per Stephan.Gratia.diſceptatio.foren.561.num.4.lib.3.Coſta de portion.rata quæſtion.236.num.7. quæ opinio fautorem habet Veronen.in conſil.ciui.13. ſecundùm Aym.in conſil.194.circa fin.Alijs verò contrariũ arbitrantibus, quia nihil tale lex prædicta dicit, quòd computatio habeatur ex ſe, & lege ipſa pro facta, & cùm ea computatio non ſit facta, ſtandum erit veritati,quæ ex euentu declarata fuit per breuem,aut lõgam vitam ſecundi coniugis. Ita in terminis pro hac opinione reſoluit Vincent. de Franch. deciſio.186. ex num.2.vſque ad fin. vbi tradit ita non ſemel fuiſſe in Sena.Neapolita. *deciſum*, vide eam, quia pulchra, & omnes refert qui de hac materia agunt,vbi etiam habes qualiter noluit Senatus reſolutionem capere ſuper traditis per gloſ.in dicta l.hæreditatum, verb. triginta annorum, de qua ſuprà. Iſte punctus fuit in terminis tractatus in noſtro Senatu de anno 1620.coram egregio Senatore Franciſco Gamis, in cauſa liquidationis inter nobiles Doms, & nobiles Semmanats,inclinantibus dominis, & ferè *reſoluentibus* ,p hac opinione vltima. Actuar. eſt Vilella. Sed quia non eſt publicata ſententia,habeatur iſtud pro nõ dicto.

39 Annotamus tertiò, difficilem eſſe quæſtionem, licèt multùm practicabilem, num ſi filia primi matrimonij dote contẽta,quietauit, ſicuti ſolet, bona paterna, & materna, & iura legitimæ,cum iuramento,in terminis cap. quàmuis pactum, de pactis,in 6. poſſit in vim l.hac edictali, cuius materiam tractamus,petere illud plus quod eius pater reliquit nouercæ, vel mater victrico, contra dictæ legis prohibitionem.

40 Qua in re pro faciliore eius intelligentia, duos cenſeo fore diſtinguendos caſus, quotum alter eſt quando viuente adhuc patre, aut matre reſpectiuè, & ante donationem vel victrico, vel nouercæ factam, quietatio,& renuntiatio factæ fuere : ſecũdo verò quando poſt illorum mortem tempore quo erat iam diſpoſitioni legis contrafactũ, & aperta via agendi. In primo caſu breuiter reſolue, quòd non obſtat renuntiatio.

41 Ratio eſt, quia renuntiatio ſolùm præſumitur ex cauſa exiſtente tempore renuntiationis, ſcilicet iure ſanguinis, vel ſucceſſionis, l. Aurelius,§.teſtament,de libera.legat. & l.fin.§.fin. eod.titu. & ibi notatur,pulchrè Oldra.in conſil.294. Guid.Pap. deciſ.228. & alij relati per Didac. qui eos ſequitur, in rele&.cap.quamuis pactum,par.3.§.3.nu.1. His adde Andre.Molfeſ.ad conſuetu.Neapolita.pat.4.de renuntiatio.quæſt.1. nu.35. qui plura exempla ad id adducit.

42 Hi omnes loquuntur in lucris,quæ debent filiæ obuenire propter ſecũdas nuptias factas in terminis l.fœminæ, C.de ſecundis nuptjs, dicunt enim ex ratione ſupradicta, quòd nihilominùs illa conſequetur, nõ obſtante quòd ante patris tranſitum ad ſecunda vota generalem renuntiationem,& quietationem feciſſet, atque ita fuiſſe in terminis *concluſum* in Senatu Grationopolita.refert Guido Pap. loco allegato. Sed eadem applicari poſſe noſtro caſui neminem arbitror futurum qui dubitet, cùm in eo militet proprijſſimè ratio ſupradictæ reſolutionis,

43 quòd renuntiatio non comprehendit ius quod poſtea ſuperuenit ex noua cauſa, de qua nihil cogitari potuit, etiam ſi ſit ipſæ aliàs tam de iure de futuro, quàm de præſenti facta,de quo vide vlteriùs plura per Surd. in conſil.15.num.28.volum.1. & in conſilio 308.num.30.volum.3.Et in terminis noſtris proprijs tenet Bettran.in repetitione dictæ l.hac edictali,in verſic.Si verò plus,quem refert & ſequitur Alexand.Trentacinq.variarum reſolutionum volum.1.lib.3.tit.de matrimo.reſolutio.5. num.34. in verſic.Tertio procedit, & paulò inferiùs in verſicul.Idem dicas procedere, vbi huic opinioni accommodat dicta Oldta.& Guidon.Pap. in locis allegatis,ac Dec.in conſil.230. Idem in terminis etiam probat Bartholom. Bertazol. conſil.ciui.82.num.8.lib.1.& Borgn.Caual. deciſi.30.num.65.par.3. Alios in idem adducit egregius Senator noſter Hippolytus Montaner in additio. ad Olibam de action. patt.2.lib.1.cap.47.num.14. Sed non omnes in his terminis loquũtur, in proprijs tamen loquitur Rota prouin.March.apud Sebaſtia.Medices deciſio.64.num.2.

44 Sed contradicit Franc.Mar.deciſio.ſeu quæſtio.25.num.2.pat.2. ea ratione quia nõ poterat filia ſuccedere patri, aut matri eis inuitis, adducit poſteà quod in ſimili docet Angel.in authent.de nup. §.optimè,colla.4. vbi tenet quòd ſtante ſtatuto quòd filia dotata non ſuccedat, tunc filia non poterit admitti,ergo videtur idem quando filia eſt excluſa per renuntiationem, & finaliter dicit id ideò eſſe quia ad hoc vt liberi primi matrimonij poſsint auocare quod plus fuerit relictum nouercæ, vel victrico, requiritur quòd ſint habiles ad ſuccedendum. Et quod

plus

plus est, ad suæ opinionis comprobationem adducit Guid. Pap. auctoritatem in allegata decisio. 228. num. 2. vbi nos cum pro nostra citauimus.

45 Verùm † hæc non conuincunt vt à nostra opinione recedere debeamus, & vnico verbo ad omnia dicta in contrariũ respõdemus, quòd filij vigore dictæ l. hac edictali non veniunt, nec venire habent vt hæredes, sed vt filij, dicta enim lex continet pœnam transeuntium ad secunda vota, & fauorem filiorũ vt filiorum, non vt hæredum, & sic est pœna parentum transeuntium ad secũda vota, quæ applicatur filijs, vt filijs, non vt hęredibus, & consequentet non requirit illam habilitatẽ, de qua Mare. vbi suprà. Sic respondet Trentacinquius allegata resolutio. 5. num. 74. in versic. Tu non discedas, cuius est hic discursus multis comprobatus auctoritatibus, licèt Franciscum Marcum nõ vidisset, qui his re-
46 pugnabat. Addo † pulchrum Oldra. verbũ, quod refert Ioa. de Cruce in nouissimis additio. ad Guid. Pap. in d. decisio. 228. quòd hoc lucrum non capit filia à patre, aut matre, sed à lege, pulchrè etiam Rot. prouinc. March. allega. decisio. 64. num. 1.

47 Ad opinionem † Angeli allegatam, quatenus tenet quòd filia exclusa per statutum non possit allegare beneficium huius nostræ legis, respondet idem Trentacinq. vbi sup. in versic. Quinto procedit, quòd plures alij sunt Doctores, qui contrarium tenent, qui ibi referuntur, dicentes eam esse veriorem, & communiorem. Sed tu omninò adde duo pulchra consilia Bartholomei Bettazzol. ciuilia 81. & 82. lib. 1. quæ fuerunt tota in cõfutationem opinionis Angeli compacta, ibi pluriès eius opinio falsa appellatur, & alia contraria communior, & verior, pro qua in dicto consil. 82. num. 2. in fin. dicit se aliàs vi
† disse *iudicatum*, & num. 8. versic. Ex quibus,
†† refert se scire fuisse *iudicatum* per duas sententias conformes inter partes ibi memoratas. Adde etiam Andre. Fachine. controuersiarum iuris lib. 3. cap. 68. vbi per totum hanc opinionem confirmat, & contrarijs respondet. Adde Surd. in consil. 237. libro 2. Et finaliter nostrum Iacobum Cancer. adde in 3. par. variarum resolutio. lib. 2. de inuentar. num. 197. vbi reprehendit Laderchium Imolen. qui contrarium tenere voluit in cõsil. 27. num. 1. Rota etiam prouinc. Marchiæ decisio. 64. apud Sebastia. Medices pro hac
† opinione *iudicauit*, vt mulier à statuto exclusa, nihilominùs admittatur ad lucra l. hac edictali, C. de secun. nupt.

Et denique ad auctoritatem Gnido. Pap. dicimus nihil illũ dicere vbi allegatur quod pro Marc. facere valeat, vt ibi est videre.

Transeamus ad secundum articulum, & distinctionis, ac decisionis nostræ membrũ, quando post mortem parentum, & sic aperta iam via ad allegandum beneficium dictæ l. hac edictali, fit generalis renuntiatio, & quietatio, non expresso tamen hoc beneficio, nam si expressum fuisset, nihil dubij tes haberet. Cùm enim tunc essemus in claris, aliud quærendũ nó esset, nisi forsan ꝙ mulierẽ aliquo remedio propter minorem ætatẽ, aut aliàs iuuare vellemus, de qua re alibi.

48 In harum † renuntiationum materia communiter solet distingui, quòd aut mulier, quę renuntiauit non ignorabat, sed imò sciebat ius istud sibi cõpetens in bonis paternis, aut maternis, aut illud ignorabat: primo casu dicunt DD. per renũtiationem excludi mulierem, secundo verò minimè, quia renuntiationes non trahuntur ad ignorata, & incogitata quantũuis sint iuratæ. Sic se ab hac quæstione sub breuibus expedit Ioan. à Cruce loco cita. Cuius tamen materia magnam habet latitudinem, & vix est extricabilis, nisi considerando circunstantias particulares renuntiationis, si ea clausulis tam prægnantibus concepta sit vt hoc ius, siue notum, siue ignotum in specie, possit in vim dictarum clausularum comprehendere, vel non, iuxtà ea, quę nos aliàs tradidimus in 1. tomo nostri labotis clausu. 4. gloss. 28. à numer. 39. Et quia hæc particulariter tractabuntur longiori oratione in clausula renuntiationis, de qua infrà, ideò oportebit quòd eò recurras, cùm casus tibi contigerit, in quo habeas de hac materia disputare, & iuxtà clausulas in tua renũtiatione appositas, applices ei quod ibi dictum, & animaduersum leges. Et si, quæ
49 ibi † dicentur non sufficient ad expleudum desiderium, vide Iacobum Ferrer in addition. ad Guido. Pap. in suprà allegata decis. 228. qui videtur velle necessariam particularem huius iuris factam renuntiationem, vt præiudicatum in eo renuntianti dici debeat,
50 necnon And. Molfes. qui † in commenta. ad consuetudines Neapolitanas, de renuntiationibus, quæstione 11. tractat latissimè de certioratione necessaria quæ fiat renuntianti vt sibi renuntiatio præiudicet, quæ maximè in casu occurrenti procedere debent, in quo renuntiantes sunt mulieres, & idiotæ personæ, quæ quamuis sciant parentem plus reliquisse victrico, vel nouercæ, quàm ipsis, non tamen sciunt beneficium quod lex eis tribuit in prædicto casu, & sic vix vnquam potest renũtiatio generalis ad hoc ius ignoratum, & in eis quasi impossibile cognitu, extendi. Et præterea quamuis dicant se renũtiare beneficio l. hac edictali, C. de secũ. nuptijs, nisi certiorentur, non potest dici eos

intelligere quid agant, cùm ignorent quid lex disponat, cui renuntiant.

De simili renuntiatione facta post iã quæsitum ius in vim l. hac edictali, sine tamen eius expressa facta mentione, sed solùm cum solitis clausulis huiusmodi renuntiationum, fuit oppositum in causa quam ego defendo pro Iacobo Lluc contra vidnam Tauerner, de qua suprà mentionem feci, vbi, cùm declarabitur, videbimus quid Senatui hac in re satis difficili placuerit.

51 Supradicta † etiam procedunt in casu quo parens reliquisset liberis primi matrimonij aliquid de sua hæreditate, cum clausula plus non petendi, etiam si fuisset additum quod si plus peterent priuarentur legato, & liberi legatum acceptassent, possunt enim nihilominùs remedia dictæ l. hac edictali libeti intentare, prout pluribus rationibus, & instantijs late probat Surd. in consil. 45. nu. 54. vol. 1. & Hierony. Gabt. in consil. 13. à num. 17. vol. 2. quia clausulæ supradictæ habentur de iure pro non scriptis, & in his, quæ de iure sunt alicui actui interponi prohibita, nihil nocet acceptatio, vt ibi Surd. præclarè, & latè probat.

52 Annotamus † quartò, nostræ legis dispositionem habere locum, & procedere nedũ respectu filiorum primi matrimonij, de quibus expressè loquitur, volens non posse patrem plus secundo coniugi relinquere, quam vni ex liberis primi: sed etiam respectu nepotum, vt nec secundo viro, vel vxori possit plus relinqui, quàm sit vni ex nepotibus filij anteà suscepti, & de medio sublati relictum,

53 quia † appellatione liberorum veniunt nepotes, & dispositio in fauorem liberorum facta, habet etiam locum in fauorem nepotum, prout ex Cyno, Accursio, Azone, Ancharano, Angelo, Præposito, & alijs Doctoribus, quos citat Bertran. in dicta l. hac edictali, in versicul. Quam obseruationem, numer. 2. tenet expressim Surd. decisio. 72. num. 11. Rip. in l. fœminæ, num. 8. C. de secundis nupt. Iacobus Cancer lib. 3. variatũ resolutionum cap. 2. de inuentar. num. 197. Pater Thom. Sanchez de matrimonio lib. 7. disputatio. 89. num. 12. & Andre. Molfes. in commentar. ad consuetudi. Neapoli. par. 3. de successio. ex testamen. quæstio. 18. per totam, & par. 4. de succes. ab intesta. quæstio. 45. numer. 69.

54 Annotamus † quintò, quòd in hoc iudicio veniunt fructus, id est, quòd illud plus quod filij auocant à vitrico, vel nouerca, est illis restituẽdum cum fructibus etiam ante litem motam, ex die mortis eius qui plus reliquit, qui dies locũ facit repetitioni, & reuocatioũi, perceptis, ex quo illud illicò plus ꝙ vi-

trico, vel nouercæ relinquitur, habetur pro non scripto, prout textus probat in dicta l. hac edictali, & in §. optimè, ibi: *Quia quod*

55 *plus*, in authenti. de nuptijs. Cùm verò † titulus ad non titulum reducitur, tunc res cum fructibus restituitur, l. fructus, ff. de rei vindicatio. Alias rationes nõ curo adducere, quia illæ latissimæ referuntur per Hippolytũ Riminald. in consil. 166. num. 12. inter consilia vltimarum voluntat. per Andreã Molfes. in commenta. ad consuetudin. Neapolita. par. 3. de successionibus, ex testamen. quæstio. 19. per tot. per egregium nostrum Senatorem Hippolytum Montaner in addition. ad Olibam de actio. par. 2. cap. 47. num. 33. Et denique per Ioann. Petr. Surd. decisio. 171. etiam per

† totam, vbi sic *resolutum* fuisse in facti contingentia in Senatu Mantuano scribit, quod idẽ tepètit in tracta. de aliment. quæstio. 9. num. 2. tit. 9. Hunc articulum habuimus in suprà sæpè relata causa Antonij Ioannis Prat contra Annam de la Re, referente egregio Senatore Hieronymo Seniust, super quo non fuit capta resolutio, sed fuit dictum, *quòd in liquidatione* (quę adhuc facta nõ est) *haberetur ratio qualis de iure effet habenda de fructibus per dictum Antonium Prat prætensis, & de tempore à quo sint computandi*, &c.

56 Dubitauit, † vt ego auguror, Senatus ex quo ex eius stylo à multis sæculis obseruato, non solet fructuum facere condemnationem, nisi à die litis motæ, siue simus in actione stricti iuris, siue bonæ fidei, præterquam in quibusdam casibus priuilegiatis, quos enumerat noster Iacobus Cancer in loco inferiùs allegando, prout nobis refetunt nobilis Ludouicus à Peguera in decisio. 177. per totã, & idem Cancer in 3. par. variarum resolutio. cap. 16. de litis contestatione, nu. 67. & nos eriam de eodem stylo attestari possumus, qui millies id practicari ibi vidimus: mutare autem hunc stylum timuit Senatus, sed necessum erit quòd aliquando super hoc declaret, quia pars sollicitè instat, nec cessat importunare.

57 Annotamus † sextò, quòd licèt quicquid ex parentis substantia habent filij, imputandum sit eis in legitimam, iuxtà text. in l. quoniam nouella, & in l. scimus, in §. repletionem, C. de inofficios. testam. id tamen quod vigore dictę l. hac edictali, C. de secundis nupt. acquirunt, in legitimam non imputane, quando est eis minus legitima relictum, sed illud præcipuum habent, & supplementum legitimæ nihilominùs petunt, ac petere quando velint, possunt, quia non

58 habent † illud ex iudicio patris, sed aliunde, imò contra patris voluntatem, vt clarè ex se patet, quo casu non fit imputatio,

prout

prout probat idem tex.in allega.§.repletionem,ibi: *Non ſi quid ex alijs cauſis filius lucratus eſt vel ex ſubſtitutione,vel ex iure accreſcendi, vt puta uſufructus ; humanitatis enim gratia ſancimus ea quidem omnia quaſi aduentitio iure eum lucrari,*& ſequũtur Bart. in l.in quartam, & ibi omnes, ff.ad l.Falcid. Craſ.de ſucceſſ.in §.legitima,q.20.Surd.deciſ.169.nu.15.& in terminis quòd id quod ſi lij habent ex hac lege, non imputetur eis in legitimam,probat eadem l.hac edictali,in § ſin autem,ibi : *Ita tamen vt quarta pars,quæ eiſdẽ liberis debetur,nullo modo minuatur,niſi ex his cauſis, quæ de inofficioſo excludunt querelam,&c.*iunctis illis verbis,quæ inferiùs leguntur in §.ſin verò plus,ibi:*Id quod plus relictum,vel donatum,aut datum ſit ad perſonas deferri liberorum, et inter eas diuidi iubemus, &c.* Ex quibus duo colliguntur:primũ,vt nullo modo legitima minuatur ex portione relicta victrico,vel nouercę:& ſecundũ,vt ſi plus relictũ fuerit eis,illud detur filijs, & videtur denotare nullam fidem imputationem. Sic rex.hunc ad propoſitum inducunt Fachine. contro.iur.lib.3.c.70. & And.Molfeſ.in cõſuetu.Neapol.par.3.de ſucceſſ.ex teſtam.q. 16.nu.3. tenent eandem opinionem plures, quos ijdem ipſi referunt,& ſignanter glo.in §.optimè,verb.quippe, inauthẽ.de nupt. plures adducit in idem Anto.Gab.in commun. opin.tit.de ſecun.nupt.concl.4.nu.61.Surd. alleg.deciſ.169.nu.6.& conſ.422.n.1. Trẽtacinq.var.reſol.lib.3.tit.de matrimo.reſolu.5.nn.34.verſic.Secunda eſt opinio. Ita † *ſequutum* in facti contingentia fuiſſe Sena. Pedemon. auctor eſt nobis Anto.Theſaur.de- † ciſ.184.& clariùs *Senatus* Toloſan.vti habetur apud Gerar.Maynar.deciſ.78.lib.3.Di-59 cit rationem † eſſe,quòd legitima liberis debeatur ratione naturali, defalcatio verò ratione ciuili,& propterea illa duo remedia tãquam diuerſam,& diſcrepantem rationẽ habentia,inuicem confundi nequeũt, & poſtea inducit in idem verba l.hac edictali,quæ ſuprà à nobis memorata ſunt, Egregius noller Senator Hippoly.Montaner in addition.ad Olib.de actio.par.2.lib.1.cap.47.n.33. adducit plures alios Doctores,qui eandẽ hanc opinionem tenent.

60 Annotamus † ſeptimò appoſitè dictũ fuiſſe locum habere d. l.hac edictali diſpoſitionem quando plus victrico,vel nouercæ eſt relictũ,quàm vni ex liberis primi matrimonij, nam ſi æquales eſſent illorum portiones,nec plus vni eſſet relictum,quàm alteri, tũc eius legis diſpoſitio locum nullatenus haberet, prout eadem ipſa lex probat,& §.optimè,in authen.de nupt.Surd.ex Boer.deciſ.201.nu. 1.Anton.Gabr.de ſecun.nupt.concluſ.4.nu. 59.& Deci.in conſ.35.nn.8.vol.1.Surd.(inquam) in conſ.422.nu.9.vol.3.& Molfeſius qui poſt viſum Surd.eoſdem Doctores allegat,in conſuetu.Neapoli.par.3.de ſucceſſ.ex teſtam.qu.20.nu.1. addens non poſſe ſuper †† hoc ſubſiſtentem eſſe rationem. *Præſupponunt* ita de iure eſſe Senatus Sebuſia.& Toloſa.apud Anto.Fab.& Maynar.vbi inferiùs adducentur.

61 Sed † nunquid in iſto caſu quando ſit æqualis inter victricem, & filios primi matrimonij inſtitutio,poſſint priùs liberi ſuam legitimam detrahere ex vniuerſo patris patrimonio, mox reliquum cum victrico,aut nouerca diuidere, diſputant ſtatim, pro totali materiæ enodatione Doctores, idque communiter affirmatiuè reſoluunt, gloſſ. in ſæpè allega.§.optimè, verb.quippe,in authen.de nupt.Paul.de Caſtro in conſil.462.Theſaur. deciſio.184.num.3. Surd. in conſil.401.nu. 30.in verſicul.Nec contradicit,vol.3. & alij adducti per Molfeſ. ad conſuetud.Neapoli. par.3. de ſucceſſ.ex teſtament.quæſt.20.nn. † 2. *Sequi* hanc opinionem Senatum Toloſanum refert nobis Gerar.Maynard.deciſ.79. †† lib. 3. Alias *deciſiones* pro hac opinione factas adducit Surd.in conſil.422.num.1. licèt ibi ipſe contrariã teneat ſententiam,& multis confirmare ſatagat,qui erit in hac materia;cùm caſus occurrerit,videndus,cum Stepha.Gratia.diſceptatio.foren.300.num.39. lib.2.ac Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.5.tit.5. de ſecun.nupt.defini.6.qui mouentur ea ratione quia (inquiunt) ceſſante querela inofficioſi teſtamenti,itemque inofficioſæ donationis,adeòque actione ad ſupplementũ,neque de legitima queri poteſt,neque de conditione ex Iuſtiniani l.hac edictali, C.de ſecun.nupt.aduerſus quam nihil factum eſt.

62 Non ſuſtineretur † tamen æqualis victrici cum filijs primi matrimonij, de qua loquimur, inſtitutio, vbi poſt eam factam aliquid plus oneris parti, & portioni liberorum adnecteretur, quàm victrici, aut nouercæ, pone quòd aliquod æs alienum hæreditatis debitum, vel ipſi victrico, vel nouercæ, vel alteri teſtator iubetet exſolui ex parte, & portione liberorum, nihil ex victrici, vel nouercæ. Sic viuacibus rationibus reſoluit Anton.Faber in ſuo Codice lib.5.tit.5.de ſecun.nup. † definit. 12. per tòt. vbi ita *tractatum* aſſerit in Senatu Sebuſiano.

63 Annotamus † finaliter l. hac edictali procedere in titulis lucratiuis tantùm, non in oneroſis,& ideò ſi parens titulo oneroſo aliquid in victricum, vel nouercam contulerit, id non ſubiacet dictę legis diſpoſitioni,quia ceſſat in eo fraudis ſuſpitio. Id quod clarè elicitur ex eiuſdem legis diſpoſitione, quæ

solùm de titulis lucratiuis loquitur. Anton. Gabr. in tit. de secun. nupr. conclu. 1. numer. 44. & conclu. 4. num. 63. & 64. qui penè infinitos in idem allegat, Surd. in consil. 164. & 196. volu. 2. Andre. Molfes. in consuetudin. Neapolita. par. 3. de successio. ex testamen. quæstio. 21. num. 1. egregius Senator noster Hippoly. Montaner in additio. ad Olib. de actio. par. 2. lib. 1. cap. 47. nu. 60.

64 Sed ego † in omnibus ferè onerosis titulis fraudem fieri posse existimo dispositioni d. l. hac edictali, ideò arbitror necessariũ quod multùm iudex id excutiat, ne sub prætextu cuiusdam onerosi contractus cum secunda vxore per virum celebrati, aut econtra, filij
65 decipiantur. Pone enim † quòd celebraretur ab ipsis, & inter ipsos emptionis, & venditionis contractus, & de solutione pretij aliter non constaret, quàm per confessionẽ venditoris, vel etiam, licèt appareret de reali pretij numeratione, & solutione, constaret tamen quòd multùm vili pretio res vendita esset. In his casibus, & similibus quis dubitare posset quin contractus tanquam in fraudem d. l. hac edictali factus rescinderetur, ac rescindi proculdubio deberet? Certè nemo: hæc enim donationem sapiunt in secundam vxorem, vel secundum virum collatam potiùs, quàm verum emptionis, & venditionis contractum, vt ex se patet, & expressim tetigit optima glo. in d. l. hac edictali, in verb. alio quocunque. Sed quia de his fraudibus quæ circa hos contractus committi possunt, latè ego egi in primo huius laboris tomo clau. 4. glo. 1. à num. 72. in vers. Hæc de plano, cum sequent. dum de prohibita inter patrem, & filium retrodonatione tractarem, ideò ad huius rei intelligentiam eo lectores relego visuros quid sit in hoc tenendũ, quomodoque sit res hæc æstimanda.

66 Considerât † etiam Doctores quòd in donatione ob causam huius legis dispositio locum non habet, quia ea potiùs onerosus titulus dicitur, & dici debet, quâ lucratiuus, quia is qui sic donat, soluere potiùs debitum videtur, quàm liberalitatem exercere, prout non obscurè colligi potest ex his, quę de natura donationis ob causam nos tradidimus in altero tomo claus. 4. glo. 1. ferè per tot. & glo. 28. n. 6. Et in terminis quòd in donatione ob causam non habeat locum huius legis dispositio, tenet Vincen. de Franch. decisio. 632. num. 1.

67 Propter quam † rationem eximitur à d. l. dispositione donatio, quæ dicitur remuneratoria, quia ob remunerationem seruitiorum facta, ex quo nõ est propriè donatio, sed imò proprij debiti solutio, & satisfactio, & ea, quæ est vera remuneratoria donatio ab omni semper dispositione cẽsetur exceptuata, prout ego latissimè, inter alios, probaui in altero tom. clau. 4. glo. 7. par. 2. nu. 3. cum seq. & glo. 10. par. 2. nu. 21. Ita in terminis Surd. cons. 164. nu. 4. post Rip. in l. fœminæ, nu. 40. C. de secun. nupr. egregius Senat. Hippolyt. Montaner in addit. ad Olib. de actio. par. 2. lib. 1. cap. 47. nu. 37.

68 Difficultas † est, quòd in prohibitis, & suspectis negotijs non statur partium assertioni, sed imò merita sunt probanda, vt remuneratoria dicatur donatio, prout ad satietatem vsque ego probaui pluribus in 1. tomo clau. 4. glo. 7. par. 2. quasi per tot. & signanter
† nu. 18. & *approbauit* Senatus, qui ita expressè declarauit de mense Iunij 1617. in causa vassallorum egregij Comitis de Montagut contra dominum suum, ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Senjust, Actuario Capella, nunc Vilella, cuius ego decisionis ad aliud memini in 1. to. clau. 4. glo. 10. par. 2. nu. 64. Quæ probatio impossibilis videtur inter virum, & vxorem, saltem respectu eius meriti speciei, quę veram donationem remuneratoriam facit, id est quæ talem obligationem in recipiente pariat, vt necessaria in eo remuneratio dicenda sit, omnia enim maritus vxori debet, & è cõtra, vxor marito: pro-
69 pter quod † effectum fuisse dicit Vincen. de Frãc. decis. 428. vt in Sena. Neapol. quando-
† que *declarareiur* licuisse filijs primi matrimonij auocare in præiudicium filiorũ secundi ea, quæ vxur à primo viro habuerat, licèt seruitiorum ei præstitorũ sub prætextu, in vim l. fœminæ, C. de secun. nupt. *quia* (inquit) *in eo casu erant seruitia maritalia, quæ non merentur remunerationem.*

70 Sed veritas † nihilominùs est, posse inter virum, & vxorem dari veram donationẽ remuneratoriam, possunt enim talia ab vno in alium beneficia conferri, quod remuneratione illa digna esse nemo non diiudicet, quorũ ratione donatio quæ fiet, proprie remuneratoria dicetur, sicuti si in alium extraneum ea officia collata fuissent, vt probat Io. Garcia de dona. remunerat. nu. 28. ex pluribus quos adducit, quod quia nos latè in 1. tom. confirmauimus allega. clau. 4. glo. 7. par. 2. signanter nu. 14. vbi omnes ferè quæstiones circa rem hanc contingẽtes enodauimus, ideò hic subsistimus, ne idem bis repetamus.

71 Inter has † remuneratorias donationes, quæ huius legis dispositioni non subiacent, constituunt Doctores donationes, quæ fiunt à viris rusticis, & ignobilibus, qui nobiles ducunt in vxores, & in senibus, qui iuuenes: si enim isti aliquid donant vxoribus suis, vel e contra, vxores, quæ sint rusticæ, & ignobiles, vel etiam senes viris suis nobilibus, vel iuue-

iuuenibus, non poteſt à filijs primi matrimonij auocari, quia cenſetur in hoc caſu veræ remunerationis ratio, qua de re eſt pleniſſimum Ioan.Pet.Surd.conſil.164. per totum,volum.2. qui præ alijs,quando id procedat, quæque ſint neceſſatia, & requiſita pluribus docet, omniuò in materia viden. Vincent.de Franch. deciſio.428. numer.4. Alios quos ſequitur adducit Andreas Molfeſ.in commenta.ad conſuetudin. Neapolitan.in 3.par.de ſucceſſio.ex teſtam.quæſtio. 21.numer.9.

72 Attendendum † tamen ſummè eſt ne iſtę remunerationes fiant vltra debitum,nam in eo quòd excederent, propriè remunerationes non eſſent, nec earum naturam haberēt, ſed imò puræ,& meræ donationes, quæ diſpoſitioni dictæ l.hac edictali ſubijcerentur, vt dicunt præcitati Doctores, & nos latiſſimè comprobauimus, & *deciſione* noſtri Senatus ornauimus in altero huius operis tomo elauſu.4. gloſſ.19. par.1. num.33.& 34. & gloſſ. 28. num. 7. vbi latè de ea propoſitione egimus, donatio ob cauſam pura eſt in eo quud eſt extra cauſam,& illā excedit.

† Declarationem, & determinationem Senatus expectat hac materia faciendā in cauſa ſpectabilis Petronillæ de Marimon & de Roger vxoris ſpectabilis Alexij de Marimon & Iafer huius Principatus Cathaloniæ Gubernatoris, contra nobilem Bapeiſtam de Roger illius fratrem, Relatore egregio Senatore Hieronymo Seujuſt, vbi de iſta donatione remunera.oria facta ab vxore viro in præiudicium filiorum primi matrimonij tractatur. Actuario Trobat. Ad quem caſum,& illius materiam vide pulchrā Rot. Roma.deciſ.apud Manti.49. in ordi. qui eū caſum in termiuis *decidit* in fauorem filiorū primi matrimonij, & materiam pleniſſimè explicar.

73 Quærit † circa hæc pulchrè Annæus Robett.rerum iudicatarum lib.1.cap.3.per totum, num ſi pater reliquerit aliquam magnam pecuniæ quantitatem cuidam ſacerdoti, vt per eum diſtribuatur in eos vſus,quos ei ſecretò declarauit, & timeant filij primi matrimonij quòd pater nouercalibus delinimentis inductus voluerit tacitọ fideicommiſſo fraudem legi facere,& interpoſita ſacerdotis fide pecuniam commodo eorū nouercæ deſtinare, idque neget nouerca,neget etiam ſacerdos, num huic petenti pecuniam præſtitam poſſit opponi quòd declaret quibus, aut quos in vſus pecuniam ex mandato defuncti præſtari oporteat, aliàs ei non exſoluatur nili id declaret : & reſoluit idem Robert. quòd non; ſed ſimpliciter hæredes fore compellendos ad pecuniam exſoluendam, diſtribuendam per ſacerdotem ad libitum, ex quo ei teſtator ſecretò eam diſtributionem faciendam cōmiſit,& niſi ſint aliquæ probationes,aut præſumptiones, quòd pro nouerca eſsēt relictæ,non poſſe impediri ſolutionem, atque ita dicit in Senatu Pariſiēnſi † *deciſum* de anno 1580.multisque auctoritatibus,& rationibus probat ita de iure eſſe in ſimilibus relictis, ne compellatur ſacerdos ad declārandum.

74 Vltimò † pro complemento materiæ huius primi caſus l.hac edictali, C. de ſecundis nupt.libet caſum enarrare ſuper quo fui eōſultus de anno 1618. Quidam teſtator habens tres, aut quatuor filios ex primo matrimonio, & vxorem ex ſecundu, ſed nullos ex eo liberos, vxorem ſuam hæredem vniuerſalem inſtituit in ſuo teſtamento, dicendo quòd eam inſtituebat hæredem ſuam fideicommiſſariam,volēs quod teneretur vni, vel pluribus ex filijs ſuis primi matrimonij buna ſua donare, & in eos,vti veller, ea diſtribuere, prohibendo eidem Trebellianicæ detractionem. Quæſitum fuit an hæc inſtitutio ſubiaceret diſpoſitioni dictæ l. hac edictall, ex quo multò plus proculdubio erat compreheuſum in dicta inſtitutione in fauorem ſecundæ vxoris factæ, quàm eſſet vni ex filijs primi matrimonij relictum. Dixi,licèt vidiſſem votum aliorum,qui cùm ad infraſcripta non atteudiſſent,contrarium reſolueraut conſulti pro patte filij natu maioris, qui parùm de nouerca confidebat, q in ſui fauorem arbitrio vteretur. Dixi (inquam) dictam inſtitutionem, & relictum non ſubiacere diſpoſitioni dictæ l. hac edi-
75 ctali modo aliquo. Ratio eſt † in promptu, quia inſtitutio prædicta non ad commodum ipſius vxoris, ſed filiorum erat facta,& illis, non illi, relictum acquirebatur. Ad quod confirmandum præſupponebam,quòd vltra vulgarem verbi,*hæres*,acceprionem,qua hę-
76 res † dicitur herus,id eſt dominus bonorum defuncti, iuxtà §.item extraneus, de hæred. qualitat.& different.habemus nos in iure & aliam hæredis ſpeciem, qui fiduciarius, ſiue
77 fideicommiſſarius appellatur,quod † contingit quando non ſui conremplatione,ſed alterius gratia inſtituitur, & eidem grauatur reſtituere hæreditatem, qui nec fructus interim perceptos ſuos facit,nec quartam detrahit, nec aliquod emolumentum ex hæredis inſtitutione percipit, ſed vti cuſtos bonorum, depoſitarius, & nudus miniſter poſitus cenſetur, de quo lurecōſulti in l.Seius Saturninus, ff. ad Trebellian. & in l. in fideicommiſſi, §.cum Pollidius, ff.de vſuris, loquente de eo, qui filio teſtatotis cùm ad certam ætatem peruenisſet, hæreditatem

reſtituere togatus etat, l.ſi ita relictum 44. §.Pegaſus, de legatis 2. l.Lucius, §.hæredē, & l.in fideicommiſſariam, in fin. ff. ad Trebellian. ita pulchrè declarat Marc.Antonius Peregrin.in tracta.de fideicommiſſ. artic.3. numer.19. qui id ex dictis iuribus deducit, & ex multis probatis Doctoribus quos allegat, & ſignanter Bald. Angel. Paul. Alexan. & Rip. in locis inibi citatis. De eodem fiduciario hærede tractant vltetiùs Padill. de Meneſes in l.poſt mortem, numer.25.C.de fideicommiſſ. Iacobus Menochi. in conſilio 1135. num.14. volum.2. Bartholome.Bertazzol.in plenis conſill.8.9.& 10. Fulu. Pacian.in conſil.66. Polidorus Rip. de oocturno tempore tit.de teſtamen.cap.141.num. 14. Gerardus Maynard.deciſio.85.lib.5. & Ioſephus de Rufticis in repetit. l.cum auus, lib.1.cap.8.num.14. cum ſequentib. & cap. 16.num.12.ff.de conditionib.& demonſtrationib. Et ante eos Bude. in annotation.ad Pandect.ad l.2.ff.de origine iuris, fol. mihi 98.Ioannes Corraſ.miſcellan.iut.lib.6.cap. 9.num.4. & Ioan.Roncegal. in §.ſunt autē, num.41.inſtit.de bonor.poſſeſſ.

78 Quòd † autem illa mulier non ad ſui commodum, ſed priuignorum inſtituta eſſet, ac propterea dici deberet fiduciaria hæres, ex eo fiebat, & fit manifeſtum, quòd in dicta inſtitutione concurretent quæ de iure hæredem fiduciarium faciunt. Primò, fideicommiſſarij erant de liberis teſtatoris. Secundò, agebatur de hæreditate, non de particulari relicto. Et tertio denique, hæres ſcripta erat amica teſtatoris, de qua fiduciam habuerat, nempè vxor. Quibus tribus requiſitis exiſtentibus dicunt Doctores fiduciam manere probatam, & quem fiduciarium tantùm hæredem, & potiùs vt cuſtodem, & miniſtrum, quàm vti hæredem electum cenſeri, vti gloſſa dixit in l.fideicōmiſſariam, in §.final. ff.ad Trebellia. & eſt in idem notabilis text.in l.liberto,§.filium, ff.de annu.legat.& in l.cum ex filio,in princip.ff.de vulgar. Ita in expreſſo tenet Paul. de Caſtr.in l.ſi cui legatur, §.hoc autem,numer.5. de legatis 1. & in citata l.Seius Saturninus, num.1. ff.ad Trebellia. & ibidem Alexand.num.1.Ioannes Baptiſta Laderch. Imolen. in conſil.3. num.8. Gerardus Maynard. deciſio.85. num.3. lib.5. & Fului.Pacian. qui alios Doctores eādem opinionem tenentes citat in conſil.66.num.79. ac Bartholome.Bertazzol. in conſil.8. num.4. vbi eſt notandum, quòd pro fiducia in contradi-
† ctorio iudicio fuit *declaratum*, cùm dictis tribus requiſitis, quæ inibi ſolùm concurrebant, non alia.

79 Imò † Iacobus Menochius iniam allegato conſil.1135.numer.14. ex ſola confidentia, quam teſtator dixerat ſe facere de eo, quem hæres inſtituebat, veluti in ſuo caſu, dicendo quòd eius fidei commendabat filios ſuos, confidens in eo, aſſerit teſtatorem reliquiſſe, ac feciſſe hæredem fiduciarium, & allegat Commen.in l.vnum ex familia,§. vlti.num.3.de legat.2. qui ita in ſpecie tradit ductus reſponſo Iaboleni in allegata l. Seius Saturoinus, in princip. ff.ad Trebell. vbi gloſſ. in verſicul.Fiduciarium, exponit quia de eo multùm confidebat teſtator, ſic & gloſſ.in l.ſi poſtulante, §.vlti. gloſſa vlti. eodem titu. ad Trebellian. & non obſcurè idem tradit Alexand.in citata l.Seius Saturninus, num.1. & Rot.Roma.apud Proſper. Farinac.deciſio.388. in 2.part. qui teſtibus ſingularibus probari fiduciam in caſu dictæ
† deciſionis *voluit* in illa facti contingentia.

80 Verum eſt † quòd alij alias etiam qualitates requirunt, Petegrinus nempè in ſuprà citato artic.3.num.19. quòd conditio fideicommiſſarij præbuerit cauſam dilationis, id eſt, quòd teſtatot habuerit aliquam cauſam, propter,quam non inſtituerit directò filium, ſed alium vt ei hæreditatem certo tempore, vel etiam incerto, reſtitueret, ponunt exemplum, quia impubes, vel aliàs malè diſpoſitus eſſet.

Hæc cauſa, & ſeu hoc requiſitum non deficiebat in caſu ſupradicto, quod quia non expedit hic non refero.

81 Et quòd etiam † requiſitum illud, quod diximus, quòd hæres inſtitutus eſſet amicus teſtatoris, hic concurreret, patet, quia, vt dixi, inſtituta erat hæres vxor teſtatoris valdè ab eo dilecta. Et ſi ſola conſanguinitas, quādo aliud non adeſſet, probat hāc amicitiam neceſſariam ad fiduciam, vt probat l. in fideicommiſſi, in §.cum Pollidius, ibi: *A propinqua ſua hæres inſtitutus*, ff. de vſuris, & in terminis Fului. Pacian. in ſuprà citato conſil.66. num. 79. qui ex eò arguit amicitiam, & ex conſequenti animum faciendi hæredem fiduciarium quod fuiſſet inſtitutus à teſtatore nepos illius, Bartholo. Bertazzol.in allegato conſil.8.numer.4.& Gerard.Maynard.deciſio.85.lib.5.ex eo quòd frater eiuſdem teſtatoris, Marc. Anton. Peregrin.in citato artic.3.num.19.in fin. ex eo quod inſtituti fuerant duo conſanguini teſtatotis. Et habent id optimum tradita per Fului.Pacianum, Bertazzolum, & Peregrinum vbi ſuprà, quòd pro eis fuit in contra-
† dictotio iudicio *declaratum*, vt ipſi referūt. Si (inquam) ex ſola conſanguinitate, quæ ſit inter teſtatorem, & hæredem iuſtificatur requiſitum neceſſarium ad præſumendam fiduciam, multo magis id procedit quando

vxor

vxor etit hæres inſtituta, inter quam, & maritum maior proculdubio neceſſitudo intercedit.

82 Et ſi velis † requiri vltra prædicta quòd purè ſit aliquid relictum, non ſub conditione, prout requirunt quos refert Fulu.Pacia. in citato conſil.66.num.80.Bartholom.Bertazol.in conſil.8. uum.14. verſic.Cõtra hoc, Maynard.deciſio.85.num.2.lib.5. quia iura loquentia de fiduciaria hæreditate, vt in citata l.Seius Saturnius,ff.ad Trebellia.& in dicta l.in fideicommiſſi, in §.cum Pollidius C.de vſur. exigebant quòd in omni caſu eſſet reſtitutio facienda, ſecùs ſi in vno tãtùm caſu, prout eſſet quando ad diem incertum, vel ſub conditione iuſſa eſſet fieri reſtitutio propret commodum quod indè reſultaret, aut reſultare poſſet hæredi inſtituto: vt quis enim non cenſeatur electus nudus miniſter, ſufficit q̃ diſponens caſu aliquo cogitauerit poſſe ex diſpoſitione ſua hæredem ſcriptum commoduni reportare,argumento text.in l. Sulpicius 90. de donatio. inter vir.& vxor. & in l.ſi quis eum 37.ff.de condition.& demonſtration. l.ſi quis Titio 17. de legat. 2. cum ſimilib. Quod tamen requiſitum negat omninò Pacian.in dicto conſil.66. num.80. vbi dicit non referre quòd conditionalis diſpoſitio ſit, ſi aliàs de fiducia conſtat,de qua conſtare dicit ex alijs ſuprà relatis requiſitis, Berrazol.in dictis conſil.8.9.& 10.vidē. Si (inquam) iſtud requiſitum neceſſariũ velis, iam hic aderat, cùm purè, & non conditionaliter facta eſſet filiorum vocatio,vt diximus dum caſum propoſuimus.

Negari ergo non poterat,nec poteſt quin fiduciaria hæres eſſet conſideranda dicta vxor, & per conſequens nihil habens in bonis relictis, præter cuſtodiam illorum,& nudum miniſterium diſtribuendi eadem, quò fit vt non poſſit dici teſtator plus ſecundæ vxori, quàm filijs, quamuis illam hæredem inſtituerit, donaſſe.

83 Hæc conſideratio, † vt quis hæres potiùs fiduciarius conſtituatur, quàm verus hæres, multùm prodeſt,quia tunc,quamuis decedat is in cuius fauorem fuit facta inſtitutio ante hæredem fiduciarium,nihil caducatur,ſed fit tranſmiſſio ad hæredes illius, tanquam de iure ei acquiſito per dictum hæredem fiduciarium, vt probant iura ſuperiùs adducta,& notat Peregrin.dicto artic.3.num.19. Quod ſecùs eſt quando hæres inſtitutus eſt verus hæres, & alius verus fideicõmiſſarius, tunc enim ſi fideicommiſſarius decedit pendente conditione ante ipſum hæredem, clarum eſt quòd fit caducatio, & hæreditas remanet penès hæredem ſine onere, l. hæres meus, in principio, ff.de conditionib.& demonſtrationibus, Matc.Anton.Peregri. artic.31.num.1.

84 Quæres, an † illud quod diximus de prohibita pet teſtatotem detractione Trebellianicæ erga noſtram hæredem arguat,& cõcludat fiduciam, quaſi quòd qui prohibitionem prædictam fecit,ceuſeri debeat conſtituiſſe hæredem uudum miniſtrum, nihilque eum habere voluiſſe. Reſpondeo, quòd prædicta prohibitio non ſufficit ſine alijs requiſitis, ad tradita per Ripam in l. in fideicommiſſaria,§.ſi legatum,in fi.ff.ad Trebel. Poſſet enim alia ex hæreditate habere commoda, quæ non compatiuntur cum fiducia, cùm etiam & nudum nomen hæredis ſine corporibus hereditarijs interdum proficiat, vt notat Peregrin.art.3.num.23.Pulchra eſt hæc materia fiduciarij hæredis,ſed materia ſubiecta non patitur quòd plus in ea immorer. Habeo caſum in Senatu coram egregio Senatore Franciſco Ganis,inter Ludouicum Pozo,& Paulum Ferrer,Scriba Sebaſtiano Vilella, in quo plura ad fauorem dicti Pozò ſcripſi,& dixi pro fiducia in inſtitutione facta de dicto Ferrer per Maginum Pozo ad omnes ſuas voluntates liberè faciendas, rogando, & grauando eam daret ſuam hæreditatem,& bona poſthumo,& ſoboli, quam vxor ſua geſtabat in vtero,veniẽte ipſa ſobole ad lumen viua, eis modo, & forma quibus ipſe vellet, propter magnam fiduciam,quam de eo habebat. Pulcherrimi articuli ſunt in ea cauſa diſputati, ſignanter propter illam clauſulam, *ad ſuas voluntates*, quæ videbatur excludere fiduciam, & illam, *veniente ad lumen viua*, quæ videbatur conditionem importare,quæ non erat adimpleta, quia ſoboles ad lumen viua non venerat. Si de eis aliquid ſcire volueris,lege Doctores ſuprà citatos, ſignanter Barthol.Bertazol. & Fului. Pacian. vbi caſum in terminis reperies.

SVMMARIA.

1 *Parentes non rarò relinquunt filijs ſecundi matrimonij plus quàm filijs primi, contemplatione ſecundæ coniugis.*

2 *L.hac edictali, C.de ſecundis nupt. non intrat, ſecundùm aliquos, quando donatio non eſt facta ſecundæ coniugi, ſed filijs illius. vbi deeſſ.*

3 *Maximè quando ceſſat cauſa ſuſpitionis.*

4 *Suſpitionis cauſa ceſſare dicitur quando ſecundus coniux eſt iam vita functus.*

5 *L.hac edictali, C.de ſecundis nupt. qua ratione, & ob quam cauſam eſt introducta.*

6 *Pater nulla lege prohibetur plus relinquere filijs ſecundi, quàm filijs primi matrimonij.*

L. hac edictali, C. de secund. nupt. quare quandoque extendatur ad filios secundi matrimonij. ibidem.

7 *Pater mortua secunda coniuge, si non transit ad tertias nuptias, potest eo modo quo vult de bonis suis disponere, dum filios tamen nō defraudet in legitima.*

8 *L. hac edictali non intrat quando clarè constat in secundum coniugem nullum posse venire commodum ex relicto filiorum, secundùm aliquos.*

9 *Molf. s. notatur.*

10 *L. hac edictali intrat licèt in secundum coniugem nullum veniat commodum ex relicto filiorum secundi matrimonij.*
Contemplatio, & respectus secundi coniugis faciunt locum dictæ l. hac edictali. ibidem.
Cautela quod patri prohibeatur vsusfructus ne intret l. hac edictali, reprobatur. ibidem.

11 *L. hac edictali non intrat quando pater non habet nisi filias ex primo matrimonio, & filios ex secundo.*

12 *Pater quando instituit masculos ex secundo matrimonio, eis non existentibus ex primo, non censetur id facere contemplatione secundæ coniugis.*

13 *L. hac edictali non intrat quando alia causa, quam contemplatio coniugis, potest assignari.*

14 *Pater potest filios primi matrimonij ob malos eorum mores prætermittere, & filios secundi matrimonij instituere. vbi decisio.*

15 *Pater potest filium secundi matrimonij hæredem instituere, prætermissis filijs primi matrimonij, si ille est magis fetlicus, & patri gratus.*

16 *Pater potest maiorem dotem ex causa dare filiabus secundi matrimonij, quàm filiabus primi.*

17 *Pater citra fraudem potest diuersimodè tractare filios secundi matrimonij à filijs primi.*

18 *Pater relinquens plus filijs secundi matrimonij, quàm primi, præsumitur in dubio facere contemplatione secundæ coniugis.*

19 *Fraudis præsumptio inducitur in parentibus ex transitu ad secundas nuptias.*

20 *Eligi an possit filius secundi matrimonij quando alicui est commissa electio. vbi decis. nostri Senatus.*

21 *Electio commissa si sit de filijs secundi matrimonij, non propterea intrat l. hac edictali.*

22 *L. hac edictali non intrat nisi quando parentes donant de bonis proprijs, non quando de alienis ex commissione alterius.*

Eligens nihil dat. ibidem.

23 *Donatio inter virum, & vxorem est valida quando donantis facultates per eam non diminuuntur.*

24 *Nominatio in emphyteusi ex facultate sibi cōcessa de aliquo facta, non reuocatur per superuenientiam liberorum.*

GLOSSA VIII. PARS V.

Prosequitur interpretatio l. hac edictali, C. de secundis nupt. Et an ea procedat respectu filiorum secundi matrimonij, sicut respectu secundi coniugis.

1 VIsis suprà dictis † de primo casu dispositionis l. hac edictali, cuius materiam prosequimur, ℣ attinet ad prohibitionem ne plus relinquatur secundo coniugi, quàm vni ex filijs primi matrimonij, transeamus oportet ad secundum casum, in quo agendum est de prohibitione, quòd nec filijs secundi matrimonij relinquatur, sicut nec coniugi, plus quàm primi matrimonij liberis, qui est casus ingenti difficultate plenus: quamuis enim non multùm contingat, quòd propter secundum coniugē ei relinquendo contra dispositionem l. hac edictali plus quàm vni ex filijs primi matrimonij, obliuiscatur alter coniux filiorū primi matrimonij, succedit tamen persæpe ℣ filij secundi matrimonij, secundi coniugis contemplatione adhuc viuentis, & instigantis, filijs primi matrimonij iam prorsus oblitis præferantur.

In hoc casu iam suprà diximus hac eadem clausu. 5. glos. 8. par. 4. ex num. 2. & ex multis Doctorum, & Senatuum diuersorum auctoritatibus comprobauimus, dispositionē dictæ l. hac edictali, quæ loquitur de secundo coniuge tantùm, extendi etiam ad eorū liberos, propter eam præsumptionem quòd respectu secundi coniugis, & eius contēplatione legatum, & donatio facta sint potiùs, quàm amore liberorum.

2 Sed quia † duriuscula videtur ea extensio, tum quia plures sunt, illique non infimæ notæ Doctores, qui contrarium tenent, quorum plures referuntur à Thesauro loco allegato, & ab alijs etiam suprà citatis, & signāter dicit Gerar. Maynard. decisio. 75. lib. 3. nostram opinionem nunquam fuisse in curia Tolosana, in qua solent esse eminentissimi viri,

viri, admissam, imò vlteriùs doctissimam curiam eam tenere refert, quòd etiam si fiat institutio in fauorem victrici cum hoc, quòd teneatur restituere, seu dare bona liberis communibus, adhuc id non sit prohibitum, sed imò permissum, prout passim (inquit) † *iudicatur*. Circa quod est videndus etiam Aymo. Crauet. in consil. 193. num. 11. & Io. Petr. Surd. in consil. 250. per tot. volum. 2. Pro filijs secundi matrimonij tenet Ro. Roma. vti habetur apud Farinacium in vlt. volum. decisionum per eum recollectarum, decisio. 121. num. 2. vbi plures eius Rotæ *decisiones* referuntur. †† Dicit etiam Ioan. Franc. à Ponte in consil. 35. num. 28. in fin. contra nostram opinionem, & pro diuersa fuisse iudicis aulis in Senatu Neapolitano, in casu de quo ibi, *declaratum*: † tum etiam quia saltem negari non potest plura posse concurrere quotidie, propter quæ expediat, & rationi magis congruum videatur filium, vel filios secundi matrimonij hæredes potiùs instituere, & bona eis relinquere, quàm primis: vel etiam dari poterit casus, in quo nulla secundi coningis contemplatio considerari valebit, ideò bene est quod totum tempus quod in his consumpturi sumus, ponamus in istis casibus innestigandis, limitationibusq. perquirendis ad supradictam extensionem, vt casibus particularibus sæpè occurrentibus accommodare materiam valeamus.

3 Principalis † igitur limitatio, à qua plures aliæ dimanant, est, quando cessat causa suspitionis, tunc enim non militat dictæ legis dispositio. Ratio est patens, & manifesta, quia filex prædicta loquens de victrico, & nouerca tantùm, extenditur venit ad filios eorum, propter suspitionem fraudis q illorum contemplatione, quos lex odio habet, fuerit res donata, vel relicta, vt diximus, indè consequitur manifestè quòd dicta suspitione cessante, cessabit etiam, & cessare debebit dispositio, multis id probat Thesau. decisio. 170. num. 32.

4 Cessat † autem hæc suspitio, cùm mortuo secundo coniuge fit à superstite filijs secundi matrimonij donatio, tunc verè cessat suspitionis, & dictæ l. hac edictali ratio, quia nec adest coniux secundus, qui coniugem inducat ad donandum, vt dici valeat eius contemplatione facta donatio, nec qui emolumentũ aliquod ex donatione, quæ filijs fiat, consequi valeat, benè Thesaur. allegata decisio. 170. num. 32. Et licèt ibi, † & anteà
5 num. 25. dubitationem moueat ex quo dicta l. hac edictali sit non solùm mariti odio facta, sed etiam in fauorem filiorum primi matrimonij, ac etiam in odium mulieris, quæ per transitum ad secunda vota intulit iniuriam primo viro, & liberis eius, iuxta tex. in §. prosperimus, in authen. de non eligen. secun. nuben. & in odium intemperantiæ, & inhonestatis ipsius matris, vt ait Imperator in l. lex quæ tutores, §. lex enim, C. de administra. tuto. ibi: *Sed etiam quod per fœminas immoderatas, atque intemperatas prospexit minoribus, quæ plerunque nouis maritis non solùm res filiorum, sed etiam vitam addicit, &c.* Ego tamen † firmissimè limitationi adhæreo, vel ex eo solo, quod filijs secundi matrimonij nulla lege prohibitum reperiatur quin possit plus relinqui, quàm primi matrimonij liberis: solùm enim extenduè applicant eis Doctores dictæ l. hac edictali dispositionem, ex eo quòd de victrico, & nouerca loquens, prohibeat omnem circumuentionem, quæ circa hæc fieri posset, veluti si per interpositam personam fingèdo vni donare, ad alium, nempè secundum coniugem, commodum perueniret: cumque in donatione, quæ fit liberis secundi matrimonij, possit ea fraus præsumi, quòd scilicet non pro eis, & eorum contemplatione, sed secundi coniugis potiùs, & per illius inductiones fit facta donatio, quæ ratio cessat cùm iam non est in humanis secundus coniux, quia tunc nec eius contemplatio, nec etiam illius inductiones considerari valent, nec ali quod ipsius commodum, indè fit vt semper credam è viuis sublato secundo coniuge nõ esse alteri superuiuenti prohibitum filijs secundi matrimonij plus relinquere, quam fi-
7 lijs primi matrimonij. Conducit † text. in authent. de nuptijs, in §. nec illud, vbi mortuo secundo marito, si non transeat mater ad alias nuptias, quas tertias ibi Imperator vocat, potest vt vult de suis bonis disponere. Nec est iustum quod tunc permittatur liberis cõqueri de inæqualitate, qua vsus est parens inter filios primi, & secundi matrimonij, quia id solent etiam non raro facere parentes inter filios eiusdem matrimonij, quia in re propria sunt liberi mandatores, & arbitri, dum in iuribus legitimæ eos non defraudent: sic pro nobis censisse visus est Thesaur. dicta decisio. 170. num. 26. in fine, sed clariùs Surd. in consil. 250. numer. 26. & 29. lib. 2. & don Garcias Mestril. allega. decisio. 175. num. 16. & 26.

8 Quidam † id extendunt ad casum, quo clarè constet secundum coniugem nullum posse ex institutione, aut relicto filijs secũdi matrimonij percipere commodum, veluti si essent iam emancipati, vel expressim patri foret vsusfructus prohibitus, dicũt enim quòd tunc eo modo videtur cessare omnis fraus, ac totius fraudis suspitio, ac si post mortem secundi coniugis fuisset largitio in liberos

liberos ſecundi matrimonij facta, cuius opinionis eſt Ioann. Vand. lib. 1. variarum quæſtionum quæſtio. 27. relatus per Theſaurum in ſæpè citata deciſio. 170. num. 8. & 33. & Duran. de arte teſtandi cautel. 65. Conſentit Fachine. controuerſiarum iur. lib. 3. cap. 66. in verſic. Sic & ipſe ſtatuo, vbi in hac materia ſic diſtinguit, quòd aut victrico aliquid commodi euenit ex inſtitutione filiorum ſecundi matrimonij, aut non: primo caſu locum habebit (inquit) l. hac edictali, ſecundo verò non. 9 Et licet † hunc in hoc Doctorem reprehendat Andreas Molfeſ. in conſuetudi. Neapolita. par. 3. de ſucceſſio. ex teſtamen. quæſtio. 11. num. 5. dicens ſe mirari cur hic doctiſſimus vir non aduerrat vt victricus ex tali largitione habeat commodum: nam ſaltem (inquit) habet vſumfructum dictorũ bonorum. Ea tamen reprehenſio voluntaria admodum eſt, & magis de eo, quàm de Fachineo mirandũ, cur non aduerterit poſſe filios eſſe emancipatos, vel patri prohibitum vſumfructum, in quibus caſibus poſſit verificari quod Fachineus dicit de nullo tũc victrici commodo tractati.

10 Sed decipiuntur, † meo quidem iudicio, egregiè Doctores qui ſupradictam extẽſionem tenent, quamuis enim patri ſit vſusfructus perceptio prohibita, contemplatio tamen ipſius non ceſſat, propter quam præſumitur mater filios primi matrimonij ſe excoriaturam, vt dicunt omnes, qui rem hanc tractant, & præterea, quantumuis patẽtibus ſit prohibitus vſusfructus, vel à lege, vel ab homine, vix tamen erit quòd à filio patri prohibeatur vnquam illius perceptio, illi enim vt boni filij ſolent, & debent patri cõplacere, atque ita ſemper fraus legi fiet cõtra Imperatoris mentem in dicta l. hac edictali. Sic pulchre Theſaur. allegata deciſio. 170. num. 22. & num. 23. dicens cautelam vt patri prohibeatur vſusfructus, ne dictæ legis diſpoſitio locum habeat, videri verbalem; & fraudulentam, & ideò non obſeruandam. Adde quòd viuente marito vxor, vel viuẽte vxore maritus, non dicentur liberè de bonis ſuis diſponere, ſemper enim alter alterum inſtigabit vt filios communes inſtituat, quod erit ſufficiens ad cogitandum ferè ſemper huiuſmodi diſpoſitiones eſſe debere de iure reprobatas, vt particulariter conſiderant Lacello. Gal. in conſi. 18. num. 50. & Meſtril. allegata deciſio. 175. num. 19. in 2. vol. & alij per eum relati, & quod datur filio ſemper cadit in vtilitatem patris, vt benè dicebat Meſtril. vbi ſup. num. 14.

11 Idem † quod dictum eſt in ſupradicta limitatione arbitror futurum quando ex primo quidem matrimonio non eſſent niſi fœminæ, ex ſecundo autem & poſteriore maſculi liberi, tunc exiſtimarem licere parentibus fœminas relinquere cum ſuis legitimis, & vnum ex ſecundi matrimonij liberis hæredem inſtituere. 12 Ratio eſt, † quia tunc ceſſat ratio, & cauſa prohibitionis; videmus enim quòd non ex contemplatione ſecundi coniugis eſt inſtitutio facta, ſed ex illa maiori affectione, qua ſolent omnes fœminis præferre maſculos, per quos conſeruatur agnatio, & familiæ nomen, ac etiam in eis magis conſeruatur, & reſplendet noſtrum eſſe, quàm in fœminis, prout benè probat Alex. Rauden. in conſil. 35. num. 8. lib. 1. & Ludoui. Caſanate in conſil. 53. num. 87. Quoties 13 ergo † aliam aſſignare poſſumus rationem, & cauſam inſtitutionis filiorum ſecundi matrimonij, quàm contemplationis ſecundi coniugis, ego nũquam ſequerer opinionem tenentium fore parentibus prohibitum plus relinquere liberis ſecũdi matrimonij, quàm primi, eo modo quo non eſt permiſſum relinquere victrico, vel nouercæ. Non adduco alia in confirmationem huius opinionis: fortiſſimum enim eſt argumentum à ceſſante cauſa, & ratione ſuperiùs propoſitum, à quo hæc reſolutio dimanat, & vires capit.

14 Non eſt † abſimile quod Gaſp. Antonius Theſaurus tradit in propoſito in additionibus ad Antoninum patrem in deciſio. Pedemonta. 170. ad num. 32. & poſt eum Ioann. Bapti. Coſta de portio. rata quæſtio. 85. nu. 8. quòd ſi mater non zelo ſecundi viri, ſed odio filiorum primi matrimonij ob malas verſationes erga ipſam, inæqualiter illos inſtituat, idque declaret in teſtamẽto, vel alia coniectura eliciatur, tunc ſeruanda eſt diſpoſitio non obſtante inæqualitate, atque † ita dicit idem Theſaur. fuiſſe *declaratam* in facti contingentia in illo Pedemontano Senatu de anno 1595. idque non ex alia ratione, quàm quia videmus ex alia cauſa, atque ratione motum coniugem ad diſponendum in fauorem filiorum ſecundi matrimonij.

15 Et hoc † idem etiam eſt quod dictus Antoninus Theſaurus docet in citata deciſione 170. nn. 30. quòd ſi filius ſecundi matrimonij eſt adeò feſtiuus & gratus, vt aliquid plus mereatur, quàm alius ex primo matrimonio, vel eſt ita ſerijs, grauibuſque ſtudijs deditus, vt maiore gratia dignus ſit, vel denique eſt notabiliter præ alijs de matre benemeritus, tali caſu licet ei plus in dictum filium, quàm in reliquos primi matrimonij, vel etiam ſecundi matrimonij filios conferre, tunc enim ceſſat fraus, & illius ſuſpitio, cauſaq. prohibitionis, cum aliam videamus amplioris largitionis cauſam, allegat Theſaur. ad idem Bertran. & moder. Pariſien. viden.

den. Adde Alexan.Rauden.variarum reſolutio.cap.55.num.18.& Meſtril.deciſ.Sicil. 175.num.27.

16 Et denique † idem procedere arbitror in caſu qui multùm practicatur, ſæpiſſimèque contingit,quo coniux donaret plus in dotem filiabus ſecundi matrimonij, quàm dediſſet anteà filiabus primi, putà quia vel propter mutationem temporis adauctę eſſent dotes, vel quia iſtud vltimũ matrimonium plus meruiſſet quàm primum,aut propter maiorem viri qualitatem, aut ex alijs circunſtantijs, quas in ſuperioribus ponderauimus dum diſputauimus vni plus quàm alteri ex filiabus eiuſdem matrimonij an poſſit pater dare in dorem: cùm enim in iſtis caſibus appareat particularis ratio,ob quam citra aliquam ſecundi coniugis contemplationem, oportuit quòd coniux donaret plus filiabus ſecundi matrimonij, quàm primi, indè ſequitur ꝙ in eis non verificetur prohibitio, nec prohibitionis ratio, viden.Ruin.in conſil.56.nu. 9.lib.3.& Theſaur. allegata ſæpè deciſione 170.num.23.

17 In ſumma, † quoties ex his, aut alijs reſpectibus poteſt comprehendi non ſecundũ coniugem,& illius contemplationem fuiſſe cauſam amplioris donationis, quæ fiat ſecundi matrimonij liberis, quam primi, tunc ſemper ab extenſione recederem,quæ tenet ſic filios ſecundi matrimonij comprehendi ſub prohibitione l.hac edictali, quemadmodum ſecundum coniugem, ex eo quòd ceſſaret tunc extenſionis ratio, qua de re plenè apud Laderch.Imolen.in conſil.147.num.1. & 2.& per totum, vbi dicit, quòd ſi mater donat filijs ſecundi matrimonij, & certũ ſit nullam ſubeſſe fraudem, quia abſit contemplatio patris, donatio valebit, verè enim permittitur parentibus citra fraudem, etiã inæqualiter, tractare filios, l.parentibus,C. de inofficio.teſtament.poſtea docet ex quibus cauſis poſſit fraus ſuſpicari in hac materia. Idem ſequitur Io.Bap.Coſta de portio. rat.quæſtion.85.numer.11. Et hoc idem eſt quod dicit noſter Cancer in 3.par. variarum † reſolutio.cap.2.de inuentar.nu.197.*ſtruare* noſtrum Senarum, quòd poſſit coniux plus relinquere ſecundi matrimonij liberis, quã primi,vbi in relicto veriſimiliter conſiderati fraus non valeret.

18 Dixi † id procedere quoties ex ſupradictis reſpectibus poteſt comprehendi non cõtemplatione parentis,ſed ex alijs cauſis fuiſſe liberis ſecundi matrimonij factam ampliorem largitionẽ, quàm filijs primi, quia niſi id conſtaret, in dubio ea contemplatio
19 præſumeretur, quia fraudis † præſumptio à lege inducitur ex tranſitu ad ſecunda vota relictis filijs ſecũdi matrimonij, l.lex quę tutores,C.de adminiſtratio.tutor.& ſic largitio non valeret,pront plenè probat Theſau. allegata deciſio.170.num.27. Alexan.Rauden.in citata reſolutio.55. nu.16. licèt controuertat Alexan.Trentacinq. in ſæpè citata reſolutio.5.tit.de matrimon. num.34. in verſic. In primo caſu concludunt DD. pag. 347. col.1. Quia tamen hæc diiudicare dependet ex circunſtantijs facti contingentis, ſine quibus vix eſt ꝙ certa regula conſtitui valeat, ideò ad eas attendendum arbitror, & ſecundùm quod reperietur, declarari debere. Hæc quæ ex his, quæ magis in praxi quotidiè contingunt tractanda, præſertim ſelegi, ſufficere arbitror ad neceſſariam intelligentiam l.hac edictali,C.de ſecun. nup. Reliqua videbis,ſi volueris, apud Doctores in toto diſcurſu de ea facto citatos. Volebam videre aliquam circa rem hanc difficilẽ concurſus filiorum primi, & ſecundi matrimonij noſtri Senatus deciſionem,qua ea clarior, & certior redderetur, ſed non potui, licèt multùm inuigilauerim aliquem caſum reperire, in quo de hoc tractatum ſit vnquã. Sed quãdo iam fermè deſperabam, prodijt in lucem ſentẽtia Regia lata 14.Iulij 1621. in cauſa pupillorum Antichs contra Iacobũ Caſadamunt, referente egregio Senatore Balthaſare Morell, quæ latiſſimè diſceptationes inter filios primi, & ſecundi matrimonij circa hæc decidit. Eam videbis infrà in fine huius tractatus materiæ l.hac edictali, quam notabis.

20 Inueni † ꝙ de anno 1608.fuerit in eodem noſtro Senatu diſputatus hic in hac materia caſus,nũ hæreditamento,& donatione factis in capitulis matrimonialib. per patrẽ,& auũ filio,& nepoti reſpectiuè nubẽti, de omnib. bonis ſuis,cũ pacto quod teneretur donatarius in bonis donatis eligere vnum ex filijs ſuis, potuiſſet dictus donatarius eligere filium, vel filios ſecundi matrimonij,prætermiſſis illis, qui ſupererant ex primo,& fuit † *reſolutum* ſub die 6. Februarij anni prædicti,referente egregio quondã Senatore Raphaele Rubi & Coll, in cauſa Antonij Arquer contra Franciſcum Font, quod ſic.Vidi concluſionem in Archiuo Regio.Quæ deciſio duo continet puncta: primum, an data electione in capitulis matrimonialibus eligendi vnum ex filijs donatarij, poſſit eligi is qui ſit non ex illo matrimonio, quod tũc contrahebatur, ſed ex alio poſteà ſequuto, & hic ſolus punctus fuit deciſus in ea cauſa, quia ſumptum fuit motiuum, *quòd inter nepotes, vel abnepotes prim,vel ſecundi matrimonij idem ſit affectus au,vel auani*,ex multis quos ego ipſe ad hoc propoſitum adduxi in pri-

in primo huius operis tomo clau.4.gloſſ.9. par.1.à num.19.& ſignanter ex Menoch. in illo celebri ad hoc inſtitutũ conſ.40. (quod inibi proprer incuriã typographi reperitur allegatum 41.) volum.1.Quibus nunc adde Anton.Gamma deciſio.233. & ibi eſt bona additio Blaſ.Flor. & poſteà ponuntur ad literam alia motiua alterius ſimilis cauſæ anteà declaratæ, referente egregio tunc Senatore, nunc verò in ſupremo Aragonum Cõcilio Regente, don Saluatore Fontanet, cuius ego memini in hac eadem clauſula gloſſa præcedenti num.36.in qua ego eram aduocatus.

21 Alter punctus, † qui non fuit ibi deciſus, eſt, ſi teoebatur dictus donatarius æqualiter tractare filios vtriuſque matrimonij quoad bona prædicta donata, & ſic ſi erat facere contra diſpoſitionem l. hac edictali ea omnia relinquere filijs ſecundi matrimonij, & nihil filijs primi, veluti ſi iſte donatarius in bonis quidem ſuis proprijs æqualiter filios primi, & ſecundi matrimonij inſtituiſſet, filios aurem ſecundi melioraſſet vlteriùs in iſtis bonis ſibi donatis, eligendo eos vt dicta bona donata præcipua haberent; vel ſi ponamus quod nihil aliud donatarius haberet in bonis præter donata cum ſupradictis conditione, & onere, prout ſæpè contingit, & in eis eligeret filios ſecundi matrimonij, & inæquales eos cum filijs primi faceret, prout in noſtro caſu particularirer ſucceſſit, in quo donatarius nihil prorſus aliud acquiſierat quando deceſſit, nec habebat præter bona donata, & tantùm inſtituit hæredem ſuum vniuerſalem vnum ex filijs ſecundi matrimonij, quæ inſtitutio data fuit pro legitima electione facta in bonis ſibi donatis, ad per nos tradita in primo tomo clauſu.4.glo. 5.nu.63. & tradenda in inferioribus in materia ſponſalitij, vbi eandem materiam reaſſumam, an tunc intraret noſtræ l. hac edictali diſpoſitio. Dic breuiter quòd non.

22 Ratio, † meo iudicio, eſt euidens, quia lex procedit in largitione,& donatione vera parentum, ac de ea quæ fit de eorum bonis,nõ de ea quæ de alienis: in noſtro autem caſu iſte qui nominat nihil prorſus de ſuo confert re, aut donare dicitur, vel vllam liberalitatem exercere, prout probat l.vnum ex familia, §.1. de legat.2. ibi: *Quid enim eſt, quod de ſuo videtur reliquiſſe, qui quod reliquit, omninò reddere debuit?* iuncto principio,ibi: *Perindè omnia ſeruabuntur, ac ſi nominatim ei qui poſteà electus eſt, primo teſtamento fideicommiſſum fuiſſet relictum. Non enim facultas neceſſariæ electionis, propriæ liberalitatis beneficium eſt.* Idem probat l.ſi adrogator, ff.de adopt. ibi: *Non oportet admitti fideicommiſſum, quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, ſed principali prouidẽtia.* Concordat l.rem legatam, ff.de adim. lega.in fi.& l.ſi ſeruo, ff.de hæred. inſtituen. Nominans enim nihil de ſuo præter nudum miniſterium dicitur præſtare, vt habetur in dicto §.1.l.vnum ex familia, Segura in eadẽ l.in §.ſed ſi fundum, num.184. latè Cald. à Perey.de emphyte.3.par. de poteſta.eligẽ. cap.4.num.1.2.3.& 4.& cap.16.num.3.qui alia in idem iura allegat,ego ipſe in 1.rom. clauſ.4.glo.9.par.5.à num.95.

23 Iudè † in l.ſi ſponſus, in §.ſi maritus,ff.de donatio.inter vir.& vxo. cuius ego ad aliud propoſitum non ſemel memini in 1. tomo clau.4.glo.9.par.5.à num.117.in fin. dicitur validam eſſe donationem à marito vxori factam ab alieno procedentem patrimonio, & per quam mariti facultates non minuuntur, & proindè alr Iuriſconſultus validã eſſe mariti repudiationem hæreditaris, vt illa vxori acquiratur, quia pauperior factus non eſt. Ita eum textum expedit Cald.à Perey. in 3.par.de iure emphy. cap.4.de poteſtate eligen.num.4. vbi vlteriùs dicit text.prædictum magis ſtringere in ver. ſi quis, vbi maritus fuit grauatus, certa parte hæreditatis rerenta, cæteras partes hæreditatis vxori reſtituere,ſed marjtus nihil retento vniuerſam vxori hæreditatem reſtituit. Reſpondet Iuriſconſultus magis videri maritum defuncti voluntatem adimplere,quàm vxori donare, pulchra ſunt illa verba: *Celſus adiecit, quòd plerique magis fidem exoluunt in hoc caſu,quã donant, nec de ſuo putant proficiſci, quod de alieno pleniùs reſtituunt, voluntatem defuncti ſequuti.* Et paulò inferiùs: *Vbicunque igitur non diminuit de facultatibus ſuis qui donauit, vel etiam diminuit, locupletior tamen non fit qui accepit, donatio valet.*

24 Per quæ † pulchrè decidit idem Perey.in dicto cap.4.in princip.nominationem factã in emphyteuſi ex facultate per alium nominanti tributa,non reuocari per filios poſteà natos vigore l.ſi vnquam,C.de reuocan.donatio.quandoquidem illa intelligitur de vera, & propria donatione de bonis patris facta, qualis non eſt hæc de qua agimus. Per eadem,eſt quòd nos noſtrã reſoluamus quæſtionem, dicentes nec noſtram nominationem reuocari vigore l.hac edictali,quia non eſt vera, & propria donario de bonis patris facta. Præterea non eſt materia applicabilis, quia non poſſet obſeruari id quod in dicta l.hac edictali præcipitur de permutandis ſortibus, vt filij primi matrimonij habeant, & recipiant quod ſecundis donatum,vel relictum erat,& è contra filij ſecundi id quod primi,ſicuti conſiderabat idem Cald.Perey.

in

in casu l. si vnquam in loco suprà proximè allegato.

Post hæc scripta, & iam impressa declarata fuit in Senatu die 14. Iulij 1621. causa, quæ referente egregio Senatore Balthasare Morelli ducebatur inter pupillos Antichs, & Iacobum Casadamunt, Actuar. Pastor, super hac materia l. edictali, inter filios primi, & secundi matrimonij. In qua fuerunt ferè omnia approbata, quæ nos in superioribus tradidimus.

Primò, quòd parentes possunt, fraude cessante, relinquere quantum voluerint filijs secundi matrimonij, sed non in fraudem, id est non sola causa gratuita, sed contemplatione secundi coniugis.

Secũdò, fraudem, & sic contemplationẽ secundi coniugis elicit ex eo quòd non prohibuerat mater, quæ dispositionem fecerat, patri vsumfructum bonorum, quæ relinquebat filijs secundi matrimonij.

Item ex eo quòd reliquerat eidẽ electionem filij secundi matrimonij, vt quem ipse eligeret esset matris hæres.

Maximè cùm ex primo matrimonio adessent duo filij masculi: ex secũdo verò vnus tantùm, & vna filia, sicque præter ordinariã hominum consuetudinem, qui solent semper masculos præferre fœminis, hæc mulier in electione patris posuit si vellet filiam fœminam secundi matrimonij habere bona, exclusis masculis, quod (inquit Senatus) fraudem præsefert.

Considerauit etiam Senatus, quòd omnes filij, tam primi, quàm secundi matrimonij erant in infantili ætate constituti, in quibus propterea nec merita, nec demerita respectiue cadere poterãt, iuxtà l. si quis in suo testamento, §. legis autem, C. de inoff. testa. vt primi reliquerentur, secundi verò præmiarentur extraordinariè.

Considerauit item Senatus aliam potestatem quam vxor dederat secundo viro, dicẽdo quòd posset conferre bona sua in filium, vel filiam eis communem, quem, vel quam ipse vellet, & cum pactis, vinculis, grauaminibus, & conditionibus ei benè visis ad beneficium filiorum suorum.

Et finaliter fuit consideratum, quòd ista mulier in casu quo bona deuenirẽt ad alios, quos post filios certo modo vocauerat, voluit dicto viro suo ex eis remanere debere quatuor mille libras ad suas voluntates. *Ex quibus* (inquit concludendo Senatus) *cõstat institutionem prædictã esse factam in fauorẽ filiorum secundi matrimonij potius contẽplatione, & affectu dicti N. eius secundi viri, quam filiorum, & sic in fraudem. Quod etiam* (pergit vlterius) *in dubio præsumendum est.*

Et circa formam diuisionis bonorum, fuit dictum ea æqualiter inter filios tam primi, quàm secundi matrimonij fore diuidenda, ac si institutio non foret facta. Quod nota, quia videbatur contrarium dicendum, cùm enim dispositionẽm l. hac edictali ad hunc casum extendamus, & ei applicemus, ac illius vigore faciamus reuocationem, sequitur quod præxim etiam illius quoad portiones bonorum faciendas, sequi debeamus, ne partim legis dispositionem amplectamur, & partim contemnamus. Tractatũ de hoc in Senatu multis fuit, qui æquitatem, quæ est pro æqualitate filiorum, seruare in hoc voluit. Et quamuis diceretur tunc per aliquos qui contrarium defendebãt non reperiri Doctorem qui id dicat, ego tamen video quod de hac eadem re, & modo æqualiter diuidendi inter filios, habes aliam similem decisionem, in qua idem prorsus, vt annullata dispositione facta in filiorum secundi matrimonij fauorem, bonorum fieret † æqualis diuisio, fuit etiam *declaratum* in Senatu Siciliæ apud don Garciam Mestrillum decis. 175. in 2. volum. quam iam ego suprà non semel retuli. Idem colliges ex decisio. Thesaur. 170. Et 435. & 853. Vincentij de Franch. quas etiam in superioribus adduxi, in quibus illi Doctores tractantes hanc materiam hoc loquendi modo vtuntur, quòd pro æqualitate filiorum vtriusque matrimonij, recisis dispositionibus inæqualiter in fauorẽ filiorũ secundi matrimonij factis, fuit † *iudicatum*. Eandem decisio. Mestril. notabis benè, quia confirmabis ferè omnia, quæ in hac nostri Senatus posita fuere: eadem enim ferè omnia Senatus ad hanc decisionẽ mutuauit ab illa. Cæterùm ea non fuit cõtentatus dictus Casadamunt, quia supplicauit ad aliam Aulam. Si contingeret (quod non video posse fieri) antequam hæc absoluerentur, declarari, ponerem libenter decisionem; tu curabis postea, si opus habebis, eam petquirere.

Nota finaliter, vt nihil quod prodesse possit, ignores, fuisse in eadem decisione nostri Senatus dictum non subiacere dispositioni l. hac edictali, quandam donationem bis mille librarum, quas de consensu parentum, & aliorum matrimonio interuenientium, vir, & vxor, quilibet ex bonis suis, fecerant in contractu secundi matrimonij filijs ex eo procreandis, vt commodè possent collocari, ex ea ratione, quia ibi non poterat considerari contemplatio secundi coniugis, sed pia duorum intentio. Ad quod confirmandum satis tibi materiam dedi in superioribus, dum de validitate largitionum, & donationum in filios secundi ma-

Digitized by Google

di matrimonij, quando ceſſat contemplatio ſecundi coniugis, egi.

SVMMARIA.

1 Creditores dotantis poſſunt dotationem impugnare, ſi ſit in illorum fraudem facta.
2 Dotatio filiæ in fraudem creditorum dicitur facta quando facta eſt in plus quàm filiæ deberetur.
3 Creditores an poſſint impugnare dotationem filiæ debitoris in vita mariti.
4 Dotatio inofficioſa reuocatur non expectata morte viri.
5 Creditores non agunt ad reuocationem dotationis filiæ debitoris in vita mariti, & numeris ſeqq. & ibi rationes.
6 L. ſi fraudator, §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. creditor. declaratur, & numeris ſequentibus.
7 Abſurdum quod reſultat ex eo quòd dicitur filios in vita mariti reuocare donationes inofficioſas, creditores verò non.
8 Affict. deciſ. 86. perpenditur.
9 Titulus dotis non eſt ita oneroſus ſicut alij tituli verè oneroſi.
10 Filij reuocant dotationem ſororis immodicam uſque ad legitimam, creditores verò, ſi eis id permitteretur reuocatio, id eſſet in totum.
Reprobatur à Barboſ. ibid.
11 Filij reuocant tãtum donationem inofficioſam in exceſſu, creditores autem volunt reuocare in totum.
12 Reprobatur à Barboſ. ibid.
13 Filij habent ius in re in bonis paternis, & maternis, creditores verò non idem ius habent.
Reprobatur ab Auctore. ibid.
14 Filij debilius ius habent in bonis parentum, quàm creditores.
15 Filios expectare debere mortem mariti ſororis, cui immodicè donatum eſt, ad recuperandum ſuas legitimas, iniuſtum foret.
Reprobatur ab Auctore, quatenus ſit differentia inter filios, & creditores. ibidem.
16 Legitima filiorum non venit in generali ſermone.
Reprobatur ab Auctore, quod ex ratione allegata in præcedenti numero infertur. ibidem.
17 Opinio Petri Barboſ. & eius refutatio, circa §. ſi à ſocero, l. ſi fraudator, ff. quæ in frau. credi.
18 Opinio Auctoris circa §. ſi à ſocero, l. ſi fraudator, ff. quæ in frau. cred.
Filij non expectant mortem mariti ad revocandum pro ſuis legitimis dotationem ſororis, ſecus eſt in alijs creditoribus. ibidem.
19 Quomodo poſſit fieri quòd filij deducant ſuas legitimas ante mortem mariti ſororis, creditores verò non, præſuppoſito quod legitimæ non poſſunt detrahi, niſi deducto ære alieno.
20 Filij non habẽt hypotecam in bonis patris pro ſuis legitimis.
21 Creditores priores non auocant pecuniam ſecundo creditori ſolutam bona fide conſumptam.
22 Maritus in dote habet cauſam oneroſam.
23 Fundus dotalis euinci poteſt conſtante matrimonio.
24 Pecunia dicitur conſumpta ne poſſit auocari à primo creditore, quando eſt immixta cum alia.
25 Dotatio conſiſtens in pecunia non reuocatur ob legitimas alijs filijs debitas, ſed benè ſi conſiſtit in bonis immobilibus, ſecundum Vrſill.
26 Sed reprehenditur à Petro Barboſa, & alijs.
27 Pecuniæ auocationis materia per quos Doctores tractetur.
Cancerij opinio circa materiam auocationis pecuniæ. ibidem.
28 Creditores perſonales nullam habentes hypotecam non tractant de auocatione pecuniæ poſteriori ſolutæ.
29 Ampliationes, & limitationes, remiſſiuè.
30 Creditor perſonalis, etiam priuilegiatus, non auocat pecuniam ſolutam ſecundo creditori ſecundum aliquos, licèt ſic ſecundum alios.
31 Opinio Gaſpar. Anton. Theſaur. in hac materia.
32 Creditor primus hypotecarius auocat pecuniã extantem ſecundo creditori ſolutam, ſecus eſt in non extante bona fide conſumpta.
33 Pecunia conſumpta, non eſt dare rem quæ perſequi poſſit in vim hypotecæ.
Pecuniæ in genere ſolutio facit extingui dominium, & hypotecam, & rei vindicationẽ impedit. ibidem.
34 Hypoteca eſt debilior dominio.
35 Filius non tenetur imputare in ſuam legitimam, & Trebellianicam pecunias conſumptas, licèt ad non conſumptas teneretur.
36 Hypoteca non datur in re aliena.
37 Pecunia extans auocatur à ſecundo creditore. vbi deciſ.
38 Pecunia extare dicitur quando promiſſum eſt eam reſtituere in caſu moleſtiæ alterius. vbi deciſ.
39 Pecunia dicitur extare quando ſolutio facta eſt ſine præiudicio partium.
40 Pecunia dicitur extare quæ conſiderari poteſt vt ſpe-

vt ſpecies, veluti quando eſt ſuper montibus, ſub cenſu, vel ſequeſtro, vel depoſito in ſacculo.

41 *Pecunia dicitur extare quando eſt deſtinata ad emptionem prædiorum.*

Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, inter immobilia connumeratur. ibidem.

42 *Pecunia dicitur extans quando debetur ratione certæ ſpeciei.*

43 *Pecunia dicitur extare quando eſt promiſſum reſtituere eam, quando apparent alij creditores.*

44 *Creditor non auocat pecuniam ſolutam ſecundo, quando illa non extat, ſed eſt bona fide conſumpta. vbi deciſſ.*

45 *Creditor primus non auocat quod eſt ſecundo ceſſum, licèt non exactum, quia habet vicem ſolutionis.*

46 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

47 *Creditor primus auocat debitum ceſſum, ſecundum noſtri Senatus declarationem.*

48 *Pecunia bona fide recepta, & conſumpta non auocatur à ſecundo creditore. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

GLOS. VIII. PARS VI.

De congruitate, aut incongruitate dotis reſpectu creditorum dotantis.

An, & quando poſſint dotationem reuocare creditores.

Et pecuniam per maritum, vel aliũ poſteriorem creditorem receptam auocare.

1 TErtius † à nobis in principio huius congruitatis, & incongruitatis doris tractationis ptomiſſus tractari articulus, erit reſpectu creditorum dotantis, an & quando ipſi poſſint dotationem filiæ, vti in eorum fraudem factam, impugnare. Hũc articulum reſolue affirmatiuè ex text. in l. 2. ſi ſucceſſione, iuncta gloſ. verb. data ſunt. C. dè reuocan. his &c. & in l. ſi fraudator, quę eſt finalis, in §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. credit. l. ait prætor, §. cum mulier, & ibi gloſ. in verb. conſtitutum, & l. hac in factum, verſ. Et ſi fraudator, ff. quæ in fraud. creditor. Mateſilla. in dicta l. 2. nu. 2. C. de reuocan. his &c. quæ lectura habetur in volumine ſingulariũ diuerſorum Doctorum poſt ſingularia eiuſdem Mateſilla. egregius Senator noſter Hippolytus Montaner in addition. ad Olib. de actio. par. 2. cap. 18. n. 14. poſt eũdem Olib. ibid. nu. 18. verſ. Quin & dos.

2 Conſiſtit † ergo incongruitas dotis reſpectu creditorum, quando in eorum fraudem eſt per patrem filia dotata in plus quàm deberetur, & tali caſu agunt creditores, & agere poſſunt ad reuocationem. Contigit hic caſus non multis ab hinc annis in quodam mercatore, quem honoris cauſa ſubticeo, qui paulò ante quàm decoqueret, de proximo tamen decocturus, nuptui tradidit quandam filiam ſuam cum dote trium mille librarum in pecunia numerata ſtatim ſolutarum, cumque poſt decoctionem, tunc quaſi immediatè ſequutam, creditores prætendetent reuocationem donationis prædictæ, tanquam in illorum fraudem factæ, oportuit quòd res amicabiliter cõponeretur, ne gener debitoris moleſtaretur.

3 Sed quando † id creditoribus liceat, num ſtatim atque eſt dotatio, ſeu in dotem datio facta, in præiudiciũm mariti, an poſt mortẽ ipſius, difficultatis eſt non modicæ. Eam diffinire videtur text. in l. ſi fraudator, in §. ſi à ſocero, ff. quæ in fraud. creditor. ſtatuens mariti mortem fore expectandam, & nihil ante eam fieri poſſe, niſi ipſum de fraude participaſſe probaretur, vt ibi dicitur. Materiam huius text. iam aliàs non ſemel in ſuperioribus tractaui, & ſignanter vbi de materia authenti. res quæ, C. commu. de legat. de dote inofficio. & de l. ſi vnquã egi, & ſemper ingentem difficultatem, quam in ſe continet, prætuidi, ibi ſola remiſſione contẽtus, ad alios Doctores, qui ei reſpondebãt, eiuſque materiam explicabant, ab eodẽ me expediui: nunc autẽm id non licebit, cùm ceciderit ſors vt de ea materia diſputare habeamus, quæ ad plenum dicti textus merita tangit. Præſtabo libentet quod potero, poſt quam non valeo terga vertere, nec recuſare laborem, vt ſaltem iuuem eos in aliquo, qui poſt me voluerint hoc idem onus ſuſcipere.

Oportet tamen quòd priùs reuocemus in memoriam quæ locis ſuprà citatis circa hãc materiam docuimus, ex quibus quæ dicenda

4 ſunt fient manifeſtiora. Diximus igitur, † & multis probauimus, quòd quando donatio, quæ filiæ fit pro dote, eſt inofficioſa, & proindè debet reuocati vſque ad aliorum filiorum legitimam, vel etiam poſt factam huiuſmodi donationem adnaſcuntur patri alij liberi, propter quos reuocatio illius petmittitur, id fieri incontinenti poteſt, nec eſt mariti, cui res donata conſtituta fuit in dotem, mors expectanda. Oppoſuimus de hac l. ſi

frau-

frandator, in §. si à socero, ff. quæ in fraudem creditor. quæ contrarium vult respectu creditorum, vt diximus. Pro responsione remisimus lectorem ad Doctores ibi citatos, qui ei respondent, & signanter ad Pet. Barbosa, qui maius rempus in hoc consumpsit.

5 Nunc cogimur † vigore huius tex. contrarium resoluere respectu creditorum eius, q̃ respectu liberorum resoluimus in supradictis locis, vt licèt ijs permittatur agere ad reuocationem donationis in dotem factæ, quando est inofficiosa, etiam viuente marito, cui constituta est, non tamen illis. Cùm autem id fieri non valeat nisi ex aliqua particulari ratione, quæ in altero ex his casibus militet alteri non applicabilis, necesse propterea est quòd eam nos perquiramus pro perfecta mareriæ intelligentia.

6 Sed multùm † conturbat ratio à Iurisconsulto expressa in dicto §. si à socero, quamobrem ibi resoluat non posse creditorẽ agere contra maritum, & eius vita durante ad reuocationem alienationis in aliorum frandem factæ, quia (inquit) similis est in hoc casu maritus creditori, qui à fraudatore quod ei debetur accepit, & sic maritus tanquam creditor habet in dotem causam onerosam, vt ex ea sustineat onera matrimonij, à quo, si de fraude non participauit, non potest pecunia auocari, maximè quando est consumpta bona fide, quæ est ratio considerata in proposito per Andream Molfes. in commentar. ad consuetud. Neapo. par. 4. de successio. ab intestato, quæstio. 26. num. 21. Et etiam *quia* (inquit text.) *maritus indotatam vxorẽ ducturus non fuisset.* Quas rationes æquè militare respectu filiorum donationem reuocare volentium tanquam in fraudem suarum legitimarum factam, atqui respectu creditorum, qui putant in eorum fraudem largitionem fuisse in filiam collatam, nemo est qui non videat, cùm generales sint tariones prędictæ, nec restrictionem admittant.

7 Prætereà † si rem ad praxim applicemus, videbimus grauissimum absurdum, quod ex hac differentia inter hos duos casus orietur infallibiliter inuitabile. Pone quòd dotata filia inofficiosè respectu reliquorum filiorum, & in fraudem etiam respectu creditorum dotantis, ac constitutis bonis donatis in dotem marito, moritur pater, veniunt filij, & petunt donationis inofficiosæ reuocationem vsque ad suas legitimas, veninnt & creditores, & petunt eiusdem donationis in totum reuocationem propterea quòd sit in eorum fraudem facta. Quid iuris, per contor, erit? Facilis est responsio iuxtà suprà tradita, quod filij audientur, creditoribus autem denegabitur audientia donec moriatur maritus. Quid, quæso, hac re potest esse absurdius, cùm per eam excludantur qui de iure deberent esse potiores; certum enim est quòd creditores excludũt filios, propterea quòd eis est prius soluendum, & posteà deducto ære alieno computatio legitimæ faciendа, cùm ea non debeatur mortuo patre nisi de eo quod dicto ære alieno priùs deducto, supereſt in hæreditate. Per hoc † vix abfuit quin ad sequendum doctissimi Neapolitani Concilij determinationem factam 8 apud Matrheum de Afflictis decision. 86. & ad redeundum ad eam compellerer, quamuis multùm ab omnibus reprobatam, & à nobis non admissam loco citato, vbi de materia authen. res quæ, C. commun. de legatis † egimus, qua decisione *decisum* extitit, & determinatum inter duos casus prędictos nullam esse differentiam, imò sicut non possunt creditores agere constante matrimonio ad reuocationem alienatorum in eorum fraudem, ex d. §. si à socero, l. si fraudator, sic nec filij ad reuocationem inofficiosæ in eorum præiudicium donationis.

Si prædictæ differentiæ, & discrepantiæ aliquam Doctores adferrent, quæ saltem apparens esset, rationem, tollerari res posset, sed non vidi huc vsque, licet multùm in hoc insudauerim, quicquam quod satisfaceret: id tibi monstrabo in sequentibus: audi attentè quæso.

9 Dicunt † plures rationem diuersitatis inter prædictos casus esse, quia titulus dotis non est ita onerosus sicut alius titulus, quia in alio titulo emens, vel recipiens dedit verum prætium loco rei; & transiuit in patrimonium alienantis, quod non est in dote. Hoc dicit Antonius Gomez in l. 29. Tauri, num. 34. Sed quid concludat ad propositum ego non video.

10 Dicunt alij, † quòd quia creditores reuocant in totum, & filij vsque ad legitimã dumtaxat, & sic in illorum reuocatione agitur de maiori præiudicio, quàm in reuocatione libetorum, ideò illis non permittitur suas posse in vita mariti exercere actiones, ijs verò sic: magnum enim inconueniens esset, quòd auocaretur à marito tota dos sibi tradita, taliter quòd indotatã cogeretur sustinere quam noluit nisi dotatam accipere, quod inconueniens non est ita considerabile quando per reuocationem dotis inofficiosæ auferunt filij aliquam illius particulam pro suis legitimis. Hanc rationem adducit idẽ Gom. vbi suprà, & alij relati per Petr. Barbos. in l. 2. in princip. num. 173. ff. soluto matrimon. Sed occurrit idem Barbos. dicens obstare regulam l. quæ de tota, ff. de rei vindicatio. Idem enim priuilegiũ debet habere

quæ-

quælibet dotis particula, quod tota ipſa dos. Obſtat præterea ratio eiuſdem §. ſi à ſocero in eius contextu expreſſa, quam ſuperiùs adduximus, quæ non patitur hanc conſiderationem. Et finaliter dic falsò ſupponi quòd ſemper creditores totam dotem nouerint, quaſi in fraudem ipſorum datam, & conſtitutam. Contingit enim perſæpè ꝙ in parte tantùm, nempè vſque ad ſua credita. Pone enim quòd dos conſiſtat in mille, credita autem in quingentum, certè creditores non petent niſi quingentum, & ſic reuocationem dotis dationis in parte tantùm vſque ad ſua credita, ſicut liberi vſque ad ſuas legitimas, & tamen nemo dicet nō habere etiam in eo caſu locum diſpoſitionem d.§.ſi à ſocero.

11 Dicunt tertij † non eſſe mirum quòd filij reuocent dotem conſtante matrimonio, creditores verò non, quia filij non reuocant niſi dotem exceſſiuam in eo quod excedit illam quantitatem, quæ reuera dos debebat eſſe, quoad quem exceſſum propriè dos dici non poteſt, & ſic titulus oneroſus, ac proindè benè poterit reuocari, etiam conſtante matrimonio, ſine læſione priuilegij dotis, ꝙ conſtante matrimonio non poſſit à viro auferri; creditores verò volunt reuocare verā dotem, ac quantitatem, quæ pro ea iuſtè data extitit, quod dictus §. ſi à ſocero non permittit, ex rationibus inibi expreſſis. Hęc ratio eſt Gaſpar. Baeç. in tract. de non meliorand. dot. ratione filiab. cap. 32. num. 10. & aliorum, quos refert Pet. Barboſ. vbi ſup. num. 172. quæ videtur etiam eſſe ratio, qua Senatus Neapolitanus ductus fuit ad faciendam deciſio. 104. apud Vincent. de Franch. prout ibi ipſe dicit num. 3. Eadem ratio eſt Ioann. Matienç. lib. 5. nonæ recopilation. tit. 8. l. 3. gloſſ. 6. num. 4. & Ioann. Gutierrez in practicis quæſtionibus libr. 3. quæſtione 41.

12 num. 14. Sed † reſponder Petrus Barboſa, quòd quæcunque fiat conſideratio, ſiue tanta debuiſſet eſſe dos, ſiue non, ſemper quoad maritum erit titulus oneroſus, & ex titulo oneroſo acquiſita, & ideò debebit ſeruire regula, quòd niſi probetur ipſum fraudis paternæ participem fuiſſe, non poterit dos ab eo auferri. Conſentit Andre. Angu. qui eidem rationi etiam reſpondet in tract. de meliora. l. 7. glo. 2. num. 9. pulchrè poſteà addens ad maiorem deſtructionem ſupradictorū, quòd ſi requiratur inofficioſitas, & vera dicam, exceſſiuitas in dote, ſatis exceſſiua, nimia, & inofficioſa dos eſt, quæ ex alienis bonis fraude interueniente conſtituitur, & ideò ſi filijs conceditur reuocatio propter inofficioſitatem, & exceſſum, idem deberet creditoribus eſſe permiſſum, cùm etiam eorum reſpectu non deficiant exceſſus, & inofficioſitas.

13 Dicunt alij, † quòd filij habēt ius in re in bonis patris, vel matris, & debent habere legitimam in ipſis rebus, ſubſtantia, & patrimonio eorum, iuxtà l. ſcimus, §. repletionem C. de inoff. teſta. vndè meritò tanquam reales creditores poſſunt reuocare immēsè donatum, vel datum pro dote, alij verò creditores ſunt merè perſonales, reſpectu perſonæ, non reſpectu bonorum, ideò non ita faciliter reuocant. Hæc ratio eſt Anton. Gom. ſic hic tranſcripta prout ab eo refertur, in cita. l. 29 Tau. nu. 34. circa fin. Sed nihil, meo quidem indicio, concludit. Conſideret enim ius filiorum pro ſuis legitimis quantum velit reale, priuilegiatum, & alijs ornamentis veſtitum, nunquam reperiet quòd ſit potius iure creditorum, imò † debilius multò, ad l. Papinianus, in §. quarta autem, de inoff. teſtamē. nam mortuis parētibus ad computationem legitimę faciendam priùs deducitur æs alienum, & ſic priùs ſoluuntur debita, cùm de eo tantùm quod ſupereſt, & non de alio legitima detrahatur; monſtruum ergo foret quòd agentibus vtriſque poſt mortem patris, excluderentur potiores creditores, & deteriores admitterentur, vide Matienç. lib. 5. nouæ recopilatio. tit. 8. de ſucceſſ. ab inteſtat. l. 3. glo. 6. in princ.

15 Dicunt † & alij, qnòd velle applicare dicti §. ſi à ſocero diſpoſitionem filijs, quibus per donationem immenſam eſt eorum legitimis præindicatum, iniquum eſſet valdè, quia ſic defraudarentur in portione legitimæ propter dotem ſororis, quod nō eſt admittendum, quæ eſt ratio Matiençi vbi proximè num. 3. & Cæſar. Vrſill. in additio. ad Afflict. deciſio. 86. num. 1. in fin. dicentium, qnòd hoc modo daretur materia priuandi filium legitima ſine ſua aliqua culpa. Sed reſpondetur idem militare in creditoribus, qnos iniquum, & multùm iniuſtum videtur defraudari iu ſuis creditis propter dotem filiæ debitoris, & quicquid conſiderabis in filijs, conſiderabo & ego in creditoribus, & tamen nihilominùs tenentur creditores acqniſcere dicti §. diſpoſitioni, idem videtur debere facere filios.

16 Dicunt † item alij, rationem quare filij dotantis non comprehendantur ſub diſpoſitione dicti §. ſi à ſocero, dum ſuas volunt poſt mortem patris habere legitimas, eſſe, quia ibi loquitur text. de alijs creditoribus, nihil tamen de legitima filij, quæ de iure nō venit in generali ſermone, vnlga. l. ſi quando, §. cum ſimili, C. de inofficioſ. teſtamento, nec cenſendum eſſe patrem voluiſſe priuare filium ſua legitima propter aliū filium,

inducendo propterea inæqualitatem, & inuidiam inter eos, l.final.C.commun.vtriusque iudi. Hæc est etiam ratio Cæsar.Vrsill. in supra citata addirione ad Afflict.decisio. 86. num.6. per quam existimat optimè disceptationem hanc esse compositam. Sed non aduertit is Doctor tationem expressam in dicto §.si à socero non pari huiusmodi restrictionem: si enim dicit, vt vidimus, matito auferri non posse dorem constante matrimonio per creditores, quia ipse similis est creditori, qui à suo debitore quod sibi debebatur recepit, & quia indotatam mulierem non duxisset, propterea non esse iustum quòd in dote molestiam ferat: sanè hæ rationes aptæ sunt, & sufficientes ad comprehendendum tam filios, qui veniunt suas legitimas, in quibus dicuntur creditores, petendo, quàm alios quoscunque. Præterea notorij illius incôuenientis, quod suprà proposuimus, si concurrentibus filijs pro suis legitimis, & alijs crediroribus pro suis creditis, illi audiantur, & ij repellantur, ratio semper pungit, difficillimamque rem reddit. Item illa consideratio si pater præsumitur, aut præsumi debet voluisse filios in legitima defraudare, vel non, nihil facit ad propositum de quo agimus, vt ex se patet perquàm manifestè.

17 Dicit † finaliter Petrus Barbos. qui multorum dicta in hac materia retulit, simulque refellit nulli adhærens in 1.par.l.2.in princ. ff.solut.matrimo.num.173.dictum §.si à socero limitandum esse non procedere quando fit renocatio eo prætextu quòd per dotẽ fit præiudicatum legitimæ aliorum filiorũ. Et est (inquit) ratio, quia filia tenetur dotem conferre fratribus, etiam si adhuc constet matrimonium, l.dotis, & ibi Bal.& Paul. de Cast. C.de collationib. & latissimè probat Aluar.Velasc. consultat.188.nu.10. Et licèt (progreditur vltetiùs) ab hac obligatione conferendi posset se liberare abstinendo se ab hæreditate paterna, l.fin. C.de collat. dot. ita tamen id ei permittitur, si ex dote excessiua suppleat legitimas aliorũ fratrũ, authenti.vnde si parens, C.de inofficios.testamen.& in terminis Bald.in l.emancipati, in fin. C.de collatio. Nam cùm ipsa sit quæ tenetur conferre, & respectu illius dos censeatur titulus lucratiuus, dicto §.si à socero, meritò ad hoc compelli poterit, non attendendo q̃ constet matrimonium. Et hac etiã ratione l.vni.C.de inoff.dot.generaliter cõstituit, quòd dos inofficiosa renocetur quatenus opus est vt legitima aliorum filiorum suppleatur. Et sic (inquit) constat in his terminis minimè obstare d. §. si à socero, quia in nostra materia renocatoria, non dirigitur aduersus maritum, sed potiùs aduersus mulierem, quæ tenebatur dotem conferre fratribus, à qua obligatione non potest se liberare, nisi supplendo legitimam aliorum fratruum, authent.vnde si parens, C.de inofficio. restamen, & cum eadem conditione videtur ad maritum transiisse, l.Pomponius, §.cum quis, ff.de acquir.possessio. Hæc Barbos. quæ multis probare satagit. Sed mihi videtur de sua responsione quod illi visum fuerat de alijs pluribus, quas ipse ex professo eodem loco reprobat. Mihi enim, quæ longè, latèque per eum adducta circa supradicta fuere, tantùm concludunt id quod nõ negamus, filios nempè ad renocandum donationes, seu dotes inofficiosas non teneri mortem mariti sororis, cui res donatæ in dotem sunt constitutæ, nec dissolutionem matrimonij inter eos contracti expectare: sed quamobrem id in eis resoluant Doctores, & contrarium in alijs creditoribus vigore dicti §.si à socero, id non explicatur ibidem cum ea perfectione, quæ à viro, qui tam diligens fuerat in alijs circa hunc articulum reprehendendis sperabatur. Præterea illud quod est nõ dirigi renocatoriam contra maritum, sed contra vxorem, quæ obligara censetur. Et illud quòd res transeat, & translata censeatur ad maritum cum suo onere, non video ego quare non sic etiam renocatoriæ, quæ datur creditoribus aduersus alienata in illorum fraudem, applicemus, quem admodum renocatoriæ, quæ datur reliquis filijs contra inofficiosas donationes, & inofficiosas dotes.

Hæc sunt in effectu quæ reperiuntur dicta à Doctoribus circa hunc articulum, quæ latè apud suprà relatos explicata videbis, quibus adde Thom.Grammat. qui quinque responsiones ad d. §.si à socero tradit decisio. Neapolita.90.

18 Sed † quid nos dicemus, quibus nihil ex aliorum dictis placere potuit? Forsan aliquid quod nemini similiter placebit, vt par nobis gratia refetatur. Quicquid tamen sit, ego breuibus explicabo, quid in hac re sentiam. Dico igitur, quòd ego non scribo de erroribus pragmaticorum librum, vt adstringar contra communes ire, & omnes reprehendere, sed qui possit omnibus in foro versantibus prodesse, commentariũ facio, in quo nihil mihi fuit antiquius, quàm, ne latũ quidem vnguẽ, à receptissimis inter Doctores eminentes, ac Senatus egregios, opinionibus, & sententijs discedere. Cumque illa sit receptissima, qua diximus nõ teneri filios expectare mortem mariti sororis, cui à patre inofficiosè esset in dotem donatum ad recuperandum suas legitimas, licèt eam

expe-

expectare teneantur creditores, qui volunt prædictas donationes, & dotationes reuocare, tãquam in eorum fraudem factas, ideò cum ea libentiſſimè concurro. Et quia etiam video magis communiter inclinari Doctores, quòd differentiæ, & diſcrepantiæ inter ſupradictos duos caſus ratio ſit ea, quam retulimus ſuprà tertio loco ex Baeça, Senatu Neapol. apud Vincen. de Franch. Mstienç. Gutierr. & alijs, de qua & nos nonnihil iam dixeramus in ſuperioribus, dum de materia authen. res quæ, C. commu. de legat. ageremus ad hoc propoſitum in hoc tomo, & in priori, clauſu. 4. glo. 18. à num. 19. ideò etiã cũ ea opinione pertranſeundũ cenſeo alijs, onus relinquens tollendi inconuenientia, quę indè oriri ſuperiùs monſtrauimus, ac etiam circa prædictæ differentiæ inter ſupradictus duos caſus rationem vlteriùs ſpeculandi.

19 Interim habeant hæc à nobis, primò, † ꝙ inconueniens ſuprà propoſitum tollí videtur hoc modo, ꝙ ſi concurrant filij, & creditores ad reuocationem, audientur Illi, quia l. vni. C. de inofficio. dot. generaliter loquitur, nec cummodè recipit diſtinctionem, ſi conſtante, vel non conſtante matrimonio, & quia ita communiter Doctores receperunt: & repellentur creditores, ſen eorum exactio differetur vſque ad tempus ſoluti matrimonij, quia ita vult allegatus §. ſi à ſocero. Sed in computatione legitimæ habebitur procul dubio ratio æris alieni prædicti, non ad effectum ſoluendi creditoribus, ſed vt eis reſeruetur in tempus diſſoluti matrimonij, quo capere poterunt, & ſic nulli fiet præiudiciũ.

20 Secundò † dico, neceſſarium eſſe quòd differentia conſtituatur inter Iiberos, & creditores, quandoquidem ea, quæ creditoribus applicantur, non poſſunt liberis conuenire, & ſignanter multa, quæ in hac materia conceduntur creditoribus propter hypotecam bonorum debitoris quam habent, vt in inferioribus videbimus, qualem hypotecam liberi non habent in bonis parentum pro ſuis legitimis, prout ſuprà diximus dum de præſcriptione legitimæ, & illius ſupplemẽti egimus glo. 5. p. 2. n. 52. Quibus adde aliã

† ſimilem *declarationem* Senatus, qualem ibi retulimus, de præſcriptione legitimæ, & ſuppleuienti illius per triginta annos, factã nouiſſimè, referẽte egreg. Senat. Hierony. Sẽjuſt, 28. Apri. 1621. inter Ioannẽ, & Sperantiã Hereu. Actua. Tio, & pleuiſſimè probat Borgni. Caualca. qui dicit magis communem eſſe opinionem, deciſio. 29. num. 33. par. 3. & Vrſill. ad Afflict. deciſio. 162. numer. 1. & 2. quæ tamen hypoteca eſt neceſſaria in pluribus caſibus huius materiæ, vt probabimus. Poſtquam ergo quæ conueniunt creditoribus non poſſumus liberis applicare, non eſt iuſtum quòd eos ſub diſpoſitionibus de creditoribus loquentibus comprehendere velimus. Sed nos hæc alijs relinquamus, & noſtram materiam proſequamur, & ad vlteriora progrediamur, quæ magis videntur neceſſaria his, qui verſantur in foro, quibus ſcribimus, contenti quòd ſaltem cũ his, quæ circa prædictum articulum diximus, viam monſtrauimus alijs, quibus cordi erit nos ſequi, vt in illius explicatione, & tractatione multò faciliùs veritatem attingere, aut ſaltem cum minore labore in his procedere poſſint.

21 Quod † igitur circa materiam hanc principio aduertimus, eſt, dicti §. ſi à ſocero diſpoſitionem, quatenus prohibet creditoribus ne conſtante matrimonio poſſint reuocare donationem in dotem filiæ, in eorum licèt fraudem factam, nec pecuniam ex ea cauſa viro ſolutam auocare, non continere aliquid ſpeciale in fauorem dotis, vel mariti, ſed imò ex regulis communibus in hac materia creditorum in iure noſtro ſpatſis emanaſſe, quibus cauetur ne poſſint ptiores creditores auocare à ſecundo pecuniam illi ſolutam, quando eſt per eum bona fide recepta, & conſumpta, vt inferiùs dicetur,

22 quia vir † in dote habet cauſam oneroſam, & eſt tanquam creditor, vt dicitur in dicto §. ſi à ſocero, qui id pro ratione tradit ſuæ diſpoſitionis, & notant ibidem Angelus, & Bart. Quod præterquam quod ex eiuſdem §. verbis clarè deducitur, ac manifeſtè, & ex communi, quæ tenet quòd licèt dotis datio ſit in muliere cauſa lucratiua, in viro tamen eſt ſemper oneroſa, vt latè in principio huius ſecundi tomi habetur. Comprobatur

23 etiam † ex eo quòd ſi dos in pecunia data non eſſet, ſed in fundo, is à viro euinci poſſet conſtante matrimonio, nec ratio prædicta attenderetur, Angel. in l. Lucius Titius num. 2. quibus modis pignus, vel hypote. ſoluat. Hyppolitus de Marſil. in ſingular. 67. incipien. Mulier, benè Vrſill. in additionib. ad Afflict. in ſuprà allegata deciſio. 86. in fine. Hæc pulchriùs, quàm ego ſcirem referre tradit Vincent. Houdede. in conſil. 18. à nu. 65. cum ſequen. lib. 1. Videas, rogo, nec ſine eo, ſi caſus occurrerit, decidas, Franciſ. Stepha. deciſio. Aquenſi 31. qui hunc caſum in terminis latè diſputat, & ibi optima additio.

24 Ex quibus † habes primam limitationẽ ad d. §. ſi à ſocero. vt non procedat vbi dos cũſtitit non in pecunia numerata, ſed in aliquo fundo, vel alia re immobili, quæ videtur multùm iuridica, quandoquidem in primo caſu quando pecunia eſt cõſumpta bona fide, vel ꝙ idem eſt, immixta cũ pecunia mariti, quæ immixtio operatur de iure cõſumptionem,

prout pluribus probat Federicus de Sen. in
conſil.63.incipié.Quidam vſurarius, non eſt
quod proſequantur creditores, quando ve-
rò in fundo, vel alia re immobili dos eſt cõ-
ſtituta,tunc cùm fundus ille tranſeat,& trã-
ſijſte ſit iudicandus cum ſuo onere,habẽt cre
ditores ſubiectum,contra quod ſuas dirigãt
actiones, prout explicat Hyppol.de Marſil.
in cita.ſingul.67.

25 Idem †obſeruari vult Vrſill.loco iam al-
legato,reſpectu liberorum volentium cõtra
inofficioſam dotem agere pro recuperandis
ſuis legitimis, vt ſi conſiſtat in pecunia nu-
merata, id eis non permittatur, ſi verò in
bonis ſtabilibus, liceat ex rationibus ſupe-
riùs adductis, quæ æquè in hoc caſu,atqui in
illo creditorum militare videntur, atque ita
concordandas eſſe opiniones contrarias is
Doctor exiſtimat.

26 Sed †reprehenditur à Pet.Barboſ.in ſæ-
pè allegata par.1.l.2.in princip. ff.ſolu.ma-
trimonio,num.174.in fin.quia generalitas l.
vnic.C.de inofficioſ.dot.eam reſtrictionem
videtur ſibi non admittere, nec etiam Do-
ctores, quos communiter reſoluiſſe diximus
poſſe filios etiam conſtante matrimonio re-
uocare vſque ad ſuas legitimas, donationes,
& dotes inofficioſas. Reprehenditur etiam
ab Andre.Molfeſ. in commentar.ad conſue
tudin.Neapolita.par.4.quæſtion.26.à num.
14.cum ſequentib. ex rationibus,quas inibi
legere poteris. Cogita, quia res eſt magna
ſpeculatione digna, ſi enim limitatio prædi-
cta vera eſt, & ſubſiſtit, ceſſant Doctorum
concertationes, quas ſuprà vidimus circa
applicationem dicti §. ſi à ſocero, caſui in
quo ageretur de deducenda per filios legiti-
ma ex dote per patrem (præcedente dona-
tione filiæ facta) genero conſtituta: pariſi-
cantur ſic duo prædicti caſus inter ſe ſe.Ego
meum non explicabo iudicium antequã ma
teriam auocationis pecuniæ, de qua mox a-
gam, tractauerim, quæ iuuabit proculdubio
ad benè in his iudicandum.

Quia igitur text. in d. §.ſi à ſocero, quem
explicamus, tangit materiam auocationis
pecuniæ faciendæ per primum creditorem,
quando illa eſt ſecundo ſoluta,& ea eſt mul-
tùm frequens in praxi, oportet quòd nos
quanta fieri poterit breuitate, tantiſper de
ea agamus, per quæ fient manifeſtiora, ac
clariora, quæ ſuprà de ea tradidimus ad ex-
plicationem d. §. ſi à ſocero, l. ſi fraudator,
de qua tractamus.

27 Hanc † materiam reperio à multis Do-
ctoribus tractatam, ſed nihilominùs video
quòd plures remanent,ceq. difficillimæ quæ-
ſtiones circa eam decidendæ quotidiè in pra
xi contingibiles. Noſter Cancer (vt à no-
ſtris incipiamus) in ſecunda parte variarum
reſolutionum cap.6. de ſolutionibus,num.
165. eius non fuit oblitus, ſed ſola relatio-
ne Doctorum, qui de ea materia agebant,&
conciliationis traditæ per Matthæum Brun.
in tractat.de ceſſione bonorum quæſtio.25.
principali, quam dicit ſibi placere, quia vi-
ſa ſibi eſt æqua, & per eam (inquit) infinitæ
lites, quæ aliàs ſuſcitarentur,cuitantur, con-
tentatus fuit. Verùm quia ea conciliatio
non ſufficit ad tollendas omnes difficultates
huius materiæ, & ad totalem illius intelli-
gentiam, & cognitionem, quia verſatur tã-
tùm circa conciliationem opinionis Matth.
de Afflictis explicatæ in deciſione 190. qui
tenet non dari auocationem, cum opinione
Pauli Caſtrenſis in conſil. 179. in 2. parte in
veteri impreſſione, & 169.in noua, qui te-
net quòd imò datur, dicendo quòd opinio
Afflicti procedit vbi ſolutio in contumaciã,
& negligentiam primi creditoris,poſteriori
facta fuit, quæ (inquit) negligentia primo
recipienti ſolerti nocere non debet, imò eo
caſu locus eſt gratificationi. Opinio verò
Pauli, vbi inſtantibus omnibus creditoribus
facta fuit ſecundo creditori ſolutio,nam tũc
(inquit) non poteſt fieri gratificatio, & ſi
fit, reuocatur certo modo, de quo ibi, &c.
Quia (inquam) hæc ſufficere non videntur
ad plenam huius materiæ intelligentiam, &
præterea ea conciliatio reprehenditur à Pe-
tro Barboſa in repetitione l.1.part.6.num.
21. ff. ſoluto matrimonio, licèt alleget di-
ctum Matthæum Brunum in tractat. de ceſ-
ſione bonorum in quæſtion. 24. principali,
num. 7. quia in aliquibus codicibus eſt 25.
quæſtio, vbi de ea materia tractatur,in aliis
verò 24.ideò oportet quòd nos in ea explica
canda, & enodanda vlteriùs inſudemus, &
laboremus.

28 Annotamus † ergò primo, vt certa ab
incertis ſeparemus, quod hæc quæſtio non
cadit in creditoribus perſonalibus, id eſt in
habẽtibus ſolam perſonalem actionem abſ-
que hypoteca aliqua: in eis enim regula eſt
certiſſima, & in praxi multùm obſeruata,
quòd quando multi ſunt creditores vnius de
bitoris, tunc ille, cui primò ſoluitur, potior
eſt iure, ex l.ſi non expedierit,§.ſi pupillus,
de bon.auctorita.iud.poſſidend.l.fin.C.eo-
dem tit.& l.pupillus,quæ in fraudem credi-
tor. huiuſmodi enim beneficium, & præ-
mium tribuitur diligentiæ, & vigilantiæ, ac
ſollicitudini etiam creditoris, qui ſolutio-
nem ante alios, licèt tempore priores, procu-
rauit obtinere à debitore, & hoc dam-
num, & incommodum euenit alijs propter
ſuam negligentiam,pigritiam, & ſegnitiem
in exigendo, vt dicitur in dictis iuribus, &
probat

probat optimè Andr. Gail. practicarum obſeruationum obſerua. 25. num. 14. lib. 2. Afflict. deciſio. 190. num. 5. Capici. deciſio. 78. num. 2. Grammatic. quæſtio. 1. num. 2. poſt ſuas deciſiones, Dida. in practicis quæſtion. lib. vni. cap. 29. num. 1. Pariſ. in conſi. 69. nu. 1. volum. 4. Alexan. Trentacinqu. variarum reſolutio. volum. 1. lib. 3. de ſolutio. reſolut. 23. num. 5. Flores de Mena variatum quæſt. lib. 1. quæſtio. 6. art. 1. §. 1. num. 2. qui alia in idem iura allegat, Alexan. Ambroſin. deciſ. Peruſi. 2. num. 16. in 1. par. & Ioann. Baptiſt. Coſta de portione rata quæſtio. 74. num. 4. qui poſt Grammat. loco citato, licèt eum nó allegent, dicunt in perſonalibus actionibus eum reputari priorem, cui priùs ſolutum, in præmium vigilantiæ. Idem Ioann. Baptiſta Coſta de remedijs ſubſidiar. remed. 37. illatio. 2. numer. 6.

29 Nonnullas † ampliationes, & etiam limitationes ad dictam reſolutionem adducunt Doctores ſuprà citati, & ſignanter Flores de Mena, & Alexan. Trentacinqu. quas ego hic non tranſcribo, tum quia ibi facilè videri poſſunt, tum etiam quia ſunt de caſu rarò in praxi contingibili: iam enim nunc vix repetiuntur creditores perſonales tantùm, id eſt quibus ſolùm debitor ſit perſonaliter obligatus, omnes contrahunt cum hypoteca, & vix ſola generali contentantur, & adhuc cum his ſecuritatibus, & cautionibus vix poſſunt ſua credita recuperare. Si tamẽ creditorum perſonalium nihilominùs caſus tibi ſucceſſerit, eum definies iuxtà tradita per Doctores ſuprà citatos.

30 Adde † eundem Alexandr. Trentacinqu. lib. 1. variarum reſolutionum tit. de iure fiſci reſolutio. 7. num. 19. & Ioann. Gutierr. in practicar. quæſtio. lib. 3. cap. 101. num. 3. vbi cum Didac. Couarru. in ſæpè allega. cap. 29. practicarum quæſtio. num. 2. & contra Capi. deciſio. 78. num. 5. ab eodem Dida. expreſsè reprobatum, tenent ſuprà dicta de creditore perſonali procedere etiam in creditore perſonali priuilegium aliàs habente, quia (inquiunt) deficit fundamentum poteſtatis auocandi, quod conſiſtit in hypoteca. Sed tu vide Petr. Barboſ. diligentiſſimè de hoc articulo agentem in 6. par. l. 1. ff. ſoluto matrimo. num. 21. vbi reſpondet pro Capicio contra Couarru. dicens imò eſſe ſecundùm omnium mentem id quod contra Capic. dicit Couarru. eſſe contra eam.

31 Adde † nouiſſimè Gaſp. Anton. Theſaur. quæſtio. forenſi 16. num. 6. in 2. par. vbi quando concurrunt plures creditores priuilegiati, ſiue inter eos accedat hypoteca, de cuius tamen anterioritate non conſtet, ſiue etiam ſolum priuilegium perſonale adſit, non eſt locus renocationi pecuniæ vni ex dictis creditoribus ſolutæ.

32 Annotamus † ſecundò, vt materiam hypocecariorum, quorum frequens eſt vſus, ingrediamur, in eis communiter diſtingui per Doctores, quòd aut pecunia extat, aut non extat. Si extat, datur repetitio à primo creditore contra ſecundum, cui fuit ſoluta, ex l. final. §. & ſi præfatam, in verſic. Si verò, & ibi Bart. & communiter Doctores C. de iure deliberã. l. ſi fundum, §. in vindicatione, ff. de pignoribus, l. 1. & ibi Bart. ff. de diſtractio. pignor. quia pecunia extans cadit in obligatione generali bonorum, & in ea conſiſtit hypoteca, l. idemque, in fine, ff. qui potior. in pignor. habeantur, dicta l. ſi fundus, §. in vindicatione, ff. de pignorib. & plutibus probat Statil. Pacifi. in tractatu de Saluia. interdic. inſpectio. 3. cap. 2. num. 89. nouiſſimè Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſtio. forenſi 16. num. 1. & aliquibus ſequentibus in 2. par. Si verò non extat, quia ſit bona fide conſumpta, tunc non datur repetitio, nec

33 auocatio, quia † tunc non eſt dare rem, quã hypoteca proſequatur, & quia huiuſmodi pecunia in genere ſoluta, poſtquam eſt conſumpta per creditorem, facit extingui dominium, quod priùs penès quemcunque exiſtebat, & reiuindicationem impedit, quæ dominij ratione competit, l. cum fundus, §. ſeruum tuum, ff. ſi certum petat. & l. ſi alienii, ff. de ſolutionibus: ergo fortiùs debet extinguere hypotecam, quæ † eſt debilior

34 dominio, ita in ſpecie Thom. Grammatic. hanc rationem adducit in allegata quæſtio. 1. num. 6. & 7. Menoch. in conſil. 25. num. 15. & 16. volum. 1. addens ſimile huius rei exẽplum eſſe quod poſt Corne. conſil. 105. col. vlt. lib. 3. reſpondit Pariſius conſil. 25. col.

35 vlti. lib. 2. filium † non teneri imputare in ſuam legitimam, vel trebellianicam conſumptas pecunias, & ſi non cõlumptas teneatur. Eandem rationem adfert Ioan. Pet. Surd. in conſil. 4. num. 15. volum. 1. qui addit facere

36 etiam † quia ſi dominium extingnitur, & in alium per immixtionem transfertur, non potetit hypoteca ſubſiſtere, quæ non datur in re aliena, vt probat gloſſ. in l. Gaius, ff. de pignor. action. Eandem etiam ſequitur Ioannes Gutierrez practicar. quæſtion. in ſæpè allegata quæſtio. 101. num. 8. Marc. Anton. Eugen. conſil. 89. num. 29. & Statilius Pacifi. in tractatu de Saluiano interdict. inſpectio. 3. cap. 2. num. 95. Hanc diſtinctionem communiter adducunt Doctores ſuprà citati, & in ea conueniunt, & ſignanter Afflict. Capic. & Thom. Grammatic. in ſuprà allegatis locis, quamuis per inaduertentiam eis, & Petro Paulo Pariſio in conſil. 65. volu. 4.

Pulchrum caſum nobis refert ſuper hoc † articulo *deciſum* in Rota Genuenſi Flaminius Chartarius, ſequendo pulchrum etiam Petri Pauli Pariſij conſilium ſuper eadem re editum, 69. in ordine, vol. 4. Chartar. (inquam) deciſion. 19. vt non † ſolùm non poſſit prior creditor reuocare quod ſecundo, & poſtetiori eſſet à debitore ſolutũ, ſed nec etiam quod fuiſſet ei ceſſum, licèt nondum exactum, idque non ex alia ratione, quàm quia æquiparetur ceſſio ſolutioni. Nec replices particularem eſſe caſum dictæ deciſionis, innitentem cuidam Genuæ ſtatuto, quod hic non habemus, quo diſponitur expreſsè nõ poſſe poſteriorem creditorem, cui pecunia fuit ſoluta, moleſtari modo aliquo à priore, cùmque qui cedit videatur ſoluere, ideò in dicta deciſione, & in conſilio Pariſij reſoluitur caſum ceſſionis comprehẽſum cenſeri ſub ſtatuto, ſicut caſus ſolutionis: ibi autem nihil dicitur ſi pecunia eſt cõſumpta, vel non, & forſan ſi ita diceretur in ſtatuto quòd is qui pecuniam recepit, & cõſumpſit, non poſſet moleſtari, non comprehenderetur ſub eius diſpoſitione caſus ceſſionis, ſaltem quando debitum ceſſum non eſt adhuc exactum, quia tunc videtur quòd non poſsit propriè dici pecunia conſumpta, quæ adhuc recepta non eſt. Hæc (inquam) ne replices, ſed pro ſolutione vide Surdũ de eodem ſtatuto loquentem in conſil. 4. volum. 1. vbi ſignanter num. 48. in fin. & nu. 49. 46 dicit, † quod quemadmodum omnia ſtatuta recipiunt, & recipere debent interpretationem à iure communi, l. vt gradatim, §. & ſi lege, ff. de muneribus & honoribus, l. 2. de noxal. l. quamuis, de in ius vocan. & probãt alia plura, quæ in idem ibi Surd. cumulat, ſic iſtud Genuę interpretationem illam à iure communi recipere debet, vt pecunia ſoluta poſteriori creditori poſſit auocari per priorem, ita demum ſi illã conſumpſit bona fide, ſecùs vel ſi extat, vel fingitur extare, vt quia dolo, vel mala fide ſit conſumpta, atque ita addendo id quod eſt de iure cõmuni ſtatuto, nempè ſi pecunia eſt conſumpta, non aliàs, ſecundùm Surd. doctrinam, applicare poteris reſolutionem Pariſij, & Rotæ Genuæ cuicunque caſui in terminis iuris cõmunis, & ſecluſo quocunque ſtatuto, contingenti, quòd debiti ceſſi non poſſit fieri auocatio, quamuis adhuc non recepti, eo quòd vim conſumptionis ceſſio illa habeat. Duriuſcula hæc ſunt, materiam tibi tribuo ſpeculandi. Idem quod in pecunia poſteriori creditori bona fide ſoluta non detur repetitio, nec auocatio, dicit in Sena. Pedemonta. *deciſum* de anno 1593. Gaſp. Anto. † Theſaur. quæſt. foren. 16. nu. 11. par. 2.

47 Noſter † Senatus excellens cùm is caſus contigiſſet de anno 1609. in cauſa Mariannæ Buſquets contra Michaelẽ Maſſana, Nurium Ioannem Sorribes, & alios, in quo facta per debitorem dicto Sorribes certa ceſſione pro ſolutione ſui crediti, & eodem debitore poſtea decocto, cùm adhuc pecunia non eſſet exacta per dictum Sorribes, acceſſerunt alij creditores tempore priores, & obtinuerunt pecuniam deponi per debitorẽ ceſſum in tabula cambiorum communium huius ciuitatis, dictam, & ſcriptam, ſicuti adſolet, alteri ex Virgarijs Regiæ Audientiæ, & cùm ageretur de liberatione dictæ pecuniæ, num facienda eſſet dicto Sorribes ceſſionario, an verò diſtribuenda inter creditores, qui ſe oppoſuerant, † *reſolutum* primò fuit referente egregio quondam Senatore Raphaele Rubi & Coll, quòd erat dicto Sorribes liberanda, iuxtà Flaminij Chartarij, & Patiſij doctrinam; habita enim fuit illa pecunia pro conſumpta, & non extanti, propter ceſſionem illã. Cæterùm in ſecunda inſtantia referente poſtea egregio etiam Senatore Franciſco Ferruz alterius Aulæ † Doctore, ſub die 9. Iulij dicti anni, *fuit* dicta pecunia data pro extanti, & non conſumpta, & ſic diſtribuendam eſſe inter creditores, iuxtà illorum prioritatem, & potioritatem, ſicuti poſteà fuit diſtributa in vim aliarum prouiſionum deindè ſequutarum, & nõ dicto Sorribes liberandam, ſic ſententiam, ſeu prouiſionem, à qua extiterat ſupplicatum, commutando. Actuarius eſt Onophr. Micha. Puigferrer.

48 In alio † autem caſu, qui poſteà contigit de anno 1610. in cauſa nobilis Sperantiæ Terre, contra Raphaelem Llaudes ciuem honoratum Barcinone ſub die 27. Septembris † *declarauerat* Senatus in Aula admodũ Reuerendi Cancellarij licuiſſe, ac licere dictæ Terre, vt priori creditrici, auocare à dicto Llaudes poſteriori quingentum libras, quas nobilis Federicus Terre ei ſoluerat per medium tabulæ huius ciuitatis Barcinonæ. Sed ducto negotio per viam ſupplicationis ad Aulam Magnifici Regentis Regiã Cancellariã, referente egreg. olim Senatore Raphaele Rubi & Coll, ſub die 27. Aprilis † 1613. *fuit* ſententia prædicta commutata, declarando *non eſſe in caſu occurrenti locum auocationi, ex eo quòd dictus Llaudes pecuniã prædictam receperat, & conſumpſerat ex cauſa oneroſa*, & cauſa ſolutionis erat, vt per dictum Llaudes fieret dicto Terre reuenditio cuiuſdam proprietatis illius, quam dictus Llaudes inſtrumento gratiæ redimendi mediante poſſidebat, & ſic erat cauſa oneroſa. Scriba erat, & eſt Iacobus Agramunt. Per

quam deciſionem habes canonizatam in noſtro Senatu Affli&i,& ſequacium opinionẽ, quòd pecunia bona fide recepta, & conſumpta ex cauſa oneroſa, non poſsit auocari ab alijs creditoribus.

SVMMARIA.

1 *Pecunia mala fide recepta, & conſumpta, auocatur per primum creditorem à ſecundo.*

2 *Pecuniæ dominium ceſſante bona fide, etiam ſi millies commiſceretur, nunquam tranſfertur.*

3 *Creditor dicitur dolo deſiiſſe poſſidere quando mala fide conſumpſit pecuniam ſibi ſolutam.*

4 *Pecunia quando dicatur conſumpta, & quando mala, aut bona fide.*
Conſumptio quomodo accipiatur in hac materia cùm dicimus pecuniam conſumptam. ibidem.

5 *Pecunia dicitur conſumpta quando eſt immixta cum alijs.*

6 *Pecunia dicitur conſumpta ad effectum ne auocetur, quando eſt in tabula cambiorum dicta, & ſcripta creditori abſque aliqua ſolta. & num. 19.*

7 *Depoſitum regulare proprium, & verum dicitur quando agitur vt eadem pecunia reddatur.*
Depoſitum irregulare dicitur quando agitur vt tantundem reſtituatur.

8 *Depoſitum verum, & regulare in pecunia tũc dicitur contrahi cùm datur pecunia obſignata in ſacculo vt idem reſtituatur.*

9 *Depoſitum verum, & regulare non dicitur fieri in tabulis, & bancbis noſtri temporis, eum non adſint requiſita. vbi deciſio Rotæ Roma.*

10 *Dominium pecuniæ depoſitæ in tabulis, & banchis noſtri temporis non remanet penes deponentem, ſed in tabularios, & bancharios tranſfertur.*

11 *Depoſita quæ apud nos frequentantur in tabulis, & banchis, tranſeunt in credita.*

12 *Deponens pecuniam in tabulis, & banchis non propterea in concurſu creditorum præfertur alijs anterioribus, etiam in pecunijs ibi effectualiter repertis.*
Creditores bancheriorum in Cathalonia habent hypotecam in illorum bonis, per quã præferuntur alijs creditoribus. ibidem. vbi deciſ. noſtri Senatus.

13 *Periculum pecuniæ depoſitæ in tabulis, aut bãchis, non ad deponentem, ſed ad depoſitariũ ſpectat.*

14 *Pecunia depoſita non venit ſub legato bonorum mobilium non reſtricto ad certum locum. vbi deciſio Rotæ Romanæ.*

15 *Pulcher caſus qui in Senatu noſtro tractatur circa hæc depoſita, quæ fiunt in banchis.*

16 *Depoſita noſtri temporis irregularia quæ fiũt in tabulis, & banchis, habent priuilegia veri depoſiti, nec admittunt alias exceptiones, quàm quas alia depoſita.*

17 *Depoſita regularia magis fauorabilia ſunt quàm irregularia, de quibus latè per diſcurſum.*

18 *Depoſita facta apud bancherios tranſeunt in mutuum ſecundum aliquos.*

19 *Pecunia depoſita in tabula, vel bancho haberi debet pro conſumpta ad effectum ne auocetur ab alijs creditoribus. & ſuprà numero 6.*

20 *Auocatio pecuniæ quæ pretenditur per primos creditores fieri, nititur contra naturalem æquitatem, & tendit in deſtructionem publicæ negotiationis.*

21 *Pecunia quando dicitur mala fide conſumpta.*

22 *Pecunia dicitur mala fide conſumpta quando creditor ſciebat alios eſſe creditores anteriores.*

23 *Idem eſt quando verisimiliter potuit ſcire creditor.*

24 *Hæres cenſetur eſſe in mala fide quando ſciens adeſſe alios creditores anteriores, ſoluit poſterioribus.*
Inuentarij beneficium non prodeſt hæredi quando ſcienter ſoluit poſterioribus creditoribus. ibid.

25 *Mala fides creditoris requiritur ſecundùm aliquos, in conſumptione pecuniæ ad auocationem.*

26 *Creditor dicitur non bona fide recipere, & conſumere, quando eſt ei denuntiatum ne id faciat.*

27 *Denuntiatio conſtituit denuntiatum in mala fide: quod declaratur.*

28 *Pecunia dicitur non bona fide exacta, & conſumpta quando collitigantibus duobus creditoribus contra debitorem, vnus procurat exigere ante alium.*

29 *Debitor non poteſt gratificando vni ſoluere alijs relictis.*

30 *Creditor prior auocat pecuniam conſumptam quando par eſt omnium creditorum diligẽtia, & vnus fuit gratificatus.*

31 *Creditor qui diligentior fuit in exigendo à debitore decocto, vel de proximè decoquendo, an & quando teneatur reſtituere. vbi deciſiones.*

32 *Pecunia non dicitur conſumpta, ſed extans, quando fuit exacta à procuratore, nec adhuc reſtituta principali.*

33 *Cautio quamobrem exigitur à creditoribus, qui recipiunt ſua credita in graduatione credi-*

creditorum, de restituendo si apparuerint alij priores.

34 *Auocatio pecuniæ quando est consumpta nõ fit, siue fuerit exacta à debitore inuito, siue etiam sponte soluta.*

35 *Cautio quam præstant creditores de restituendo prioribus facit quòd pecunia dicatur extans, etiamsi sit bona fide recepta, & consumpta. vbi decis.*

36 *Pecunia dicitur extare quando creditor promisit restituere eam in casu molestiæ alterius.*

37 *Cautio in omnibus ferè tribunalibus exigitur à creditoribus in graduationibus quæ fiunt inter eos de bonis debitorum.*

38 *Pecunia semper auocatur quando est soluta creditori per debitorem decoctum. vbi decisio.*

39 *Cautio prædicta indiscriminatim exigitur, siue constet adesse alios creditores, siue non, quod videtur esse contra ius.*

40 *Defenditur communis praxis obligandi creditores ad prædictas cautiones, siue adsint alij creditores, siue non.*

41 *Hypoteca creditoris in bonis debitoris non extinguitur per distractionem bonorũ illius, nec ei præiudicatur si non est citatus. vbi decis.*

42 *Maior pars creditorũ an & quando possit præiudicare minori.*

43 *Proclamata generalia non sufficiunt ad præiudicandum tertio nominatim.*

44 *Venditio bonorum debitoris quantumuis publicè facta, non nocet creditoribus certis, nec ijs qui de facili possunt certificari.*

45 *Hypoteca creditorum non comparentium in publica distributione bonorum debitoris ad instantiam vnius, vel maioris partis factẽda, non propterea tollitur.*

46 *Cautio quæ exigitur à creditoribus in distributione bonorum debitoris, introducta est in fauorem emptoris, ne ab alijs postea molestetur. vbi decis.*

47 *Emptor in publica subhastatione, vt iuuetur cautione per creditores præstita, non indiget aliqua cessione.*

48 *Emptor in publica subhastatione, qui pretium deposuit, & illud fuit inter creditores distributum, non potest ab alijs molestari. & num. seq. vbi decis. nostri, & aliorum Senatuum.*

49 *Emptor non debet remanere deceptus publica auctoritate.*

50 *Venditiones publicæ non debent facilè retractari.*

51 *Creditores qui non interfuerunt graduationi factæ in bonis debitorum, non possunt agere contra emptorem, sed contra creditores, qui pecuniam receperunt. vbi decisio.*

52 *Cautio quæ præstatur est potiùs in fauorem creditorum non graduatorum, quàm ipsius emptoris, qui aliàs eam est tutus.*

53 *Solutio an possit fieri iudici, seu apparitori exequenti, vt liberetur debitor.*

54 *Creditor secundus habens causam lucratiuam subijcitur auocationi pecuniæ per eum receptæ, siue sit bona fide consumpta, siue mala, condictione ex lege. vbi decisio nostri Senatus.*

55 *Alienata in fraudem creditorum titulo oneroso vt reuocentur requiritur quod acquirens sit fraudis particeps, secus si titulo lucratiuo. vbi decis. nostri Senatus.*

56 *Alienatio dicetur fieri in fraudem cum sit post litem motam.*

57 *Acquirens titulo oneroso certat de damno vitando, acquirens autem titulo lucratiuo de lucro captando.*

58 *Auocationem pecuniæ sunt qui dicunt posse & debere fieri indistinctè à secundo creditore, siue illa extet, siue non.*

59 *L. vlt. §. & si præfatam, C. de iur. delibr. perpenditur.*

60 *Reprehenduntur qui tenent opinionem de qua sup. num. 58.*

61 *Æquitas suggerit ne auocationes pecuniæ fiãt à posterioribus creditoribus.*

62 *Auocatio pecuniæ, non solùm de æquitate, sed etiam de rigore iuris prohibetur in pecunia bona fide recepta, & consumpta.*

63 *Fiscus semper auocat pecuniam posteriori creditori solutã, etiam si sit bona fide consumpta, si debitor est inops.*

64 *Creditor priuilegiatus quicũque sit, an habeat idem priuilegium quod fiscus circa auocationem pecuniæ.*
Et quid in vxore pro dote agente. ibidem.
Dos est priuilegiata sicut fiscus. ibid.

65 *Creditores priuilegiati auocant pecuniam, siue sint creditores ex causa lucratiua, siue ex causa onerosa.*

66 *Fiscus vt auocet pecuniã, necessarium est quòd sit anterior creditor.*

67 *Discussio est necessaria vt possit deueniri ad auocationem pecuniæ alteri solutæ.*

68 *Remedium auocationis pecuniæ est subsidiarium, quando deficiunt remedia ordinaria.*

69 *Actio hypotecaria non exercetur contra tertium, nisi discusso prius principali, & in subsidium.*

70 *Priuilegium prælationis quod fiscus, & mulier habent, tantùm est considerabile respectu creditorum tacitam tantum, vel nullam habentium hypotecam.*

71 *Iudicare contra consuetudinem, & contra id quod semper habuit certam interpretationẽ, malum est.*

Auocatio

72 *Auocatio pecuniæ an & quando permittatur in alijs casibus, qui referuntur, remissiuè.*

73 *Dos non auocatur à marito quia est creditor ex causa onerosa, & bona fide pecuniam per immixtionem consumpsit.*

74 *Vesil. ad Afflict. decisio. 86. num. 6. conciliatio amplectitur.*

75 *Dos an possit auocari soluto matrimonio, quàuis fraudis ipse particeps non fuerit.*

76 *Alienationes quæ fiunt ex causis necessarijs, veluti ex dote, non præsumuntur fraudulenter factæ.*
Necessitas alienandi tollit præsumptionem fraudis. ibid.

77 *Constitutio dotis facta constante matrimonio paulò ante quàm vir decoqueret, & constitutio sponsalitij eodem tempore à viro facta, an dici possint in fraudem creditorum factæ.*

GLOS. VIII. PARS VII.

Prosequitur eadem materia auocationis pecuniæ, & agitur de consumptione illius, & de bona, vel mala fide in consumptione.

1 NOtanter † dixi in superioribus oportere vt non sit reuocationi, & seu auocationi pecuniæ secundo creditori solutæ locus, quòd sit illa bona fide recepta, & consumpta, nam aliàs si mala fide, nunquam dominium esset acquisitum, allegatur ad id communiter text. in l. sed & si pater, in fin. ff. ad Senatusconsul. Macedon. glos. celebris in l. filius, verb. condictionem, ff. si cert. petat. quæ dicit pecuniam mala fide cõsumptam posse condici, & denique ad idem faciunt l. obligari, §. pupillus 1. ff. de auct. tut. & §. nũc admonendi, insti. quib. aliena. licet, vel non, ac l. Cassius, ff. de solutionib. quibus in locis tunc demum confirmari solutionem dicitur, cùm bona fide recipitur. Pulchrum
2 est † in hoc proposito Angeli Areti. dictum in §. constituitur, num. 2. in gloss. permutatione, instit. de vsufruct. quòd cessante bona fide, etiam si millies pecunia commiscueretur, dominium non transferretur. Addit Io. Petr. Surd. in consil. 4. num. 44. & aliam ratioem ex Iaso. in l. rogasti, §. fin. ff. si certum
3 petat. quia † quando pecunia consumitur mala fide, dicitur creditor dolo desijsse possidere, & tali casu fingitur pecuniam extare, ideòque ac si extaret vindicari potest. Plures in hanc opinionem, vltra suprà citatos à nobis in toto hoc discursu, refert Surd. vbi suprà à num. 43. & multò post eum Alexan. Ambrosi. in decis. 35. nu. 26. p. 2. qui eius ibi suppresso, & non citato nomine, fidelissimè transcripsit illius dicta, idem Ambrosi. in 1. par. decisio. 2. num. 22. Gutier. practic. quæst. par. 3. cap. 101. nu. 12.

4 Sed † difficultas est, quando dicatur pecunia consumpta, & quando bona fide, vel mala. Quoad primum, non intelligas quòd hic de ea consumptione loquamur, quæ fit per annihilationem ipsius rei, vel transfusionem in aliam speciem, quo casu vulgus rem esse consumptam solet dicere, sed consumpta pecunia dicitur in proposito quæ non extat, nec reperitur, vel saltem discerni, & distingui non potest illa eadem in indiuiduo quæ data fuit, vt declarant Doctores, qui de hac re loquuntur, quos in superioribus adduximus. Et in effectu, in eo sensu hic de consumptione loquimur, quo iuris interpretes dicere solent pecuniam esse de his, quæ vsu consumuntur, vt in cap. final. de pignoribus, ibi: *Quia vsu consumitur*, & declarant Pinell. in 2. par. l. 1. num. 42. C. de bon. mater. & Ioan. del Castillo Sotomaior de vsufruct. lib. 1. cap. 17. num. 7. & 8. & de hoc est integer tit. ff. de vsufruct. earum rerum quæ vsu consumuntur.

5 Præcipuus † autem casus, magisq. in praxi frequens, quo pecunia dicitur, ac dici debet consumpta, ne repeti possit, est, quando est commixta cum alijs pecunijs ipsius creditoris, fit enim per commixtionem, seu immixtionem consumptio, & in commiscentẽ dominij translatio, prout ex Federi. de Sen. in consil. 63. & Hyppoli. de Marsil. in singular. 67. in præcedenti glossa probauimus, qui id deducunt ex text. in l. si alient, ff. de solutionib. l. non omnis, in fin. ff. si certum petat. l. si ex ea, ff. de rei vindicatio. cum similibus. Menoch. in consil. 300. num. 32. vol. 3. Surd. in consil. 528. num. 29. lib. 4. latè Ambrosin. in allegata decisio. 35. ferè per totam, in 2. par. & signanter num. 4. Ioan. Baptista Costa de remed. subsidiar. remed. 37. illatio. 2. nu. 1. qui simpliciter dicit nõ dari repetitionem pecuniæ solutæ, etiam si non sit probata aliũdè, quàm ex commixtione, illius consumptio. Eodem modo loquitur Mari. Anton. Maceraten. variarum resolutio. lib. 2. resolu. 60. casu. 15. in verfic. Primo quia, dicens, quòd Doctores, qui tenuerunt non esse locum repetitioni, id dixerunt propter commixtionem pecuniæ. Idem Io. Bapt. Costa in tract. de re integra, distinct. 46. num. 5. Cæs. Barzi. decisio. 86. num. 34. & Mau. Burg. in tract. de laudi-

laudim.par.3.inſpectio.39.num.7. vbi laudi mium ſolutum domino directi, non poteſt repeti per anteriores creditores, ſi fuit conſumptum bona fide.

6 Vndè † inferas quòd vix dabitur caſus, in quo pecuniæ ſolutę detur locus reuocationi, tanquã extantis, nec adhuc conſumptæ, cùm ſtatim atque à creditore recipitur, fiat commixtio, nec eſt qui apud eum qualis tradita fuerit, diſcernere valeat. In illa cauſa Speranti æ Terre contra Llaudes, data *fuit* pro conſtanti conſumptio ex eo ſolo quòd pecunia fuerat dicta, & ſcripta dicto Llaudes in tabula depoſitorum communium huius ciuitatis, & poſteà ad ſui inſtantiam ſublata ſolta cuiuſdam Notarij, quæ appoſita fuerat partitæ, vt liberè eam recipere, & expendere, ſi vellet, poſſet dictus Llaudes, licet alias non conſtaret quòd eam realiter, & de facto recepiſſet, nec expendiſſet, præter quinquaginta libras, quas eodem contextu, quando fuit ſublata ſolta, ex ea pecunia alteri dixit, & ſcripſit in dicta tabula, ſeu dici, & ſcribi fecit, reliqua quantitate in tabula remanente ſub nomine dicti Llaudes. Et ex hoc dixit Senarus conſtare quòd dictus Llaudes di ctam pecuniã recepit, & conſumpſit, ne poſſet ab eo auocari.

Hæc deciſio materiam nobis tribuit, vt illum articulum quotidiè in praxi contingibilem, vlteriùs examinemus, nunquid pecunia poſteriori creditori per medium tabulæ, vel banchi per debitorem ſoluta, & adhuc non exacta, nec expenſa, dicatur conſumpta, ne poſſit per priorem creditorem hypotecarium auocari in extinctionem ſui crediti, vt ex ea ſibi ſatisfaciat.

7 Qua in re † cùm materia depoſiti includatur, oportet vt clariùs procedamus, quòd nos de ea aliqua imprimis dicamus, ex quibus propoſitum dubium manifeſtius eluceſcat. Præſupponimus igitur imprimis duplicis ſpeciei depoſitum in iure noſtro, quãtùm ad inſtitutũ, quod proſequimur, reperiri: aliud quod regulare depoſitum dicitur, & eſt verum, & proprium depoſitum, prout quando datur vt idem reſtituatur: aliud verò quod irregulare depoſitum communiter appellatur, & eſt improprium depoſitum, prout quando datur vt tantũdem reddatur. Quam diſtinctionem non obſcurè facit Iureconſultus in l.naue Saupheij, ff.loca. & ibi communiter Doctores, & in l.2.ff.ſi certum petatur, & ibi ſignanter Rip. à num.8. cum ſequent. Roman.in conſil.500.Cephal.conſil.10.num.3.volum.1. Ioan.Franc. de Ponte in conſil.56.ex num.1.volum.1. Ioan.del Caſtillo Sotomaior controuerſiar.iur. lib.3. cap.16.num.37.Pet.Barboſ.in l.ſi mora 10. in 2.par.ex num.82.ff.ſolut.matrimo.Hyppolit.Riminal.in conſil.60.num.38.volu.1. Vincent.Honded. in conſil.43.volu.2. Capel.Toloſ.quæſt.168.Nicol.Moz.de depoſ. tit.de diuiſ.depoſ.nu.12.Vincen.Carroc.in ſimili tractat.1.par.quæſtio.2.num.21. & 2. par.quæſtio.47.num.15.in fi.Illuſtriſſ.Card. Mantica de tacitis & ambiguis conuention. lib.10.titu.2. depoſitum in quot ſpecies diſtinguatur, num.10. Gaſp.Roderi.qui latiſſimè materiam depoſiti explicat in tractatu de annuis redditibus lib.3.quæſtione 11.per totam, videndam.

8 Ex quibus † apparet quòd in pecunia tũc proprie, & verè dicetur depoſitum celebratum quando illa obſignata, vel in ſacco clauſa dabitur alicui, vt eadem ſpecie, & numero reddatur, ita quòd illius dominium non transferatur, nec poſſeſsio, nec ea vtatur depoſitarius, ſed eam conſeruet eo modo quo depoſita, quia ita inter contrahentes tacitè cautum cenſetur in eiuſmodi depoſito, iuxtà terminos l.Lucius, & l.licet deponere, §. res depoſitæ, ff.de depoſ. cum concordant. & iſtud vocabitur regulare depoſitum. Irregulare autem, & improprium, cùm ad numerum fuerit pecunia data, non vt eadem ſpecie, & numero, ſed imò tantundem reddatur, ita quòd illius dominium cum poſſeſsione transferantur in depoſitarium cum tacita permiſsione ea vtendi, vt probatur l.die ſpõ ſaliorum, §.1. & l.ſi ſacculum, ff.de depoſi. & declarant omnes Doctores, quos ſuprà fusè retulimus.

9 Cùmque † (vt iam incipiamus rem hanc noſtro caſui applicare) depoſita quæ fiunt in tabulis, & banchis noſtri temporis non ſoleant fieri de pecunia obſignata, vel in ſaeculo poſita, & clauſa, cum expreſſa, vel tacita conuentione quòd ea ita vt deponctur, conſeruetur, & poſteà eadem ſpecie, & numero reddatur, ſed imò deponi ſolet ad numerum, cum tacita conuentione quòd ea nummularij vtantur, & ſolùm ad tantundem reddendum obligentur, vt palàm eſt, indè fit quòd cum eis non dicetur, nec dici poterit contrahi verum, proprium, & regulare depoſitum, ſed imò irregulare, & improprium, prout in terminis docet Ioan.Franc. à Ponte in citato conſil.56.à numer.1. cuius in hoc doctrinam ſummè laudant Gaſpar. Roderi. de annuis redditib.lib.3. quæſt.11. num.37. & Ioan. del Caſtillo Sotomaior in allegato cap.16.lib.3.controuerſiarum iuris à num.37. & ſignanter num.42. noſter nobilis Ludouicus à Peguera, qui multis probat, deciſion.38.per totam, & Statili.Pacific.de Saltiano interdicto inſpectio.3.cap.2.num. 105. vbi in idem adducit quandam Rot.Romanę

† manæ *decisionem*, quam postea in calce operis refert,& est 86.in ord.in non additiona.

10 Inde † consequitur iuxtá superiùs tradita, quòd harum pecuniarum, quæ sic deponentur in tabulis, & banchis, dominium, & possessio non remanent penès deponentē, sed imo in depositarios transeunt, & transferuntur, vt eis vtantur, & fruantur ad libitum tantundem reddituri cùm voluerit deponens, vt omnes agnoscunt qui hanc materiam tractant, & signanter Rot.Romanæ decisio. 860. in titul.de posit. Sotomaior allegato cap.16.controuersiarum iur. lib.3.

11 cap.34.& 39. Propter † quod huiusmodi de posita transire proprié dicuntur in creditа ex l.procuratoris, §.planè, versicul.Sed & si dedi,ff.de tribut.actio. rectè Pegue. allega. decitio.38.num.14.

12 Inde etiam† fit quòd qui deposuerit suas pecunias in dictis tabulis,& banchis, in concursu creditorum non præferuntur, etiam in pecunijs repertis in esse in dictis tabulis, & banchis, alijs creditoribus anterioribus nũmulariorũ ex alijs causis existentibus, prout pluribus probat Beneuenu.Stra. in tract.de decoctor.vit.part.qui potior.in bonis decoctor.habean.per tot. Vincen.Carroc.in tracta.de deposit.par.2. quæstio.47. etiam per tot. Castillo Sotomaior citato cap.19.controuersiarum iuris lib.3.à num.49.& omniũ latiùs noster nobilis Ludouicus à Pegue.decisio.38. per totam, cuius decisionis mentē non videtur rectè percepisse Blas.Flo. Diaz de Mena, qui eum allegat, variar. quæstion. iur.lib.1.quæstio.6.art.3.numer.40. quia ea fundata fuit in nostris iuribus patriæ ibi per Peguera allegatis,vt ipse dicit,nu.15.& 17. secundum quæ creditores bancheriorum habent hypotecam in bonis illorum, vti habetur in constitutio.2. sub tit. de posit. & † cambia.& *declaratuit* in terminis Senatus nostri 4.Nouembris 1573. inter Ioannem Zacirera.& Narcisum Ferran, Relatore egregio olim Senatore, auctore libri obseruantiarum, Michaele Ferrer, vt videbis in Archiuo Regio, & ideò non est in consequentiam trahenda, vbi ea iura non vigent, imò ibi est seruandum quod anteá de iure communi procedere dixerat.

13 Inde † item sequitur quòd periculum harum pecuniarum, & quicunque casus fortuitus earum, non ad deponentem,sed imò ad depositarium spectant, & pertinent. Ratio est, quia per huiusmodi deposita, ex quo ita depositarium,vt dictum est, dominiũ transfertur, ipse debitor generis, quod nunquam perit, non speciei, constituitur,id quod pulcherrimè probat Vincen.Hondede. in consil.43.quasi per totum,volum.2. Anto.Gomez tomo 2. variarum resolutionum cap.7. de commoda.& deposit. num.3. in princip. Gregor.Lopez in l.2.tit.3. *de los condesijos*, in versic.*Recibe fueras ende*,parti.5. Iacobus Mandel. de Alba in conf.3.num.3.vol.1. & Io.del Castillo Sotomaior allegato cap.16. lib.3.controu.iur.num.35.

14 Inde † finaliter fit, quòd fub legato omnium bonorum mobilium non restricto ad certum locum, licèt veniant pecuniæ in domo testatoris existentes, vel alibi in facculo per alium nomine testatoris custoditæ, non tamen veniunt pecuniæ depositæ penès mercatorem, ita pulchrè probat Statil. Pacific. de Saluia.interdic.inspect.3. cap.2.dn.104.

† & Rot.Ro. ita *tenuit*,& decidit in decis.quæ ibi idem Auctor refert, & posteà ponit ad litteram in calce operis,& est 86. in ordine in codicib.non additionat. Ratio ibi adducitur, quia cùm pecuniæ non fuerint depositæ in facculo, sed vt tantundem redderetur, dicitur translatum dominium ipsarum in depositarium, & ita pecunia tunc non dicetur mobilis, sed ius, & actio positi,quæ iura, & actiones sunt tertia species à mobilibus, & immobilibus, pulchra ad id est Anto. Gabr.conclu.2.lib.3.commu.conclu.tit. de reb. credit. & fuit (inquit decis.) approbata à Rot.alia Paul.2.lib.3.

15 Per † hæc scio pulchram motam in Senatu causam per Mariannam vxorem Gaspar is de Prat domicelli,& I.V.D.ciuis Barcinone, & alias forores suas, contra Hieronymam Tauerner viduam relictam Bernardi Tauerner quondám ciuis honorati eiusdem ciuitatis, ad relationem egregij Senatoris Ioannis Magarola, Actuar.Iosepho Cortes, in qua prætenditur per dictas forores de Prat, & alias, vti hæredes ciuisdam numularij, & campsoris præsentis ciuitatis, q̃ reliæ illius banchi ex depositis diuersarum personarum ibi factis existentes tempore mortis testatoris, & etiam nunc adhuc non exactæ per eos,qui deposita fecerant, ad ipsas,vt hæredes prædictas, spectant,& pertinent, & non ad eum, qui continuauit banchum,& illius negotiationem post mortem nummularij,& campsoris: fundant in suprà adductis suam intentionem, dicentes quòd dominium pecuniarum omnium inibi depositarum translatum reuera fuerat in nummularium, & campsorem,& ex consequẽti post illius mortem ad eius hæredes illæ pecuniæ peruenire debebant,vti de patrimonio defuncti, dictis hæredibus obligatis, & obnoxijs solùm remanentibus ad tantundem restituendum quoties, & quandocunque venirent creditores sua credita petẽtes,& propterea prætendunt hæredes condemnãdum fore,

fore, qui poſtmodum banchi adminiſtrationem continuauit, & reſtas prædictas occupauit, ad illas ſibi reſtituendum.

16 Ex quibus † facilis eſt reſponſio ad propoſitum dubium, quòd, licèt negari nõ poſſit quin reuera iſta noſtra depoſita irregularia, depoſita ſint, & habeant veri depoſiti priuilegia, taliter quòd pro pecunijs ſic depoſitis habendis actio depoſiti ſimiliter cõpetat, ſicut pro depoſitis veris, & regularibus, & contra ea depoſita non debeant, nec poſſint admitti compenſationis, non numeratæ pecuniæ, & aliæ exceptiones, quæ non admittuntur contra depoſita vera, & regularia, ſed imò ſic illa ſicut iſta poſſunt ſtatim repeti, nec valet pactum quodcunque ſit in contrarium factum, prout ad ſatietatem vſque probat Barboſ. in l. 10. mnra, in 2. part. num. 83. & 84. Soromaior allegato cap. 16. controuerſiarum iur. lib. 3. numer. 25. & 38. Bertazzol. conſil. 48. num. 10. & conſil. 49. num. 39. lib. 1. & alij paſſim ex ſuperiùs allegatis. 17 Tamen † nec etiam inficiari valet quin depoſitũ regulare nihilominùs in multis ſit magis fauorabile, quàm iſtud irregulare, prout in l. Lucius Titius la 1. cum l. de ſponſaliorũ ſequẽti. §. 1. ff. de depoſ. probatur, & docet Bertazzol. citato conſil. 48. nu. 8. volu. 1. ſaltem quoad propoſitum de quo agimus, longa, laraque eſt inter dicta depoſita diſcriminis, & differentiæ ratio: In depoſito enim regulari manet ſemper eadem pecunia, & ſub dominio, & poſſeſſione deponentis perpetuò exiſtit, nec vnquam cum alijs pecunijs depoſitarij commiſcetur, ſed ſemper in ſuo eſſe, eadem numero, & ſpecie permanet, taliter quòd illa eadem poſſit ſemper reperiri, & oculis cerni, ac ad viſum demonſtrari: propterea nihil mirum ſi in ea non conſideretur aliqua conſumptio, ſed poſſint creditores priores vigore ſuarũ hypotecarum auocare. At in depoſito irregulari, & improprio, de quo tractamus, cũ pecunia detor ad numerum, commiſceatur-que ſtatim cum alia tabulæ, ſeu banchi pecunia, & ea nummularij vtantur ad libitum, clarum eſt, & apertum, quòd per talem commixtionem taliter conſumitur, & conſumpta dici debet, vt iam amplius hypoteca in ea non durer, nec durare poſſit, & illud quod poſtea quam facta eſt creditori ſolutio per medium dictæ tabulæ, ſeu banchi, reperitur & conſeruatur in dicta tabula, ſeu bancho, non eſt pecunia anteà per debitorem depoſita, cui inhæruiſſet hypoteca prioris creditoris ſi in ſpecie depoſita extitiſſet, atque ita ibi eadem numero reperiretur, & conſeruaretur, ſed imò quoddam creditum, ſiue quædam actio competens creditori, cui fuit pecunia dicta, & ſcripta ad tantundem à nũmulario perendum, & ſeu ad illud idem ab eo exigendum, quod poterat ante dictam ſolutionem, à debitore. Ex quibus conſequitur, quòd quamuis is, cui peconia eſt dicta, & ſcripta in bancho, eam non exegerit, non poteſt dici extare, vt poſſit eſſe locus reuocationi: tranſiuit enim à principio in dominium nummularij, & per commixtionem cũ alijs pecunijs, fuit conſumpta ab initio, & ſolum creditum remanſit pecuniæ in genere debitæ. 18 Et ſi † teneremus cum illis, qui contractus celebratos cum iſtis bãcherijs, & ſeu iſta depoſita volunt tranſire in mutuum, de quibus per Barbo. in l. ſi cum dotem 23. §. fin. num. 32. ff. ſoluto matrimo. Laderchi. Imolen. in conſil. 113. num. 11. Gaſpar. Roderi. de annuis redditib. lib. 3. quæſt. 11. nu. 37. Iacob. Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 8. de depoſ. & commen. nu. 64. Sotomaior in ſæpè citato cap. 16. lib. 3. controuerſiarum iur. num. 32. minorem proculdubio res tunc difficultatem haberet, cũ per huiuſmodi contractum magis appareat de translatione dominij in adquirentem, & pecuniæ conſumptione.

19 Et in † ſumma, quod mihi propriùs in hac materia dici debere videtur, eſt, quòd ea pecunia haberi debet pro omninò conſumpta eo modo, quo ſi per creditorẽ fuiſſet realiter recepta, & cum ſuis commixta, propriè enim tabulæ iſtæ, & banchi nihil aliud mihi facere videntur, quàm vel ex priuilegio, vel ex tacito conſenſu populi, facilioris commercij gratia, & ne illius amiſſionis periculum ſubeant, cui expoſita eſſet ſi domi haberetur, & cuſtodiretur, perſonam legitimam agere, quæ nomine vnius, & alterius, pecunias, quæ eis ſoluuntur recipiãt, & ex eorum ordine, & conſenſu cum ſuis cõmiſceant, & conſumant, obligati ad tantundem poſteà reſtituendum cum voluerint ipſi creditores. Ad quod proculdubio alludit quod ſatis in propoſito Affict. docet deciſ. 353. num. 5. & 6. & deciſio Genuæ 1. num. 8. & 9. de ſolutionibus, quæ fiunt per medium banchi, aut mercatoris, ſcribentibus nummulario, & mercatore partitam in libris ad creditum eius, cui erat ſolutio fienda, & debitum recipientis. Quod ſi ita eſt, prout ita eſſe nos quotidiè experientia docet, haberi ea pecunia pro conſumpta proculdubio debet, ne repeti poſſit.

20 Præterea † ſemper pungit in fauorem huius opinionis ratio æquitatis contra auocationem pecuniæ in alijs caſibus ſupra adductis à Doctoribus conſiderata, ne ſcilicet cõmercium inter mercatores prohibeatur, & ipſi multis litibus implicentur ferè inextricabi-

cabilibus, prouti eſſet ſi poſt factam per tabulam, vel banchum ſolutionem, inquireret alij creditores num pecunia eſſet exacta, vel non, & expenſa illa eadem, quæ depoſita à debitore fuerat, & per eundem pro ſolutione ſui debiti creditori dicta, & ſcripta, ſicuti optimè in propoſito conſiderabat Pariſ. conſil. 69. num. 7. volum. 4. Benè ergo arbitror prouiſum cum ſuprà relata ſententia lata referente egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll, quòd pecunia ſoluta Raphaeli Llaudes per medium tabulæ, licèt non fuiſſet exacta, nec expenſa, haberetur nihilominùs, ac haberi deberet pro cõſumpta, nec auocari valeret, & poſſet à prioribus crediroribus.

Habui ego, non diu elt, in Senatu caſum pro celebri viro Laurentio Polo, primùm in Senatu Mediolani Præſide multùm digno, & poſteà in ſupremo Concilio Italiæ Regente emerito, nunc autem in cœleſti patria cum Diuis commoráte, contra hæredes Iacobi, & Michaelis Marti mercatorum huius ciuitatis Barcinone, qui volebant vt prio res, & magis priuilegiati creditores pro qui buſdam creditis ſuis auocare pecuniam ex bonis dictorum Marrius proceſſam, & per medium cuiuſdam banchi dicto Polo ſolutam pro ſuo credito, poſtetiori tamen, coram egregio Senatore Ioſepho Dalmau, & exoptabam quòd ſuper hoc articulo caperetur reſolutio, ſed quia aliud habuerũt clariſſimi Senatores, quo cauſam deciderent, hunc arriculum omiſerunt.

21 Quoad † ſecundum de bona fide, quam dixi neceſſariam eſſe in receptione, & conſumptione pecuniæ, ne fiat illius reuocatio ex rationibus ſuperiùs adductis, quæ non te peruntur, explicandum, ac enodandum reſtat quando mala fide pecunia dicetur conſumpta, tunc enim cognoſcetur eius contrarium quando bona fide, ex regula Philoſophorum. Id non poteſt ſub certæ regulæ limitibus, & ſeptibus claudi: ſed ex varijs exemplis, quæ Doctores de hoc tradunt, iux tà varias diuerſorum factorũ circunſtantias, erit deprehendendum.

22 Præcipuum † exemplum ponunt in eo, qui ſciebar alios eſſe creditores priores ſe, & potiores, & nihilominùs curauit quòd ſibi ſolueretur imprimis, & pecuniam ita ſciens accepit, & conſumpſit, tunc dicitur mala fide id feciſſe, & habebit locum repetitio, quaſi dolo deſierit poſſidere, l. ſi fundus, §. in vindicatione, de pignorib. magis ad propoſitum probat text. in l. deferre, in §. finali, de iure fiſci, Ioſeph. Ludoui. deciſio. Peruſi.

23 45. num. 20. qui † id extendit etiam quando veriſimiliter, attenta communi patria, ſimultanea conuerſatione, & vicinitate, ſcire potuit creditor adeſſe etiam anteriores creditores, & cum ratione fit ea extenſio, imò is eſt vnus ex præcipuis modis probandi ſcientiam, Barboſ. in 6. part. l. 1. num. 23. in verſic. Item quod ſi ille, ff. ſolut. matrimo.

24 Facit † quod in ſimili docet Carroci. in ſæpè citata deciſio. ſeu caſu 109. num. 49. vbi dicit, quòd hæres cenſetur eſſe in mala fide, ſoluendo poſterioribus creditoribus, quando ſcit adeſſe antiquiores, & ideò non ſuffragatur ei beneficium inuentarij. Idem ante enim dixerat Roland. de inuentar. part. 4. verſic. Octaua eſt vtilitas, fol. 120. benè Surdus in propoſito noſtro conſil. 4. numer. 45.

25 latè ſicut nouiſſimè † Gaſp. Anton. Theſaur. quæſtio. foren. 16. num. 13. in 2. parr. qui addit, quòd quia non ſufficit exactio hoc modo facta, niſi etiam mala fides creditoris acceſſerit in conſumptione, quia ſcientia ſola non obeſſet, ideò malam fidem in conſumtione tunc ineſſe ipſe diceret, quando ſciens adeſſe anteriorem creditorem, ille ſtatim exactam pecuniam expendit, vt anteriorem eludat, & defraudet creditorem, & ad iſtam conſumptionem dicit reſpexiſſe Afflict. Dida. Ludoui. Gutier. & Surd.

26 Item † non diceretur recipere cum bona fide crediror pecuniam, nec conſumere, quando ei fuiſſet ab alio anteriore creditote denuntiatum, ne eam reciperet in ſui præiudicium, & ſi nihilominùs recipere vellet, eſſet locus repetitioni, & auocationi, prout in terminis tenet Io. Bapt. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 37. illatio. 2. num. 6. Rationem † adducens, quia denuntiatio conſtituit

27 denuntiarum in mala fide, l. ſi fundus, & ibi Bart. C. de rei vendicatio. de qua denuntiatione vide vlteriùs Pinel. in authent. niſi triennale, à num. 16. cum multis ſequentib. C. de bon. matern. & Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſtio. foren. 16. num. 13. in 2. part. Quod intelligitur quando creditor denuntiando fidem fecit de ſuo credito, aliàs non tenetur creditor denuntianti credere, & ſe in periculum amiſsionis crediti negligendo conijcere, ita Gaſpar Anton. Theſaur. loco proximè allegato, addens non eſſe tutum in cõſcientia qui poſt hanc legitimè factã denuntiationem pecuniam à debitore exigit. Sed quis ad hæc attendit? Conducunt quæ nos non inutiliter diximus in primo huius laboris tomo clauſu. 4. glo. 17. nu. 90. vbi videas. Tranſeamus ad vlteriora.

28 Item † non diceretur pecunia bona fide exacta, & conſumpta, quando collitigantibus duobus, vel pluribus crediroribus contra eundem debitorem, is qui poſterior eſſet, procuraret ſibi priùs fieri ſolutionem,

Coſta

Coſta vbi ſuprà numer. 5. Sed hic caſus non erat neceſſarium quòd proponeretur ſeparatim, & particulariter, cùm iam comprehenderetur ſub illo primo generali, quando ſcit creditor poſterior exigens habere debitorem alios creditores anteriores. Et hoc
29 eſt quod dicunt communiter Doctores non poſſe debitorem nec inter perſonales creditores, nec inter hypotecarios per grarificationem vni ſoluere, & alios relinquere, quod paſſim leges apud Doctores, qui in toto hoc diſcurſu citantur, & habetur elegánter per Sratil. Pacifi. de Saluiano interdicto inſpectio. 3. cap. 2. num. 100. vbi ſignanter allegat quandam Rotæ Romanæ deciſionẽ, quã poſteà adducit in fine operis in ordine
30 29. num. 4. & 5. vbi dicitur, † quòd licèt regulariter anteriot creditor non auocet pecunias exactas per ſecundum creditorem quando ſunt conſumptæ, tamen quando tẽpore ſolutionis pat fuit omnium creditorũ diligentia, & tamen fuit poſterior gratificatus, tunc poterit antetior creditor à ſecundo creditore pecunias auocare ei ſolutas.
31 Viden. † Gaſpar. Anton. Theſaur. allegata quæſtione foren. 16. nu. 14. loquens de pluribus creditoribus contra decoctum agentibus, quorum vnus diligentior alijs priùs ſatisfactionem ſui debiti obtinuit: & dicit pro reuocatione in eo caſu fuiſſe in Senatu Pe-
† demontano *declaratum*. Qui pulchrum poſteà addit caſum num. 15. qui Romæ ſucceſ-
† ſit, & *declaratus* dicitur contra vnum ex creditoribus cuiuſdam decocti, qui præſentiés fallimentum, fecit eum capi, & dum duceretur ad carceres, acceſsit quidam amicus, qui pro debitore ei ſolueret, & deponeret vt ille relaxaretur: egerũt enim reliqui creditores contra eum pro reuocatione, & auocatione pecuniæ, & obtinuerunt, licèt contra Theſauri ſententiam, vt ipſe dicit. Aliũ
† caſum ſimiliter in Rota Romana *reſolutum* de anno 1593. refert Hercules Mareſcottus variarum reſolutionum lib. 2. cap. 36. num. 3. & 4. citat In hac materia, quam in toto illo capite ex profeſſo tractat, Surd. omninò videndum in conſil. 4. lib. 1. nouiſsimè Ca-
† mil. de Larata conſil. 64. vbi *deciſum* refert In Senatu Neapolitano auocationi eſſe locum quando omnes creditores inſtabant ſimul contra debitorem.

32 · Item † non eſſe dicendam pecuniam eõſumptam ne poſsit repeti vult Surd. in ſæpè citato conſil. 4. num. 48. quando ſolutio eſt facta procuratori, qui adhuc pecuniã non teddidit ſuo principali, quia tunc ceſſat ratio æquitatis à Doctoribus cõſiderata commercij non impediendi, ſequitur Gutier. in cita. quæſt. 101. nu. 13.

33 Hæc † cùm ita ſint, vidi nonnullos hõ infimæ notæ viros, cum quibus de his agerem (nam alij ſiccò pede per omnia tranſeunt) mirari, quamobrem quando fit executio in bonis alicuius, & ea diſtrahuntur publicè iudicis auctoritate, vt ex pecunia, quæ procédet ex diſtractione, & venditione ſatisfiat creditoribus, inlungitur eis, qui ſua credita recipiunt vt præſtent cautionem de pecunia recepta reſtituenda, ſi forſan in futurum appareant alij creditores tempore priores, aut iure potiores: cùm enim ipſi diligentes fuerint in comparendo quando per curiam viderunt bona debitoris publicè ſubhaſtari, & diſtrahi, & alij multùm negligentes in nõ comparendo pro ſuis habendis, & recuperandis creditis, quamuis multoties publicis vocationibus, & præconizationibus ad id vocitentur, prouri fieri ſolet in tota fermè Cathalonia, & in omnibus ferè tribunalibus illius: vocantur enim creditores poſt publicè factam bonorum diſtractionem, quatenus ſe opponant, ſi cupiunt in ſuis creditis ſatisfieri, præterquam in ciuitate Barcinone, & in ſacro Senatu reſpectu executionum, quæ eius diſtrictu, & compulſione fiunt: ibi enim hæc in deſuetudinem abierunt, quia poſt factam venditionem, & diſtractionem non fit alia diligentia in fauorem creditorum, ſed ſuo tempore fit pecuniarum diſtributio inter eos, qui ſe oppoſuerunt, cùm cautione ſupradicta: cùm (inquam) diligentes dicti creditores fuerint in recuperandis ſuis creditis, & ea bona fide recipiant, & conſumãt pecuniam, cùm neſciant alios adeſſe creditores, imò probabiliter credere debeãt nullos futuros, quia ſi adfuiſſent, non eſt verifimile quòd non comparuiſſent, videbatur ſupradictis Doctoribus quòd iſtud beneficium debebat creditoribus prædictis concedi, & alijs ſimilibus creditoribus ſua credita à debitore voluntariè ſoluente bona fide recipientibus non denegatur, vt in ſuperioribus vidimus, ne vlteriùs moleſtari valeant, ad inſtantiam aliorum, licèt antiquorum, credi-
34 torum. Maximè † cùm concludant Doctores ſuprà à nobis reſoluta contra auocationem pecuniæ procedere tam reſpectu illius, quæ fuit à debitore inuito per viam iuris, & iudicij exacta, & extorta, quàm quæ fuit ſpõtè ſoluta, vt eſt gloſſ. in l. fideicommiſſa, §. item, verbo, exegerat, de legat. 3. Simon de Pret. conſil. 54. num. 15. Ioan. Baptiſta Coſta de remedijs ſubſidiar. remed. 37. illatio. 2. num. 5. meliùs probat Carroc. deciſ. ſeu caſ. 109. num. 25. Iniuſtè igitur videntur facere iudices, qui ad hanc cautionem præſtandam obligant creditores, cùm per eam ſine cauſa priuent dictos creditores priuilegio ſibi de

iure

iure competente, ne possit pecunia ab eis auocari, & repeti etiam per anteriores, &
35 antiquiores creditores: operatur enim † ea cautio ne possit priuilegium prædictum allegari, imò tunc siue extet pecunia, siue non, & siue sit bona fide, siue mala consumpta, semper qui illam recepit tenetur illam exhibere, si contingat quòd compareant anteriores creditores, quia cautio operatur vt haberi debeat perindè ac si solutũ non fuisset, imò facit quòd pecunia dicatur adhuc extare, ex pulchra Pauli Castrens. doctrina in consil. 285. Visis & ponderatis omnibus, in 1. par. in veteri impressione num. 1. & in l. 1. versic. Sed si plures, nu. 6. & 7. de tribut. actio. quam sequitur Vincent. de Franc. decisio. 75. & 200. Eandem etiam sequitur Benencnu. Straca de decoctorib. part. vlti. qui potior. in bon. decoctor. habean. num. 35. dicens cautionem in hoc casu præstitam à creditore facere vt meliorem vigilando suam conditionem non feciſſe dicatur, id quod probant ex text. in l. procuratoris, in fi. cum l. sequent. de tributor. action. & in l. ex facto
† etiam, in fin. ff. de pecul. Ita fuisse *decisum* in Concilio Neapoli. refert Io. Vinc. de Anna singular. 537. Alexander Trentacinq. variatum resolutionum lib. 1. tit. de iure fisc. resolutio. 7. num. 10. Adde supradictis nouissimè multò post hæc scripta, egregium Consiliarium & Aduocatum Fiscalem in supremo Aragonum Concilio, don Franciscum Hieronymum Leo decisio. Valenti. 50. nu. 10. & 11. vbi & in fructibus perceptis, & bona fide consumptis eundem effectum operari cautionem vt illos faciat extare, *decisum* asserit.

36 Facit † quod dicit Mari. Antoni. Maceraten. variarum resolutionum lib. 2. resolutio. 60. casu 15. in fin. pecuniam dici nõ consumptam ex eo solo quod creditor promisit restituere eam in casu molestiæ alterius, quem sequitur Ioan. Baptista Costa de remed. subsidiar. allegato remed. 37. illation. 2. num. 2. in fin. & in terminis etiam Statil. Pacific. de Saluia. interdicto inspectio. 3. cap. 2. nu. 96. qui dicit quòd per dictam cautionem pecunia præsumitur extare, vti etiam in superioribus dicebamus.

37 Et cùm † videamus hanc rem inconcussè, ac vniformiter obseruari nedũ in nostro Senatu, sed etiam in tota Cathalonia, & in omni illius parte, vt nihil in ea magis constitutum, & stabile, vniuersaliterque obseruatum reperiatur, taliter quòd temerarium videretur velle contra eam mutire, & reperia
†† mus etiam idem in Senatu Neapoli. *practicari*, vt nobis refert Vincen. de Franch. decisio. 272. num. 10. & laudat Gasp. Antonius Thesaur. in sæpè citata quæstion. forensi 16. num. 20. in fin. hoc magis magisque admirationem adauget. Si id solùm obseruaretur, ac obseruari iuberetur inter creditores, in quibus non est melior occupantis, vel vigilantis conditio, prout obseruandum probat Straca in allegato tractat. de decoctor. vltim. par. tit. qui potior. in bonis decoctor. habean. nn. 34. qui ponit exemplum in creditoribus alicuius mercatoris falliti, & decocti, trãsire res posset faciliter, quia id expressim probant allegatæ leges procuratoris, de
† tributor. actio. & ex facto, de pecul. Imò *re-*
38 *solutum* † fuisse in Rota Romana de anno 1593. refert Statil. Pacific. post suum tractatum de Saluiano interdicto decisio. 90. nu. 6. quæ est Seraphini in ordine 1074. in impressis, quòd semper cùm fit solutio per decoctum, & non supereſt vndè satisfiat creditori, est locus pecuniæ auocationi, ex Cepha. in consil. 86. num. 8. & 12. Sed quòd id etiam præcipiatur fieri, & obseruari in his, quibus est datum posse aliàs ex sua diligentia, & vigilantia meliorem suam conditionem facere, dubium videtur.

39 Additur † quòd ista cautio iubetur creditoribus præstari quando fit graduatio, & distributio pecuniæ inter eos, siue constet adesse alios creditores anteriores, siue non, & quamuis nulla adsit de hoc suspitio, quod est contra id quod docet Angel. in l. procuratoris, §. vult, de tributor. actio. Paul. de Castro, & Corn. in l. vltim. §. & si præfatam,
† num. 4. C. de iure deliberan. & *tenuit* Rota Romana de anno 1599. decisio. 276. ex recollec. in fin. oper. de Salnia. interd. per Statil. Pacifi. vbi pulchrè.

40 Sed re † maturiùs considerata, visum fuit optimo iure introductam fuisse praxim prædictam, atque ita semper fore obseruandã: nec aliter existimandum, aut præsumendum erat de integritate tantorum Senatuum, qui eam sequuntur. Id enim in occurrenti casu non tam fit fauore priorum creditorum, qui videntur negligentes, quàm emptoris proprietatis, ne auctoritate iudicis, & sic sub fi-
41 de publica deceptus maneat. Scire † enim debes, quòd quantumuis in publicis subhastationibus ad instantiam vnius, aut alterius creditoris, fuerit vendita res debitoris, & postea pretium per emptorem depositum iussu iudicis, vt ex eo satisfieret creditoribus, & postea publicis edictis sint creditores vocati vt compareant si satisfieri cupiũt in suis creditis iuxtà suam cuiusque prioritatem, & potioritatem, & sit reuera, & cum effectu facta inter creditores, qui comparuerint, pecuniarum distributio, nihilominùs si aliqui omiserint comparere, qui sint anteriores,

riores, vel potiores habentes rem illam pro ſuis crediris hypotecatã, eis non fuit per dicta procedimenta modo aliquo prẽiudicatũ, nec fuerunt hypotecæ extinctæ, imò dictis procedimentis non obſtãtibus poſſunt, & valent eodẽ modo cõtra rẽ illam hypotecaria actione, ſetuatis ſeruandis, agere, ac ſi eo modo quo ſuprà, diſtracta non fuiſſet. Nec aliquid iuuabit emptorem dicere, ꝙ forma prẽdicta fuerit res illa per ipſum empta. Ratio eſt, quia iſti creditores non fuerũt eo modo quo debebant citati, nec negotio interuenerunt, nec ſubhaſtationi conſenſerunt, vndè ſequitur ꝙ quamuis eſſent minor pars creditorum, & per maiorem ſupradicta inſtata extitiſſent, & eis conſenſiſſent, non fuiſſet dictorũ creditorum minori parte in ſuis iuribus prẽiudicatũ, minusq. hypoteca extincta, ex l. cũ notiſſimi, §. 1. de præſcrip. 30. ann. pulchrè Statil. Pacif. de Saluia. interd. inſpect. 3. c. 2. n. 134. & 135. in codicib. nou additiona. in additiona. autem eſt n. 405. qui citat quan
† dam Rot. Rom. *deciſionem* ad id factã de anno 1597. quam ad litteram poſteà refert in calce operis, & eſt in ordine 87. in non additionat. vbi ita expreſſiſſimè dicitur, & eſt d. deciſ. Seraphini in ord. 1233. in impreſsis.

42 Nec † conturbat l. & ſuum, §. hodie, cum l. ſi quem, de pact. maiorẽ partem creditorũ poſſe prætudicare minori, quia procedit vbi negotiũ geritur inter omnes ad hoc congregatos, & iuxtà declarationes, de quibus per Afflic. deciſ. 288. qualis non eſt hic noſter caſus, ita Rot. Ro. vbi ſup. n. 2. Conducit quod in his eiſdem terminis adducit Cancer in 2. par. var. reſol. c. 7. de reſti. ſpol. n. 14. dicens,
43 quod † proclamata generalia non ſufficiunt, nec ſunt apta ad prætudicandum alicui nominatim, quando enim eſt ita alicui prẽiudicãdum, neceſſaria eſt ſpetialis citatio, vt notat Bal. in l. ſi. C. de edic. din. Adria. tollen. Bec. conſ. 12. n. 10. & 11. & alij, qui ibi longa ſerie referuntur. Quibus concinnit elegans defini. Anto. Fab. in ſuo C. lib. 7. tit. 32. de bon. auc-
44 tori. iudi. &c. 14. in ord. vbi dicitur † vendi tionem quantumuis publicè factã ijs nocere non poſſe, qui cùm eſſent certi creditores, & cogniti, nominatim tamen citati nõ fuerũt: generale enim (inquit) proclama nõ niſi ad incertos, ignotosq. creditores pertinet, quod idem in effectu antea dixerat Bec. in allega. conſ. 12. nu. 9. addens n. 10. quod idem etiã debet obſeruari vbi perſona eſt incerta, ſi tamen de facili poteſt ſciri, & certificari. In caſu tamen occurrẽti qnis debitorum poteſt dicere ſe neſcire ſuos creditores, eiq́ue illos eſſe incognitos, & incertos?

45 Quod idẽ † poſteà in ſecunda impreſsione libri additionati n. 407. procedere inquit idemmet Statil. Pacif. quando non ad inſtantiã maioris partis creditorũ ita inter ſe concordantium & conuenientiũ, diſtractio bonorum debitoris fuit facta, qui erat caſus quẽ anteà tradiderat: ſed etiã quando ad inſtantiã vnius tantùm creditoris (qui frequentiſſimè ſuccedit) fit executio, & eius vigore ſubhaſtatio, & diſtractio bonorũ auctoritate iudicis, cũ depoſito pretij, ꝙ deindè diſtribuitur in creditores ſe opponentes, adhuc (inquit) non fuit per hoc ſublata hypoteca creditorũ non comparentiũ, imò ſi priores ſunt, ſeu potiores, poſſunt iterùm moleſtare emptorẽ, quia res illa ſic alijs hypotecata trãſit cum illo onere in quemcunque poſſeſſorem, l. ſi debitor, C. de diſtract. pignor. Neguſ. de pig. 3. mẽb. 5. par. n. 2. Surd. deciſ. 266. n. 10.

46 Huic † imminẽti dãno emptoris debet curia, & auctoritas publica, per quã fit ſubhaſtatio, & diſtractio, quantũ poteſt, obuiare, ne ille ſub fide publica deceptꝰ maneat. Quod cũ non poſsit aliter, quàm per cautionẽ prædictã, ideò benè eſt, ꝙ eam iubeat præſtari, prout inconcuſsè in noſtro Senatu obſeruatur, & in tota Cathalonia, cuius praxim in propoſito laudat Cancer in 2. par. var. reſol. c. 7. de reſtit. ſpol. nn. 17. vbi ita in terminis dicit, ꝙ quia non fuit prẽiudicatum prioribus creditoribus, neceſſum eſt ꝙ ꝙ poſtetioribus hæc cautio exigatur, vt illis poſteà cõparentibus, poſsit eſſe ſatisfactum abſque moleſtia emptoris. Per quã quidem cautionẽ quoties pulſabitur emptor ad inſtantiam anteriorũ creditorum, poterit & ipſe petere contra poſteriores, & eorum fideiuſſores, quòd ex pecunia per eos recepta ſoluant, & ſatisfaciãt anterioribus, à quibus moleſtatur, quãuis in obligatione, & promiſsione dictorũ creditorũ, & ſuorũ fideiuſſorum, dictus emptor non ſit nominatus, & verba ad eum non dirigantur, competit enim nihilominùs ei actio, l. ſeruo legato, §. ſi teſtator, de lega. 1. cũ alijs allega. per Roma. conſ. 32. n. 2. & ibi congeſtis p ad dẽ. in litt. G. Bal. in l. fi. cui legatur, §. fi. & ibi Laſ. n. 8. de leg. 1. idẽ Laſ. in l. ſtipulatio, §. alteri, n. 7. de verb. obli. Quã opinionem (inquit Rot. Ro. in cita, deciſ. 87. n. 7.) Domini *dixerunt* † æquiſsimam, ne decipiatur emptor, qui iudicis auctoritate emit, & pretiũ depoſuit, ad ea quæ tradit Rui. in conſ. 171. n. 7. lib. 4.

47 Addẽs † poſtremò n. 7. quod valdè ad iſtud propoſitũ, & inſtitutum facit, prædictã creditorũ obligationẽ de reſtituẽdis pecunijs, &c. fieri etiam contemplatione emptoris rationẽ ſui intereſſe, & propterea neque eget ceſſione, neque neceſſe eſt eum eſſe creditorẽ, nam ſatis eſt quòd ad hunc effectum de ſuo intereſſe conſter, vnde & largo modo dici poteſt creditor, ad notata in l. creditores, ff.

de verborum ſignificatio. Sic pulchrè Statili. Pacific. dicta inſpectio. 3. cap. 2. num. 409. poſt Rotã Roma. prædictã in deciſione iam allegata, vbi dicitur ita ibi concluſum.

48 Hæc Doctores † dicunt, vt iuſtificent in. concuſſam hanc praxim iudiciorũ de cautionibus iſtis præſtandis. Quæ, meo iudicio, declaratione adhuc egent neceſſaria, ſaltẽ inxtã ea, quę in Cathalonia, & in ſuptemo Senatu illius obſeruari vidi, de quo infrà. Nõ nego ego quin multùm interſit emptoris iſtas cautiones præſtari, & q̃ ſine eis pecunia creditoribus non liberetur, per quas ſemper pecunia dicitur extare : ſed non concedo quòd commodum ipſius in hoc ſit dumtaxat futurum, vel quod ſit ei neceſſarium hoc remedium, vt ſi moleſtetur ab alijs creditoribus, poſſit indemnis ſeruari per eos, qui dictas cautiones præſtiterint, compellendo eos in vim obligationum per ipſos in dictis cautionibus firmatarum, vt dictis prioribus creditoribus ſatisfaciant : hoc enim eſt præſuppouere, imò clarè dicere, ſicut teuera dicunt ſuprà allegati Doctores, quòd emptor nihilomioùs remanet pro re empta obligatus alijs anteriotibus creditoribus, ſi qui forſan apparuerint poſt ſatisfactionem graduatorum. Quod non fore admittendum ſuadent quæ obſeruata in his in noſtro Senatu ſuperegregio vidi, ſcilicet quòd eo ipſo quòd quis emit in publica ſubhaſtatione, & pretium depoſuit ad ordinationem, & ſeu vt nos dicimus, ad ſoltam iudicis, qui illud diſtribuit inter creditores, qui comparuerunt cum iſtis ſolitis cautionibus, amplius moleſtari non poteſt, nec datur actio alijs creditoribus, quãtumuis anterioribus, & ſeu potioribus, ad agendum contra rem emptam, ſed debent ipſi agere aduerſus pecuniam depoſitam, ſi adhuc eſt penès depoſitarios, vel contra creditores inter quos fuit diſtributa, & eorum fideiuſſores, quæ
49 ſucceſſit in locum rei. Cuius rei † ratio poteſt eſſe, quia alias deceptus emptor maneret, vt anteà dicebamus, auctoritate publica, contra l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetraue. Et nemo vellet accedere ad publicas venditiones, quod eſſet valdè pernitioſum, l. air prætor, alias eſt l. fi. fine, §. quæſitum, iũcta l. fi ex cauſa, in princip. de minorib. prout animadiuertit Anton. Faber in ſuo Codice lib. 7. tit. 32. de bon. auctorita. iudicis poſſiden. definitio. 4. num. 2. & definitione 14.
50 num. 1. vbi † dicit publicas venditiones facilè retractari non ſolùm eſſe iniquum, ſed etiam exemplo pernitioſum; clariùs idem Fab. lib. 8. tit. 16. de diſtractio. pignor. definitio. 29. vbi vlteriùs dicit ſecurum remanere emptorem cum eo ſolo quod pretiũ ſoluerit, vel depoſuerit penès eum, cui ſolui, vel deponi iuſſit iudex, etiam ſi contingat poſteà quòd pecunia ſit deperdita, nec ex ea creditores ſint dimiſſi, ex eo forſan quòd depoſitarius eam non cuſtodierit ſicuti debebat, aut alias. Idem Fab. in ſup. cita. tit. de bon. auctor. iudic. poſſiden. defin. 9. Vi-
†† denda ſunt nonnulla *arreſta* Ioannis Papon, quę allegat Ariſmin. Tepat. lib. 2. tit. de diſtract. pignor. col. 6. ibi: *Emens præcedentibus proclamationibus, &c.* Quibus arreſtis dicit probari ementem præcedẽtibus proclamationibus, & ſubhaſtationibus, tutè emere.
51 Et in noſtro † Senatu reperio quòd ita non diu fuit habitum pro indubitato, & ſignanter ita *declaratum* fuit ſub die 6. menſis † Ianuarij anni 1609. inter Ioſephum Iouer, & Onophrium Iorda, referente egregio Senatore Ioanne Magarola, vbi fuit expreſsè dictum in hunc modum : *Tamen* (agebatur contra emptorem in ſubhaſtatione publica) *quia conſtat ad inſtantiam creditorum dicti N. legitimo præcunte proceſſu fuiſſe vendita, & diſtracta bona per dictũ N. poſſeſſa in publica ſubhaſtatione, pretiaq. venditionũ prædictarum ſoluta, & depoſita in tabula cãby dicta ciuitatis inter creditores præfatos, præſtitis per eos idoneis cautionibus de reſtituẽdis illis, caſu quo anteriores creditores in euentũ apparerent, iuxtà ſeriem, & tenorem ſententiæ graduationis creditorũ bonorum prædictorum, latæ die 3. Septem. anni 1603. per N. Vicarium generalem Dertuſæ, dictosq. N. N. & N. reos conuẽtos, pretia bonorum emptorum depoſuiſſe pro executione dictæ ſententiæ in dicta tabula cambij dictæ ciuitatis, & conſequenter contra ipſos vti poſſeſſores bonorum prædictorum dictum Iouer ſuas intentare non poſſe actiones, ſed illas experiri debere contra creditores poſteriores, qui pretia dictorum bonorum receperũt in vim prædicti inſtrumenti, & illorum fideiuſſores, aut contra pecuniam depoſitam ex dictis venditionibus proceſſam, cium loco rei ſuccedant. His & alijs meritis proceſſus attentis, & aliàs, fuit concluſum, quòd declaretur quòd executio prouiſa, &c. Et quòd dicto Iouer in ſua petitione ſilentium imponatur cõtra dictos N. N. & N.* (poſſeſſores rerũ in publica ſubhaſtatione venditarum) *Et quòd ydem à dicta petitione abſoluantur, & quòd ius dicto Iouer competens ſit illi ſaluum, & illæſum, tã contra pecuniam depoſitam contra dictos emptores exiſtentem in dicta tabula ciuitatis Dertuſæ, quàm contra creditores poſteriores, qui diſtributioni pecuniæ depoſitæ proceſſæ ex venditione bonorum prædictorum ſe oppoſuerunt, & credita ſua receperunt, & fideiuſſores illorum, &c.* Habui ex Archiuo Regio.
† Quod idem, licèt incidenter, fuit etiã *declaratum*

ratum 13.Feb.1609.inter Iacobum Bernardum Oriol,& ſuos creditores, relatore egregio Senatore Ioſepho Ferrer,prout videbis in Archiuo Regio,vndè ego habui.

Plus dicit, & tenet, ac obſeruat Senatus, (& hoc poteſt deſeruire pro ſecunda ratione, quamobrem emptores publici debeant eſſe tuti,& ſecuri in ſuis emptionibus) ꝙ vēditis bonis debitoris in ſubhaſtatione publica,& depoſito pretio,extinguūtur ſtatim hypotecæ creditorum, & (quod magis eſt) exindè non currunt penſiones, ſi debitum erat cenſuale, vel aliàs pariens vſuras,vt videbis infrà in explicatione conſtitut. Hac noſtra, vbi de materia depoſiti tractaui, vbi plures deciſiones adduxi.

Non ergo, † ſaltem ſecundùm hæc, vt indemnirati emptoris ſit per huiuſmodi cautiones conſultum,illę præſtabūtur,nec præſtari debebunt ad illum effectum conſideratum per Doctores anteà relatos; ſed magis vt ſit conſultum alijs creditoribus anterioribus, ſi forſan aliqui poſteà apparuerint, qui poſtquam non poterunt agere cōtra rem ipſam,agant contra pretium,quod æquè commodum illis erit,ac ſi contra rem ipſam agere pōſſent. Per quæ multùm iuſtificatur opinio noſtri Senatus ſuprà relata. Si enim æquè benè conſulitur creditoribus per actionem ſubrogatam verſus pretium, non eſt ꝙ emptorem moleſtent, qui ſub fide publica, & vt creditores ſatisfierent in ſuis creditis, qui eſt finis diſtractionis, emit. Multùm iuuat reperire creditores pecuniam extantem prætextu cautionum per alios præſtitarum, ad vitādum moleſtias emptoris, qui faciliùs ſine dubio propter hoc poteſt excludere dictos creditores,remittendo eos ad pretium adhuc extans,& ideò conſulerem quòd nullus aliter ſolueret, quàm per depoſitum, ad ordinationem, & ſoltam iudicis, qui poſteà deliberaret quid faciendum de pecunia, & curaret illam in tuto ponere, quod ſalubrius ſine dubio conſilium eſt in re hac difficili,licèt ſine hac diligentia videatur Anton. Faber vbi ſuprà adductus eſt, tenere pro liberatione rei emptæ.

De hac eadem re nonnihil dixit Cancer in 2.par.variar.reſol.cap.7.de reſtitur.ſpol. nn. 18. qui tamen non eſt auſus affirmare, ꝙ ille emptor indēnis debeat ſeruari niſi in pretio,nos autē ſecundū ſupradicta ꝙ & in re ipſa. Vellē ꝙ in Comitijs Generalibus,vbi eſt prius locus, remediū his adhiberetur, ſtatuendo ſi debet, vel non debet emptor eſſe ſecurus: tunc ceſſarent oblatrare quibus (& non ſunt pauci) hæc non placent, durum iudicantibus quòd ſua ipſorum prior hypoteca contra ſecundas eis nō proſit, ſic quietiùs viueremus, & faciliùs emptores in iſtis publicis venditionibus adinuenirentur.

53 An autem † iudici,& ſeu apparitori exequēti poſſit ſolutio fieri,& an per eā liberetur debitor,ſi ſcire volueris, vide Parladorer.quotidianar.lib.2.cap.fin.5.par.§.17.n. 10.& Anto.Fab.in ſuo Cod.lib.8.tit.29.de ſolut.& libera.definit.24.

54 Requiritur † vltra ſupradicta, ne poſſit eſſe locus auocationi pecuniæ, quòd ſecundus creditor, qui eam recepit, non habeat cauſam lucratiuam, ſed oneroſam: ſi enim lucratiuam haberet, tunc ſiue pecunia eſſet conſumpta,ſiue non, & ſiue bona fides adeſſet, ſiue non, ſemper primus creditor cōtra eum obtineret, non per hypotecariam, quia ea non datur in pecunia conſumpta, & non extante, ſed condictione ex lege, ita in terminis Vrſill.in addit.ad Aſflic.deciſ.190.n. 5.Tell.Ferdin.in l.32.Tau.nn.9.Gutierr.in pract.quæſtio.lib.3.quæſtio.101.n.9. Trentacinq.var.reſol.vol.1.lib.3. tit. de ſolutio. reſolut.23. nu.7.Menochi.conſ.25.à nn.13. Surd.in ſæpè cita.conſ.4.nu.13.& 14.vol.1. Gramma.q.1.nu.7. Cephal.conſ.86.nu.17. vol.1.Carroci.deciſ.ſeu caſ.109.nu.45. Capic.deciſ.78.n.7. qui oēs id deducunt ex doctrina Ioa.Fab.in §.item ſi quis in fraudem, n.25.in fi. & multi ex eis reprehendunt Dida.ꝙ contra Fab.tenere voluerit in practic. qq.c.29.n.3.quē tamen poſteà ſtrenuè defendit Barboſ.in 6.par.l.1.n.24. ff.ſolut.matri. Sed meo quidē iudicio,nec Fab.nec Didac. in hoc caſu loquūtur,ſed in alio de quo mox agemus, quando fiſcus,& alij priuilegiati volunt hanc auocationē facere. Propter ſupradicta,in illa cauſa quā ſuprà retulimus Terre contra Llaudes, fuit *actum* non eſſe locum reuocationi pecuniæ, non ſolùm quia erat conſumpta bona fide, ſed etiam quia habita ex cauſa oneroſa.

55 Rationem † arbitror eam eſſe, non aliā, quam quæ communiter adducitur pro diſtinctione, quā faciunt Doctores in materia reuocationis alienatorum in fraudem creditorum, ſi fit titulo oneroſo alienatio, vel titulo,& ex cauſa lucratiua,vt primo caſu requiratur quòd adquirens ſit etiam fraudis particeps,in ſecūdo verò minimè,imò ſola fraus alienantis ſufficit,& ſolùm quòd per dictam alienationem fraudati maneant creditores, de qua re Accurſ. in §.item ſi quis in fraudē, glo.1.iuſti.de actio.per tex.in l.penul. C.de reuoc.his &c.l.qui aurē,§.ſciendū eſt,verſic. Hoc edictū,& §.ſimiliq.modo, ff.eo. egreg. Sena.noſter Mōta.poſt Olib.in addit.ad eū de actio.par.3.lib.1.cap.18.nu.3.vbi plena remiſſio,& commemoratio Doctorū,qui dictam diſtinctionem ſequuntur, & approbāt,

† & quam noſtet Senatus Intrepidè *ſequitur*, prout ſignanter eſt videre in illa cauſa monaſterij Sanctiſſimæ Trinitatis contra Michaelem de Montagut, & Michaelem Ionquer, cuius Cancer meminit in 3.par. variarum reſolution.cap.17.de ſentent.& earum exequution.num.461. in qua, me adnocato, obtinuit dictus Ionquer ne procederetur cõtra quandam domum ei per dictum Montagut,pendente lite inter dictum Monalteriũ, & dictum Montagut ſuper recuperatione pẽſionum cuiuſdam cenſualis mortui,venditâ, tanquam in fraudem dictæ litis, & executionis fiendæ in dicta cauſa alienatam, de qua fraude ibi conſtare dicebatur (forſan ex his quæ tradit Paul.de Caſtro in l.a diuo Pio, in §.ſi ſuper rebus,de re iudica. & repetit Anton.Capic.deciſio.128.num.10.& 11.qnod
56 in † fraudem executionis facta cenſetur alienatio eo ipſo quòd fit poſt litem motam,de quo vide vlteriùs Roland.à Valle in conſil. 5.volum.2.per totum) ſumpto motiuo,*quòd non conſtaret dictum emptorem, qui domum habebat vigore dictæ emptionis, & ſic ex cauſa oneroſa, ſcientiam habuiſſe dictæ litis, & ſic fraudis fuiſſe participem.* Declaratio prædicta fuit facta referente tunc egregio Senatore Hieronymo Torner, poſteà Regente Regiam Cancellariam,die 2.Maij 1605. Actuar. Stephan.Colell. Memini etiam ip è contra, quando agitur contra poſſidentem titulo lucratiuo, ego *obtinui* proximis annis
† pro vidua Falgues, contra N.Cros Regium Portarium huius ciuitatis,& eius coniugem, ad relationem egregij Senatoris Franciſci Bonet, quòd diceretur in fraudem creditorum facta quædam donatio, licèt non conſtaſſet fraudis participem fuiſſe donatariũ, ſed contra donatorem eſſent præſumptiones, vt potè quia primò donauit, & poſteà eodem die, aut ſaltem ſequenti vendidit, cum quo reuocata fuit quædam ſententia in curia Vicarij Barcinone inter dictas partes per quendam egregium Doctorem, qui poſteà fuit Iudex Regiæ curiæ, lata, in qua ad id non fuerat animaduerſum.

57 Rationem † (inquam) diſtinctionis ſupetiùs factæ in materia auocationis pecuniæ inter cauſas oneroſas, & lucratiuas, non arbitror aliam ſore,quàm quæ conſtituitur inter eaſdem cauſas in materia reuocationis alienatorum in fraudem creditorum,quia is qui accepit titulo oneroſo certat de damno vitando,ille verò qui titulo lucratiuo,de lucro capiendo, & ideò res difficiliùs reuocatur à primo, quàm à ſecundo; non enim paria ſunt lucra capere, & damna vitare,l.fina. §.non enim, C.de codicill. quæ eſt ratio Iureconſulti in allegata l.qui autem,in §.ſimili modo, & eam adducit Ioann.Fab.in §.item ſi quis in fraudem,num.2. inſtit.de actionib. Surd.conſil.382.num.64.volum.3. Et quòd ratio diſcriminis inter cauſas oneroſas,& lucratiuas in materia reuocationis alienatorũ in fraudem creditorum, ſit applicanda etiã huic materiæ anocationis pecuniæ à ſecundo creditore receptæ, tenere videtur in terminis Barboſ.in 6.par.l.1.num.24.ff.ſoln.matrimo.dum dicit in hac materia obſeruandã fore diſtinctionem l.penul. C.de reuocã.his &c.ſuperiùs allegatæ.

58 Habemus † ex ſupradictis ſatis firmiter conſtitutum, tam ex iuris diſpoſitionibus, quàm etiam ex multùm receptis Doctorum opinionibus, & plurimorum Senatuum placitis, quòd pecunia recepta in ſolutum ſui crediti per ſecũdum creditorem poteſt auocari per primum hypotecarium, ſi extat, ſi verò non extat, ſed eſt bona fide conſumpta ex titulo oneroſo, minimè. Sed nõ deſunt qui hæc adhuc controuertant : ea eſt enim humanæ naturæ conditio, vt quod vnĩ placuit, alteri ſtatim diſpliceat. Inter eos eſt Benuenut.Strac. in tract.de decoctorib. in vlt.par.num.27.cum ſeqq. volens contra Afflict.& reliquos ſequaces dari primo creditori reuocationem pecuniæ ſecundo ſolutæ, ſiue ea extet,ſiue non extet, & ſit conſũpta, in vltimoque caſu quia videt ei non poſſe applicari materiam actionis hypotecariæ, id fieri debere dicit condictione ex lege. Alios etiam in idem refert Andre. Molfeſ. quos tamen non ſequitur,in commentar.ad conſuetudin.Neapolitan.part.4. de ſucceſſ. ab inteſtato quæſtio.26.num.18.nempè Paulum Caſtren.in conſil.169.volum.2. Neguſant.in tracta.de pignor.in 2.membr.par.3. quæſtio.8.num.10. & Matthæ.Brun. in tracta.de ceſſione bonorum qnæſtio.25. Adde Matienç.in l.7.tit.16.lib.5. nouæ recopilationis gloſſ.5.num.16.ad finem,Felician.de Solis in tractat.de cenſib. lib.3.cap.5.num. 17. & Andre.Fachine. controuerſiarum iur. lib.12.cap.53.in 2.volum.qui acerrimus noſtriſſimè apparuit opinionis Stracch. & aliorum contra Afflic.defenſor,& alios denique idem tenentes nouiſſimè refert Gaſpar Antonius Theſaur.quæſtione foren.16.num.8.
59 in 2. parte. Fundatur † præcipuè iſtorum Doctorum intentio ex verbis Imperatoris in l.vlt.§.& ſi præfatam,C.de iur.delib. ibi: *Sin verò hæredes res hæreditarias creditoribus hæreditarijs pro debito dederint in ſolutum, vel per dationem pecuniarum ſatis ei fecerint, licet alijs creditoribus,qui ex anterioribus veniunt hypotecis, aduerſus eos venire, & à poſterioribus creditoribus ſecũdum leges eas abſtrahere, vel per hypotecariam actionem, vel*

per

per conditionem ex lege, nisi voluerint debitum eis offerre. Nec flocci faciunt rationem Afflicti, & sequacium, quòd nisi eorum opinio sequeretur, totus mundus litibus involueretur, & confunderetur, quod foret absurdum, existimantes absurdius multò futurum, quòd ijs qui suis hypotecis sibi præcauerunt, non sit ita consultum, quod iniquum esset, non æquitas, sed notoria, & clarissima iniustitia.

60 Sed † supradictis non obstantibus, ego Afflicti opinionem amplectendam censeo, nec ab ea esse aliquo modo discedendum ar bitror, vti quæ à tot grauibus Doctoribus, & celeberrimis Senatibus, quorum apud me summa est auctoritas, fuit, & est recepta. Nec est iustum quòd Stracchæ, & Fachinei, qui enixiùs contra supradictam opinionem scripserunt, & partes contrarias defendendas maioribus viribus susceperunt, & aliorum, qui per eos allegantur, auctoritas nos ita conturbet, vt per eam ab Afflict. & sui, & aliorum Senatuum sine aliquo affectu captis resolutionibus recedere debeamus. Palàm enim est quanta inter hos, & illos intercedat discriminis ratio, maximè cùm facile sit eos inuicem concordare, considerando vel rigorem iuris, vel æquitatem, vt mox dicetur. Straccham videat Vrsill. in additionib. ad Afflict. in allegata decisio. 190. & Andreas Molfesius nedum Stracchâ, sed & reliquos etiam, qui eius partes sequuntur, in commentar. ad consuetudin. Neapolitanas par. 4. de successio. ab intesta. quæstione 26. num. 18. quibus ambo abundè respondent, vbi videas. Molfesium reperies dicentem *De eorum opinione non esse curandum in Regno Neapolitano, dum receptissima* (inquit) *est opinio contraria, vt nullo modo detur actio, nec aliquod remedium ad reuocandum pecuniam consumptam bona fide: quæ bona fides semper præsumitur. Cùm enim* (transit viteriùs) *permissæ sint diligentiæ, & vigilantiæ ad recuperandum bona sua, & ad exigendum suum creditum, qui facit quod fieri solet nec in dolo est, nec in culpa, nec fraudem aliquam facere dicitur, quia iure creditoris vtitur, &c.* lege etiam Gaspar. Anton. Thesaur. allegata sæpè quæstione forensi 16. versicul. Si de communi, vbi sic nouissimè ait: *Si de communi, seu magis communi in hac quæstione quæris, dubio procul prior opinio* (quam nos amplectimur) *est magis cõmunis: errasseque illos cernimus, qui contrarià asseruerunt, &c.* Nec tanti facienda est allegatæ in contrariũ l. final. in §. & si præfatam, C. de iur. deliber. dispositio, quia vt aliàs de hac eadem re agens dicebat Mar. Anton. Peregrin. in tract. de iure fisci lib. 6. titu. 6. de pignorib. & hypotec. num. 8. versic. At in creditoribus, lex prædicta, cum l. ex facto, ff. de pecul. quæ solet etiam in hac materia allegari, suas habẽt particulares rationes, & elicitur ex traditis per Didac. Couarru. in practic. quæstio. cap. 29. num. 1. versic. His etiam, & per Ioann. Gutierrez in simili opere lib. 3. cap. 101. nu. 14. Et præterea dictã l. final. fore intelligendã secundùm nostram distinctionem suprà factam tradit Grammatic. allegata quæst. 1. num. 7. nec pro Afflicti sententia desunt iuris dispositiones, iã enim vidistis suprà quales ad id Vrsil. & Molfes. adduxerint.

61 Nec denique † est ita negligenda æquitas considerata per Afflict. & sequaces, tendẽs ad quietem reipublicæ conseruandam, & ad tollendas lites, & iurgia, sicut faciunt qui contra eorum opinionem scribunt, quia Iureconsulti eam non ita neglexerunt, quando propter eam, ac ea moti materiam vsucapionum, & præscriptionum in iure stabilierunt, prout probat l. 1. ff. de vsucapion. & l. final. ff. pro suo, qua de re latè per Didac. Couarru. in relectio. regu. possess. §. vnico, 1. par. num. 5. Illius ego ad idem memini in 1. tom. clausu. 4. glo. 12. nu. 52.

62 Restat † ergo quòd quamuis verum esse posset quòd si iuris rigorem cõsideraremus, contra Afflict. esset concludendum, quia rigore iuris inspecto, ea est communis Doctorum opinio, prout Rota Genuæ apud Chartar. allegata decisio. 19. num. 3. volebat, & prout etiam exorditur Parisi. in consil. 69. n. 1. volum. 4. & passim omnes, qui de hac re agunt. Inspecta tamen æquitate, ne commercium inter mercatores prohibeatur, & ne litibus implicentur, ac etiam alijs rationibus perpensis, quæ adductæ sunt, necesse est cum Afflicto teneamus, prout tot grauissimi viri, celebresque Senatus tenuerunt, sicut etiam concludit eadem Genuæ decisio num. 6. & Parisi. num. 2. Qua æquitate attenta, & perpensa, non minùs est cõmunis hæc opinio, quam superior in iuris rigore fundata, & eo inspecto, vt concludunt Doctores prædicti.

Fauorabilior multò est huic opinioni Thesaur. in sæpè cita. q. foren. 16. n. 11. dicens hãc opinionem non solùm de æquitate, vt multi voluerunt, sed etiam de rigore iuris seruandã esse, ex rationibus quas ibi adducit, quibus satisfit ad contraria plenè.

63 Quæ huc vsque † dicta sunt, procedunt procuidubio in creditoribus hypotecarijs, quorum vnus non est altero magis priuilegiatus, nec habet prælationis priuilegium. Sed vbi adsunt priuilegia, dubitatio est an debeat idem obseruari. Hæc est propria materia, quam discutere, & enucleare parti-

culariter ſuſcepit multis viribus Didac.Couarruuias in practic.quæſtion. cap.29.per totum, Peregrinus de iure fiſci lib.6. tit.6. per totum, & Ioannes Gutierrez in practicis etiam quæſtionibus lib.3.quæſtio.101.per totam,& nonnulli alij ex Doctoribus ſuprà relatis. In quo, quod certiſſimè apud omnes conſtituitur eſt, fiſcum creditorem anteriorem non ſubijci regulis ſupradictis, ſed imò propter ſuum quod habet priuilegium,agere poſſe ad pecuniam poſteriori creditori ſolutam,etiam ſi ea iam conſumpta ſit,quãtumuis bona fide, ſi debitor ſit inops, nec habeat bona vndè poſſit fiſco ſatisfacere: ad quod habemus duo pulchra iura dubitationem non admittentia, quorum alterum eſt l.pecunia, C.de priuileg. fiſc. & l.deferre, §.vltim. de iure fiſc. & agnoſcunt omnes quicunque fuerũt à nobis in toto hoc diſcurſu adducti. Eis adde Ioan.Andream Geor. allegatio.39. num.9. & ſequent. & Gaſpar. Anton.Theſaur.quæſtio.forenſ.16.num.4.in 2.pat.præterquam in caſu Menoch. in conſil.25. volum.1. quod totum eſt de hoc diligenter compactum.

64 Solùm † conſtituunt difficultatem prædicti Doctores num dictorum iurium diſpoſitiones ſint particulariter in fauorem fiſci factæ, de quo loquuntur, an verò porrigantur ad alios ſimiles creditores, qui ius prælationis, & priuilegium habent,& ſignãter in vxorẽ dotis ratione agentẽ. Qua in re Accurſius in dicta l.pecunia, verbo, ex iuſta cauſa,docet idem eſſe in quocunque alio creditore priuilegium prælationis, & hypotecam habente, ad quod inducit l.ex facto, §. final.ff.de pecul. & l.ſed an id, ff.quod cum eo &c. & gloſſ. etiam in dicta l. ſed an id, & in dicta l.deferre, §.vlt. idem tenent. Quæ opinio cõmuniter à Doctoribus recipitur, † & pro ea in cauſa, & priuilegio dotis *iudicatum* ſe vidiſſe in Prætorio Regio profitetur Dida.in citato cap.29.practicarum quæſtio. num.1.circa finem,in verſi.Nihilominùs vidi, quia dos eſt priuilegiata ſicut fiſcus, ex l. 2.C.de priuileg.fiſc.reprobata eſt enim communiter opinio quòd leges prædictæ procedant ſingulari priuilegio fiſci, imò ex identitate rationis porriguntur ad alios omnes, qui ſimilẽ cum priuilegio, & prælatione habent hypotecam,quod tam abundè Doctores omnes, qui in diſcurſu citati ſunt, probant, vt luperfluum videatur velle me aliquos ex eis ad id hoc loco referre. Vide tamen vltra alios latè probantem Alexandrũ Trentacinqu.variarum reſolutionum lib. 1. tit.de iure fiſc. reſolutio.7.à num.15.& Petrum Barboſ.in l.1.par.6.num.21.ff.ſoluto matrimonio, ac Gaſp. Ant.Theſaur. in ſæpè allegata quæſtione forenſi 16. numer. 5. in 2. parte.

65 Quod † procedere tam reſpectu creditorum ex cauſa oneroſa, quàm ex cauſa lucratiua, docet Dida.Couarru.vbi ſuprà num.3. vbi reprobat Ioannem Fab.volentem,quod ſolùm reſpectu creditoris ex cauſa lucratiua ſupradicta procedant, in §.itẽ ſi quis in fraudem, num.25. inſtitut.de actionib.ſequitur Vincen.Carroci.deciſio.ſeu caſu 109. num. 45. Ioan.Gutierrez in practic.quæſtion.lib. 3.quæſtio.101.num.4. tametſi contra Didam pro Fab.teneat Menochi.in conſil.25.num. 13.& 14. plenè Alexander Trentacinq. variarum reſolutionum lib. 1. tit. de iure fiſci reſolutio.7.à num.6.& lib.3.tit.de ſolutio. reſolutio.23. nu.13. dicens opinionem Dida.cõtra Fab.eſſe magis communiter à Doctoribus receptam, ex eo quod generalitas iurium in fauorem fiſci adductorum eam reſtrictionem commodè non admittant, nec benè recipiant.

66 Requiritur † autem quòd fiſcus ſit prior creditor, vt reuocare valeat pecuniam hãc, prout expreſſim aduertit Accurſ. in dicta l. pecuniam, verbo, ex iuſta cauſa, quam licèt reprobet, ac reprobare velit Bla.Flor.in ſæpè citata quæſtio.6.art.1. §.1. num.18. quia iura non diſtingunt, tu tamen ab ea non diſcedas,quia video ab omnibus eſſe receptã, & quotquot de hac re agunt, in his terminis materiam tractare, ſcilicet quando fiſcus eſt prior creditor, lege huc vſque citatos,& ibi videbis, & ſignanter apud Didacum, & Gutierrez in locis allegatis reperies quòd ea quæſtionem ponunt, & dictã l.pecuniam,C. de priuileg.fiſc.inducunt,& Peregrin.etiam loco itidem citato num. 6. ita inducit l. deferre, in §.finali, de iure fiſci, vt ſcilicet ponant caſum quando fiſcus eſt ptior, & anterior creditor.

67 Requiritur † etiam, quòd priùs fiat diſcuſſio contra debitorem: hæc enim locum non habent, niſi excuſſis priùs bonis principalis debitoris,& eo non reperto ſoluendo, quia remedium eſt iſtud ſubſidiarium, quod non niſi in ſubſidium exerceri poteſt,nedum in hoc caſu quando agitur, & tractatur de auocatione fienda per fiſcum, vel alium priuilegiatum creditorem, ſed etiam quando reſpectu aliorum non priuilegiatorum creditorum, in caſibus in quibus diximus poſſe in illorum fauotem eſſe locum auocationi, prout omnes omninò concludunt, qui hac de re agunt, & paſſim omnes Doctores tradunt, qui ſuperiùs à nobis adducti ſunt, & ſignanter Bart.in l.ſi non expedierit.§.1. de bon.auctorita.iudi.poſſiden. Iacob.Menoc. in ſæpè allegato conſil.25.num.10. Surd. in conſil.

consil.4.num.13. Marc.Anton.Peregrin. de iure fisci lib.6.tit.6. de pignorib.& hypore. num.8. in fin. plenè Alexand. Trentacinqu. variarum resolutionum lib.1.tit.de iur.fisc. resolutio.7.num.14. ponderans verbum, *ex iusta causa*, quod ponitur in allegata sæpè l. pecuniam, interpretans tunc adesse iustam causam cùm aliundè non potest fisco satisfieri, idem Trentacinquius lib.3. variar. resolutionum tit.de solutio. resolutio.23. num. 12. Barbos.in 6.part.l.1. num.22. ff.soluto matrimon. nouissimè Ignat.del Villar Maldonado in sylua responsorum responso 16. cap.3.num.27.lib.2. qui vlteriùs in fisco,& muliere extendit hæc, etiam si non habeant
68 nisi tacitam tantùm hypotecam. Inter † remedia subsidiaria istud posuit illorum cumulator Ioan. Bapti. Costa in eo tractatu, quem de remed. subsidiar. inscripsit, remed.37. illatio.2. nouissimè Gasp.Anto. Thesaur. qu. foren.16.nu.3.par.2.

Successit de anno 1615. quod cùm egregius vir olim in Senatu Mediolanen. primus Præses, & deindè in supremo Italiæ Concilio Regens, Laurentius Polo, executionem instasset in hoc Senatu contra bona Iacobi Marti, & pecuniam ex executione processam haberet penès quosdam mercatores, qui in executione pro eo fideiusserant, creditores dicti Marti obtinuerunt in Aula Magnifici Regentis Cancellariam, referente egregio Senatore Ioanne Magarola, quoddam sequestrum dictæ pecuniæ penès dictos mercatores adhuc extantis, ad effectum vt fieret de ea graduatio creditorum. Quod ægrè ferens dictus Polo, supplicauit à sequestro ad aliam Aulam ad relationem egregij itidem Senatoris Ioseph Dalmau, prætendendo, me & alio aduocatis, nō potuisse fieri dictum sequestrum vtpotè sapiens auocationem pecuniæ à creditore diligentiore, & vigilantiore, quia deficiebant necessaria, & signanter quia deficiebat requisitum excussionis contra principalem debitorem. In qua
† causa die 23. Martij *obtinuimus* reuocationē dicti sequestri, eo motiuo, *Quia licèt constaret pecuniam processisse ex bonis dicti Marti, non tamen* (inquit) *constat de necessarijs requisitis vt auocationi fiendæ per dictos prætēsos creditores locus esse possit, &c.* Requisitum (vt dixi) quod deficiebat, erat excussio prędicta, quod qui vidimus testamur. Fuit ea
† sententia postea *confirmata* in tertia Aula referente egregio Senatore Michaele Sala, sub die 8. Octobris eiusdem anni. Actuar. Michael. Perez.

69 Nec id † quidem mirum, cùm hi sint effectus hypotecariæ actionis, quam certum est non experiri contra tertium, nisi in subsidium, discussione priùs facta contra principalem debitorem, ad latè per nos tradita in 1.tom.clau.4.glo.18.par.2.nu.61.

Per istam † materiam creditorum priuilegiatorum sic leuiter, vt vidisti, pertransiui, quia vix dabitur casus, in quo de ea disputari contingat, maximè si amplectimur opinionem eorum, quæ est proculdubio magis certa, qui tenent priuilegium prælationis, quod fiscus, & mulier habent, quorum præcipuè exempla in hac materia ab omnibus adducuntur, considerabile tantùm esse respectu creditorum, qui solam habent tacitam hypotecam, vel nullam, non respectu aliorum, qui expressam habent, quamuis & ipsi etiam expressam haberent, prout signāter de dote, circa quam frequentiores sunt in hac materia disceptationes, docent Accurs.in l.assiduis, verbo, licèt anterioris, C. qui potior.in pign.habeā. Ioan.Fab.Bar.& Salice.in ead.l.& ad §.fuerat, insti.de actionib.Ceuall.in commun.conrra commun.qn. 371. num.3. multis probat Annæ. Robert. rerum iudicatarum lib.4.tot.cap.19.vbi ad
† id clara Senatus Parisiensis *decisio*, & tam de fisco, quàm de muliere expressè loquens Innocentius in cap.ex litteris, extra de pignoribus,& Abbas ibidem nu.8. dicens in praxi esse seruandam hanc opinionem, quia pro ea est loci consuetudo, Bart.in dicta l. assiduis, qui post glos.ibi, dicit, quòd ista opinio de communi consuetudine sit approba-
70 ta, vndè † iudicare contra consuetudinem, & contra id, quod semper habuit certam interpretationem, est malum, l.minimè, ff.de legib. latè idem probat ferè à Doctoribus incognitus, sed tamen valdè eruditus Hartman. Hartman. practicarum obseruationum lib.2.tit.27.de creditoribus, obseruatio.17. per totam, vbi tam de fisco, quàm de muliere latissimè agit, quod idem etiam antea probauerat in vtrisque, obseruatio.8. nu.3. & 4.eodem lib. de quo nos speramus, Deo concedente, fore latiùs suo loco in hoc tractatu dicturos, vbi examinabimus etiam quod in proposito tradunt Alexand. Trentacinqu. variarum resolutionum lib.3.tit.de pignorib.& hypote. resolutio.9. & Io.Gutierrez in practicis quæstionibus lib.3. quæstio. 100. per totam, & alij Doctores, qui eandem rem tractant. Cùm dictorum creditorum, qui solùm habeant tacitam hypotecam tam paruus sit numerus, vt vix detur vnus, qui vel sola personali obligatione, vel sola tacita hypoteca contentetur, omnes enim cum expressa contrahunt, omnes de suis creditis instrumenta confici volunt, in quibus expressa hypoteca contineatur eo ipso quòd sunt instrumenta, cùm semper ea

cum expreſſa obligatione bonorũ fiant pro ſecuritate contractus, vt de ſe patet manifeſtè, & aliàs ad propoſitum latè in terminis perpendit Robert. loco ſuperiùs allegato. Indè factum extitit, quòd non fuerit viſum debere nos vlteriùs in hac re immorari, ne circa rem rarò contingibilem tempus inutiliter conteramus, qui materias in praxi frequentes tantùm pertractare ſuſcepimus.

72 Alios caſus † in hac materia in praxi ſæpè frequentes, in quibus poteſt dubitari ſi auocationi pecuniæ eſt locus, nec ne, adducit Gaſp. Anton. Theſaur. in citata quæſtio. foren. 16. in 2. par. omninò viden. num. 18. cum ſequent. qui ſunt. Quando poſteriori creditori eſt facta ſolutio præſente primo. Quando multis creditoribus inſurgentibus hæres ſine inuentario ſoluit primò venientibus. Quando tutor offert tot de bonis pupilli alicui creditori pro ſuo credito. Quando anterior creditor vult agere contra mulierem, cui fuit ſoluta dos, vel contra fiſcum, qui ſunt creditores priuilegiati. Quãdo pecunia fuit furto ſubſtracta, & conſtat ad aliquem peruenìſſe. Et denique quando non pecunia fuit ſoluta, ſed imò bona mobilia in ſolutum data. Quos quidem caſus, quia ibi latè examinantur, & ſunt alieni à noſtro inſtituto, ideó apud dictum Doctorem videndos eos relinquimus.

73 Hæc † cùm ita ſint (vt iam ad noſtrã materiam, vnde non parùm diuertimus, redeamus) nihil mirum quòd in §. ſi à ſocero, l. ſi fraudator, ff. quæ in fraudem creditorum, ſtatuatur non poſſe creditores patris auocare à viro conſtante matrimonio pecuniam ei pro dote ſolutam, quandoquidem in eo concurrunt requiſita ad dictam auocationem impediẽdam: eſt enim vir creditor ex cauſa oneroſa, vt ſæpiùs dictum fuit, & recepit, & conſumpſit pecuniam bona fide (vt textus præſupponit) per commixtionem, & aliàs: benè ergo dictum fuit non continere dicti §. diſpoſitionem aliquid ſpeciale fauore dotis conſtitutum, ſed id quod alijs creditoribus non denegatur. Vndè ſequitur quòd è contra, ſi pecunia adhuc extaret, vel non eſſet bona fide recepta, & conſumpta, auocationi foret locus, ex his quæ ſuperiùs in alijs creditoribus diximus.

74 Ex his † ego etiam inclino in illam Vrſil. ad Afflict. deciſio. 86. num. 6. in fin. conciliationem, de qua ſuprà hac eadem glo. 8. par. 6. ex num. 21. cum ſequent. in hoc, quod quoties dos conſtitit in pecunia, & eam bona fide recepit maritus, & conſumpſit, uõ habet locum auocatio, quam filij facerent, aut facere vellent prætextu illius inofficioſitatis, aut aliàs, conſtante matrimonio; ipſe enim verè, vt dictum eſt, reputatur creditor ex cauſa oneroſa, filij item in hiſce rebus conſiderantur etiam vt creditores, iuſtum eſt ergo quòd omnes ſtent regulis de huiuſmodi creditoribus quoad has auocationes loquentibus, atque ita interpretarer eam opinionem, quæ cõmuniter, vt diximus, tenet poſſe reliquos liberos agere de inofficioſitate, aut aliàs contra maritum, etiam conſtante matrimonio, quando filiæ fuit dos inofficioſa conſtituta. Et hoc modo aliquantulùm temperatur rigor ille, & magna aſperitas, quorum ratione omnes irruunt in Afflicti, alioquin doctiſſimi viri, & vix nemini ſecũdi, & ſui Senatus opinionem, de qua in ſæpè citata deciſione Neapolitana 86. quamuis non conſentiant Barboſ. & Molfeſ. in locis iam allegatis dicta part. 6. num. 26. huic conciliationi: ego enim cum ſuprà firmiſſimè reſolutis per Doctores in materia auocationis pecuniæ, quæ æquè in iſto caſu, atqui in alijs locum habere debet, eis reſpondeo, & ſatisfacio, quibus non video optimam poſſe dari, aut reperiri euaſionem, & ſic prout ego teneo, videtur etiam mihi tenere Borguinus Canalcan. deciſio. 29. num. 38. par. 3.

75 Quæ † dicta huc vſque ſunt in hac materia reuocandæ donationis per patrem in fauorem filiæ factæ pro dote in fraudem creditorum, tempus reſpiciunt conſtantis matrimonij, vt vidiſti, in quibus reſoluimus ex diſpoſitione l. ſi traudator, in §. ſi à ſocero, niſi maritus, cui dos eſt conſtituta, fraudis particeps cum ſocero fuerit, non eſt locus reuocationi. Hæc occaſionem præbent dubitandi num è contrario, ſi finitum ſit matrimonium, inteligamus quòd contrariũ procedat, & procedere debeat, id eſt quòd reuocatio habeat locum. Reſpondemus breuiter, in hoc non eſſe dubitandum, ſi reuera in fraudem creditorum dotatio probetur facta, prout multis in principio tractatus huius articuli probauimus. Sed nunc aduertimus, quod arbitror eſſe ſumme in hac materia ſcire neceſſarium, vix dari poſſe caſum, in quo hæc practicentur, vel practicari valeant, idque ex defectu probationis fraudis, quandoquidem dotatio ipſa habet præſumprionem pro ſe, quòd non fuerit in fraudem facta. Quando enim aliæ alienationes ex aliquibus circunſtantijs præſumuntur quod
76 præ ſe fraudem ferant, hæc † tamen quæ fit pro dote cum alijs, quæ ex alijs cauſis neceſſarijs fiunt, in eiſdem terminis, & cũ eiſdem circunſtantijs fraudulenta non præſumitur, quia neceſſitas alienandi tollit præſumptionem fraudis, prout in terminis dotationis Iacobus Menochi. de præſumption. lib. 3.

lib.3.præſumptio.134.num.15.& 67.Marc. Anton.Peregri.de iur.fiſcatis.de publicatio. bonor.num.177. Et Proſp.Farinac.in tract. de ſimulat.& falſitat.quæſtio.164.§.neceſſaria, num.107. qui in principio nu.66. licentioſiùs omnium loquitur, ſic aiens: *Regula ſit, quòd donatio, ſeu alienatio facta à delinquente, ſiue ante, ſiue poſt delictum, etiam in caſu in quo fraus in ea præſumitur, valet, & tenet ſi facta fuerit ex cauſa neceſſaria.* Hi plures allegant videndos, ſignanter Farinac. cum diligentia nõ ſolùm Doctores idem tenentes adducit, ſed & eorum limitationes, & ampliationes, quæ ad regulam traduntur: pro limitatione enim refert qui dicant non procedere ſupradicta in dote exceſſiua: pro ampliationibus autem, & extenſionibus, qui docéant procedere etiam quando pater obligat ſe pro filio accipiente vxorem, vel ei donationem propter nuptias conſtituit. Nõ eſt ergo quòd vlteriùs circa materiam hanc immoremur.

77 Solùm † aduerto quæſtionis eſſe nõ modicæ, an conſtitutio, ſeu augmentum dotis facta viro per mulierem, & ea ratione ſponſalitium factum eidem mulieri per virum de medietate dotis, aut alia quota parte, ſecundùm quod confuctum eſt, factum paulò anteà quàm vir decoqueret, dici debeant in fraudem creditorum facta. Hanc quæſtionem latiſſimè ad partes, ſicut nouiſſimè, diſputat egregius Conſiliarius in ſupremo Aragonum Concilio, don Franciſcus Hieronymus Leo, deciſio. Valenti.9. per tot. quam † pro muliere reſoluit, & pro ea *declaratum* dicit de anno 1607. ex eo præſertim quòd exiſtimatum fuerit fraudem non eſſe conſiderabilem in actu qui ſit iure permittẽte. Atque hæc de hac gloſſa.

SVMMARIA.

1 *Dotans filiam an & quando poſſit dotationem impugnare vti exceſſiuam.*
2 *Mulier minor annis an & quando poſſit ſeipſam dotare.*
3 *Minor beneficio reſtitutionis in integrum renocat dotationem exceſſiuam à ſe factam.*
4 *Minor data læſione non poteſt non reſtitui.*
5 *Minor minorem dotem recipiens quàm ſibi deberetur, reſtituitur.*
6 *Reſtitutio datur minori danti marito maiorẽ dotem, quàm ipſe mereretur.*
7 *Vel etiam quando inueniebat alium maritum æqualem cum minore dote.*
8 *Reprobantur hæc à Doctoribus.*
9 *Mulier quæ in ſecundis nuptijs conſtituit in dotem omnia bona ſua, nihil ſibi reſeruando profilijs primi matrimonij, circumſcripta dicitur, & læſa.*
10 *Mulier in quo ſenſu poſſit dici læſa in conſtitutione dotis.*
L.vnica, C. ſi aduer. dotem, & l. ſi ex cauſa, in §. in dotis, ff. de minorib. explicantur. ibi & num. ſeq. & etiam num. 12.
13 *Mulier etiam ſi ſit minor poteſt omnia ſua bona in dotem dare ſine aliqua ſolemnitate.*
14 *Opinio Auctoris.*
15 *Mulier non eſſet audienda ſi conquereretur quòd maiorem dotem dederit quam mereretur eius vir, vel quòd cum minore dote poterat nubere.*
16 *Leges Romanas in Cathalonia ſequimur quatenus ſunt rationabiles, & continent æquitatem, & bonam rationem, ſicut in Francia, & Luſitania.*
17 *Mulieres vel eius hæredes poſſunt conqueri de immodica dote data viro cum factum eſt pactum de certa illius parte lucranda per virum.*
18 *Mulier poteſt conqueri de dotatione in ſui fauorem facta, ſi conſenſit quòd apponerentur in ea vincula, & grauamina non apponẽda.*
19 *Remedium l.2.C.de reſcind.vendi. in maioribus tribuit idem quod in minoribus reſtitutio in integrum.*
20 *Mulier volens agere contra virum, poteſt petere priùs ſeparationem matrimonij, ne ab eo malè tractetur.*
21 *Minor quomodo reſtituatur aduerſus dotis cõſtitutionem.*
22 *Minor qui dedit ſorori maiorem dotem quàm eſſet legatum paternum, vel legitima, ſi notabiliter læditur, reſtituitur. vbi deciſio Capel. Tolof.*
23 *Maior ſubuenitur ſi notabiliter decipitur in dote danda ſorori, vt quia plus daret, quàm deberet notabiliter. vbi deciſ.*
24 *Minor auditur excipiendo aduerſus dotationẽ quod multò plus ſit ſorori promiſſum, quàm ſibi deberetur.*
25 *Minor quando neſciens dotauit ſororem iam dotatam, reſtituitur aduerſus illam dotationem.*
26 *Minor reſtituitur qui dedit dotem nedum facultates ſororis, ſed & proprias tranſcendentem.*
27 *Minor dotans vltra modum iuuatur beneficio reſtitutionis in integrum, maior verò remedio l.2.C.de reſcin.vendi.*
28 *Læſio neceſſaria ad infringendam dotationem*
29 *Læſio ad reſcindendam dotationem ſufficiens eſt quando dotans propter eam remanet abſque patrimonio ſufficienti ad viuendum.*

Vide ibi alios caſus ſimiles.

30 *Maritus an ſi minor dos ſit ſibi conſtituta quàm deberetur, poſſit agere ad maiorem dotem.*

31 *Teſtator qui aliquem inſtituit hæredem ſub conditione quòd quandam conſanguineam ſuam duceret in vxorem, ſi in vita illius hæres inſtitutus adimplet quod teſtator iuſſit, an poſſit mutare poſteà teſtamentum, & ſi illud mutat, ad quid teneatur.*

32 *Vltima voluntas eſt deambulatoria vſque ad mortem.*

33 *Gener dolo inductus ad aliquam ducendam in vxorem ſub prætexta quòd eam hæredem ſocer inſtitueret, licèt id poſteà non faciat ſocer, non poteſt conqueri de eo.*

34 *Promiſſio facta in contractu matrimonij de non reuocando relicto ſponſo, non obligat.*

35 *Teſtamentum factum à duobus ſe inuicem inſtituentibus, poteſt reuocari ab vltimo.*

GLOS. VIII. PARS VIII.

De congruitate, aut incongruitate dotis reſpectu ipſius dotantis, an & quando illa poſsit reuocari, vel non, per eundem.

Et reſpectu etiam viri, ſi non eſt ſibi competens dos data.

1 RActemus † iam oportet quartum caput promiſſum in principio huius de congruitate, & incongruitate dotis tractatus, q reſpicit ipſummet dotantem, vt videamus nũ ipſi liceat in aliquo caſu cõtra dictam dotationem agere, vel excipere. Quæ eſt materia multùm affinis ei, quam in ſuperioribus tractauimus, vt videbis.

2 Hac in re, † vt clariùs procedamus, diſtinguimus minores à maioribus, vt priùs de illis agamus, mox de iſtis. Rurſus, quoad minores alia etiam eſt diſtinctio facienda inter ipſam mulierem, quæ ſeipſam dotat, & alium, qui alteri dotem conſtituit. Ac imprimis quoad mulierem minorẽ in caſibus, in quibus valet eius dotis cõſtitutio, de quibus per Odd. vbi mox allegabitur, & conducit Menoch. conſil. 242. volu. 2. & Surd. deciſio. 278. per tot. vbi diſputat an mulier minor poſſit ſine ſolemnitate conſtituere in dotem bona ſtabilia, ac per Stephan. Gratian. diſceptationum forenſium tom. 2. cap. 367. per totum, vbi de tutore, & curatore agit, num ipſi poſſint ſine decreto, & alijs ſolemnitaribus dotem conſtituere, qui locus copioſus eſt ad præſens inſtitutum. De eadem etiam re idem Gratian. tractauerat anteà in 1. tom. cap. 28. ex num. 16. Nam ſi non valeret non intraret hæc quæſtio. Quoad mulierem (inquam) ſeipſam dotantem cùm eſſet minor annis, in caſibus, in quibus
3 dotatio valet, indubitatum eſt, quòd † ipſi, & ſuis ſuo caſu hæredibus, debet ſubueniri aduerſus dotis conſtitutionem exceſſiuam medio reſtitutionis in integrum beneficio, prout clarè probant l. vnica, C. ſi aduer. dot. & l. ſi ex cauſa, §. in dotis, ff. de minor. & ibi communiter Doctores omnes, & ſignanter Iacobus de Sancto Georgio in repetitio. d. l. vni. & in l. ſiue generalis, num. 4. ff. de iure dotium, Roma. in conſil. 314. num. 4. Bald. nouel. in tract. de dot. par. 6. priuilegio 43. Fanu. in tract. de lucro dot. gloſſ. 20. num. 21. Roland. à Val. in eodem tract. quæſtio. 46. Surd. deciſion. 287. num. 8. qui plures ex ſupradictis cum alijs allegat plena manu, Mauri. Dola. in tract. de reſtitutione in integrum cap. 209. per totum, Vincent. Hondede. in conſil. 18. num. 34. tom. 1. Antonius Gom. variarum reſolutionum to. 2. cap. 14. de reſtitutio. minor. nu. 2. plenè Sfor. Odd. de reſtitutio. in integrum part. 2. quæſt. 59. art. 3. per totum, & Gratia. vbi ſup. num. 10.
4 Ratio † eſt clara, quia data læſione non poteſt minor non reſtitui, vulga. l. ad omnium, ff. de minor. Et quia iuſtum eſt quòd æqualitas inter virum, & vxorem ſeruetur: conſtat
5 autem quòd † minor minorem dotem recipiens quàm ſibi deberetur, reſtituitur, propter læſionem indè ſibi contingentem, prout pluribus probat Odd. in dicta 2. par. tract. de reſtitutio. in integr. quæſtio. 59. art. 2. per totum, & nos forſan aliquid infrà dicemus, ergo eodem modo è conuerſo dicendum eſt mulierem fore reſtituendam ſi maiorem viro dotem attuleſit quàm ipſe mereretur, ita Odd. d. quæſt. 59. art. 3. num. 17. in verſic. Textus eſt.

6 Pro quarum † legum intelligentia exempla Doctores communiter huiuſce rei ponunt, & conſtituunt, ac leges prædictas procedere, & intelligi dicunt, veluti quando maior eſt data dos marito, quàm ipſe mereatur, attenta qualitate ſuæ perſonæ, & cõſuetudine regionis, prout ita explicat Iaco. de Sancto Georgio in allegata l. vni. num. 1. C. ſi aduer. dot. & in citata l. ſiue generalis, num. 4. ff. de iur. dotium, Roma. allega. conſil. 314. num. 4. Bald. in conſil. 108. num. 1. in fin. volum. 1. Paul. de Caſtro in citata l. vnica num. 1. C. ſi aduer. dot. Odd. dicto art. 3. nu. 18. Petr. Barboſ. in l. æſtimatio 51. num. 23. ff. ſo-

ff.ſolu.matrimo. ac omnes alij ferè qui ſup. adducti ſunt.

7 Vel etiam † quando mulier dedit amplã dotem marito, qui eam merebatur, & tamen eo rempore inueniebat alium in omnibus æqualem marito, qui cum minore dote eam recipiebat, tunc (inquiunt) mulier tanquam læſa, reſtituetur, quod docent plures adducti per Odd.allegato num.18.& 20. & Barboſ.loco citato num.24. in verſicul. Poteſt etiam.

8 Sed quia † hæc nõ ſatisfaciũt, quippè quia ſufficere nõ videtur, vt bonis mulier indignũ dicat quem ſe ſe, ac ſua perſona, & corpore digniſſimum fecit, ideò Doctores noſtri, vt Maynardi verbis vtar loco inferiùs citando, admodùm, & variè ſe torſerunt quomodo ad vſum, & mores, quibus hodie viuimus, & vtimur, applicari, & accommodari hæc benè valeant.

Ioan. Mauri. Dola. poſt multos in citatõ cap.209.tractat.de reſtitutione in integrum adductos caſus, in quibus plures ex noſtris exiſtimant practicari poſſe, & debere citatarum legum diſpoſitiones, eoſque reprobatos tanquam minùs ſufficientes, dicit ſe vnum ſolum reperire, qui ſatisfaciat, in quoque meritò dictæ leges verificari valeant, &

9 in praxi exerceri. Is eſt, † quando mulier habens ex primo viro liberos, omnia bona ſua conſtituit in dotem ſecundo, nihil ſibi reſeruans vndè poſſet commodè filijs primi matrimonij adeſſe, tunc enim putat verum eſſe quòd in tali doris conſtitutione dicetur mulier circumſcripta, & læſa, & indè reſtituenda, quò ſaltem poſſit prioribus filijs ſubuenire, quod (inquit) eſt neceſſario ſic declarandum, ne tertius ſit alijs damnum paſſurus, quia (poſtea addit) ſi tu id ad ſolam referres mulierem, non video quomodo cõſtituendo omnia bona ſua in dotẽ, lædi poſſit, nec quòd incongrua dos debeat iudicari, cùm ſoluto matrimonio, vel ad ſe ſi marito ſuperuixerit, vel ad ſuos hæredes ea bona redeant, nec marito quærantur etiam quamdiu ſubſiſtit matrimonium. Non eſt igitur in quo iurè conqueratur quia maritus fructus dotis percipiat, vt matrimonij onera ſupportet, &c. Hæc Mauriti.

10 Antonius † Faber vir planè doctus, & de nollta iuriſprudentia, vt eius varij in lucem editi labores teſtantur, multùm meritus, in ſuo Codice lib.2.tit.19.ſi aduerſ.dor. definitio.vnica, num.4. & in ſchol.ſuper eo, aliter rem hanc interpretatus eſt, volens eo ſenſu accipiendum eſſe quòd art prædicta l.vni. C.ſi aduer.dot. & Vlpia.in citata l.ſi ex cauſa, in §.in dotis, ff.de minor.mulierem aduerſus dotis cõſtitutionem eſſe reſtituendã, vt protedat non ex eo ſolo quòd bona ſua omnia in dotem dederit, vel vltrà debitum modum conſtituerit, non enim (inquit) ex hoc ſolo ad effectum prædictum læſa videbitur, quia non poteſt videri læſa mulier, quæ iure communi vſa eſt, l.vltim. C.de reſtitutio.minor. l.inter eos 51. §.inter, de fideiuſſ.cum ſimil. Sed ita demùm ſi dolo mariti circumſcripta proponatur, ſicut nec nouum eſt vt in dote mulier fallat maritum, vt in l.3.C.de donatio.ante nup. Requirit igitur is Doctor dolum mariti, vt dictarum legum diſpoſitioni locus eſſe poſſit, qui ſicut difficilis eſt probationis, ſit difficilis erit materia hæc practicationis.

11 Alij autem, † vt refert Gerard. Maynar. deciſio. Toloſa. 42. lib.3. exiſtimant dictarũ legum diſpoſitiones cum l.denique 3. §.ergo, de minorib. quam cum eis iungit, & ſimul tractat, pertinere ad eum caſum, quo iuxtà conſuetudinem, aut ſtatutum alicuius loci (idem eſt ex pacto) maritus dotem lucratur, ſi enim ſunt exceſſus quidam, aut inæqualitas conuentionum deprehendatur, ex qua fraus, & læſio mulieri eiuſmodi immineat, eam, ſi minor ſit, beneficio reſtitutionis in integrum vti poſſe autumant. A quibus non longè abeſt gloſſ. in dicta l.vnic. C. ſi aduer.dot. in poſitione caſus, & in verbo, omnia bona, quæ videns quòd lex prædicta loquitur de hæredibus mulieris, concedens eis, quòd illa defuncta poſsint implorare reſtitutionis in integrum beneficium aduerſus immodicam à defuncta dotis conſtitutionem factam, nec comprehendens ad quid id neceſſarium eſſet, cùm iure communi iam aliàs hæredibus concederetur, quod diſſoluto matrimonio per mortem mulieris, dotẽ ſiue congruam, ſiue incongruam, poſſent repetere, dicit quòd in caſu illius text. aderat pactum in fauorem mariti de dote lucranda, propter quod fuit neceſſaria eius legis diſpoſitio.

12 Alij denique, † quos idem Maynar. refert loco citato, & Curia Toloſana, vt ipſe dicit, ſequitur, quosque meliùs allegata reſponſa, & imprimis reſcriptum Alexand. in dicta l. vnic. perpendiſſe idem Maynar. ait, tenent ea accipienda eſſe de muliere minore, quæ alij quàm marito, veluti ſorori, nepti, aut alij eiuſmodi perſonæ dotem conſtituit, cui eandem conſtituere ex teſtamento, ſucceſſione, aut alio modo obſtricta erat, adeò vt ſi læſam ſe eſſe tum comperiat ipſa, vel eius defunctæ hæredes, ad beneficium reſtitutionis in integrum huiuce intra tempus conſtitutum recurrere poſſunt, cùm ex diſpoſitione l.quæ tutores, verſ. Præcipimus, C.de adminiſtratio.tutor. huiuſmodi conſtitutio ſic

à nul-

à muliere minore facienda, per inquisitionẽ iudicis, probationemque causæ, & interpositionem decreti procedere debeat, vt fraudi locus non sit; non verò cùm mulier sibi ipsi, seu pro se ipsa marito dotem constituit: tunc enim (inquit Maynar.) facilè fieri posset vt pronuntiaretur in regno talem mulierem beneficium restitutionis petentem contra maritum haud audiendam esse, cùm non
13 nulli † ex nostris tradiderint mulierem etiã minorem marito vniuersa, & singula sua bona sine decreto, & auctoritate Magistratus in dotem dare posse, licèt Bart. in suis quæstionibus quæstio. 7. contrarium docuerit. Cùm enim illa matrimonij capax sit, censetur etiam esse capax omnium pactorum, & conuentionum, quæ matrimonij contẽplatione fieri solent. Addit posteà eam rationem, quam iam nos suprà tetigimus, quòd quamuis mulier vniuersa & singula bona sua in dotem dedisset, tamen conqueri non posset de eo, quod ita in fauorem matrimonij & mariti fecit, cui illud, quod in hoc mundo charissimum habere debet, nempè corpus suum, & personam credidit. Hæc May-
† nardus. Hæc illius Curiæ, & Senatus *sententia*.

14 Mihi † non placet quòd sicut Mauri. Fab. & Maynard. generalitatẽ nostratum legum restringamus ad eos tantùm casus, quos ipsi proponunt, arbitrantes eas non loqui, nec intelligi posse in alijs terminis, quàm sint qui à prædictis Doctoribus respectiuè adducuntur: claras enim video eas dispositiones, quas cauillis subijci non posse, aliàs asserit Mauri. in dicto cap. 209. in princ. quòd mulieri, & eius hæredibus conquerentibus de immensa dote data viro, concedunt absque difficultate restitutionem: claras etiam perspicio Doctorum elocutiones, quibus ita fuit semper communiter intellectum, vt suprà vidistis, quamuis mulier ipsa, vel eius hæredes sui solius, vel suorum hæredum tãtùm respectu id peterent, nec filiorum primi matrimonij, vel alterius tertij interesse aliquod hac in re verseretur, nec pactum de dote lucranda in fauorem mariti adesset, nec etiam dolo mariti circumuenta mulier doceretur.

15 Cæterùm † aduerto, quòd in istis terminis, in quibus leges prædictæ loquuntur, & communiter intelliguntur, impracticabiles mihi omninò videntur ex rationibus adductis per Doctores suprà citatos, quorum ego cogitationes summè in hoc laudo, quatenus omnes tendunt ad probandum impractibilitatem, vt ita dicam, dictarum legum in terminis, in quibus loqui communiter intelliguntur, excogitans quisque alium modum in quo practicari illæ possent. Nec arbitror quemquam futurum ex nostris, qui conquerenti mulieri apud se de immodica dote data viro suo, vel quia tantam non mereretur, vel quia quamuis ea dignus esset, ipsa tamen minori cum dote poterat æqualem virum inuenire, & habere, & propterea dicenti se ex causis prædictis, aut aliàs, in constitutione dotis læsam, consuleret, quòd contra virum in iudicio ageret pro dictæ dotis reformatione: quis enim vidit tale vnquam inter coniuges litigium, seu disidium? Quòd mulier agat, & agere debeat aduersus maritum pro recuperatione dotis, vel illius in tuto collocatione quando maritus vergit ad inopiam, omnes quotidie consulimus, ne mulier in dote iacturam patiatur, in vim dispositionum l. si constante, ff. soluto matrimon. & cap. per vestras, de donatio. inter virum & vxor. Sed quòd contra virum aliàs frugi, ac minimè dilapidatorem agat mulier pro recuperatione dotis constante matrimonio, sub colore vel quòd tanta dote ille dignus non esset, vel quia quamuis dignus esset, ipsa tamen fuit læsa, ex quo cum minore dote parem virum reperiebat, consulamus, nulla ratio patitur. Id potiùs esset perpetuum disidium inter eos, inter quos summè cõuenit quòd concordia retineatur, seminare, quàm optimi consulentis officio fungi. Vt impracticabilem igitur materiam hanc alijs relinquimus discutiendam, quibus datum est arcana iuris penetrare, deque abditis, & absconditis suorum ingeniorum periculum facere, aduertens quòd ad id eos ducet Mauriti. Dolan. in loco iam citato, cui vix vllum ab alijs propositum, in quo dictarum legum dispositiones verificari valeant, placere potuit exemplum, omnia fermè reprobauit, sed venit post eum Odd. qui nec illius cogitationibus pepercit. Iunge his, quæ nos in inferioribus diximus, dum de fructibus prædij in pignus pro dote dati egimus, quòd sunt tot, tantaque matrimonij onera, vt vix vlla dos sit competens, & sufficiens ad illa supportanda.

16 Huc † intraret benè quod noster Mieres docet in cap. 2. curiæ Regis Martini nu. 13. & 22. pag. 67. in 2. par. quòd in Cathalonia nõ sumus subiecti legibus Romanis, nec eas sequimur vt latas à Principe superiore Comite Barcinone, sed prout sunt rationabiles, & continent æquitatem, & bonam rationem, sicuti etiam in Gallia obseruari scribit Carol. de Grassal. lib. 5. cap. 7. & nobis refert egregius olim Senator noster Anton. Olib. de actionib. par. 1. lib. 3. ad §. curare, in posteriori commentario num. 3. Et idem etiam obseruari in Lusitania auctor est Aluar.

uar. Velasc. consultatio. 150. num. 20.

17 Solùm † in eo casu videtur mihi hæc materia practicabilis, quando videlicet mulier fecit pactum cum marito de dote, vel parte illius per eius mortem lucranda, qui erat, & est casus figuratus per gloss. in citata l. vnica, C. si aduer. dot. tunc enim mortua muliere; possent hæredes, si essent intra tempus restitutionis postulandæ, petere proculdubio cõstitutionis dotalis, & seu pacti prædicti, quatenus continet læsionem, reformationẽ medio restitutionis in integrum beneficio nomine suæ auctricis. Super hoc casu consuluit Roma. in citato consil. 314. num. 4. & de eodem loquuntur latè relati per Anton. Gom. qui eos sequitur, tom. 2. variar. resolutionũ cap. 14. de restitutio. minor. numer. 2. Hunc etiam casum considerarunt benè Surd. decisio. 278. num. 2. & Gratian. disceptation. forensi 357. num. 2. lib. 2. qui dicunt esse indubitatam opinionem, quia tunc militat ratio quæ cadit in alienatione.

18 Idem † dicerem quando filia patri, vel matri dotanti consensisset quòd apponerent vincula ipsi doti vltra debitum, tunc enim ex ea læsione posset muller, si esset minor, & seu eius hæredes post illius mortem intra tẽpus iuris, per beneficium restitutionis in integrum, quod minoribus læsis conceditur, cõtra dicta vincula, & grauamina agere. Sed hæc expectant materiam vinculorum, quæ in fine nostræ donationis filiæ appunentur, vbi aliqua forsan dicentur, quibus hæc fient manifestiora.

19 Eædem † considerationes me cogunt; ne de secundo puncto promissũ tractare circa rem hãc, qui maiores mulieres respicir prætendentes se læsas in huiusmodi dotalibus constitutionibus, quicquam dicam, quamuis enim quod minoribus est ad dictas constitutiones impugnandas medio restitutionis in integrum beneficio concessum, vt vidistis, idem Doctores maioribus permittãt communitet remedio l. 2. C. de rescindend. venditio. quando læsio, quæ prætenditur, est tanta, vt in constitutione prædicta dici possit mulier vltra dimidiam læsa, cùm lex prędicta in omnibus bonæ fidei contractibus locum habeat, prout ibi annotarunt Scribentes, & in nostris terminis Fanu. de lucr. dot. gloss. 10. num. 22. quem sequitur Peregrinus decisio. 93. num. 5. viden. Cagnol. in repetitio. dictæ l. 2. num. 62. qui latè articulum disputat, Odd. allegata quæstion. 59. num. 22. art. 3. Barbosa in l. æstimatis 51. cum l. seq. num. 23. ff. solu. matrim. cùm tamen id non possit commodè in praxim deduci ex rationibus allegatis, ideò eius tractationem consultò omittimus.

20 Sed si † nihilominùs desiderabit mulier prædicta contra maritum in praxim deducere, & formidauerit mariti furorem, iam iura huic rei prouiderunt, nec sine remedio mulierem reliquerunt, permittendo ei quòd possit priùs ad separationem thori agere, quotiescunque mulier intendit mouere litẽ marito de aliqua egregia quantitate bonorum, vt sic separata non possit ab eo offendi, nec impediri quominùs suas actiones exerceat, de quo est plenum Aymon. Crauet. consil. 31. Didac. Couarru. in epitom. ad 4. Decretal. de sponsalib. 2. par. cap. 7. §. 5. nu. 1. Ludouic. Moro. responsi. 41. num. 7. Patet Thom. Sanchez de matrimonio libr. 10. disputatio. 18. numer. 19. Sed quæ id mulier tentare voluerit, alium, non me, habeat consultorem.

21 Dicamus † aliquid de eo casu, qui potest quotidiè in praxi contingere, quando scilicet frater dotauit fororem, vel dotẽ ei promisit, an & quando, si est minor, possit se beneficio restitutionis in integrum aduersus contractum prædictum prætextu læsionis, quæ interuenisse contendatur, iuuare quamuis sit maior, remedio l. 2. C. de rescinden. venditione.

22 Hic est † casus, qui propositus fuerat decidendus curiæ Tolosanæ in illa decis. quam in ordine 42. lib. 3. num. 3. nobis refert Gerard. Maynard. cuius suprà me minimus, qui † fuit *decisus* in fauorem minoris, ex quo cõstiterisset ipsum dotem triplo ampliorem fotori constituisse, quàm legatum eidem à patre relictum, aut eo repudiato legitima valuisset, nec auditus fuit maritus excipiens matrimoniũ sine dote illa aliàs non contractum fuisse; sed recisa nihilominùs ea dotis constitutio fuit, quatenus legatum, aut legitimam excedebat.

23 Hic etiam † est casus, quem in quadam facti contingentia disputandus in iudicio propositus fuit Patauij, prout nobis refert Marc. Anton. Peregri. decisio. 93. vbi fratres maiores iam viginti quinque annis promiserant, & dederant sorori in dotẽ bis mille ducatos, ex causa cuiusdã fideicõmissi, cuius ratione tunc existimabãt tantã quãtitatem illi esse debitam, cùm tamen posteà compertũ esset non fuisse debitos nisi quingen- † tum ducatos tãtùm, & fuit *declaratum* quòd dicta constitutio dotalis moderarerur, ac modetari deberet ad dictos quingentũ ducatos tantùm debitos, reliquumque restitueretur fratribus prædictis, qui illud vindicabant per condictionem indebiti, quia per promissionem eo modo quo suprà factam, visum fuit constare quod non fuit animus donandi, sed debitum soluendi, quod

cùm

cùm non fuiſſet in tanta quãtitate debitum, ideò condictioni indebiti ſuiſſet locum, fuit
1 *declaratum*. Sed aduerte quòd quamuis ibi num.5. detur pro conſtanti in abſtracto, vbi data læſione vltra dimidium, ſuccurritur pro miſſori aduerſus maritum ex remedio l. 2. C. de reſcinden. venditio. nihilominùs in caſu ibi deciſo facta fuit differentia quòd iſta condictio indebiti petita fuerat aduerſus ſororem, ſoluto iam matrimonio, ſecùs futurum annuendo, ſi viueret maritus, qui ex cauſa oneroſa receperat, matrimonium aliàs non contracturus: lege deciſionem prædictam, vbi pulchra in propoſito reperies, quæ ego non tranſcribo, ne alienos labores mihi proprios faciam.

24 Hic etiam † eſt caſus, qui diſputabatur aliquando in ciuitate Eugubij per Ioannem Vincentium Hondedeum in conſil. 18. nu. 32. cum ſequentib. volumin. 1. vbi latiſsimè probatur fratrem annis minorem excipientem de exceſſu dotis promiſſæ ſorori ex eo quòd prætenderetur ipſam longè plus habuiſſe quàm eſſet ſua ipſius portio, & ſe iuuari petentem beneficio reſtitutionis in integrum aduerſus illum exceſſum, audiri debere contra vxorem, & illius maritum, qui contra dictum minorem agebant ad exactionem dictæ dotis promiſſæ, & ibi latè reſpõdetur ad ſæpè allegatum in ſuperioribus §. ſi à ſocero, l. vltim. ff. quæ in fraud. creditor. & ad deciſion. 86. Afflict. quatenus volunt non licere conſtante matrimonio aduerſus maritum agere, quia diuerſiſsimum eſſe caſum exiſtimatur quando creditores agunt, & agere volunt aduerſus maritum pro ſuis creditis, quæ habebant contra dotantem, de quibus textus prædictus loquitur, à caſu noſtro, in quo per exceptionem hanc conatur minor ſe tueri ab indebita exactione contra eum fienda, in quo (inquit Hondede.) deciſiones ſunt pro eo in terminis. Ibi videas, quia multa traduntur ad hanc materiam cõferentia. Voluiſſem ego quòd quomodo is caſus fuiſſet deciſus nobis retuliſſet is Doctor, ſicut facit in alijs conſilijs ſuis: ſed fuit in cauſa, vt ibi dicit in fine, quia nõ per ſententiam, ſed per amicabilem concordiam fuit cauſa terminata. Ea iunabunt te ad decidendos alios caſus in ſuperioribus gloſſis non ſemel propoſitos, & diſputatos, ſi reuocatio donationis, aut dotationis in caſibus in quibus fieri poteſt, debet quidem fieri conſtante matrimonio, & ſic contra maritũ, an ſolùm expectata illius morte.

25 Hic item † eſt caſus, qui alicubi fuit quãdoque diſputatus, de quo per Laurent. Syluam. in conſil. 13. pet tot. in quo frater minor viginti quinque annis cum iuramẽto dotem promiſerat ſorori, neſciens ipſam fniſſe iam anteà per eorum genitorem competenter dotatam, & quia hãc obligationem fecit de eo, de quo non tenebatur, quia frater non tenetur ſororem dotare quando ipſa habet vndè dotem vito ſuo conſtituat, ideò medio reſtitutionis in integrum beneficio, ibi latiſsimè probatum reperies, fore dicto minori ſubueniendum aduerſus dictam conſtitutionem dotalem, non obſtante iuramento in promiſſione appoſito, lege ibi pulchrum in propoſito conſilium.

26 Hic denique † caſus eſt, qui per Matcum Antonium Natta in conſil. 658. fuit diſputatus, vbi quidam fratres annis minores cõſtituerunt ſorori dotem nedum illius facultates, ſed & proprias ipſorum fratrum tranſcendentem, & implorato per eos in integrum reſtitutionis beneficio, non obſtante iuramento in inſtrumento appoſito, probat auctor eis fore aduerſus tantam læſionẽ ſubueniendum. Sed caue ab hoc Doctore, quatenus pro hac, quam ſuſtinet, opinione aduocat Abba. in conſil. 12. dicens ita eum tenere: nam imò totum contrarium. Ibi enim ſcribit Abbas pro domna Tymbore de Capraria (filia nobiliſſimi viri Bernardi de Capraria, in hac Prouincia, & vbique pro ſuis meritis ſatis noti, & cuius multùm ad præſens recens eſt memoria aduocatis, qui grauiſſimam illam, quæ in Senatu ducitur, cauſam, inter Magnum Admiratum Caſtellæ, & Marchionem de Aytona, ſuper Comitatu Auſoniæ, & Vicecomitatibus Capriariæ, & de Baſſo, qui fuerunt dicti Bernardi de Capraria, tractamus, ex quo don Bernardo de Capraria, licèt per lineam fœmininam, deſcendunt Magni Almirati Caſtellæ) contra nobilem Bernardum Ioannem de Capraria dictæ domnæ Tymboriæ fratrem, qui in minori ætate adhuc conſtitutus promiſerat dictæ ſorori ſuæ dotem. Sed ea quæ ibi dicuntur alijs reſpectibus ſuſtinẽtur huic noſtro negotio non applicabilibus. Adde pro Natta optimum Pauli Caſtrenſis conſilium 468. incip. Ad primum quo quæritur an dictæ filiæ num. 3. in 1. par. vbi ſorori, quæ habuerat octingenta in dotem, cùm fratres annis minores addidiſſent tetcenta, & quædã iocalia, concludit Paul. exceſſum non valere prouenientem ex liberalitate, quoniam frater non tenetur dotare ſororem, niſi ſoror valdè egeat, & frater valdè abundet.

27 Ex quibus † non erit difficile cognoſcere quid in hac re ſequi debeamus, eſt enim quòd ſi adſit læſio, & dotans eſt minor, ſuffragetur ei reſtitutionis in integrum beneficium, ſi autem maior, l. 2. C. de reſcin. vẽdi. aut aliud, iuxtà ſuperiùs tradita.

Sed

28 Sed tota † difficultas consistit in diiudicando qualis debeat esse læsio, quæ locum dictis remedijs faciat, quod quia ex exemplis supra traditis percipere nullo negotio poteris, & ex alijs, quæ ibi relati Doctores tradunt, ideò amplius non immoramur. Vide ad idem Andr. Molfes. in consuetu. Neapo. par. 4. de succeſſ. ab inteſta. q. 26. nu. 23. vbi etiam declarat quomodo illa læsio sit consideranda. Et super omnia non omittas Odd. de reſtitut. in integr. par. 2. q. 59. art. 5. qui totus est hac de re cõpactus, vbi signanter ponit plura exempla, ex quibus læsio ad hæc necessaria poteſt facilè colligi. Putá (in-
29 quit) † ſi frater propter dotationem ſororis remaneat ſine patrimonio ſufficienti ex quo viuere poſſit ſecundùm ſuam conditionem, & nobilitatem. Si habet alias ſorores, quas non poſſit poſtea æqualiter tractare, ex quo inuidia merito, inter eas, & primam nuptam induceretur. Si ex nimia dotatione vnius ſororis poſsint aliæ iam antea dotatæ occaſionem ſumere petendi æqualitatem cum illa. Si vel vltra dimidiam congruæ dotis fuit data dos, vel vltra dimidium eius quod illius facultates patiebantur. Et denique ſi frater propter ſororis dotationem in graue damnum incidat. In his omnibus caſibus docet Odd. ſufficientem conſiderari læſionem, quę reſtitutioni prædictæ faciat locum.

30 Sed quid † erit è contra dicendum ſi minor dos ſit marito conſtituta, quam ſibi deberetur, & ipſe ſimiliter eſt minor, an poſsit & debeat reſtitutionis in integrum beneficio iuuari aduerſus dotantem, vt compellatur ad ampliorem dandam. Hæc quæſtio facit pro adoleſcentibus, qui amore nimio ducti, ac quaſi compulſi contrahũt cum nobilibus, vel ignobilibus puellis cum modica dote. In qua reſoluitur tenendum eſt affirmatiuè; nõ enim debent ad imparia vit, & vxor iudicari, eumque in fauorem vxoris reſoluerimus ſupra, ipſi concedi quòd medio reſtitutionis in integrum beneficio, ſi minor ſit, agat aduerſus immodicam dotem viro datam, iuſtũ eſt quòd idem priuilegium concedatur viro aduerſus modicam dotem ſibi conſtitutam, ſi ipſe etiam minor ſit, ita plurib⁹ reſolnit Odd. in citato tract. de reſtitutio. in integrũ par. 2. q. 59. art. 2. per tot. quæ materia cum parum admodũ ſit practicabilis, ſolet enim vxor, & eius nomine maritus agere ad debitum ſupplementum quando dos non fuit cõ petenter per eos qui ad dotationẽ tenebantur, conſtituta, vt in ſuperioribus vidimus; non maritus ſuo proprio nomine, & prętexta quòd ipſe maiorem dotem meretetur, & in quantum contingere poteſt caſus, in quo de eo oporteat diſputare, ſufficiunt procul dubio quæ Odd. in loco allegato de ea materia tradidit, vbi particularitet etiam de cauſis, quæ pro marito huic reſtitutioni locum facere poſſunt, latiſsimè agitur, ideò nos vlteriorem huius rei examinationem conſultò omittimus.

31 Conquerebatur † (in quadam ſic pulchrà ſicut nona facti ſpecie, quam hic libuit inſerere, vbi de querelis coniugum reſpectiuè agimus aduerſus modicas, & immodicas dotes) quandoque quidam apud Petegri. deciſio. 50. per tot. de alio, quòd cùm ſe præſentare, & acceptante, condidiſſet teſtamentum, in quo enm inſtituerat hæredem, cum conditione quod teneretur ducere in vxorem quandam teſtatoris filiam ſpiritualem, & ipſe conditioni patuiſſet in vita teſtatoris, ipſe teſtator poſteà mutauerat teſtamentum, in quo alium hæredẽ inſtituerat, exiſtimans, & prætendens hæres primi teſtamenti cõtra hæredem ſecundi, non licuiſſe teſtatori teſtamentum prædictum mutare, quia ipſe ſub illa ſpe; & quaſi fide data per teſtatorẽ matrimonium contraxerat, alias non contractu rus, & ſicut matrimonium erat irreuocabile; ita etiam debebat eſſe teſtamentum, ne ipſe contrahens ſub illa bona fide primi teſtamẽ
† ti deceptus maneret. Sed *repulſam* paſſus
32 eſt in contradictorio iudicio, quia † vltima voluntas eſt deambulatoria vſque ad mortem, & ſupradicta cauſa non fuit ſufficiens viſa ad auferendum teſtatori liberam teſtamenti factionem, & facti mutationem, & rẽ uocationem. Et ſibi ipſi imputare debebat hæres inſtitutus in primo teſtamento, quòd non conſideraſſet potuiſſe teſtatorem quandocumque ſibi placuiſſet, teſtamentum mutare, & quòd tam facilis fuiſſet ad credendum contrarium, ad quod ſignantet adducta fuit doctrina Bal. ſatis notabilis in l. cũ Archimedoram, C. vt. in poſſeſſ. legator. n. 11. & 12. vbi decidit † quòd ſi Titius dolo gene
33 rum induxit ad accipiendam filiam ſuam in vxorẽ ſub ſpe promiſsionis de faciendo illã hæredem, per illum factæ, licèt poſteà hoc non faciat, gener conqueri non poteſt, per text. in l. pactum quod dotali, C. de pact. ſequuntur laſ. & Dec. iur. d. l. pactum quod dotali, n. 8. Rub. conſ. 129. & in fortioribus terminis Cepol. conſ. 54. n. 11. & infrà, vbi plenè probat † promiſsionẽ factã in contractu
34 matrimonij de non renocando legatum relictum ſponſo; non eſſe obligatorium. Viden. Cotn. conſ. 159. n. 4. de † duobus teſtãtibus,
35 & ſe, ac filios ſuos vicisſim inſtituentibus, & ſubſtituentibus, vt altero defuncto, ſuperſtes poſsit ſuũ mutare teſtamentum. Viden. etiã Tiraq. de iur. primoge. q. 6. præſertim n. 20. Atque hæc de hoc quarto caſu.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Vxor quæ ſine dote nupſit viro diuiti, conſequitur quartam in bonis illius poſt ipſius mortem.*

2 *Intelligitur niſi adeſſent liberi vltra tres, quia tunc vxor ſuccedit in virili cum liberis.*

3 *Authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, habet locum nedum in omninò indotata muliere, ſed etiam in parùm dotata. vbi communiſſima opinio, & deciſſ.*

4 *Dos qualis dicatur parua, vt intret authenti. præterea.*

5 *Authenti. præterea materia eſt multùm difficilis propter diuerſas opiniones Doctorum.*

6 *Dos parua quæ dicatur vt intret authenti. præterea, C. vnde vir, & vxo. relinquitur arbitrio iudicis.*

7 *Dos eſt patrimonium mulieris, cùm præter dotem nihil habeat aliud.*

8 *Mulier indotata, aut parua dote dotata, eſt quæ propriè dici debet pauper, & inops.*

9 *Dos parua an dicatur ad effectum vt intret authentic. præterea, quæ non ſufficit ad alimenta.*

10 *Affirmatiua opinio quando amplexa in noſtro Senatu.*

11 *Dotis paruitas, vt intret authen. præterea, regulatur ab alimentis.*

12 *Alimenta neceſſaria mulieri vt intret authēt. præterea, debent eſſe ſecundum dignitatem ipſius, & qualitatem, ac eo modo quo ei miniſtrabantur à marito viuo, ſecundùm aliquos.*

13 *Status vltimus eſt inſpiciendus, & attendēdus ad iudicandum ſi vxor debet habere quartā in bonis viri, vel non.*

14 *Dos quòd tunc dicatur congrua ne intret authent. præterea, C. vnde vir, & vxor. quando ſufficit ad alimenta, tenuit aliquando noſter Senatus, & alij etiam Senatus idem tenuerunt.*

15 *Dos vt congrua dicatur, ne intret authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, non debet de neceſſitate eſſe ſufficiens ad alimenta ſecùndum ſtatum viri mortui, ſed ſecundum quod neceſſe habet ſtatus vidualis, iuxtà aliam opinionem.*
Status vidualis non indiget tāto luxu, ſicut ſtatus coniugalis. ibid.

16 *Dos vt congrua dicatur ne intret authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, ſecundùm aliā opinionem ſufficit quòd ex ea poſſit ſubueniri indigentiæ vitæ, non conſiderando aliquē ſtatum. & nu. ſeq. vbi deciſ. noſtri Senat.*

17 *Alimenta quando præſtantur miſerationis gratia, ſufficit quod præſtentur ea, quæ ſunt neceſſaria pro neceſſario vitæ ſubſidio.*

18 *Dos vt congrua dicatur ne intret authent. præterea, C. vnde vir, & vxor, ſecundùm aliā opinionem ſufficit quod à principio fuerit pro eo matrimonio iudicata congrua, non attendendo ſi ſufficit ad alimenta, vel non.*

19 *Authentic. præterea, C. vnde vir & vxor, ratio introductionis, & quid prouidere voluerit.*

20 *Vxor ad ſimilitudinem l. ſina. C. de repud. admittitur ad quartam vigore authenti. præterea.*
Authen. præterea ſolum habet locum in muliere puro affectu ducta, nō in ea, quæ à principio fuit congruè dotata. ibid.

21 *Maritus an teneatur curare vxorem agram extra domum ipſius exiſtentem, inſpicitur ſi habet dotem congruam, vel eſt puro affectu ducta.*

22 *Dos parua, ad quam eſt extenſa diſpoſitio authent. præterea, C. vnde vir, & vxor, non eſt intelligenda in quacunque paruitate, ſed in ea tantum, quæ parùm, & nihil aquiparantur. vbi deciſſ.*

23 *Authenti. præterea, C. vnde vir, & vxor, vt habeat locum duo debent concurrere, vnum quòd vxor ſit ſine dote ducta, & aliud, quòd teneatur tali inopia quòd mendicare cogatur.*

24 *Authen. præterea, C. vnde vir, & vxo. & corpora vnde ſumitur, cur toties meminerunt mulieris indotatæ.*

25 *Qualitates quando plures requiruntur ad aliquem actum, omnes debent verificari.*

26 *Geminatio, & repetitio alicuius qualitatis multoties facta, non debet indicari otioſa, & ſine effectu aliquid operandi.*

27 *Mentionem mulieris indotatæ, quæ ſæpè fit in authenti. præterea, C. vnde vir, & vxor, ſunt qui dicunt fieri ad ſignificandum factū contingentiam, non quaſi ſit neceſſarium, quē reprehenduntur.*

28 *Authent. præterea, C. vnde vir, & vxor, non intrat quando mulier habet talem dotem cū qua ſecundò nubere poteſt.*

29 *Dos congrua dicitur ad effectum ne intret authen. præterea, C. vnde vir, & vxor, quæ tempore contractus matrimonij ad illud ineundum fuit iudicata congrua.*

30 *Futurus euentus nihil facit in his, quæ legitimè à principio conſtituta ſunt.*

31 *Rationes quare authent. præterea, C. vnde vir, & vxor, non intret vbi mulier fuit à principio dotata, remiſſiuè.*

32 *Auctor ſequitur hanc vltimam opinionem, quòd*

quòd mulier congruè à principio dotata, nõ habeat quartam authent. præterea, C. vnde vir & vxor.

33 *Authen. præterea diſpoſitio eſt odioſa, exorbitans, & correctoria, aut ſaltem limitatoria iuris communis.*
Dos vna vix eſt quæ ſufficiat ad mulieris alimenta. ibid.

34 *Opinio diſtinguens, & alias concilians eſt in conflictu amplectenda.*
Interpretatio eſt ſumenda per quam minùs recedimus à proprietate verborum. ibid.
Item per quam minùs derogatur diſpoſitioni iuris communis. ibid.
Item per quam redimus ad ius antiquũ, & primæuum. ibid.

35 *Opiniones ſunt amplectenda ſemper quæ fouẽt tranquillum ciuitatis ſtatum, & illum cõſeruant.*

36 *Dos congrua tollit in muliere præſumptionem inopiæ, & miſeriæ, ac mendicitatis.*

37 *Alimenta debent miniſtrari ſecundum vltimum ſtatum quando debentur ex prouiſione hominis, non quando debentur ex prouiſione legis.*

38 *Deciſionibus factis in noſtro Senatu circa authenti. præterea, C. vnde vir & vxor, ſatisfit.*

39 *Dos eſt probanda congrua à principio ſi quis vult hæredes mariti defendere à præſtatione quartæ authent. præterea.*
Conciliatio omnium opinionum relatarum in hac materia, qualiter debeat dici congrua dos in propoſito authentic. præterea, C. vnde vir & vxor.

40 *Authent. præterea, non intrat in muliere habente aliàs vndè ſe alat ex proprijs bonis, quamuis nullam habeat dotem.*

41 *Vxor quæ ſine dedecore poteſt ſuis manibus laborare, & indè cum ſua parua dote viuere, non habet quartam.*

42 *Mulier non habet quartam quando habet patrem diuitem, qui poteſt eam alere.*

43 *Diuitiæ patris faciunt ceſſare quartam. vbi deciſ. Rot. Rom.*

44 *Idem eſt in muliere habente fratres diuites, quia tunc non poteſt dici laborare extrema inopia.*

45 *Remedium minùs extraordinarium, & minùs ſubſidiarium eſt priùs proponendum.*
Remedium alimentorum contra patrem, aut fratres diuites, eſt minùs ſubſidiarium. ibidem.

46 *Mulier indotata habet quartam etiam ſi habeat alios tranſuerſales diuites.*
Alimentorum obligatio in linea collaterali nõ excedit primum gradum. ibid.

47 *Mulier non priuatur quarta etiam ſi habeat filios ſibi, & marito communes diuites.*

48 *Filij ratione naturali tenentur ad parentum alimenta, fratres verò vi, & præcepto legis ciuilis.*
Obligatio naturalis fortior eſt ciuili. ibid.

49 *Quarta, ſeu illius vſusfructus qui datur matri exiſtentibus liberis, ſuccedit & datur in locum alimentorum.*

50 *Mulier excluditur à quarta propter alimenta quæ poſſit habere aliundè, quàm ex bonis viri.*

51 *Opinio Auctoris.*

52 *Mulier non excluditur à quarta authen. præterea, C. vnde vir & vxor, propter legatum ſibi à marito factum. vbi deciſſ. noſtri, & aliorum Senatuum.*

53 *Fallit quando mulier iam haberet aliquam dotem, cum qua, & cum reditu legati poſſet commodè viuere.*

54 *Mulier excluditur à quarta authen. præterea, C. vnde vir & vxor, per donationem ſibi à marito factam.*

55 *Id quod verum Auctor putat, ſi ceſſat omnis fraus in iſta donatione.*

56 *Io. Bapt. Coſta diſtinctio in hac materia adducitur.*

57 *Legatum factum per virum vxori in omni caſu quo non excludit eam à quarta, computatur in quartam.*

GLOS. VIII. PARS VIIII.

De congruitate, & incongruitate dotis reſpectu viri, ne poſsit poſt eius mortem quarta in eius bonis prætendi.

Et de explicatione authen. præterea, C. vnde vir & vxor.

1 REſtat quintum & vltimum caput explicandum in hac materia cõgruitatis, & incõgruitatis dotis, quod habet reſpectũ ad maritum, ne ſcilicet ab eius hæredibus poſt illius mortẽ, poſſit mulier quartam bonorum partem petere. Qua in re eſt ſciẽdum imprimis, & nullus ignorat, habere nos diſpoſitionem authen. præterea, C. vnde vir & vxor, quæ deſumpta fuit ex authen. de exhiben. reis, in §. quoniã verò, colla. 5. & ex authẽt. vt liceat matri, & auiæ, in §. quia verò lo 2. collat. 8. quibus diſponitur mulieri, quæ ſine dote nupſit viro diuiti, competere in illius bonis, poſt illius mortem, quartam bonorum partem, ne in dedecus primi benè tranſacti matrimonij mendicare cogatur, concordat l. Caſtel. 7. tit. 13. parti. 6.

2 Loquor † in caſu quo liberi non ſint vltra tres, nam ſi adeſſent, iam dicunt eadem iura quod in virili mulier ſuccedit cum liberis, de quo caſu non arbitror oportere quòd plura dicam, cùm vix ſuccedat in praxi, eum tamen explicat benè Federic. Scot. reſponſ. 5. tom. 1. lib. 3. num. 13. & 42. & de eodem aliquid dicitur in deciſione viduæ Morell de Blanes in noſtro Senatu facta, de qua in inferioribus. De quarta igitur erit ſemper ſermo noſter.

3 Hæc diſpoſitio † licèt loquatur in muliere omninò indotata, quæ ſcilicet ſine vlla dote ducta fuit, vt in dictis iuribus expreſsè habetur, & fuerint in hoc rigore ſemper intellecta, & practicata dicta iura vſque ad tempora Bal. nihilominùs per eum ex poſt in dicta authentic. præterea, circa finem, in verſic. Vltimo quæro, extenſa dicta diſpoſitio fuit ad mulierem, quæ paruam dotem habet, quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit ibidem Decius in 3. notabil. num. 3. in verſic. Et quod dicitur, communè opinionem dicunt Viui. in ſuis communib. opinio. verb. vxor, & Ioſeph. Ludouic. commun. concluſion. concluſ. 35. in 1. ampliatio. Rolandus à Valle in conſil. 14. num. 29. in verſic. Tertio quod, volum. 3. Marc. Anto. Natta in conſil. 246. num. 6. Cephal. in conſil. 244. num. 10. & in conſil. 288. num. 29. Simon de Pretis in conſil. 9. num. 4. Socinus in conſil. 30. & in conſil. 121. num. 38. cum ſequentib. volum. 4. qui expreſſim dicit, quòd ante tempora Baldi omnes ita tenebant, quòd ſolùm procedebant dicta iura in muliere omninò indotata, idem dicit Rot. Romana apud Cæſarem de Graſſ. deciſio. 162. num. 13. & 14. Surd. deciſio. 61. num. 1. qui hanc Baldi dicit nunc communem eſſe opinionem, Marcus Anton. de Amatis deciſio. prouinciæ Marchiæ 72. nu. 7. qui dicit etiam eſſe communem opinionem, pro qua ſemper fuit † *iudicatum*, & eſt ita in terminis copioſa deciſio Rotæ Romanæ in fine operis Statilij Pacifici de Saluiano interdict. 174. à numer. 1. cum multis ſequentib. & omnes ferè (ne te ſuperfluis allegationibus detineam) quot quot in toto hoc diſcurſu inferiùs allegabuntur.

Conſiſtit ergo iſta reſpectu mariti dotis incongruitas, quando licèt habeat mulier dotem, ipſa tamen eſt parua, & modica, & tunc ei in bonis viri competit quarta, in vim citatæ authentic. præterea, & corporum vndè ſumitur.

4 Hæc † de plano procedunt, & de eis nullus eſt qui nunc dubitet: verſatur tamē maxima difficultas in cognoſcendo qualis debeat eſſe, & dici modica dos, & parua, vt diſpoſitioni dictæ authenti. præterea locum eſſe faciat, qui eſt articulus, circa quem verſantur quotidie in palatijs infinitæ lites, & concertationes. De quo licèt multi multa dixerint, adeò vt ſuperfluũ videatur velle me de eo hoc loci tractare, niſi velim tranſcribere aliorum dicta, præſertim extantibus, prout nunc extant, tot egregiorum virorum, & inſignium Iuriſconſultorum Italiæ, & doctiſſimorum illius Prouinciæ Collegio rũ pro, & contra (vt aiunt) ſcriptis reſponſis, occaſione cuiuſdam magnæ in Rot. Bonon. per quandã Catherinam de Lucatellis vxorem cuiuſdam piſtoris illius ciuitatis, motæ cauſæ, quæ mulier propter paruam dotẽ petebat quartam in bonis mariti defuncti, quę multùm creuerant conſtante matrimonio. De qua ſola cauſa, & de his, quæ per grauiſſimos viros circa eam pro vtraque parte fuerunt ſcripta, confectus fuit integer liber inſcriptus, *Deciſio Almæ Rotæ Bononien. verũ ſenſum, totamq. materiam authent. præterea, accuratiſſimè explicans, &c.* & de qua poſteà Cæſar Barzius, qui dictæ cauſæ, vt Prætor illius ciuitatis, & Rotę caput interceſſerat, ſex confecit, & compilauit copioſas deciſiones, incipiens à 126. vſque ad 131. incluſiue: quæ videntur omnem omnino dicendi locũ alijs eripuiſſe. Nihilominùs viſum eſt hanc materiam tam practicabilem, tamque noſtris capitulis matrimonialibus propriam, non omittere, ſperantes quòd in quibuſdam punctis, quæ ſelecta ſunt tractari, propter eorum frequentes lites, & controuerſias, ſemper aliquid noui occurret, aut ſaltem benè accommodatum quod ſatisfaciat. Res

5 eſt † multùm difficilis, iam video, quia tota ferè verſatur circa materiam coniecturalem, & quia in diuerſas circa eam per grauiſſimos Doctores itum eſt ſententias, ita vt dicat Cæſar Barz. in citata deciſione Bononien. 126. vbi de hac materia incipit tractare, num. 1. quòd domini illius Rotæ grauiſſimam illam cauſam putauerunt, vel hac vna ratione, quòd omnes ferè inſigniores Italiæ Iurisconſulti in diuerſas partes iuiſſent, Rota præterea Florentina, ac duo celeberrima Collegia, Patauinum ſcilicet, & Boonienſe, inter ſe acerrimè decertaſſent, vt ferè (inquit) commotus videretur vniuerſus orbis. Sed iuuabit Deus Opt. Max. iuſtos conatus.

6 Bald. † igitur (vt ad rem redeamus) in d. authen. præterea, in fin. & Dec. ibidem ſuper gloſſ. in verb. locuples, num. 15. Vincent. de Franc. deciſio. 410. num. 1. Federic. Scot. reſpon. 5. tom. 1. lib. 3. num. 24. cum alijs, quos Iacobus Menochius in copioſa multitudine adducit, & ſequitur in lib. de arbitrar. iudic. caſ.

caſ.65. num.7. & caſ.149. num.36. Surd. in tracta.de alimentis tit.9.quæſtio.35. nu.35. exiſtimant non poſſe ſuper his dari certam regulam, ſed eſſe prudentis iudicis arbitrio relictum diiudicare, ſecundùm circunſtãtias facti, quæ dici dos debeat modica,& parua, vt faciat dictæ authenti. præterea eſſe locum; & paſſim ita reperies ſcriptum per Doctores, quos in diſcurſu allegabimus. Circa quos eſt quòd primùm aduertas plures ex eis,licèt ad id citentur,non tractare quę dos dicatur parua, vel non, quod erat, & eit inſtitutum, ſed quis dicatur pauper, vel non, & nihilominùs quæ circa hoc communiter à Doctoribus circumferuntur, illi quæſtioni accommodantur. Sed non eſt mirum, quia idem proculdubio eſt, vtrùm ſuperſtes prematur paupertate, diiudicari arbitrio iudicis, quod vtrùm dos parua ſit,iudicem æſti-
7 mare, quia † dos eſt patrimonium mulieris, cùm præter dotem bona pars mulierum nihil habeat, l. 3. §. ſed vtrum, in fine, ff. de minoribus.

8 Ea igitur † facilè arguit muliebris rei familiaris vel tenuitatem, vel copiam, prout pulchrè Federicus Scotus loco ſuperiùs allegato num.25. addens, quòd indè deſumitur noua ratio quapropter probandus ſit cõmunis interpretum authenticæ, de qua agimus, intellectus, vt procedat in muliere parua dote, & tenui dotata, ſicut in prorſus indotata, quæ (inquit) eſt,quòd Iuſtinianus poſuit indotatam mulierem, pro paupere muliere, eò quia ferè ſubſtantia muliebris conſtat dote. Alias ſi mordicùs tenerentur verba conſtitutionis, ſequeretur è conuerſo mulierem alioqui diuitem, ſed indotatam, obtenturam quartam, quod eſſet abſurdiſſimum.

9 Circunſtantias, † & qualitates, ex quibus regulari debet prudentis iudicis arbitrium, vt rectè in his procedat, rectèque iudicet quando dos dicatur parua ad effectum de quo agimus, ac quando mulier dici debeat pauper, vt locus ſit petitioni quartæ, adducunt plena manu Doctores ſuperiùs allegati. Ego eam tantùm proſequar, quam quotidiè præ manibus habemus in cauſis, quæ de materia huius authentic.præterea in iudicijs mouentur, ad quamque, vt plurimùm, omnes mulieres, quæ de hoc tractãt, ſtatim confugiunt, prout quotidiana experientia comprobamus qui cauſas in foro ducimus. Qua explicata, & enodata, ſperamus quòd parum reſtabit diſputandum, & diſcutiendum circa hanc paruitatem,& modicitatem, vel congruitatem dotis. Verſabitur ergo noſtra diſputatio in explicando nunquid, ne parua, & modica dici dos debeat ad effectum de quo in dicta authentic.præterea, ſit neceſſe quòd dotis fructus ſufficiant ad alimenta vxori neceſſaria, an verò ſufficiat quòd alio reſpectu dici poſſit dos congrua, quamuis ad dicta alimenta non ſufficiat.

10 Qua in † re, licèt reperiam plures, qui concordant in eo, quòd vt dos congrua dicatur, ne ſit locus diſpoſitioni authent.prædictæ, neceſſum ſit eius reditus ſufficere ad alimenta coniugis ſuperſtitis, aliàs parua, & modica ea paruitate, & modicitate, quæ dictæ authenticæ locum faciat, dici debeat, Baldum ſequuti, qui primùm id dixit in citata authentic. præterea, in fin. ſicut & ipſe primus fuit qui diſpoſitionem authent.prædictæ extendit ad parùm dotatas mulieres, vt ſuprà diximus. Baldum (inquam) in hoc ſequuntur Dec.in eadem authent.num.5. in verſic.Et retenta, Celſus Hugo in conſil. 4. num.16. qui refert ita quandoque in noſtro
† Senatu *deciſum*,cuius deciſionis meminerũt magnum de ea feſtum facientes, Decian. in conſil.70.num.12.volum.2. Rimin.in conſilio impreſſo in lib.deciſion.Bononien. nu.18.& Menoch.in alio ſimili conſilio,de quo ibidem num. 3. Eundem Baldum in ſupradicta opinione, quòd ne dos dicatur modica, debeat aſcendere ad alimenta vxoris, ſequuntur præterea Port.Imolen. in conſil. 97.num.10. Decia.in citato conſil.70.num. 12. qui innumeros penè in idem adducit, Franc.Viuii.in commun.verb.vxor,Roland. à Val.in conſil.14.nu.21.vol.3.Vincent.de Franc.deciſ.410.nu.2.cum pluribus per eos adductis.Et eſt communis DD.ſententia,vt in d.authẽt.atteſtatur Fabia.de Pep.& Soci. ſen.in conſ.30.nu.20.in 4.Et communẽ etiã profitentur DD.in conſſ.quæ mox allegabũtur,editis pro Catherina de Lucatell.in illa cauſa Bonon.& alij,qui citantur à Rot. Bononien.in fæpè citata quæſt.3. nu.2. & apud Cæſar.Barzi.deciſio.128.etiam num.2. & à Io.Pet.Surd.deciſio.61.num.1.licèt ipſe incautè eos alleget, dicens eos tenere quòd incongrua dicatur dos, quæ non aſcendit ad alimenta, cum hoc additamento, neceſſaria ſecundùm conditionẽ mariti, cùm vix vnus ex eis iddicat,ſed illud ſolum, quod nos ſuprà retulimus de alimentis in genere,Marc. Anton.de Amatis deciſ.prouinc.March.72.
11 nu.8. Quòd † paruitas ſit regulanda ab alimentis eſt plena deciſ.Rot.Rom.apud Statil.Pacif.in fin.operis de Saluia.interd. 174.
† quæ fuit *facta* de anno 1609. vbi ponit plura argumenta pro hac opinione. Nihilominùs video eos diſcrepare in qualitate alimentorum, id eſt qualia illa eſſe debeant, & ad quæ alimenta illi reditus debeant eſſe

ſufficientes, ne ſit locus petitioni quartæ.

12 Sunt enim † non pauci, qui volunt ad ea alimenta ſufficientes debere eſſe reditus ad effectum prædictum, quibus mulier indiget mortuo marito ad vitam traducendam ſecundùm illius dignitatem, & qualitatem, id quę eo modo quo ei à viro in vita præſtabātur, prout conſtat ex ſex illis præſtantium Iuriſconſultorum Collegij Patauini Iacob. Menoch. Hyppol. Riminal. Bernar. Biſcia. Anton. Glatar. & Franciſ. Turturel. pro Catherina de Lucatellis, in illa famoſa cauſa deciſio. Bononi. editis conſilijs, quæ ad literam ſunt impreſſa in ſuprà citato libro de dicta deciſione, & cauſa confecto, & ex mo-tiuis declarationis iudicis primitiui in dicta cauſa facta, quæ eſt etiam in dicto libro po-13 ſita. Quæ † eò tendunt omnia, vt probent in alimentanda vxore eſſe attendendum vltimum ſtatum, id eſt quòd habeat vt ex iure datur à quarta, alimenta neceſſaria iuxtà vltimum ſtatum viri, & eius dignitatem, eo ſcilicet modo, quo maritus dum viuebat ea vxori præſtabat.

Nec eſt ea opinio omni fundamento deſtituta, cùm de iure vbi agitur de alimentorum præſtatione, vltimus ſtatus attendi debeat, argumento l. Mela, §. ſed ſi alimenta, ff. de alimen. & cibar. legat. quo loci reſpondit Iuriſconſultus alimenta deberi ab hæredibus eo modo quo defunctus ea præſtare ſolebat tempore mortis, & ſic ſecundùm vltimum ſtatum, & eo attento, de qua re latè per Cordubā à Lara in l. ſi quis à liberis, §. ſed ſi filius, à num. 43. & Io. Petrus Surd. in tracta. de alimentis titul. 4. quæſtio. 18. per totam, quod eſt argumentum, quo vtebantur ſupradicti Doctores, qui in citata cauſa Bononienſi pro Catherina de Lucatellis reſponderunt, vt ibi eſt videre, & in toto prorſus illius deciſionis libro, vbi paſſim reperies.

14 Et, quod † habet optimum hæc opinio, eſt quod in nonnullis cauſis, in quibus in noſtro perſpicacitſſimo Senatu contigit de hac re tractari, & de materia authenti. præterea diſputari, imò in omnibus, quas ego vidi-dere potui, reperio eum in hanc opinionem
†† inclinatum, imò eam expreſsè *ſequutum*, quod magnam tribuit ei auctoritatem. Mitto illam, quam Celſus Hugo refert in fine
† conſil. 4. *deciſionem*, cùm ibi non dicatur ex hoc motiuo eam fuiſſe factam, ſed potuit ex alio, quia nempè dos quinquaginta ducatorum à notorio non erat congrua, & ex hoc ſolo potuit cauſa decidi abſque vlla diſputatione an eſſet ſufficiens ad alimenta, nec ne, ſecundùm aliam opinionem, de qua infrà dicam.

† Mitto & aliam, quam ſimiliter *factam* fuiſſe in Rota prouinciæ Marchiæ pro mulie-re quartam petente, ex eo quòd dos eſſet tam modica, quæ non aſcenderet ad alimenta mulieri neceſſaria ſecundùm dignitatem viri, refert Marc. Antonius de Amatis deciſione 72. quia in ea etiam à notorio conſtabat dotem non fuiſſe à principio congruè conſtitutam, erat enim quarundam rerum immobilium, quæ ſecundùm communem æſtimationem erant valoris tantùm ſeptuaginta, vel nonaginta, aut ad ſummum centum ducatorum, viri autem facultates erant æſtimatæ ad florenos tres mille ſexcentum quinquaginta quatuor mille, vt ibi habetur. Hoc concurrente, quòd iuxtà prudentis iudicis arbitrium dos conſtituta non poſſit dici congrua ſecundùm tempus contracti matrimonij, non eſt dubiū quod quarta locus eſſe debeat, vt inferiùs dicemus, ex hoc motiuo ſolo, & ſic non eſt mirum quod in dicta Rota prouinciæ Marchiæ fuerit declaratum.

Verùm in vna Mariæ de Barutell, contra Petrum Roca de Parlaua magni quidē ponderis, & quæ maximum in Cathalonia fecit rumorem, coram egregio tunc Senatore, poſtea Regente Cācellariam in ſupremo Aragonum Concilio, don Monſerrato de Guardiola, ſub die 1. Februarij 1594. *dictum* expreſsè fuit mulieri petenti competere quar-† tam, ex eo quod habebat dotem mille dū-taxat librarum, ex cuius annuis red-tibus nō poterat congrua habere alimēta iuxtà propriam, & viri ſui qualitatem. Actuar. Roure.

In qua ſententia videtur periitiſſimè Senatus in ſecunda inſtantia, & in alia Aula, ad quam à dicta declaratione fuerat ſupplicatū, dum licèt ſententiam commutauerit, exiſtimans non eſſe iuſtum quòd mulieri in eo ca ſu daretur quarta, ſumpſit tamen, inter alia, pro motiuo, quòd conſtabat quantitatem quinquaginta librarum, quas mille libræ dotales reddere poterant ad forum cenſualis mortui in annuo reditu, ſufficientem eſſe ad alimenta mulieri neceſſaria, iuxtà ſtatus primi viri ſui, in cuius bonis petebatur quarta, conditionem. Relator dictæ cauſæ erat egregius olim Senator, poſtea Regens Regiam Cancellariam, Franciſcus Deſcamps, & fuit facta declaratio die 30. menſis Auguſti 1595.

Et poſtea in tertia Aula, referente egregio etiam olim Senatore Iacobo Pineda, fuit in omnibus dicta hæc vltima ſententia confirmata, ſub die 28. Nouembr. 1601. me tunc in hac vltima inſtantia aduocato cum aliis exiſtente.

In alia item cauſa Eliſabethis Bou con-

tra

tra hæredes Ioannis Bou eius viri defuncti, cuius Relator erat egregius olim Senator Celidonius Valencas,& Actuarius nunc Sebastianus Vilella, sub die 29.Octobr.1594.

† *fuit* mulieri ductę per mercatorem diuitem absque vlla dote, adiudicata quarta, nō obstante quòd maritus vxori in capitulis matrimonialibus donationem fecisset de ducentum libris in casu superuiuentiæ,pro dote, & alijs iuribus illi competituris in bonis suis, hoc expresso moriuo, *Attento* (& sunt verba sententiæ) *constat dictam quantitatem non sufficere ad congruam, & honestam sustentationem coniugis superstitis, habito respectu ad qualitatem eiusdem viri, & ad illius patrimonium, &c.*

Alia etiam fuit olim declarata causa in eodem nostro Senatu de eadem hac re, die scilicet 31.mensis Iulij 1566.inter nobilem Isabelam Girau de Sancto Martino,& Laurentium Girau, referente egregio eo tempore Senatore N. Quintana, in qua fuit *dictum*, quòd quia mulier habebat quod ad congrua alimenta sufficiebat, ideò non debebat habere quartam. Vide in Archiuo Regio, vnde ego extraxi.

† Habui ego de hac eadem re superioribus annis in eodem nostro Senatu causam, quā Eulalia Bassols vidua mouerat contra tutores, & curatores pupillorum Bassols villæ Oloti, quorum partes ego agebam contra dictam viduam quartam petentem, pro qua si non commouerbatur vniuersus orbis, prout de illa Rotæ Bononiensis dicebat Cæsar Batzius, vt vidimus,erat tamen nō modicè grauis,in qua in fauorem mulieris plures ex Iurisconsultis huius præclaræ ciuitatis Barcinone consuluerant. Et cùm in ea disputaremus hunc articulum,num congruitas dotis esset consideranda habito respectu ad alimenta necessaria,eo modo quo suprà, qui partes viduæ tenebant, magnum, vt aiunt, de supradictis nostri Senatus decisionibus festum faciebant. Sed quid posteà contigerit, narrabo inferiùs, vbi videas. Actuarius erat Michael Perez, nunc Regius Scriba mandati.

15 † Est secunda circa hæc opinio,quòd dotis exiguitas, & paruitas non debeat ex alimentis iudicari, quæ mulieri superstiti à viro præstabantur, sed potiùs ex honesto viduitatis statu, id est si sufficiens dos est, vel non, iuxtà communem existimationem, ad conseruandum vidualem statum, secundùm quod viduam à tali viro relictam decet: si enim sufficiat, nō poterit modo aliquo ipsa dos dici parua, & exigua, quæ locum faciat quartæ petitioni, si verò non sufficiat,è contra dicendum erit.

Differentia inter hanc, & priorem opinionem, in hoc, meo quidem iudicio consistit, quòd licèt ambæ requirant sufficiētiam dotis ad alimenta, illa tamen ea copiosiora postulat, hæc verò angustiora poscit, quantùm constat apud omnes differre statum cōiugalem à statu viduitatis. Videmus enim statum vidualem conseruari honestissimè, etiam secundùm quod decet viduam à tali viro relictam, cum multo minori sumptu, quàm conseruabatur coniugalis,quando maritus viuebat. Pone enim, sicut sæpè fit, quod curru mulier in vita mariti vehebatur, & pluribus famulis, & seruis vtebatur, certè non est semper necesse quòd mortuo viro, vt eius honor conseruetur, tot famulos vidua habeat, & curru ducatur, quandoque enim, & cum minore seruorum copia, & sine curru conseruatur perfectissimè, imò vt plurimùm solent mulieres post virorum decessum minuere familiam, & sumptus; nec per hoc diminuitur quicquam vel de ipsarum, vel de virorum iam defunctorum honore, & decore. Vult ergo hæc opinio, quòd vt dos congrua dicatur sufficiens ad excludendum à petitione quartæ, non sit necesse quòd sufficiat ad conseruandum mulierem in eo statu,in quo erat dum maritus viuebat, & vt tractari possit cum ea opulentia cum qua tempore illius existentiæ, quę erat prima relata opinio, quia ille status per mariti decessum iam cessauit, & nouus fuit assumptus. Sed quòd per eam dotem habeat mulier, quo statum vidualem, prout decet viduam a tali viro relictam secundùm existimationem,conseruare valeat. Hanc opinionem non memini me apud aliquem legisse ex multis,ac penè infinitis,quos ad hāc materiam reuolui, quàm apud Federicum Scotum respons.5.tom.1.lib.3.num.32.circa medium, qui ad eam corroborandam gloss.aduocat in sæpè citata authenti.præterea, & Bart.in l.si constante, in princ. ff.soluto matrimo.& totus prætereà est in iustificando nou esse ob alimenta,saltem tam opulenta, prout volebat prior opinio,datā hanc successionem, sed ob transacti coniugij reuerentiam,quæ manet intacta quando habet mulier quo statum vidualem honestè conseruet, ibi videas per extensum.

16 Tertia † denique circa hunc articulum est opinio,quæ vult alimenta,de quibus agitur, fore consideranda nō quatenus opus est pro eo statu, quem maritus defunctus sustinebat,& conseruabat dum viuebat,quę erat prima opinio, nec pro eo quem mulier cōseruatura postea est vt vidua talis viri, quæ est secunda sententia,sed imò quatenus mulier ipsis alimentis indiget, vt necessitati

naturæ ſuccurrat, taliter quòd, ne modica dos dicatur ad effectum authenti. præterea, ſufficiat in ea habere mulierem vndè vitam cum parcimonia traducat, & vndè id conſequatur, ne fame pereat, nec victum mendicando quærere habeat, de quo latè per Alciatom in conſil. 252. (mihi 18. tom. 3. lib. 9.) Hieronym. Gabriel in conſil. 142. num. 26. volum. 1. & Rotâ Bononienſ. in ſæpè citata quæſtio. 4. num. 10. ac Cæſar. Barzi. deciſio. 129. eodem num. vbi num. 11. additur eiuſdem opinionis fuiſſe videri qui dictũ Baldi ad dotem paruam notabili paruitate, hoc eſt tenuiſſimam, reſtringunt, quaſi verò certum eſſe poſſit per huiuſmodi dotem, quæ nulli ferè vſui futura ſit, non poſſit excludi extrema inopia, & mendicandi neceſſitas, vt per Corneum conſil. 294. lib. 3. Socin. ſenior in conſil. 121. num. 44. volum. 4. viden. Honded. qui latè hunc diſcurſum extendit, in conſil. 93. num. 24. volum. 1. concludens tandem, quòd ad cognoſcendũ nunquid quarta debeatur, ſolùm eſt conſiderandum nunquid mulier ſine quarta mendicare cogeretur, vel non, vt primo caſu quarta ſibi ſit adiudicanda, ſecundo verò non; atque ita ad quartam non ſufficere ſimplicem mulieris paupertatem probat, ſed eam, quę ipſam mulierem mendicare compelleret, Io. Petrus Surdus deciſio. 61. à num. 9. cum ſequent. vbi benè.

17 Rationem † ad id adducunt Doctores, ſuo iudicio manifeſtam, quam deſumunt ex regula illa generali, qua docemur, quòd quando alimenta præſtantur miſerationis gratia, ſufficit ſi præſtentur pro neceſſario vitæ ſubſidio, de qua latè per Cordub. à Lara in repetitione l. ſi quis à liberis, in §. ſed ſi filius, num. 69. In caſu autem occurrenti certum eſt, quòd leges prouident mulieri propter pictatem, Calca. conſil. 60. numer. 16. Caſſane. conſil. 40. num. 4. Feli. in rubr. de donat. inter virum & vxorem, in §. in cõſtituenda, num. 24. Hieronymus Gabriel. in citato conſil. 142. num. 26. qui ſupradictos citat, volum. 1. & Rota Bononienſis apud Cæſarem Barzium deciſio. iam allega. 129. num. 10. & 11. Præterea (inquiunt) ſi mulier habet vndè victum habeat ſecundùm neceſſitatem naturæ, & illius ſuſtentationé, certum eſt, & nemo poterit negare, quod illam nouiſſimam inopiam excludit, & mendicandi neceſſitatem, quam Imperator requirit, vt ſit locus quartæ.

Ad hanc opinionem Senatus noſter attendit in quadam cauſa, quam Hieronymus de Gauer eques huius ciuitatis mouerat ſuperioribus annis contra manumiſſores teſtamenti Mariannæ de Gauer, & Xammar quondàm vxoris ſuæ, dum tam in prima inſtantia, referente egregio Senatore Ioanne Gallego, die 14. menſis Iulij 1608. quàm in ſecunda, referente egregio itidem Senatore Franciſco Ferruz, die 2. menſis Aprilis
†† 1610. Actuario Michaele Perez, *declarauit*, me Aduocato, marito non competere beneficium, ne egeat, nec quartam in bonis vxoris defunctæ, quamuis conſtaret non habere ipſum vndè ſe aleret eo modo quo perſonam nobilem, & militarem, qualis ille erat, decebat, quia conſtabat ipſum habere quoddam officium, ex cuius reditibus habebat vndè neceſſitati naturæ, quoad victum, ſubuenire poſſet (quod Regia ſentẽtia poſſe congruè victum, & alimenta percipere vocat) & hoc ſufficere ad excluſionem dictorum beneficiorum, bis cenſuit Senatus in dicta cauſa.

Idem etiam conſideranit idem Senatus in alia cauſa Iſabellę Girau de Sancto Martino, contra Laurentium Ioan villæ Perpiniani, iã ſuprà citata, ſub die 31. Iulij 1556.
† vbi fuit *dictum*, paruitatem dotis, vt quartę locus ſit, fore conſiderandam, ſi taliter parua eſt, vt vxor infœliciter mendicare cogatur, non ſi ſufficienter viuere poteſt, licèt non ſecundùm ſui conditionem, cum famulis, & ancillis, ac pediſſequis: non enim ad hoc debent bona mariti expendi, & ideò quia fructus dotis cum aliquo alio, quod habebat mulier à marito promiſsũ, & donatũ ei in capitulis matrimonialibus, ſufficienter poterat ſe alere, ideò fuit denegata quarta. Vidi in Archino Regio.

18 Quarta, † & vltima eſt in his Doctorũ opinio, quòd diſtinguatur inter dotes cõgruas, & incongruas, id eſt inter mulieres congruè à principio dotatas, & eas, quæ vel prorſus indotatæ puro affectu maritali fuerunt ductę, vel cum parua, & modica dote, vt in primo caſu ſi probetur mulierem à principio fuiſſe cõgruè dotatam eo modo quo iura volunt, pro modo facultatum, pro dignitate coniugum, pro conſuetudine regionis, & temporis qualitate, vt in l. cum poſt, §. gener & l. quęro, ff. de iure dotiũ, ſecundùm quod nos latè docuimus in principio huius tractatus de dotis congruitate, & incongruitate, tunc non eſt quòd iudicem ſolicitũ eſſe oporteat circa vxoris inopiam, cùm eo ipſo quòd probatur mulier cõgruè dotata, excluſa maneat. Si verò dos mulieri data in contractu ſui matrimonij incongrua fuerit, tali caſu intrant, & intrare debent Doctorũ quęſtiones, & concertationes circa materiam hanc, nunquid illa ſit ad alimenta ſufficiens, nec ne, vt ſi ad ea non ſufficiat, ſit locus quartę, ſecùs verò ſi ſufficiat.

Hęc

18 Hæc eſt opinio quam *tenuerunt* Rota Rom. apud Cæſar.de Graſſ.deciſio.162. num.24. cum ſequent.quæ in deciſſ.diuerſor.eſt 202. in 2.par.& Rota Bonon. quæ eam plutibus argumentis probat, in ſæpè allegato libro deciſ.pro Catherina de Lucatellis facto tota quæſtio.3.& ſignantet à nu. 52. & refert etiam Cæſar.Barz.tota deciſ.128.& ſignanter ab eodem num. 52. Socin.in tetminis in conſil.30.num.10.& 11.volum.4.Ioa.Andr. in cap.1.de homicid.in 6. Dec.in conſ.661. num.4. Fabia.de Pep.in dicta authent. præterea,num.110. Alciat.in citato conſil.252. aliàs 18. in 2.dub. num.11. Hieronym.Gabt.in allegato conſil.142.num.13. & 15. & pulchrè, Riminal.in d.authent.præterea,nu. 6. verſic.Et aduerte, Vincent.Hondede. in conſil.93.nu.16.volum.1.Colleg. Bonon.in conſil.contra viduam de Lucatellis edito,ac in ſuprà citato lib.deciſio.Bonon. impreſſo, num.11. Franc.Mantic.num.36.verſi.Septimo,& vltimo, Guido Pancitol.num.12.cum ſeq.Angel.Spannocch.nu.4. in ſingulis aliis conſilijs contra eandem viduam editis,& in eodem libro impreſſis. Qui Doctores taliter inhærent huic opinioni, vt exiſtimet Alciat.eam non habere in indiuiduo contradictorem aliquem,& quòd propterea non eſſet tutum in practica recedere ab ea, cuius dicti rationem teddit Collegium Bononiẽ. loco ſuperiùs citato, Hieronymus Gabri. hanc dicit eſſe communem opinionem, & veriſſimam, & indubitatam, nedum veriorem,& Rota Bonon. d.quæſt.3. num.55.& Cæſar.Barzi. citata deciſ.128.eodem num. dicunt contrariam opinionem communi calculo reprobatam eſſe in terminis quæſtionis propoſitæ.

19 Rationes † ſunt fermè infinitæ,quas Doctores in hanc rem adducunt:nonnullas ego referam, quæ eam magis probent. Non eſt alijs inferior quam Rota Bono.excogitauit in cita.quæſtio.3.nu.32.& Barzi.retulit deciſio.128.eo.num.dicentes tationẽ authent. diuerſam eſſe ab eo quod plures exiſtimant: Imperator enim (inquit) ſubuenire tantùm voluit mulieribus, quæ ſine dote,ſolo maritali affectu, ductæ ſunt; æquum enim viſum fuit Imperatori,vt purus ille affectus,qui virum allicere potuit ad onera matrimonij ſubeunda abſque dote,etiam mulieri prodeſſet, cùm orbata viro, eo miſerior eſſet, quo magis egerct abeo diuulſa,in cuius antea ſinu,& beneuolentia placide foueretur, id ip ſignificare voluit Cotduba de Lata in repetitio.l.ſi quis à liberis,in princ. nu.78. dum legem Regni Caſtellæ iam aliàs citatã, par. 6.tit.13.l.7. refert concordantem cum noſtra authent. & illius diſpoſitione, quæ multùm probat intentum, ibi, in princ. *Pagan ſe los omes a las vegadas de algunas mugeres, de manera que caſan con ellas ſin dote, maguer ſean pobres: porende guiſada coſa,e derecha es, pues que las aman, e las honran en ſu vida,que non finquen deſamparadas à ſu muerte*. Quã 20 rationem non ſemel Imperator ſignificauit tam in l.ſiua.C.de repud. (ad cuius ſimilitudinem mulier ſuccedit in quarta ex diſpoſitione noſtræ authen.vt dicunt Socin.in citato conſil.121.num.41.vol.4.& Hyppol.Riminal.in conſil.impreſſo in lib.deciſio. Bonon.) tum in authent.de uup.§.ſi quis enim, & tum denique in d. authen.vt liceat matri, & auiæ,in §.quia verò legem, dum hæc duo coniunxit, quòd mulier ſine dote,puro affectu ducta ſit,vt quaſi hæc ſit ipſa redditio rationis, cur ijs tantùm mulieribus, quæ ſine dote ductæ fuerint, prouidere voluerit, ſi inſuper inopia laborarent, quia puro affectu ductæ fuerint, vt quaſi mariti in ſuam tutelã eas petpetuò recepiſſe videantur. Ad quod notanda ſignãter ſunt pulchra illa verba poſita per Imperatorem in citato §. quia verò legem,in authen.vt liceat matri,& auiæ,ibi: *Indotatam vxorem per affectum ſolum acceperit,&c.* Quæ locum habere non poſſe, nec militare videntur in mulieribus,quæ dotatę congruè accipiuntur; eos enim qui ſic cõtrahunt, non affectus, ſed dos coniungit. De his non eſt curæ Imperatori, nec eis prouidere modo aliquo cenſuit, vt ſupradicta ſatis manifeſtè probant.

21 Id quod † optimo,& accommodato exẽplo roboratur: Videmus enim quod cùm tractant Doctores de obligatione mariti in curanda vxore ægra tempore quo citra culpam abeſt ab illius obſequio: communiter diſtinguunt inter eam, quæ habet dotem competentem, & in hoc caſu eatenùs maritus tenetur quatenus fert ratio dotis: ſi verò ſine dote, puro affectu maritali, tali caſu indiſtinctè eam curare tenetur, quia tũc compellere mulier poteſt maritum, vt quã ſemel in ſuam fidem, tutelamque recepit, eam deſerere non valeat,vt late probat Romanus in conſilio 502.quaſi per totum, poſt Bar.& cæteros Scribentes in l.quod in vxorem, de nego.geſt.

22 Eſt ſecunda † huius opinionis ratio, quòd licèt ex doctrina Baldi ſæpiùs à nobis cita. & ſequacium, diſpoſitio authenti.præterea; C. vnde vir,& vxor, quæ de muliere indotata loquitur, extenſa communiter dicatur, vt vidimus, ad eam, quæ paruam dotem habet,ea tamen paruitas non eſt ſimpliciter,& quomodocũque conſideranda,ſed eo tãtùm modo,quo parum, & nihil æquiparantur; quæ ſolet eſſe ratio,ob quam authenti.præ-

dicta ad paruam etiam dotem extendatur, prout expreſſim Bald. ſupradictæ extenſionis auctor, quem reliqui ſequuntur, tradit loco iam allegato. Et tunc verificarentur verba authenticæ de nouiſſima inopia loquẽtis, non quando dos eſt conſiderabilis ex ſe, prout eſt dos à principio congrua, de qua agimus, quamuis alio reſpecto dici poſſet incongrua, & non ſufficiens ad alimenta iux tà conditionem mariti: ergo non eſt dicendum, nec præſumendum quòd voluerit Imperator mulieres congruè à principio dotatas ſub dicta diſpoſitione comprehendere.

†† Pulchræ ad id ſunt binæ *deciſiones*, altera quidem Rot. Roma. apud Cæſarem de Graſſis 162. à num. 14. cum ſequent. & altera Senatus Mantuani apud Surd. 61. quæ ſunt particularitèr videndæ, ac notandæ in propoſito. Egregiè rem hanc probat pluribus Franciſ. Mantic. in allegat. libr. deciſio. Rot. Bonon. à num. 34. ad numer. 76. qui eſt viden. Idem etiam probat eadem Rota Bonon. in citato lib. quæſtio. 3. num. 20. verſicul. Hæc etſi, & clariùs num. 39. cum ſeq. & Cæſ. Barz. deciſio. 128. eiſdem num.

23 Tertia ratio, † quia vt authenticæ prædictæ diſpoſitioni ſit locus, duo copulatiòe requiruntur: primum, quòd mulier nupſerit ſine dote, vel ſaltem ſine congrua dote: ſecundum, quòd tempore mortis mariti noniſſima laboret inopia, vt mendicare cogatur, vt eſſe in confeſſo apud omnes, qui authenticam prædictam ſiue legendo, ſiue conſulendo commentati fuerunt, dicit Rot. Bononien. allegata quæſtio. 3. num. 21. & repetit Cæſ. Barzi. deciſio. 128. eodem numero. Addentes per imprudentiam factum fuiſſe, quòd has duas qualitates aliqui poſtea confunderint, ambas ad vnam redigendo, nempè ſi mulier inops reperiatur tempore mortis mariti: ſic enim, vt ſuprà dictum eſt, ſumarunt authenticam prædictam Bald. Salic. Alexand. Pep. & alij quamplures, ſi marrimonium fuerit ſine dote, & vxor ſuperſtes laboret inopia, ſuccedit in quarta bonorum mariti diuitis prædefuncti; omnesq. fatentur non ſine myſterio hoc adiectum fuiſſe, &

24 valdè † ſolicitè ſunt Roma. Corn. Iaſ. & Pepius in inueſtiganda ratione cur Imperator hãc qualitatem mulieris indotatæ toties repetierit in §. ſi quis enim, in antheo. de nupt. in l. fina. C. de repud. in §. quoniam verò, de exhiben. reis, & in §. quia verò, in authen. vt

25 liceat matri, & auiæ. Quarum † duarum qualitatum non eſt, nec poteſt eſſe dubium quin ſimul concurſus requiratur vt diſpoſitioni ſit locus l. ſi plures, de conditio. & demonſtrat. Sed ſi dos congrua non ſufficiens ad alimenta eo quia non ſufficeret, nõ excluderet mulierem à quarta, & à beneficio dictæ authenticæ, ſed imò diſpoſitioni prædictæ eſſet ad hoc locus, ex quo militaret etiam in eo caſu ſecundum requiſitum, quòd ſcilicet mulier laboraret inopia, iam tunc non foret neceſſe quòd concurrerent ambæ qualitates, quia nororium eſt quòd congruè dotata mulier eo modo quo congrua dos dicitur de iure, & nos ſupra explicuimus, nõ poteſt dici indotata, & propterea de neceſſitate eſſet plenò ore fatendum, quòd fruſtrà Imperator toties dictæ qualitatis mulieris indotatæ meminit, & fruſtrà eſſet inſcriptus titulus vndè authent. ſomptus eſt de exhiben. reis, & de mulieribus ſine dote nubentibus. Item vana redderetur communis ſententia omnium ferè Interpretum exiſtimãtium vnum ex requiſitis, vt dictæ authenticæ locus foret, eſſe quòd mulier nupſerit ſine dote. Et finaliter fruſtrà diſputarent omnes, ſicut diſputant, quodnam tempus ſit conſiderandum, an contractus matrimonij, an verò mortis mariti, ad dotem congruam iudicandam, vt per eam excludatur mulier à quarta: nihil enim fuiſſet facilius Imperatori, quàm vnico verbo ſe explicare, ſtatuendo locum eſſe ſucceſſioni quartæ, ſi reperta mulier fuerit tempore mortis mariti inopia laborare, ſi eius intẽtionis verè fuiſſet quòd dos congrua non excluderet, niſi etiam ad alimenta ſufficeret. Nec titulus fuiſſet inſcribendus de mulieribus ſine dote nubẽtibus, ſed magis de mulieribus inopia laborantibus tempore mortis mariti. Doctores etiam concludere debuiſſent nihil intereſſe vrrùm mulier cum dote, vel ſine dote congrua nupſerit. Nec ingredienda fuiſſet illa quæſtio, cuius temporis ratio ſit habenda pro cogno

26 ſcenda congruitate. Ne igitur † qualitas ita toties repetita fruſtrà appoſita videatur, & ne ſemper ſit otioſa, contra tex. in c. ſi Papa, de priuileg. in 6. & l. ſi quando, de lega. 1. ne legis diſpoſitio vana reddatur, ne confundantur hi duo termini loogè tamen inter ſe diuerſi, tum quia matrimonium fuerit ſine dote, tum quòd vxor ſuperſtes laboret inopia, & ne duæ conditiones redigantur ad vnam, interpretatio noſtra capienda eſt, vt quod dicitur dotem, quæ non ſufficiat ad alimenta cooiogis ſuperſtitis, non excludere à quarta, intelligendum ſit, dummodo hæc ipſa dos incongrua non fuerit à principio contracti matrimonij. Ita Rota Bononien. cuius eſt totus hic diſcurſus eiſdem ferè verbis hic poſitus, & tranſcriptus, vt melius illius conceptus perciperetur, in citata quæſtio. 3. num. 20. & 45. cum ſequent. & Cæſ. Barz. citata deciſio. 128. eiſdem nom. qui in idem adducunt alios. Bene idem probat Collegium

gium Bononiense in consilio contra viduam de Lucatel. edito, ac in libro decisio. suprà enarratæ impresso, num. 14. versic. Secundo respondetur, & num. sequent. addens quòd sicut qualitas indotatæ non attenditur quando mulier nõ esset inops, sed locuplex, quia licèt adesset vnum requisitum, nempè mulieris indotatæ, deficeret tamen alterum, nempè inopiæ, ita è contra, non debet attendi inopia quando deficit qualitas indotationis, quia quod operatur propositum in proposito, idem operatur oppositum in opposito, l. & si contra tabulas, de vulgat. l. fin. §. fin. de legat. 3. Fuit hæc consideratio anteà Socini in consil. 30. (corruptè per Colleg. Bononiẽ. allegatur 10.) num. 11. vol. 4.

27 Nec dicatur † mentionem mulieris indotatæ, quæ ità sæpè fit in dictis iuribus, vt diximus, factam fuisse ad significandum facti contingentiam, ratione scilicet contingẽtiæ, & frequentiæ, & facilioris euentus inopiæ, eo quòd frequentiùs accidat mulierem viro superstitem inopem esse, si nullam dotem dederit, non vt aliquid adderet dictæ qualitatis exiltentia, vel detraheret eius defectus, prout nonnulli existimarunt, quos quia plena manu reprehendit Rota Bonon. allegata quæstio. 3. à num. 25. in versic. Alij dixerunt, & Cæs. Barzi. decisi. 128. eisdem num. ostendentes pluribus, imò contrarium esse tam certum, quàm quod certius, ideò ibi videndum commendamus.

28 Quarta ratio † desumitur ex his, quæ post Alexandrum dixit Pau. Pic. in dicta authen. præterea, num. 1. quos sequuntur Hieron. Gabr. in consil. 142. num. 19. lib. 1. & Ioan. Vincent. Hondede. in consil. 93. numer. 31. volum. etiam 1. quòd quando mulier habet talem dotem, cum qua secundò nubere possit, cessat nostræ authenticæ dispositio: signũ ergo est quòd dos congrua excludit mulierem à quarta.

29 Vltima ratio † est, quam, præ alijs, selegerunt Rota Roma. & Bono. quamque pulchram, & rationem in terminis appellant, illa quidem in allegata decis. 162. apud Cæsarem de Graff. & 101. in 2. par. diuersorum num. 25. hæc verò dicta quæstio. 3. num. 66. & apud Cæsarem Barzium in sæpè allegata decisio. 128. eodem num. quòd scilicet an dos sit parua, vel congrua ad effectum vt in ista materia mulier dicatur indotata, nõ est recedendum à regulis iuris communis, iuxtà quas congruitas dotis sic consideratur, vt habeatur semper ratio temporis contractus matrimonij ad illam diiudicandam, sic vt quamuis posteà facultates paternæ augeantur, nihilominùs non dicatur dos propterea

30 incongrua. Cuius traditionis † plura exempla adducit Iacob. Menochi. de arbitrar. iudicum casu 149. à num. 17. in donatione inofficiosa, in legitima, in læsione contingente in contractu, & in damno dato in messe non matura, vt scilicet quemadmodum his in casibus nihil facit futurus euentus, sic nec in nostro: sufficit ergo secundùm istas auctoritates dotem fuisse à principio congruè constitutam, quamuis eius fructus non assẽdant ad id, quo mulier opus habet ad se alẽdum post mortem viri.

31 Hæ sunt † rationes, quæ confirmant hanc opinionem quatenus habet mulierem congruè à principio dotatam non comprehendi sub authenticæ nostræ dispositione, quantũuis laboret inopia, & pauper, vel inops tempore mortis mariti consideretur, habito respectu ad statum illius. Quatenus autẽ eadem opinio vlteriùs continebat, quod id q̃ est videre num dos sufficiat ad alimenta, vel non, & habeat mulier vndè viuat post mortem mariti, ad effectum vt habeat, vel non habeat authent. dispositio locum, solùm cadit in mulieribus non congruè à principio dotatis; non est quòd laboremus in probãdo, sed te remittamus ad Ioan. Pet. Surdum in decisio. 61. qui eam totam de hoc confecit, & Vincen. Hondede. in consil. 93. quod totum de hac re compactum est, ibi plenissimè hæc probata repeties.

32 Ego † hanc vltimam opinionem indubitanter sequor, & ei firmo pede adhæreo ex rationibus adductis, quam strenuè defendebam in suprà narrata causa viduæ Ballols cõtra hæredes viri mortui, existimans quòd ex quo fuerat illa congruè dotata à principio, & poterat cum eadem dote renubere, propterea non intrabat dispositio authent. nec erat disputandum an posset, vel nõ posset ex ea, aut aliàs se alere. Non fuit causa per sententiam terminata, prout ego deliderabam, sed mouente Relatore ad concordiam, post iam conclusum in causa, lectũ processum, & egregios Senatores informatos, dataque memorialia, compromiserunt partes vt à tam molesta lite recederent, in Senatum, hoc modo, quòd actrix explicaret quid, quantumve vellet sibi dari, & pupillus, seu eius curatores quid, quantumve esset eorum intentionis elargiri, & Senatus verbo diceret, num quod petebatur, an verò quod promittebatur, vel plus, vel minus esset præstandum, secundùm quod ex allegationibus partium, & ex meritis processus comprehendebat circa earum iustitiam. Quitandem, licèt valdè modica esset quantitas promissa, respectu eius quod petebatur, & debitum fuisset, si quarta deberetur, censuit, visso, vt dixi, iam processu, & de meritis cau-

iani

iam inſtructus,& informatus,illud ſolùm fore actrici dandum, quod curatores promiſerant, & voluerant, non plus. Vndè collegi, quod non ſemel inter informandum iã alias perſpexeram, inclinatum Senatum in hanc opinionem, aliàs non decreuiſſet, quòd pro tam modica quantitate actrix à prętenſione deſiſteret. Idem quod mihi in ſupradicta cauſa, contigiſſe Vincentio Hondedeo, qui ſimilem pro hęrede defuncti contra viduam defendebat cauſam, dicit idem ipſe in fine ſæpè citati conſil.93.volum.1.quòd ſcilicet cùm cauſa fuiſſet plenè diſcuſſa in Rota Peruſina de anno 1588. quia compertum fuit iura hæredis, pro quo ipſe reſponderat, eſſe meliora, cauſa fuit concordata, & ex benignitate vxori ſoluta octaua pars tantùm, indè circa, quartæ partis bonorum viri.

33 Moueor † vlteriùs ad hanc opinionẽ amplectendam,quòd negari non poſſit quin diſpoſitio noſtræ authent. præterea, correctoria ſit, prout plures volunt, aut ſaltem limitatoria, vt alij exiſtimant, ex mente autem omnium exorbitans iuris communis, & odioſa, in quantùm admittit vxorem ad mariti ſucceſſionem extantibus liberis, imò eã extraordinariam,& non fundatã in bona ratione naturali, dicit Alcia.in ſæpè cita.conſil.18.nu.16.in fin.lib.9.quem ſequitur Franciſ.Manti.in allegato aliàs conſil.contra viduam de Lucatellis, cuius ſuprà non ſemel meminimus,num.27. Federic.Scot.reſpon.5.num.20.com.1.lib.3.Irrationabilem eam ſimpliciter dicunt Socin. in conſil.108. nu.6.volum.1. & Doctor Marta voto 21.num.21. cùm ſufficeret (inquiunt) ſi tali mulieri inopi alimenta prætarentur,etiam ſi nõ vocaretur ad quartam hæreditatis, & oneraretur maritus contra voluntatem ſuam tantum ſubſtantiæ ſuæ ei relinquere. Si tameu ſecundùm ſenſum eorum, qui dicunt dotis cõgruitatem eſſe conſiderandam reſpectu alimentorum authent.intelligeretur,vix daretur caſus, in quo quartæ locus non foret, cũ ex mille dotibus vix vna ſit ad alimenta ſufficiens, vt quotidiana experientia comprobamus. Hanc rationem pluribus expendit Rota Bonon.allega.q.3.num.50.& in compendio totius deciſ.nu.3.& Barz.deciſ.128. & 131.eiſdem num.

34 Prætereà † in cõflictu opinionum eſt proculdubio ea eligenda, ac præferenda, quæ cæteras fędere diſtinctionis conciliat, Socin.iunior in conſil.39.num.28.& 121.ad finem num.lib.2. Pariſ.conſil.106.num.45.libr.1. Deci.conſil.9.numer.3.lib.3. Item illa, per quam minùs receditur à proprietate verborum,quibus legem conceptam apparet, Bero.conſil.118.ſub num.16.lib.2. Item illa, per quam minùs derogatur diſpoſitioni iuris communis, argumento eorum, quæ tradunt Doctores in l.2.C.de noxalib.& in l.ſi quando, de legat.1. Bec.in conſil.12. num. 43. Sur.deciſio.174.num.25. Item illa,quæ nos magis inducit ad ius antiquum, & primæuum, vt per Neuizan.in conſil.69. nu.8. Aymon Crauett.in conſil.174. num.7. latè Decia.reſponſ.74.num.53.cum ſequen. volum.3. Surd.deciſio.272. num.34. Et denique 35 † illa eſt opinio præferenda, quæ tranquillum ciuitatis ſtatum fouere,& conſeruare poſſit: intereſt enim reipublicæ ciues pacatos habere, & litium ſemina quoad vſque fieri poſſit, funditùs extirpare,ideòque ſpectat ad officium iudicis illam ſententiã amplecti, per quam litibus occurratur, l.quidã exiſtimauerunt,io ſi.ff.ſi cert.peta. l.æquiſſimum,in princ.de vſufru. Decia.reſponſ.70. num.40.lib.2.

Hæc omnia concurrunt in noſtra opinione. Ea enim alias contrarias, & diſſidentes Doctorum opiniones circa rem hanc, quas ſupetiùs vidimus, diſtinguendo conciliat. Per eam minùs recedimus à proprietate legis, & minùs derogatur diſpoſitioni iuris communis loquentis de mulieribus indotatis, ſi contenti ſimus extẽſionem factam per Bald. referre, prout referimus,ad eas tantùm, quæ parua dote nupſerint, ſi modò incongtua fuerit, ſecùs verò ſi congrua.Ea magis nos reducit ad ius antiquum, & primæuum, ex eadem ratione, quia illud de nulla dote loquitur. Et denique hæc opinio magis tranquillum, & quietum reipublicæ ſtatum proculdubio conſeruat: nam ſi contrarij teneretur, quòd ſcilicet mulieres à principio dotatæ congruè ad quartæ petitionem ius haberent eo ipſo quòd ſuæ dotes non aſcenderent ad neceſſaria alimenta, quis dubitat, quòd perturbarentur, ac commouerentur plures, perturbatæque, ac commotæ fuiſſent ab eo die,quo ea opinio fuiſſet amplexa, quartam eo exemplo dotatæ petere volentes, quæ antea magna quiete, & tranquillitate fruebantur, cùm vix ex omnibus dotibus nunc, & magis tempore antiquo, frequentari ſolitis, vna reperiatur, quæ viduæ pro dignitate alendæ ſufficere poſſit, per quod,ob tantas lites, quæ indè orirẽtur, turbari proculdubio tranquillus, & quietus reipublicæ ſtatus poſſet. Eſt ergo propterea noſtra,non contraria,amplectenda opinio, quæ tot rationibus optimis reperitur fundata. Sed non exiſtimes quòd ſint hæ cogitationes meæ, alinndè enim venerunt, vt ſcias qualitet maiorem habent auctoritatem, eas enim facit, & ponit Rota Bonon. in ſæpè citata quæſtio.3.à nu.53. & in compend.

pend.totius decisionis num.3. 4. & 5. quod repetit Cæs.Barz.decisio.128.eodem num. 53.& decis.131. nu.4.5.& 6. Alex.Rauden. in consil.40. num.2. volum.2. vbi signanter laudat quam suprà proposuimus piam Ror. Bono.considerationem, quòd iudex nõ debet iudicare pro opinione quæ excitaret multas lites in ciuitate.

36 Et præterea, † congrua dos hanc habet præsumptionem in se, quòd eam habẽs mulier præsumitur non laborare inopia, quod est necessarium requisitum vt quarta bonorum habeat, prout ex Riminal. & Gabriel. & alijs tradit Collegium Bono. in iam aliàs citato consilio contra viduam de Lucatellis edito, num.14. quod idem Rota Bono. approbauit allegata quæstio.3. num.70. rationem reddens, quia per constitutionem dotis congruæ, alendæ vxoris obligationi satisfactum videtur.

37 In responsionibus, † & dissolutionibus contrariorum, quæ eliciuntur, ac elici possunt ex alijs opinionibus suprà adductis, nõ est quòd multùm laboremus, nec soliciti simus, quia ea omnia tendunt ad probandum qualitatem, & speciem alimentorum, ad quæ debet dos ascendere, ne parua dicatur ad effectum de quo agimus. Nos autem resoluimus nihil esse curandum de alimentis, quando dos est congrua, ac congruè à principio constituta. Si tamen cupias plenè in his satisfieri, legere poteris totam illam Rotæ Bono.quæstio.3.& rotam etiam decisionem Cæs.Barz.128.quæ rotæ fuerunt in hoc elaboratæ vt tolleretur obices, qui conturbare nostram opinionem possent, eadem Rota quæstio.4. num. 12. idem Barzi. decisio. 129. eodem num. vbi signanter respondetur ad illud quod dicebatur, vltimum statutum esse attendendum in præstatione alimentorum, taliter quòd ea dentur prout à marito defuncto præstabantur tempore mortis, dicendo id intelligi quando debentur ex prouisione hominis, nempè ex legato testatoris, de quo verosimiliter iudicandum est voluisse ea præstari debere iuxtà metam, quam ipse tempore mortis in præstando seruabat, nos verò loquimur de alimentis ex legis dispositione miserationis gratia præstandis, inter quæ quantum interest, docet optimè Collegium Bonon. vndè Rota Bononiensis desumpsit, in citato consilio contra viduam de Lucatellis edito numer.20.& deinde.

38 Sed † quid dicemus ad nostri Senatus decisiones in contrarium factas, quas suprà posuimus, quibus nostrum est, & esse debet satisfacere. Certè, quod nullam ex eis reperies, qua decisum expressè fuerit, quod licèt dos congrua sit à principio assignata, si tamen non sufficiat ad alimenta vxori necessaria, secundùm qualitatem, conditionem, & dignitatem viri, debeat esse quartæ petitioni locus, imò apparet ex eis contrarium, quòd scilicet loquutæ fuerint in alio casu, nempè quando dos à principio non fuerat congrua: In illa enim, quam Celsus Hugo refert in consil.4. dos erat tantùm quinquaginta ducatorum adducta viro habenti in bonis bis mille, & quingentum ducatos. Et in illa Elisabethis Bou, mercatori diuiti nupserat mulier pauper nulla dote constituta, sed ei per virum in capitulis matrimonialibus tenuissima ducentarum librarum facta, & ideò nihil mirum si ad effectum vt videretur, num dictis mulieribus competeret quarta, vel non, recursum ibi fuerit ad discutiendum, num ad alimenta dos sufficeret, vel non. Hæc enim erat, & est nostræ opinionis secundum membrum, quòd cùm cõgrua dos mulieri non fuit à principio constituta cum qua nuberet, intret ea disquisitio ad videndum num quartam hanc debeat habere, vel non.

Ad resoluriones illas captas, prout diximus, in illa causa Mariæ de Barutell, dicimus quòd de prima in prima instantia facta non est curandum, cùm fuerit reuocata, sed imò de secunda, quæ nostram imò probat omninò sententiam, & opinionem: cõmentata fuit enim, seu reuocata prima, quę quartam concedebat, eo motiuo, *quia constabat mulierem fuisse à principio congruè dotatam dote mille librarum, tum quia* (vt inquit decisio) *probatum erat inter personas similis cõditionis non esse solitum dari maiorem dotem, tum etiam quia per quendam Delegatum Apostolicum, cui iniunctum fuerat quatenus dispensaret in certo consanguinitatis gradu inter Baudilium Roger, & dictã de Barutell existenti, postquam dos mulieris, quæ erat septingentarum librarum tantùm, per dictum Roger competenter aucta esset, fuerat declaratum quòd dictæ septingentæ libræ, cum tercentis, quæ vltrà adauctæ per dictum Roger extiterant, erat dos competens pro dicto matrimonio contrahendo, & quòd propterea erat dispẽsandum, prout dispensabat, in prædicto impedimento, quia per dictam dotationem paritum erat litteris, & adimpletum quod de eom petenti dotatione ibi præcipiebatur.* Et hoc est principale motiuum dictæ decisionis, per quod optimè probatur intentum. Nec noceat quòd postea addatur, *quòd reditus dictarum mille librarum sufficiebant ad congruã sustentationem mulieris, secundum suam, & mariti conditionem, & qualitatem:* id enim solùm probat, nostro Senatui fuisse visum, quòd

quòd tam ex eo quòd dos fnerat à principio competenter, & congruè constituta, quàm etiam quia ex eius reditibus poterat mulier congruè sustentari, debebat prior sententia reuocari, & quarta denegari, sed non id ex eo elicitur, ad quod allegabatur, quòd senserit Senatus non dici dotem congruam ad effectum quartæ, nisi quæ sufficiens est ad alimenta vxoris superstitis secundùm mariti qualitatem, vt ex se paret.

39 Conetur † ergo qui hæredes defũctorum virorum contra superstites vxores quartam petentes defendit, probare congruitatẽ dotis à principio constitutæ eo modo, quo de iure communi congrua, & competens dos dicitur, & dici debet, quod si fecerit, non debebit formidare succumbentiam, quantumuis aduersarij deficientiam alimentorum sa tagant iustificare. Sed si id probari non poterit, sed imò dos incongrua apparuerit, necessariò veniendum erit ad inuestigandum, num ad alimenta sufficiens sit, vel non, eo modo, quo superiùs diximus: in quo multùm poterit iudicis arbitrium, quem oportebit cuncta rimari, & ad id, quod iustius, & æquius videbitur, inclinare illud, præ oculis semper habens num mulier habeat quo statum illum vidualem, qualem talis viri vxorem relictam decet conseruare possit: ad id enim dirigere debere iudicem, ac aduocatum etiam, qui rectè circa hæc procedere cupiat, suam cogitationem, sequendo Scotum in citato consil. 5. prout suprà in secunda relata opinione diximus, arbitror indubitanter, nec existimo contrarium quemquam aliquando dixisse. Sic enim intelligendos censeo etiam eos, qui qualitatem, & conditionem, ac dignitatem viri in his alimentis, & alimentandi ratione attendendam esse putant, non enim arbitror exilimasse quempiam post mortem defuncti debere mulierem ali vt mulierem cum tali viro nuptam, quando iam nupta non est, sed imò vt viduam à tali viro relictã: inter quę quantum intersit, iam suprà in dicta secũda opinione docuimus.

40 Si probaretur † quòd haberet mulier alia bona vltra suam prætensam dorem, ex quibus paupertatem posset subleuare, minorẽ proculdubio difficultatem res haberet, faciliùsque à quarta excluderetur, prout pluribus Vincentius Hondede. probat in pleno consil. 93. volum. 1. per totum, vbi particulariter de hoc articulo, & Collegium Patauinum in particulari consilio super illa causa decisionis Bononiensis edito, & in illius libl. impresso, num. 32. idque deducit ex §. quoniam verò, & ibi glossa in authen. de exhibendis reis.

41 Considerari † etiam in his casibus debet num mulier, quæ prætendit quartam ex eo quòd sua dos sit tam parua vt ad alimenta non sufficiat, possit sine dedecore operari, ac manibus suis laborare, taliter quòd ex reditibus paruæ dotis cum operis possit viuere, tunc nulli dubium quin à quarta excluderetur, ac excludi deberet, Rota Bonon. in dicta decisione, quæstio. 4. nu. 24. & in compendio totius decisionis num. 2. & 6. Cæsar Barzi. decisio. 129. num. 24. & decisio. 131. num. 8. Rota etiam Romana allegata decisio. 162. apud Cæsarem de Graffis in princ. †† qui tellantur ita ibi fuisse *declaratum*. Ita † etiam *decisum* quandoque fuisse in ciuitate Senarum refert Socin. senior in consil. 121. num. 48. volum. 1. Quas operas esse posse dicit Mar. Anton. de Amatis decisio. 72. nu. 16. quas viuente marito vxor præstabat, vbi plures in idem allegantur.

42 Considerari † etiam potest num habeat patrem diuitem, à quo consequi alimenta valeat: id enim mulierem à quarta excluderet proculdubio, quod ita concludẽter probat Rota Bononiensis quæstio. 5. à num. 64. quod repetit postea Cæsar. Barzi. deci. 130. eodem num. 64. cum multis sequentibus, vt nulla sit opus allegatione, & est communis opinio, prout ibi habetur, latè Cordub. à Lara idem probat in repetitione l. si quis à liberis, in princip. à num. 76. ff. de libetis agnoscend. Ioan. Baptista Costa de remed. subsidiar. remed. 2. num. 6. vbi in idem infiniti penè cumulantur alij, Surd. in tracta. de alimentis tit. 9. quæstio. 35. nu. 42. Gregor. Lop. in l. 7. tit. 12. partit. 6. glo. 6. qui est viden. licèt voluerit huic opinioni contradicere. Et licèt etiam Iacobus Thoming. decisio. 40. num. 19. quem refert Micha. Graf. de successione ab intestato quæstio. 39. nu. 5. dicat, contrariũ fuisse in illo Collegio, cuius † ipse decisiones scribit, *declaratum*. Respõdet tamen Bernard. Burghes. in consil. edito contra viduam de Lucatellis, ac in libr. decisio. Bononien. impresso, num. 6. & 7. quòd cùm ex prædictis constet opinionem suprà firmatam esse veram, & communem, vtique exemplis non est iudicandum, l. nemo, C. de sentent. & interloquutio. omnium iudic. Ioseph. Ludou. in commu. conclu. concl. 35. limitatio. 2.

43 Eandem † opinionem quod diuitię patris faciant cessare petitionem quarræ *tenuit* Ro † ra Romana in terminis de anno 1609. in illa decisio. 174. quam sæpè in hoc discursu allegauimus, relata per Statil. Pacifi. post tracta. de Saluia. interdi.

44 Sed an † id extendatur ad casum quando mulier non parentes habet diuites, sed fra-

rres,

tres, eadem Rota Bononienſis in tota illa quæſtio. 5. & Cæſ. Barzi. in tota illa deciſio. 130. plúribus argumentis affirmatiuè concludunt, & ſignanter quia licèr mulier fratres habens diuites non poſſit ipſa dici dines, nõ tamen poteſt dici quòd laboret, vel laborare poſſit neceſſitate extrema quæ fratres diuites habet, quod neceſſarium foret vt quartæ petitioni locus fieret. Et quamuis id nõ tranſeat ſine contradictione, pro ea tamen opinione conſuluerunt, & ſcripſerunt larè Collegium Florentinum, Collegium Bononienſe, Hieronym. Gabr. Franciſc. Mantic. Guido Pancirol. Vincen. Paren. Angel. Spãnocch. & Bernard. Burgheſ. in cauſa deciſ. Bononien. ſuprà ſæpiùs memoratæ, quorum conſilia habentur omnia coaceruata in ſæpè allegaro libro particulari, qui de dicta deciſione, & cauſa confectus eſt. Adde Io. Baptiſta Coſta loco ſupra cita. Ioſeph. Ludouic. & Surd. vbi etiam ſup.

45 Nec † conturbat, quòd iſtud remedium petendorum à fratre alimentorum ſubſidiarium etiam ſit, & extraordinarium, quando non habet mulier patrem, aut matrẽ, à quibus alimenta conſequatur, nec aliud vndè viuat, ſicut quartæ poſtulandæ remedium eſt ſubſidiarium, propter quod videtur eſſe in electione vxoris vel vnum, vel aliud petere, & implorare; nec poſſe compelli ad vnum eligendum, & aliud omittendum, maximè cùm plenius ſit remedium quartæ, quàm alimentorum, & multùm pinguius, vt ex ſe patet. Nam reſponderur, quòd in extraordinarijs, & ſubſidiarijs remedijs datur etiam gradus, & ſignanter quòd priùs proponatur, & proponi debeat minùs extraordinarium, & minùs ſubſidiarium: eſſe autem remediũ alimentorum tale, nemo eſt qui dubitet, q̃ ego hoc loci pluribus probaſſem, niſi viderem Rotam Bononienſem dicta quæſtio. 5. & Cæſarem Barzium dicta deciſion. 130. à num. 87. cum multis ſequentibus, multum in hoc temporis conſumpſiſſe, vt nihil vlteriùs puſſit deſiderari, ibi plura exempla reperies remediorum minùs, & magis ſubſidiariorum, & qualiter priùs minùs ſubſidiaria proponenda eſſe probetur videbis.

46 Non ſic † eſſet, quamuis haberet mulier patruum, vel nepotem ex fratre, vel alios tranſuerſales diuites, & opulentos, non hæredes tamen obligatorum ad alimenta: ij enim non impediunt petitionem quartæ, quia alimentorum præſtatio in linea collaterali non excedit primum gradum, ſicut de obligatione dotandi in ſuperioribus ſuo loco reſoluimus, Vincent. de Franch. deciſio. 178. num. 7. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 2. in fine.

47 Sed † de liberis mulieri, & viro defuncto communibus, quod quamuis ſint diuites, & poſſent matrem alere, non excludant eam à
† quarta, *reſoluit* Rota Bononien. d. quæſtio. 5. à num. 54. quod & Cæſ. Barz. refert etiam in citata deciſio. 130. eiſdem nu. Cordub. de Lara in l. ſi quis à liberis, in princi. num. 78. de liber. agnoſcen.

48 Et ne † te conturbáret conſiderare quæ poſſet eſſe ratio quamobrem fratres diuites faciant ceſſare quartam, filij verò non, cùm ij magis quàm illi ad alimenta teneantur, filij enim ratione naturali, & quodam veluti inſtinctu naturæ, qui nos compellit vt benefacienti benefaciamus, tenentur, Cordub. vbi ſuprà num. 6. & latiùs in §. ſi parens, à nu. 14. vſque ad 19. fratres autem non vi, aut inſtinctu naturæ, aut ratione naturali, ſed vi, & præcepro legis ciuilis, Cordub. ibidem in §. idem reſcripſit, à num. 83. quantùm autẽ ſit fortior obligatio naturalis ciuili, nemo non videt, l. eas obligationes, ff. de capitis diminutione, §. ſed naturalia, de iur. natura-
49 gent. & ciui. Ne † (inquam) hæc te conturbarent, multiplices in locis prædictis adducuntur rationes diuerſitatis à Rota Bonon. & Barz. à num. 58. & Corduba allegat. num. 78. Et quæ magis placuit, eſt quam Rot. prę. dicta, & Barz. ponunt num. 61. quòd alimenta à filijs præſtanda non excludant matrem à quarta, quia vſusfructus quartæ, qui ſolus matri debetur, ſalua filijs proprietate, præſtetur in compenſationem alimentorum, & in illorum locum veluti ſubrogetur, vt quaſi non quarta, ſed magis alimenta præſtari vi-
50 deantur. Addunt, † quòd dictæ deciſionis ratio potuit eſſe, prout ponderat Gozadin. in dicta authen. præterea, num. 80. quòd alimenta aliunde, quàm ex ſubſtantia viri percipienda, excludant mulierem à beneficio quartæ, §. quoniam verò, in authen. de exhiben. reis, in verſic. Nam ſi aliunde. Idcircò eam non excludi, ſi alenda ſit ex ſubſtantia patris, quaſi verò ſentiat Gozadin. eandem excludi debere ſi aliundè à filijs ali poſſit. Hæc Rota prædicta.

51 Circa † quæ ego paululùm adhuc inſiſtẽdum, ac immorandum arbitror, vt videamus quomodo hæc poſſint ad praxim deduci, nã ſi praxi non accómodentur, non video quare admitti debeant, ſed aliud excogitetur, quo nodus diſſoluatur. Ponamus igitur, q̃ moritur maritus diues, inope, & ſine dote muliere relicta: hæc petit à filio communi quartam, vt hærede patris; filius reſpondebit quòd non debetur, quia habet vnde ali valeat, petendo ab eo alimenta, quæ denegari ſibi non poterunt, cùm ſit expeditũ iure naturali filium ad alendum matrẽ teneri.

Per-

Percontor, quid in hoc caſu dicet mulier? Si ſequitur quod ſuprà dixerunt Doctores, erit neceſſarium quòd replicet mulier num aliundè, an ex ſubſtantia patris vel it ſibi præſtare alimenta, nam ſi aliundè habeat vndè præſtet, ceſſabit quarta; ſin minùs, nõ denegabitur. Videat nunc quilibet qui ſit, vel mediocri ingenio pollens, qualiter hæc practicari valeant, & ab his, qui iuris dicendi munere fungũtur, amplecti, & ſequi, & probet ſe ipſum num aliud excogitare ipſe valeat quod ſatisfaciat, ego acquieſcã cuiuslibet alterius meliori cenſuræ.

55 Quid autem † futurũ ſit de legato, quod à marito vxori fiat, an illud eam excludat à quarta, non eſt difficile reſpondere, cùm eũ caſum decidat expreſsè Imperator in dicta authent. præterea, in fauorem vxoris, quando quartam illud non æquat, quod extendũt Doctores etiam ſi ad alimenta ſuffi iens legatum foret, ne ſit in facultate mariti per indirectum vltimo vitæ ſpiritu auferre vxori beneficium quartæ, ficta quadam, & adumbrata liberalitate conferẽdo diſpoſitionem in illud tempus, quo bona ipſius inciperent eſſe obnoxia huic oneri præſtationis quartæ, ac quaſi affecta, Salicet. in dicta authent. præterea, num. 11. Pep. ibidem num. 6. Gozadin. num. 101. Deci. conſil. 24. nu. 1. quos referunt Rota Bononienſis in allegata quæſtio. 5. num. 55. & Cæſar Barz. citata deciſio. 130. eodem num. Id pulchrè comprobat *deciſio* noſtri Senatus in illa viduæ Bou, de qua † ſuprà, his verbis: *Nec poteſt à quarta excludi diſpoſitione mariti legantis pro quarta, & præcipientis legato vxorem contentam nullum habere præterea regreſſum ad bona ipſius mariti, quia honori honeſtè tractati matrimonij non intereſt ſola voluntate mariti renuntiare.* Licèt ſint non pauci qui contradicant, volentes quod quando ſit ad alimenta ſufficiens vxori legatum, tunc quartæ non ſit locus, quos refert, & ſi nõ videatur illis acquieſcere, eadem Rota Bononienſis allega. quæſtio. 5. num. 62. & Cæſar Barz. citata deciſio. 130. eodem num. & anteà deciſio. 129. num. 70. & inter eos ponunt etiam Rotam Rom. cùm tunc ceſſet ratio ob quam quarta debetur. Sed ego reperio quod imo Rot. Rom. de anno 1605. in illa deciſio. 174. quam ponit Statil. Pacific. poſt tractatum de Saluia. † interdict. primam opinionem *tenuit*, quòd per legatum etiam ſufficiens ad alimenta, mulier non excludatur à quarta. Vide ibi, quia latè iſtud confirmatur.

53 In vno † tamen caſu, quando mulier non eſt ducta abſque vlla omninò dote, ſed cum aliqua, & eſt ei per maritum factum legatũ de aliqua notabili quantitate, ex cuius reditibus, vnà cum reditibus dotis, poteſt alimenta percipere congruè, videntur tenere quòd à quarta mulier excludatur per legatũ, viden. eadem Rota Bononien. quæſt. 4. num. 20. & Cæſ. Barzi. deciſio. 159. eodem num. vbi in idem inclinat, & multùm declarat: oprimum eſt in propoſito Aemilij Ferret. conſil. 42. num. 3. & 4. qui poſtquam idem ſequutus eſt, dicit, quòd in ſumma hoc eſt arbitrarium iudicis, tamen iudici (inquit) eſt ſequenda mens authenticæ, quæ cùm id ſolùm curet, vt liberetur vxor ab inopia, & neceſſitate victus, & ab eis liberetur ex reditibus dotis, & legati, propterea arbitrium iudicis non debet eſſe iniquum, ne hanc opinionem amplectatur, l. ſi libertas ita, de operis libertor. cum vulgat. vide totum prædictum conſilium, quia ad hanc ſolùm opinionem confirmandam compactum eſt, ſicut illud Hieronym. Gabriel. 145. volu. 1. de quo ſuprà ſæpiùs.

54 Item, † quando maritus ad fauorem mulieris inter viuos diſpoſuiſſet, veluti per donationem irreuocabilem inter viuos, adiecto iuramento, admittunt Doctores excludi mulierem à quarta, argumento eorũ, quæ tradit Corne. conſil. 178. per totum, part. 5. vbi conſtituit differentiam, an maritus per viam vltimæ voluntatis diſponat, an verò per actum inter viuos, putà donando, per rationes ibi traditas, quibus conuenit Gab. dicto conſil. 142. num. 32. eandem differentiam faciens. Quod in effectu debet illud eſſe, quod Colta dicit temedio ſubſidiar. 5. num. 3. ex multis Doctoribus, quos allegat, quòd à quartæ conſecutione excludit dumtaxat ius conſequendi aliundè alimenta iam creatum tempore mortis mariti, non etiam 55 ius creandum. Ea tamen † ego vera exiſtimo, & procedere, ſi ceſſet omnis fraus, quę æquè per actus inter viuos, atqui vltimæ voluntatis fieri poſſe in præiudicium quartæ, nemo non videt. Videnda ad hæc ſunt quæ infrà dicemus circa eum caſum quando conſtituta eſt quarta, ſeu aliquid pro ea mulieri per virum donatum in capitulis matrimonialibus, per quæ optimè hæc declarata manebunt.

56 Ioannes Baptiſta † Coſta in tractat. de re integr. diſtinctio. 106. num. 3. vbi hunc eundem articulum tractat, aliter procedit, diſtinguens inter legatum acceptatum cũ expreſſa approbatione teſtamenti, & contentorũ in eo, & illud ſimpliciter ſine ea acceptatũ, vt primo caſu noceat acceptatio, ſecundo verò non. Primum caſum probat pleniſſimè Aemil. Ferret. in conſil. 42. num. 7. cum ſequentib. viden. qui conſuluit pro quadam nobiliſſima muliere, Maſſiana nuncupata,

huius

huius prouinciæ. Sed in hoc caſu ſemper eſt attendendum, num mulier minor ſit, & in acceptatione enormiter læſa, vel non, vt dicimus infrà in citato loco, vbi agimus quando quarta eſt in vita conſtituta, vel aliquid pro ea donatum.

57 Et in + omni caſu, quo legatum non priuat mulierem quarta, aduertere debes, quòd illud debet cum ea compenſari, non habet mulier & legatum, & quartam, vt diſponit eadem authent. præterea, in fi. & docet Cęſar Barzi. deciſio. 129. num. 20. Vide infrà par. 12. huius glo. num. 32.

SVMMARIA.

1 *Mulier repellitur à quarta authent. præterea C. vnde vir & vxor, quamuis pauper ſit, ex multis cauſis.*

2 *Mulier excluditur à quarta habenda ex bonis ſecundi viri, quando eam poteſt habere ex bonis primi.*

3 *Diues dicitur, & pro diuite habetur, qui poteſt facere vt ſit diues.*

4 *Paupertas affectata, ſicut affectata ignorãtia, non prodeſt.*

5 *Mulier cenſetur habere aliundè, quando habet actionem, vel poteſt exigere.*

6 *Mulier excluditur à quarta in bonis ſecundi viri tùm poteſt eam conſequi à bonis primi, ſi ille eſt diues.*

7 *Mulier non poteſt petere quartã in bonis primi viri, quando abſque petitione illius conuolauit ad ſecundas nuptias.*

8 *Acquiſitio in nullo actu fit ante acceptationem, ſeu declarationem, & petitionem, quamuis ſint appoſita verba, ipſo iure.*

9 *Retrotractio non fit ſine habilitate termini à quo, & termini ad quem.*

10 *Retrotractio vt fiat neceſſum eſt quòd poſſit tempore quo fit, eodẽ modo fieri ſicut potuiſſet à principio.*

11 *Inhabilitas ſuperueniens poſt delatam hæreditatem antequam adquiratur, nocet.*

12 *Dotata debet eſſe filia vt exeludatur per ſtatutum tempore mortis, nec ſuffiert quòd poſteà dotetur.*

13 *Caſus pulcher ſuper hoc articulo, an mulier poſſit petere dotẽ ex bonis primi viri quando conuolauit ad ſecundas nuptias abſque aliqua petitione.*

14 *Mulier poteſt petere quartam in bonis primi viri, ſi tempore mortis illius aderat cauſa, quamuis poſteà ceſſauerit per ſecundas nuptias, aut aliàs.*

15 *Qualitatem requiſitam ſufficit adeſſe tempore actus, quamuis poſtea ceſſet.*

16 *Effectus ſemel perfectus, & conſumatus, non ceſſat ceſſante cauſa.*

17 *Quarta authenti. præterea, momento temporis acquiritur, ſtatim atque moritur maritus.*

18 *Mulier diues tempore mortis mariti non habet quartam, quamuis poſteà efficiatur pauper.*

19 *Propoſitum quod operatur in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito.*

20 *Mulier inops debet habere quartam, ſiue eam petierit antequam ceſſaret inopia, ſiue poſt.*

21 *Mulier quæ habet quartam in bonis mariti in vſufructu, filijs exiſtentibus, an eã habeat in proprietate ſi filij moriuntur.*

22 *Ius ſuccedendi non dicitur eſſe de bonis illius, qui debet ſuccedere, nec eſt ius quæſitum.*

23 *Debitor non facit in fraudem creditorum, repudiando hæreditatem ſibi delatam. vbi deciſio.*

24 *Ius adeundi non comprehenditur in donatione omnium bonorum, & iurium.*

25 *Ius formandum, non formatum, quod dicatur.*

26 *Ius ſuccedendi perimitur ſuperueniente inhabilitate.*

27 *Quarta authent. præterea, C. vnde vir & vx. eſt ius quæſitum mulieris ex die mortis mariti.*
Debetur contra voluntatem mariti. ibidem.
Mulier pro quarta authent. præterea habet condictionem ex lege, & debetur marito inuito. ibid.

28 *Paria ſunt quòd quid ſolutum fuerit, vel debitum ſit.*
Actionem qui habet, rem ipſam habere videtur. ibid.

29 *Qualitas ſuperueniens poſt ſucceſſionem delatam, qualiter excludere poſſit ſuccedere debentem.*

30 *Quarta authent. præterea, acquiritur ipſo iure & facto, ex die mortis mariti abſque petitione aliqua.*

31 *Mulier ſolùm deſponſata, etiam ſi per verba de præſenti, non habet quartam, ſi non eſt traducta, nec adhuc vti vxor tractata.*

32 *Ratio authentic. præterea, eſt honor, & compenſatio matrimonij benè, & honeſtè tranſacti.*

33 *Mulier ſolùm deſponſata, nec cognita, ſi non eſt traducta, non gaudet beneficio authenti. præterea.*

34 *Diſpoſitio loquens in vxore, verificatur in deſponſata per verba de præſenti, etiam non cognita.*

35 *Nuptias, non concubitus, ſed conſenſus facit.*

Diſpo-

Diſpoſitio loquens de matrimonio, verificatur in eo quod de præſenti contractum eſt, licèt non ſit copula ſequuta. ibid.

36 *Mulier deſponſata non cognita, nec traducta, an lucretur lucrum quod ſtatutum defert vxori in bonis mariti. vbi deciſiones.*

37 *Authentic. præterea, ſecundùm aliquos, habet locum in deſponſata per verba de præſenti, quamuis non ſit traducta.*

38 *Mulier ſeparata iudicio Eccleſiæ, an habeat beneficium authen. præterea, C. vnde vir & vxor, ſi eſt pauper.*

GLOSSA VIII. PARS X.

Caſus alij, præter prætactos in præcedenti gloſſa, in quibus ceſſat petitio quartæ authenti. præterea, C. vnde vir, & vxor.

Et ſignanter quando poteſt eam habere mulier ex bonis primi mariti: & quando ſolùm eſt deſponſata.

1 SEd quamuis † qualitates concurrant, propter quas fiat quartæ locus, quod ſcilicet mulier ſit cum nulla dote, vel cum tãta paruitate parua, quantam ad id neceſſariam eſſe ſuprà reſoluimus, nupta, nec militet aliqua ex allegatis rationibus ſuprà adductis, quæ quartam ceſſare faciunt, non arbitreris tamen quòd non ſint alia, quæ idem impediant, ſunt equidẽ plura, de quibus latè per Alexand. Raudenſ. in conſil. 40. volum. 2. per tot. Ego nonnullos caſus proſequar, pro more, magis in praxi contingentes, reliquos relinquens videndos apud alios Doctores.

2 Primus eſt, † quando mulier poteſt habere quartam ex bonis primi viri, quia cùm deceſſit, adeſſent qualitates neceſſariæ, tali enim caſu non poteſt eam à ſecundo petere, ſeu ab eius hæredibus, quãuis aliàs non

3 deſint requiſita. Ratio † eſt, inter alias, quia pro diuite haberur, qui facere poteſt vt ſit diues, l. qui poteſt facere, de regul. iur. & cũ quartam poſſit exigere ex bonis primi mariti, non poteſt dici alimentis indigere, in quorum defectum quarta debetur: qui enim poteſt facere vt non egeat alimentis, ſi non faciat, perindè eſt ac ſi non indigeret, dicta

4 l. qui poteſt, de regul. iur. Nec † prodeſt, nec prodeſſe poteſt affectata paupertas, ſicut nec affectata ignorantia excuſat, l. 3. §. ſi ſic, de in rem ver. Caſtrenſ. conſil. 295. num. 1.

5 verſic. Ignorantia enim. Conducit † quod voluere Imol. Caſtren. Roman. Alexand. & Iaſ. in l. diuortio, in princip. ff. ſoluto matrimonio, vbi dicunt, quòd mulier videtur habere aliundè, quando habet actionem, vel poteſt exigere, & ideò tunc non eſt alenda ab hæredibus viri infra annum luctus. Atque ita in terminis tenent Socin. ſenior in conſil. 121. num. 30. & ſequent. volum. 4. Pep. in dicta authent. præterea, num. 104. & ſeqq. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. quæſtio. 35. num. 32. latè idem probat Hyppol. Riminald. in ſecundo conſilio edito ad illam cauſam deciſionis Bononienſis impreſſo in lib. eiuſdem deciſionis num. 6. Franc. Turturel. in ſimili conſilio in eodem libro exarato, à princip. vſque ad num. 15. incluſiuè, Franciſ. Mantic. in alio etiam ſimili conſil. à numero 52. in verſic. Quoniam verò, cum multis ſequentib. & ſequitur Rota Bononien. in ſupradicta deciſio. quæſtio. 5. num. 47. & habetur apud Cæſar. Barz. deciſio. 130. eo. num. Alexan. Rauden. in conſil. 40. num. 29. & 48. volum. 2. Stephan. Gratia. diſceptation. fo-

6 ren. 120. ex num. 53. lib. 1. vbi dicit † id verum, dummodò primus maritus debitor ſit ſoluendo, cùm aliàs eſſet inanis actio, & ſic quod ſit exigibilis de iure, & de facto, ita vt vxori incumbat onus probãdi quòd primus vir debitor non ſit ſoluendo, Natta conſil. 648. numer. 13.

7 Supradicta † procedere, & vera eſſe poſſent quando mulier antequam conuolaſſet ad ſecundas nuptias, petitionem contra hæredes primi viri feciſſet circa quartam ſibi debitam, tunc enim optimè ei obijceretur quando vellet à bonis ſecundi viri exigere, quòd illam petitionem, & cauſam proſequeretur, & ſi nollet, iuſtè excluderetur, ac excludi deberet, cùm militarent tunc ea, quæ ſuprà diximus, quòd ſi eſt pauper, & eſt paupertas affectata, & non eſt diues, eſt quia nõ vult, & reliqua. Cæterùm quando ipſa, cũ vidua eſſet, non petijſſet quartam, ſed remanens in ſua inopia, in qua erat, nupſit ſecundo viro, qui eam accepit ira pauperem, & inopem, aliud videtur dicendum, quia eo ipſo quòd ſecundas mulier contraxit nuptias, ceſſauit inopia, & ſic deſijt egere, & propterea ſublatum fuit beneficium quartæ, vt vlteriùs peti non potuerit, quod datur propter ægeſtatem; ita in terminis tenet Curtius iunior in allegata authent. præterea num. 11. Cum ergo hæc mulier nullam habeat iam actionem aduerſus bona primi mariti, non eſt quòd ei petenti aduerſus

bona

bona ſecundi hæc obijciantur.

8 Conducit † in corroborationem ſupradictorum, quòd in nullo actu fit acquiſitio ante acceptationem, & ſeu declarationem, & petitionem, quamuis ſint appoſita verba, *ipſo iure*, l. vniuerſa, vbi glo. & Bar. C. de precib. Imperator. offeren. & dicunt Archidiac. & Ioan. Andre. in cap. 1. de homicid. in 6. & refert Surd. deciſio. 25. num. 8. quòd omnia iura mundi dicentia aliquid ipſo iure fieri, intelligenda ſunt, ſequuta declaratione, Iaſon, qui altos citat, in l. ſi quis maior, nu. 45. C. de tranſactionib. Egregius Senator noſter primarius, Ioannes Gallego, in reſponſ. in cauſa Syndicatus par. 1. cap. 3. nu. 2.

9 Nec † quicquam facere videtur, quòd cõſideretur poſſibilis retrotractio ad tempus mortis primi mariti, quo verè inerat inopia, quamuis ceſſauerit tempore petitionis, quia in retrotractione nemo ignorat requiri habilitatem extremi tam à quo, quàm ad quod, taliter quòd ſi non adſit, non poſſit retrotractioni eſſe locus, de quo puncto latiſſimè Ioann. Baptiſta Colla multa ad id exẽpla adducens in tracta. de retrotractio. cap. 7. per totũ, bona deciſio Marti. Monter 50. Hieronym. Gabriel, qui pulchrè loquitur in propoſito, in conſil. 109. num. 12. volumi. 2. vbi aſſerit non eſſe locum retrotractioni quãdo extremum à quo non eſt habile, quia
10 (inquit) ad † effectũ vt retrotractioni, & fictioni locus eſſe queat, neceſſe eſt vt actus poſſit eodem modo tempore quo fit, fieri, & geri, ſicut potuiſſet ab initio, l. bonorum, ff. rem ratam habe. idem Hieron. Gabriel. in conſil. 186. num. 24. volu. 1. Caſſad. deciſio. 3. de præben.

11 Denique † ad idem facit l. fin. in §. fin. vnde de lib. in verſic. Quòd ſi priùs, quo loci ſi inhabilitas ſuperueniat poſt delatam hæreditatem, vel bonorum poſſeſſionem antequã acquirarut, nocet, & impedit acquiſitionem, & per illum textum conſuluit Roma. in conſil. 442. incip. Vt deciſionem accipiat, quòd
12 ſi † filia dotata excludatur per ſtatutum, requiritur quòd tempore mortis dotata reperiatur, aliàs dotatio, quæ poſteà ſuperueniret, non priuaret eam ſucceſſione, ſecundùm Bart. in conſ. 31. & probat allega. l. final. in prin. Nam hoc eſſe verum ſubijcit Roman. quando filia non dotata tempore mortis accepit hæreditatem, & illam acquiſiuit, & ita intelligit doctrinam Bart. & aliorum: ſecùs verò (inquit) eſſet, ſi antequam filia acquireret hæreditatem, dotatio ſuperueniret, & ita dotata ante aditionem reperitur, quia tunc omninò excluderetur per dictum verſ. Quòd ſi priùs.

13 Memini † dum hæc ſcribo, quòd nõ multis ab hinc menſibus cõſulti fuimus quinque Aduocati huius ciuitatis, inter quos ego ſolus eram, qui nihil ſcirẽ, pro parte vxoris Pauli Fuller Secretarij S. Officij Inquiſitionis, in quadam cauſa, quam contra hæredes Iacobi Pellicer Scribæ mandati anteà viri ſui, petẽdo quartam propter ſuam prætẽſam inopiã, ducebat in Senatu. In qua licèt concordaremus omnes ipſam iuſtitiam nõ fouere in dicta cauſa, propter quod poſteà ei renuntiauit, non tamen per eadẽ media omnes, præter vnum, qui erat, & eſt proculdubio ex doctioribus, & peritioribus huius ciuitatis, & totius Prouinciæ: ex eo mouebamur, quod non habebat dotem tam paruam, quę locum petitioni dictę quartę facere poſſet: ſed iſte, ψ ex quo non petierat quartam antequã contraheret ſecundum matrimonium, quo tẽpore ceſſauerat inopia, ſi quæ adfuerat anteà, & ad id adducebat locum Cur. iun. ſup. à nobis allega. & deciſ. Surd. de qua etiã ſup. volens quæcunque dicuntur ψ per diuitias ſuperuenientes, & ſeu nuptias ſubſequutas, non tollitur remediũ quartæ, intelligi debere ſi antequam ſuperuenirent diuitiæ, & ſecũdæ nuptiæ, eſſet illa petita, aliàs non.

14 Sed his † non obſtantibus, ego exiſtimo, ſicut in dicto caſu enixè defendebam, poſſe peti quartam etiam poſtquam ceſſauit cauſa inopiæ, ſi reuera ea militabat cum alijs requiſitis tempore mortis mariti. Ratio eſt clara,
15 quia † quando cauſa, & ſeu qualitas adeſſe certo, & limitato tempore requiritur, ſufficit illo tempore adfuiſſe, vt debeatur, quãuis poſteà ceſſet, l. quicunq. §. fi. de publica. l. ſi quis hæredẽ, C. de inſti. & ſubſti. & declarat Bal. in l. generaliter, n. 5. C. de epiſ. & cler. Fanu. de momen. temp. c. 29. nu. 9. Peregrin. de fideicom. art. 29. n. 22. Franc. à Ponte cõſ. 61. per tot. & Caſana. conſ. 4. n. 107. latè probat Sotomaior controu. iur. lib. 3. c. 15. à n. 2. vbi dicit generale eſſe in omni materia, vt habilitas inſpici debeat tempore, quo caſus ſuccedẽdi euenit, quicquid poſteà contingat: ea enim, quæ vtiliter conſtituta ſunt, durãr, licèt poſteà contigerit caſus, à quo incipere non potuerunt. In caſu occurrenti adfuit qualitas tempore mortis mariti, id etgo ſufficere debet, quamuis poſtea defecerit.

16 Prætereà † quãdo effectus eſt conſumatus, perfectus, & in eſſe productus, ceſſante cauſa, effectus nihilominùs remanet, l. fi. in prin. ff. vnde lib. l. ſancimus, C. de adminiſtrat. tute. l. qui res, §. aream, de ſolu. cum ſimil. Bar. in l. 2. §. fin. circa fin. ff. de dona. Tiraquel. in tracta. ceſſante cauſa, limita. 23. per tot. maximè quando ille effectus eſt momentaneus, Fanu. de momen. tempor. c. 10. nu. 7. & c. 29. nu. 11. Tiraquell. allegat. limitatio. 23. nu. 5.

Monter loco allega. plenè Caſana. qui alios allegat in conſil. 25. à nu. 14. cum ſeq. optima eſt in propoſito Senat. Luſita. apud Anton. Gam. deciſ. 27. Doctor Marta voto 22. per tot. & in proprijs terminis Nat. in conſ. 605. nu. 5. verſ. Cunfirmantur præmiſſa. Noſtra autem † quarta ictu oculi, ac per momẽ-
17 tum acquiritur mulieri inopi tempore mortis mariti, in bonis illius, ex authent. præterea, & illa pars hæreditatis, ſeu partis hæreditatis acquiſitio cõputatur inter actus, ſeu effectus momentaneos, pronti expreſſim Dec. tenet in conſ. 24. n. 3. 4. & 6. & ſequitur Caſana. in eiſdem etiam proprijs terminis, vbi ſup. nu. 17. & 18. & Marta d. vot. 22. nu. 2. Nihil ergo mirum, ſi, quamuis ceſſet inopia, dutet nihilominùs effectus ille perfectus, conſumatus, & in eſſe productus.

18 Denique † ſi iſta mulier tempore mortis mariti fuiſſet diues, certũ eſt, quòd non poſſet petere quartam, quamuis poſtea diuitiæ ceſſarent, & efficeretur pauper, quia qualitas requiſita ad ſuccedendum debet adeſſe præciſe eo tempore quo ſucceſſio defertur, l. nõ oportet, de legat. 2. & l. interuenit, de legat. præſtan. cũ ſimil. alleg. per Moli. de primog. Hiſpa. lib. 1. c. 13. nu. 37. ergo eodẽ modo iuſtum eſt e cõtrario, quòd ſi tempore debito concurrant requiſita ad quartam petendam, nõ tollatur actio ſub prætexru quod poſtea
19 deficiant, per regulam, † quod operatur propoſitum in propoſito, idem operatur oppoſitum in oppoſito, de qua in l. & ſi cõtra tabulas, de vulgar. l. ſi. §. ſi. de lega. 3. cũ vulga. Conſiderant præterea DD. qui de hac re tractant, quòd ſecundus maritus deceptus maneret, ſi contraria opinio teneretur, qui forſan mulierem indotatã non duxiſſet, niſi ſub illa ſpe q̃ quartam à primo peteret. Ita omnes ferè quos adduximus, & alij, qui in toto hoc diſcurſu adducentur. Alia in idem quinque argumenta viden. adducit Dec. vbi ſup.

20 Hæc eodem † modo procedunt ſiue ante, ſiue poſt quam ceſſauit inopia, fuerit quarta petita, nec commoda aſſignari poteſt diuerſitatis ratio, atque ita Dec. in cita. conſ. 24. nu. 6. qui in terminis articulum diſputat, firmiter tenet, ac tenendũ exiſtimat in ea facti ſpecie, nunquid ſuperueniẽtibus diuitijs poſt mortem mariti, ante petitam tamen quartã, quæ peti potuerat, ceſſet petitio; quẽ in eadem facti ſpecie ſequitur Ioſep. Ludou. cõclu. 35. amplia. 2. Eundem etiã ſequitur Nat.
21 in conſ. 605. nu. 6. in eo facto, nunquid † mulier, cui propter exiſtentiam filiorum quarta competit in vſufructu tantùm, poſſit, & debeat eam habere in proprietate, ſi poſtmodũ filij moriantur, licèt reſolutio ibi capta per Nat. vti noua non multùm placeat Ioſ. Ludo. vt ipſe dicit in cita. conclu. 35. in prin. de quo aliquid & nos dicemus infrà. Dec. etiam ſequitur Cel. Hug. in conſ. 4. nu. 18. Dilec. de art. teſtan. tit. 6. caute. 20. n. 1. in fi. Rauden. in cita. conſ. 40. nu. 48. vol. 2. Moli. de primog. Hiſp. lib. 4. c. 7. n. 15. Coſta reme. ſubſid. 2. n. 3. & alij per eos adducti. Poſtmodũ reſpondet Dec. contrarijs, ac præſertim tex. in allega. l. fi. § fi. verſ. Quod ſi prius, ff. vnde lib. qui magis negotium facereſſe videtur, dicens cũ loqui in iure ſuccedendi, & Roma. etiam de
22 eo loquitur in cita. conſ. 442. quod † de iure nun dicitur eſſe de bonis eius, qui debet ſuccedere, nec ex dicto iure quis dicitur eſſe locupletior, l. pretia rerũ, ad l. Falci. nec eſt ius quæſitũ, & ideo facile tollitur, & auferri poteſt, prout pluribus auctoritatibus idẽ Dec.
23 probat loco allega. Adde Vincen. † de Frãc. deciſ. 101. nu. 22. cum ſeq. vbi ſingulariter ex
† ſupradictis *deciſum* traditur in Senat. Neap. poſſe debitorem repudiare hæreditatis portionem ſibi delatam, nec dici in fraudẽ creditorũ facere. Idẽ † Franc. deciſ. 60. in princ.
24 vbi propterea dicit in eodem Senatu fuiſſe
† *reſolutum* ius adeundi non comprehendi in donatione omnium bonorum, & iurium, & nu. 2. illud Bart. dictum refert in l. is poteſt, in 3. memb. principa. ff. de acquiren. hæredi.
25 quòd † hoc ius non eſt formatum, ſed formãdum, latè Maran. in repetit. eiuſdem l. is poteſt, poſita poſt ſuum ſpeculũ, nu. 216. & alij
26 per eos citati. Hæc † cũ ita ſint (inquit Dec.) non eſt mirum ſi in caſu d. l. fin. verſ. Quod ſi prius, ius ſuccedendi petimatur ſuperueniẽte inhabilitate, & quis excludatur, etiam in
27 terminis in quibus Roman. conſuluit vbi ſuprà: ſecùs † (tranſit vlteriùs) eſt in noſtro caſu in iſta quarta, quia hoc eſt ius quęſitũ, cùm debeatur etiam contra voluntatem mariti: habet enim condictionem ex lege per allegatam authent. præterea, vt notatur in l. 1. de condict. ex lege, & hoc debitum dicitur neceſſarium eſſe: & debetur etiam marito inuito, ex multis quę allegat, infetens quòd proprerea videtur effectus conſumatus, vt iã antea dixerat, in quo inhabilitas ſuperueniens nihil nocet. Quoad effectum enim iuris fuit
28 actus conſumatus, perindè ac ſi ſolutio realiter facta fuiſſet, cùm paria ſint † quòd ſolutum ſit, vel debitum fuerit, l. fin. C. ad l. Falcid. & qui actionem habet, rem ipſam habere videtur, l. qui actionem, ff. de reg. iur. pulchrè Nat. in conſ. 605. nu. 6. Atque ita peti poterit quarta, etiam poſt quàm ceſſauit inopia, eodem modo quo antea, dummodo tempore mortis non defuiſſet.

Sed ſi alia circa reſolutionem captam per Roman. in ſuprà citat. conſ. 442. & in quibus terminis ea procedere poſſit, ac qualiter cõ

muniter

muniter ſit reprobata, ſcire deſideres, vide
29 Moro.reſponſ.11.per tur. vbi plenè † agitur de eo articulo, qualiter qualitas ſuperueniẽs in perſona alicuius, per quã excluditur à ſucceſſione, poſt delatam hæreditatem, licèt nõ dum agnitam, operetur excluſionem, quo ſæpè in pluribus caſibus iuuari poteris.

30 Reliquis † obiectionibus non exiſtimo oportere quòd formiter reſpondeamus poſtquam ſatis, ſuperq. ſuprà probauimus in hac quarta ius à principio quæri abſque aliqua petitione, & declaratione, & ſtatim atq. moritur maritus actum acquiſitiunis quartæ eſſe perfectum, conſumatum, & in eſſe perductum. Hæc enim efficiunt ne ad acquiſitionẽ requiratur aliqua petitio, quòd nou ſit neceſſaria aliqua retrotractio, & denique nú euaneſcat actus, licèt deueniat ad caſum, à quo incipere non poterat, vt latè fuit ſuprà probatũ. Videu. vlteriùs Din. in reg. factum legitimè, nu. 5. & 6. Et ſi vis de quæſtiune an, & quandu, & quomodo actus deueuiens ad caſum, à quo incipere non poteſt, euaneſcat, vide Philip. Maſſin. latiſſimè diſtinguẽtem, (& adeò latè vt vix poſtquam multa dixit, comprehendas id quod cupis) in libro ſelectar. iur. diſtinct. centu. 1. diſtin. 22. per tot. Multos in idem cumulat Io. Bapt. Coſt. de re integr. diſt. 109. nu. 13.

Ex quibus ſatis, meo iudicio, manet probata noſtra opinio, quòd mulier non poteſt petere quartam à bunis ſecundi viri quando poteſt eam conſequi à bonis primi. Poteſt autem, etiam ſi durante inopia, & mendicitate non ſit petita, ſed petatur quando iam non eget mulier, & in his terminis arbitror locutos eſſe ſemper Doctores, qui docuerũt diuitias, & nuptias ſuperuenientes uon auferre beneficium quartæ, vt ex eiſdem ipſis, & ex ipſorum modo loquendi non obſcurè colligitur, & niſi ita id eſſet, vix de caſu dubitabili tractaſſent.

31 Secundus caſus, † in quo ceſſat quartæ petitio, etiam ſi adſit neceſſaria inopia, quem aliquando vidi contigiſſe, & pro eo aliquando fui conſultus, eſt quãdo mulier eſt ſutùm deſponſata, etiam ſi per verba de præſenti, quo caſu elt inter coniuges verum, & perfectum matrimonium, non tamen fuit in domum mariti traducta, nec vt vxur adhuc tra-
32 ctata. Ratio † elt, quia authentic. præterea diſpoſitionis præcipua, & veluti finalis cauſa eſt honor, & compenſatio matrimonij bene, & honeſtè tranſacti, quo durante coniuges rerum diuinarum, & humanarum communionem, & indiuiduam vitæ conſuetudinem habuerunt, quæ communio quantũ fieri poteſt etiam poſt mortẽ ſeruanda, & continuanda eſt, neque adeò negligi debet, vt defuncti diuitis vidua in egeſtate, & anxietate viuere cogatur, neque habeat vndè ſe exhibere poſſit, ſicque ipſius viri, quo viuẽte ſatis lautè illa viuebat, memuria ignominia afficiatur, prout non obſcuris verbis Imperator ſignificat in allegato §. quia verò legem, iu authen. vt liceat matri, & auiæ, in illis verbis: *Indotatã vxorem per affectum ſolùm acceperit, & vſque ad mortem cum ea viuens, præmoriatur.* Et toto §. quoniam verò, in authen. de exhiben. reis, id etiam demõſtrat multùm clarè, dum ſemper loquitur de muliere exiſtente penès maritũ. Et probatur etiam in l. vnum ex familia, in §. fin. ff. de lega. 2. & ibidem Pan. de Caſt. uu. 5. Quę ratio, ne ſuperſtes in dedecus benè tranſacti matrimonij mendicare cogatur, cùm non verificetur in ſpouſa de præſenti uondum in domum viri traducta, ſed adhuc penès patrem commorante, ideò nun debet eſſe locus diſpoſitioni, ſic in terminis tenet Berẽga. Ferdinan. in repetitio. l. in quartam, in 2. art. 2. cap. nu. 6. verſic. Septima quarta eſt, vbi dicit
† ita *deciſum*, optimè Maynar. deciſ. 97. lib. 3.

33 Eſt verum † quòd iſti Doctores loquuntur de muliere, quæ, vltra quòd nun fuit traducta, nec cohabitauit cum marito, nec etiam fuit ab eo cognita: quod ego neceſſariũ non arbitror quando in domo pareutum adhuc exiſteus cognita, pruut ſæpè fit, à ſpõſo fuit, adhuc in hoc caſu nun militat ratio, propter quam datur quarta, ne ſuperſtes in dedecus benè tranſacti matrimonij mendicare cogatur, ſtatus enim ipſius, qui erat tempore mortis mariti, non erat alius, quàm mulieris cohabitantis cum pareutibus ſuis, qui ab ea poteſt retineri, & conſeruari abſque quarta illa, quæ prætẽditur in bonis mariti, nec quòd iſta quarta detur in præmium amiſſæ virginitatis reperitur iure cautum.

34 Nec † ubeſt ꝙ diſpoſitio de vxore loquẽs, & de nupta, verificatur etiã in ea, quæ eſt per verba de præſenti ſolùm deſpuuſata, quamuis nondum in cubiculum mariti venerit, vt dicit I.C. in l. cum fuerit, ff. de coudit. & de-
35 monſtra. qui reddit rationem, quia † nuptias non concubitus, ſed conſenſus facit. Ex qua regula cõmuniter teuetur, quòd omnia iura loquentia de matrimonio, & de marito, & vxure, habeant etiam locum quando matrimonium per verba de præſenti contractum ſolummodò eſt, quamuis copula ſequuta minimè fit, l. penult. de inceſt. nupt. & l. etiã penul. ff. de dona. int. vir. & vxor. plurib. probat Dida. in epito. ad 4. Decre. 2. par. c. 1. à nu. 2. cum ſequent. Matien. lib. 5. nouæ recopilat. tit. 2. l. fin. glo. 6. nu. 1. Gutier. de iuramento confirmator. 1. par. cap. 51. nu. 2. Pater Sanchez de matrimo. lib. 1. de ſponſalib. diſput.

1.à num.3. maximè in fauorabilibus, quàlè multis videbitur noſtrũ quod tractamus negorium, vt Doctores prædicti tradunt, Gerard.Maynard. qui communem hanc appellat Canoniſtarum reſolutionem, deciſ. Tholoſ.96.num.4.lib.3. Pulchra ſunt duo de hac re conſilia poſita per Bartholome. Caſſane. in commentar.ad conſuetud.Burgund. rub. 4.§.2.in tex.ibi: *Femme*, num.16. verſ. Sed an hæc, & §.5 circa princip. in eo caſu nun-
36 quid † mulier ſolùm deſponſata per verba de præſenti, adhuc non traducta, nec cognita, luctetur illud, quod ſtatutum, ſeu conſuetudo defert ei in bonis viri prædefuncti, vbi tamen in fine vltimi conſilij, poſtquam arguit pluribus pro, & contra, dicit diuerſi-
† modè fuiſſe ſuper eo negotio *iudicatum*: in Balliuatu enim Diuconen.dicit fuiſſe pro af-
† firmatiua *declaratum*,& pro negatiua in Parlamento Pariſien. Propterea (inquit) cogitandum eſt, cùm hæc duo iudicia fuerint in diuerſis opinionibus, ex quo (addit) dico, quòd bonum eſt aliquando habere iudicem fauorabilem, propter diuerſitatem opinionum. Non (inquam) obſtat ſupradictũ contrarium, quia ijdem Doctores illud, quod in eo dicirut, limitant expreſſim, niſi aliud vel ex communi vſu loquendi, vel ex materia ſubiecta, vel ex legis intentione, quę colligitur ex materia ſubiecta, vel etiã ex alia ratione deprehendatur. Vide ad id ſignanter Didac. Matien.& Sanchez in locis ſuprà allegatis. Hic autem legis intentio repugnat, vt diximus.

37 Verum eſt, † quòd Gregor.Lop.vir certè multùm doctus, & de noſtra Iurisprudentia valdè meritus, prouti eius lucubrationes demonſtrant, in l.7.tit.13.glo.2.parti.6.tenet diſpoſitionem authent.præterea, procedere etiam inter ſponſos de præſenti, & ſi vxor non ſit ducta ad domum, quod eſt directò contrarium reſolutioni ſuperiùs captæ: moueturque auctoritate Bal.in l.fin. C.vnde legiti. nu.16.in verſ.Quintæ quæſtioni, quatenus dicit bonorum poſſeſſionem, vnde vir & vxor, habere locum etiam ſi nondum ſit ad domũ mariti mulier ducta, dum tamen ſit verum matrimonium, & Bal.id quod dicit, probat per l.nihil intereſt, in argumen.ff.rer.amota. Quod idem probat etiam idemmet Bal. in l.1.nu.4. C.vnde vir & vxor, & in l.Deo nobis,nu.6.C.de epiſ.& clet.& ſequuntur Matheſilla.in tract.de ſucceſſ.ab inteſt. art.4.n. 2.qui dicit ita receptum eſſe, Cur.iun.in l.1. nu.9.C.vnde vit & vxor, & Aluar.Velaſc.in praxi partitio. c.6. nu.56. Eis adde Nauarr. conſſ.lib.4.de ſponſal.tot.conſ.29.vbi idem quod iſti Doctores, tenet. Et quia ſunt grauiſſimæ auctoritatis illi Doctores, ideò multùm fore adhuc circa tem hanc conſiderandum, nec eſſe ſicco pede per eam tranſeundum arbitror: me multùm nihilominùs mouent rationes in contrariũ adductæ: ſed prudens ius dicens, cuius hæc arbitrio committuntur, vt ſæpè diximus, conſiderabit facti circunſtantias,& facilè ei erit ſecundùm eas, quæ ſit iuſtior opinio, dijudicate.

38 Sed quid † futurum eſſet è contra, videamus,ſi contingeret,quòd cohabitaſſent quidem à principio coniuges,ſed tempore mortis mariti reperiuntur iudicio Eccleſiæ ſeparati, an tunc mulier ſuperſtes habeat quartam? Qua in re reſolutiuè inuenio communiter concordare Scribentes, quòd aut culpa mariti, velut propter eius ſæuitias,aut aliàs eſt facta ſeparatio, aut culpa vxoris,propter eius adulteriũ, aut ex alia cauſa. Primo caſu nihilominùs quod ſeparata ſit mulier, lucratur quartam: iniquum enim videretur, vt ex facto culpabili mariti amitteret vxor legis beneficium. Secundo verò caſu priuaretur proculdubio mulier quarta prædicta, quia ſui ipſius culpa effecta fuiſſet indigna in eo caſu,& ex alijs rationibus,quas latè adducit Aluar. Velaſ.in ptax.partitio.c.6. à n. 48.in verſ.Cęterùm. Elegans ad id eſt deciſ. Senar.Portugal.apud Anton.de Gam. 358.
† vbi iuxtà hanc diſtinctionem *deciſum* atteſtatur, Dida.de ſponſal.2.par.c.7.§.1.n.6. Gutiet.in cano.quæſtio.lib.1.c.14.nu.16. Dec. in l.1.nu.10.C.vnde vit & vxor.Conducunt quæ nos infrà tradimus in 7.& 8.caſu.

SVMMARIA.

1 *Mulier quæ intra annum luctus tranſiuit ad ſecundas nuptias,an habeat quartam ex authent.præterea.*

2 *Pœna intra annum luctus nubentium ſunt de iure canonico ſublatæ.*

3 *Ius canonicum ſtquimur in Cathalonia ante ius ciuile.*

4 *Mulier nubens intra annum luctus non habet beneficium authent.præterea.*

5 *Pœna infamiæ in ſecundò nubentibus ſolùm cenſetur ſublata per ius canonicum.*

6 *Pœnæ omnes impoſitæ de iure ratione tẽporis, & feſtinantiæ ſecũdarum nuptiarum, ſunt per ius canonicum ſublatæ: non quæ ad fauorem filiorum primi matrimonij.*

7 *Mulier ſecundò nubens intra annum luctus, ſecundum opinionem Auctoris, non perdit beneficium authent.præterea.*

8 *Mulier per tranſitum ad ſecunda vota amittit tutelam filiorum.*

9 *Mulier tranſiens ad ſecũda vota tenetur filijs ſuis tutorem petere, ne ſucceſſione illius priuata maneat.*

Mater

10 *Mater ſi iterùm poſt ſecundas nuptias viduetur, an reaſſumat tutelam filiorum, remiſſiuè.*

11 *Mater, quæ eſt cum alijs tutrix filiorum, quamuis tranſeat ad ſecunda vota, abſque eo quòd petat illis tutores, non propterea amittit ſucceſſionẽ eorum, quia non remanet ſine tutoribus. vbi deciſio noſtri Senatus.*

12 *Mater quando excuſetur à pœna priuationis ſucceſſionis filiorum ob tranſitum ad ſecundas nuptias abſque petitione tutorum, remiſſiuè.*

13 *Mulier tranſiens ad ſecundas nuptias amittit officium executricis teſtamenti martti. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

14 *Mater tranſiens ad ſecunda vota amittit educationem filiorum.*

15 *Fallit in Catbalonia reſpectu filiorum impuberum, quia eis non ſuccedit mater.*

16 *Quod ſublimitatur ſi adeſſent filij ſecundi matrimonij. vbi deciſſ. noſtri Senatus.*
Educatio non debet committi alicui, qui poſſit ſuccedere pupillo. ibid.
Fallit in matre, dum non tranſit ad ſecundas nuptias.

17 *Educationis materia eſt multùm arbitraria, taliter quòd ex cauſa poteſt iudex recedere à voluntate teſtatoris. vbi deciſſ. noſtri Senatus.*

18 *Filius adultus ſi vult habitare cum matre, etiam ſi tranſi uerit ad ſecundas nuptias, an ſit ei permittendum, remiſſiuè.*

19 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota non perdit legata ſibi per virum facta, verum eſt quòd decet reſeruari proprietas filij.*

20 *Mulier per tranſitũ ad ſecunda vota an amittat ius fruendi ſponſalitio de vita ſua, remiſſiuè.*

21 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota an habeat tenutam in bonis viri pro ſua dote, remiſſiue.*

22 *Vidua præfertur in accuſando occiſorem mariti filijs ſuis.*
Mulier per tranſitũ ad ſecunda vota amittit ius accuſandi. ibidem.

23 *Muliere inſtituta de vita cum hoc quòd viueret caſta, & nomen viri retineret, conuolãte ad ſecundas nuptias, intrat ante mortem ſubſtitutus ei datus poſt mortem. vbi deciſ.*

24 *Pœnæ ſecundò nubentium non comprehendunt patrem, ſicut matrem.*

25 *Pater per tranſitum ad ſecunda vota nõ amittit vſumfructum bonorum maternorum ipſius filij.*

26 *Nec tutelam filiorum.*

27 *Nec ius faciendi filio exemplarem ſubſtitutionem, ſi furioſus euaſerit.*

28 *Ratio prohibitionis in matre ſecundò nubente, non militat in patre.*

Animus viri eſt firmior, & conſtantior, quàm animus mulieris. ibidem.

29 *Pater tranſiens ad ſecundas nuptias, poteſt ex cauſa priuari educatione filiorum.*

30 *Pater tenetur educare filios poſt triennium, niſi ſit ſuſpectus, quia tunc penes matrem debent remanere.*

31 *Pater non debet habere educationem filiæ primi matrimonij hæreditatæ in capitulis matrimonialibus, exiſtentibus filijs maſculis ex ſecundo. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

32 *Pater tenetur filio extra eum ſeorſum habitanti, & propter ipſius ſæuitiam ab eo ſeparato, alimenta miniſtrare.*

33 *Parentes quando tranſierunt ad ſecundas nuptias tenentur reſeruare filijs primi matrimonij proprietatem eorum, quæ ad ipſos deuenerunt ex ſucceſſione aliorum filiorum. & numero ſequenti. vbi deciſio noſtri Senatus.*

34 *Mater cum alijs filijs ſuccedit filio defuncto.*

35 *Pœnæ ſecundò nubentiũ ceſſant ſi conſentiunt filij. vbi deciſio noſtri Senatus.*

36 *Sed an ſuffieiat ſola taciturnitas pro conſenſu. vbi deciſio noſtri Senatus pro filijs.*

37 *Mulier, quæ ſecundò nupſit de conſenſu primi viri, an teneatur reſeruare filijs quæ ex dicto primo viro habuit. vbi deciſ.*

38 *Vxor iuuenis tranſiens ad ſecunda vota an teneatur reſeruare filijs quæ habuit ex primo viro.*

39 *Authen. præterea, non intrat quando inter viros fuit iam conſtituta quarta, vel aliquid aſſignatum pro ea.*

40 *Sed an prætextu læſionis poſſit ea aſſignatio reſcindi, remiſſiuè.*

41 *Mulier non habet quartam in bonis viri anteà donatis.*

42 *Niſi fuiſſet in fraudem quartæ donatio facta. vbi deciſ.*

43 *Mulier vt habeat quartam poteſt reuocare alienata per maritum titulo lucratiuo.*

44 *Mulier non habet quartam authent. præterea, in bonis vinculatis. & num. ſeq. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

45 *Bona vinculata non ſunt de patrimonio eius, cui ſunt vinculata, imò computantur inter ea alienum.*

46 *Titulus hæreditarius non habet locum, nec intrat in vinculatis.*

47 *Mulier iniurians virum, nec ea affectione tractans qua decet, non habet quartam authen. præterea.*

48 *Mulier, quæ expilauit hæreditatem, non habet quartam ex authent. præterea. vbi deciſio.*

49 *Beneficium legis amittit qui committit in legem.*

50 *Mulier non punitur crimine expilatæ hæreditatis, quia in eam hoc delictum non cadit, ſed crimine furti.*

51 *Mulier quæ luxuriosè vixit, non habet quartã ex authent. præterea.*

52 *Idem eſt in doario, vt illud amittat mulier per impudicam vitam. vbi deciſ.*

53 *Mulier ex quibus cauſis amittat quartam ex authent. præterea, remiſſiuè.*

GLOSSA VIII. PARS XI.

Alij caſus, in quibus diſputatur, an ceſſet quarta authentic. præterea, C. vnde vir, & vxor.

Et ſignanter ſi vxor tranſit ad ſecundas nuptias, vbi latè de materia ſecundarum nuptiarum, & illarum pœnis.

Item ſi quarta fuit iam in vita conſtituta. Si bona fuerunt anteà donata. Vel vinculata. Et ſi mulier iniuriauit quoquo modo virum.

1 TErtium caſum † conſtituunt alij in muliere, quæ intra annum luctus ad ſecundas conuolauit nuptias: hanc enim volunt quartam non habere, quamuis aliàs militarent ea requiſita, quæ illius petitioni locum facere potuiſſent, ſi ſecundò mulier nõ nupſiſſet. Ita tenet expreſsè Nicol. de Vbal. in tracta. de ſucceſſ. ab inteſta. par. 4. num. 7. verſ. Sexto requirebatur, & expreſſiùs Io. de Garronib. in l. 1. n. 75. C. de ſecun. nup. quos ſequitur Gerar. Maynar. deciſ. Tholoſa. 97. nu. 2. lib. 3. Ratio eſt, quia mulier nubẽs intra annum luctus priuatur omni ſucceſſione mariti, vt probat l. 1. §. omnium, C. de ſecũdis nuptijs.

2 Sed, cùm † de iure canonico ſint ſublatæ pœnæ, quas leges imponunt mulieribus intra annum luctus ſecundò nubẽtibus, cùm ex Apoſtolo 1. Corinthior. cap. 7. mulier ſoluta viro poſſit, quando voluerit, abſque aliqua præfixione tẽporis in Domino nubere, prouti habetur in cap. penult. & vlt. extra de ſecun. nup. cum quibus concordat l. Caſtell. 3. tit. 12. *De los que ſe caſan otra vez*, parti. 4. & ibi Gregor. Lop. in glo. 3. qui dicit communem, latè Couarru. qui etiam communẽ eandem opinionem aſſeuerat, in epitome ad 4. Decretal. 2. par. cap. 3. §. 9. num. 5. Gutier. in repetit. l. nemo poteſt, n. 19. de leg. 1. & lib. 2. practicar. quæſtio. qu. 95. num. 5. Ceuall. in commu. contra comm. quæſtio. 742. Aemil. Veral. deciſ. 25. nu. 4. par. 2. Alexan. Trenta-cinq. variar. reſolu. lib. 3. tit. de matrim. reſolut. 5. nu. 9. Anton. Fab. in ſuo C. lib. 5. tit. 5. de ſecun. nup. defini. 1. Andr. Gail pract. obſerua. lib. 2. obſerua. 98. nu. 8. Afflict. deciſio. 75. nu. 5. & 6. Hartman. Hartman. practicar. foren. lib. 2. tit. 24. de matrimo. obſeruat. 5. omnium latiſſimè Anto. Gabr. in commun. concluſ. rit. de ſecun. nup. conclu. 5. & magis poſteà latè pater Sanchez in tract. de matrimo. lib. 7. diſputa. 87. à nu. 21. cum multis ſequenti. qui penè infinitos adducit in idem. Cùm (inquam) per ius canonicum ſint ſublatæ pœnæ per ius ciuile impoſitæ mulieribus intra annum luctum nubentibus, dubiũ eſt, num iſta cenſeatur etiam ſublata, maxi-3 mè in Cathalonia, vbi † ex particulari lege municipali ſequimur priùs ius canonicum, quàm ciuile. Qua in re Gerar. Maynar. de-4 ciſ. iam allega. 97. tenet † nõ eſſe ſublatam, atque ita Tholoſæ obſeruari, & publico ar-† reſto de anno 1579. lato, fuiſſe *deciſum* in caſu, de quo ibi, refert. Rationem inquit eſſe, quam iam aliàs deciſ. præcedenti tradi-5 derat num. 6. quia † per ius canonicum, & ab Apoſtolo ſancto ſolam infamiæ pœnam, quã incurrebat mulier ſecundò nubens, exiſtimat cum maiori parte (vt inquit) Canoniſtarum, fuiſſe ſublatam, & quia, vt dicit in cita. deciſ. 97. in fin. correctio morum, atque honeſtas, & pudicitia viduarum multùm ſeruanda, & promouenda cum ipſo Imperatore eſt.

6 At, etſi † videam iura, quæ allegãtur pro hac correctione iuris ciuilis, quę ſunt cap. penult. & final. de ſecun. nupt. loqui tantùm de pœna infamiæ, quia tamen reperio, quòd communis amplexa eſt, reliquas etiam pœnas eſſe ſublatas, (loquor de illis, quæ impoſitæ fuerunt mulieribus ſecundò nubentibus ratione temporis, & feſtinantiæ in l. 1. & 2. ac ſimil. C. de ſecun. nup. licèt non quæ ad fauorem filiorum primi matrimonij, prout ſunt l. hac edictali, & l. fœminæ, & ſimiles, C. de ſecun. nup. vt intelligunt communiter Doctores, qui de hac re tractant, & explicat multùm late Gaſpar Ancon. Theſaurus quæſtione foren. 28. per totam, & ſignanter num. 15. cum ſequentib. & multa etiam de his pœnis dicit duabus quæſtionibus ſequentibus, & Alexander Ambroſinus deciſio. 1. num. 25. par. 1.) forſan ex ratione generali poſita per Roni. Pontif. in dicto cap. fin. ibi: *Non debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturã, licet*

licèt poſt viri obitum, intra tempus luctus (ſcilicet vnius anni ſpatium) *nubat, conceſſa tamen ab Apoſtolo vtitur facultate, &c.* quæ videtur æquè in alijs pœnis, ſicut in infamia, militare, aut ex alia ratione, ptout colliges, & expreſsè deciſum tepeties per Doctores ſuprà citatos, & ſignantet per fermè infinitos, quos pater Sanchez adducit in citata diſputatio. 87. num. 23. qui hanc dicit veriſſimam ſententiam, inter quos non eſt omittendus Guid.Pap.qui pulchrè loquitur
7 in conſil.120.nu.1. Contrariam † propterea cogor opinionem amplecti ab ea, quæ fuit, & eſt Curiæ Tholoſanæ, vt ſcilicet ſic iſta pœna, ſicut reliquæ, quæ non fuerunt ad fauorem libetorum impoſitæ, ſit per ius canonicum ſublata, atque ita in terminis tenet Ioan. de Garronibus in allegata l. 1. nu. 75. C. de ſecund. nupt. qui poſtquam tetulit dictum Nicolai de Vbal. in loco iam citato, quòd an dictæ pœnæ ſint ſublatæ pendet ex nora. in cap. fin. extra de ſecun. nupt. & in l. 1. C. eod. dicit id eſſe indubitanter verum, quòd ſit iſta pœna, ſicut cæteræ, ſublata, & pto eo eſſe communem opinionem.

Locus erat ille, in quo pto opportunitate materiæ, qnia forſan in toto hoc opere non continger nobis commodiot, & opportunior, cum tamen ſilentio materia prætermitti nõ valeat, tractare deberemus de omnibus, quæ mulier amittit ob tranſitum ad ſecunda vota. Sed quia timis me detinetẽ, ſi omnia percurrere vellem, ideò aliqua tãtùm, quæ ſunt practicabiliora, in medium adducam.

Amittit † igitur mulier per tranſitum ad
8 ſecunda vota, primò tutelam filiorum ſnorum. Iſte paſſus eſt clarus, non eſt quòd in eo immoremur. Clara de hoc eſt diſpoſitio text. in l. lex quæ tutores, §. fin. C. de adminiſtratio. tutor. benè Baeça, qui alia allegat, de decim. tutor. cap. 4. num. 51. cum ſequẽt. Totum de hoc Ioann. Gutier. ſcripſit cap. 9.
9 par. 1. de tutel. vbi † etiam habes, qualiter ne filij ſucceſſione priuetur, debeat mater, antequam ſecundò nubat, curare, vt in ſui locum alius detur, & aſſignetur filio tutor,
10 cui rationem reddat. Et ibi † etiam videbis diſputatam quæſtionem, num ſi poſteà viductur iterùm muliet, poſſit tutelam reaſſumere, & alias plures multùm ſcitu dignas. Fab. vltra allegatos pet Gutietrez, in ſuo C. lib. 5. tit. 21. quando muliet tutel. offi. fung. poſſ. definitio. 2.

Quod tamen † reſpectu ptiuationis hæ
11 ditatis, & ſucceſſionis filij, non procedit niſi vbi matet ſola eſt tutrix, & relinquat filiũ ſine aliquo, qui curæ bonotum illius intendat, & in iſto caſu loquuntur l. omnem, C. ad Senat. conſult. Tertullia. & l. 2. §. quod ſi matet, ff. eodem, quæ hanc pœnam matri imponunt; verùm ſi alios filius habet tutores, qui ſufficerent, tunc quia iam temanent qui filij curam habeant, non incurrit mater hanc pœnam, etiam ſi tutorem filio nõ petierit in ſui locum, ita in terminis terminantibus dicit Deci. in conſil. 246. num. 7. vbi multos citat. Quod in facti contingentia
† *ſequutus* in terminis fuit Senatus, Relatore egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll 30. Iunij 1606. in cauſa Ioannis Comalares, & Monſetrati Ionquer, vbi expreſsè fuit dictum, *Matrem tutricem legitimam filiorum per tranſitum ad ſecundas nuptias liberatam eſſe ab adminiſtratione tutelæ, & curæ, & illius officium ipſo iure finitum, & extinctum* (quod fiat iſta extinctio ipſo iure, prout hic dicitur, probat Gutierr. de tutel. par. 1. cap. 8. num. 88.) *Nec tenetur* (inquit) *in ſui locum alium tutorem dare, quando iam pupillo alij tutores remanent, &c.* Vidi in Archiuo Regio. Quibus tamen tutoribus, & curatoribus tenetur mulier, ſi adminiſtrauit, rationem teddere, vt probant iura ſuperiùs adducta, ſicuti in iſto exemplari noſtri Senatus mulierem feciſſe notatur. Quod quomodo faciendum ſit, docet benè Decius in citato conſil. 246. in fin. De excuſatione
12 matris † ex iſta, & alijs cauſis vide plenè Hetcul. Mareſcot. variarum reſolutio. lib. 1. cap. 71. per totum. Vide etiam Vincentium Carroci. deciſ. ſeu caſ. 129. vbi alias quæſtiones ad propoſitum tractat.

13 . Dubitatum † vidi in foro, ac diſputatum, num ſicut tutelam filiorum amittit mulier per tranſitum ad ſecunda vota, ſic amittat etiam officium executricis teſtamenti viri, ad quod fuetat pet eum nominata, de quo puncto tractant Pala. Rub. in tubr. de donation. inter virum & vxotem §. 67. num. 15. & Didac. Spino in ſpecul. teſtamentor. titu. de executor. num. 36. Sed in diuerſa fuerunt ſententia, primo negaute, ſecuudo veto affirmante. Senatus tamen noſter, Relatore egregio Senatore Ioanne Magarola, in cauſa manumiſſotum, & executorum teſtamẽti Iacobi Pellicet Scribæ mandati, contra illius quondàm vxotem, confirmando aliam
† ſententiam, die 8. menſis Iulij 1615. *declarauit* contra vxotem volentem exercere officium executricis. Actuat. Michael Petez.

14 Tertiò, filiorum † educationem ſine dubio amittit mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias, proptet periculum ne victricus illorum vitæ inſidietur, vt vxor ſuccedat, vel etiam vt ſuccedant illius filij, vt habetur in l. 1. C. vbi pupill. educat. debe. Quod poteſt fundati in hoc, quòd educatio ſit pars tute-

læ, vt dicit Bald. in l. vlt. ad Trebellia. Rota Romana apud Seraphinum decisio. 1375. n. 2. Sicut ergo tutela est prohibita, nihil mirum si prohibeatur etiam educatio, Fab. in suo Codice lib. 5. tit. 30. vbi pupil. educa. debe. definitio. vnica, Surd. de alimen. tit. 4. q. 13. num. 15. Ioa. Gutier. de tutel. & cur. par. 1. cap. 8. nu. 83. Franc. Mar. decis. 131. Guid. Pap. decis. 539.

15 Quod † tamen non procedit in Cathalonia respectu filiorum impuberũ, quibus mater non succedit, sed proximiores ex parte patris, vndè bona obueniunt vsque ad quartum gradum, ex constitution. *Los impubers, de pupill. y altres substitut.* prout in terminis docet Vincent. de Franc. decisio. 350. nu. 3. vbi dicit, quòd si mulier in illa prouincia cõtrahit matrimonium secundùm morem nobilium, quo casu non succedit filijs, tunc potest sine dubio prætendere educationem, & committenda illi est, quia de nemine plus confidit lex, quàm de parentibus, vt tradũt Doctores allegati.

16 Quod † limitatur, nisi adessent filij secũdi matrimonij, tunc enim quia militaret idẽ timor insidiarum, de quo suprà, ideo educationem non haberet mater, prout in termi-
† nis Senatus *declarauit*, referente egregio olim Senatore Antonio Oliba, 20. Septembris 1595. in causa tutorum, & curatorum pupilli don Ioannis de Cardona, contra nobilem Ptaxedem de Iuorra matrem dicti pupilli ex primis nuptijs. Scriba Guardia, & postea Reig. Quam declarationem vidi transcriptam in alio processu causæ dictæ nobilis Praxedis de Iuorra contra don Galcerandum de Cardona, Relatore egregio Senatore Ioanne Magarola, Actuario Simone
† Font, vbi fuit *declaratum* non fore committendam educationem dictæ nobili Praxedi, ex quo ex secundis nuptijs habebat filios.
† Aliam *declarationem* circa hanc educationis materiam, respectu matris quæ transierat ad secundas nuptias, Relatore egregio olim Senatore, postea Regiam Cancellariam Regente, Hieronymo Torner, factam sub die 10. Aprilis 1600. habes in libro conclusionũ Regiæ Audientiæ perpulchram, vbi expressis verbis fuit dictum, non fore pupillum educandum penès matrem, quæ ei succedere potest, quando transiuit ad secundas nuptias, nec penès victricum, nec (generaliter) apud aliquem alium, qui pupillo succedere possit.

Quamdiu autem stat mulier innupta post mortem primi viri, nulli magis quàm ipsi debet committi educatio filiorum, maximè fœminei sexus, cùm in illa maior reputetur affectus, & nullus sit amor, qui vincat amo-
† rem parentum. Ita expressis verbis *dixit* Senatus 13. Martij 1582. Relatore egregio quondàm Senatore N. Balle, inter nobilem Sperantiam, & nobilem Anastasiam de Recasens, vt habes in Archiuo Regio.

17 Hanc † educationis materiam multùm arbitrariam Doctores faciunt suprà relati, ita vt ex causa liceat quandoque non sequi voluntatem defuncti. Adde Menoch. de arbitra. iudi. cas. 168. & quos Ricci. refert collectan. 455. quod vidimus sæpissimè in Senatu practicatum, vt ex causa Senatus auferret educationem, quibus aliàs illa pertinere vi-
† debatur, & nouissimè ita *practicauit* sententia lata Relatore egregio Senatore Hieronymo Senjult, sub die 1. Februar. 1620 super educatione pupilli de Otis, inter Alexandrum de Cartella, & Thomam, & Franciscum de Basula, Actuar. Vilella, & in alijs pluribus causis.

18 Quid † autem quando filius est iam adultus, & vult habitare cum matre, tractant Surdus vbi suprà num. 5. & Gutierr. de tutel. & cur. 2. par. cap. 8. num. 28. Vidi de hoc puncto casum disputatum, sed non vidi quid fuerit decisum.

19 An autem † perdat mulier legata, putà alimentorum, & alia facta sibi per virum, si ad secunda vota transit, disputat latè Surd. de alimentis tit. 7. quæstio. 23. per totam, vbi regulariter concludendum in fauorem mulieris docet, nisi adsint coniecturæ: teseruat tamen, & reseruare mulier debet proprietatem filijs.

Item, an quartam authentic. præterea, C. vnde vir & vxor, amittat mulier propter transitum ad secundas nuptias, iam suprà tractauimus, dum de materia dictæ quartæ egimus.

20 Deindè est † pulchrum dubiũ, si per transitum ad secundas nuptias, maximè intra annum luctus, amittit mulier ius vtendi sponsalitio à marito sibi facto, de quo hic non ago, quia iam explicui infrà in materia sponsalitij, vbi videas.

21 Dubitant item † nostri, an nihilominùs faciat mulier fructus suos, & habeat tenutã in bonis viri post illius mortem, pro suis dote, & sponsalitio, quamuis conuolet ad secundas nuptias, quod nos etiam iam declarauimus infrà in materia constitutionis Hac nostra, quæ tenutæ priuilegium mulieribus concessit, vt ipsæ facilius suas dotes consequantur.

22 Amittit etiam † vidua per transitum ad secunda vota ius accusandi occisorem mariti (in quo secundùm communiorem sententiam, dum vidua est, præfertur filijs, vti ex multis, quos allegat Castill. Sotomator in

tract.

tract. de vſufruct. lib. 1. cap. 40. ex num. 8. contra ipſum Sotomaior defendit Garcias de Gironda de priuileg. & exempt. explica. quæſtio. 267. num. 1522.) prout pluribus rationibus hic non repetendis probat idem Gironda in loco allegato num. 1524. & deindè, vbi videas, & Farina. de accuſa. quæſt. 13. numer. 16.

23 Eſſet nunquam † facere finem velle diſcutere per omnia damna, quæ eueniunt mulieri ex tranſitu ad ſecundas nuptias. Non omittas vnum caſum, qui ſucceſſit in Senatu diſputandus de anno 1571. qui hoc pulchrè comprobat. Ecce, quòd teſtator inſtituerat hæredem vxorem ſuam de vita ſua naturali, cum hoc, quòd viuetet caſta, & teneret ſuum nomen, & poſt mortem (nihil dicendo ſi nò viueret caſta, nec nomen conſeruaret) ſubſtituerat vxori alium. Contigit quòd mulier conuolauit ad ſecundas nu-
† ptias, *cenſuit* Senatus 19. Ianuarij anni prædicti, intrare ſubſtitutũ, non expectata morte, extendendo caſum mortis ad illum caſum conuolationis ad ſecundas nuptias. Vbi fuit ponderatum, quòd vidua, ſecundùm communem vſum loquendi præſentis Principatus, poſtquam iterùm nubit, non tetinet nomen primi viri, ſed ſecundi. En odiũ ſecundarum nuptiarum, propter quas fit extenſio de caſu ad caſum in fideicommiſſis de iure, aliàs tam exoſa. Probant eleganter hanc deciſionem in terminis Ioan. Andre. in additio. ad Speculato. in rub. de ſecun. nup. circa medium, Surd. in conſil. 76. num. 17. & Adrian. Neguſan. in conſil. 190. num. 68. qui allegant text. in l. muliet 22. ff. ad Senat. cõſult. Trebellia. in princ. & in l. ſi ita, ff. quan. dies lega. vel fideicommiſ. ced. quæ optimè faciunt, coniecturando, quod credebat teſtator vxorem non nubere, ideò de morte loquutus fuit, ſicut in illis legibus mater non credebat filios emancipandos dum viuetet, & ideò dixit, cùm ſui iuris eſſent per mortẽ patris: & tamen ſic relictum debetur, cùm ſui iuris ſunt per emancipationem. Idem poſt Grat. in conſil. 124. num. 14. & 15. lib. 2. & Morque. de diuiſione bonor. lib. 4. cap. 11. nu. 91. nouiſſimè probat Garcias de Gironda in tracta. de priuileg. & exemptio. explicatio. quæſtio. 285. num. 1627. Ioan. Franci. à Ponte in conſil. 20. num. 19. Eſt & alia ſimilis de eadem hac te deciſio modernior in Senatu facta, Relatore egregio Senatore Hieronymo Aſtor, 12. Iunij 1600. inter pupillum Belaguer, & Simonem Ripoll, vbi
† fuit *dictum*, quòd vocatus in caſu mortis, cenſetur ex præſumpta teſtatoris mente vocatus etiam in caſu conditionis defectæ. Vidi in Archiuo Regio.

24 Hæc quæ † diximus de matre, quòd amittat ea, de quibus ſuprà, quando tranſit ad ſecundas nuptias, non exiſtimes procedere ſimiliter in patre binubo: is enim nihil propterea amittit ex his, quæ ipſi competũt reſpectu poteſtatis, quam habet in filios, prout apparet ex l. fina. C. de bonis matern. vbi
25 pater † per tranſitum ad ſecunda vota non amittit vſumfructum bonorum maternorũ, vbi eſt viden. Pinell. num. 15. qui dicit communem eſſe Doctorum opinionem, quòd
26 pater † binubus non amittit tutelam, & gubernium liberorum, & honorum illorum,
27 Boer. deciſio. 188. vbi dicit patrem † ex eo quòd tranſierit ad ſecunda vota non amittere ius faciendi exemplarem ſubſtitutionem filio furioſo, vel mentecapto; & num. 2. addit, quòd neque adminiſtrationem filij, per dictam l. fina. optimè Ioan. Gutier. in tract. de tutel. & cur. part. 1. cap. 9. ex num. 22. vbi
28 latè. Rationem dicit eſſe, † quia in patre ceſſat ratio prohibitionis, quæ in matre adeſt, & militat, animus enim viri præſumitur conſtantior, & fitmior, & non ſubijcitur fœminæ, ſicut ipſa ſubijcitur viro, l. generaliter ad fin. C. de ſecun. nupt. ibi: *Negotia verò liberorum patri vtiliter adminiſtrare concedimus*. Alia iura, & alios Doctores ibidem videbis idem probantia, & probantes: latè etiam Baeça de decim. tuto. cap. 4. num. 51. & latè etiam Hieronym. Brunner. in corollarijs poſitis poſt deciſiones Gerardi Maynardi, corollar. 2. num. 18. qui dicit errorem eſſe aſſerere contrarium, benè Simõ de Pretis de interpretatione vltimarum voluntatũ lib. 5. interpretatio. 1. ſolutio. 1. num. 82. vbi dicit non eſſe eandem auctoritatem vxoris in matitum, vt mariti in vxorem, per quod dictum, pulchrum ibi decidit caſum, omninò videndum.

29 Ex cauſa † tamen concurrente ſimul cum tranſitu ad ſecundas nuptias, priuari deberet pater ſine dubio educatione filiorum primi matrimonij: quamuis enim lex valdè cõfidat de patre, & præſumat ſemper pro filio rectum capere conſilium, quandoque tamen habet eum ſuſpectum, præſertim ſi ad ſecundas conuolauit nuptias, vt dicit textus in l. 4. ff. de inoffici. teſtamen. prout ad alind propoſitum, cùm de congruitate dotis egimus, latè probauimus par. 1. huius g'o. num.
30 32. Deindè in propria † materia educationis habemus de iure, quòd licèt filius educandus ſit penès patrem, & à patre poſtquã eſt maior triennio, vt in l. nec filium, C. de pat. poteſta. tamen ſi pater ſic ſuſpectus, debet potiùs per matrem educari, vt dicit tex. in cap. final. extra de conuerſio. infidel. vbi habetur filium poſt triennium apud patrem

non

non ſuſpectum educandum eſſe, ergo non, ſi fuerit ſuſpectus. Prætereà facit text. in l. 3. §. & etiam, ff. de liber. exhib. vbi dicit: *Obtinuit enim mater ob nequitiam patris, vt ſine diminutione patriæ poteſtatis, apud eam filius moraretur.* Finaliter ad id eſt optimus text. in l. vni. cum authent. ibi poſita, C. de diuort. fact. &c. vbi vult Imperator patri non eſſe committendam educationem filiorum, ſi ali qua ſuſpitio in eo militat: *Niſi pater* (inquit text.) *minùs idoneus ſit.*

31 † Per hæc † vidi pulchrum caſum in Senatu *deciſum* 9. Decembris 1595. coram egregio tunc Senatore, nunc in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, don Saluatore Fontanet, vbi fuit concluſum locum fuiſſe & eſſe cuidam ſequeſtro quod petebatur de quadam puella, ex eo quòd erat probatum eam eſſe filiam vnicam primæ vxoris, & in capitulis matrimonialibus à patre hæreditatam, non extantibus filijs maſculis alterius matrimonij, & quòd ex ſecũdo matrimonio, quod pater contraxerat, non extabant filij maſculi, ſed vnica tantùm filia, ex quo viſum fuit, quòd pater reddebatur valdè ſuſpectus, ne à nouerca inductus, vidēte filiam primi matrimonij præferri in hæreditate paterna propriæ filiæ ſuæ, odio illā haberet, & proſequeretur. Addebatur, q puella ægrotauerat infirmitate quadam, & nunquam fuerat adhibitus medicus, quod etiam arguebat ſuſpitionem aduerſus patrem. Finaliter non deficiebat ſæuitia quędam, & malæ tractationes patris, quæ licet non eſſent tales, quòd ex eis ſolis præſumeretur aduerſus patrem, tamen iunctæ cum prædictis alijs ſuſpitionibus ſecundarum nu ptiarum, & quòd filia erat hæreditata in capitulis matrimonialibus, viſum fuit, quòd ſufficiebant ad prouidendum ſequeſtrum, q̃ non parabat magnum patri præiudicium, & vt tolleretur periculum vitæ filiæ, viſum fuit ſufficere ſæuitiam, de qua conſtabat: negari
32 enim † non poterat, quin filius propter patris ſæuitiam ſeorſum à patre viuere poſſit, quo caſu tenetur filio pater ex iſta iuſta cauſa ſeorſum habitanti, præſtare alimenta, vt dicit Pinel. in l. 1. par. 1. num. 53. & 55. C. de bon. mater. & Hieronym. Magon. deciſion. Florentin. 113. & Lucen. 17. num. 48. & 49. partes non nomino, quia non expedit, ſub die tamen memorata inuenies cõcluſionem in Archiuio Regio. Vbicunque ergo cum tranſitu patris ad ſecunda vota concurrent aliæ ſuſpitiones contra ipſum, non dubitarē æquiparare patrem cum matre, quoad priuandum eum tutela, gubernio, adminiſtratione, & educatione filiorum.

33 In vno caſu † reperio quoad hæc æquiparari patrem cum matre, & è contra, quando vnus, aut alter ex ipſis tranſit ad ſecunda vota per mortem alterius, quoad obligationē ſcilicet reſeruandi reliquis filij prioris matrimonij proprietatem bonorum aliorum filiorum prædefunctorum, vt ecce: moritur pater relictis duobus, vel tribus filijs, quibus bona ſua reliquit: moritur deindè vnus ex dictis filijs, ſuperſtite matre, & reliquis
34 filijs ſuis; clarum † eſt, quòd mater, cum reliquis filijs ſuccedit filio defuncto, iuxtà vulga. athent. defuncto, C. ad Senat. conſult. Tertullia. Si tamen poſteà tranſit ad ſecundas nuptias, amittit proculdubio, & tenetur reliquis filijs dicti primi matrimonij reſeruare proprietatem dictorum bonorum, ſolo vſufructu penès eam remanente, per l. fœminæ, C. de ſecun. nupt. l. illud, l. generaliter, l. hac edictali, C. eodem, cum alijs adductis latè per Sotomaior. de vſufruct. cap. 2. ex n. 9. Quibus adde Surd. in conſil. 91. num. 21. optima deciſio Rotæ Romanæ apud Farinac. in penult. volum. deciſionum à ſe recollect. deciſio. 638. In hoc æquales ſunt pater, & mater, quia ſimiliter pater proprietatem bonorum filiorum amittit, & eam reſeruat filijs primi matrimonij, ſicut mater, prout ex multis probat idem Sotomaior vbi ſupra num. 14. & in terminis terminantibus ſic Se
† natus *declarauit* 11. Martij 1578. inter Eliſabetham Ioannam Caſtellanam Pomet & Mombuy, & Onophrium Laurentium de Mombuy, ad relationem egregij olim Senatoris Guillermi Sunyer, vbi cùm de patre mota fuiſſet quæſtio reſpectu huius reſeruationis, deciſum fuit contra eum, & pro reliquis filijs ſuis.

35 In qua † deciſione fuit etiam & alius punctus deciſus, ecce, quòd ſi filij expreſsè cõſentiunt ſecundis nuptijs, euitatur hac pœna abſque dubitatione aliqua, propter remiſſionem, vel expreſſam, ſi facta fuit, vel etiā tacitam, quam Doctores ex iſto conſenſu, quem præſtant filij pro ſecundis nuptijs, colligunt, prout pluribus probat idem Sotomaior vbi ſuprà num. 110. & ſequenti. Du-
36 bium † tamen eſt maximum, ſi præſentes fuerint, & tacuerint, an ex hoc cenſeantur conſenſiſſe, & parentes liberi à pœna maneant, quod lata manu tractat idem Sotomaior loco ſuprà citato numer. 114. & poſt eum latiùs, non omittendus, Stephan. Gratian. diſceptatio. foren. 519. ex num. 46. lib.
† 3. Iſte punctus tuit *deciſus* in noſtro Senatu in ſuprà relata cauſa in fauorem filiorum, ex eo ſolo, *quòd non conſtaret dictos filios ſuperſtites ſecundo matrimonio conſenſiſſe, & licèt* (inquit) *non appareat de eorum contradictione, non tamen ex taciturnitate ipſorum argui poteſt*

poteſt conſenſus in re præſertim tam præiudiciali, & in qua ob paternam reuerentiam non audent filij communiter contradicere. Quam ſententiam tenet in terminis Gaſpar Anto. Theſaur.quæſtio.forenſi 30. num.5. qui infinitos allegat, & nouiſſimè Franciſcus Stephan.deciſio.33. num.8. & Rota Roma. in cita.deciſio.63.

Idem, quod pater, ſicut mater, teneatur reſeruare filijs primi matrimonij, quod habuit ex illo, vel ex ſucceſſione alicuius ex
† filijs dicti primi matrimonij, *declarauerat* anteà Senatus, nempè 7.Februarij 1547. in cauſa Petri, & Ioannis Tarroja, referente egregio olim Senatore N.Romeu.

37 Pulchrum eſt † dubium non rarò inter noſtros agitatum, ſi vxor nubit ſecundo de cõſenſu primi viri, putà reliquit vir vxori legatum quoddam in caſum ſecundarum nuptiarum, an illud ſit reſeruandum filijs primi matrimonij, iuxtà diſpoſitionem l.fœminæ, C.de ſecun.nupt. De hac quæſtione eſt tota deciſio.33.Franciſci Stephani, quam cũ ſuo Senatu reſoluit pro vxore, quòd non intret diſpoſitio dictæ l.fœminæ, vtpotè quia maritus poteſt has pœnas remittere. Neque enim dici poteſt mulierem, quæ ſoluta eſt lege viri, contra bonos mores nubere, ſicq.
† in Senatu Aqueuſi fuiſſe *declaratum* de anno 1582. tradit.

38 An mulier † iuuenis ſecundò nubens teneatur reſeruare filijs primi matrimonij, quæ habuit ex largitione viri ſenis, & annoſi, tractaui ſuprà in materia authen.res quæ, C.commu.de legat.hac eadem clau.5.glo.1. num.87.vbi vide.

39 Quartus † caſus, in quo ceſſat petitio quartæ, eſt quando fuiſſet iam inter viuos conſtituta, vel aliquid pro ea, vel etiam pro omnĩ eo, quod mulier poſt mortem mariti poſſet in illius bonis prætendere: tunc enim ceſſaret poſt mortem mariti petitio alterius quartæ, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. Ita in terminis Vincen. de Franch.deciſio.410.num.3. Ioan.Bapti. Coſta de portio.rat.quæſtio.84.nu.18.circa finem, & de remed.ſubſidiar.remed.2. nu. 4. etiam circa finem, qui dicit eſſe hoc prudens conſilium pro his diuitibus, qui amore ducti ducunt formoſas, ſed paoperes puellas, vt ſibi prouideant per conſtitutionem alicuius quotæ in caſu ſui prædeceſſus. Sic ego vidi multoties in multis capitulis matrimonialibus practicatum. Sed an
40 † prætextu læſionis, quæ videtur mulieri in his contingere, ſubueniatur ei, vel per reſtitutionem in integrum, ſi minor eſt, vel alias, ſi eſt maior, habebis infrà in fin.huius tract.de materia authent.præterea, vbi videas.

41 Quintus caſus † eſt, ſi anteà maritus bona ſua donaſſet, veluti contingit quotidiè in Cathalonia, quod parentes in contractu matrimonij donant bona filijs naſcituris poſt illorum mortem, vel etiam filio, quem nuptui tradunt, prout in primo tomo latiſſimè vidimus. In iſto caſu mulier non habet quartam in bonis prædictis, niſi eſſent alia per maritum acquiſita poſt donationem, quæ non eſſent in illa comprehenſa, Vincent.de Franch.deciſio.318.num.5.& deindè. Niſi
32 fuiſſet † in fraudem quartæ donatio facta, prout ibidem in fine docet idem Vincen.de
† Franch. vbi dicit ita ibi fuiſſe *declaratum* in facti contingentia per Senatum Neapolitanum, & adducuntur præſumptiones fraudis, quæ viſæ fuere ſufficientes vt ea deciſ. 10. fieret, Alexan.Rauden.in conſi.40.num.20. vol. 2. qui plures allegat.

43 Propter hoc † dicunt Doctores poſſe mulierem reuocare quæ maritus alienauit titulo lucratiuo, vt quarta ſibi debita ſuppleatur ad ratam, ſaltem vt ex patrimonio, quod ſuperſit, tantum habeat, quantum habuiſſet ſi alienatio facta non extitiſſet, vel vt ſi patrimonium ſufficiens non remanſit, ſuppleatur quarta ex bonis ſic alienatis, quod quia tibi pulchrè declarant Ioan.Bapt.Lader.h. Imolenſ.toto conſil.167.& Io.Baptiſ.Coſta de portione rata quæſt.84.num.17. ideò ad eos te remitto.

44 Sextus caſus † eſt ſuperiori ſimilis, ſi bona ſunt vinculata, ex eis enim non habet mulier quartam, vt in terminis docet nollet Oliba in ſecunda relectione §. fuerat, num. 36. inſtitut.de actionib. vbi allegat Oluer. Textor. & Guillerm. Benedict. Ratio eſt manifeſta, quia in authentic.præterea, & in corpore vndè ſumitur, expreſsè dicitur quartam detrahendam de ſubſtantia viri, & ſic
45 eſſe quartam ſubſtantiæ eius: bona † autem vinculata non ſunt nec ſubſtantia, nec de ſubſtantia mariti, imò computantur inter æs alienum, l.in imponẽda, ibi: *Omne æs alienum deducitur*, & ibi glo.in verb. deducitur, & l.irritum, verſicul. In imponenda tamen, ibi: *Fideicommiſſum debitum æris alieni loco deduci oportet*, C.ad legem Falcidiam. De quo vide Franc.Marzar.in conſil.41.num.1. & l.2.§.ſed quia, in verſi. Quia ſatis abſurdũ, C.communia, de legat. ergo non poterit ex eis quarta detrahi, & ſeu in eis modo aliquo prætendi.

46 Deinde, † vt in fine dicemus, hanc quartam capit mulier iure ſucceſſionis, & hæreditario, qui titulus non poteſt in bonis vinculatis verificari. Sequitur eandem opinionem, quòd quarta non debeatur de bonis vinculatis, Illuſtriſſimus Cardinalis Tuſch.

littera

littera V. conclusio. 401. num. 64. vbi refert quoddam ad id Cumani consilium. Idem sequitur Alexan. Rauden. in consil. 40. num. 79. lib. 2. vbi rationem esse dicit, quia legitima voluntas testatoris est seruanda, l. Modestinus, l. filiusfamilias, §. diui, de legatis 2. Simile est quod dicitur de feudalibus, & emphyteoticarijs, in quibus quarta non habet locum, vt Raudensis pluribus probat loco citato. Quæ licèt tam certa sint, clara, & expedita, non defuit tamen Aduocatus ex nostris, qui viam nouam, & inusitatam, vt ipse dicebat, ferro aperire volens, quartam in bonis vinculatis prætendere voluit, & ad id causam magnorum sumptuum, & impensarum in Senatu duxit. Verùm faciliter cõtra eum *declaratum* fuit, Relatore egregio Senatore Balthasare Morell, 1. Iunij 1616. in causa Catherinę Folcras, contra Ioannem Paulum Folcras villæ Ceruariæ. Scriba Perez. Dictum ibi fuit expressè, *quòd quarta debetur, & soluenda est de bonis mariti, & nõ de bonis restitutioni subiectis, cùm talia bona non sint mariti, imò computentur inter æs alienum*. Forsan expediet ad hoc videre quæ infrà dixi ad constitution. Hac nostra, circa illius beneficium, si habet locum in bonis vinculatis.

† Totum fundamẽtum huius Doctoris, qui prætendebat quartam in bonis vinculatis, fiebat in eo, quòd sicut maritus, sic socer tenebatur alere nurum cum filio, quando ipsi erant inopes, etiam si ducta esset per filiũ contra patris voluntatem sine dote, prout abunde habes apud Surdum in tracta. de alimentis tit. 1. tota quæstio. 38. Etiam si indignæ nupsisset filius, probauimus suprà teneri patrem ambobus, & famulis alimenta præstare, hac eadem clausula 5. gloss. 1. par. 1. num. 90. idque etiam de bonis vinculatis, vt multis probat Surd. in eodem tracta. tit. 8. priuileg. 19. num. 5. cùm socer sit nurui loco patris, vt probatur in dictis locis, & ego latiùs extendi infrà de restitutione dotis, vbi de priuileg. ne egeat, tractaui. Quarta autem authen. præterea, succedit loco alimentorum, quia relinquitur ne vxor in opprobrium benè transacti matrimonij mendicare cogatur, Roma. in l. diuortio, in prin. num. 15. ff. soluto matrimo. & alij citati per Surd. de alimentis tit. 7. quæstio. 11. num. 10. id quod etiam deprehenditur non obscurè ex traditis à nobis in toto hoc discursu, & signanter ex sæpè allegata decisione Barzij 128. Ergo (dicebat is Doctor) tenebitur etiam socer ad quartam & ex consequenti filius ex bonis illius, tametsi fuerint alijs vinculata, ad exemplum alimentorum, quæ de vinculatis etiam deducuntur, vt diximus, & ad instar etiam dotis, iuxtà authen. res quæ, C. commu. de lega.

Huius rationis nulla per Senatum fuit habita ratio. Dicerem ego, quòd quia argumentum est nimis generale, multæ deberentur quartæ, & à multis, si eo quòd quis alimenta debet, quartam etiam deberet. Restrictiuè loquuntur Doctores, respectu mariti diuitis, vt quarta succesferit in locum alimentorum. Præterea alimenta, quæ debentur à socero nurui, non sunt propter se, sed propter maritum, & in consequẽtiam illius, quia pater qui tenetur alere filium, tenetur etiam alere eius familiam, de cuius numero est vxor, vt dicunt ijdem Doctores. Adeò vt vxori nulla competat actio ad petendum alimenta à socero, tametsi eam alere cum filio teneatur, quando sunt pauperes, sed filius debet agere vt nurum alat, prout dicit Rui. in consil. 144. num. 19. lib. 5. & Surd. de alimentis titul. 1. quæstio. 38. num. 38. & anteà num. 26. dixerat, quòd propter filium socer tenetur. Non recordaris eorum, quæ suprà tradidimus hac eadem glo. 8. par. 9. nu. 33. vbi eam diximus limitatoriam, & exorbitantem à iure communi, & ex multis, irrationabilem etiam respectu mariti, & quoad successionem in illius bonis? Quomodo extendemus eam ad socerum, & ad illius bona? Tene ergo quod tenet vsus, si non vis esse illusus, id est tene quod Senatus sequitur, qui debet esse norma, & exemplar nostrarum actionum, non deberi quartam in bonis vinculatis.

47 Septimus casus † est in coniuge iniuriante, nec suum virum affectione coniugali tractante: ea enim non habet quartam, licèt sit pauper, & inops, & maritus multùm diues. Ita Simon de Pretis in consil. 9. num. 20. & seqnent. Costa de portione rata dicta quæstio. 84. num. 18. Hic casus non est prætereundus, nec parui faciendus, imò deberet sæpiùs coniugibus notus fieri, vt saltem præ timore huius pœnæ, quando non præ amore, se, vt decet, inuicem tractarent.

48 Octauus casus † est, quando militant quidẽ requisita, sed probatur quòd mulier expilauit hæreditatem, tunc enim quarã amittit, prout notat Fabian. de Pep. in dicta authenti. præterea, num. 26. Socin. senior consil. 121. num. 52. lib. 4. Alcia. consil. 252. aliàs 18. iam suprà sæpè citato, num. 15. Alexand. Raudens. consil. 40. num. 39. volum. 2. Ratio

49 est, † quia qui committit in legem, non debet eius beneficio gaudere, cap. quia frustrà, extra de vsur. Bald. in l. auxilium, in fin. ff. de minoribus. Et quia cùm beneficium quartæ fuerit ex clementia concessum, delinquens vxor eo digna reputari non debet, quæ per deli-

delictum reddita eſt odioſa legi, & conſequenter non poteſt dici incluſa in illius diſpoſitione, ad quam perſonæ odioſæ nō poſſunt aſpirare. Ita pulchrè ex Pep. Socin. & Alcia. ſuprà adductis, Io. Petr. Surd. deciſio. † 61. num. 16. vbi ita dicit *amplexum* à Sena-
50 tu Mantuano, ibique † reſpondet ei quod dicitur regulariter mulierem non puniri eo crimine expilatæ hæreditatis, Ladueſus, C. de crimine expila. hæredita. ſuffi. it enim q̃ puniatur de furto, quod idem eſt. Et denique probat, quòd gratia à Principe per mulierem de delicto obtenta, non noceat hæredibus, quibus per delictum fuerat ius quæſitum.

51 Octauus caſus † eſt, quando mulieri probaretur quòd impudicè vixit poſt mortem mariti, & eius thorum non caſtè ſeruauit, tunc enim non habet quartam, vt concludit Lup. in rubr. de donat. inter vir. & vxo. §. 67. nu. 15. Surd. cita deciſ. 61. nu. 18.

52 Idem latè † in doario, quòd illud mulier amittat propter impudicam vitam ductam poſt mortem mariti, probat Annę. Robert. rerom iudicatarum lib. 1. cap. 13. & dicit ita † *deciſum* in Senatu Pariſienſi, quod quidem doarium dicit introductum fuiſſe ad ſimilitudinem, ac velut in locum noſtræ quartæ portionis authenti. præterea, C. vnde vir & vxor.

53 Alios † caſus adducunt Doctores his ſimiles, quos paſſim reperies apud ſuprà à nobis allegatos, & lignanter apud Alexand. Kauden. in citato conſi. 40. volum. 2. & apud Stephanum Gratianum diſceptatio. forenſ. lib. 2. cap. 120. qui multùm in eis perquirendis laborarunt, quos omittimus quia ibi videri poſſunt, & exiſtimamus practicabiliores nos ex omnibus ſelegiſſe.

SVMMARIA.

1 *Mulier an debeat habere quartam ex authēt. præterea, C. vnde vir & vxor, in proprietate, an in vſufructu.*

2 *Mulier ſolum habet quartam in vſufructu quando adſunt filij communes. vbi deciſſ. Senatus.*

3 *Mater quæ habet quartam in vſufructu, an poſſit eā relinquere filiæ excluſæ per ſtatutum extantibus maſculis. vbi pro negatiua deciſio.*

4 *Mater an poſſit de quarta quam habet in vſu fructu, inæqualiter inter filios diſponere.*
Pater acquirens aliquid pro ſe, & filijs, an poſſit inæqualiter acquiſita inter filios diuidere. ibid.

5 *Mulier habens quartam in vſufructu propter filios, an illis mortuis habeat eam in proprietate.*

6 *Mulier, quæ non habet filios, habet quartam in proprietate.*

7 *Mulier non habet quartam niſi in vſufructu quando non adſunt niſi filij ex primo matrimonio, ſecundùm aliquos.*
Alijs contrarium tenentibus. num. ſeq. vbi deciſſ. noſtri Senat.

8 *Irnerius, qui authenticas Codici inſeruit, non habebat poteſtatem legis condendæ.*

9 *Dictio, præterea, importat continuationem addendo.*

10 *Mulier habet quartam in vſufructu tantùm exiſtentibus filijs tam primi, quàm ſecundi matrimony.*

11 *Inhabilis admittitur, & ſuſtinetur propter concurſum habilis.*

12 *Mulier haberet quartam in proprietate concurrentibus filijs primi, & ſecundi matrimonij, ſi filij communes renuntiarent iuri ſuo, vel alias decederent non adita hæreditate, vel incapaces forent.*

13 *Quod declaratur ab Auctore quomodo ſit intelligendum.*

14 *Pia cauſa inſtituta an ſicut exiſtentia filiorū communium, faciat ne mulier habeat quartam niſi in vſufructu.*

15 *Priuilegia non ſunt multiplicanda, neque ſpecialia.*

16 *Priuilegiatus, in dubio non vtitur priuilegio, ſed iure communi.*

17 *Mulier relicta vſufructuaria, ſi filij decedēt habet vſumfructum totum.*
Idem eſt ſi poſteà ſit ſubſtituta pia cauſa. ibidem.

18 *Mulier, exiſtente cauſa pia in medio, non habet quartam in proprietate, ſed in ſolo vſufructu. & numeris ſequentibus. & ſignanter num. 27. vbi deciſio noſtri Senatus.*

19 *Pia cauſa obtinet locum filiorum.*

20 *Piæ cauſæ quod relinquitur, cenſetur animæ relinqui.*

21 *Piæ cauſæ fauor ſolet comparari fauori filiorum.*

22 *Diſpoſitio introducta ſpeciali fauore filiorū, extenditur ad cauſam piam.*

23 *Pia cauſa non habet priuilegia filiorum quādo militat diuerſa ratio.*

24 *Affectio tanta non præſumitur in cauſam piā, quanta in vxorē.*

25 *Conſuetudo Bulgar. contra vſumfructum relictum vxori, in quo fundetur.*

26 *Authen. præterea, eſt multum odioſa, imò irrationalis ab aliquibus aſcitur, ideò reſtringenda.*

27 *Pia cauſa eſt ſemper multùm fauorabilis.*

Pia

Pia cauſa habet hunc fauorem, vt in dubio pro ea debeat iudicari. ibid.

28 *Baldus dicit ſe nunquam contra bonum animarum conſuluiſſe ſine compunctione animi.*

29 *Improbus eſt qui nititur infringere iudicia defunctorum.*

30 *Mulier an in quartam debeat imputare dotem paruam quam habet, an vltra eam ſit ei dãda quarta. vbi decif. noſtri Senatus.*

31 *Quod imputanda ſit, probatur euidenter. vbi decif. noſtri Senatus.*

32 *Legata imputantur in quartã authentic. præterea.*

33 *Donatio facta mulieri inter viuos imputatur in quartam authen. præterea.*

34 *Legata pura ſunt quæ imputantur in quartam, non alia.*

35 *Dominium momentaneum, & nullum fructũ adferens, non eſt conſiderabile.*

36 *Translatio dominij, quæ momento durat, non eſt conſiderabilis. vbi deciſio noſtri Senatus.*
Acquiſitio momentanea nihil operatur. ibidem.

37 *Dos mulieris eſt ante detractionem quartæ ex authent. præterea, tanquam as alienum detrahenda.*
Quarta authent. præterea non deducitur niſi deducto priùs ære alieno. ibidem. vbi deciſio.

38 *Marito, ſi concurrunt requiſita, etiam competit quarta authent. præterea, C. vnde vir & vxor.*

39 *Niſi habeat liberos qui habeant bona materna, & ipſe vſumfructum in eis.*

40 *Federic. Scot. reprobatur.*

41 *Vir, & vxor non debent ad imparia iudicari.*

42 *Mulier non alitur ex bonis mariti durante lite in qua petit quartam ex authenti. præterea.*

43 *Nemo tenetur aduerſario miniſtrare ſumptus litis.*

44 *Alimenta, & litis ſumptus non ſunt aduerſario miniſtrandi, præterquam in caſu l. ſi inſtituta, §. de inofficioſo, de inofficio. teſtament.*

45 *Dines non facit ſumptus pauperi litiganti.*

46 *Alimenta non præſtantur mulieri pendente lite, quando agit pro reſciſſione obligationũ per eam pro marito factarum.*

47 *Alimenta non præſtantur mulieri agenti contra tertios bonorum mariti poſſeſſores.*

48 *Reprobantur qui contrarium tenent.*

49 *Deciſio noſtri Senatus contra mulierem petentem alimenta pendente lite ſuper quarta.*

50 *Renuntiatio iuris detrahendi quartam ex authent. præterea, facta in capitulis matrimonialibus, an valeat.*

51 *Renuntiatio lucris conſtante matrimonio faciendis facta, valet.*

52 *Mulier, quæ contentata fuit in capitulis matrimonialibus habere certam quantitatem, nõ habet quartam authent. præterea. vbi deciſ. noſtri Senat.*
Senatus noſter in quæſtione an valeat renũtiatio quartæ, diuerſimodè iudicauit. ibidem.

53 *Sententiæ benè latæ in peius quandoque per alios iudices reformantur.*

54 *Opinio Auctoris, quòd valeat renuntiatio quartæ.*
Pacta omnia, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus valida ſunt, niſi expreſsè prohibeantur, ibidem.

55 *Pactionibus factis in capitulis matrimonialibus, non poteſt poſtea derogari. vbi deciſio.*

56 *Matrimonium forſan non fuiſſet contractum ſine pactis in capitulis matrimonialibus inſertis.*

57 *Pacta, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus ſolent fieri cum magna maturitate, præſentibus conſanguineis, affinibus, & amicis.*

58 *Renuntiari poteſt ei quod mihi adhuc non competit. vbi pulchrè declaratur.*

59 *Prouiſio hominis an tollere dicatur prouiſionem legis in renuntiatione quartæ. vbi Senatus.*

60 *Iuramentum appoſitum in renuntiatione quartæ authent. præterea, C. vnde vir & vxor, eſt ſeruandum.*

61 *Mulier minor, quæ renuntiauit quartæ authẽtic. præterea, non habet reſtitutionem in integrum.*
In hac renuntiatione non poteſt conſiderari læſio, & quare. ibid.

62 *Deciſio Rotæ Romanæ perpulchra pro materia renuntiationis quartæ authentic. præterea.*

63 *Læſio nunquam eſt conſiderabilis quando ſpes eſt incerta, vel dubia, nec nata adhuc eſt.*

64 *Renuntiatio authent. præterea, C. vnde vir & vxor, in minore, an requirat ſolemnitates.*

65 *Renuntiatio iuris quærendi non ſubiacet diſpoſitioni Paulinæ ſuper rebus Eccleſiæ non alienandis editæ.*

66 *Mulier conſequitur quartam authentic. præterea, C. vnde vir & vxor, titulo hereditario, ideò pro ea tenetur pro ſua rata ad res alienum hæreditatis. vbi deciſio noſtri Senatus.*

GLO-

GLOSSA VIII. PARS XII.

Diſcutiuntur quinque puncta ad intelligentiam authentic. præterea, C. vnde vir, & vxo. neceſſaria.

1 REſtat † diſcutiamus pro totali materiæ declaratione quinque puncta neceſſaria ad ipſius intelligentiam.

Primum, nunquid in vſufructu, an in proprietate debeat coninx habere quarram, quando ei de iure competit.

Secundum, andos illa patua, quam mulier habet, ſit in ea computanda.

Tertium, nunquid tam marito, quàm vxori ius petendi quartam competat ſi inopia laborer.

Quartum, num pendente lite inter viduã, & hæredes mariti ſuper illa quarra, ſint viduæ ſubminiſtranda alimenta, & litis ſumptus, prætextu ſuæ paupertatis.

Quintum denique, nunquid huius quartæ petitioni poſſit renuntiari, & num valeat, & teneat renuntiatio, & an ſaltem concedatur reſtitutio aduerſus dictam renuntiationem, tanquam læſiuam.

Quoad primum, quantũ eonijcio ex multis Doctoribus, quos in hac materia legi, quatuor caſus per eos communiter diſtinguuntur. Primus eſt, quando extant filij communes. Secundus, quando non extãt. Tertius, quando extant liberi prioris matrimonij tantùm. Et quartus, quando tam ex primo, quàm etiam ex ſecundo.

2 In primo † caſu, mulier ſolùm eſt vſufructuaria iſtius quartæ, & proprietas liberis reſeruatur, vt probatur expreſsè ex dicta authen. præterea, & in corpo. vnde ſumitur, & tradunt omnes quotquot fuerunt ſupra adducti. Quibus adde Surd. deciſio. 8. nu. 11. Sotomaior de vſufruct. lib. 1. cap. 45. num. 23. & infinitos penè, quos ipſi allegant. Adde item Io. Baptiſtã Coſta de re integr. diſtinctio. 106. num. 1. Eſt de hoc in terminis noſtri Senatus deciſio facta 18. Septembris 1556. inter Mathianam Vilella, & Ioannem Vilella, coram egregio tunc Senatore N. † Riuſee, vbi fuit expreſse *dictum*, quando adſunt filij communes, mulier ſolùm eſt vſufructuaria quartæ, non proprietaria. Vide in Archiuo Regio. Et rurſus de hoc eodem puncto pro quarta in vſufructu, fuit facta † alia *declaratio* 7. Auguſti 1560. inter Hieronymum de Cortit, & Ioannem Vilella, Relatore eodem Riuſec. Sed an cauſa pia in hoc gaudeat beneficio filiorum, videbis inferius.

3 Circa † quem quidem caſum, nota alium pulchrum, qui ſucceſſit diſputandus in Senatu Mantuano apud Surdum dicta deciſ. 8. per tot. qui eum nouum appellat: nunquid mulier, quæ ex diſpoſitione authentic. præterea, conſequuta fuerat quartam in bonis mariti, potuerit eam totam relinquere filiq, quæ ex forma ſtatuti excluſa erat a paterna ſucceſſione ſtante maſculo, licet non à ma. † terna; & dicit fuiſſe *reſolutum* quòd non, cùm ipſa ſolùm in ea vſufructum haberet, & proprietas reſeruata erat, & reſeruara cenſebatur liberis communibus: liberis (inquã) habilibus ad ſuccedendum patri, vndè veniunt bona, non matri, quæ præter vſumfructum nihil habet in quarta.

4 Pulchriorem † & alium caſum circa idem ponit idemmet Surd. ibidem num. 31. nunquid de iſta quarta poſſit coniux inæqualiter inter filios diſponere, quam quæſtionem reſoluendam vult ex eo quòd Doctores tradũt in materia quando eſt aliquid alicui relictũ eum eõditione, & grauamine, & teneatur inter liberos diſtribuere, vel ipſe aliquid acquiſiuit pro ſe, & liberis ſuis, nunquid poſſit is, qui ſic acquiſiuit, vel cui ſic relictum eſt, inæqualiter inter liberos diſponere, quæ eſt materia quam tractant Paul. de Caſtr. in conſil. 442. num. 6. Brun. de ſtatu. excluden. fœmi. artic. 13. num. 128. Natta conſil. 475. num. 9. & conſil. 501. num. 14. idem Surdus toto conſil. 29. & ego idem nonnihil de hoc dixi in primo tomo elauſul. 4. gloſſ. 9. par. 1. à numer. 7.

5 Huc intrat † appoſitè quæſtio iam aliàs ſuprà prætacta, quam diſputac Natta in cõſil. 605. nunquid ſi poſtmodum liberi moriuntur, habeat mulier proprietatem quartæ, id eſt an ex vſufructuaria fiat proprietaria, tanquam ex ceſſante cauſa, propter quã à principio vſufructuaria tantum erat. Hic Doctor reſoluit quod non. Ioſeph. tamen Ludoui. commn. conelnſio. 35. in vertic. Verùm, è contra tenet quod ſi., & ambo (quod eſt mirãdum) per eadem media: dicit enim ille, quòd quemadmodum mulier relicta vſu fructuaria propter liberorum exiſtentiam non habens niſi ſola alimenta, non propter eã fit vſufructuatia plena, quòd filij decedãr. Sic hic. Ludoui. verò dicit, quod imò è cõtra, quemadmodum mulier prędicta per obitum filiorum fit vſufructuaria, vt eſt (inquit) eommunis opinio, de qua inter alios per Gabriel. de vſufruct. concluſio. 2. in fine, & per Peregrin. de fideicommiſſ. art. 16. nu. 145. quem ego addo, ſic hæc noſtra ex vſu-

fcu-

fructuaria debet fieri proprietaria quartæ, si deficiunt liberi, qui eam vsufructuariam faciebant. Tu ibi vide cùm occurret casus: nec omittas quæ nos multùm ad propositum adduximus in primo tomo claus.4. gloss.22.num.58. vnde meam colligere poteris sententiam.

6 In secundo † casu, quando non extant liberi ex eo matrimonio, certum est, & indubitatum, quòd proprietas quartæ, non solus vsusfructus, mulieri debetur, vt eisdem iuribus probatur, & concordant DD. omnes absque difficultate.

7 Circa tertium † casum, quando mulier habet quartam in bonis secundi viri, & non extant nisi filij primi matrimonij, est difficultas, nam Andre. Angul. in commentar. ad leg. reg. melioratio. l. 9. gloss. 2. num. 13. credidit, quòd etiam si non adsint nisi filij ex primo matrimonio, mulier nõ habebit quartam nisi in vsufructu, non in proprietate, ductus verbis authent. præterea, ibi: *Vt tamen eiusdem matrimonij liberis proprietatem seruet[illegible]int, his verò non extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiã dominio.* Quibus verbis (dicit is Doctor) satis innuit text. quòd coniux tenetur eriam reseruare proprietatem filijs prioris matrimonij, cùm tex. de communibus liberis loquutus, postea adijciat, *quòd si nullos habuerit*, quod de alijs, quàm de communibus intelligendum est. Alias deindè adducit rationes, quæ ibi videri possunt.

Sed communis tenet contrarium. Ratio est, quia illa verba, *vel si nullos habuerit*, posita in dicta authenti. præterea, in quibus Angul. facit vim, non leguntur in originali, nempè in eorpore vndè ea sumitur; solùm enim ibi mulieri præcipitur, & iniungitur reseruare filijs communibus proprietatem, & de alijs nullum omninò verbum. Irne-

8 rius † autem, (caue quid dicas, qui vidisti non omnibus placere quòd Irnerium reprehendas. Nihil moror: iam pro me respondi in superioribus hac eadem gloss. 8. par. 1. num. 20.) qui authenticas compilauit, & Codici commixtuit, non habebat aliquam legis condendæ potestatem, & ideò quando discrepant ab originali, eis non creditur, prout pulchrè notat Dec. in principio dictæ

9 authenticæ, dicens, quòd † licèt dictio, *præterea*, de sui natura importet continuationem addendo, ibi tamen non potelt ponderari ad aliquem effectum, quia non legitur in originali, sed Irnerius ex suo capite posuit. Sequitur Dida. in cap. Raynutius, §. 6. num. 4. circa med. de testament. Federicus Scot. respons. 5. num. 43. tom. 1. lib. 3. & Alexand. Raudens. consil. 40. num. 45. volum. 2. Tenent principalem hic factam resolutionem, quòd quando adsunt soli alterius matrimonij liberi debeatur quarta in proprietate, Ioseph. Ludoui. conclusio. 35. in princ. Ioan. Vincent. Hondede. in consil. 93. nn. 6. volum. 1. Ioan. Baptista Costa de re integra allegata distinctio. 106. nnm. 1. Surd. citata decisio. 8. num. 11. Grego. Lopez in l. 7. glo. 1. in verb. *Fijos*, tit. 13. parti. 6. Micha. Graff. de successio. ab intestat. quæstio. 39. num. 2. Iste articulus disputabatur in illa causa viduæ Bassols, de qua suprà, in qua licèt pro hæredibus defuncti, quos ego defendebam contra viduam, allegaretur doctrina Angu. supetiùs relata, de victoria tamen in hoc pa rùm confidebam, cùm viderem iura aperta in oppositum, & communiter Doctores in

† contrarium inclinantes. Id quod *insinuasse* aliàs visus est noster Senatus, dum in causa Angelæ Morell viduæ villæ de Blanes, contra Catherinam Salauert, ad relationẽ egregij primùm Senatoris, postea à Regiam Cãcellariam Regentis, Francisci Descamps, sub die 7. Decembris 1595. Actuar. Palau, & est conclusio in Archino Regio, sub die 21. Nouembr. eiusdem anni. Dum (inquã) non obstante quòd existebant tres filiæ defuncti, in cuius bonis adiudicabatur quarta, nempè vna ex prima vxore, & binæ ex secunda, fuit dictæ Angelæ, quæ erat tertia coniux, adiudicata quarta in proprietate, *attento filiæ non erant vltra tres, & erant ex alijs matrimonijs.*

10 In quarto † casu, quando adsunt filij tam prioris, quàm etiam posterioris matrimonij, quartam non habet mulier nisi in vsufructu, & proprietas vtrisque filijs reseruatur, ad eosque spectat æqualiter, prout in terminis probat Vincent. de Franch. decisio. 621. num. 3. qui allegat Purpurat. in additio. ad Iason. in dicta authentic. præterea, & id confirmat ex traditis per eundem Ias. in l. si emancipati, num. 10. & 22. C. de col-

11 lationibus, vbi † propter concursum personæ habilis admittitur, & sustinetur inhabilis, quæ sine alterius interuentu non admitteretur: sic dicitur in nostro casu, qnòd licèt liberi alterius matrimonij non admitterentur, si soli fuissent, ad proprietatẽ quartæ, quia tamen cum eis concurrunt filij communes, qui procnldubio admitteutur, ideò per hos conceditur illis, quòd ad dictã proprietatem admittantur, & efficitur quòd mulier habeat dumtaxat quartam in vsufructu, quam in plena proprietate habuisset, si cum liberis alterius matrimonij isti communes non concurrissent. Sequitur Costa de re in-

12 teg. distinctio. 106. num. 1. Addunt † ijdem Doctores, quòd si filij communes essent incapaces,

capaces, vel repudiarent paternam hæreditatem, vel etiã decederent ea adhuc non adita, in iſtis caſibus in proprietate acquireret mulier quartam, tunc illi filij communes nõ influerent in alios alterius matrimonij, ꝙ ſic
13 fore † intelligendum arbitror, non aliter: alienim renuntiatio filiorum communium fieret poſt patris aditam iã hęreditatem, vel etiam decederent re iam integra non exiſtente, ratione dictæ alienationis per vtroſque liberos factæ non video qualiter ius quæſitum liberis alterius marrimonij poſſit auferri.

14 Abſoluamus † rem hanc diſputatione, & reſolutione pulchri caſus, qui eſt, nunquid quæ diximus de exiſtentia liberorum, quod ipſi faciant ne in proprietate, ſed tantùm in vſufructu vxori acquiratur quarta, procedant quando nõ adſunt filij, ſed in illorum locum eſt pia cauſa inſtituta. Prima quidem facie videtur reſoluendum negatiuè, quia etſi cauſa pia ſit multùm priuilegiata, vt per Tiraquell. & quos ipſe latiſſimè allegat in tract.
15 de priuilegijs piæ cauſæ; tamen † priuilegia non ſunt multiplicanda, neque plura ſpecialia, l. ius ſingulare, de legibus, l. cum pacto. §. gener, ff. de iur. dot. l. 1. C. de dot. promiſſio.
16 & in dubio † priuilegiatus non vtitur priuilegio, ſed iure communi, & nõ reperitur eccleſiam, vel piam cauſam eſſe in hoc ſpecialiter priuilegiatam, ideò qui nititur priuilegio tenetur probare, quia vidua habet intentionem fundatam ſuper iure communi, quòd nõ exiſtentibus liberis quarta ei acquiritur in
17 proprietate. Conducit † quod communiter reſoluunt Doctores in materia legati vſusfructus per maritum vxori facti, cõſtat enim quòd ex conſuetudine Bulgari exiſtentibus liberis reſoluitur huiuſmodi legatum in alimenta, cæterùm ſi filij poſteà moriuntur, legatum redit ad propriam naturam, & mulier conſequitur plenũ vſumfructum, de quo puncto pleni ſunt libri, pleniùs omnium Surdus in tractat. de aliment. tit. 2. quæſt. 15. per tot. vbi omnium dicta cumulauit, de qua etiã te videbis latiùs in inferioribus, vbi de explicatione conſtitution. Hac noſtra, agimus. Circa hunc caſum reſoluunt cõmuniter DD. quòd ſimiliter vſumfructum mulier habet, etiam ſi poſt filios eſſet cauſa pia ſubſtituta, & in bonis poſt eos ſuccederet; non enim in hoc gaudet pia cauſa priuilegio filiorũ, quia non eſt tantus fauor erga cauſam piam, ſicut erga filios; ita in terminis reſoluunt Bal. & Imol. in l. & ſi contra tabulas, de vulgari. Socin. iunior conſil. 85. volum. 1. num. 25. Surd. qui plenè diſputat, in tract. de alimen. tit. 2. qu. 15. ex ou. 163. Anton. Gabr. de vſufruct. concl. 3. n. 17. Cardin. Mantic. de coniectur. vlti. volunt. lib. 9. tit. 7. nu. 36. Hercul. Marcſcot. variar. reſolutio. lib. 1. cap. 29. num. 18. Eodem modo videtur in noſtro caſu dicendum, quod quando nõ adſunt filij, cauſa pia non ſubrogatur in eorum locum cum illorũ priuilegijs, & prærogatiuis.

18 Mihi † contrarium videtur dicendum, ꝙ imò cauſa pia, ſicut filius, faciat ne vxor in proprietate habeat quartã, ſed ſolùm in vſufructu, quia licèt cauſa pia non reperiatur in hoc particulariter priuilegiata, ſufficiunt ta-
19 men generalia priuilegia, per quæ † dicitur, quòd obtinet locum filiorum, cap. in præſentia, de proba. cum concor. cùm † quicquid in
20 pias cauſas relinquitur, cenſeatur animę ſuæ relictum, quo nihil quiſquã habeat charius, qua de re, ad plenam horum confirmationẽ, plura adducunt Manti. de coniectur. vltima. volunta. lib. 5. tit. 16. ex nu. 34. cum ſequent. Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 15. ex nu. 164.
21 vbi dicit, † quòd fauor piæ cauſæ ſolet com-
22 parari fauori filiorum; & † quòd diſpoſitio iotroducta ſpeciali fauore filiorum extenditur etiam ad piam cauſam, vt probat Surd. vbi ſup. multas inſtantias adducens.

23 Nec † mouet exemplum, quod adduximus de vxore relicta vſufructuaria, in quo non idem opetatur exiſtentia piæ cauſæ, ꝙ liberorum, quia id fit ex quo ratio quæ militat in filijs, non militat in pia cauſa: illa enim interpretatio ſecundùm conſuetudinem Bulgari fit fauore filiorum, quia non conuenit matrem omnia habere, & filiũ, quĩ ex carne teſtatoris deſceodit, interim nihil habere, & fame perire.

24 Quæ ratio nõ viget io cauſa pia, † nec præſumitur tãta affectio io cauſã piã, vt ſuperet affectionem io vxorem reſpectu vſusfructus illi relicti, ſicut præſumitur in filios, ita Soci. in eita. conſil. 85. nu. 23. vol. 1. & Surd. in alle ga. qn. 15. tit. 2. nu. 169. verſ. Prior. In noſtro caſu nõ ſic ſe res habet, nihil enim tractamus de maiore, vel minore affectione teſtatoris, ſed de puncto nudo, & crudo, nuoquid priuilegia filijs conceſſa cõcedantur & cauſis pijs, quod cùm affirmatiuè procedat, ideo quod filijs, ſi adeſſent, conceditur, nõ debebit denegari cauſæ piæ.

25 Die clarius, † quòd cõſuetudo Bulgari in caſu ſuperiori, non eſt fundata in alio, quàm in coniecturata mente teſtatoris, cùm nõ ſit verifimile quòd pater voluerit integros fructus vxori relinquere, & priuare filios, quia hoc eſſet crudele, vt dicit Io. Andr. in addit. ad Speculato. tit. de pignor. §. fin. num. 16. in additio. incip. Durat, cum alijs pluribus adductis per Mareſcot. varia. reſolu. lib. 1. cap. 29. nu. 4. ideò nihil mirum, ſi ad alios, quàm ad filios noo extenditur. Diuerſum eſt in noſtro caſu, in quo, vt iam dictum eſt, non

tractatur de interpretanda volũtate teſtatoris,ſed de legis diſpoſitione intelligẽda,quæ facilè à libetis ad pias cauſas extenditur, ſicut in alijs pluribus cauſis,& caſibus,de quibus per Doctores ſuprà citatos.

26 Præterea † materia authẽ.præterea,eſt multũ diuerſa ab alijs,quia eſt odioſa valdè,imò irrationabilis appellatur à DD.vti in princ. diximus,non repeto,idcò quantum fieri pôt eſt reſtringenda,ex reg.odia,de reg.iur.in 6. maximè cùm æquè benè cum ſolo vſufructu, atqui cũ proprietate ferè ſemper ſatisfiat intentioni,& menti legis,quæ eſt vt prouideatur mẽdicirati mulieris dum viuit,& deniq.

27 maximè † in concurſu cauſę pię,pro qua ſemper in dubio eſt iudicandum,c.vlt.de re iud. ſumma enim eſt ratio,quæ pro religione facit,l.ſunt perſonæ,in fi.de relig.& ſump.fun.

28 Concludo † cum Bal.in conſ.254.in fi.vol.1. quem refert Manti. de coniec.vlt.vol.lib.5. tit.15.nu.43.qui in fauorem cauſarum piarũ ſcribit ſe contra bonum animarum nũquam

29 conſuluiſſe ſine compunctione animi,& † improbus eſt qui nititur infringere pia iudicia defunctorũ,l.nulli dicere,& ibi Bal.in prin. C.de epiſc.& cleri.Quare igitur nos contra cauſas pias ibimus? Nulla eſt ratio,qua id in caſu occurrenti facere debeamus.

Contigit ille caſus diſputari in noſtro Senatu de anno 1527. coram egregio olim Se-

† natore N.Paſtor,in quo poſt *declaratũ* puncto, quòd uõ datur retentio hæreditatis pro quarta authen.præterea,& poſt eã adiudicatam in eo caſu,quia aderant requiſita,fuit ad dictum, *Quòd ex quo pia cauſa erat hæres inſtituta,quæ loco filij* (inquit) *habetur,quo caſu in eam iuris debetur quarta in ſolo vſufructu, ideò non erat quarta prædicta in proprietate, ſed in ſolo vſufructu adiudicanda*, prout ita factum fuit. Partes erant Franciſ.Mateu vidua,& manumiſſores teſtamenti, ſeu vltimæ voluntatis Antonij Mateu quondã illius viri. Deciſio fuit facta 20. Iulij anni prædicti 1527. Vide in Archiuo Regio.

30 Veniamus † ad ſecundum punctum,qui eſt nũquid iſta dos parua,quæ quartæ locum facit imputetur in eam,an verò debeat mulier dotem habere præcipuam,& poſteà ex reliquo patrimonio quartam deducere. Hãc vltimam partem negantem imputationẽ,contra me defendebant qui partes viduæ Baſſols,de qua ſuprà,ſuſtinebant. Allegabãt pro ſe ſignanter prouiſionem factam per egreg. olim Senat.dõ Monſerratũ de Guardiola,1. Febru.1594.in fauorem Mariæ de Barutell, contra Petrum Roca,de qua ſuprà,quatenus

† *adiudicat* mulieri quartam, nihil dicendo q̃ dos mille librarum,quę habebat,in eam imputaretur,aut imputari deberet, quæ prouiſio, quamuis fuerit commutata, non tamen

31 quoad hoc.Sed † non habebant rationẽ,quia imò computanda dos eſt cum alijs bonis mulieris,ſi quæ habet,vt tenent plures,quos refert & ſequitur Hiero.Gabr. in conſ.142.n. 33.vol.1.vbi id receptius eſſe teſtatur,Honded.in conſ.93.nu.39.vol.1.Feder.Scot.reſponſ.5.nu.13.to.1.lib.3. Steph.Gratia.diſcep.foren.lib.1.c.120.nu.82. Et noſter Senatus in illa Eliſabethis Bou,cõtra hæredes

† viri ſui defuncti,expreſſim *dixit* hoc modo: *Hoc intellecto,quòd dicta Eliſabeth Bou teneatur dictas ducentum libras ei per dictum Ioannem Bou donatas, in prædictam quartam imputare*. Erant autem dictæ ducentum libræ dotales, verum eſt quòd à marito donatæ,vt ſuprà diximus.

Nec offeit exemplar ſumptum de cauſa Mariæ de Barutell ſuprà adductum,quia ibi non fuit articulus deciſus, ſolùm fuit quarta adiudicata, liquidatione illius reſeruata, in qua veniebat poſteà decidendus articulus.

32 Iſta † in quartam imputatio,ſeu computatio, fit,& fieri debet non ſecùs atqui de legatis,ſi quæ fiant à viro vxori dicimus q̃ imputari habeant,prout notãt omnes in dicta authent.præterea, & poſt alios Surd.de alimẽ. tit.9.q.35.n.17. vbi dicit,quòd ad ſummum vxor conſequitur ſupplementum quartæ, ſi minus ſit ei relictum ab eius viro,Molfeſ.ad conſuetud.Neapol.par.6.de iur.dot.qu.11. nu.15.Manti.de conie.vlti.vol.lib.10.tit.2. n.7.Surd.conſ.388.n.20 Cotta de re integr. diſt.106.nu.4.Scor.vbi ſup.

33 Idem foret, † ſi aliquid fuiſſet à viro vxori inter viuos donatum,imputaretur ſiquidem in quartam, niſi illud conſumpſiſſet, & dilapidaſſet iam ante mortem viri,prout declarat Surd.deciſ.119.n.30.& 31.& Steph.Gratia.diſcep.foren.lib.1.c.120.ex nu.83.

34 Intellige † de legato vxori facto per virũ liberè, id eſt,ſine onere reſtitutionis:ſi enim grauaretur mulier ſtatim reſtituere,ita vt nihil eſſet ei permanſurum, tunc non imputaretur legatum,quia non videtur vxori relictũ quod alteri tenetur reſtituere.

35 Et quia † illud dominium, tanquam momentaneum,& nullum fructum afferens,non eſt conſiderabile,& ideò lucro illius non dicitur cedere, prout in puncto concludunt plures,quos adducunt Surd.conſ.251.nu.29. lib.2.& Stepha.Gratia.diſcep.foren.lib.1.c. 120.nu.31.& 32.& c.132.ex nu.37.

36 Adde † quæ nos etiam adduximus in primo tomo clauſu.4.gloſſ.9.par.5.ex numer. 126. vbi multis probauimus non eſſe cõſiderandam translationem dominij,quæ momẽto durat, quod etiam pluribus comprobat Tiraq.pro more facundus in repetit.l.ſi vnquam,

quã, verb.ſuſceperit liberos,n.173.ad med. verſ.Id quod intelligunt omnes, & Vinc.de Franc.deciſ.14.nu.26.Quod noſter Senatus † ſuperegregius in pulchro caſu *ſequutus* eſt,in cauſa Admiuiſtratorum piæ eleemoſynę Eccleſiæ Barcinonę, contra Procuratorem Fiſcalem Patrimonialem, & Syndicum oppidi de Sitges. Dixit enim in ſententia lata referente egregio olim Senatore Iacobo Puigmija 30.Octobris 1606. acquiſitionem factam per Regem de oppido, & caſtro de Sitges, non eſſe in conſideratione vt dicerentur ea tedijſſe ad Regiam Coronã, *Quia* (inquit) *dicta acquiſitio momentanea fuit,& non eo animo facta vt acquiſita aggregarentur Regio patrimonio, ſed magis ad acquirendum Reginæ, cui antea donata per Regem fuerant,&c.* Actuarius eſt Benedictus Sacares. Hæc non pœnitebit adionxiſſe illis, quæ in primo tomo ad hoc propoſitum dixeram.

37 Deducenda † eſt autem primò dos ex patrimonio, tanquam æs alienum, & mox ex reliquo computanda quarta, & in ſolutionẽ illius reſtituere mulieri dotem, & ſupplere ei ex reliqno patrimonio quod deeſt ad cõplementum quartæ, quia ea non deducitur niſi omni prorſus deducto priùs ære alieno, taliter quòd ſi ea deductione non facta, habuiſſet mulier quartam, proportionabiliter teneretur contribuere ad æs alienum. Ita † pulchrè Viui.tota deciſio. 163. vbi ita *deciſum* fuiſſe dicit in Audientia Apuliæ de anno 1583.Io.Bapt.Coſta de pottio.rat.quæſtio.84.per totam.

38 Quoad † tertium punctum, eſt quod breuiter illum reſoluamus, dicẽtes non eſſe dubium quin etiam marito competat quarta in bonis vxoris, ſi concutrunt requiſita, nempè quòd illa diuitijs multis abundet, hic verò ſummâ paupertate,& inopia laboret,pro ut eſt communis Doctorum opinio in dicta authen.præterea, & communem dicunt Viui.in commun.opinion. verb. vxor, num.7. Micha.Graſſ.de ſucceſſ.ab inteſta.q.39.n.8. Greg.Lop.in cita.l.7.tit.13.gloſ.4.parti.6. 39 vbi limitat † niſi ex vxore prædefuncta habeat liberos, qui ſuccedant matri, & ipſe habeat vſumfructum, tunc enim ceſſaret quartæ petitio,quia ceſſaret inopia,Ioſep.Ludo. concluſio.35.ampliatio.5. Gail.practic.obſerua.lib.2.obſerua.98.num.5. Coſta de remed.ſubſid.remed.2.nu.2. 40 Quo fit † vt non aſſentiar Federi.Scot.in citato reſpon.5.to. 1.lib.3.nu.12.& 38. quatenus conatur probare non habere locum eam diſpoſitionem in fauorem viri, ac corrẽctum eſſe quicquid circa hoc erat antea pro eo diſpoſitum; non enim ſoleo propter vuins, aut alterius Doctoris opinionem à communibus recedere, maximè vbi eſt tanta, ſicut hic, ratio. Non 41 enim † video quamobrẽ debeant vir & vxor ad imparia iudicari, & quod mulieri conceditur præ ſua inopia,ne in dedecus benè trã facti matrimonij mendicare cogatur,id viro denegetur;quaſi non ſit tam iuſtum vxorium illum affectũ, quo vir pauper,& inops à muliere eſt ductus, ducare debere & poſt illius mortem, quemadmodum diximus de maritali affectu,quando mulier pauper,& indotata fuit accepta. Atque ita Rota Bonon.in ſuis diſcurſibus cauſæ viduæ de Lucatell.non ſemel præſuppoſuit de iure eſſe vetũ, & nos ex ea ſuprà non ſemel tetigimus.

42 Quoad † quartum punctum, qui reſpicit prætenſionem viduæ circa alimenta ſibi dutante lite præſtanda ab hæredibus mariti, prætextu ſuæ paupertatis, breuiter, & reſolutiuè procedendo dicimus eam inciuilẽ eſſe, eo quòd pro regula generali in iure ſancitum repetiamus, neminem † teneri aduerſario ſuo contra ſe ipſum ſuppeditare ſumptus litis,vti habetur in l.Imperatores,ff.de tute. & ratio. diſtrahen. vbi pupillo perenti à tutotibus,pendente lite,illius expenſas,ſic ab Imperatore reſponſum fuiſſe refert Iure conſultus: *Non habet rationem poſtulatio tua, volentis in ſumptum litis ab his tibi pecuniam miniſtrari.* Ex quo text.genetalem regulam ſuprà relatam pro certiſſima Doctores conſtituerunt,vt regulariter non teneatur actor, etiam ſi ſit diues,reo quantumnis pauperi ſecum litiganti de alimentis, & ſumptibus litis prouidere. Ita Bart.& Bal.ibi,Lara in l. ſi quis à liberis,in §.vel ſi parens,num.48.& 49. Didac.Couarru.pract.quæſt.cap.6.num. 44 6.in princip.vbi † atteſtatur extra caſum Iurisconſulti in l.ſi inſticuta,§.de inoffi.ioſo,ff. de inoffic.teſtament. ſe nunquam vidiſſe contrarium, nec audiuiſſe apud Hiſpaniarũ Regia Prætoria, Nicola.Boer. deciſio.303. 45 num.4 vbi dicit † ſe id non vidiſſe obſeruari, vt à diuite pauperi fiãt ſumptus, Aluar. Velaſ.conſultatio.1.num.6.qui contrarium nec ciuili, nec naturali ratione iuuari dicit, nec meminiſſe, poſtquàm in forenſibus controuerſijs vltra annos triginta verſatus, & ferè attritus fuit, quòd tale quid fuerit vnquam iudicatum, Surd.de alimentis titu. 1. quæſtio.110. ex num.1. cum ſequentib. vbi ſignanter numet.5. ait id procedere tam in ciuili,quàm in criminali iudicio,& reddit rationem, quia nimis graue eſſet, quòd actor compelleretur reddere expenſas,& alimenta contra ſeipſum, l.nimis graue, C.de probationibus, latè Ioannes del Caſtillo Sotomaior quotidianar.controuer.iur.lib.3.cap. 27.ex num.52.qui dicit prædictam regulam eſſe veriſsimam, & ſemper habere locum,&

procedere, præterquam in nonnullis casibus fallentialibus à iure expressis, è quorum numero ille nolter non est, Antonius Faber in suo Codice lib.5.ritul.8.de rei vxor.action. definitione 26. in fine, vbi poltquam nonnullos casus rradidit, in quibus danrur alimenta, & litis sumptus, inter quos non reperitur ille noster, sic ait: *Nam extra has causas sumptus litis aduersario petere inciuile est*, id quod probari asserit ex citata l. Imperatores, ff. de tutelis, & ratio. distrahen.

46 Adde Anronium † Monachum, qui in nouissimis decisionibus Bononiensibus decisio.5. num.1. dicit nec mulieri fore licitum petere alimenta ab ijs, contra quos agit pro recisione obligarionum cum marito, vel pro ea factarum, ea ratione generali, quia (inquit) alimenta prouisionalia non possunt prærendi à non coniuncto sanguine, aut affinitate in iudicijs particularibus, ex Lupo in cap.per vestras §.39.colum.2.in 1.notab. & Surd.de alimenris tit.1. quæstio.120. nu.

47 14. & quæstio.119.per toram. Adde † etiã Ioannem Gallum in quæstionibus per arresta Parlamenri decisis, quæstio.122. vbi af-

† ferit *decisum* non posse mulierem petere alimenta prouisionalia super bonis per virum in tertium alienatis, etiam si fraudulenter, vide Farinac. decision.260. in secundo loco recollectis per eum decisionibus Rotæ Romanæ. Nonnulla etiam infrà vbi de restitutione dotis agimus.

48 Et licèt † aliquibus videatur regulam in conrrarium fore constituendam, quòd scilicet imò cuicunque pauperi litiganti sint à diuire subministranda alimenta, prout Guido Pap.decisio.561.Vrsill.ad Atflict.decisi.10. n.2.& 3.& alij adducti per Franci.Milanensem decisio.17. num.12. & sequen. Verùm eis respondenr Couarru.Velasc.& Sotomaior in locis supra relatis, docenres qualiter ex l.si instituta, §.de inofficioso, ff.de inofficios. restamen. & ex l.vltima, §.quod si ei, C. de ordin. cogni. quibus prædicta opinio innitirur, non possit prædicta regula generalis constitui. Ibi vide, nolo eorum dicta hic transcribere.

49 Casus iste † in terminis fuit in nostro Senatu tractatus in omnibus tribus Aulis. Primò, ad relationem egregij Senatoris Iosephi Ferrer, in Aula admodum Reuerendi Cancellarij. Secundò, referête egregio Senatore Ioanne Gallego, in Aula Magnifici Regentis Cancellariam. Et tertiò denique, coram egregio Senatore Michaele Sala, in tertia Aula. In prima instantia coram Fer-

† ter 18.Decembris 1615. *obtinuit* vidua, quæ pendente lite super quarta, petebat alimẽta, ea sibi adiudicari, (vno tamen, vt audiui, ex egregijs Senatoribus reluctante.) Sed in secunda, & tertia instantijs, de annis 1616. & 1617. *subcubuit* vidua, & commutatum

† quod prius in sui fauorem fuerat resolutum, in causa viduæ Miralles, contra N.Miralles. Scriba erat N.Domingo.

Quibus autem personis sint lite pendente alimenta præstanda, non est meum hic discutere, vide quando casus occurret, Surd. Velasc. & Sotomaior in locis suprà citatis, & vltra eos latè idem tradentem, & grauissimorum Senatuum *decisionibus* ornantem,

†† Ioannem Aloys.Ricci. in lib.collectane.decisio.collecta.99. & 853. qui nihil quod expediret circa hæc inracta reliquerunt. Nonnulla ego non pẽnitẽda de hac mareria tractaui in primo tomo clauf.4.glos.18.par.1. num.52.& sequentib.& par.4.eiusdem etiã glo.ex num.34.cum multis seqq. Et alia dicam infrà in materia fructuum dotis.

50 Quoad quintum † denique, & vltimum punctum, nunquid sit valida huius iuris, quę passim fit in capitulis matrimonialibus renunriatio, dicimus quòd sunt paucissimi, qui illum tractent in terminis, & in individuo: solùm reperio sequentes, Surd.in tracta.de alimentis tit.1.quæstio.44.num.44. verticul. Prima ramen opinio, qui pro affirmatiua dicit se in facti contingentia confuluisse, sed nihil pro ea allegat, nec adducit, & (quod plus est) non reperitur illud consilium, quod hic accusar, in aliquo ex quatuor, quæ edidit, voluminibus suorum consiliorum, vti comprobatum cum diligentia fuit, Stepha. Gratia.disceptatio.foren.lib.1.cap.120. nu. 87.in versicul.Alia ad materiam, qui tameu eodem morbo, quo Surdus, laborat, nihil enim facit aliud ad hanc quæstionem, quam remittere se ad aliud cap.particulare de hac mareria infrà, perquisitis ramen, & iterùm atque iterùm reuolutis & hoc, & alijs duobus huius Auctoris disceptarionum forensiũ libris, non reperitur quòd alicubi articulum in individuo tractauerit. Noster Iacobus Cancer benè in specie de hac quæstione egit, pro affirmatiuaque resoluit in 3. parte variarum resolutionum cap.15. de renuntiationibus num.331. Sed nullum, præter Surdum, in loco tam sterili, vt supra dictum est, adducit Doctorem in terminis de hac quæstione tractantem. Pro sua affirmatiua fulcienda, & corroboranda iuuatur Doctorum, præcipue Hilpanorum, auctoritate, quæ-

51 resoluunt † licitum mulieri esse in contractu matrimonij renuntiare lucris constante matrimonio acquirendis. Quibus ego addo pulchram Rotæ Romanæ decisionẽ 842. in antiq. Hunc Doctorum defectum, & negligentiã in non tractando plenè rem hanc, vti

ipius

ipſius & neceſſitas, & vtilitas requirebant, ſupplere voluit noſter Franciſcus Molinus in tracta.de rit.nuptiarum,& pact.in matrimo.conuen. multò poſt hæc ſcripta in lucem edito, lib.3.quæſtio.62.per tot.vbi exactiſſimè, & pleniſſimè articulum diſputat in vtramque partem, octo argumenta pro negatiua adducens, & totidem pro affirmatiua, cui adhæret. Sed nec iſte alios Doctores admonuit de hoc expreſsè agentes, imò iam in principio conquetitur, quòd nullus ex interpretibus ordinarijs, neque extraordinarijs, qui authenticam prædictam commentati ſunt,caſum hunc in terminis tractauerat; & de Surdo, quòd conſilium illud, quod, vt diximus, accuſat ſe dediſſe de hac re in tract.de alimen. inter conſiliorum ſuorum volumina non poſuerit.

In hac quæſtione, & dubitatione videò quòd Senatus noſter oculatiſſimus in diuerſas, & contrarias in vna eademque cauſa
52 quandoque fuit diuiſus. In Aula † enim admodum Reuerendi Cancellarij, referente egregio olim Senatore Ioanne Caſtello, in cauſa Eliſabethæ Bou viduæ, contra hæ-
† redes Ioannis Bou, *declarauit* die 11. Martij 1589. pro affirmatiua, quod ſcilicet valeat, valereque debeat pactum hoc, & iſta renuntiatio quartæ, quæ communiter fit in capitulis matrimonialibus: & in ſpecie declarata fuit valida renuntiatio quam fecerat dicta Bou contenta ducentum libris, quas in capitulis matrimonialibus pro dote,& iuribus prædictis in caſu ſuperuiuentiæ ei eius vir donauerat; quam declarationē arbitror eſſe de qua meminit Molinus loco ſuperiùs citato num.13. Sed in cauſa ſupplicationis, referente egregio etiam olim Senatore Celidonio Valencas, ſub die 29.Octob.1599.
† fuit prædicta ſententia *commutata*, dicendo expreſſim, quòd ſola ſufficientia ipſius vxoris ſuperſtitis, ex dote recuperata,vel ex bonis aliundè eidem obuentis ante mortē mariti, & ſic antequam ſit eidem vxori delata ſucceſſio quartæ prædictæ, excluditipſam à petitione dictæ quartæ: *Non pactum* (inquit) *tempore contracti matrimonij factum in fraudem quartæ*. Scriba erat Sebaſtianus Vilella.

53 Vereor † ne huic vltimæ, & poſteriori declarationi contingat quod Iuriſconſultus dicit in l.1.ff.de appellatio.recipiend.quod quandoque præter ſpem, & intentum, benè latæ ſententiæ per appellationem in peius reformātur; non enim ideò meliùs quis iudicaſſe dicendus eſt, quia ſecundò iudicatur. Prior ſententia pactum mulieris, & eius renuntiationē,quam fecerat in contractu matrimonij approbauerat, ſecunda impro-
54 bauit. Ego primæ † adhæreo,quam (omiſſis alijs) in ipſa nuptialium tabularum auctoritate fundo, ob quam pacta omnia, quæ in eis fiunt, firma, valida ſunt, niſi expreſſim reperiatur prohibita, iuxtà l.1. §. illud, C. de rei vxor. actio. *Illud etiam* (inquit Imperator) *generaliter præſenti addere ſanctioni neceſſarium eſſe duximus, vt ſi qua pacta interceſſerint, vel pro reſtitutione dotis, vel pro tempore, vel pro vſuris, vel pro alia quacunque cauſa, quæ nec contra leges, nec contra conſtitutiones ſunt, ea obſeruentur*, plura ad propoſitum allegat nouiſſimè noſter Franciſcus Molinus in tractatu de ritu nuptiarum, & pactis in matrimonio conuēnis lib.3. ſtatim in initio, in prælud. vniuerſi tractatus num.1. cum pluribus ſequentib. Annæus Robertus rerum iudicatarum libro 4.cap.1. circa finem, pleniſſimè etiam Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica in tractatu de tacitis & ambiguis conuentionibus libr. 12. tit.32.de ambigui.pact.dotal.ex num.1.cum ſequentibus. Hoc autem noſtrum, de quo loquimur,pactum de non petendo quartam authentic.præterea,C.vnde vir & vxor, non reperitur contra leges eſſe, aut contra conſtitutiones, ergo ſtare non prohibetur modo aliquo.

55 Tanti † faciendas eſſe has pactiones, & conuētiones, quæ in tabulis nuptialibus fiūt, vult Robertus in loco ſuprà citato, vt dicat nec eis poſſe contracto matrimonio cōtraria conuentione per paciſcentes derogari, atque ita Senatum Pariſienſem in quadam
† facti contingentia *declaraſſe*: Caſus erat quod mulier in contractu matrimonij renūtiauerat iuri ex quadam lege municipali ſibi competenti,habendi dimidiam bonorum mariti, ſola quarta parte ex conuentione contenta; poſtmodum conſtante matrimonio voluerant coniuges ad ius municipale redire, vt mulier non quartam partem, iuxta pactum, ſed imò dimidiam, ſecundùm municipale ius, haberet; fuit dictum adeò firmam debere manere priorem conuentionem, vt nihil contra eam valeat poſterior: multò ergo magis dicere debemus in noſtro caſu valere noſtrum pactum,noſtramque cōuentionē. Eſt ſatis accommodatum ad hanc opinionem illud quod anteà dicebamus ex noſtro Iacobo Cancer.de renuntiatione futurorum lucrorum nuptialium. Conuenit
56 ne † huiuſmodi pacta infringantur,& reſcindantur, ea ratione, quia fortaſſis, & veriſimiliter matrimonium alias non fuiſſet ſequutum, vt, licèt ad aliud propoſitum, noſtro tamen non diſſimile, elegantiſſimè dicebat Antonius Faber in ſuo Codice lib.5. titulo 9. de pactis conuentis definitione 7.

57 Ac † etiam, quia (vt dicebat Robertus loco iam citato) tabulæ nuptiales præsentibus propinquis, & amicis conficiuntur, qui conuocari solent vt pactis dotalibus, & solemnitati nuptiarum præsentes adsint, affinitati legem dicant, omniaque maturo consilio, prudentia, & auctoritate sua moderentur. Quod ergo in tam celebri cœtu vno omniũ propinquorum consensu, & consilio placuit, decet perpetuum esse, nec aliquo pacto infringi posse, quod & nos in priore nostri operis tomo non semel tetigimus, vbi ad idẽ adduximus etiam vulgarem de hoc Senatus Neapolitani apud Vincentium de Franchis decisi. 205. & alium etiam locum apud Annæum Robertum ac commodatissimum, qui est cap. 2. lib. 1. rerum iudicatarum. Quibus nunc addo pulchram decisio. Senat. Dolani apud Ioannem Griuel. 48. per tot. de dotalis instrumenti auctoritate clandestinis conuentionibus non reuocandis, neque infringendis.

58 Si hæc † non sunt plenè probata, audi vlteriùs. Huic mulieri tempore quo fecit pactum, nec re, nec spe ius aliquod competebat in quarta, quia antequam in spe competeret, facta fuit renuntiatio, vndè consequitur, quòd quia ante spem nam obuiatur penitùs initio acquisitionis, vt not. Bal. in l. illud, num. 6. C. de sacrosanct. eccles. ita vt spes oriri etiam ampiùs nequeat, cùm & illa impedita fuerit per pactum, ideò non habet de quo conqueratur mulier circa pactum illud, cùm factum fuerit de re ad se nullo modo, nec etiam spe, pertinente. Sic pulchrè Hieronym. Gabriel in consil. 6. ex num. 3. cum sequentib. lib. 2. Steph. Gratia. disceptatio. foren. cap. 132. num. 23. tom. 1. & Polidor. Rip. singul. obseruatio. 8. num. 6.

59 vbi dicit, † quòd quia quando fuit factũ pactum tempore quo nondum competebat dispositio aut legis, aut statuti, sed demum celebrato contractu erat competitura, ideò sequitur non posse dici tali in casu quòd prouisio hominis substulit legis prouisionem, quæ nondum erat, ad quod allegat Decian. respons. 78. num. 26. volum. 3. sed impediuit (inquit) legis, aut statuti prouisionem nasci, Salyce. in l. fin. §. si quidem, num. 2. C. de pact. conuen. Cyn. in l. 2. quæstio. 6. C. de iure emphyteo. de quo Ioan. Andr. in additio. ad Speculatorem in tit. de emphyteo. §. nunc aliqua, num. 46. versic. 35. quæritur, in verb. expelli.

Quam rationem vidi pulchrè antiquitùs consideratam per dominos de Senatu in decisione causæ Gasparis Desualls, contra Petrum Ioannem Desualls, referente egregio olim Senatore N. Iotda, sub die 9. mensis Martij anni 1496. vbi per nonnullos ex Dominis, licèt non prætualuerit ex alijs rationibus, renuntiatio facta per maritum beneficio ne egeat, fuit *iudicata* valida ex hac † ratione: *Quia* (inquiunt) *dos nunquam marito fuit aliter quæsita, absque ista qualitate, & pacto apposito in traditione rei.* De hoc agemus etiam, Deo dante, infrà, dum in materia restitutionis dotis tractabimus de illo priuilegio.

60 Quid † quod, in his semper adest iuramẽtum, quod non video qualiter fieri valeat, ne obseruationem pacti necessariam inducat, cùm nihil in eo videam quod impediat: & quia iste punctus latè probatur per Moli. in dicta quæstio. 62. ex num. 34. lib. 3. ideò illum omitto: ita certum hoc esse existimat is Doctor, vt dicat nullam difficultatem continere.

Propter quæ, reperio quòd antiquitùs non fiebat circa hæc vlla difficultas: video enim quòd 3. Iulij 1566. declarata fuit quædam causa inter nobilem Isabellam Girau, & Laurentium Girau oppidi Perpiniani, † vbi *fuit* expressè sumptum motiuum ad excludendum mulierem à quarta, quod ipsa in capitulis matrimonialibus contentata fuerat habere de bonis mariti, vltra dotem, quingentos florenos, quod fuit approbare renuntiationem, prout vidi in Archiuo Regio in libro conclusionum.

61 Ex his † iudico facilem resolutionem dubij, quod fuit tractatum in suprà relata causa viduæ Bou, nunquid si mulier quæ renuntiauit, erat minor viginti quinque annorum, & antequam eos compleret, aut saltem antequam post perfectam ætatẽ effluxisset quadriennium, moritur maritus diuitijs abundans, vxorẽ in tali inopia relinquendo, & locus aliàs deberet esse dispositioni authẽ. præterea, debeat medio restitutionis in integrum beneficio aduersus dictam renuntiationem iuuari, ex eo quòd læsa sit, siue quia renuntiauit nihil pro quarta accepto, vel aliquo quidem modico. Video quòd Senatus in supradicta causa viduæ Bou affirmatiuè † *resoluit* pro muliere minore, referente egregio olim Senatore Celidonio Valẽas, dicendo: *Potuisse mulierem adhuc intra vigesimum nonum annum existentem sibi quartam in bonis viri sui adiudicari petere, præmissa absolutione iuramenti, quod in capitulis matrimonialibus præstiterat, ignorans quid afferreret: & quia* (inquit) *non constat ipsam fuisse certioratam de iuribus, quæ sibi in casu qui euenit competere poterant.*

Sed mihi contrarium (salua Senatus censura) omninò videtur resoluendum, ex eo quod, iuxtà supradicta, nulla possit in hac mulierẽ

muliere conſiderari læſio, quæ locum faciat reſtitutioni, cum præſuppoſito, vt diximus, quòd per pactum initum ante contractum matrimonium impeditus fuit ortus nedum iuris, & actionis, ſed & omnis omninò ſpei, ne in futurũ competere poſſet aliquod ius, indè fit quòd propterea non poſſit dici mulier aliquod ius vel præſens, vel futurum renuntiaſſe, & conſequenter quòd læſa ſit in renuntiando, pulchrè Gabr.d.conſ.6.ex nu. 7.circa fin.cum ſeqq.

62 Habeo † inſignem locum, quo intentum probem. Is eſt in deciſio. diuerſorum 228. relata per Hieronymum Gabr. in cita.conſil.6.num.3.& 7. in verſic.Poſtremo, vbi inter Hermetem minorem, qui Mediolani natus erat,& Barbaram Mediolanenſem contractum fuerat matrimonium ſecundùm ſtatuta vrbis, & ſecundùm eadem ſtatuta Hermes minor ſine ſolemnitatibus conſtituerat donationem propter nuptias,& promiſerat reſtituere dotem ſecundùm eadem ſtatuta, retenta ſcilicet quarta parte mortua vxore. Hermes dicebat contractum à ſe factum eſſe nullum, quia factus fuerat in Vrbe ſine ſolemnitatibus ſtatuti Romani, & prætendebat lucrum totius dotis ſecundùm ſtatuta Mediolani, ſicut ſi nullus contractus factus fuiſſet, iuxtà l.exigere dotem,de iudi. Mouebatur ea ratione,quia contrahendo ſecundùm ſtatuta Vrbis,renũtiauerat lucro quod ſibi debitum fuiſſet ex ſtatuto Mediolanenſi. Rota *concludit* pro validitate contractus, & pacti, quia (inquit) Hermes nullum ius tempore matrimonij prætendere poterat ſuper lucro quod petebat ex ſtatuto Mediolanenſi, quia (dicit Gabr.qui caſum dictæ deciſionis ſic largè ſicut nos poſuimus quia pulcherrimus eſt ad propoſitum, refert) etiam ſpes fuit impedita per pactum,vt cenſeretur factum matrimonium ſecundùm ſtatuta Vrbis, nec Barbara contraxiſſet ſecundùm ſtatuta Mediolani, & ſic non ſolũ fuit impedita natiuitas actionis, ſed natiuitas ſpei,quoad dotem promiſſam pro Barbara, & conſequenter contra hæredes Barbaræ non poteſt dici Hermetem aliquod ius nec præſens, nec futurum renuntiaſſe, & conſequenter non poteſt eſſe locus ſtatuto, quia repudiatio intelligitur de iure, ſaltem tali quod ſperari poſſit,&c. Hæc Gabriel ex ſupradicta deciſione, quibus nihil ad propoſitum accommodatius adduci poteſt, quia ibi habes in his noſtris terminis reſolutum non poſſe etiam in minore conſiderari læſionem. Alium locum, in quo ex eiſdem rationibus, & conſiderationibus videtur denegari minori reſtitutio, habes ex Polidor. Ripa in citato tractatu ſingular. obſeruatio. obſeruatio.8.num.6. iuncta obſerua.præcedenti, & obſeruat.etiam ſequenti.

63 Conducit † quod Carolus Putens docet in ſuo conſilio copioſiſſimo in materia renuntiationis, quod eſt vltimum in primo volumine conſiliorum Sforti Oddi,num.53. cum ſequentib. & ſequitur Gaſpar Anton. Theſaur.quæſtio.foren.34.num.37.libro 1. quòd quando ſpes eſt incerta, nunquam eſt conſiderabilis læſio; quantò minùs conſiderabilis erit quando nulla erat adhuc ſpes nec certa, nec incerta, nec nata adhuc erat, ſicut in noſtro caſu.

64 Reperi † poſt hæc ſcripta hanc eandem quæſtionem tractatam fuiſſe de anno 1609. in Rota Romana in deciſio.174. ex nu. 42. cum ſequentib. in compilatis per Statilium Pacificum poſt ſuum tractatum de Saluiano interdicto, vbi omiſſa diſputatione iuris communis circa validitatem dictæ renuntiationis, dicit quòd ſaltem inualida eſt ſecundùm ſtatutum Vrbis de adhibendis certis ſolẽnitatibus,veluti interuentu cõſanguineorũ,& ſimilib. quæ adhibitæ nõ erant in caſu de quo ibi. Quod forſan accõmodare poſſes ad terminos noſtræ Cõſtitut. fin. ſub tit. *De tudors, y curadors*, & 1. & 2. de minor. vt ſi ſine ſolemnitatibus ibi requiſitis ſit facta hæc renuntiatio,nihil valeat,ac proindè nũquam valeat, cùm vix vnquam intercedant dictæ ſolemnitates, verùm ſemper vrgent quæ ſuprà conſiderauimus circa differẽtiam iuris radicati, & iuris in ſpe. Propter quæ non videtur intrare poſſe conſtitutionem, quæ in alijs terminis loquitur. Applicari

65 poterunt † ad propoſitum, quæ dicta fuere in primo tomo clauſu.4.gloſſ.9.par.5.num. 127.vbi probauimus diſpoſitionem conſtitutionis Paulinæ nuncupatæ, prohibentis alienationes rerum Eccleſiæ, non procedere in renuntiationibus, ſiue repudiationibus iuris quærendi. Tu cuncta conſiderabis. Alia forſan videbis infrà in materia renuntiationis in fine operis.

Supradicta procedunt vbi fieret, ſicut communiter fit, renuntiatio ante matrimonium contractum. Sed quid quando poſt illud iam celebratum? Diuerſa res eſſet, cùm non militarent quæ ſuprà diximus de defectu iuris tam in ſpe, quàm in re, & impedimento ortus illius, quam ego non proſequor hoc loci, quia vix ſuccedit vnquam in praxi. Vide tamen ſuprà citatos Doctores, apud quos hanc differentiam leges, & ſignanter apud Gabriel.& Gratia.

66 Vltimò, † pro complemento huius materiæ eſt annotandum, quod hanc quartam ſuo caſu conſequitur mulier in bonis viri titulo hæreditario, vt dicit text. in §. quoniam

verò, in verſic. Si verò, in authenti. de exhibendis reis, vbi expreſsè dicitur, quòd eſt hæres. Vndè ſequitur, eam teneri ad onus æris alieni pro ſua rata, prout omnes ferè dicunt quos in hac materia allegauimus, & ſignanter Surd. deciſion. 8. num. 11. & in tracta. de alimentis tit. 9. quæſtio. 35. nu. 22. Ioan. Baptiſta Coſta de portione rata quæſtio. 84. & Rota Romana deciſio. 174. in recollectis per Statilium Pacificum poſt ſuum tractatum de Saluiano interdict. apud quos, reliquos omnes reperies, qui id dixerunt, & probarunt, tam ex antiquis, quàm etiam ex modernis. Id quod Senatus noſter ſupereminenti gregius in facti contingentia † declaranit, Relatore egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll., 11. Iulij 1609. inter Antonium Ferrer, & nobilem Aluarum de Robles, vbi hæc verba habentur: *Quòd mulier pauper, cui aſſignatur quarta pars bonorum mariti prædefuncti diutiis beneficio authen. præterea, ſuccedere dicitur, & ſucceſſio legalis tale lucrum appellatur. Et ideò* (inquit) *cùm bona intelligantur deducto ære alieno, ipſa mulier tenetur,* (ſi ut in dicta cauſa condenata fuit) *ad ſoluendum pro rata quartæ partis onera, & debita per virum contracta, etiam poſtquam vir fecerat vxori ſuæ donationem in capitulis matrimonialibus dictæ quartæ partis bonorum, quia dicta donatio regulatur ad bona reperta tempore mortis, deducto ære alieno.* Idem etiam probant alij, quos ſuprà allegaui nu. 37. Eis adde Viui. vltra locũ ibi cita. deciſ. 258. & nouiſſimè Anto. Mona. deciſ. Lucẽſ. 50. per tot. quã etiã in hac materia videre poteris, quia eam benè declarat. Aſq. hæc de hac quarta authent. præterea, C. vnde vir & vxor, dicta ſint ſatis, & de tota materia congruitatis, & incongruitatis dotis.

SVMMARIA.

1 *Dos aliquando datur in alıquo fundo, vel alia re immobili eſtimata, aliquando ineſtimata.*

2 *Dos æſtimata dicitur quando præuia eſtimatione datur aliqua res immobilis in dotem.*
Ineſtimata verò, quando datur ſimpliciter aliqua res ſine aliqua eſtimatione. ibid.

3 *Æſtimatio eſt duplex, alia tacita, quæ fit à lege abſque aliquo contrahentium pacto, alia expreſſa, quæ fit ex hominum conuentione.*

4 *Res conſiſtẽtes in pondere, numero, & menſura, dicuntur dari in dotem eſtimatæ eſtimatione tacita, taliter quòd tantundem eſt ſoluto matrimonio reſtituendum, non eadem res.*

Maritus efficitur dominus dotis conſiſtentis in rebus, quæ dantur ad numerum, pondus, vel menſuram, taliter quòd poteſt de eis facere ad libitum. ibidem.

5 *Res conſiſtẽtes in numero, pondere, vel menſura, rarò dantur ſimpliciter in dotem, abſque eſtimatione.*

6 *Æſtimatio expreſſa dicitur quando partes conueniunt de certo valore rei in dotem dandæ, & hoc facto conſtituitur in dotem.*

7 *Æſtimatio in dote quandoque fit ad ſciendum verum res valorem, vt ſciatur in qua bonitate eſt poſtea reſtituenda res, & aliquando vt factat emptionem, & ſic efficiatur mariti cum obligatione pretij reſtituẽdi, non ipſius rei.*

8 *Dominium rerum dotalium æſtimatarum ea æſtimatione quæ facit emptionem, tranſit in maritum, & omne periculum, & dãnum, ſicut omne lucrum. & num. ſeq. vbi deciſſ.*

9 *Res traditæ viro æſtimatæ non dicuntur dotales, ſed dos in pretio conſiſtit.*

10 *Res dotales traditæ viro æſtimatæ, non reſtituuntur ſolute matrimonio, ſed pretium tantum.*

11 *Res dotales æſtimatæ traditæ viro, cenſentur ei venditæ per vxorem, & fingitur ſtatim per vxorem pretium numeratum viro in dotem.*

12 *Contractus vnus quando dicitur occultari, & alius manifeſtari.*

13 *Periculum deteriorationis in emptione, & venditione ſpectat ad emptorem.*

14 *Vxor non habet actionem ad res dotales æſtimatas, ſed ad pretium duntaxat. vbi deciſiones noſtri Senatus.*

15 *Periculum in dote non æſtimata, vel æſtimata ea æſtimatione, quæ non facit emptionem, ſpectat ad vxorem. vbi deciſiones.*

16 *Res dotalis ineſtimata eſt, quæ non poteſt alienari, non æſtimata.*

17 *Fundus dotalis dicitur res data in dotem, quando data eſt ineſtimata, non aliàs.*

18 *Alienatio rei dotalis eſtimatæ quando reperitur per aliquam legem prohibita, intelligendum eſt quando eſt æſtimata ea æſtimatione, quæ non facit emptionem.*
Fundus dotalis non eſt reſtituendus vti ineſtimatus, quando dicitur eſt quòd reſtituatur, ſi penès virum extat, & ſi non extat, reſtituatur pretium, vel valor. ibidem.

19 *Maritus an ſit dominus dotis, an vxor.*

20 *Maritus eſt dominus dotis rei æſtimatæ in dotem traditæ, non ineſtimatæ.*

21 *Dominium quod aliqua iura dicunt eſſe penès maritum,*

maritum in dote inæſtimata, intelligendum eſt de dominio ficto, & imaginario, at dominium vxoris eſt verum dominium. vbi deciſ.

22 *Laudimium debetur ex datione, & conſtitutione dotis æſtimatæ, non inæſtimatæ. vbi deciſſ.*
Et ſi rurſus reſtituitur vxori conſtante matrimonio, debetur aliud laudimium. ibidem.

23 *Euictio nulla debetur in re tradita in dotem inæſtimata, ſed in re æſtimata.*

24 *Emptio, & venditio cenſetur contracta in dote data æſtimata.*

25 *Aeſtimatio in dubio facit emptionem.*

26 *Res dotalis cenſetur data æſtimata, etiam ſi non conſtet de æſtimatione, ſed ſolùm quòd in certa quantitate fuit dos conſtituta, & poſtea res immobilis tradita. vbi deciſio.*

27 *Mulieri magis vtile eſt, quòd dos ſit data æſtimata, quàm inæſtimata.*

28 *Emptio reſultat vbicunque ſit mentio pretij.*

29 *Ioannes Baptiſta Coſta reprehenditur quòd dixerit in dubio cenſeri æſtimationem factam, vt ſciretur an deteriorata res eſſet, vel non.*

30 *Pretium in æſtimatione præſumpta rei dotalis, præſumitur iuſtum, & dicenti contrarium incumbit probare.*

31 *Aeſtimatio rei dotalis non facit emptionem, quando eſt pactatum quòd eadem res reſtituatur. vbi deciſſ.*

32 *Etiam ſi dicatur quòd reſtituatur in eadem æſtimatione.*

33 *Aeſtimatio non facit emptionem vbicunque dictum eſt, quòd res æſtimatæ reddantur poſt ſolutum matrimonium.*

34 *Aeſtimatæ res dotales cenſentur datæ, quando maritus promiſit dotem reſtituere ſoluto matrimonio.*

35 *Aeſtimatio facit emptionem, etiam ſi adſit pactum quòd dos reſtituatur eo modo quo data eſt.*

36 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando ex interuallo poſt conſtitutionem dotis, illa fit.*

37 *Veriſimile non eſt contrahentes voluiſſe per nouationem a priori contractu recedere.*

38 *Aeſtimatio facit emptionem, etiam ſi ex interuallo facta ſit, ſi illud eſt modicum. vbi deciſ.*
Interuallum an ſit magnum, vel paruum, iudicatur arbitrio iudicis. ibid.

39 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando à principio pecunia fuit promiſſa, & deindè quia die præfixo non ſoluebatur, fundus æſtimatus in ſolutum fuit præſtitus.*

40 *Sed contrarium tenent alij. vbi deciſſ.*

41 *Datio in ſolutum vicem venditionis obtinet.*

42 *Laudimium debetur quando pro pecunia in dotem à principio promiſſa, datur poſtea fundus.*

43 *Laudimia debentur ex datione in ſolutum, ſicut ex venditione.*

44 *Opinio Auctoris circa tradita ſuprà, numeris 39. & 40. pro qua bina Senatus deciſiones.*

45 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando non fuit facta pro iuſto pretio.*

46 *Contrahentes non cenſentur voluiſſe vt vnus ex alterius iactura locupleretur.*

47 *Vendere quem voluiſſe rem ſuam non iuſto pretio, nemo præſumitur.*

48 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando non iuſto pretio, quod æquet dimidium, facta eſt.*

49 *Læſio in contractu emptionis, & venditionis non eſt conſiderabilis, niſi quæ excedit dimidium iuſti pretij.*

50 *Aeſtimatio in rebus dotalibus non eſt ſimplex emptio, & venditio, ſed cauſa dotis.*

51 *Antonius Faber extollitur, & notatur ſimul.*

52 *Aeſtimatio incerta, velut quando dictum eſt, reddam æſtimationem, non facit emptionem.*

53 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando dictum eſt, reddam prout æſtimatum fuerit, abſque nominatione perſonæ, quæ æſtimationem faeere debeat.*
Venditio domus facta pro pretio quo æſtimata fuerit, nulla perſona ad æſtimationem faciendam nominata, nulla eſt. vbi deciſio. ibidem.

54 *Emptio non conſiſtit ſine certi, & determinati pretij conſtitutione.*

55 *Fallit ſi dictum eſt, pro pretio prout certi æſtimatores dicent, & æſtimabunt. vbi deciſio Senatus.*

56 *Aeſtimatores poſiti ad æſtimandam rem dotalem, quamuis non æſtiment, cenſetur tamen lege ipſa facta æſtimatio eo pretio, quo valebat tempore traditionis.*

57 *Aeſtimatores nominati ad pretium rei venditæ taxandam, ſi decedant ante æſtimationem, corruit venditio.*

58 *Dotis cauſa ſemper includitur in generali diſpoſitione, niſi habeat ſpeciale priuilegium.*

59 *Dos niſi reperiatur ſpecialiter priuilegiata, ſtandum eſt regulæ.*

60 *L. 3. C. de dot. promiſſ. interpretatur.*
Arbitro non arbitrante, & æſtimatore non æſtimante, an & quando ſuccedat boni viri

viri arbitrium. ibidem.

61 *Dotis incerta promiſſio nulla eſt.*

62 *Aeſtimatore dotis conſtituto, non aeſtimante, recurritur ad arbitrium boni viri.*

63 *Aeſtimatio rerum in dotem datarum, non facit emptionem, nec vera emptionis effectus cauſat quando non ſequuntur nuptiæ. vbi decis.*

64 *Aeſtimatio non facit emptionem, quando dictum eſt quòd eſſet in electione mariti vel rem, vel pretium reſtituere.*
Quod tamen fallit quoad aliquos effectus, de quibus ibidem.

65 *Aeſtimatio facit emptionem, quando relictum eſſet arbitrio vxoris, quòd res ipſa, vel pretium reſtitueretur.*

66 *Menoch. notatur.*

67 *Electio eſt mariti, quando dictum fuit, quòd teneretur vel rem, vel pretium rei dotalis reſtituere.*

68 *Electio in alternatiuis eſt debitoris.*

69 *Electio eſt debitoris in alternatiuis quotieſcũque vtrumque eſt in obligatione.*

70 *Fallit quando vnum tantum eſt in obligatione, & aliud in ſolutione, quia tunc alternatiua eſt in fauorem creditoris, & ad illius commodum.*

71 *Electio non eſt debitoris cùm condemnatus eſt ad dandum certam rem debitam, vel iuſtum valorem. vbi plures decis.*

72 *Electio eſt mulieris, ſi promiſſa eſt reſtitutio dotis die certa, cum pacto quòd ſi non reſtitueret, daret ei certum fundum, vel rem aliam certo pretio aeſtimandam.*

73 *In hoc caſu vnum tantùm eſt in obligatione, & aliud in ſolutione ad cautelam, & commodum creditoris in pœnam debitoris non adimplentis.*

74 *Aeſtimatio an faciat emptionem, quando dictum eſt, quòd conſtituebatur dos mille librarum in fundis per expertos aeſtimandis.*
Bart. opinio quòd non, declarata certo modo, de quo ibidem.

75 *Reſpondetur Paul. de Caſtro, qui contrarium videtur tenere.*

76 *Aeſtimatio, ſecundùm aliquos, non facit emptionem, quando dos datur viro pauperi, ſiue non ſoluendo.*

77 *Sed reprobatur communiter hæc ſententia.*

78 *Fundus dotalis, quamuis aeſtimatus, in ſubſidium debet mulieri reſtitui. vbi decis.*

GLOSS. VIII. PARS XIII.

De dote æſtimata, & inæſtimata: Et de fundo dotali.

1 It† fetè ſemper in pecunia numerata in dorem a parentibus donatio, eo modo quo in ſuperioribus vidimus: ſed quãdoq. vel quia parentibus non eſt in promptu pecunia, vel etiam (quod ſæpiùs contingit) vt ſecuriorem filiæ habeant dotem, ſolent eis parentes aliquam rem immobilem, putà domum, vel etiam aliquem annuum cenſum, vel cenſuale mortuum donate, vt matito in dotem adfetant, & quia non ratò euenit, opottet quòd nos difficultates, quæ circa eam tẽ contingete poſſunt, hoc loco enodemus.

Sciendum igitur imprimis eſt, (vndè arbitror futurum vt quæcunque circa hanc materiam dubitabilia videntur, enodata maneant) quòd tes, ſiue immobiles, ſiue mobiles, extra pecuniam, poſſunt duobus modis in dotem dari, & conſtitui, aut æſtimatæ, aut
2 inæſtimatæ. Aeſtimatæ† dicuntur datæ quãdo dantur præuia æſtimatione ad certũ pretium facta: inæſtimatæ verò, cùm ſimpliciter abſque alicuius æſtimationis mentione traduntur. De ambobus dotem conſtituẽdi modis loquitur Impetator in l. in rebus, C. de iure dotium, ibi: *Sive æſtimata, ſive inæſtimatæ ſint*, & in l. vnic. §. & cum lex, C. de rei vxor. action. & Iurisconſultus etiam in l. plerumque 11. ff. eodem. Particulariter verò de æſtimatis agit l. quoties, C. eod. titu. de iur. dot. & de inæſtimatis cita. l. vnic. in §. cumque, C. de rei vxor. actio. & aliæ paſſim. Diſputemus pauliſper de vtraque ſpecie rerum dotalium, & primò de his, quæ æſtimatæ dantur, & conſtituuntur, mox de his, quę inæſtimatæ, cum differentijs earum.

3 Sed† quia æſtimatio duobus fit modis: à lege ſcilicet, abſque aliquo contrahentium pacto, quæ tacita æſtimatio dicitur: & ab homine, ex contrahentium conuentione, & pacto, quæ expreſſa appellatur; propterea etiã duobus modis tes dotales æſtimatæ datæ, & traditæ dici poterunt: primo modo, tacitè à
4 lege, abſque aliquo pacto, quod† contingit quoties tes in dotem datæ conſiſtunt in põdere, numero, vel menſura, quarum æſtimationem tenetur maritus ſoluto matrimonio reſtituere, non eaſdem tes ac ſi eſſent immobilia æſtimata in dotem data, & eorum eodem modo efficitur conſtante matrimonio maritus dominus, ptout probat glo. ſingularis in l. æſtimatæ, ff. ſolu. matrimon. per text. in l. res in dotem, ff. de iure dot. quæ ſic habet: *Res in dotem datæ, quæ pondere, menſura ve conſtant, maritis periculo ſunt, quia in hoc dantur, vt maritus eas ad arbitrium ſuum diſtrahat, & quandocunq. ſoluto matrimonio eiuſdem generis, & qualitatis alias reſtituat,*

vel

vel ipſe, vel hæres eius. Pulchrè Didac. in practic. quæſtio. lib. vnic. cap. 28. num. 6. vbi id probat vlteriùs ex l. 2. §. mutui datio, ff. ſi certum petatur, vbi res iſtæ dicuntur eius eſſe conditionis, vt in ſuo genere functionem recipiant, & ideò tacitè actum videtur non quòd idem, ſed aliud eiuſdem ſpeciei, quod illi æquiualebit, reddatur, Menoch. præſumptio. 74. num. 10. lib. 3. Ioa. Gutierr. de iuramento confirmatorio 1. par. cap. 1. num. 7. Didac. Spino in ſpecul. teſtament. gloſſ. 11. principa. de lega. pro dote relict. num. 92. & Caſtillo Sotomaior de vſufruct. cap. 4. num. 14. ac Hyppol. Rimin. in princ. inſti. quibus alie. lic. vel non, num. 124.

5 Qui † caſus, licèt vix contingibilis viſus fuerit Ioſepho Ludoni. in ſuis commu. concluſionib. concluſio. 10. colum. 5. verſic. Vix tamẽ, ex eo (inquit) quòd ſi accideret quòd prædicta darentur in dotem, eſſet quodammodo ſimplicitas, & ferè fatuitas eas res conſignare non æſtimatas, ſiue appretiatas, mihi tamen, qui ſæpiùs huiuſmodi rerum in dotem conſtitutiones ſimpliciter abſque aliqua æſtimatione fieri vidi, multùm contingibilis videtur. Nec eſt multùm neceſſaria æſtimatio, quia verus valor vix occultari poteſt, vt de ſe patet.

6 Secundo verò † modo dicuntur æſtimatæ res dotales datæ, quando expreſsè in cerra earum æſtimatione partes conueniunt, & pro illo pretio æſtimato traduntur, & hæc eſt propria æſtimatio, de qua communiter Doctores loquuntur, & in quibus procedunt iura ſuperiùs allegata de iſtis rebus dotalibus æſtimatis mentionem facientia.

7 Rurſus † æſtimatio iſta, quæ expreſsè fit partium conuentione, & pacto, dupliciter etiam, & ſeu ad duplicem effectum, vel ex duplici cauſa fieri ſolet. Primò, vt ſciri poſſit an res deterior ſit effecta, vt id cedat periculo viri, & teneatur vir in eadem bonitate, & qualitate reddere. Secundo verò modo ad hoc vt faciat emptionem, ita vt non res, ſed æſtimatio reddenda ſit: & non res, ſed pecunia, ad quam conſtituta fuit, cenſeatur in dotem conſtituta. De prima æſtimatione loquitur Imperator in l. ſi inter, C. de iure dotium, ibi: *Cùm in placitis ſpecierum reddendarum, idcircò pretiorum nomẽ videatur annexum, ne ſi ſpecies aliqua diminuta fuiſſet, aut perdita, alio pretio, quã quo taxata fuerit, repoſceretur*, cum multis concordantibus ibidem in gloſſ. verb. æſtimatę, allegatis. De ſecunda verò æſtimatione loquitur l. quoties, C. eodem, tùm alijs, quæ ſuprà in principio adductæ ſunt. Et de vtriſq. loquuntur, & latè agunt Natta in conſ. 650. volum. 4. Bec. conſil. 42. volum. 1. Menochi. in citata præſumptio. 74. lib. 3. Ioſeph. Ludoul. tota concluſ. 10. ſuperiùs adducta, Viui. deciſio. 261. lib. 2. Alba conſil. 136. volu. 2. Aſflict. deciſio. 270. Meſtrill. tota deciſio. Sicili. 149. Caſtill. tota etiam deciſio. Sicil. 21. & deciſio. 74. Alexand. Trentacinq. variar. reſolutio. vol. 1. lib. 3. tit. de iurè dotiũ, reſolutio. 1. per tot. & alij paſſim, quos in diſcurſu adducemus.

8 Inter † res æſtimatas æſtimatione, quæ facit emptionẽ, & inter res æſtimatas æſtimatione alia, ac res nullo modo æſtimatas, quę in hoc æquiparantur, hæ differentiæ aſſignantur, quòd in illis dominium in virum transfertur, citata l. quoties, vbi Bald. C. de iure dotium, & l. plerumque 11. ff. eodem tit. omneque damnum, & lucrum ad virum ſpectat, l. cum dotem, dicto tit. C. de iur. dotium, Conſtantin. Roger. in tractat. de dote,

9 quæſtio. 11. in princip. Nec † bona æſtimata viro tradita, dicũtur dotalia, ſed dos in pretio tantùm conſiſtit, Bal. in dicta l. quoties, in fin. Franciſc. Cremen. ſingul. 19. Alexan. conſil. 79. colum. 2. lib. 2. Bec. in ſæpè citato

10 conſil. 42. nu. 6. & † in reſtitutione pretium tantùm, & non bona reſtituenda ſunt, (quod fusè, Deo concedente, in materia reſtitutionis dotis) dicta l. quoties, & ibi Doctores, & alij plures adducti per Vincentium Hondedeum in conſil. 14. à num. 44. cum ſeqq. volum. 1. Rolan. à Vall. in conſil. 92. num. 9.

11 volum. 2. Surd. deciſio. 99. num. 9. qui † rem hanc declarando dicit, quod in illo caſu bona cenſentur vendita marito ab vxore, & fingitur ſtatim vxorem pecuniam receptam numeraſſe marito in cauſam dotis, hoc modo duos faciendo contractus, vnum occultum, & alium manifeſtum, & ſeu vnum occultando, & alium exprimendo, occultatur

12 enim † contractus emptionis, & exprimitur contractus dotis, & celeri manu tranſit de vno in alterum, quod priùs Bald. dixerat in l. ſi inter, C. de iure dotium, & ſequuntur Natta in conſil. 650. num. 2. idem Surd. deciſio. 287. num. 21. & 23. additio ad Magon. deciſio. Lucenſ. 76. in litrera A. Barbo. in l. ſi æſtimatis, num. 1. ff. ſoluto matrimonio, qui

13 poſſeà † num. 5. quòd ſicut in vera venditione periculum deteriorationis, & perẽptionis ſpectat ad emptorem, ex l. 1. C. de peri. & commod. rei vendi. & §. cum autem, inſti. de emptio. & venditio. ſic in dote æſtimata, periculum ad maritum, tanquam illius tacitum emptorem, pertinebit, l. cum dotem 10. C. de iure dotium, l. vni. §. cumque, in fin. C. de rei vxor. actio. Bart. in l. ſi vt certo, §. núc videndum, ff. commoda. Maſcard. de probationibus concluſio. 619. & 663. Menochi. de præſumptionibus lib. 3. tota præſumpt. 74.

Vetal.

Veral.deciſio.333.lib.3. Franciſcus à Ponte conſil.71. Moro.conſil.44. nu.13. Sotomaior, qui plures adducit, de vſufruct. cap. 4.num.7. & latiſſimè etiam Alexand.Trentacinquius variarum reſolutionum volum.1. lib.3.titul.de iure dotium, reſolutio.1. Meſtril.deciſion.Sicil.149. ex num.1.volum.2. Rota Roman.deciſio.257.ex ſecundo loco recollectis per Farinacium,vbi binæ *reſolutiones* in propoſito egregiæ,benè Afflict.deciſion. 270. vbi aſſerit fuiſſe in facti contingētia in Senatu Neapolitano *deciſum*, quòd quando æſtimata datur dos, omne augmentum proueniens ex natura, eſt mariti, & illius hæredis, ſicut illius eſſet damnum ſi cōtingeret, vt poſteà notat Vrſil.in addition. num.1.& ſequitur Aemil.Verall.allega.deciſio.333.num.3. Cornazza.deciſio.Lucenſi 199. vbi *deciſio* illius Rotæ, quòd ex quo maritus †efficitur dominus rei in dotem datæ æſtimatæ,& propterea ſolùm pecunia eſt in obligatione, ideò mulieri non competit actio ad rem illam, ſed imò ad pecuniam in caſu reſtitutionis dotis.

Et quidem noſter etiam Senatus ſuperegregius in facti contingentia in cauſa Stephani Seneſpleda contra domnam Stephaniam de Recaſens, referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor,ſub die 24.Septembris 1601. *denegauit* hæredibus vxoris mortuæ actionem recuperandi certas res æſtimatas datas in ſolutionem mille & quingentū librarum in dotem conſtitutarum, ſumendo pro motiuo, *Quòd per æſtimationem prædictam fuerat dominium in maritum translatum, & ſolùm data actio ad recuperandum pecuniam, non dictas res æſtimatas, à tertio poſſeſſore, cui maritus vendiderat*. Scriba Franciſcus Font.

Idem poſtea 7.Octobris 1609. Relatore egregio etiam olim Senatore Raphaele Rubi & Coll, inter Commenſalem Font certo nomine, & nobilem don Frācifcum de Eril, *dixit* expreſſis verbis idem Senatus noſter. Ex Archiuo Regio.

15 Quod non eſt † quando inæſtimata res datur in dotem, vel quod idem eſt, vt diximus, ea æſtimatione æſtimata, quæ non facit emptionem, de qua æſtimatione ſemper etiam intendimus loqui cùm de re non æſtimata ſimpliciter verba facimus, vt poteſt quia parùm,aut nihil inter ſe differunt quoad inſtitutum quod proſequimur, imò tunc omne periculum ad mulierem pertinet, ipſaque domina dotis remanet,prout pulchrè agnouit Iuriſconſultus in citata l. plerumq. 11.ff.de iure dotium, don Garcias Meſtrill. in ſæpè citata deciſio.149. à num.1.volu.2. Caſtillo deciſio. etiam Sicil.21. & deciſione etiam 74. Afflict.deciſio.270. Egregiæ ſunt ad propoſitum binæ Rotæ Romanæ deciſſ. 136.& 157.in 2.par.diuerſorum, quæ differentiam hanc faciūt inter has æſtimationes, & pro ea *concluſum* referunt, viden. Lader. Imolen.conſil.65.& videndi denique quotquot in ſuperioribus Doctores fuerunt adducti, quorum vix vnus eſt, qui hanc differentiam non agnoſcat.

16 Ex qua † differentia ſequitur id quod dicitur rei dotalis eſſe prohibitam alienationem in toto titulo de fund.dot. & in l.vnic. §.& cum lex,C.de rei vxor.action. intelligi debere quando eſt data inæſtimata, quo caſu verum dominium remanet penès ipſam mulierem ; ſecùs tamen eſt quando æſtimata conſtituitur, cuius ſtatim maritus dominus efficitur irreuocabiliter,vt diximus, pro ut optimè probat, & à contrarijs defendit Ioann.Gutierrez in tracta. de iuramen.confirmatorio 1.par.cap.1.num.4.& nu.8. cum ſequent. Nat.in conſil.650.num.2. multùm abundè Franc.Viui.in commun.opinio.opinio.40.alienari non poteſt,poſt princip. nu. 1.& fuſiſſimè deciſio.261.etiam nu.1. lib.2. vbi dicit ita *declaratum* in Audientia Barēſi de anno 1590. Et in noſtro Senatu,vt ſuprà dictum eſt.

17 Nec id † quidem mirum, cùm tunc proprié res in dotem data fundus dotalis exiſtimetur, & appelletur cùm inæſtimata datur, non quando æſtimata, vt expreſſim habetur in citata l.vnica, in §.& cum lex,C.de rei vxor.actio.ibi : *In fundo autem non æſtimato, qui & dotalis propriè nuncupatur,maneat tus intactum, ex l. Iulia imperfectum*, Riminal.in ſæpè citato princip.inſtitut.quibus alienare licet,vel non, num.70. Anton. Queſada diuerſarum quæſtionum iuris cap. 14.num.25.

18 Quòd ſi † penès aliquos offendas dotis etiam æſtimatæ eſſe prohibitam alienationem quoque, prout ex Bart.Caſtren.& Anchara. tradit Maſcard.citata concluſio.663. num.7. & ex alijs Iacob.Concena. quæſtionum iuris ſingularium lib.2. cap.7.numer.3. id oportet intelligas non de dote æſtimata ea æſtimatione, quæ facit emptionem, de qua nos locuti fuimus : ſed de ea,quæ fit ne deterior dos fiat, deteriorq. reddatur, quā iam diximus pro non æſtimatione fore habendā.Sic conciliat Concena.loco cita. nu. 9. & clarè ex eiſdem Doctoribus allegatis comprehenditur.

Fallit id quod diximus de obligatione reſtituendi fundum dotalem in ſpecie, quādo nō eſt datus æſtimatus, ſi dictum ſit quod reſtituatur ſi extat penès maritum, & ſi non extat, pretium, & valor ; tunc enim poteſt maritus

maritus fundum alienare, ſicuti ſi æſtimatus datus fuiſſet, pulchra deciſio Rotæ Lucenſ. † 42. apud Antonium Monachum, vbi ita *deciſum* aſſerit in facti contingentia, & differentiam facit ſi dictum ſit ſimpliciter, ſi non extabit, vel, ſi non exrabit penès maritum; eam vide ad iſtud propoſitum.

19 Ex eadem † differentia facilè reſoluendâ cenſeo quæſtionem difficilem, in qua multi multa dixere, multùmque ad eam decidendam, & enucleandam laborauere, ſi dotis dominus eſt maritus, an vxor, eò præſertim quòd aliqua iura dicunt maritum dominum, alia verò vxorem dominam dotis appellâr, prout de marito eſt textus in l. ſi prædiũ 23. C. de iure dotium, & vulga. l. dote ancillam, C. de rei vendicatio. & in principio inſtitu. quibus alienare licet, vel non; & pro vxore eſt text. in l. in rebus, C. de iure dorium, vbi bis videtur appellari mulier domina doris. De qua quæſtione ſignanter multùm tractat Arius Pinell. in l. 1. par. 3. à num. 12. cum ſequentib. C. de bonis maternis, & omnium latiſsimè, & fuſiſsimè Hyppolit. Riminald. in citato principio inſtit. quib. alie. lic. vel nõ ex num. 27. cum pluribus ſequentibus, & rurſus ibidem ex num. 500. cum multis etiã qui ſequuntur, in codicibus per eundem Auctorem additionatis, qui cum magna diligentia quotquot extiterunt de hac re diuerſæ opiniones, & ſententiæ Doctorum, quæ fuerunt non. paucæ, perquiſiuit, eas cum argumentis vtriuſque recenſendo, & eis ſimul reſpondendo, donec vni ex ipſis ſibi æquiori viſæ acquieuit, Per. Barboſ. in l. dotalem, ex num. 1. cum multis ſequentibus, ff. ſolu. matrimo. Ceuall. in commu. contra commun. quæſtio. 3. ex num. 34. Nicola. Garcia in tracta. de benefic. tom. 1. par. 5. cap. 9. ex num. 155. Queſada diuerſarum quæſtionum iuris cap. 14. per totum, Anron. Guilber. Coſtanua in tracta. de dote cap. 5. num. 5. Perr. Grego. in ſyntagm. iur. vniuer. par. 1. de rebus lib. 1. cap. 12. de domin. proprie. & poſſeſſ. & vltimo Ioan. del Caſtillo Soromaior de vſufru. cap. 4. num. 18. cum pluribus ſequentib. qui item multum in hanc rem tempus conſumpſit, vltra alios, qui in inferioribus in clauſula conſtituriones dotalis, vbi eſt propria ſedes, in idem allegantur, qui ſunt inibi vidē-

20 di. Ex † ſupradicta (inquam) differentia ſine his, quæ tam lato, largoque ſermone Riminald. adducit circa rem hanc, cenſeo quæſtionem prædictam facillimè reſoluendam, vt in rebus inæſtimatè datis dominiũ illarum ſit penès vxorem, non penès maritum, in æſtimatis verò è contrario, penes maritum, ex ſupradictis; id quod agnouiſſe viſus eſt Arias Pinel. in citata l. 1. num. 14. in

21 3. part. C. de bonis maternis. Et ſi † aliquà iura viſa ſint maritum dominum rerum dotalium etiam inæſtimatarum appellaſſe, (cũ eis noſtra eſt collucatio, nam de æſtimatis nemo dubitat quin ſit eorum maritus dominus, vt ſuprà vidiſti) dominium illud nõ verum dominium erit, & eſt appellandum, ſed imò fictum, & imaginarium, at dominium vxoris eſt vere dominium, ex l. in rebus, C. iure dotium, quam ita inrerpretatur Corraſ. miſcellan. iuris lib. 5. cap. 14. & alij adducti per Menochium de arbitrar. iudic. caſu 39. num. 19. Sequitur Cabedo, & cum eo Senatus Lutiranus decilio. 154. num. 7. par. 1. vbi proptered quòd maritus non ſit verus dominus, ſed vxor, † *reſolutum* dicitur, eo non ſoluente penſiones, non fieri præiudicium vxori in emphyteuſi dotali.

Alium hæc expectant locum, vbi latiùs, pro ſua dignitate, declarentur, & explicentur; id habes infrà in clauſula conſtitutionis dotalis, vbi proprius erat, & eſt locus; ibi quæcunque dici porerant de hoc articulo habes, nihil interim ſine eis reſoluas.

22 Ex eadem † differentia reſolues facilè quæſtionem ancipitem, num ex dotis datione, quæ ſit mariro, debeatur de iure laudimium. Si enim ea æſtimatione, quæ facit emprionem æſtimata res doralis data fuerit, tunc illud quidem ex tali alienatione debebitur, cùm propria ſit alienatio; dominium enim, vt diximus, in marirum transfertur. Si verò vel inæſtimata, aut cum ea ſola æſtimatione ad effectum ſciendi valorem rei, de qua ſuprà loquuti fuimus, tunc laudimium nullo modo debetur, cùm non adſit alienatio vera, cùm dominium nihilominùs remaneat penès filiam comprehenſam in inueſtitura patris; qua de re rotæ ſunt deciſiones Siciliæ apud don Garciam Meſtrill. 149. & †† apud Caſtillo 21. & 74. vbi ita *declaratum*, Aufrer. ad Capellam Tholoſanam deciſio. 279. verſic. An autem, Guido Pap. deciſio. 48. num. 2. communem dicit Amad. à Pont. in quæſtionib. laudimialib. quæſtio. 29. Mau. Burg. in tracta. de laudim. par. 2. inſpect. 12. num. 6. vide optimam additionem Ferrerij ad Guid. Pap. in citata deciſio. 48. Er in primo caſu, quando dos datur æſtimata, ſi poſtea reſtituatur conſtante matrimonio vxori, iterùm ſoluitur aliud laudimium, Amad. à Ponte, & don Garcias Meſtrill. in locis ſuprà allegatis.

23 Poſtremò, † ex eadem etiam differentia percipies, quòd quæ communiter à Doctoribus diſputantur, de quibuſque nos latè inferiòs agemus, circa euictionem rerum dotalium, non ſunt diſputabilia, nec dubitationem admittunt, niſi ratione rerum, quæ

fuerunt

fuerunt inæſtimatæ datæ, non verò in his, quæ æſtimatæ, quandoquidem in his ſemper, & in omni caſu euictioni eſt locus, ſi à marito auferantur, prælandæ tam per vxorem dotem conſtituentem, per l.quoties,de iure dotium, quàm per patrem donantem, iuxtà l.1.C.eodem titulo, & ibi not. Bald. num.4. & Barboſ.in l.ſi æſtimatis,num.14. ff.ſoluto matrimonio. Nec id † quidem mirum, cùm in hoc vltimo caſu cenſeatur contracta venditio inter partes, vt idem Barboſa dicit, & nos inferiùs explicabimus, in qua ex natura ipſius contractus venire euictionē palàm eſt, & perſpicuum.

24

25 Sed declaranda † paululùm adhuc eſt res hæc, quia, vt dixi, non omnis rei doralis æſtimatio effectus ſupradictos operatur, ſolū ea, quæ de iure facit emptionem, de qua expreſſim Doctores quotquot in ſuperioribus adducti ſunt, loquuntur. Oportet ergo videamus primò, quæ ſit æſtimatio, quæ emptionem facere dicitur. Breuiter reſpondeo, quod regulariter quæcunque, quia in dubio, alio non apparente, ſemper æſtimatio præſumitur facta eo modo, & ad illum effectum vt operetur emptionem, & venditionem, ex gloſſa notabili, quam omnes ſequūtur, in l.ſi inter, C.de iure dotium, & docēt intrepide quotquot in ſuperioribus relati ſunt Doctores in principio huius de dote æſtimata factæ tractationis; plures præterea coaceruat Hyppolit.Riminald.in principio inſtit.quibus alienare licet, vel non, à num. 72. cum multis ſequentib. in codicibus additionatis. Adde Ioan.del Caſtill. deciſio. Sicil.21.num.2. Ioſeph.Ludoui.deciſio.Peruſi.89.num.1.& conclu.10.ampliat.5.Mandel.de Alba conſil.136.num.4.vol.1.Caſtil. Sotomaior de vſufruct. cap.4.num.12.Barboſ.in l.ſi æſtimatis,num.1.ff ſolut.matri.& Alexandrum Trentacinqu. variarū reſolut. volum.1.lib.3.tit.de iure dotium,reſolutio. 1.num.1.& 9. vbi dicit hanc eſſe communē omnium Doctorum ſententiam. Quæ præſumptio maximè procedit reſpectu bonorū immobilium; æſtimationes enim quæ fiunt ob cauſam ſciendi deteriorationem, ſolent vt plurimùm fieri ſuper rebus mobilibus, prout in ſetuis, veſtibus,& animalibus,l.plerumque, in princip. & in §. ſi ſerui, de iure dot. in immobilibus autem vt faciant emptionem, benè Mandel.de Alba cita.conſil.

26 136.num.6.vol.1. Adde † Rot. Romanam apud Seraphinum de Oliuar. deciſio.1207. † num.1.vbi habetur *reſolutum* fuiſſe ſupradicta procedere etiam ſi non conſtet de æſtimatione,quia ſufficit conſtare in certa quantitate dotem fuiſſe conſtitutam,& poſtea bona eſſe viro tradita,quia tunc æſtimatio cenſetur à lege facta pro pretio,quod tunc bona valebant; plures in id Rota allegat omninò videndos, & notandos.

27 Secundò, † quæ ſit ratio ob quam id ſtatuatur. Reſpondeo, quòd nonnulli pro ratione repræſentant vtilitatem mulietis,quæ maior eſt, quòd dos cenſeatur æſtimata data, quàm inæſtimata,quia,vt diximus,quando æſtimata dos datur, omne periculum ad maritum ſpectat, nullum ad mulierem, Rubeus conſil.5.colum.2.in princip. & refert Riminal.in ſæpè citato principio inſtit. quibus alienare licet vel non, num.74.quam etiam vtilitatem conſiderarunt Ioſep. Ludouic.deciſio.Peruſi.89.num.20.Honded.conſil.14.num.58.volum.1. & Pet.Barboſ.in l. ſi æſtimatis,num.5.ff.ſoluto matrimo.Sotomaior de vſufructu lib.1. cap.4.num.9. qui multos adducit, & alij plures idem docent ex ſuprà citatis. Ideò, dicunt, capienda eſt hæc interpretatio in dubio, quòd æſtimatione, quæ facit emptionem, cenſeatur res æſtimata donata in dotem fauore, & beneficio mulieris.

28 Sed † eam reprobat idem Hyppolit. Riminal. ibidem, cuius verba non refero, quia non expedit. Vera igitur ratio eſt, quòd ideò æſtimario in dubio facit emptionem, quia vbi fit mentio pretij,emptio reſultat in dubio, l.fina. & ibi gloſſ. C.de præd.decur. lib.10.cùm pretium videatur eſſe cauſa finalis emptionis, & venditionis, quæ ſine pretio conſiſtere non poteſt, l.2.§.1. l.pacta cōuenta,verſic.An idem,ff.de contrahend.emptio.§.pretium, inſtitu.de emptio.& venditio. Cephal.conſil.407.numer.4.ſic declarat Affict. in citata deciſio.270. num.2. & alij adducti per Riminald.in adducto principio inſtitu.quibus alienare licet,vel non, nu.78. & omnes ferè quotquot in ſuperioribus fue-

29 runt allegati. Vndè † animaduertes non rectè ſenſiſſe in hac materia Ioa.Bapti. Coſta in tract.de remedijs ſubſidiarijs temed.63. num.2. dum dicit in dubio cenſeri factam æſtimationem ad probandum deterioration-em rei in temporis progreſſu, & ideò contrarium aſſeueranti incumbere onus probādi, nam nec Accurſ. in l.ſi inter, verbo,æſtimatæ, C.de iure dotium, nec Surd.in deciſ. 305.nu.37.quos allegat, id dicunt, ſed imò totum contrarium.

30 Et † non ſolùm æſtimatio præſumitur facta ad effectum faciendi emptionem, ſed etiam pretium, pro quo facta fuit, in dubio præſumitur iuſtum, alio non edocto; pretiū enim contrahentibus placitum ſemper præſumitur iuſtum, & ideò dicenti contrarium incumbit onus probandi, l.2. C.de reſcind. vendit.vbi Pantaleon Cremen.nu.18.& 143.

Rolan.

Rolan.à Valle consil.91.num.17. lib.2. Ioseph.Ludoui.conclusio.10.amplia.15. Nar. consil.650.num.8. latè Bec.consil.42. num. 13. cum sequentib.

Dixi, quòd in dubio æstimatio facit emptionem, nam si probaretur vel probatione plena, vel etiam (vt dicunt Surdus in sæpè citata decisio.305.nu.37. Barbosa in l.æstimatis,num.29. versic.De his, ff.soluto matrimonio, & Trentacinqu.variarum resolut. volum.1.lib.3.tit.de iure dotium,resolutio. 1.num.24.ex Aretino in consil.84. colu.2.) ex coniecturis ad alium finem fuisse æstimationem factam, tunc cessarent proculdubio quæ superiùs dicta fuere, Trentacinq. dicto variarum resolutionum volum.1.lib.3.titu. de iure dotium, in citata resolutio.1.nume. 24.vbi plures in id adducit, Ioseph.Ludou. conclusio.10.limitatio.2. Ioseph. Mascard. de probationibus conclusio.664.numer.12. Hyppol.Riminal.in principio instit.quibus alienare licet vel non, num.134.Paris.cons. 81.à num.10.cum sequentib.volum.3.Viu. decisio.261. num.5.& 7. De istis coniecturis est quòd breuiùs, quàm fieri possit, paucis agamus, quæ est materia vtilior,quæ potest ad propositum tractari, nam quãdo per plenam probationem expressè de his constat, non est disputationi locus.

31 Prima † coniectura est multùm frequens, quando non obstante quòd data sit dos æstimata, paciscitur tamen, & conuenit inter contrahentes, quòd res ipsa reddatur in casu restitutionis, nec dicitur quòd pretium: in illo casu æstimatio non facit emptionem, vt probat l.si inter,& ibi Doctores,C.de iure dotium,Aretin.in consil.84.Socin.senior consil.56.n.3.lib.1.Rolan.à Val.dicto cons. 92.num.21.lib.2. Ioseph. Ludoui.commun. conclusio.conclus.10.versic.Limitatur, Bec. in consil.42.in principio,Nat.in consil.650. etiam in princip. Barbos.in l.æstimatis, nu. 29.ff.solut.matrimonio, vbi hanc resolutionem à contrarijs vindicat, Surd. in consilio 330.num.25. Menoch.de præsumptionibus præsumptio.74.num.19.lib.3. Atque ita bis
†† in facti contingentia *resoluit* Rota Romana in illis duabus decisionibus, quæ fuerunt superiùs relatæ, nempè 136.& 157. diuersor.
† par.2. Idem fuisse *approbatum* per Siculanũ Senatum auctores sunt Mestrell.in iam aliàs citata decisio.149.num.9. & Castil.in alleg. etiam decisio.21.num.3.

32 Quod † procedit etiam si vlteriùs adijceretur, quòd restitueretur in eadem æstimatione, prout probat eadem l.si inter, C. de iure dotium, Socin.in sæpè citato consil. 56. in secundo casu, Alba in consil.176. nu. 11.volum.1.qui ponit casum,quando dictum fuisset,quòd dos deberet reddi in eisdem rebus,& sub eadem æstimatione; & in illo casu potiùs, ne deteriorata res redderetur, de æstimatione fuit facta mentio,quàm ad aliũ finem, prout aduertit Socinus vbi suprà, de quo nos in secũda coniectura latiùs agemus infrà. Facit quod docet Barbos.in sæpè citata l.æstimatis, num.31. circa finem, ff.so-
33 luto matrimonio, vbi † facit regulam generalem, quòd vbicunque in pacto continetur res æstimatas fore reddendas post solutum matrimonium, interpretandum est æstimationem non inducere venditionem,ex Paul. de Castro ibidem num. 3. concludens propterea contra Rube.in consil.5.quòd si post æstimationem addatur, quòd prædia restituantur eisdem modis quibus data sunt, æstimatio non faciet venditionem ex regula generali l.cum post 70. §.cum res,de iure dot. & l.quoties 21. C.eod.tit.

34 Sed † non idem esset quando dictum fuisset, quòd maritus promittebat dotem restituere soluto matrimonio, quamuis nihil diceretur de æstimatione, tunc nihilominùs censeretur æstimatio facta ea æstimatione, quæ facit emptionem; verba enim prædicta intelligerentur de vera dote, vera autè dos est pretium, nihil mutat ea promissio, Bal. in l.quoties,in fin.C.de iure dotium, Campe.de dot.1.par.quæstio.4. Ioseph.Ludoui. conclusio.10.amplia.5. Natta citato consil. 650. num.5. Franc.à Ponte in consil.71.nu. 10. & latè Hyppoli.Riminal.in sæpe citato principio instit.quibus alienare licet vel nõ, num.90.Alexand. Trentacinquius variarum resolutionum volum.1.lib.3.tit.de iure dotium, resolutio.1.num.5.Adde Petrum Barbos.in l.æstimatis,num.30. versicul.Infertur tertio,ff.soluto matrimonio, vbi postea nu. 31. rationem differentiæ adducit inter hũc, & præcedentem casum, quia (inquit) in illo casu pactum repugnat venditioni, nam si æstimatio illam induceret, non res,sed earum æstimatio reddenda foret. In hoc verò casu verba pacti non ita repugnant venditioni, cùm verba possint verificari etiam in æstimatione rerum dotalium, quæ dos appellari potest,vt latè in loco prædicto idem Barbosa probat.

35 Addit † postea idem esse quando post æstimationem factam interuenit pactum, quòd dos restituatur eo modo, quo data, & recepta est, adhuc enim in prædicto casu æstimatio inducit venditionem, quia verba dicti pacti necessario non repugnant venditioni,quam æstimatio inducit, late Hyppoli.Riminald.in sæpè citato principio instit. quibus alienare licet vel non, num.90. Alexand. Trentacinqu. variarum resolutionum volum.

volum.1.lib.3.tit.de iure dotium,reſolutio. 1.uum.5.

36 Secunda coniectura, † quòd non animo emptionis, & venditionis contractus celebrandi æſtimatio fuit facta, ſed imò ad declarationem melioration is,aut deterioratio nis, ſi fortè poſteà contingant, eſt quando ex interuallo poſt datum à principio fùdum dotalem inæſtimatum marito, fit poſteà illius æſtimatio, Bald.in l.ex conuentione,C. de pact. communiter ibi Doctores ſequuntur, Socin.iunior conſil.141.num.24.lib.1. Didac.in pract.cap.28.num.10.verſic.vndecimó, qui meliùs cæteris dicit † rationem eſſe,quia non ſit veriſimile contrahendo per nouationem à priori contractu diſceſſiſſe,& præterea nec donatio fieri poteſt inter virũ, & vxorem, nec alienatio rei dotalis, quæ forſan ex hac æſtimatione quæ emptionem efficerer,ſequeretur, Ioſeph.Ludou.conclu. 10.limita.9. Menoch.in ſæpè citata præſumptio.74.num.24.lib.3.Maſcar.de probationibus concluſio.663.num.14.Alexan.Trentacinq.variarum reſolutionum volum.1.lib. 3.tit.de iure dotium,reſolutio.1.numer.19. qui duobus modis declarat, Hyppol.Riminal. in principio inſtit.quibus alienare licet, vel non,num.101. vbi latè, Ioſeph.Ludoui. deciſio.Peruſina 89.per tot. vbi num. 10. & 38 duobus ſequentibus limitat, † niſi interuallum eſſet modicum, quo caſu contrarium eſſet reſpondendum,prout ibi in facti coutin † gentia *deciſum* dicit, & quod ſit modicũ,vel magnum interuallum, iudicandum arbitrio iudicis debere relinqui docet,& multis probat: totum de hoc eſt Maudel.de Albacõſ. 136.lib.1.vid endum.

39 Caſum † huic noſtro ſimilem ponit Aym. Crauetta in conſil.548.num.12.tomo 3.qui contingit quando pecunia fuit ab initio in dotem promiſſa,deindè quia die præfixa nõ ſoluebatur,fundus æſtimatus in ſolutum pro dote fuit præſtitus, nam tali caſu non dicitur æſtimatio facta quòd emptionem faciat, ſed quòd minoris pretij fundus dotalis non conſtituatur, quã fuerit pecunia primò promiſſa,allegat l.inter virum, & ibi glo. Bart. & alios C.de iu.dot.& Soci.in conſ.56.col. 2.verſi.Secundus caſus,vol.1. ſequitur Hyp polit.Riminald.in ſæpè citato principio inſtitu.quibus alienare licet vel non,num.102. Similitudo verſatur in hoc, nam ſicut præceſſit inæſtimatio fundi, deindè ſequuta fuit illius æſtimatio; ſic in iſto ſecundo caſu præceſſit promiſſio pecuniæ,deindè ſequuta fuit æſtimatio fundi poſteà dati in ſolutum.

40 Sed hic caſus † aliam habet Doctorum reſolutionem mordeutem, & non parùm repugnantem, qua dicunt, quòd ſi dos conſtituitur, ſeu promittitur in quantitate, & pro illius ſatisfactione datur res, tunc cenſetur data res illa ad illam quantitatem æſtimata, quaſi habens vicem dotis in quantitate promiſſæ, & propriè in iſto caſu cenſetur contracta emptio,& venditio, Dida.in ſæpè citato cap.28.num.1.verſic.Secundo apparet, in practic.quæſtionib.Menoch.præſumptio. 74.num.6.lib.3. Franciſc.Bec.conſil.42.nu. 6.Franciſc.à Ponte inconſil.71.num.9. plenè Vincent.Hondede. toto conſil.41.volu. 1.Viui.deciſio.261.num.7. Barnabas Cornazzan.deciſio.199. qui ita *deciſum* aſſerit, † & Andre.Fachine.controuerſiar.iur.lib.12. cap.74. volum.2. qui præterquam quod ita † etiam *declaratum* in certa facti contingentia de qua ibi tradit, rationes etiam adducit peroptimas, & ſignanter quia vbi eſt datio in ſolutum, ibi eſt venditio, venditionem enim importat, & conſtituit de iure ipſa in ſolutum datio, l.ſi prædium, C.de euiction. quę clarè decidit caſum noſtrum,in eo quod 41 ſtatuit † dationem in ſolutum vicem venditionis obtinere. Vndè benè dicebat in propoſito Anton.Fab.in ſuo Codice lib.4.titu. 42.de iure emphyteo. definition.55.in hoc 42 caſu † quando pro pecunia à principio in dotem conſtituta in ſolutum datur fundus, deberi domino directo laudimium, quoniam (inquit) nouus contractus eſt dationis in ſolutum emptioni cùm in cæteris ferè omnibus ſimillimus, tum † in eo maximè quòd 43 ex eo æquè ac ex emptione laudimia præſtãtur. Non videtur ergo poſſe dici, quòd in illo caſu, ſicut in hoc noſtro, cenſeatur per dationem in ſolutum contracta emptio, & venditio.

44 Per quæ † vereor ne decepti Aym. & quã eum ſequitur Riminal.in hoc ſint, vix enim fieri poſſe credam, quòd illa in ſolutum datio non fuerit ſuum emptionis, & venditionis effectum operata. Nec dicas quòd id fuiſſet ſi incontinenti in ipſa conſtitutione & promiſſione dotis extitiſſet ea in ſolutum datio facta, ſecùs quando ex interuallo, ſicut hic, ex differentia quam aliàs ſuprà inter æſtimationem, quæ fit ex interuallo, vel incontinenti notauimus, nam non eſt applicabilis; ibi enim ideò illud admiſimus,ne diceremus voluiſſe contrahentes per nouationem à priori contractu diſcedere, hic diuerſum eſt, ſi amplectimur prædictorum Doctorum ſententiam,quia neceſſum erit dicere, quòd voluerunt à prima intentione recedere, quæ erat vt in pecunia, & ſeu in quantitate dos conſiſteret, ſi volumus quòd in ſolutum datio poſteà ſequuta alicuius prædij æſtimati non faciat emptionem. Præterea non teperimus eam differentiam in iure,

quòd

quòd in ſolutum datio, quæ fiat incontinenti ſolùm importat emptionem, & venditionem, non ea quæ ex interuallo. Et denique l. ſi inter, gloſſ. Bart. & Soci. allegati parùm eam reſolutionem iuuant, cùm ne vix quidem verbum vllum de ea loquantur. Vide binas deciſiones noſtri Senatus ſuprà relatas egregiorum Senatorum Hieronymi Aſtor, & Raphaelis Rubi & Coll, vbi habes *tenere* Senatum conferi in illo caſu rem in dotem datam æſtimatam ea æſtimatione, quæ facit emptionem.

†† 45 Tertius caſus, † in quo æſtimatio non facit emptionem, eſt quando illa non fuit facta ad quantitatem dignam pro iuſto rei cuiuſmatæ pretio, prout videntur probare verba illa, *aut æſtimata*, l. quoties, de iure dotiũ, & facit gloſſ. in l. 1. §. 1. in verb. agendo, ff. de ſuperficieb. quæ probat ex quantitate pretij præſumi contractum venditionis, vel alium ab eo diſſimilem; tenent hanc ſententiam plures, quos longa ſerie refert Didac. in citato cap. 28. in practic. quæſtionib. numer. 9. qui dicunt hanc concluſionem eſſe communi omnium ſententia probatam, ac receptam; ſequitur etiam Menochius allegata præſumptio. 74. num. 23. lib. 3. Natta conſil. 650. nu. 46 8. dicit rationem eſſe, quia † quando valor non correſpondet rei æſtimatæ, ideò æſtimatio non facit emptionem, quia non videntur voluiſſe partes id agere, vt alter ex alterius iactura locupletetur; ſed id procedit ex coniectura, quæ ceſſat quando aliud apparet. Addit Hyppolit. Ruminal. in ſæpè citato principio inſtitu. quibus alienare licet vel 47 non, num. 109. quia † non eſt præſumendum quem voluiſſe vendere rem ſuam minori pretio quàm valeret, & ſic iactare ſuum, ex l. cum de indebito, de probationib. Viuius deciſio. 261. num. 8. latè etiam Alexander Trentacinq. in citato rit. de iure dotium reſolutio. 1. num. 55. qui infinitos penè adducit in idem, Maſcard. de probationib. concluſ. 663. num. 11. Magon. & ibi Rota Lucenſis deciſio. 76. num. 19. vbi in illo caſu aſſerit magis ad cuſtodiam, & gaudimentum ſtante maximo exceſſu, cenſeri rem datã, quàm vt per illam æſtimationem fieret emptio, Petrus Barboſ. in l. æſtimatis, nu. 20. verſicul. His ita explicatis, cum ſequent. ff. ſolu. matrimonio.

48 Hanc † reſolutionem veram dumtaxat intelligit Didac. quem ſequuntur in hoc, & ſimpliciter cum eo pertranſeunt Menochi. Nat. Bec. & Trentacinq. iam citati, quando tam iniuſta eſſet æſtimatio vt non æquaret dimidium iuſti valoris rei æſtimatæ, aliàs (inquit) cùm varia contingant de iuſto pretio teſtimonia, nec pretium iuſtum conſtitat in individua certitudine, maximis eſſet locus litibus hac de re, & controuerſijs, nec poſſet facilè deduci ad praxim communis Doctorum reſolutio, quòd in dubio æſtimatio faciat emptionem.

49 Hæc opinio † præſupponit non eſſe alterius læſionis habendam conſiderationem in iſtis rerum dotalium æſtimationibus, præter quàm ſi ſit vltra dimidiam, quemadmodum regulare eſt in emptionis, & venditionis cõtractu, cuius illæ vites obtinent, prout clationibus verbis explicant Bec. & Trentacin. allegati. In quo omnes iuris interpretes, qui id docuerunt, multùm acriter reprehenduntur ab Anton. Fabr. de errorib. pragma-
50 ticor. deca. 8. error. 6. per tot. dicente † nemi nem ex pragmaticis ignorare æſtimationem rei dotalis veram venditionem eſſe, ſed neſcire omnes non eſſe ſimplicem venditionem, ſed doris cauſa, nec quid inter illam, & hanc interſit, ſignanter in articulo de quo agimus, an neceſſaria ſit in æſtimatione tanta læſio, quanta in alijs emptionibus, & ven-
51 ditionibus. Ego † cùm ſummam huius viri doctrinam contemplor, & eruditionem extraordinariam, quam eius ſcripta redolent, conſidero, non deſino mirari quòd produxerit natura virum tanto alijs excellentiorem: ſed cùm ex alia parte tam rigidum, tã aſperum, & ſeuerum eum video in tot patribus, qui ante eum fuerunt, reprehendendis, vt vix vnus ſit vel Bart. vel Bal. vel alius quantumuis excellẽs iuris monarcha ex his, quos orbis veneratur, qui ei placere potuerit vnquam, quiq. ei aliquid ſciuiſſe viſus fuerit; neſcio an hoc, vel illud maiore in eo dignũ ſit admiratione; optaſſem q̃ non ſemper ſibi põs erraſſe viſi fuiſſent: fuerunt enim plures, qui eaſdem veritates, quas ipſe ſectatur, conſequuti fuere, & in occurrenti caſu, qui non tantam in his rerum dotalium æſtimationibus, ſicuti in ordinarijs venditionum contractibus, eſſe neceſſariam læſionẽ intellexere, prout apparet ex Azo. in ſum. de iur. dot. n. 17. Affli. cita. deciſ. 270. nu. 3. Anton. de Burgos in c. cum cauſa, nu. 48. de empt. & vendi. Bal. nouel. de dote 7. par. priuileg. 35. Anto. Gom. in l. 50. Tau. n. 44. Ar. Pinel. in l. 1. p. 2. cap. 1. à nu. 13. cum multis ſeqq. C. de reſcin. venditio. ex Barboſ. in l. æſtimatis, à nu. 21. ff. ſoluto matrimon. ex Riminal. vbi ſup. ex nu. 109. & denique ex pluribus alijs, quos ij Doctores adducunt, qui omnes ante Fabrũ proculdubio ſcripſerunt. Quorum ſit verior, & iuſtior opinio, ego ad præſens non diffinio, nec diſputo, quia non eſt caſus multùm contingibilis.

Quartus caſus † eſt, quando æſtimatio nõ eſt certa, puta ſi diciſſet maritus vxori, red-

dam tibi æſtimationem, vel ſi dictum ſit, q̃ æſtimatæ res tradebantur, nulla tamen æſtimationis definita quantitate, quæ ſunt exẽpla, quæ paſſim Doctores adducunt in propoſito. Ad hoc enim vt æſtimatio faciat emptionem, oportet quòd æſtimatio ſit certa, prout generaliter in omni genere æſtimationis probat Bar. in l. ſi vt certo, §. nunc videndum, num. 5. ff. commoda, Didac. Couarru. in ſæpè citato cap. 28. practicar. quæſtionum num. 7. quem eius doctrinæ ordinarius ſectator Menochius ſequitur in tractatu de præſumptionibus lib. 3. in citata præſumptio. 74. num. 21. Hyppoli. Riminald. in allegato principio inſtitu. quibus alienare licet vel non, num. 120. Alexan. Trentacin. variarum reſolut. lib. 3. vol. 1. citata reſolutio. 1. num. 16. titu. de iure dotium, Ioſeph Ludoui. concluſio. 10. limitatio. 5. Surd. deciſ.
53 114. num. 25. qui ponit † exemplum quando dictum eſt, prout fuerint æſtimatæ, abſque tamen nominatione certæ perſonæ, quę
† æſtimationem faceret, propter quod *decisũ* in Senatu Mantuano dicit nullam fore venditionem factam ſimpliciter pro pretio quãti fuiſſet domus æſtimata, nulla nominata perſona certa, quæ æſtimationem faceret.
54 Ratio † eſt elegans, quandoquidem emptio non conſiſtit ſine certi, & determinati pretij conſtitutione, §. pretium, inſtit. de emptio. & venditio. Anton. Gomez tomo 2. variarũ reſolu. cap. 2. de emptio. & venditio. num. 9. Nicola. Mozz. in eodem titulo, cap. de ſubſtantial. emptio. num. 24. omnium latiſſi nè Surd. allegata deciſio. 114. num. 6. quam rationem eleganter adducit Didac. vbi ſuprà, addens in fine plura fore ſupplenda vt contrariũ teneri poſſet, & ſequitur Trentacin. loco eriam citato.
55 Fallit † ſi quamuis non eſſet pretium certum per partes conſtitutum, fuit tamen dictum, quod æſtimatio fiebat, & cenſeretur facta pro pretio æſtimato per certos æſtimatores, tunc enim ſicut venditio quælibet eo modo facta valeret, ex l. final. C. de contrahen. emptio. Anton. Gomez, & Nicolaus Mozz. in locis ſuperiùs allegatis, prout expreſſim Senatus noſter ſemper egregius *declarauit* ſub die 15. Octobris 1615. referente egregio Senatore Ioſepho Roca, inter Dominicũ Bonet, & Iacobum Font, Actuario Perez, de qua cauſa, & de hac materia æſtimationis prerij faciendæ in contractu emptionis, & venditionis, videbis plura vti
† lia infrà in gloſſ. de ſtando dicto partis circa damna, & expenſas. Sic illa æſtimatio
56 hoc modo facta tenet, & † vlteriùs fauore mulieris, ſi iſti æſtimatores non æſtimauerint, & definiuerint pretium, cenſetur æſtimatio facta à lege, cui ſemper ſunt omnia certa, eo pretio quo res valebat tempore traditionis, pro quo definiendo recurritur ad boni viri iudicium, & arbitrium, Didac. Couarru. allegato cap. 28. practicarum quæſtionum num. 1. & Menochius, qui eum ſequitur, eiusque veſtigia ſectatur, de præſumptionib. in citata præſumptio. 74. numer. 5. Ioſeph. Ludoui. commun. concluſio. 10. ampliatio. 2. ex Socin. in conſil. 56. lib. 1. Hyppoli. Riminald. latè in ſæpè citato principio inſtitu. quibus alienare licet vel non, numer. 121. & cõcordant penitùs omnes quotquot hucuſque in materia adducti ſunt, & annotauit gloſſ. in l. finali, verb. pro nihilo, C. de contrahen. emptio. ex l. 3. C. de dot. promiſſione, & ex l. cum poſt, §. gener, ff. de iure dotium, eſt alia gloſſ. notabilis in dicta l. 3. verbo, videtur.
57 Sed vereor, † ne decepti iſti patres ſint nõ modicùm in eo quod vltimò dictum eſt, non æſtimantibus æſtimatoribus nihilominùs remanere res æſtimatas ea æſtimatione quæ facit emptionem, quia lex ſupplet, & ſuccedit in hoc caſu boni viri arbitrium ad dictam æſtimationem faciendam: repugnat enim manifeſtè diſpoſitio allegatæ l. finalis, C. de contrahen. emption. vbi expreſſim habetur, quòd ſi æſtimatores decedant ante æſtimatum pretium, vel aliàs illud non diffiniant, corruit venditio, & euaneſcit, nec poteſt alius in eorum loco æſtimare, quem textum ad hoc celebraſſe multùm Nicolaũ Moro. in tracta. de treg. & pace in 1. par. qu. 73. in 27. limita. ad reg. quod per me poſsũ, & per alium, refert Mozz. in allegato tract. de emptio. & venditio. titu. de ſubſtant. emption. num. 25. qui vlteriùs in idem allegat Cephal. conſil. 10. volu. 1. & Simon de Pre-
58 tis conſil. 6. nu. 16. Quod enim † docẽt ſpeciale id eſſe in dote, non facilirer ego admiſerim, qui ſciam dotis cauſam includi ſemper in generali diſpoſitione, niſi in eo habeat ſpeciale priuilegiũ, prout abundè probat Tiraqu. de retract. conſang. §. 1. glo. 14. nu. 103. Dec. in authen. ex teſtamento, in vlt. notab. C. vnde lib. & in l. 1. col. 2. de reg. iur. cum alijs latè adductis per Surd. deciſ. 164.
59 nu. 3. Idẽ Surd. deciſ. 318. nu. 4. vbi † ex multis probat, quòd vbi dos nõ reperitur in ſpecie priuilegiata, ſtandum eſt regulę. Infinitos penè in idem adducit Vincent. Carrocius deciſio. ſeu caſu 25. num. 1. in hoc autem non reperitur dotis cauſa priuilegiata.
60 Quæ enim † de l. 3. C. de dotis promiſs. & l. cum poſt, §. gener, de iure dotium, adducuntur, aliud procul dubio reſpiciunt, non illud ad quod allegantur. Solùm enim probant valere dotis conſtitutionem arbitrio ſoceri taxan-

taxandam, quia videtur (inquit textus in dicta l.3.C.de dot.promiſsio.) boni viti arbitrium ſtipulationi inſertum eſſe, id eſt, vt interpretatur Anto.Faber definitio.3.inferiùs citanda, quia non tam ſoceri, quàm boni viti arbitrium in hoc demonſtratum intelligitur, ſecundùm quod fit poſteà, & fieri debet taxatio, & definitio dotis, ſi vel nullum ſoceri ſit ſequutum arbitrium, vel anteqnam illud fieret deceſſerit. Et adhuc id non eſt ex ea ratione, quæ vulgò exiſtimatur, quia dos incerta fuit promiſſa, quo caſu eo non arbitrãte qui debebat, iotrat boni viri arbitrium, ſed quia etiam ſi nullam dotem promiſiſſet, filiam tamen ex paterno officio dotare teneretur, vel ipſe li viueret, vel eius bona ſi obijſſet, arbitrio boni viti, inſpectis his, quæ ad hoc inſpicienda diximus dum de dotis conſtitutione quoad paternam obligationem ageremus, prout pulcherrimè annotauit Antonius Faber in ſuo Codice libro 5.titul.6.de dotis promiſsio. definitio.2.&

61 3.docens, non † minùs dotis incertæ promiſsionem eſſe nullam, quàm alterius cuiuſcunque rei, cũ non reperiatur in hoc cauſa dotis priuilegiata: nec id quod dicitur in eo caſu fieri taxationem iuxtà boni viri arbitrium, indicat aliquam illius validitatem, fit enim non tam quia promiſſa eſt, ſed quia pater tenetur ad dotandum, vt dictum eſt. Videndus eſt Petrus Barboſa, qui etiam cũ noſtra opinione concurrit, licèt per diuerſa media, in l.æſtimatis, à num.1.cum ſequeo-

62 cibus, ff.ſoluto matrimonio. Illud † eſt non modicæ conſiderationis, quod adducit numer.2.verſicul.Item & ſecundo, dicendo illam ſpecialitatem in dote, quam conſidetãt Doctores, poſſe procedere quando ſi nõ recurreretur ad arbitrium boni viti, non valeret dotis conſtitutio, & matitus cogeretur habere vxorem indotatam, vt conſtat ex radicis incitata l.cum poſt, §.gener, de iure dotium: nos autem agimus de inducenda venditione rerum dotalium, propter quã dotis conſtitutio non extinguitur, & ideò quoad eam non videtur recedendum à vulgari regula dictæ legis finalis, Cod. de contrahen.emptio.

63 Quintus caſus † eſt, cùm nuptiæ non ſequuntur, tunc enim quantumuis æſtimata res dotalis eſſee, alias eo modo quo æſtimatio facit emptionem, hic tameo defectus nupeiarum facit ne aliquem effectum ea æſtimatio habeat, vtpote deficiente conditione nuptiarum, ſub qua facta de iure cenſetur, quando ſic ante nuptias contractas, proue probat in terminis textus in l. plerumque, & in l.in rebus 1.§.1.de iure dotium, optimè Iacobus Puteus deciſione 375. lib.3. & Aemilius Verallus tota deciſio.333.patt.3.

† vbi ita *deciſum* in Ruta Rom.aſſerunt. Adde Viui.deciſio.261.num.9.

64 Sextus caſus † eſt, quando licèt æſtimata res dotalis tradita ſit, dictum tamen fuit, quòd eſſee in electione mariti vel rem ipſam reſtituere, vel eius æſtimationem: tunc enim æſtimatio noo facit emptionem, nec eommodum, & incommodum marito cedunt, niſi quando ipſe eligit æſtimationem potiùs quàm rem ipſam reſtituere, & niſi quoad incommodum ſit aliqua illius culpa notabilis, & niſi res eſſet penitùs extincta, etiam ſine aliqua mariti culpa, quia tunc tenetetur ad æſtimationem ac ſi emptionem ea æſtimatio verè feciſſet, citata l.plerumq. §.fin. de iure dotium. In quo ampliùs non inſiſtimus, ex quo multùm latè explicatur à

65 Didac.Couarru. in ſæpè citato cap.28. practicatum quæſtionum, num.4. Qui † declarat contrarium futurum vbi electio fuiſſet vxori tributa, & eonceſſa in pactis dotali-

66 bus. Id quod † non videtur benè percepiſſe Iacobus Menochius (licèt Didac. alleget, & ſequatur, ſicut ſolet) de præſumptionib. lib.3.præſumptio.74.num.20. Alexan. Trẽtacioquius variarum reſolutionum lib.3.titul.de iure dot.reſolutio.1.num.25. Natt.in conſil.650.num.4. Magon.deciſio. Lucẽſ.76. & ibi additio, littera B. Adde Hyppol. Rimin.in principio inſtit. quibus alienare licet vel non, in codicibus additionatis nu.117. cum ſequentib. vbi latiùs quàm alij de illo caſu tractat, quando electio data fuit, & reſeruata mulieri, multis probans eo caſu æſtimationem non facere emptionem, imò ea non obſtante poſſe fundum dotalem peti, ſi id vxor maluerit.

67 Et non † ſolùm mariti eſt electio vtrùm velit reſtituere, quando expreſsim ita dictum eſt, ſed etiam quando ſimpliciter dictum fuit, quòd teneretur vel rem, vel æſtimationem reſtituere, ex textu claro, & expedito in citata l.plerumque, in fin. ff.de iure dotium: *Nam* (inquit textus) *cùm illa, aut illa res promittitur, rei electio eſt vtrùm præſtet*, Caſtren.in l.æſtimatis, num.5.ff.ſoluto matrimonio, & Cephal. in conſil.532. num.1.verſicul.3.volum.4. Aliba conſil.136.

68 num.12.volum.1. Ratio † eſt manifeſta, ad quam ſemper lex prædicta ſolet allegari, quia in alternatiuis electio eſt debitoria quid velit reſtituere, & ſic non debet maritus eſſe cæteris deterior, regul. in alternatiuis, de regulis iuris, in 6. de qua plura, inter alios, ſcribit Martinus Monter deciſione Aragon.48.num.1. cum tota ferè deciſione, poſt Aſflict.deciſio.397.nu.4. Hanc rationem expreſsim ad hunc caſum adducit

Socin. in conſ. 56. verſ. Quintus caſus, vol. 1.

69 Quam † regulam locum habere, & procedere ſemper, ac quotieſcunque vtrunque eſt in obligatione (ſicut hic), ad tradita per gloſſ. & Bart. in prima oppoſitione per tex. ibi in l. eum qui certarum, §. final. de verborum obligationibus, & Mar. Anton. Peregri. conſil. 86. num. 2. volum. 5. vbi cùm duo alternatiuè promittuntur, vtrumque eſt in obligatione) probant Doctores omnes quot-

70 quot ſuprà adducti ſunt: ſecùs foret quando vnum tantùm eſt in obligatione, id enim quod poſteà alternatiuè adijcitur, ad cautelam potiùs creditoris, & in illius fauorem, quàm ad beneficium debitoris, & ad illius vtilitatem cenſetur appoſitum, & ideò electio non eſt tunc debitoris, ſed creditoris, ex optima doctrina Bart. per illum textum in l. quamuis, ff. de pignor. actione, Marcus Mantua in obſeruationib. legalib. lib. 2. cap. de alterna. in princip. Euerardus in topi. lega. loco 108. à natu. alternati. num. 7. verſic. Tertiò fallit, Affict. in cirata deciſio. 397. num. 6. Marti. Monter etiam vbi ſuprà num. 14.

71 Quæ eſt † ratio, ob quam in iudicijs quando quis eſt condemnatus ad certam rem reſtituendam, vel dandam, veluti certos modios tritici ex aliqua obligatione debitos, vel ad illorum iuſtum valorem, electio non datur debitori, vtrùm velit vel triticum dare, vel æſtimationẽ ſoluere, ſed imò creditori, vt pntè quia ſpecies illa promiſſa erat tantùm in obligatione, & æſtimatio fuit ad cautelam creditoris à iudice adiecta. Hac theorica quotidiè in iudicijs vtimur ad graues cauſas decidendas, & ex-

† preſſim ita in facti contingentia *declarauit* de anno 1597. Senatus Aragon. prout refert Martin. Monter dicta deciſio. 48. num. 28. in caſu quo reus condemnatus fuerat vt creditori decem frumenti modios, ſeu ſexaginta aureos pro eorum vera æſtimatione ſolueret. Et idem etiam noſter Senatus ſemper

† egregius antecá *decíderat* in ſimili, imò eadem prorſus facti ſpecie de anno 1588. ſub die 20. Februarij, ad relationem olim egregij Senatoris Ioannis Amell, in cauſa Petri Mateu cultoris parochiæ Sancti Martini de Tayano, contra Paulum Lledo, Scriba Benedicto Sacares. Et idem poſteà etiam de meo tempore, & me conſulente, fuit ſæpiſ-

†† ſimè *obſeruatum*, & ſignanter de anno 1601. in cauſa Margaritæ Lliurada viduæ oppidi Oloti, contra N. Caragol & Eſcalas villæ Mulorum, ad relationem egregij olim Senatoris Ioſephi Benac, Scriba Sebaſtiano Morato, in caſu condemnationis certarum veſtium, aut ducentarũ quadragintarum triũ libr. pro earum ioſto valore; obtinui enim quòd in valore, quem actrix potiùs quàm veſtes eligebat, fieret executio; & in mille alijs ſimilibus cauſis poſſem exempla afferre, ſi oporteret, de meo tempore deciſis, & declaratis.

72 Sed ſi is, † qui dotem reſtituere debebat, ita dixiſſet: promitto intra certum tempus dotem molieris reſtituere, & ſi non reſtituero, dare in ſolutum certum prædium certo pretio æſtimatum; mulieris creditricis eſſet electio petendi elapſo tempore vel pecuniam, vel fundum, ex Decio in conſil. 12. quem ab impugnatione Socini defendit latiſſimo ſermone Ioannes Baptiſta Afinius de executio. §. 7. cap. 268. per tot. Natta in conſil. 496. num. 19. eandem ſequitur & Io. Gutierrez de iuramento confirmatorio par. 1. cap. 63. num. 9. poſt Balduni in l. 2. nu. 12.

73 Cod. de iure emphyteo. In hoc † enim caſu concordant Doctores, quòd vnum tantùm erat in obligatione, nempè quòd dos illa certa reſtitueretur, reliquum verò de prædio certo pretio æſtimato dando, in fauorẽ, & ad cautelam mulieris in pœnam non adimplentis promiſſa erat adiectum, & ideò iure optimo ex ſupra proximè traditis, non debitoris, ſed imò creditoris debet ſine dubio eſſe electio.

74 His † finitimus eſt caſus, quando, prout ſæpè fit, mulier adfert in dotem viro mille in certis fundis ſuæ hæreditatis, & bonorũ, ſecundùm æſtimationẽ faciendam per duos expertos, dubium eſt, an facta ita æſtimatione, & dote ſic æſtimata tradita viro, poſteà in tot bonis ſtabilibus ea æſtimatio faciat veram venditionem, in terminis in quibus ſuprà loquuti ſumus, taliter quòd maritus in caſu reſtitutionis, ad æſtimationẽ tantùm teneatur, vel è contra, Bart. in l. ſi qois ſtipulatus fuerit decem in melle, numer. 3. ponit hanc quæſtionem, & hac diſtinctione breuiter illam reſoluit, q̃ aut qois ſtipulatur ſibi dari centũ in fundis, aut in melle generaliter, & eo caſu centum ſunt in obligatione, in ſolutione autem ſunt fundi, & mel, quia nullum eſt intereſſe creditoris, quòd magis ſoluatur in vno melle, quàm in alio, in vno fundo, aut in alio, at vbi certus fundus fuit nominatus, aut mel certi loci, ex nominatione demonſtratur affectio, & intereſſe ſtipulatoris, ideò fundus nominatus eſt in obligatione. Sequitur Marcus Antonius Petegrinus in conſil. 86. num. 3. volom. quinto, qui dicit eum Bar. tranſire poſteriores, & in ſpecie Ruin. conſil. 65. num. 8. verſicul. Vel ſecundo, lib. 2. Cumque in noſtro caſu non fuerit facta promiſsio de tradendis mille in fundis generaliter, ſed in ſpecie

cie de fundis mulieris fuit facta mentio, indè fit quòd debeamus aliquod interesse, & aliquam affectionem circa eos considerare, & ex consequenti dicere debeamus eos fuisse in obligatione, & æstimationem in nostro casu non fecisse emptionem, ac proindè fundos fore restituendos in casu restitutionis, non quantitatem ad quam æstimati fuere. Sic pulchrè Peregri. qui similem huic nostro casum disputauit in citato consil. 86.

75 libro 5.

Nec † obstat doctrina Pauli de Castro in consil. 469. incipien. Præmittendum est, lib. 1. vbi in casu quo facta fuerat promissio scutorum tercentorũ, in bonis declarandis per quendam ibi nominatum, concludit, quòd facta declaratione, & assignatione bonorum pro dicta summa, maritus factus fuit liber, & absolutus dominus fundorum, dotem autem fore, & consistere in summa scutorũm tercentorũ, motus, quia per illa verba, promissionis scutorum tercentorũ in bonis declarandis, quantitas est in obligatione, bona autem non lunt in obligatione, sed in solutione, per textum iam allegatum in l. si quis stipulatus sit decem in melle, ff. de solutionibus, & quæ ibi notat Bart. Circa quod etiam est videndus Corneus in consil. 215. colum. 1. libro 4. per illam legem, & Bart. doctrinam, & Decius in consilio 187. colum. vltima. Non (inquam) obstat prædicta Pauli Castrensis doctrina, quia loquitur in primo casu Bart. vbi ad bona in genere facta fuit relatio, non ad certa bona: præsupponit enim dotem constitutam fuisse de scutis tercentis in bonis declarandis per quendam ibi nominatum; in quibus etiam terminis propriè loquitur Corneus loco superiùs allegato; ideò nihil mirum si ita responderunt vt dictum est: nos sumus in diuersis, & longè differentibus terminis, vt vidistis.

76 Septimum † casum, in quo æstimatio nõ facit venditionem, ponunt aliqui, quando res traditur viro pauperi, siue non soluendo existenti, Iason in l. ex conuentione, in 4. limitatione, & ibi etiam Decius limitatione vltima, C. de pactis. Eos sequitur Cephalus in consil. 532. num. 9. volum. 4. & recopilator repertorij Borgni. Caualca. in verb. maritus, & eius hæres non est obligatus, in versicul. Nam primò. Alios in idem referunt Didac. Couarru. in practic. quæstionib. cap. 28. num. 8. Iacob. Menochi. de præsumptionibus lib. 3. præsumptio. 74. num. 22. & Petrus Barbos. in dicta l. æstimatis, num. 26. ff.

77 soluto matrimonio. Sed † quia id communiter à Doctoribus reprobatur, non videntibus qualiter propter præsentẽ mariti impiam tempore contractus matrimonij, quæ ex post potest cessare, debeat iam ex nunc recedi a communi traditione, quòd æstimatio in dubio facit venditionem, prout in terminis reprobant Didacus, Menochius, & Barbosa, & is vtrimus omnium latè, in locis suprà citatis, & Ioseph. Ludouic. etiam satis abundè decisio. Perusi. 89. Ioannes del Castillo Sotomaior de vsufruct. lib. 1. cap. 4. num. 8. ideò ampliùs non insisto. Nec arbitror curandum de Hyppol. Riminald. in sæpè citato principio initu. quibus alienare licet vel non, à num. 112. & collectore supradicti repertorij Borgni. Caualca. vbi cõtra istos reprobantes prædictum septimum casum pluribus agunt, sed multùm, meo iudicio, infœliciter, ibi videatur, alia enim me vocant vtiliora.

78 Si tamen † ista mariti impia perseuerat vsque ad tempus restitutionis dotis, tunc fundum sic, vt dictum est, traditum, potest vxor in subsidium vindicare ac si æstimatus datus non fuisset, l. in rebus 30. & ibi glossa verbo, æstimata, in fin. Cod. de iure dotium, Moro. consil. 44. num. 14. & 15. Ioan. Baptista Laderch. Imolen. consil. 65. num. 2. Ioan. Baptistæ Costa remed. subsidiar. 63. num. 1. Mascard. de probat. conclusio. 619. num. 6. Vincent. Hondedeum consil. 41. num. 21. & sequenti, volum. primo, Didacus Couarru. qui latè declarat, in sæpè citato cap. 28. practicarum quæstionum, num. 8. Petr. Barbos. in sæpe allegata l. æstimatis, num. 26. ff. soluto matrimonio. Atque ita *resolutum* in facti contingentia fuisse in Senatu Sebusiano auctor est Anto. Faber in suo Codice lib. 5. titul. 7. de iure dotium, definitio. 43. Abundantissimè Mar. Giurba in nouissimis commentarijs ad consuetudines Senatus Messanensis cap. 15. gloss. 1. par. 1. ex num. 21. addens quòd in isto casu resoluuntur hypothecæ interim à marito impositæ; quod priùs dixerat egregius Senator noster Hyppolitus Montaner de actionibus parr. 2. libr. 1. cap. 24. num. 44. & quòd istud intelligitur discussis priùs bonis viri. Lege Giurbam prædictum ad totam hanc materiam æstimati fundi dotalis, quia forsan alium nõ reperies, qui ita largè eam tractet.

Atque hæc sufficiant pro nunc de materia æstimationis rerum dotalium. Ex quibus, iunctis Doctoribus, quos tibi in toto discursu adduxi, adiunctis etiam quæ in eadem materia tradentur infrà, dum de restitutione dotis agemus, arbitror satis, superque te habiturum, vndè quæcunque super his succedant, resoluas.

SVMMARIA.

1 Euictio an habeat locum in dote.
2 Euictio non venit in contractu dotali, nisi specialiter promittatur.
3 Ratio, quia in dote non interuenit res, & pretium, sicut in emptione, & venditione.
4 Aliæ rationes in idem.
5 Euictio debet pactari in dote, vt euitentur difficultates.
6 Euictio semper debetur vbicunque est pactata.
7 Euictio habet locum in emente scienter rem alienam, si de ea sibi expressim cauit.
8 Donatio sit suspecta vbi reperitur insolita euictionis clausula.
9 Euictio an habeat locum in censibus pro subrogatis in locum priorum. & num. seq. vbi decis. pro negatiua.
10 Omissum habetur pro omisso in materia euictionis.
11 Contractus non recipiunt interpretationem amplatiuam, sed arctatiuam.
12 Euictio promissa pro vna causa, non extenditur ad aliam.
13 Euictio vt censeatur promissa legi debet oculis corporeis.
14 Euictio non debetur pro re subrogata in fideicommisso.
15 Pater pro dote data, secundùm aliquorum opinionem, semper tenetur de euictione. Extraneus verò non. ibid.
16 Extraneus dotans videtur donare. Quod non est ita in patre dotante, vel alio obligato. ibid.
17 Pater dotans non tenetur de euictione, secundum aliorum opinionem, nisi incipiat à promissione,
18 L. si pro re, C. de rei vxor. actione, declaratur.
19 L. vni. §. & vt plenius, C. de rei vxor. actio. declaratur.
20 Pater, secundùm alios, tenetur de euictione pro dote in eo quod est intra legitimam, non in eo quod est extra.
21 Dotatio in eo quod excedit legitimam, est donatio.
22 Dotatio in eo quod est intra legitimam, est donatio ob causam.
23 Euictio semper habet locum in donatione ob causam.
24 Donatio ob causam, & respectiua ad aliquid receptum, vel recipiendum, est subiecta rescissioni ex læsione. vbi decis.
25 Renuntiatio læsiua rescinditur beneficio l. 2. C. de rescin. vendi.
26 Dotatio quæ fit pro iuribus legitimæ, anticipata solutio legitimæ dicitur.
27 Iudex non debet scrupulosa indagatione scrutari num dotatio paterna excedat legitimã, vel non.
28 Euictio habet locum nedum quando res euincitur ratione dominij, sed etiã quia appareat aliqua seruitus, quæ antea non erat.
29 Euictioni propriè locus esse dicitur, quãdo res euincitur ratione dominij, actioni verò ex empto quando detegitur aliqua seruitus. In primo casu requiruntur quæ sunt necessaria ad propriam euictionem, in secundo verò non. ibid.
30 Euictio non habet locum pro oneribus ordinarijs non denuntiatis, veluti decima, & similibus. vbi decisio notari, & aliorum Senatuum.
31 Euictio in dotationibus extraneorum intrat si inceptum est à promissione, non si à traditione.
32 Euictio debetur ab extraneo in dotatione, quæ incipit à traditione, quando res data est in dotem æstimata ea æstimatione quæ facit emptionem.
33 Dolus interueniens in donatione facit vt donans teneatur actione de dolo.
34 Differentia inter donationem, quæ incipit à traditione, & quæ à promissione, quoad euictionem, impugnatur ab Emanuele Saar. à Ribey, & à Pet. Barbos.
35 Sed non propterea Auctor recedit à communi.
36 Donatio quando incipit à traditione, cur non subijciatur euictioni, quando verò a promissione, sic.
37 Donatio quando dicatur incipere à promissione, & quando à traditione.
38 Constitutum transfert possessionem absque actuali, & corporali apprehensione.
39 Donatio vix dici potest vnquam incipere à promissione, sed semper à traditione, & quare.
40 Euictio in causis lucratiuis non habet locum quando is qui prætendit eam, ex alio titulo lucratiuo eandem rem acquisiuit.
41 Causæ duæ lucratiuæ eiusdem rem digito demonstrabilem concurrere non possunt.
42 Maritus institutus insemisse ab vxore an habeat ex vna parte vsumfructum medietatis bonorum illius vigore statuti, & ex alia parte aliam medietatem ex proprietate. Causæ duæ lucratiuæ nec in pœnalibus cõcurrere possunt. Interpretatio consti. 3. de fur. ibid. Pœna fustigationis inflicta pro vno furto, non potest iterùm infligi pro alio nouiter detecto antequam reus exiret à carceribus. ibid. vbi decis. nostri Senatus.

Pœna

43 *Pœna fuſtigationis eſt de illis, quæ conſiſtunt in ſpecie.*
Flagella non dantur ad numerum. ibidem.
Fiſcus in pœnalibus habet cauſam lucratiuam. ibid.

44 *Solutio vnica ſufficit in cauſis lucratiuis.*

45 *Pœna triremium non conſiſtit in ſpecie, ſed datur ad numerum.*

46 *Caſus in quo Auctor conſuluit circa euictionem reſpectu duarum cauſarum lucratiuarum.*

47 *Euictioni vt ſit locus neceſſum eſt quòd per ſententiam res ſit euicta.*

48 *Euictioni non eſt locus quando per ſententiam arbitri euictio eſt ſequuta.*

49 *Laicus in materia iactatorum prouocans eccleſiaſticum, dicitur propriè reus.*

50 *Fallit ſi laicus vt iudicium Eccleſiaſticum euaderet, hac cautela vſus fuit.*

51 *Clericus quando eſt poſſeſſor non poteſt per laicum trahi ad iudicem ſecularem.*

52 *Iactatorum remedium ſolùm eſt intentandum per poſſeſſorem infamatum, vt propriè iactata dicantur, concludendo quòd contra eum agatur.*

53 *Solitus ſoluere aliquam penſionem, ſi vult ab ea liberari, debet negatoriam actionem intentare coram iudice creditoris.*

54 *Clericus non poteſt trahi ad iudicem ſecularē ſub prætextu fictorum iactatorum. vbi deciſio noſtri Senatus.*

55 *Euictioni vt ſit locus neceſſarium eſt quòd ſit res euicta per diffinitiuam, nec ſufficit quòd per interlocutoriam.*

56 *Sententia interlocutoria non facit rem deciſam.*

57 *Caſus qui contigit Auctori diſputandus in Senatu circa euictionem per ſententiam interlocutoriam.*

58 *Executiua iudicia non faciunt rem iudicatam.*

59 *Executiuis in iudicijs ex defectu extremorum, aut aliàs, ſolent facilè rei ſuccumbere.*

60 *Euictioni an ſit locus ex ſola ſententia diffinitiua, an oporteat quòd res ſit cum effectu euicta, & ablata, remiſſiuè.*
Clauſula, quamuis euicta nondum res ſit, *quid operetur, remiſſiuè*, ibid.

61 *Emptor qui non ſuccubuit, ſed vicit in cauſa, an poſſit contra venditorem prætendere litis ſumptus, & expenſas.*

62 *Euictio extenditur ad acceſſoria ſumptuum litis.*

63 *Euictio, quanti tua intereſt, dicitur eſſe, non quantum pretij nomine dediſti.*

64 *Euictio quoad principale non intrat quando res non fuit euicta, ergo nec quoad acceſſoria ſumptuum litis, quando reus vicit.*

65 *Venditor an teneatur ad ſumptus litis quando non ſuccubuit, eſt communis pro vtraque parte Doctorum opinio.*
Deciſio pro venditore. ibid.

66 *Venditor tenetur ad ſumptus litis emptori, quamuis non ſuccubuerit, ex pacto.*

67 *Euictioni in multis caſibus eſt locus ante ſequutam euictionem.*

68 *Emptor poteſt recuperare ſumptus litis à venditore, etiam ſi non ſit ſequuta ſententia, quando ita litem defendit, vt alius coactus fuerit dimittere litem.*

69 *Euictioni vt ſit locus neceſſaria eſt denuntiatio litis.*

70 *Denuntiatio litis in materia euictionis eſt tā priuilegiata, vt vix remitti valeat.*
Denuntiatio litis ex æquitate ſemper fieri debet, quamuis ſit remiſſa. ibid.

71 *Denuntiatio litis non eſt omittenda ſub prætextu quòd venditor illius ſit tam conſetus.*

72 *Denuntiatio litis pro euictione non exigitur ad ſententiam ſimpliciter, ſed vt ſciens aliquid faciat.*

73 *Denuntiatio non debet omitti ob iuramentum poſitum in contractu ſine ſcientia euictionis.*
Iuramentum appoſitum in fine contractus non operatur ſicut ſi eſſet appoſitū particulariter quoad aliquod pactum, aut promiſſionem. ibid.

74 *Denuntiatio non poteſt omitti ex quo ſit promiſſa euictio in omni caſu.*

75 *Denuntiatione non facta tenetur venditor, ſi probatur iuſtitia euincentis. vbi deciſiones.*

76 *Euentus fruſtrà expectatur, cuius nullus eſt futurus effectus.*

77 *Emptor qui agit de euictione ſine denuntiatione ſub prætextu iuſtitiæ euincentis, debet eam iuſtitiam probare. vbi deciſ.*

78 *Emptor qui ſine denuntiatione litis agit de euictione ſub prætextu iuſtitiæ euincentis, probare tenetur eam adfuiſſe tempore litis motæ.*

79 *Contrarium tenet Auctor.*

80 *Emptor debet citò agere de euictione contra ſuum auctorem, aliàs ſi id multùm differret, non audiretur. & ibi ratio.*

81 *Culpa ſua cuilibet debet eſſe nociua.*

82 *Renuntiari ſolet in contractibus requiſitis ad agendum de euictione neceſſarijs.*

83 *Venditor, qui tenetur de euictione, non ſemper liberatur ſoluendo æſtimationem rei euictæ: ſed ſi habet aliam æquiualentem, tenetur eam tradere.*

84 *Emptori pro euictione præſtandum eſt quantum eius intereſt.*

85 *Emptor an ſequuta euictione, præſertim in in ſolutum datione, poſſit redire ad primæua iura.*

86 *Datione in ſolutum receſſa per euictionem non licet, præterquàm in dote, ad priora iura agere, ſed vel exempto actionem intentare, vel de euictione.*

87 *Venditio eſt perfecta ſequuta traditione. Venditor non tenetur niſi rem tradere, non emptorem facere dominum. ibid.*

88 *Datione in ſolutum receſſa permittitur redire ad primæua iura quando eſt data ſpecies pro ſpecie, vel genus pro genere.*

89 *Dos eſt priuilegiata, vt ea euicta, liceat ſit regreſſus ad primæua iura. vbi deciſ.*

90 *Dotis hypoteca vt tollatur, neceſſe eſt quòd res quæ pro ea datur accipientis fiat.*

91 *Proteſtatio facit vt euicta re poſſit rediri ad primæua iura. vbi deciſ.*

92 *Euictioni ne ſit locus, an poſſit per pactum effici.*

93 *Reſolutio eſt, quòd valet pactum, dempto quòd venditor nihilominus tenetur ad pretium.*

94 *Niſi amplè diceretur, quòd nec ad pretium venditor teneretur.*

95 *Euictio promiſſa pro factis, & contractibus proprijs tantum, quid operetur.*

96 *Venditor, qui dolo, & fraude ſolum voluit promittere euictionem pro factis, & contractibus proprijs, nihilominùs ad totalem euictionem tenetur. vbi deciſio noſtri Senatus.*

97 *Venditor in quibus caſibus, non obſtante pacto, tenetur in caſu euictionis ad pretij reſtitutionem, & in quibus non. remiſſiuè.*

98 *Denuntiatio litis quando eſt omiſſa, nec ad pretij reſtitutionem poteſt emptor agere.*
Euictio, quoad pretij reſtitutionem, eadem requiſita requirit, quæ quoad intereſſe plenarium. ibidem.

GLOS. VIII. PARS XIIII.

An in dote habeat locum euictio, & de eius materia larga tractatio.

1 HIs expeditis, † videamus (& erit ſecunda diſquiſitio in hac materia dotium in ſpecie conſtentium neceſſaria) num in eis locum habeat euictio. Iam dixi in ſuperioribus quid in rebus æſtimatis ſit tenendum, noſtra hæc diſputatio verſa-
2 bitur circa dotes inæſtimatas. Qua in † re concludendum reſolutiuè eſt, quòd in contractu dotali de ſui natura non venit regulariter promiſſio aliqua defenſionis, & euictionis, ſicut in emptione, & venditione, niſi ſpecialiter & expreſsè promittatur, vt dicit Alberic. in l. euicta, num. 1. C. de iure dotium, & don Garcias Meſtril. deciſio. 36. nu-
3 14. par. 1. Rationem † Alberic. num. 6. dicit eſſe, quia in emptione, & venditione interuenit pretium, & iuſtum non eſt quòd emptor careat re, & pretio, quod non eſt ita in dote. Et ſi replices, quòd maritus ſimiliter eſt in damno, ſicut emptor, quia euicta re ſuſtinebit onera matrimonij ſine dote; Reſpondebit tibi Anton. Gomez variarum reſolutionum tomo 2. cap. 2. de emptione, & venditione, num. 37. in fine, quòd non euincitur principale, hoc eſt perſona vxoris, qua fruitur maritus, & matrimonium benè eſſe poteſt ſine dote, & tenetur maritus ad onera matrimonij. Quæ ratio, licèt impugnetur à Martino Monter deciſio. Aragon. 13. num. 31. ad propoſitum de quo ibi, verũ veriſſimia eſt ad hoc noſtrum, quæ eidem poſtea Monter diſplicuiſſe non videtur in eadem deciſione num. 31. circa medium. Si tamen † tibi non placuerit, vide alias in idẽ rationes, quare ſcilicet in contractu dotali
4 regulariter non debeatur euictio, quamuis ſaltem reſpectu mariti ſit proculdubio, & dicatur oneroſus, quas tradit latè Ioan. Petr. Surd. in tracta. de alimen. tit. 7. quæſtio. 20. num. 28. cum ſequentibus, quas ibi videre poteris.

5 Bonum † eſt ergo quòd ſibi mulier, & maritus de euictione caueri faciant, tunc enim vincent, vt ita dicam, contractus naturam, & multas amaritudines ſubterfugient, quas pati neceſſe eſt eum, qui euictionem in dote prætendit, propter tot, tantasque caſuum diſtinctiones, quas Doctores in hac materia faciunt, alijs euictionem concedentes, alijs verò negantes, vt in inferioribus
6 videbis. Quando † enim expreſſim de euictione eſt cautum, tunc ſemper euictio debetur, nulla diſtinctione facta ex his quas Doctores in hac re faciunt, vt tradit Odofredus in l. 1. num. 6. in fin. & ibidem etiam Bart. in ſumma. & ibidem quoque clarè Salyce. in ſumma. num. 1. & iterùm num. 4. C. de iure dotium, Dida. Couarru. lib. 2. variarum reſolutio. cap. 15. num. 1. Hyppoli. Riminal. in §. 1. num. 88. inſtitut. de donatio. in parua impreſſione, & in addition. num. 185. Gaſp. Cabelli. de euictio. §. 4. num. 2. verſicul. Primus, Viuius in commun. opinio. verb. donatio vbicunque, num. 8. Hieronym. Portol. de conſort. cap. 11. num. 23. & noſter Iacobus Cancer. lib. 3. variarum reſolutionum cap. 4. de ſer-

de ſeruitu.num.20.plenè Rolan.à Val.toto conſil.67. volum.4. Cæſar Barzius deciſio. 64. numer. 58. benè Franciſcus à Ponte in conſil.27.num.5.& 13.& Franc.Bec.in conſil.24.num.34. Barboſ.magis in noſtris terminis, in l.æſtimatis 51.num.19.ff.ſolu.matrimonio, & eſt text.elegans in l.ſi fundum
7 ſciens,C.de euictio.vbi † in fauorem emen tis ſcienter rem alienam habet locum euictio, quando ſpecialiter eſt de ea cautum.

8 Verum eſt, † quòd pauci de appoſitione pacti dictæ euictionis curant, dum ſunt in illis primis matrimonij delitijs: videmus enim, quòd vix reperiuntur vlla capitula matrimonialia, in quibus hoc pactum ſit adiectum, quemadmodum in donatione gratuita apponi non ſolet,taliter quòd dicat Moro.reſponſ.17.numer.32.quòd ſi appoſitum euictionis pactum in donatione gratuita reperiretur, ex hac inſolita cautela ſuſpecta fieret donatio. Eis propterea quandoque cõſulti, cogimur reſpondere quod Gom.dicit loco ſup.cita.imputandum illis eſſe, quod ſibi in hoc non proſpexerint.

9 Sed † vbi contigit quòd partes negligentes in hoc non fuere,ſed per expreſſum pactum de euictione ſibi caurum eſſe curarũt, intrat elegans dubitatio, quam habuimus quandoque in facto, in caſu quo certi annui reditus, ſeu cenſus (cenſualia mortua nos appellamus) fuerant in dotẽ dari, nunquid pactum prædictum, & promiſſio extenderentur ad alios cenſus, & annuos reditus emptos ex pecunia proceſſa exluitione per debitorem facta conſtante matrimonio de prioribus in dotem datis, cum interuentu,& conſenſu dotem conſtituentis, vt fieri adſoler pro ſecuritate redimentis,an pro illis de euictione dotem conſtituens teneretur, ſicut pro prioribus, ſi euicti fuiſſent, in vim pacti prædicti, & promiſſionis. In qua quæſtione reſoluendum arbitror non fieri extenſionem, vt ſic pro illis cenſibus de nouo emptis, ſicut pro primis in dotem datis, dotans teneatur de euictione. Ratio non eſt alia, quàm quæ ex ſe eſt ſatis patens, quia in hoc caſu non fuit euictio promiſſa,ergo non de-
10 betur; quod enim † fuit omiſſum haberur pro omiſſo, vt in terminis euictionis docet Anguiſ.conſil.273.num.5.& 7.& Socin. ſenior conſil.70.num.5.& per totum, volu.3.
11 contractus † enim non recipiunt interpretationem ampliatiuam, ſed tantùm arctatiuã, etiam ſi ſine ea promiſſio ſtare nequeat,pulchrè Bald.in conſil.145.volum.3. Burſa.cõſil.449.num.fin.volum.4.Roland.conſil.58. num.64. volum.3.& in terminis Riminald. iun.conſil.392.num.18.& ſequentib. vol.4. & cùm nõ fuerit facta mentio de euictione, & defenſione iſtorum reditum in caſu alienationis de nouo emendorum, ſed tantùm de defenſione reditum in contractu matrimoniali aſſignatorum,vtique cenſentur partes non voluiſſe,quia ſi voluiſſent,iã expreſſiſſent, Bec.conſil.1.num.14.Cephal.conſil. 144.volum.2. in terminis Surd. conſil.150.
12 num.33.& euictio † eſt eius naturæ,vt facta pro vna cauſa non extendatur ad aliam, Surdus dicto conſil.150.num.69.& per tot. volum.1.Oſaſch.conſil.33.num.14.15.16.24.
13 25.& ſequentib. adeò † vt oculis corporeis legi debeat euictionis, vel indẽnitatis promiſſio, vt quis poſſit condemnari, Pariſius conſil.109.& conſil.ſequent.volum.1. Simõ de Pretis conſil.71.num.41.cum ſeqnentib. & num.45.tota de hoc eſt Garciæ Meſtrilli deciſio.Sicil.36.in 1.part.vbi bis aſſerit ibi fuiſſe pro hac opinione in hac facti contin-
†† gentia *declaratum*. Accommodatur his elegans Ludoui.Moli.doctrina in tracta.de primoge.Hiſpanor.lib.4.cap.4.num.47.& 49.
14 vbi † poſtquam reſoluit poſſe rem fideicommiſſo ſubiectam alienari, vt alia melior, vel vtilior ematur, & in locum eius ſubrogetur, & quòd res iſta ſic ſubrogata, & empta ex pretio rei maioratus, efficitur etiam ſubiecta maioratui,& in ipſo ſuccedit cum omnibus qualitatibus primæuis, adeò vt nihil differat à prima re vendita,quærit deindè nunquid ſi illa res ſubrogata euincatur ex eo q̃ non eſſet venditoris, vel aliàs, detur ſucceſſori in maioratu actio ad reuocandum alienationem, vel potiùs debeat vtraque re carere; concludit, quòd ſi alienatio fuerat eo pacto facta vt pretium deponeretur, & ex eodẽ pretio res alia emeretur, quæ in illius locum ſubrogaretur, tali caſu ſufficere inquit, quòd emptor obſeruaſſet contractum, pretium deponendo, quamuis enim poſtea euincatur res, quæ nouo ex illo pretio fuerit empta, remanebit tamen ſecurus, neque ad aliquid tenebitur. Sic in propoſito &c.

15 Hæc, † quæ dicta hactenus ſunt, procedunt quando ſpeciale euictionis pactum in doratione interceſſit, tunc intrepidè ei locum fore, & eſſe reſoluimus. Sed dubitatio eſt quando nihil de euictione dictum fuit, num quamuis regulariter dixerimus quòd non, dentur aliqui caſus, in quibus ei locum fore dicere debeamus. Qua in re ſunt qui diſtinguant inter patrem, & extraneum dotantes, exiſtimantes illum ſemper teneri de euictione, hunc verò non, niſi quando dos incipit à traditione, vt in donatione. Proſequamur pauliſper vtrumque membrum, ſperantes quod ex hoc labore multum commodi reportabimus, & incipiamus a patre, cuius frequentior proculdubio eſt dotatio.

Eſt

Est igitur circa patrem dotantem prima opinio, quòd is semper teneatur de euictio ne pro dote filiæ data, cuius opinionis fuere Angel. in §. fuerat, num. 12. institu. de actio. Negusant. de pignorib. in 2. par. membro 4. num. 27. Campec. de dot. 2. par. quæstio. 25. quos laudant Hieronym. Portol. in tract. de consor. & fideicōmiss. lega. cap. 11. nu. 25. & Martin. Monter decisio. Aragon. 13. nu. 21. qui reddentes rationem differentiæ quam constituunt inter patrem, & extraneum, eā
16 dicunt esse, † quia quando extraneus dotat mulierem, is propriè tunc videtur donasse, iuxtā l. vnic. §. accedit, C. de rei vxor. action. & ideò meritò in eo casu fit eadē distinctio, quæ in donatione. Cæterùm quando pater est qui dotat, vel alius qui tenetur dotare, in omni casu teneri eos de euictione oportet, quia cessat ratio supradicta. Ad quod confirmandum adducunt text. in l. si pro re pupilli 22. §. fin. iuncta glos. fin. de euiction. & l. vni. §. vt plenius, C. de rei vxor. actio. Addunt præterea id maximè verum esse cū maritus in dote dicatur habere titulum oneratus, l. ex promissione, de actionib. & obligationib. licet ex parte mulieris dicatur lucratiuus, l. fin. §. 1. vbi Bart. ff. quæ in fraudem creditor. & nos non semel in superioribus tradidimus.

17 Secunda † opinio superiori è diametro contraria, tenet nullam fore inter patrem, & extraneum in hoc constituendam distinctionem, & differentiam, sed æquè in illo atque in isto procedere, quòd si dos incipiat à promissione, sit euictioni locus, sin verò à traditione, minimè, quam defendunt Gasp. Cabelli. de euictio. §. 4. num. 7. in 6. volumi. nouorum tractatuum, in prima illius parte, & Petr. Barbos. in lætitatis 51. num. 17. ff. soluto matrimon. & pro ea adducunt text. quem dicunt esse ad id expressum, in l. 1. C. de iure dotium, quæ de socero loquitur, & supradictam distinctionem facit, num dos incipiat à traditione, vel à promissione, contra quem addunt loqui Angelum, & alios, qui contrarium tenent. Vrget etiam pro eadem opinione text. in l. cum post 70. §. cūres, de iure dotium, & in l. pater filiæ 71. ff. de euict. quæ in dote euictionem denegant, etiam si à parente sit constituta.

18 Neque † obstare contraria asserunt, quia imprimis l. si pro re, non probat id ad quod adducitur, quia tantùm probat ipsam mulierem propter proprium interesse posse agere de euictione aduersus illum à quo emit fundum dotalem, vt etiam probat l. quamuis 77. de iur. dotium, cuius rei rationem assignant Iason in l. Iulianus §. 1. in fin. de verborum obligationib. & Cabelli. dicto §. 4. nu. 8. quamuis enim ipsi mulieri non sit euictus fundus, tamen euincitur à marito, qui eum habet ex causa onerosa, l. ex promissione 28. ff. de actionib. & obligationib. Et licèt glos. subdat, quòd ob id maritus potest agere de euictione aduersus mulierem, vel eius hæredem, quamuis si causam lucratiuam haberet, non posset agere de euictione, l. obres donatas 62. ff. de ædil. edict. id tamen restringendum est ad terminos text. in l. si pro re, §. fina. quando mulier poterat habere regressum aduersus illum, qui fundum dotalē vēdidit mulieri, eo enim casu maritus agere de euictione aduersus mnlierem in eo sensu, vt vel ipsa agat aduersus tertium, vel actionem cedat. Cæterùm si mulier nō posset habere regressum aduersus alium, tunc maritus ratione propriæ euictionis agere non posset, nisi pactum interuenisset de lucranda dote, l. sed & si 23. cum glo. ff. de euictio. Bald. consil. 468. lib. 4. Aymon Crauet. consil. 186. in fin.

19 Neque † etiam secūdum contrarium obstare dicunt prædicti Doctores de l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxo. actio. formatum, quia textus tantùm probat bona dotantis censeri tacitè hypotecata in casibus, in quibus maritus posset agere de euictione rerū dotalium, non tamen declarat in quibus casibus id fieri possit, vt ibi aduertit glos. in verbo, euictio, & Baldus. Hæc supradicti Doctores adducunt in confirmationem suæ opinionis, quæ est non esse in hoc faciēdam differentiam inter patrem dotantem, & extraneum.

20 Sed est † tertia opinio medium tenens inter supradictas duas extremas, & distinguens inter id quod est intra legitimam, & id quod est extra eam, vt in primo casu, quatenus scilicet id quod pro dote donatum est, ascendit ad legitimam de iure naturæ filijs debitam, locus sit, & esse habeat euictioni, quia quantum ad hoc non dicitur parens exercere liberalitatem, quatenus verò dos excedit debitum bonorum subsidium
21 filiorum, cùm huiusmodi † excessus dicatur propriè liberalitas, & donatio, necessum est quòd subijciatur regulis de donatione loquentibus, vt si incipiatur à promissione, locus sit euictioni, secùs si à traditione. Hanc opinionem multis probat Hieronym. Portolesi. in tracta. de consor. & fideiccommiss. lega. cap. 11. num. 25. vbi signanter reprehendit Gasp. Cabelli. quòd voluerit reprobare Aretin. & Negusant. dicens, quòd licèt illius auctoritas magna sit, & ingenio polleat, ei tamen non tantum quantum Aretin. & Negusant. tribuendum est. Addit posteà hæc clarè probari ex his, quæ videmus de

dona-

donatione remuneratoria, & de donatione ob cauſam paſſim à Doctoribus adduci, vt videre eſt apud Tiraquellum in l.ſi vnquam, verbo, donatione largitus, num.148.cũ duobus ſequentibus, C.de reuocan.donationib. & ex eodem Cabelli.dicto §.4.num.4.Viui. in commun.opinio. verbo, donatio vbicunque incipit à promiſſione, Riminald.in §.1. ex num.169.inſtitu.de donationib.Martin. Monter deciſio.13.num.21. & Iacob.Canc. in 3.parte variarum reſolutionum cap.4. de ſeruitu.num.18.verſic.Quid quod? Conducunt non parùm quæ nos in primo huius laboris tomo de hac eadem differentia docuimus claſu.4. gloſ.28. à num.6. cum multis ſequentibus, & in alijs locis eiuſdem tomi ibi relatis, vbi deciſiones Senatus pro eadõ diſtinctione, & differentia retolimus, & grauiſſimos in idem Doctores adduximus. Quibus nunc adde Moro.conſ.43.nu.13.

22 Non enim † eſt dubium, quin, ſaltem in eo quod eſt intra legitimam, ſit donatio ob cauſam, prout in loco mox relato in prioro tomo reſoluimus, & comprobauimus ea eadem etiam clauſu.4.gloſ.1.num.40.in fine,
23 & num.41. In donationibus † aurem ob cauſam pariter indubitatum eſt ſemper fore, & eſſe euictioni locum, ſiue illæ à traditione, ſiue etiam à promiſſione incipiant, Barr. in l.Iulianus 131.§.qui fundum, nu.5.ff.de verborum obligationib.& ibidem Io.de Imol. Alexan.Franciſc.de Aret. ac Iaſ. & additio. Alba.ad Bart.verb.ſi verò, Gaſpar Cabelli. de euictio.§.4.num.4.& ſequent. Boer. deciſio.67.num.1. Viui. in commun. opinion. verbo, donatio vbicunque incipit à promiſſione, num.7. & Henri.Roſental.de feudis, cap.8.de fine & effectu feudorum, concluſio. 29. numer.5. & ibi additio in littera E. tomo primo.

24 Addamus † eiſdem etiam quòd hæc opinio non videtur admittere dubitationẽ aliquam, præſuppoſito quòd eiuſmodi donationes, quæ pro dote à parentibus fiunt, non ſolent ſimpliciter fieri ex ſolo paterno amore, ſed ſemper pro iuribus legitimæ, & alijs, quæ tunc filiabus ſpectant, & in futurũ ſpectare poſſunt in illorum bonis, vt viſum eſt in noſtra clauſula, quas donationes ſubſequuntur poſteà amplæ renuntiationes, quas eædem filiæ faciunt parentibus de dictis iuribus, quia in hoc caſu nemo aſſerere iurè poteſt, dicendum eſſe titulo lucratiuo per filiam acquiſitum quod mediante iſta renuntiatione per eam acquiritur, imò ea, quæ aliàs iudicaretur, & iudicari deberet mera donatio, ſi aliàs eſt correſpectiua, & ob aliquam cauſam facta, putà accepto certo pretio, vel certa aliqua re data, vel promiſſa, tunc amittit proculdubio naturam, quam aliàs habuiſſet, metæ donationis, & fit contractus oneroſus ſubiectus reciſioni vigore l.2.C.de reſcinden.venditio. ſi in ſic donãte læſio ſufficiens conſiderari poteſt, habito reſpectu ad id quod fuit ex alia parte datum, vel promiſſum vt donatio fieret, & ad illius æſtimationem, Corne.in conſil.161. Viſis, colum.3.num.8.& 9.volum.3.Mandel.Alba conſil.81.num.55.volum.1. Bart. in conſil. 90.num.2.volum.1. Roma.Areti.& Claud. Acq. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verborum obligationib.Cagnol.in l.2.num.194.C.de reſcinden.venditio. Aymon Ctauett.conſil. 192.num.1.Surd.conſil.46.num.16.volum. 1.Camill.Borrell.conſil.4.num.3. Vincent. Hondede.in conſil.42.num.24.lib.1. Menochi.conſil.80.num.70.& 71.pulchrè Anton. Faber in ſuo Codice lib.4.tit.30.de reſcinden.venditio.definitio.8. vbi dicit, quòd in iſto caſu potiùs debemus conſidetare quendam contractum innominatum, in quo ſi nõ modica læſio interuenerit, agi poteſt ad reciſionem, benè Ror.Roma.deciſio.102.nu. 7.par.2.diuerſor.

Facit ad propoſitum deciſio noſtri Senatus facta 2. Martij 1606. in caula Monſerrati Sayret, & Bernardi Monjo, referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor, vertenti, in qua, in donatione iurium penès tertium exiſtentium facta cum cõditione quòd donatarius teneretur dare donatori ſexagin
† ta libras, fuit *dictum*, non eſſe puram, & veram donationem, ſed imò venditionem iurium, & actionum pretio ſexaginta librarũ, & ſubiectam legibus aliarum venditionum.

Habebam & ego cauſam de hoc in Senatu, referente egregio Senatore Balthaſare Morell, Scriba Simone Font, in qua cùm prætenderem quòd quædam donatio mediate cuiuſdam hæreditaris facta vt donatarius teneretur lites, quas donator habebat, & haberet ſuper dicta hæreditate ſuis ſumptibus defendere, ſubiecta erat reciſioni ex læſione vigore l.2. C.de reſcinden.venditio. quia valor rei donatæ, imò verùs venditæ, longè excedebat æſtimationem muneris per donatarium ſuſcepti; reciſa dicta donatio
† *fuit*, tum ex enormiſsima læſione, quæ in ea interuenerat, tum & ex alijs cauſis ibi expreſsis, vbi Senatus habuit pro conſtãti has donationes eſſe ſubiectas reciſioni ex læſione, quemadmodum alij contractus. Fuit etiam ibi conſideratum, quòd erat mulier, quæ donauerat, quod etiam Doctores conſidetant qui ſuprà relati fuere. Actrix erat Margarita Cirera & Fumanya, contra Ioannnem Prat. Sententia lata die 9. menſis Octobris 1619.

Sic

25 Sic videmus † in his renuntiationibus ad eas retractandas dari remedium dictæ l. 2. ſi tanta læſio in eis adeſt reſpectu rei, quæ in dotem recipitur, vt ſufficiens iudicari valeat ad reciſionem, prout abundè infrà in clauſula renuntiationis comprobauimus. Signum ergo eſt, quòd huiuſmodi donationes, & acquiſitiones, quæ earum vigore per mulieres fiunt, dici non poſſunt rituli lucratiui, ſed imò oneroſi.

26 Accedit † præterea, quòd dotatio quæ fit pro iuribus legitimæ, & concurrente renũtiatione de qua ſuprà, eſt, & dicitur propriè legitimæ ſolutio, quæ anticipatè mulieri ſoluitur fauore nuptiarum; indè enim fit, q̃ eam petere poſtea non poteſt, vt ſuo loco in clauſula renuntiationis latiùs, Deo concedente, explicabo. Non eſt igitur iſta dotatio vt mera donatio, & vt purus titulus lucratiuus regulanda; & ideò nihil mirum ſi dicamus, quòd ſaltem in eo quod eſt intra legitimam, ſit ſemper euictioni locus.

27 Sed hoc † vnum velim nõ omittas, quòd cùm in concambium dotationis recipiat id parer, quòd filia non poſſet ipſo inuito in ſuis bonis ſuccedere, cùm id operetur renũtiatio, quam filia facit, non debet iudex multùm ſcrupuloſa indagatione vti, num legitimã excedat dotatio, vel non, ad effectum vt ſi excedit non concedat euictioni locum in illo exceſſu; aliquid enim debet valere iſta renuntiatio, qua ſibi ipſi filia legem imponit ne quicquam petere vnquam in bonis paternis poſſit, etiam ſi multùm augeantur, vt dicemus in clauſula renuntiationis.

28 Id quod † nedum procedit quando res in dotem data euincitur ratione dominij, ſed & quando in ea detegitur aliqua ſeruitus, putà quòd eſſet emphyteotica, aut feudalis ſub præſtatione alicuius annui cenſus, quæ denuntiata per patrem dotantem nõ extitiſſet, q̃ quia multùm benè probant Martinus Monter rota deciſio. 13. vbi refertur quòd in † Senatu Arago. fuit circa hoc *deciſum*, & Iacobus Cancer in 3. par. vari. reſol. cap. 4. de ſeruitu. à nu. 9. cum ſeqq. ideò ibi rem hanc legendam relego lectorem.

29 Eſt tamen † aliqua inter hos caſus differentia, quando ratione dominij, vel quando alicuius oneris euictio prætenditur: in primo enim caſu propriè de euictione agitur, in ſecundo vero ex empto: in primo requiſita pro euictione requiruntur, in ſecundo nõ ſemper, imò illud præcipuum de denuntiatione fienda nõ ſemper eſt neceſſarium, nec quòd euictio effectualiter ſit ſequuta: quod quia benè declarat Rota Bononienſis apud Cæſarem Barzium deciſio. 85. & Magon. deciſ. Floren. 48. nu. 6. ideò ſubſiſto.

30 Sed aduerte, † quòd non pro omni onere, quod renuntiatum non ſit, debetur de iure euictio, vel aliàs tenetur dominus rei ipſi acquiſitori: pone enim quòd non fuiſſet denuntiatum prædium eſſe decimale, quod tamen poſtea decimæ obnoxium reperiretur, ad nihil tenetur venditor, vel donator propter id. Ratio eſt, quia iſtud onus regulariter, & ordinariè inelt omnibus prædijs, & propterea non eſt neceſſarium vt exprimatur, prout in terminis docet Monter in citata deciſio. 13. num. 39. & 40. vbi videas. Ego enim non extendo, quia ibi habetur latè, & præterea materia eſt nonnihil extranea ab inſtituto quod proſequimur. Contigit iſte caſus diſputari in Senatu noſtro ſuperegregio, referente egregio olim Senatore Ioanne Caſtello, in cauſa Archidiaconi maioris Sedis Barcinone, vt Rectoris Eccleſiæ Parochialis Sanctorum Iuſti & Paſtoris, contra Petrum Ferrer, in qua die 26. Ianuar. 1603. † fuit punctualiter *concluſum* vt ſuprà, & fuerunt ſumpta motiua prout hic poſita ſunt. Vidi in Archiuo Regio.

31 Tranſeamus † ad dotationes extraneorum, quæ cùm ſint meræ donationes, neceſſum eſt quòd eam diſtinctionem admittant in hac materia, quæ in meris donatibus conſtituta eſt, vt ſi incipiat donatio à traditione, in qua animum potiùs diſtrahendi, quàm contrahendi, & ſe obligandi habere dicitur, non habeat locum euictio. Si verò incipit à promiſſione, in qua ex aduerſò donãdo animum potiùs cenſetur habere obligandi ſe, & contrahendi, contractumque efficacem facere velle, quàm diſtrahendi, euictioni omninò ſic locus, ſic glo. Bart. & communiter Doctores in l. Ariſto, §. final. de donationib. benè Hieronym. Portoles in tracta. de conſor. & fideicommiſſ. lega. cap. 11. numer. 27. eleganter noſter Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 4. de ſeruitu. à nu. 20. cum ſequentibus, vltra quem, & quos ipſe allegat, vide Hyppol. Riminal. latiſſimè de his agentem in §. 1. inſtitu. de donationib. à nu. 69. cum pluribus ſequentibus, ſecundùm partam impreſſionem, ſecundùm magnam verò, & additionatam, à num. 135. cum ſeqq. Thobias Nonius in eodem loco, à num. 5. etiam cum ſequentibus, Antonius Gomez tom. 2. variarum reſolutionum cap. 2. de emptio. & venditio. num. 35. & cap. 4. de donatio. num. 5. Nicola. Boer. deciſio. 67. in princip. Et in terminis cotationis quòd ſit etiã ea diſtinctio obſeruanda, probat l. 1. C. de inte dotium, & ibi gloſſ. ordinaria, & plures quos enumerat Anton. Gomez in dicto cap. 2. de emptio. & venditio. num. 37. Gregor. Lopez in l. 22. Taur. tit. 11. *de las dotes*, glo. 2. parti.

parti.4. Barbosa in l.æstimatis 51. num.16. versic. Ex qua, ff. soluto matrimon. & Portoles vbi suprà.

32 Quod tamen † (vt sub breuibus resoluti-nè tota materia habeatur) subintelligit verum Gomez loco allegato, nisi talis res detur æstimata ea æstimatione quæ facit emptionem, vt pretium teneatur restituere recipiens, quia similiter tenetur dotans de eui ctione, licet dotatio inceperit à traditione, circa quod vide etiam quod notat Bald. in l. 1. num. 4. C. de iure dotium, & Barbosa in l. æstimatis 51. num. 19. versic. Quintò & vltimo, ff. soluto matrimonio, per dictam l. 1. C. de iure dotium, quæ loquitur in socero, & per l. & quoties 17. eodem titulo de iure dotium, quæ de muliere loquitur dotē constituente virū suū.

33 Quod † item subintelligēdum vult idem Gomez, nisi dolus interuenerit ex parte dātis, quia tunc tenetur actione de dolo ad æstimationem, & interesse rei euictæ, & ad sumptus, & expensas factas in ea, quæ dicit probari per Bart. & alios plures Doctores, quos allegat, videndos. Nec est omittendus Cancer. cum alijs, quos suprà adduximus, qui nonnihil de his agunt. Et in terminis eandem fallentiam, quando adest dolus, tradit Rubin. decisio. Rot. German. 29. adductus per Aloys. Ricci. collecta. 1030.

34 Licèt † autem supradicta distinctio inter donationem, & dotationem, quæ incipiunt à promissione, & eas, quæ à traditione, sit tam communis, vt nihil inter Doctores cōmunius, nihilominùs non desunt qui eam controuertunt, quia nihil transit sine contradictione. Eman. enim Suar. à Ribey. in additio. ad Gom. in dicto cap. 2. de emptio. & venditio. in littera O. vanam, futilemq. esse omninò hanc differentiam ab interpretibus commentam dicit: Cur enim (inquit) qui promisit se donaturum, grauius, durìusve deuincietur, quàm qui statim rem donauit? Petrus autem Barbos. in citata l. æstimatis, num. 17. circa finem, mouet difficultatem di stinctioni prædictæ, dicens impossibile videri considerare dotis dationem, quam nō præcedat tacita dotis promissio; neq. enim aliàs per dotis dationem transfertur dominium, l. nunquam nuda, ff. de acquir. rerum dominio, cum similib.

35 Sed hæc † me nihil mouent, tum quia video l. 1. C. de iure dotium, expresse hanc distinctionem, & differentiam facientem, & communem præterea Doctorum torrētem, qui est pro ea: non enim soleo faciliter propter vnius, aut alterius contradictionem, à tam receptis opinionibus recedere. Si rationem quærebat Suarez cur magis in vno, quàm in alio casu obligetur donans, & dotans pro euictione, eam videre poterat apud Doctores suprà allegatos, qui eā passim adducunt, quam nos retulimus, & propè habebat Gomez, quem commentabat, apud quē rationem diuersitatis prædictam legere potuit in dicto cap. 2. de emptio. & vendition. num. 35. & tu ad satietatem vsque huius diuersitatis rationes legere poteris apud Martinum Monter decisio. 13. à nu. 27. quas non
36 est cordi hic transcribere. Vide etiā † Martin. Coler. decisio. German. 14. vbi sub breuibus dicit, quod quando donatio incipit à traditione, obligatio indè orta fuit sub'ata solutione, secùs quando incepit à promissione, quia adhuc res donata non est facta accipientis, & ideò nihil mirum si in primo casu nulla debetur euictio, in secundo verò debeatur.

Ad difficultatem motam per Barbosam idem ipse respondet latè, ideò non est quòd nos in eam rem incumbamus, cùm parùm sit profutura in praxi; sufficit nosse quod tūc dicuntur donatio, & dotatio incipere à traditione, cùm in effectu res traditur tempore quo fiunt: sed non intelligas, quòd licèt in instrumento donationis adsint verba, *offert, donat, & tradit*, quòd tunc dicatur donatio incipere à traditione, quia opus est rei præsentia, vt ex illis verbis inducatur traditio.

37 Ex qua † annotatione habes simul declaratum quando donatio, & dotatio dici debent incepisse à promissione; quod quia latiùs tibi notter Cancer declarat in 3. par. variarum resolutionum cap. 4. de seruitu. num. 29. ideò amplius non insisto, ibi hæc videātur, cū quibusdam pulchris in materia, quas tradit, quæstionibus.

38 Sed † cùm hodie ex stylo soleat semper in his donationibus, & dotationibus, quę de re quapiam immobili fiunt, non secùs acqui in emptionibus, & venditionibus, & alijs quibuscunq. contractibus, apponi clausula cō stituti, per quam nemo est qui ignoret quin absque actuali, & corporali traditione trāsferatur verè dominium, & possessio, non fi ctè, licèt per actum fictum, vt probat l. sicut, §. superuacuum, quib. mod. pig. vel hypotec. solua. & nos abunde documus, & pulchris nostri Senatus decisionibus illustrauimus in primo huius nostri operis tomo clau. 4. glo. 27. à num. 5. cum multis sequentibus, indè
39 sic, † quòd vix in nullo casu dicetur vnquam quòd dotatio, & donatio incipiant à promissione, sed semper à traditione, & sic nūquam ferè locus erit euictioni, & in terminis terminantibus docet Vuius, & multis probat in commun. opinion. verbo, donatio

vbi-

vbicunque incipit à promiſſione, citra med. quòd ſufficiat traditio per iſtos actus fictos, ad effectum de quo agimus.

40 Limitatur † quod diximus locũ fore euictioni in his cauſis lucratiuis quando incipitur à promiſſione, niſi euictio prætendatur ex alia acquiſitione facta per eũdem ex alia etiam cauſa lucratiua: tunc enim non agitur de euictione modo aliquo. Ratio eſt clara,

41 & expedita, † quia duæ rauſæ lucratiuæ circa eandem rem digito demonſtrabilem in genere ſuo functionem non reripientem, cõcurrere non poſſunt, ex vulgatiſſimo §. ſi res alicna, inſtitu. de legat. *Si res aliena* (inquit Imperator) *legata ſit, & eius rei vino teſtatore legatarius dominus factus fuerit, ſi quidẽ ex cauſa lucratiua, veluti ex donatione, vel alia ſimili cauſa, agere non poteſt, nam traditum eſt duas lucratiuas cauſas in eundem hominem, & eandem rem concurrere non poſſe,* l. omnes debitores, de actionib. & obligationibus, l. fin. §. 1. quæ in fraudem creditor. & l. Mæuius, §. duotũ, de legat. 2. & ibi latè Bart. & Paul. Auton. Gomez tomo 1. variarũ reſolutionum cap. 12. de legat. num. 38. circa finem, Surd. de alimentis tit. 9. quæſtio. 4. & nouiſſimè Hieronym. Bruchner. poſt deciſiones Gerar. Maynat. corollar. 8. per tot.

42 vbi † pulchram quæſtionem diſputat, ſi ſtatuto caueatur vt maritus mortua vxore vſũfructum omnium bonorum illius quoad viuat, habeat, & maritos inſtituatur hæres in ſemiſſe ab vxore, nunquid ex vna parte habeat, & habere debeat ſemiſſem in proprietate vigore teſtamenti, & præterea vſumfructum alterius ſemiſſis ex ſtatuto. Id quod in omni materia prorſus dubio procedit, & ego in pœnalibus in pulcherrimo caſu perpetua commendatione digno practicatum in Senatu vidi, ad interpretationem conſti. 3. ſub titu. de furtis, qua diſponitur, q latro qui pro furto ad pœnam fuſtigationis, aut exilij rondemnabitur, pro prima vice bulletur in ſcapulis rum inſignijs riuitatis, villæ, aut loci vbi rondẽnabitur, ad effectum (inquit ronſtitutio) vt ſi poſteà iterũm capiatur pro alio furto, viſo ſigno prædicto, poſſit ei augeri pœna iuxtà qualitatem furti denuò commiſſi, & delinquentis conſuetudinem: contigit quod quidam fuit in Regio Senatu pro furto ad pœnam fuſtigationis, & triremium pro certo tempore (conſuetam communiter furibus infligi) condemnatus, & poſt inflictam fuſtigationem, antequam duceretur ad triremes, ronſtitit de alio furto per eum commiſſo; dubitatum fuit, an in ſententia pro iſto ſecundo furto ferenda, deberet ad vlteriorem fuſtigationem condem

† nari, & fuit *concluſum*, referente egregio Senatore Monſerrato Ramon, in cauſa Procuratoris fiſcalis contra Ioannem Torres, die 31. Martij 1614. Actua. Alex. Ceſilles, quòd benè poterat dicto delinquenti augeri pœna triremium pro alio furto, iuxtà conſtitutio. & aliàs, prout fuit aucta, ſed non debebat iterùm fuſtigari, licèt pœna foris ſit communiter fuſtigatio. Ratio eſt, quæ deſumitur ex regula cauſarum lucratiuarum, quia licèt pro quolibet furto debeat quis fuſtigari,

43 quia † tamen pœna fuſtigationis eſt de illis, quæ conſiſtunt in ſpecie, cùm flagella non dentur ad numerum, & fiſcus in pœnia habeat cauſam lucratiuam, l. apud Celſum, §. auctoris, de exceptio. doli, l. vni. C. de pœn. fiſcal. cred. præfer. lib. 10. Bart. qui plura in idẽ iura allegat, in d. l. Mœuius, in §. duorum, num. 24. Ioan. Baptiſta Coſta de remedijs ſubſidiarijs remed. 119. num. 7. & in cauſis lucratiuis illud ſit ſtatutum, quòd non poſſunt duæ concurrere quando ſunt de eadem re digito demonſtrabili, & ſic conſiſtunt in

44 ſpecie quadam, ideò † vnica ſolutio ſufficit ad liberandum à pluribus cauſis lucratiuis, & ex conſequenti cùm quamuis à principio de ambobus furtis ruriæ conſtitiſſet, non fuiſſet bis reus fuſtigatus, nec adaucta flagella extitiſſent; bene propterea fuit concluſum, quòd pro iſto alio furto, de quo poſteà conſtitit, augeretur pœna ſeruitij in Regijs

45 triremibus, quæ † iterabilis eſt, & non conſiſtit in ſpecie, ſed imò datur ad numerum, ſed non infligerentur alia flagella, quæ non ad numerum, ſed in ſpecie dantur, Bald. in l. quid ergo, in §. pœna grauior, in 2. lect. in fi. elegantiſſimus eſt Petri Caballi in reſolut. crim. caſ. 56. à nu. 112. & ſignanter nu. 122. quæ eſt multùm notanda; cùm ſetuiat ad plures caſus huir ſimiles quoridiè in praxi contingentes; bonum eſt Bart. conſil. 222. volum. 1. Hieronym. Verius in l. ex facto, in §. item quæro, num. 16. de vulgat. iuter repeten. Bouadilla in ſua politica lib. 4. cap. 5. à num. 42. Gutier. practica. quæſtio. lib. 4. cap. 41. num. 9. Per quæ fuit dictus reus à pœna ſecundæ fuſtigationis liberatus.

46 Sed † teuertamur ad rem noſtram: quoties ergo res illa, ruius fuit mihi facta donatio incipiens à promiſsione, efficitur mea ex aliquo alio titulo lurratiuo, tunc euictioni nullo modo poteſt eſſe locus, quia duæ cauſæ lucratiuæ conrurrere ſimul nõ poſſunt ex ſupra allegatis. Caſum ego habui aliundè mihi tranſmiſſum pro Luca Sanchez bibliopola, fratre illius Ludouici Sanrhez typographi Regij Mattiti, qui tot doctos libros ad nos ex ſua officina diuerſis temporibus tranſmiſit, vbi reſolui eam mulierem, cui certarum dõmorum fuerat per auunculũ

in do-

in dotem facta donatio incipiens à traditione, non posse agere aduersus eum, & suos hæredes de euictione pro tertia parte dictarum domorum, quam postea cõpertum fuit fuisse post mortem dicti auunculi donatoris per suos maiores vinculatam in fauorem dictæ donatariæ, quia dnæ causæ lucratiuæ in eadem re concurrere non possunt.

47 Vbi † autem, & in casibus, in quibus in hac materia euictioni posset esse locus, necessum foret quòd per sententiam iudicis fuisset res amissa, & abducta, non aliàs, l. vtiq. ff. de rei vẽdicatio. l. arqui natura, §. cum me absentem, cum ibi notat. de nego. gest. cum similib. Anton. Gomez tomo 2. variarum resolutionum cap. 2. de emptio. & vendition. num. 39. & ante eum Azo in summa, C. de euictio. cum alijs latè adductis per Surdum decisio. 165. num. 7. & Alexan. Trentacinq. variarum resolutionum lib. 3. tit. de emptio.

48 & venditio. resolutio. 4. num. 15. Adeò † vt dicant Doctores, quòd licèt per sententiam arbitri euictio sequatur, non possit agi de euictione, quia sponrè me sub illius iurisdictione posuerim, l. si dictum, §. si compromisero, ff. de euictio. Practi. Papiens. in forma libel. in caus. venditio. §. promittens, nu. 9. Didac. lib. 3. variarum resolutionum cap. 17. num. 7. Anton. Gomez dicto cap. 2. de emprio. & venditio. num. 40. Cæsar Barzius decisio. 27. num. 21. latè Henri. Rosenral. in tracta. de feud. cap. 8. de fin. effect. & fernitu. conclusio. 31. num. 1. & nouissimè Stephan. Gratian. discepationum forensium tom. 2. discepratio. 227. num. 1. vbi nonnullas limitationes videbis.

Per quæ ego superioribus annis defendebam enixè in Senatu pro Ecclesia collegiata Sancti Ioannis oppidi Perpiniani, contra Angelum del Pas, ad relationem egregij Senaturis Ioannis Gallego, Scriba Michaele Perez, non esse audiendum dictum del Pas in quadam euictione, quam prætendebat cuiusdam molendini, de quo agebatur, ex eo quòd non condemnatus per iudicem illud amiserat, sed imò ratione cuiusdam solius mandati ex parte Regiæ Audientiæ sibi facti, quòd illud dimitteret, vel poneret iustas rationes &c. illud petèti deteliquerat. Sed non fuit causa declarata, nec declarabitur vnquam, quia cùm esset in puncto ferendæ sententiæ, firmata apud admodum Reuerendum Cancellarium contẽtione, fuit *declaratum* non ad iudicem secu-

† larem, sed imò ad Ecclesialticum causam illam pertinere, de mense Maij 1611. ex quo in eo iudicio Ecclesia erat verè pulsata per laicum coram iudice laico, quam iudicis secularis iurisdictionem prorogare non posse paldim est ex notoria dispositione tex. in c. si diligenti, de foro competen.

Et quamuis per actorem diceretur, & allegeretur se remedia iactatorum intentasse contra Ecclesiam, vigore l. si contendat, de fideiuss. & l. diffamari, C. de ingen. & manu-

49 miss. quo casu † laicus, licèt prouocans, dicitur verè reus, & clericus verè actor, & ob id potest iste clericus ad iudicium seculare optimè trahi, prout abundè Didacus probat lib. 1. variarum resolutionum cap. 18. num. 4. & 6. & noster Oliba in vsar. alium namq.

50 cap. 15. num. 23. non tamen † fuit auditus, quia id tantùm procedit in casibus, in quibus remedijs prædictis est verè locus, non quando laicus vt iudicium ecclesiasticum euadar, fingit locum esse his remedijs, & ea intentare simulans, quamuis eis non sit, nec possit esse locus, contra clericum coram iudice laico agit, tunc enim non procedit iu-

51 dicium. Exemplum est † quando clericus est possessor, tunc enim sub prætextu horum remediorum non potest clericus ad iudiciũ seculare modo aliquo trahi, quia hæc remedia non dantur contra possessorem, nec est agendum in eis vt declaretur ius non competere aduersario: nam si hoc modo agatur, laicus est vetus actor, clericus verò verè re-

52 us. Solùm † enim sunt hæc remedia intentanda per possessorem infamatum, concludendo vt diffamator agere compellatur, Aluar. Velasc. consultario. 184. num. 5. libro 1. Peregrin. consil. 3. num. 119. & consil. 82. nu. 7. Alexan. Rauden. respon. 21. nu. 108. libr. 1. egregius Senator noster Hyppolit. Montaner in additio. ad Olibam de actio. par. 2. lib. 1. cap. 33. num. 8. & 11. In casu autem occurrenti Ecclesia erat quæ verè possidebat quoddam censuale mortuum, quod singulis annis à dicto del Pas exigebat, & contra eã non erat conclusum, nec concludi poterat, quòd compelleretur agere vt in iactatis, sed quod declararetur ei ius non competere exigendi censuale, & super eo silẽtium sibi imponi, cum restitutione pensionum exactarũ, ex quo illud faciebat, & facere tenebatur ratione cuiusdam molendini, quod iam non possidebat, imò ab eo fuerat euictum. Habitum igitur ibi fuit pro constanti non fuisse intentata remedia iactarorum, quæ nec intentari poterant, vt clericus pollet eorum prætextu ad iudicium seculare trahi, ex ra-

53 tionibus supradictis: sed quod † vera actio intẽtata erat negatoria, vt liberaretur actor à præstatione censualis, petendo declarari ius non competere ad compellendum eum ad præstationem prædictam, vt in terminis notat Cancer variarum resolut. onum lib. 3. cap. 1. de actionib. & obligationib. num. 67.

in me-

in medio, & Senator egregius Hyppolitus Montaner in additionibus ad Olibam dicta par.2. lib.1. cap.12. num.2. in qua actione clericum posse conueniri coram iudice laico
54 cautum non reperitur. Nec est † nouum declarari in fauorem Ecclesiæ quando laicus trahit clericum ad iudicii seculare sub prætextu iactatorum, si reuera comperitur illud iudicium non esse iactatorum ex eo quòd clericus possideat, aut alias, prout probat,
†† & *decisionibus* ornat noster Ludouicus à Peguera decisio.27.volum.2. & sunt binæ causæ, quarū ego memini in primo tomo clauſ. 3.gloſſ.3.num.44. Hæc ſic longiùs enarrare volui, quia hæc contentio fuit multi, & maximi laboris nobis, qui partes Eccleſiæ defendebamus, taliter quòd duo ex tribus Senatoribus per admodum Reuerendum Cancellarium applicati contra eam reſoluiſſent: ſed ille egregius vir maluit, prout potuit, (vota enim Senatorum in contentionibus non ſunt deciſiua, ſed conſultiua) vnius tantùm in caſu occurrenti ſententiā ſequi pro Eccleſia, quàm duorum contra eam.

55 Redeamus ad rem. Non ſolùm † eſt neceſſarium quòd per ſententiam ſit ſequuta euictio, vt agi poſſit contra venditorem, ſed etiam quòd per diffinitiuam, nec ſufficit q per interlocutoriam, quæ aliam poſt ſe ex-
56 pectat diffinitiuam. Ratio eſt, † quia euictio tunc temporis dicitur ſequuta, cùm veriſicantur ea, quæ habentur in l.habere licere, de euict. interlocutoria autem non facit rem deciſam, quia alia poſt eam ſperatur ſententia, per quam reuocari illa poteſt, & in nihilum redigi, & negotium plenè tractari, & diſcuti iterùm ac ſi facta non extitiſſet, quod quia latiſſimè comprobatur per Ioan. Franciſcum del Caſtillo deciſio. Sicil. 26. à num.6. & nonnihil tradit Antonius Gomez tom.2.variarum reſolutionum cap.2.de emptio. & venditio.num.39. ideò ampliùs non immoror.

57 Solùm aduerto † habuiſſe me in Senatu cauſam pro Franciſca Bianxarda, & Iacobo Font ciuibus Barcinone, contra pupillos Illas villæ Granullariorum, coram egregio Senatore Ioanne Magarola, in qua contendebam per hanc doctrinam commutandam ſententiam contra dictos Blanxarda & Font in alia Aula ad relationem egregij itidem Senatoris Franciſci Mijauila & Franqueſa latam, ex quo, licèt verum eſſet quòd quando declararetur, non rectè, nec legitimè ſoluiſſe dictos condemnatos certam quantitatem quam ſoluere debebant pro dictis pupillis, tenebantur iterùm ſoluere, verùm nó ſufficiebat, nec ſufficere exiſtimabam quòd declaratum eſſet per interlocutoriam, prouti declaratum fuerat, in cauſa executiua, dicendo, quòd non obſtante ſolutione per dictos Blanxarda & Font facta nomine dictorum pupillorum, quæ non videbatur prima fronte legitima, procederetur ad executionem contra dictos Illas ratione inſtrumenti guarentigij creditori firmati, quia ea declaratio non erat diffinitiua, ſed aliam expectabat poſt ſe referuatam expreſsè in ea declaratione, dicendo, quòd id fieret ſine præiudicio iurium, & prætenſionum partium, de quibus in diffinitiua haberetur debita ratio. Dicebam ergo, & dico, quòd in vim declarationis prædictæ ſic ſummariè, & interlocutoriè factæ ſuper illegitima ſolutione per dictos Blanxarda & Font facta, forſan quia non fuit viſum poſſe cauſam executiuam aliud examen expectare, non potuerunt poſteà condemnari dicti Blanxarda & Font ad iterùm ſoluendum dictis pupillis, ſed debebant ipſi efficere, quòd diffinitiuè id declararetur, & poſteà quaſi per euictionem contra dictos Blanxarda & Font agere. Sperabam quòd ſententia in hac cauſa fereretur, per quam mirè confirmaretur quod docemus, neceſſariam fore ſententiam diffinitiuam vt ſit euictioni locus, nec ſufficere interlocutoriam. Sed contrarium, ſicuti ſæ-
† pè ſolet, poſteà ſuccеſſit de anno 1616. *confirmauit* enim ſimpliciter Senatus ſententiã primitiuam, nulla de his habita ratione, me licèt multùm tunc reclamante. Scriba erat Antonius Thio. Quam prætenſionem magis in terminis fouet deciſio Sicil.apud Meſtrill.189.in 2.par.num.18.vbi habetur certos reditus, de quibus ibi, non poſſe dici euictos, ex quo ſententiæ latæ fuerant in iudi-
58 cijs executiuis, in quibus non † poterat dici ſuccubuiſſe, cùm non faciant rem iudicatam, ex Roman.conſil.36. Bologne. in l.qui Romæ, §.duo fratres, de verborum obligatio. quod ſecùs (inquit) eſſet, ſi ratione dominij euicti reperirentur, Socin.conſil.199. num.
59 8.volu.2. maximè † quia in his iudicijs executiuis, vt plurimùm, vel ex defectu extremorum, vel aliàs, ſolent partes ſuccumbere, &c. per quæ ego multùm mihi in prædicta cauſa promittebam, quæ tamen, vt dixi, ſiniſtrum ſucceſſum habuit: lectoris erit inter hæc iudicare.

60 An autem † ſufficiat ſola ſententia, an quòd cum effectu ſit res ablata oporteat, & quid quando in promiſſione dicitur, quamuis res nondum euicta ſit, & non expectato litis euentu, tractat latè Anto. Theſaur. deciſ.85.per tot.Carro.deciſ.96.à n.5. Mago. deciſ.Florent.93.poſt Crauet.in conſil.682. nu.6.lib.4.Anton.Gom.d.c.2.de emptio.& venditio.nu.39.vbi videre poteris.

Ex

61 Ex his † pulchrum oritur dubium, nunquid ſi emptor non ſuccumbat in cauſa, ſed vincat, poſſit ſumptus, & expenſas litis à venditore recuperare: nam ſi ſuccubuiſſet, non eſſet dubium quòd poſſet, vulgari l. ſi cum quæſtio, Cod. de euictio. l. fideiuſſor, de doli except. l. nouiſſimè, §. Pomponius, ff. quod falſ. tutor. cum ſimilibus. Ad hæc
62 enim † acceſſoria extenditur proculdubio actio, pro euictione competens, quando illi eſt locus, Henric. Roſental. in tractat. de feudis cap. 8. concluſio. 29. num. 12. volum.
63 primo. Imò † euictio quanti tua intereſt dicitur eſſe, non quantum pretij adnine dediſti, l. ſucceſſores, in fine, C. de euictio. vbi bona glolia, l. empti actio, eodem titul. Ioannes Franciſcus de Ponte conſil. 27. numero 6. Sed quando emptor vicit in cauſa dubium eſt non leue num ſit idem dicendum.
64 Et ratio † dubitandi oritur ex his, quæ ſuprà docuimus ad hoc vt euictioni ſit locus, neceſſe eſſe, p verè, & realiter per ſententiam diffinitiuam ſit res euicta, quo dato pro conſtanti, certum eſt, quod quando emptor victoriam reportauit, non erit, nec modo aliquo poterit eſſe euictioni locus, quia non verificantur neceſſaria; ergo non poterunt repeti expenſæ, cùm ad eas nulla, præretquam euictionis, poſſit dari actio, imò expenſæ, & ſumptus veniunt acceſſoriè in euictionis materia cum principali, ad quod cùm non detur actio, nec dabitur ad expenſas, & ſumptus.

Alia in idem argumenta adducit Antonius Gomez in ſæpè citato cap. 2. variarum reſolutionum de emptio. & venditio. num. 47. quæ rem multùm ambiguam, & dubiam
65 faciunt, & taliter dubia eſt, vt † dicat Hieronym. Ceuallos in commun. contra commun. quæſtio. 321. tam pro affirmatiua, quã pro negatiua eſſe communem Doctorum opinionem, Gerardus Maynardus deciſione 75. lib. 2. dicit incidiſſe quandoque de facto in Curia Tholoſana hanc quæſtionem, & de anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſeptimo fuiſſe eam tandem *reſolutam* † pro venditore, & contra emprotem, quòd huic ille ad nullas expenſas teneretur, quàm quas contumacia, & culpa ſua procuraſſet, quæ eſt opinio Accurſ. magis communiter (inquit) approbata, & recepta in l. prima, Cod. de euictionibus, quæ potiſſimùm nititur conſtitutione DD. Diocletiani, & Maximiani in l. ſi ſtatus, Cod. de euictionibus, ex qua vulgaris illa regula colligitur, emptori victo, non vincenti, venditorem teneri de euictione, ex l. ſi controuerſia, Cod. eodem tit. viden. Barboſ. in l. 2. §. ſi, nu. 43. ff. ſolut. matrimo.

66 Sed † hæc controuerſia tantùm verſatur vbi nullum eſt contrahentium pactum, ſed mero iure, & ex illius regulis eſt quæſtio diffinienda. In Cathalonia autem ceſſat abſque difficultate, quia hic ex communi ſtylo inconcuſsè obſeruato, ſolet in inſtrumentis venditionum apponi clauſula, ex pacto inter contrahentes inito, quòd venditor teneatur reficere emptori omnes ſumptus, & expenſas litis, ac etiam omnia damna, ſiue contingat eum in cauſa ſuccumbere, ſiue etiam victorẽ euadere, vt omnibus eſt pluſquam notum; quo caſu ſuccedit proculdubio diſpoſitio text. formalis, & expreſſi in propoſito in l. venditores, ff. de verborum obligationibus, & ibi Bart. Bald. & communiter Doctores omnes, quem rextũ tibi ad propoſitum inducit Antonius Gomez dicto titul. de emprio. & venditio. numer. 47. circa medium. Cùm ergo nos à ſupradicta diſputatione ſubeunda ſimus immunes propter ſolitum ſtylum, de quo ſuprà, ideò viſum eſt ad vlteriora prõgredi, & vlterius huius quæſtionis examen illis relinquere, quibus ſuptadicta pacta, & conuentiones non ſunt in vſu.

67 Dantur tamen † plures caſus, in quibus etiam ante ſequuram euictionem poteſt agi de euictione, quos tradit latè, & ſequitur Rota Romana apud Proſperum Farinacium deciſio. 297. à num. 4. cum ſequentibus in ſecundo in ordine volumine deciſionum, vbi videas.

68 Eſt etiam, † & datur caſus, in quo quamuis non ſit ſequuta adhuc ſententia, & ſine pacto prædicto, poſſet emptor recuperare expenſas factas, quando ipſe talirer defendiſſet cauſam contra actorem, vt ille coactus fuiſſet litem dimittere, & illi renuntiare, de quo eſt pulchra deciſio Rotæ Romanæ apud Seraphinum de Oliuarijs 925. videnda.

69 Neceſſariam † præterea eſſe litis denuntiationem, quæ fiat ei, quem prætendimus teneri nobis debere de euictione, non eſt dubium, ſed imò omnibus perquàm manifeſtum, ex l. empſor, l. ſi parentes, & l. auctore laudato, cum ſimilibus, Cod. de euictionibus, Capicius deciſio. 106. per totam, Vincentius de Franchis deciſio. 523. infinitos penè ad propoſitum allegat Henri. Roſental. de feudis cap. 8. concluſio. 30. num. 4. & in ſcholijs ibidem in littera F. quæ denuntiatio eſt tam † priuilegiara, vt remitti vix valeat à partibus: licet enim ſtante clauſula ordinaria remiſſionis oneris denuntiandi, quæ ſolet ſemper in venditionibus apponi, dicatur remiſſa, tamen ex æquitate ſemper fieri debet, ad effectum vt is qui de

euictione teneri debet, posſit adducere iura ſua, & de illis inſtruere eum, contra quem agitur, ſiue emptor ille ſit, ſiue quilibet alius, quod eſt notabile dictum Rebuff. de dilation. art. 5. gloſſ. vnica, num. 40. tomo 3.

† Ancharan. iun. quæſt. 36. *approbatum* per Senatum Siciliæ apud don Garciá Meſtrill. deciſio. 189. num. 22. & 23.

71 Nec excuſat † ab iſta denuntiatione ſcientia litis, quam probetur habuiſſe eum, qui debet de euictione teneri: non enim iſta ſcientia ſupplet defectum denuntiationis; ex text. in ſimili in l. denuntiaſſe, & ibi plenè Bart. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, Didacus Couarru. lib. 3. variarum reſolutionum cap. 17. num. 3. Antonius Gomez lib. 2. variarum reſolutionum cap. 2. de emptio. & venditio. num. 39. circa medium, Roſental. de feudis dicto cap. 8. concluſio. 30. num. 4. & ibi gloſſ. in litteta G. & latiſsimè Alexan. Trentacinqu. qui contrarijs reſpondet, libr. 3. variarum reſolutionum, tit. etiam de emptio. & venditio. reſolutio. 4. num. 5. Ceuall. in commun. contta commun. quæſtione 385.

72 Ratio eſt, † quia in iſto caſu denuntiatio nõ exigitur ad ſcientiam ſimpliciter habendã, ſed vt ſcieus aliquid faciat, nempè vt liti aſſiſtat, & eam defendat, quo caſu ſemper requiritur denuntiatio, etiam ſi adſit ſcientia aliundè habita, vt Doctores prædicti docẽt & probat citata l. denuntiaſſe, ad l. Iuliam de adulterijs, optimè Rot. Lucen. diuerſor. deciſ. 2.

73 Neque etiam † hunc denuntiationis defectum ſupplerer iuramentum appoſitum in inſtrumento, niſi data ſcientia eius, qui deberet de euictione teneri, & eunc adhuc requiritur quòd ſit illud appoſitum non in fine inſtrumenti, vti fieri adſolet, quo contrahentes ſimplicirer, & in genere iureiurando promittunt ſe contrarium obſeruaturos, ſed imò in promiſsione quæ fiat de lire ſuſcipienda ſtatim atque toerit mota, prout punctualitet, & elegantet reſoluunt Ripa in l. 2. §. voluntatem, num. 18. ff. ſoluto matrimonio, Didac. Couarru. dicto cap. 17. variarum reſolutionum num. 4. verſic. Quinto ſufficiens, Ceuall. in commun. contra cõmun. quæſtio. 385. numer. 3. & alij relati per Alexandrum Trentacinquium lib. 3. variarũ reſolutionum allegata reſolution. 4. num. 81 circa finem, quæ ſanè ex ſe notiſsima ſunt. Circa quæ tamen de iuramento apponendo in fine contractus, vel alibi, an magis vno, quàm alio modo operetur, vide Barzi. deciſio. 16. num. 26.

74 Neque † finaliter hunc defectum ſuppleret promiſsio euictionis, quæ eſſet facta, pro ut fieri ſolet, in omni & quocunque caſu, & quocunque modo, & in omni euẽtu, per quam plures volunt liberari poſſeſſorem, contra quem agitur, ab onere denuntiandi, gloſſ. & Bald. in l. cum pœna, ff. de recep. arbir. Cæſar Barzi. deciſio. 27. numer. 23. latè Trentacinqu. allegata reſolutio. 4. num. 13. niſi habuiſſet is, qui de euictione deberet teneri, ſcientiam litis, quia aliàs impoſsibile foret quòd eam poſſet defendere, & durum eſſet condemnare promiſſorem ſine aliqua ſua culpa, ex quo cauſam non defendiſſet, Didac. dicto cap. 17. num. 7. & Trentacinq. vbi ſupra allegatus eſt, Cæſar Barz. citata deciſio. 16. num. 12.

75 Solùm † excuſaret ab hac, & alijs diligentijs fiendis erga eum, qui teneri debetet de euictione, iuſtitia euincentis; ſi enim ea eſt pro eo, talitèr quòd monſtretur, quòd ſiue diligentiæ prædictæ factæ extitiſſent, ſiue non, ſemper ille obtinuiſſet, quia nulla eſſet defenſio, tunc non curat ius noſtrum ſi diligentiæ factæ ſint, vel non, ſed ſemper condemnari vult eum, qui euictionem promiſit, vel aliàs teneri de euictione debet, iuxtá l. emptorem, in princip. de actio. emp. infinitos penè ad id addùcit Didac. Couarr. & communem opinionem profitetur in pluries citato cap. 17. num. 6. lib. 3. variar. reſolutionum, & *approbauit* Senatus Neapolitanus in facti contingentia, vt auctor eſt Matthe. de Affict, deciſio. 49. & ibi etiam Vrſil. in additionib. qui dicit ſic ſe ſemper vidiſſe practicari, & pluries in facti contingentia † *obtinuiſſe*.

76 Hæc † nullam habent difficultatem, nec habere poſſunt, fruſtra enim expectatur euẽtus, cuius nullus futurus eſt effectus, l. nõ cogendum, in princip. ff. de procura. l. qui b. s. de verborum obligationib. Alexan. Trentacinq. variarum reſolutionum lab. 2. tit. da exceptionib. reſolutio. 3. num. 6. & eſt iuſtum, quòd omnes iudices ea amplectantur, & ſequantur; eos enim ſolùm debere iuſtitiam naturalem ſequi, ac ſectari, palàm eſt, non de apicibus iuris, & ſubtilitatibus eiuſdem curare, quæ non ſunt profuturæ. Noſter Senatus perſpicax in ſupra relata cauſa del Pas contra Eccleſiam Sancti Ioannis oppidi † Perpiniani clarè *reſoluebat* in hanc partem, dum de his ageremus.

77 Sed tamen † eſt animaduertendum, quòd ad poſſeſſorem, qui iuſtas facere diligentias omiſit, ſpectat docere de iuſtitia euincentia, hoc eſt, quòd nulla erat omnino defenſio, non ad eum, qui teneri debet de euictione, quòd poterat cauſa optimè defendi: aliàs niſi id condemnatus docuerit, & probauerit, non poterit contra ſuum auctorẽ obtinere, vt probant plures Doctores, quos

quos allegat & ſequitur deciſio.12.nume.9. Didac.Couarru. dicto cap.17. variarum reſolutionum num.6. Anton.Gomez allegato cap.2.de emptio.& venditio.num.39. circa medium, Portoles ad Moli. verbo,euictio, num.9. & latè Alexan.Trentacinqu.in ſæpè adducta reſolutione 4. de emptio.& venditio.num.9.verſic.Mihi placet, Roſental. de feud.cap.8.concluſio.31.nu.6.Id quod *placuiſſe* Rot.provin.Marc.auctor eſt Sebaſtia. Medices decif.29.num.5.

78 Addit † Trentacinquius in loco ſuperiùs citato ex Decio in conſil.74.num.3.in verſ. Non obſtat ſecundum, & Ripa in l.2.§. voluntatem,num.21.ff.ſoluto matrimonio,neceſſarium eſſe quòd de iniuſtitia eius,qui de euictione teneti debetet, conſtaret tempore motæ litis, vt non denuntians excuſaretur, nec ſufficere quòd poſt ſententiam appareat. Rationem dicit eſſe, quia tunc qui non denuntiauit,non poteſt ſe excuſare prætextu iniuſtitiæ venditoris, & ideò fuit in culpa, & hoc ipſe dolo fecit, meritò non aget, l.ſi fundo, de euictio. Quibus † tamen
79 ego non aſſentio, imò iniuſtiſſimum mihi videretur, quòd conſtito ex probationibus agentis contra obligatum ad euictionem, quòd nullam omninò cauſa habebat defenſionem, ſuccumberet nihilominùs agens, & beneficium euictionis amitteret propter illam ſubtilitatem, ſi conſtitit, vel non conſtitit tempore motæ litis, vel poſt latam ſententiam: & ego, qui in cauſis in foro ciuilis diù verſor, curque ſæpiùs contingit de hoc diſputare, non video quòd practicari res hæc in iudicio valeat, diſcernere ſcilicet ſi conſtabat, vel non conſtabat tempore litis motæ, quod conſtare facit agens de euictione quando eo opus habet. Id quod ſufficientiſſimum eſſe arbitror, & per illud plenè ſatisfactum oneri, quod agenti de euictione incumbit, & menti iuriuni,& Doctorum de hoc loquentium.

80 Curare † debet is, qui de euictione poteſt agere, ne multùm differat proponere ſuas actiones contra ſium auctorem,illo videlicet tempore,quo fortè defenſiones perijſſent, ſeu fuiſſent ſublatæ: tunc enim in manifeſta culpa deprehenderetur, & propterea auferretur ſibi beneficium agendi,
81 quia † culpa ſua cuilibet debet eſſe nociua, vt eſt caſus in l.Carbonianum, §.ſed ſi quis, de Carbonia.edict. Ita ex Capicio deciſio. 106.& alijs reſoluit Vtſill.in additionib.ad Afflict.deciſio.49.numer.2.in fin. cuius doctrinæ ratione ego multùm exclamabam in illa Angeli del Pas ſuperiùs relata, contra Eccleſiam parochialem Sancti Ioannis oppidi Petpiniani, duriſſimum eſſe admittere agentem pro euictione contra dictam Eccleſiam poſt quadraginta annos elapſos, à die quo illa ſequuta dicebatur, ſine tamen aliqua auctoris denuntiatione, quo tempore ſublatum erat Eccleſiæ omne ius, quod habere poterat agendi contra euincentem, vel ſe defendendi, & exiſtimabam ex hoc ſolo me victoriam obtenturum,ſi cauſa fuiſſet declarata.

82 De his, † & alijs requiſitis neceſſarijs, vt noſter donatarius poſſit agere de euictione, non arbitror oportere quòd ego amplius diſputem, poſtquam ſolent ſemper in inſtrumentis ferè omnibus rales clauſulæ apponi, per quas eis cenſetur eſſe renuntiatum, vt partim ſuprà vidiſti,& partim effuſo ſermone tibi declarant Didacus Couarruuias, Alexander Trentacinquius, Antonius Gomez,& reliqui Doctores ſuperiùs citati,vbi pleniſſimè, & apud Antonium Queſada diuerſar.quæſtio.int.quæſtio.10.per totam, ac etiam apud Ioannem Camillum Biloctam allegatio.9.per totam,quæ poſita eſt poſt illius tractatum de abſolutione à iuramento, quos ad inſtitutum, de quo agimus, omninò videas.

83 Sequuta † euictione, non putes ſemper poſſe noſtrum donatorem, vel quemlibet alium pro euictione obligatum liberari per ſolutionem æſtimationis, quæ offeratur ei, cui de euictone tenetur; ſi enim alium habet æquè idoneum, & æquivalentem arbitrio boni viri fundum, quem tradere agenti de euictione valeat, poteſt is, ſi vult, ab illo dictum fundum conſequi, & pecunia non contentari: non enim eſt æquum vt liberetur dando pro re pecuniam, qui aliam rem æquè bonam, & æquè commodè dare poteſt, licèt res huiuſmodi non ſint ex earum numero, quæ inuicem recipiant fun-
84 ctionem. Neque † enim negari poteſt quin ſicut præſtandum eſt emptori quanti eius intereſt, ita illius interſit rem habere aliam potiùs, quàm æſtimationem. Sic eleganter Antonius Faber in ſuo Codice lib.8.tit.30.
† de euictio. definitio. 4. vbi *deciſio* Senarus Sebuſiani, Nicolaus Boer. deciſio.19. num. 3. ex text.expreſſo in cap.1.vbi Bart.Card. Alex.Aluaro. qui dicunt eum rex.eſſe mirabilem, de inueſtitu. de re alien. fact. & ex alijs iuribus, & Doctoribus per Fabr. allegati ſchol.1.

85 Denius,†quòd fundus dotalis ſit euictus, & marito ablatus, in caſu quo contra patrem locum habeat euictio, quærunt Doctores, & eſt pulchra quæſtio, quæ præſertim incidit quando in ſolutum dotis promiſſæ, quod ſæpè fit, vt in ſuperioribus vidiſti latiſſimè, detur aliquæ res, nunquid

illis euictis liceat ad primæua iura redire, id est, an possit agi primæua actione competente ex primo contractu, vel potiùs actione vtili ex empto descendente ex euictione sequuta. Consistit vtilitas quæstionis in eo quòd quandoque vtilius multò esse potest ad priorem, & primæuam actionem redire, putà vel quia via executiua mihi debitor esset obligatus, & via executiua contra eum poteram agere, vel aliàs alio priuilegiato modo mihi teneretur, quo facilior mihi aperiretur exigendi via, quàm aliam actionem vigore vltimi contractus in solutum dationis pro euictione via ordinaria intentare.

86 In qua † quæstione breuiter, nisi essemus in dote, resoluendum proculdubio foret nõ dari ad primæua iura regressum, sed ex empto, vel ad euictionem esse agendũ, id quod pro regula Doctores ponunt ex tex. in l. eleganter, in princip. & ibi Bart. & Doctores de pignor. actio. l. si quis aliam, ff. de solut. & in l. si pro re, §. si pro euictione, ff. de euictio. cum similib. Fab. de Anna in consil. 90. num. 4. cum sequentib. vbi declarat, Ioannes Franciscus del Castillo decisio. Sicil. 5. num. 1. quando, prout in nostro casu, soluitur species pro genere, quod consistit in pecunia:

87 quia † enim in isto casu verè dicitur contracta emptio, & venditio; sequuta traditione est perfectus contractus, nam venditor non tenetur nisi rem tradere, non autem emptorem facere dominum, l. emptorem, ff. de actio. empt. propterea sequuta euictione agitur ex primo contractu, pulchrè Surd. consil. 145. num. 37. per text. in l. 2. pro emptor. & l. fin. de bon. auctorita. iudic. possiden. ergo sequuta traditione debitor remanet liberatus, & ideò licèt res euincatur, non est iustum quòd ex primæuo contractu molestetur, Castillo dicta decisio. 5. num. 4. latè Anton. Faber in suo Cod. lib. 8. tit. 29. de solu. definitio. 49.

88 Quod secùs † proculdubio foret vbi species pro specie foret assignata, vel genus pro genere, vtpotè pecunia pro pecunia, vinum pro vino, tunc enim censetur potiùs quædam permutatio, vel contractus innominatus, do vt des, quo in casu oportet quòd tradens faciat rem perfectè fieri accipientis, & nisi transferatur dominium, non dicitur perfecta permutatio, Surd. qui hanc distinctionem expressim adducit, & plura ad propositum cumulat, quæ hic omittuntur, quæ ibi videri possunt in dicto consilio 145. num. 34. & sequentib. volum. primo, & sequitur Ioan. Franciscus del Castillo citata decisio. 5. num. 3. latè Fab. vbi sup.

89 Dixi, † nisi essemus in dote, quia eius est fauor, vt re euicta (in casu quo regressus dari non possit contra dotantem) semper fit ad primæua iura, primæuamque actionẽ recursus, nulla habita consideratione distinctionis suprà factæ, si species soluitur proge-

90 nere, vel genus pro specie, quia † fauore dotis introductum est ad hoc vt prima hypotecaria actio tollatur necesse esse vt res in solutum accepta, penès accipientem remaneat, alioquin remanet, & permanet prima actio, tam personalis, quàm hypotecaria, ex text. vbi gloss. & Bart. in 1. notab. in l. qui res, in princip. ff. de solutio. & ibi Alexand. in additio. in littera D. Paul. de Castr. num. 1. & Angelus etiam ibidem num. 1. qui dicit per eum textum limitati omnia iura mundi dicentia quòd datione in solutum extinguatur prima actio, Io. Francis. del Castillo decisio. 5. à num. 7. cum sequentib. & decis. 23. num. 3. in quibus locis latissimè, asseritque si. in Senatu Siciliæ fuisse in facti contingen-

† tia *declaratum*, reprehenditque Fabium de Anna quòd in consil. 35. num. 33. aliud tenere voluisse visus sit, Ioan. Petr. Surd. consil. 145. num. 32.

91 Alius est † casus, in quo, sicut in dote, reseruantur etiam priora iura, quando scilicet ita est per partem protestatum, & reseruatum, Bart. & Doctores, & maximè Paulus de Castro, & Alberic. in l. eleganter, ff. de pignor. actio. Surd. consil. 22. numer. 34. & consil. 145. num. 20. libr. 1. Cabell. de euict. §. 4. num. 40. & sequentib. Fab. de Anna plenè in allegato consil. 90. num. 8. don Garcias Mettril. decisio. Sicil. 40. & Ioan. Franciscus del Castillo latè in decisio. eiusdem Regni 5. sæpè allegata num. 5. vbi plures alios Doctores in idem adducit, & latiùs ac latissimè Vincent. de Franchis, qui totam de hoc composuit decisio. 50. asseritque ita fuisse in Senatu Neapolitano in illa facti contingen-

† tia, quam tractat, *resolutum*, & multa adducit videnda, & ponderanda in huius resolutionis comprobationem.

92 Restat † discutiamus pro totali huius materiæ explanatione, an sicut pacto fieri posse diximus, quòd nolter donator teneretur donatario de euictione, etiam in casibus, in quibus aliàs non teneretur, possit similiter è contra, pacto effici, ne teneatur etiam in ca-

93 sibus, in quibus alias teneretur. Qua † in re tenendum resolutiuè est, valere pactum regulariter, sed nihilominùs teneatur is, qui alias de euictione esset obligatus, ad pretij restitutionem, vt expressim probat lex emptorem, §. fin. de actio. empt. Roman. consil. 387. Si vendo, Aufrer. in addit. 10. ad Capell. Tholosa. decisio. 361. verficul. Quid si est factum, Petra de fideicommiss. quæst. 14. num. 57. plenè Gasp. Ant. Thesaur. quæst. forens.

77. in

77.in princip.lib.1.quj multos allegat. Nisi
94 tam † ample pactum apponeretur,ac fieret, dicendo expressim, quòd nec ad pretij restitutionem tentretur, quamuis enim durũ videatur, seruandum tamen est, vt probatur in l.emptorem, in §.fina. ff.de actio. empti. & ibi Bart.l.22.nisi hoc, ff.de pact. Maran. de ordine iudic. part. 2. in fin. & ita cautos venditores facere solere dicit Bal.in l.nõ dubitatur,C.de euict.Vinc.de Frãc.decis.239 qui vlteriùs disputat quid si adhuc pretium non est solutum quando sequitur euictio, an possit per emptorem retineri, Tiraquel. de retract.linag.§.12.num.10. Marcel.de Mauro allegatio.80. sequitur Gaspar Anto.Thesaur.allegata quæstio.foren.77. num.6. qui addit,sic pactum illud fore seruandum,quẽadmodum & illud seruari vult Iuristonsultus, si plus, vel minus quàm pretij nomine datum est euictione sequuta, dari conuenerit, l.74.si plus, ff.de euict.

95 Sed quid † sit quando dicitur, prout sæpissimè fit, nolle se teneri nisi pro facto, & pro contractibus proprijs, an in eo casu, licèt non teneatur de euictione, obligatus tamen sit ad pretij restitutionem, Gaspar Anton.Thesaur.in citata quæstio.77. nu.7. resoluriuè tener,quòd ad pretij restitutionem nihilominùs venditor teneatur, ex Bald. in l.non dubitatur,C.de euictio. dicitque hanc opinionem fore in iudicando sequendam,& contractiam, quam defendere voluit Rebuf. tom.3.tit.de dilationib.art.5.glos.1.nu.52. vti nimis duram, & contra bonam fidem, & æquitatem fore omninò reijciendam, pro quo est text.ad litteram in dicta l.emptorẽ, in §.fin.de actio.empti.in princip.vbi etiam si apertè actum sit per se, hæredemque suũ non facturum quominùs habere liceat, tamen adhuc tenebitur venditor ad pretij restituti onem: tandem attestatur sic de anno 1593. in Senatu Pedemontano in facti con-
† tingentia fuisse *declaratum*. Viden. vlteriùs Natta in consil.181. Ioan.Papon lib.11.tit. 4. arrest.4. & anteà arrest.2. eodem lib.11. tit.3. Decius in consil.282. Hyppolitus de Marsilijs singula.656. Nisi dictum expressè fuisset, quòd nec ad pretium venditor tene-
† retur. Ita reperitur *decisum* in placi.cur.tit. de euictio.lib.9. vide Vincen.de Franc.decisio.239.par.2.

96 Propter † dolum tamen ipsius venditoris, & fraudem eiusdem, cùm dolus,& fraus nemini patrocinari debeant, vt vulgare est,
† *censuit* superegregius noster Senatus, quòd teneatur venditor de totali euictione, non obstante quòd dixisset se nolle teneri nisi pro factis proprijs,quia scilicet quando vẽditio fuerat facta, tacuerat dolosè venditor rem non esse suam, ex quo reportauerat cõtra se sententiam paulo antequam venderet, pro dominio, & proprietate rei venditæ. Relator erat egregius olim Senator Nic. Negrell. Partes Michael Xixell, & Eleazarus Mir. Sententia fuit lata die 23.Nouembris 1576. vti habetur in Archiuo Regio. Quod etiam comprobant Doctores numero præcedenti citati.

97 Alios plures † casus, in quibus non obstante pacto quis tenetur ad pretij restitutionem, & alios in quibus non, videre, & notare potes apud Thesaurum loco iam citato, quos non est cordi hic transcribere. Solùm aduerto malè à nonnullis intelligi,ac accipi id quod dictum est, eum, qui non tenetur de euictione, teneri ad pretij restitutionem, existimãdo id procedere etiam vbi conuentus non denuntiauit suo actori litem, & alia neglexit facere, per quæ suprà diximus cessare euictionis promissionem, vt nihilominùs pretij restitutioni sit, & esse debeat locus.

98 Memini † quod in graui causa, in qua ob non factas debitas per petentem euictionẽ diligentias, contendebatur euictioni nõ esse locum; opponebatur de hoc mihi, & saltem ad pretij restitutionem meum clientem fore condemnandum ex aduersò prætendebatur, cui prætensioni videbam nonnullos non modicæ existimationis viros, ex his qui causam dicere habebant, annuere, de quo non patùm mirabar: non enim in eo casu tractari de hoc articulo debet; quãdo enim ad pretij restitutionem quis vult agere, necessarium est quòd fecerit etiam easdem diligentias, quas facere debuisset,vt posset ad omnimodam euictionem agere. Ratio est enidens, quia actio, quæ datur ad recuperandum pretium, nulla est alia, quàm illa eadẽ, quę aliàs pro plena euictione datur ad interesse, & reliqua, solùm est differentia, quòd illa aut ex pacto, aut aliàs restringitur ad solum pretium: sed magis, & minus non differunt specie, vt Philosophi dicunt, prout expressim probatur in sæpè citato §.final. l. emptorem, ff.de actio. empt. quod cùm ita sit,nemo dubitare potest quin sicut ad agendum ad plenam euictionem requiritur quod res sit eo modo euicta quo debet, factis debitis diligentijs; sic ad agendum ad euictionem restrictam, & limitatam ad solum pretium,idem etiam desideretur: quæ quia notoria, & clarissima sunt, ideò omittuntur. Sufficiant huc vsque dicta pro eo quod de euictionis materia nostrum potuit capere institutum.

SVMMARIA.

1 *Maritus facit fructus ſuos pignoris ſibi pro dote traditi, nec tenetur eos computare in ſortem.*

2 *Siue ſit pactatum, quòd fructus non computentur in dotem, ſiue non.*

3 *Maritus facit ſuos fructus pignoris, ſiue excedant onera matrimonij, & intereſſe, ſiue non.*

4 *Marito nihil reficitur ſi minores ſunt fructus pignoris dotis, quam onera matrimonialia.*

5 *Maritus non facit fructus pignoris dati pro dote ſuos, quando multum notabiliter ſunt exceſſiui.*

6 *Onera matrimonij ſunt incerta, & infinita.*

7 *Fructus pignoris dati pro dote nunquam poſſunt excedere laborem mariti in ſupportando onera matrimonij.*
Onera matrimonij, quæ ſupportat maritus, non habent eſtimationem. ibid.

8 *Maritus facit fructus pignoris ſuos, etiam ſi ſit data ſolutio ad ſoluendum dotem.*

9 *Cap. ſalubriter, de vſur. emanauit propter intereſſe maritj, quòd damni emergentis appellatur.*

10 *Maritus non recipit fructus pignoris dati pro dote ratione moræ, ſed ratione oneris vxoritij.*

11 *Cap. ſalubriter, de vſur. non procedit niſi in marito, & adhuc quamdiu durant onera matrimonij, non vltrà.*

12 *Maritus vt poſſit fructus pignoris dati pro dote facere ſuos, tria debent concurrere, dotis promiſſio, nuptiæ, & quòd maritus ſubeat onera matrimonij.*

13 *Maritus an lucretur fructus fundi ſibi dati in pignus pro dote pro tempore, quo eius vxor abſens fuit à domo ſua, & commorauit in domo patris. vbi deciſ. Rot. Roma. pro negatiua.*

14 *Ratio, quia non ſtetit per maritum.*

15 *Onera matrimonij non conſiſtunt ſolùm in alimentanda vxore.*

16 *Cap. ſalubriter, de vſuris, non ſolùm procedit reſpectu ſoceri pignus pro dote dantis, ſed etiam reſpectu cuiuſcunque alterius extranei.*

17 *Cap. ſalubriter, de vſur. de ſocero, & genero loquitur frequentioris vſus gratia.*

18 *Quæ frequentioris vſus gratia dicuntur, non mutant in alijs iuris diſpoſitionem.*

19 *Pactum factum inter ſocerum, & generum de danda annuatim genero certa pecuniæ quantitate, donec retardaretur ſolutio dotis promiſſæ, valet, vbi deciſ.*

20 *Opinio, quæ eſt æqua, aut de conſuetudine, eſt obſeruanda.*

21 *Pactum de ſoluenda annuatim certa promiſſione genero, dum non ſoluitur dos, non valet ſi illa penſio eſt multum exceſſiua.*
Conſuetudo in materia intereſſe, ne ſit exceſſiuum, attendenda eſt. ibid.

22 *Pactum de non computandis fructibus pignoris in ſortem cum ſocero per generum factum, vel de ſoluendo ei certam annuam penſionem, valet etiam ſi maritus non ſit mercator, nec ſolitus negotiari.*

23 *Marito induſtrioſo maiores fructus, ſeu penſio donec retardatur ſolutio dotis dari debent.*

24 *Pactum de quo ſuprà, valet etiam cum marito diuite, & in eius fauorem.*

25 *Pacta de danda certa, & uniformi penſione annua pro intereſſe dotis, ſunt regulariter vſuraria.*

26 *Vſuræ quando ſunt permiſſæ, & ſecundum legem debentur, permittitur illas in pactum deducere, dummodo non ſint exceſſiuæ.*

27 *Vſuræ in dote ſunt omni iure permiſſæ propter onera matrimonij.*

28 *Vſuræ pretij non ſoluti in emptione, & venditione poſſunt à principio taxari, & in pactum deduci.*
Lecurabit, C. de actio. empt. declaratur. ibidem.

29 *Emptor, qui pretium non ſoluit, tenetur fructus reſtituere. vbi deciſio noſtri Senatui.*

30 *Etiam ſi habuiſſet iuſtam cauſam non ſoluendi, veluti quia imminebat euictio.*

31 *Vſuræ etiam in mutuo poſſunt à principio taxari, remiſſiuè.*

32 *Vſuræ poſſunt etiam in debito vniuerſitatis, quod parit vſuras, à principio taxari. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

33 *Vſuræ poſſunt taxari in debito legitimæ, donec illud ſoluatur.*

34 *Ceſſionarius mariti non poteſt facere fructus ſuos pignoris marito pro dote datis.*

35 *Priuilegium mutatur mutatione perſonæ quando perſona eſt immediata cauſa priuilegij. vbi deciſio noſtri Senat.*
Iuriſdictio, quæ eſt penès priuatum præſcribitur aliter quàm ſi eſſet penès Regem. ibidem.
Idem eſt de pedagio. ibid.
Idem denique de cenſu à domino directo in alium translato. vbi deciſio Senatus. ibidem.

36 *Priuilegium faciendi fructus ſuos pignoris pro dote dati, eſt perſonale maritj. vbi deciſ.*

Reſe-

37 *Referuntur Doctores, qui contrarium tenent.*

38 *Priuilegium faciendi fructus ſuos pignoris pro dote dati, non tranſit ad hæredes mariti.*

39 *Fallit reſpectu fructuum decurſorum ante mortem mariti.*

40 *Pactum factum inter ſocerum, & generum, quòd genero non detur dos, quæ erat in prōptu, ſed fundus, vt ex illo recipiat fructus, non valet, quia hic conſideratur contractus mutuum.*

41 *Cap. ſalubriter, de vſur. non habet locum in caſibus, in quibus magis ad lucrifaciendum fructus, quàm quia dos non eſſet parata, datur pignus.*

42 *Item quando recepta iam dote per generum, illa reſtituitur ſocero, & poſtea recipitur pignus.*

43 *Caſus pulcher diſputatus in Senatu in materia c. ſalubriter, de vſur.*

44 *Ius quod quis habet in aliqua re, venit tantùm in venditione de ea re facta.*

45 *Nemo plus iuris in alium tranſfert, quàm ipſe habet.*

46 *Cedentis omne ius, per ceſſionem, translatum cenſetur in ceſſionarium.*

47 *Oppoſitio de iure tertij regulariter non eſt permiſſa.*

48 *Fallit quando ius aduerſarij in totum tollit, & opponentis multum intereſt.*

49 *Oppoſitio quòd ius tuum tranſtuliſti in alium, fieri poteſt.*

50 *Libertas ab onere ſoluendi penſionem, & à ſeruitute, acquiritur præſcriptione.*

51 *Cap. ſalubriter, de vſur. intrat quando pro intereſſe dotis conſignantur aliquæ penſiones recipiendæ annuatim per generum donec dos ſoluta fuerit.*

52 *Dominium, & poſſeſſio in pignore, & ſeu in re pignorata, remanent penès dominum impignorantem.*

53 *Creditor in pignore dicitur habere titulum procuratoris debitoris illius domini, & repræſentare illius imaginem.*
Creditor poſſidet pignus pro domino, non pro ſe. ibidem.

54 *Dominus, qui vendit pignus, & ius quod habet in eo, cenſetur vendere dominium quod ipſius erat, & transferre poſſeſſionem quã habebat.*

55 *Ius luendi ſolùm venit in venditione, quæ fit dere iam antea cum inſtrumento gratia alteri vendita.*
Dominium rei venditæ tranſfertur in emptorem cum inſtrumento gratiæ. ibidem.

56 *Ceſſionarij ius extinguitur, ſi per tempus legitimæ præſcriptionis ceſſione vſus non eſt.*

57 *Emptor rei alteri antea, quoad penſiones, ceſſæ, poteſt de extinctione ceſſionis opponere.*
Hæres vnus poteſt replicare de extinctione iuriũ aliorum, quando ſibi opponitur, quòd non eſt ipſe ſolus hæres. ibidem.

58 *Oppoſitio iuris tertij eneruatur probando quòd extinctum illud eſt, quod licet repliceare contra oppoſitionem prædictam.*
Oppoſitio, quòd alius rem de qua agitur præſcripſerat, eneruatur replicando, quòd ille nullum ius habuit, imò illud perdiderat, quia cecidit à poſſeſſione. ibidem.

59 *Oppoſitio iuris tertij non ſolùm eneruatur probando clarè quòd illud eſt extinctum, ſed etiam quòd poteſt eſſe quòd ſit extinctum.*

60 *Oppoſitio de iure tertij non admittitur quando opponentis non intereſt.*
Debitoris ſolùm intereſt ne ponat ſe in periculo bis ſoluendi, aliàs nihil ſua intereſt an vni potius quàm alteri ſoluat. ibidem.

61 *Oppoſitio de iure tertij ſolùm admittitur poſſeſſori.*

62 *Præſcriptio ſolùm prodeſt præſcribenti, non tertio, maximè contra ipſum præſcribentem.*

63 *Maritus rem dotalem ſibi traditam, quæ non erat vxoris, per longum tempus poſſidens, non ſibi, ſed vxori præſcribit.*

64 *Emphyteota eſt incapax omnis præſcriptionis contra dominum.*

65 *Emphyteota poſſidet pro domino.*

66 *Emptori cedit periculum, & commodum rei venditæ.*

67 *Emptor non ſoluens per longum tempus cenſum ſibi incarricatum in venditione rei, ſibi, non vendenti, præſcribit liberationem.*

68 *Tertius rei pignoratæ, & obligatæ alteri poſſeſſor, regulariter ſibi præſcribit liberationem.*

69 *Epilogus.*

70 *Exitus cauſæ, per concordiam motam per Senatum ob negotij difficultatem.*

71 *Vidua an poſſit poſt ſolutum matrimonium lucrari fructus ſicut maritus, ex diſpoſitione cap. ſalubriter, de vſur. donec dos ſibi reſtituatur, remiſſiuè.*
Item an ſeductis pactis debeatur marito alij quod intereſſe ratione retardatæ ſolutionis dotis. ibidem, remiſſiuè.
Et finaliter, ſi per multum tempus vſuræ dotis non ſint petitæ, an cenſeantur remiſſæ. ibidem, remiſſiuè.

GLOSSA VIII. PARS XV.

De assignatione fundi fructiferi factâ genero pro dote, donec illa sit sibi soluta.

Ad interpretationem cap. salubriter, de vsur.

1 SEd quandoque † vt post dotem in pecunia constitutam, & solui promissam, ipsa in pecunia numerata non soluatur, nec etiam pro ea aliquis fundus in solutum tradatur aliquo ex modis supetiùs enarratis: sed interim assignatur viro fundus, quem in pignus habeat, fructus illius recipiat, & suos faciat, pro sustinendis oneribus matrimonij, donec dos soluatur. Quæritur an id fieri valeat, & istos fructus suos maritus faciat, nec ne. Breuiter respondeo, quòd sic, de quo est textus expressus, & totundus in cap. salubriter, extra de vsuris, quem Iason in §. fuerat, num. 17. institut. de actio. dicit meliorem de mundo. Eius hæc sunt verba: *Sanè generum ad fructus possessionum, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem non credimus compellendum, cùm frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda.* Eius materiam latissimo sermone tractant Doctores in varijs locis, insigniores referuntur à Dida. Couarru. variarum resolutionum lib. 3. cap. 1. ex num. 3. Pet. Cenedo collecta. ad Decretal. 14. Ioannes Baptista Lup. in tractat. de vsur. ad l. curabit, commentat. 1. §. 4. ex num. 74. Cod. de actio. empt. Barbos. in l. de diuisione, ex nu. 1. versic. Infertur etiam, ff. solut. matrimon. Mar. Anton. Peregrin. consil. 70. num. 18. volum. 1. Alexand. Trentacinqu. variarum resolutionum volum. 1. lib. 3. tit. de pignorib. & hypotec. resolutio. 2. ex num. 13. & omnium pleniùs Doctores, qui de hac materia tractant, adducuntur à Ioanne del Castillo Sotomaior quotidianar. controuersiar. iuris lib. 7. cap. 23. per totum. Alios videbis in discursu non contemnendos, ex quibus ego selegi quæ magis ad praxim quotidianam vidi conducibiliora, alia omittendo, quæ solent ad pompam absque aliquo fructu adduci, & tractari.

2 Primum sit, † quòd textus iste, & eius dispositio procedat, siue præcedat pactio de fructibus in sortem non computandis, siue non, quia textus id non requirit, prout communis Doctorum schola intelligit, vt dicit Aluar. Velasc. consultatio. 8. num. 1. vbi vlteriùs asserit sic fuisse *iudicatum*, Bart. in l. insulam, §. vsuras, ff. soluto matrimon. Soto maior dicto cap. 23. quotidianar. controuer. lib. 3. ex num. 23. cum sequent. vbi Barbos. reprehendit contrarium tenere volentem, idem Sotomaior postea num. 64. in eodem cap. Viuius decisio. 424. num. 10. cum seqq. lib. 3. Gasp. Rodetic. de ann. redit. lib. 3. qu. 7. num. 46.

† 3 Secundum, † quòd iste textus procedat, siue fructus qui procedunt ex re pignoti pro dote tradita, excedant onera matrimonij, & interesse, siue non: non enim habetur consideratio verisimilis æqualitatis dãni emergentis, aut lucri cessantis, siue certæ fructuũ quantitatis, vt expressim innuit Pont. in vet sic. cum frequenter, sed principaliter perpenditur quod frequentiùs accidit, dotis fructus non sufficere ad onera matrimonij supportanda. Vndè † quemadmodum si pauciores sunt fructus dotis, quàm onera prædicta, id damno matiti cedit, ex l. si filia, ff. famil. herciscund. sic si plures sunt, eiusdem lucro cedere debet, Didac. dicto cap. 1. nu. 3. versicul. 38. & clatiùs in fine dicti num. 3. Franc. Viuius decisio. 424. num. 7. lib. 3. vbi dicit rationem esse, quòd vt plurimùm nulli fructus sufficiant huius generis grauissimis onetibus matrimonij, Stepha. Gratia. disceptatio. foren. 120. num. 7. lib. 1. Ioseph. Ludoui. decisio. Lucen. 71. num. 32. qui arguit ab eo quod dicitur, maritum facere fructus omnes dotis suos, etiam si matrimonij excedant onera, Aluar. Velasc. citata consulta. 8. num. 3. qui expressim reprobat Antonii Gom. contrarium tenere volentem in l. 50. Tauri num. 30. Sesse decisio. 68. num. 14. volum. 1. Sotomaior citato cap. 23. lib. 3. quotidianarum controuersiarum iuris num. 19. & nouissimè Velasc. de Auenda. in tract. de censib. Hispa. cap. 10. num. 8. vbi particulariter reprehendit quandam conciliationem, quã circa rẽ hanc excogitauit Gasp. Roder. posit contrarias Doctorum opiniones adductas. Rodericus (inquam) de annuis redit. lib. 3. quæst. 7. num. 48. Nihilominùs † multùm placet temperamentum Dida. Gomez, & Sesse in locis suprà citatis, quibus adde Ioan. Baptist. Lupum ad l. curabit, commentar. 1. §. 4. num. 75. & Alexan. Trentacinq. resolutio. 2. de pignor. & hypote. num. 13. vers. 13. vt supradicta non procedant quando excessus esset maximus, & ingens, tùc enim non seruirer regula: sed cùm hæc vix possint vnquam in praxi concurrere, tum quia iam non sunt homines talis conditionis vt sic

5 suam

ſuum iactando, immenſorum,& exceſſiuorũ fructuum proprietates generis tradant pignori: omnes hoc abhorrent maximè, tum etiam quia iſte exceſſus magis videatur im-
6 poſſibilis, quàm verificabilis, cùm † onera matrimonij non ſolùm incerta, ſed & infinita ſint, vt dicebat in his terminis Auenda. de cenſib.cap.10. num.9. Seſſe citata deciſ. 68.num.15.qui in propoſito cum Medi.Vela.& Felicia.dicit, quod †
7 fructus pignoris nunquam poſſunt excedere laborem mariti, quia illa perſonalis ſollicitudo,anxietas, labotque mariti in alenda vxore, eiusque familia, quæ ſunt onera matrimonij, non habent æſtimationem, & hoc reſpectu nunquã fructus onera matrimonij excedere dici poſſunt; conſentit Sotomaior citato capite 23. quotidianarum controuerſiarum iuris lib. 3. num.46. ideò ea omittimus. Nec expectes quod alicuius Senatus aliquam deciſionem circa hæc factam adducam: vix enim arbitror quòd de hoc in facti contingentia diſputatum aliquãdo fuerit ex cauſis ſupradictis.
8 Tertium,† quòd textus prædictus habeat locum etiam ſi data ſit à genero in ſoceri fauorem dilatio ad ſoluendam dotem promiſſam, nihilominùs ſi tradatur genero fundus in pignus interim tenendus, eius fructus faciet gener ſuos, nec tenebitur in ſortem cõ-
9 putare: cùm † enim textus prædicti diſpoſitio emanauerit, vt ibi dicitur, propter intereſſe iuſtum onerum matrimonij,quod intereſſe damni emergentis communiter appellatur, ideò vbicunque illud verſatur, & militat, ibi & textus diſpoſitio; bene Dida. in ſæpe citato cap.1.num.3.verſic.4. & propriùs verſic.5. Viuius deciſio.424. à num.8. lib.3. Seſſe,qui alios plures allegat,in citata deciſio.68.num.17.latè Lupus,qui pluribus etiam de his agit, dicto commentatio 1. §. 4. num.76. & 77. Et hæc eſt mera veritas, quidquid in contrarium adſtruant quos Alexand. Trentacinq.refert in citata reſolutio. 2.de pignor.& hypote. num.13. verſic.4. & Lupus vbi ſuprà. Conuincuntur enim ex ratione ſuperiùs adducta, & ex alijs, quæ Doctores pro noſtra opinione allegati latè adducunt, & conſiderant, licet finaliter omnia ad noſtram rationem reducantur. Nõ omittas patrem Beya, doctum planè virum, tomo 1.reſponſion.caſuum conſcient. caſ. 56. in verſicu.Nihil item refert, vbi pulchrè ad propoſitum dicit nihil referre,quòd à prin-
10 cipio datus fuerit terminus, quia † non recipit illud lucrum ratione moræ præcisè,ſed ratione oneris vxoritij, & ideò ſtat, quòd voluerit concedere terminum ſolutionis, nõ luerit tamen perdere id quod iure matrimoniali ſibi conceditur vt fructus interim à ſocero recipiat non excedentes onus ſupportandum. Idem tenet noſter Canc.in 3.parte varia.reſolutio.cap.7.de pactis, ex num.55. vbi latiſſimè probat, & argumentis contrarijs ſatisfacit abundè.
11 Ex quibus † non erit difficile colligere, quòd prædicti cap.ſalubriter diſpoſitio tantùm procedit reſpectu mariti, qui ſuſtinet onera matrimonij, & quamdiu illa ſuſtinet, & non aliàs, nec alio modo; ſi enim onera matrimonij ſunt cauſa diſpoſitionis,eis ceſſantibus, quaſi ceſſante cauſa,ceſſabit etiam diſpoſitio, Lupus, qui plures adducit, in citato §.4.num.78.Surdus in tracta.de alimẽ. vbi latè probat tit.1.quæſtio.42. à num.30.
12 & turſus num. 147. vbi dicit, † quòd vt detur exactio harum vſurarum,tria debent copulatiuè concurrere,dotis promiſſio,nuptiæ, & quòd maritus ſubeat onera matrimonij, quòd ſi alterum deficiat, vſuræ non debentur, ſequitur Sotomaior dicto cap.23. num. 58. Auendaño de cenſibus Hiſpan. cap.10. numero 11.
13 Sed † non diu eſt percontabatur quidam à me in facti contingentia, num ceſſaſſe ad effectum ſupradictum dici poſſent onera matrimonij pro certo tempore quo vxor, poſtquàm iam fuerat in domũ mariti traducta, deindè in domo paterna manſit, ibique alimenta recepit. Reſpondi,quòd non,ex pulchra deciſio. Rotæ Roma. apud Farinacium
† 253.ex num.3. tomo 2. vbi ita *reſolutum*
14 dicit. Rationẽ affert, † quia maritus de eo tempore retinuit domum apertam cum reliqua familia, in qua poterat mulier ad libitum habitare,vndè per maritum non ſtetit, & nihilominùs ſuſtinuit onera matrimonij, Bero.conſil.129. num.11. lib.2. vltra quod
15 (inquit) onera † matrimonij non reſtringũtur ad victum, ſed complectuntur veſtitum, necnon conſiſtunt in veſtibus, ſalarijs ancillarum, & alijs huiuſmodi,de quibus per Ripam in rubrica ff. ſoluto matrimon. nu. 57. & alios Doctores paſſim.
16 Ex eodem † fonte dimanat, quòd noſtri textus diſpoſitio nondum obſeruanda erit à genero erga ſocerum, ſed etiam in quocũq. extraneo, cui dos promiſſa fuerit: ratio enim onerum ſupportandorum, cui diſpoſitio, vt diximus, innititur,æque in hoc militat,atqui in illo,prout expreſſim annotauit Dida.dicto cap.1.lib.3. variarum reſolutio. num.3.verſic.Hinc primo, Aluar.Velaſc.citata conſultatio.8. num.2. vbi reprehendit Fortun.Garciá de vltim.fin.iur.canon.& ciuil.illatio.6.& Didac.in dicto cap.1. vbi ſæpiùs allegatus eſt,num.3. in verſicu.Cæterũ, quatenus contrarium teutre viſi ſunt, ſed vereor ne aliud mihi iſti agant. Nec arbitror

Didac,

Didac. immemorē eius quod paulò antea dixerat, vbi proximè eum retulimus pro nostra opinione, contrarium postea sensisse in dicto §. cæterùm.

Ratio, quam Velasc. addncit est optima, quæ in effectu est eadem, quā nos suprà tradidimus. Et si † de socero, & genero, & 17 non de alio extraneo dotante textus meminit, id facit frequentioris vsus gratia; frequentiùs enim contingit quòd parentes filias dorent, quàm alij: quæ autem † frequē- 18 tioris vsus gratia ponuntur, non mutant in alijs dispositionem, iuxtā glos. notan. in clementi. 1. verb. præsidentes, de resctip. & alia quæ ad propositum adducit Velasc. vbi suprà. Vel dicas, vt in alio proposito ad d. cap. salubriter dicebat pater Beia allegato cap. 56. in versicul. Nec obstant, Pontificem de eo casu fuisse tantùm loquutum, quia de eo solum fuit consultus, non de alio, quasi contrarium dicturus si de alio fuisset scisitatus, imò idem in omnibus, in quibus eadem militaret ratio. Idem tenet, & pluribus probat Gasp. Roderic. de annuis rediti. lib. 3. quæstio. 7. nu. 52. vbi respondet contrarijs, Surd. de alimentis tit. 1. quæstio. 42. num. 30. pater Molina de iustitia, & iure tomo 2. de contractibus, disputatione 321. numer. 5. Nauarrus in manuali cap. 17. numero 213.

19 Inde etiam † consurgit idem fore proculdubio respondendum, vbi ob retardatam dotis solutionem, conuentum inter partes fuisset, non quod certi fundi fructus interim maritus reciperet, & suos faceret, vt suprà, sed imò quod certū quid in pecunia interea ei solueretur quot annis: attenta enim vera ratione decidendi text. in d. cap. salubriter, & causa illius decisionis, quæ est supportatio onerum matrimonij, & illius respectu, interesse mariti, quod in his versatur, nulla concludens ratio exhiberi potest, cur ab initio cōtractus interesse verisimile in pactum deduci non possit, ita Didac. loco sæpiùs citato num. 3. vers. 4. vbi plures refert, qui dicunt opinionem communem. De hoc articulo tractat decisio Gam. 272. per totam, sed nihil resoluit, solùm refert Doctores vnam, & aliam opinionem tenentes, & vnā, & aliam communem prædicantes, sed eius additionator Blas. Flor. Diaz de Mena, post plures relatos, qui nostram tenent opinionem, dicit quòd ea est verior opinio, & quæ magis practicatur. Aluar. Velas. licèt teneat contrariam opinionē, quam latè fundat per tot. nu. 5. qui longus est in consulta. 8. tamen in fine dicti numeri fatetur quòd in practica seruatur hæc nostra opinio, & admittitur communiter talis pactio in dote, non quidem (inquit) fauore dotis, sed simpliciter propter onera matrimonij, quibus plerumque non satisfit ex dote, vt ait text. in dicto cap. salubriter, in fin. Ioseph Ludouic. decisio. Lucen. 21. ex num. 37. Osasch. decisione 132. num. 1. Baeça de non melioran. dot. ratio. filiab. cap. 25. num. 8. optimè Borgni. tota decisio. 22. par. 4. vbi ita *decisum* dicit, & † varias considerationes facit in hac re, diuersaque argumenta, quibus id probet, adducit, quæ sunt ibi videnda, & ego omitto, quia longius esset recensere. Idem Borgnin. decisio. 24. num. 21. par. 2. Rota Romana decisio. 331. num. 5. in recollectis per Farinacium in penultimo volumine decisionum. Idem etiam Borgnin. latissimè decisio. 35. ex nu. 21. par. 1. vbi nonnullos refert, qui hanc opinionem dicunt magis communem, alios qui ita practicari per totam Italiam, & obseruari, & alios denique qui æquam esse hanc 20 opinionem asserunt: concludit ipse quòd propterea est obseruanda, quia † (inquit) quando vna opinio est æqua, aut de consuetudine, illa debet omninò attendi, licèt altera esset magis communis, ex Doctoribus, quos allegat, qui ibi videri possunt, & ex Alexand. in consil. 31. num. 3. & 4. volum. 6. addit ex identitate rationis debere nos dicere, quòd valeat hæc pactio: nam sicut Pōtifex in citato cap. salubriter, de vsur. mandat fructus prædij dati in pignus genero, dilatione pendente, non compurari in sortem propter onera matrimonij, ita intelligitur decisum in dote non data, & retenta, ac soluenda, quòd valeat pactio de certa quantitate interim soluenda, cùm vtroque casu maritus sustineat onera matrimonij, nec est maior ratio cur illud in illo casu statuatur, quod alias non esset permissum, & in isto denegetur, Steph. Gratia. decisio. prouin. Marchiæ 126. num. 4. plenissimè Carolus de Grass. in tracta. de exceptionibus, exceptio. 32. num. 64. tota de hoc est compacta decisio Viuij 424. signanter ita clarè docet num. 13. cum sequent. tota etiam de hoc est decisio Sesse 68. vbi signanter nostram pluribus probat opinionem à num. 10. ad nu. 21. volum. 1. & rationes pro ea concludentes adducit, Felicianus de Solis de censib. lib. 2. cap. 5. num. 21. Nauarrus in manuali cap. 17. num. 213. Peregrin. consil. 71. num. 18. volum. primo, Pater Molina de iustit. & iur. de contractib. disputatio. 321. num. 9. Lup. dicto §. primo, commentar. 4. numer. 75. de vsuris, plures in idem adducit Ceuallos in commun. contra commun. quæstio. 394. don Garcias Mestril. decisiu. Sicil. 103. numer. 5.

† lib. 2. Pro hac opinione *declaratum* fuisse in Rota Florentina nobis refert Hieronymus Magon.

Magon. decisio. Florenti. 42. num. 11. & in Rota etiam Romana idem in facti contingentia *tentum* fuisse refert Farinac. decisio. 129. in recollectis per eum, & impressis post † sua consilia tomo 1. Eadem *Rota Romana* decisio. 1. & 2. de vsur. apud Cæsar. de Grassis. † Et denique eadem *Rota Romana* apud Seraphinum decisio. 599. optimum profectò de hoc consilium Petri Caballi 46. lib. 1. quod est decisiuum, & ideò maioris auctoritatis.

21 Huc volunt † Doctores intrare illud idē quod antea dicebamus, quòd ista pensio non sit multùm excessiua, sed regulata ad verisimile mariti interesse, aliàs non valeat, nec sit licita pactio, vt habes ex pluribus, quos suprà adduxi, signanter ex Couarru. Ludou. & Rota Romana in locis citatis. Fateor vt in præcedenti quæstione de fructibus in dotem non computandis, etiam tenui, quòd ita debet esse, licèt reluctent plures ex his etiā quos suprà adduximus: non enim volo concedere quòd permittatur tam magna deceptio in re ex se alias tam suspecta, sed propter ea, quæ ibi vidimus, arbitror parùm fore in his immorandum, quia vix est practicabilis quæstio ista.

Non errabitur si taxatio ista fit secundùm consuetudinem terræ, veluti in Cathalonia in mercatoribus ad rationem duorum solidorum pro libra, & in alijs ad rationē vnius solidi, prout in terminis docet Rota Rom. decisio. 574. in recollectis per Farinacium in vltimo volumine decisionum, vbi pluries ita fuisse in illo sacro Aud. torio *decisum* † refertur. De taxatione ordinaria ad rationē quinque pro centenario loquitur latè Borgninus Caualcanus in iam citata decisio. 35. num. 23. par. 1.

22 Infertur † etiam ex supradictis non esse attendendum ad validitatem harum pactionū, siue illæ fiant de fructibus pignoris in dotem dati non computandis in sortem, siue etiam de certa pensione quot annis soluenda interim dum dos non soluitur, si maritus sit mercator, vel aliàs solitus negotiari, aut industriosus, vt si talis sit, valeant, secùs si non sit, prout nonnulli voluerunt, de quibus apud Velasc. citata consultatio. 8. numer. 5. versic. At ex diuerso, & alios, qui infrà adducentur, quia ratio supportandorum onerum matrimonij, cui hæc inniteruntur, hāc restrictionem non patitur, Viuius in allegata decisio. 424. ex num. 6. sed labitur dum nu. 8. pro contraria opinione ponit Ioseph. Ludou. decisio. Lucen. 21. post num. 43. dicendo ipsum non rationabiliter contrarium tenuisse: nam si ego illud legere sciui, ac com prehendere, imò clarè pro nobis tenet, dicens esse magis communem opinionem, ac Baldum Nouellum reprehendit, quòd qualitatem negotiationis requisiuerit, Surd. de alimentis tit. 1. quæstio. 42. num. 8. vbi plu-

23 res in idem citat, subdens postea, † multò maiore ratione hęc procedere in marito industrioso, & solito negotiari, & ei plus deberi, quàm alijs in hac materia: ibi videas, & excutias. Pater etiam Beia in responsis. casuum conscientiæ cas. 56. versic. Nec etiā, dicens pulchrè, quòd per accidens se habet ad onera matrimonij, quòd maritus negotietur, aut non negotietur, vtatur, vel non vtatur dote ad fructificandum, & ideò non est secundùm id iudicandum, cùm iudicari non debeat ex his, quæ per accidens sunt, Gaspar Roderic. de annu. redit. lib. 3. quæst. 8. numer. 17.

24 Infertur † indè it idem non esse habēdam rationem, si dies maritus sit, qui posset aliundè viuere, & matrimonij onera leuare, vel pauper, ad effectum de quo hic, vtroque enim modo militat ratio onerum matrimonij, propter quæ hæc permittuntur, nec cessat quamuis dictis oneribus posset maritus aliàs prouidere. Sic ex Salon in tractatu de iustit. & iur. resoluit Sotomaior in sæpè citato. cap. 23. num. 31.

25 Et si per conteris † quamobrem teneamus quòd valeat pactio de soluendo annuatim certum quid, donec dos promissa soluatur, cùm regulariter hæc pacta propter vnifor-mitatem præstationis dicantur vsuraria ad consil. Dec. 116. Seraphin. de Oliuar. decis. 599. num. 1. plures adducit Cæsar de Grass. decisio. 1. num. 2. de vsur. quia in huiusmodi certa, & vniformi taxatione videtur haberi respectus ad pecuniam, & quantitatem debitam, non ad interesse, & fructus, qui sunt incerti, varij, & non vniformes, pro varietate temporum, vt per Grat. qui plures cumulat, in consil. 11. num. 29. & 30. Respon-

26 debo, † propter regulam illam generalem, qua docemur, quod quando vsuræ sunt permissæ à lege, & secundùm legem debentur, permittitur quòd illæ deducantur in pactū, & conuentionem in certa quantitate, dummodo non sint excessiuæ, sed proportionabiles, secundùm morem regionis, quia solùm exprimitur quod tacitè inest in corpore legis, & dicitur hæc conuentio fieri secundùm legis dispositionem, prout in terminis docent Borgni. Caualcan. decisio. 35. nu. 23. par. 1. & decisio. 22. num. 3. par. 4. Surdus de alimentis tit. 1. cap. 44. num. 34. & Iosephus Sesse decisio. 68. numer. 17. in medio par. 1.

27 Cumque † in dote vsuræ sint omni iure debitæ, propter onera matrimonij, vt probant quotquot à nobis relati fuerunt Doctores in

supe-

ſuperioribus, quibus adde Anton. Fabtū in ſuo Codice lib.4.tit.24.de vſur.definitio.8. & Rotā Romanā deciſio.574. in vltimo volumine ex recollectis per Farinacium. Indè ſequitur benè quòd illæ poſſunt in pactum ſemper deduci.

28 Id quod † non ſolùm in dote procedit, ſed etiam in alijs caſibus, in quibus vſuræ debentur de iure noſtro, prout in terminis l.curabit, C. de actio. empti. adducit Couarru.variarum reſolutionum lib.3. cap.14. num.6.& poſt eum latè Rota Romana apud Cæſarem de Graſſis allega. deciſio. 1. & 2. de vſuris, licèt iſtum caſum ægrè tollerari à Signatura nouiſſimè dicat eadem Rota Romana deciſio.331.num.5. in penult.volumi. recollect.per Farinaclum, vbi vide. In ma-

29 teria † enim dictæ l.curabit, non eſt dubiū, quòd fructus debentur, id eſt, eos tenetur emptor reſtituere totos, ſi nullum pretium ſoluit, vel pro rata pretij non ſoluti, ſi aliquid ſoluit, ex die quo emptor habuit rem, & incepit fructus recipere, Illuſtriſſ.Cardinalis Tuſchus verb.emptor, concluſio.127. Lupus ad d.l.curabit,commentar.1.§.7. ex num.138. Beniten.deciſio.29.ptout ita Se-

† natus noſtet *declaraut* de anno 1615. referente egregio Senatore Ioanne Magato'a, in cauſa quorundam manumiſſorum hæreditatis N. de Peramola, contra N. Oliuella,

† Scriba Sacares. Et fuit *confirmata* ſententia in alia Aula,relatore egregio itidem Senatore Ioſepho Ferrer, & fuerunt repulſæ binæ prætenſiones. Prima,quòd ad nihilum tenebatur dictus Oliuella, quia habuerat iuſtam cauſam ſibi retinendi partem pretij propter euictionem, quam monſtrabat imminere in limine contractus. Et ſecunda,q̄ non debebat condemnari ad fructus, ſed ad intereſſe pretij non ſoluti, nulla ad fructus habita conſideratione: ſed contra vtramq;

30 prætenſionem † Senatus declarauit,licèt habuerit pro conſtanti quòd euictio imminebat in limine contractus, vt dictus Oliuella dicebat,& ita ordinauit,quòd ex pretio lucrentur certa cenſualia, quorum ratione prætendebatur imminere dictam euictionem; cæterùm id Senatus non iudicauit ſufficiens ad excuſandum emptorem cur pretium non ſoluiſſet, aut depoſuiſſet, per ea quæ tradit Surd.deciſio.117.num.7.vbi ex Bal.Alexā, Caſtren.Socin.& alijs dicit,emptorem, qui conuentum pretium non ſoluit, teneri fructus reſtituere, vel tetardati pretij vſuras ſoluere, etiam ſi non ſit in mora, vt quia vēditor non impleuit promiſſa. Farina.in alio etiam contractu, qui non erat dotalis, fieri etiam poſſe iſtas conuentiones docet deciſ. 892.in 2.tom.deciſſ.ad partem edito.

31 Imò † & in mutuo mero,quæ eſt materia ſuſpectiſſima, idem fieri poſſe videbis inſtā

32 in ſequenti gloſſ. Et in † debitore vniuerſitatis, propterea quòd ipſe debebat etiam vſuras, iuxtā diſpoſitionem l.Caius 11.ff.de vſur. ibi: *Quamuis ipſa iure Reipublicæ debeantur*, & l. cum quidam, §. eos qui, eodē tit. ibi: *Eos qui ex adminiſtratione rerum ciuitatum conueniuntur, vſuris obnoxios eſſe ſatis notum eſt*, & tradit Auenda.de exequē. manda.regum 2.par. cap.10. nu.34.& Loſæ. de vniuerſita.pat.3.cap.6.num.12.In debitore (inquam) vniuerſitatis ex ſupradicta ratione ego hæc defendebam de anno 1615.

† & *obtinui* referente egregio Senatore Michaele Sala 16.Nouemb. Actuar.Agramūt, vbi de ſimili pacto ad litterā diſputabamus. Partes erant Petrus Miro, & Vniuerſitas de

† Ribes. Et poſteà fuit *confirmata* ſententia 10. Februarij 1617. referente egregio Senatore Ioanne Gallego, vbi multùm latè articulum diſputauimus.

33 Idē † vidi in Senatu *deciſum*, coram egregio quondām illius Senatore Ioanne Caſtello, ſub die 13. Aprilis 1601. in cauſa Matthiæ Soler contra nobilem Fedetici de Bellver, in caſu conuentionis,& promiſſionis de ſoluendo ſingulis annis certam penſionem ratione quantitatis debitæ pro iuſtibus legitimæ ceſſæ, & tranſportatæ,eodem contractu vltrò, citroque obligatorio. Fuit enim dictum, *Non eſſe vſurariam conuentionem, & promiſſionem prædictam,quia* (& hoc eſt motiuum deciſionis) *etiam legitima tribuebat, & pariebat fructus ſtatim mortuo eo, cuius fuerunt bona*, & fuit ibi data pro legitima penſione, quæ fieret ad rationem, & forum cenſualis, ad quam rationem prædicta, de qua agebatur, taxata fuit. Scripſit poſt hęc nolter Franciſcus Molinus ſuum de ritu nuptiarum, & pactis in matrimonio conuentis librum, in quo materiam hanc huius quam tractamus pactionis, & conuentionis latiſſimè tractatam reperies, qu.39.per tot.lib.3. Alia videbis infrà, glo.Fructuum dotis.

34 Satis, † meo iudicio, ampliauimus diſpoſitionem textus in dicto cap.ſalubriter; ponamus nunc limitationes. Prima ſit, ſi maritus ius illud, quod in pignore habet, vendiderit alteri, vel alteri ceſſerit, an iſte emptor, vel ceſſionatius, vt ſubrogati, & ſuccedentes in locum mariti, faciant fructus ſuos, ſicuti maritus feciſſet, ſi non vendidiſſet, vel ceſſiſſet. Qua in re communis Doctorum ſchola ſequitur Bald.in rubric.C.de vſur.quæſt.4.num.5. vbi ponit caſum, quòd vir indigens pecunia acquirit eam ab amico, & ponit eum in locum ſuum in dote ſibi debita, & quærit vtrùm talis amicus poſſit

tales

tales vſuras percipere, & videtur (inquit) ꝙ ſic, beneficio auctoris, ex l. emptor nominis, de hæred. vendi. ſed contrarium poſteà reſoluit, dicens, quòd cùm maritus habeat pecuniam (non curo vndè habuit) vnde poſſit onera matrimonij ſupportare, ceſſat ratio
35 extorquendæ vſuræ. Rationem † dicit eſſe, quia mutatione perſonæ mutatur priuilegiũ quoties perſona eſt immediata cauſa priuilegij, l. 1. de impon. lucr. deſcrip. lib. 10. C. & l. licitatio, §. fi. de pub. & l. Paulus, ff. de acquirend. hæredita. & probant optimè Catelian. Cotta in memorabil. verb. priuilegia, colum. 2. verſic. Hinc etiam, Auenda. de exequen. manda. reg. cap. 1. num. 21. in verſic. Si verò, & Ioann. Gutierrez in pract. quæſtion. lib. 1. quæſtio. 87. num. 3. vbi plures, ac illæ pulchræ quidem quæſtiones in propoſito deciduntur, veluti quod licèt Papa conceſſerit mihi aliquòd caſtrum de plenitudine poteſtatis, nihilominùs contra me poterit præſcribi, quia (inquit Cotta) mea poſſeſſio nõ eſt Papalis, ſed priuata, & ideò mutata perſona, mutatur priuilegium. Item ſi alicui nobili competit ius colligendi pedagium, contra eum poteſt præſcribi minori ſpatio, quàm contra Principem præſcriberetur, quia mutata perſona, &c. Et ſimiliter quando iuriſdictio tranſit in priuatam perſonam, amittit, quantum ad præſcriptionem, qualitatem Regiæ iuriſdictionis, quia mutata perſona, &c. Sic Doctores relati. Quæ doctrina in pulchro caſu vſus eſt Senatus circa ea, quæ ego ſcripſeram in primo tomo clauſ. 4. gloſ. 18. par. 1. ex num. 138. vt declararet, quod licet cenſus cum directo dominio non ſint præſcriptibiles, fallit tamen quando mutata eſt perſona, hoc modo, quòd cenſus tranſierũt á domino ad alium ſine dominio directo, imò ipſo penès concedentem remanente. Contigit iſtud in cauſa Ioannis Cãbra, contra Michaelem Gayola & Coſſa oppidi Biſulduni, ſententia lata referẽ. egregio Senatore & Decano Ioanne Gallego 5.
† Iulij 1616. *commutando* aliam per egregium etiam Senatorem Ioſephum Dalmau ſolum in prima inſtantia latam, de qua ego in loco citato meminetam. Motiua ſunt hæc: *Et licèt prætendatur cenſum acceſſorium, ſeu vnitum cum directo dominio cùm à directo domino poſſideatur in totum præſcribi non poſſe, verum cùm à dicto dominio eſt ſeparatus, & per dominum directum in tertium eſt tranſlatus, cùm tunc mutet primæuam naturam, per mutationem nouæ perſonæ, nouam naturam, & ſtatum accipiendo, non dicitur acceſſorium directo dominio, ſed principale, & per ſe ſtans, præſcribi tali caſu poteſt dictus annuus cenſus contra illũ tertiũ illum poſſidentem, remanente dominio directo & allodiali proprietatis, ſuper quo eſt creatus dictus annuus cenſus, penès alium*, &c. Actuarius eſt Ioannes Prats. Verum eſt ꝙ pendet cauſa ſupplicationis ab hac ſententia in tertia Aula, prætendendo in iſto caſu non poſſe dici cenſum eſſe ſine directo dominio, & ſic præſcriptibilem eſſe, quãuis dominium ſit reſeruatum concedenti, & tranſferenti cenſum, per ea quæ ego docui latè in loco ſuprà citato; verùm quid continget, incerti ſumus, tu iudicabis, tu dices quid tibi iuſtius videbitur.

36 Adde tu, † quòd priuilegium iſtud, de quo tractamus, eſt omnino perſonale, merito conceſſum ad ſupportanda onera matrimonij, vt ſæpiùs diximus, non genetale dotis indultum, ob quod dici debet non poſſe perſonam matiti tranſgredi. Ita probant, & tenent Aluar. Velaſc. in ſæpè citatâ conſultatio. 8. num. 6. vbi rationes ponit, communem dicit, & ita in facti contingentia *deciſum* tradit, Surd. in tracta. de alimeut. tit. 1. quæſtio. 42. num. 22. & pleniſſimè in conſ. 269. per totum, vbi ſignanter pluribus probat iſtam perſonalitatem priuilegij, & Patiſium reprobat, quòd in conſil. 64. volum. 4. tenere voluit imò eſſe reale priuilegium iſtud, & competere doti, ac cuicunque domino dotis, Alexan. Trentacinq. variarum reſolutionum volum. 1. lib. 3. tit. de pignor. & hypote. reſolutio. 2. num. 13. verſic. Secundò non habet locum. Plura refert Io. Baptiſta Lupus de vſuris commentar. primo, §. 4. numer. 81. & alij, quos reliqui Doctores adducti referunt.

37 Sed non deſunt † qui contrarium tenent, inter quos ſunt Lup. vbi proximè, Felician. de Solis lib. 2. de cenſio. cap. 5. nu. 23. Seſſe allegata deciſio. 68. ex num. 23. qui principalem auctorem huius opinionis faciunt Salyce. in authen. ad hæc, quæſt. 14. C. de vſuris, & alios denique adducunt, qui idem tenent, in multitudine copioſa. Circa quæ tu viteriùs cogitabis, & conſidetabis alia, quæ infrà adducemus in materia conuitotio. Hac noſtra, num ceſſionarius mulieris gaudeat illius beneficio.

38 Idem eſſe † reſpectu hæredis, vt nec in ipſum iſtud priuilegium matiti perſonale faciendi fructus ſuos non computandos in ſortem tranſeat ſi contingat mori maritum, & poſſeſſiones pignoratas remanere apud hæredem, docent plures quos Trentacinq. refert vbi proximè in verſic. Hæc ſexta, Sotomaior in ſæpè citato cap. 23. lib. 3. quotidianarum controuerſiarum iuris, num. 53. & quos etiam Lupus adducit vbi proximè, Seſſe citata deciſio. 68. num. 25. & in hæc.

de, &

de, & illius reſpectu nihil id quidem mirũ, cùm morte mariti ceſſent onera matrimonij, propter quæ hæc permittebantur, niſi
39 velit † hęres exigere quod ante ſolutum matrimonium decurſum fuerat, quod vtiq. poſſe, nemo iurè valet dubitare, & io hoc caſu fore intelligendos Doctores, qui dicunt hæredi competere ius exigendi, non reſpectu vſurarum decurſarum poſt ſolutum matrimonium, docent Vrſill. ad Afflict. deciſione 284. num. 5. Gaſpar Roderic. de annuis reditib. lib. 3. quæſtio. 8. num. 19. Eſſe dicta deciſio. 68. num. 24.

40 Secunda † ſit limiratio in genero dotem ſibi oblatam à ſocero recipere nolente, ſed petente ſibi dari pignus aliquod fructiferũ, cuius quot annis fructus percipiat, cum expreſſa conuentione, quòd non teneatur illos in ſortem computare, quia nolle recipere dorem, & manere illam penès ſocerum, perindè eſt ac ſi illam traderet ſocero in mutuum, & ratione mutui fructus illos perciperet vltra dorem, & ſortem illius principalem, quod eſt apertè vſura, propter notoriã fraudem ipſius generi. Sic formaliter ex Salon de iuſtitia & iu. controuer. 14. in princip. fol. 817. & ex communi Theologorum ſententia, & aliorum interpretum traditionibus docet Sotomaior in ſæpè citato cap.
41 23. numer. 101. Addens † idem fururum in omnibus alijs caſibus, in quibus magis ob prædictam rationem lucri faciendi fructus, quàm impotentiã, aut noluntatem dotis trandæ fraus aliqua præſumi debeat iuridicè.

42 Terria † limitatio eſt, quæ etiam fraudi manifeſtæ innititur, ſi iam actu à genero dote accepta, ille ſub eodem pacto mutuet, vt quamdiu illa apud ſocerum manear, habeat ipſe pignus fruct. ferum, cuius fructus ita faciat ſuos, vt non extenuent ſortem illã mutuatam, nec detrahantur ab ea. Hæc limitatio adducitur etiam poſt Solon à Soromaior vbi proximè num. 102. neque aliquã admittit dubietatem, cùm contractus mutui iſte ſit manifeſtus, imò iſtæ pactiones reprobantur omni iure.

43 Finio † tractationem huius materiæ cap. ſalubriter, de vſur. cum enarratione cuiuſdã perpulchri caſus, qui nuper circa eam mihi in Senatu contigit diſputãdus pro Patribus Societatis Ieſu ciuitatis Gerundæ, contra nobilem Ioannem de Zarriera, coram egregio Senatore Ioſepho Ferrer. Caſus erat, quòd dominus directus Scribaniarũ Regiarum Gerundæ, quas dictus nobilis de Zarriera nunc poſſidet, cùm ex dote promiſſa cuidam genero ſuo remaneret debitor eidè in quantitate quingentum librarum, nec haberet modum quo illas in promptu ſolueret, conuenit cum genero quòd ne damnum ſentiret ſupportando onera matrimonij ſine ea dote, reciperet pro intereſſe illius pẽſionem viginti quinque librarum, quam annuatim dominus vtilis dictarum Scribaniarum faciebat, & præſtabat dicto domino directo, donec, & quouſque in dictis quingentum libris dotalibus foret genero ſatisfactum. Elapſis viginti annis dominus directus prædictus vendidit certo modico pretio dominium directum dictarum Scribaniarum, cum omnibus cenſibus vẽditis, ſeu impignoratis prædeceſſoribus dictorum Patruum Societatis Ieſu, & Collegij ipſorum. Cùm illi Patres ſucceſſerunt in his, iam erãt elapſi centum anni, & vltra, ex quo facta fuerat illa impignoratio cenſuum de qua ſuprà, & cùm reperirent quòd nullus recipiebat cẽſus prædictos, nec dominus vtilis Scribaniarum recognoſcebat aliquem in dominũ, petierunt contra dictum nobilem Zarriera in vim emptionis ſuprà enarratæ, quòd recognoſceret dominium prædictum, necnon penſiones cenſuum debitas ſolueret. Obtinuerunt faciliter in primo capite, quoad recognitionem dominij, & fuit reſeruatum ius in liquidatione quoad cenſum, ſi quod competeret. In liquidatione fuit magna altercatio, ſi Collegium prædictum poterat prætendere dictum cenſum, ſaltem non ſolutis quingentum libris, pro quibus erat impignoratus quando fuit prædeceſſoribus dicti Collegij venditus.

44 Difficultatem facicbat, † quòd præſuppoſito quòd ceoſus erat impignoratus tempore venditionis factæ prædeceſſori dicti Collegij, in ea non potuit venire niſi illud ius quod venditor tunc habebat, vulgari l. qui tabernas, ff. de contrahend. emptionib. cum alijs adductis per Anton. Gomez variarum reſolutionuo tom. 2. cap. 2. de emptio. & venditio. num. 12. quod cùm non eſſet niſi ius luendi, ius luendi videtur tantùm venditum, & ex conſequenti videbatur dicendũ, quòd emptor, & ſeu ſucceſſores, non poterant facere aliud, quàm redimere cenſum, & redemptione facta, penſiones recuperare, aliàs plus iuris dicendum eſſer translatã fuiſſe in emptorem, quàm venditor haberet, contra reg. † nemo plus iuris, &c. de regul. iur. non ergo videbatur licere dicto Collegio, redemptione non facta, nec quantitate ſoluta, pro qua cenſus erat pignoti ſuppoſitus, tractare de recuperatione penſionum decurſarum.

46 Secundò, † obſtabat dicto emptori, & ſucceſſoribus eius prædicta impignoratio, & ceſſiu facta genero, quia per modum ceſſionis, & conſignationis pro intereſſe quingentarum

tarum librarum debitarũ, donec illæ essent solutæ, conceptum erat instrumentum, quæ cessiu sine dubio impediebat nedum quòd emptor, sed etiam quod idem ipse venditor si non vendidisset, non posset censum exigere, nec illius pensiones petere, quia per illam cessionem translatum in cessionarium fuerat omne ius cedentis, l. si aliæ, vbi Doctores C. de iu. delibet. Cæsar Barzius decisio. 25. num. 4.

47 Et quamuis † replicaretur hanc esse oppositionem de iure tertij, quæ regulariter non est permissa, l. loci corpus, §. competit, vbi Bar. & Doctores ff. si seruit. vindi. l. si emptionis, §. sin vero nullum, C. de præscript. 48 trigin. vel quadragin. annot. verùm † quia in totum ius agentis ea excludebat, & rei multùm intererat, dicebatur posse illam opponi, prout latè probat Thesaur. citata decis. 4. & nos etiam in alijs locis in hoc tomo diximus. 49 Et in † terminis quòd de istis cessionibus possit opponi, docet, & latè probat Barbos. in l. si alienam 12. nu. 62. & 63. ff. soluto matrimon. & clariùs Flami. Chartar. decisio Genuæ 128. vbi dicit rectè opponi posse agenti, Amice, tu cessisti ius tuũ alteri, nec id esse opponere de iure tertij, sed de defectu iuris agendi, & de carentia actionis.

50 Tertiò, † & finaliter opponebatur de legitima præscriptione, dicendo quòd ex quo nec principalis, nec etiam cessionarius cautauerant in centum annis, & vltra, pẽsionem exigere, nec aliquam diligentiam circa eam facere, liberata manebat res olim obligata ab illo onere, & ab illa seruitute, l. sicut, C. de præscriptio. triginta, aut quadraginta annorum, Roland. à Valle consil. 21. volum. 2. Hierony. Gabr. consil. 144. nu. 1. lib. 2. Guidobon. aduocatio. 40. num. 11.

Alia allegabantur etiã in idem: sed quia supradicta erant principaliora, & quæ aliquod negocium facere videbantur, ideò ea solùm hic commemorauí.

Quibus tamen non obstantibus, dicebam sine dubio ius Collegij esse certum, & indubitatum sequentibus medijs.

51 Negari † non potest (licèt ex aduersò negaretur, sed meo iudicio, absque colore aliquo, & seu absque aliquo colorato fundamẽto) quòd ille contractus initus inter socerũ, & generum, erat pignoris contractus, quo socer censum pignori genero dedit, vt pensiones illius reciperet, donec in quantitate pro dote debita sibi esset satisfactum, ad formam cap. salubriter, de vsur. nam ego nõ reperio quomodo possit concipi aliter contractus, qui pignoratitius dici possit ad formam dicti cap. salubriter, nisi dicẽdo, quòd pro interesse dotis debitæ socer consignat genero vt recipiat interim, donec in dote sic sibi satisfactũ & in sorte principali, certam annuam pensionem, vel fructus certi fundi.

52 Hoc præsuppositio, † clarum erat, quòd penès socerum impignorantem remanserãt dominium, & possessio census impignorati, l. pignus, de pignor. actio. vbi sic habetur: *Pignus in bonis debitoris permanere, ideoque ipsi perire in dubium non venit*, & l. pignori, de vsucapio. vbi Iurisconsultus, *Pignori* (inquit) *rem acceptam vsu non capimus, quia pro alieno possidemus*, §. contra, instit. quibus alienare licet vel non, Osasch. qui alia iura allegat, decisio. 115. num. 14. in fin. nouissimè Griuel. decisio. Dolan. 76. ex numer. 6.

53 Quod † est adeò verum, vt creditor in pignore dicatur habere titulum procuratoris debitoris illius veri domini, & repræsentare illius imaginem, pro ipsoque debitore, vt dicebamus, non pro se, possidere, l. cum notissimi, §. sed ad illud, C. de præscriptio. triginta, aut quadraginta annorum, & l. creditori, vbi Paulus de Castr. & Doctores de noui oper. nunciat. Osasch. iu citata decisio. 115. num. 15.

54 Et ex consequenti † clarum etiam est, quòd cùm socer vendidit postea prædecessori Collegij dominium directum Scribaniatũ Regiarum Gerundæ, cum omni iure quod habebat, & sibi competebat in censibus impignoratis, cum traditione possessionis per clausulam constituti, & alias solitas apponi in similibus cõtractibus, trãstulit sine dubio dominium, & possessionem in emptorem, quæ ipse habebat, quia omnis venditor censetur trãsferre in emptorem omne ius quod habet in re vendita, per l. qui tabernas, sup. allega. de contrahend. empt. & per alia, quæ allegat Anto. Gomez in cita. cap. 2. de emp. & vendi. num. 12.

55 Et est † confundere terminos, imò miserabiliter errare in terminis, dicere quòd in illo casu venditor censetur vendere tantùm ius luendi, quod penès ipsum remansit: quia illud est proprium in venditione, quæ fit instrumento gratiæ redimendi mediante, seu cum pacto retrouendendi, per quam cùm sit pura, & vera venditio, licet resolubilis retituto pretio, dominium transfertur in emptorem, sola facultate redimendi reseruata penès venditorem remanente, prout sunt iura expressa, quæ adducit, & explicat benè Illustrissimus Cardinalis Mantica in tracta. de tacit. & ambig. conuentioni. lib. 4. tit. 32. in principio.

Si dominus, & possessor fuisset effectus emptor, prout fuisse, probatum est plenè,

sequitur

ſequitur quòd ad eum, & ad illius poſteà ſucceſſures ſpectauit ius exigendi cenſum, non ad alium.

56 Solùm † obſtabat impedimentum impignorationis, & conſignationis cum ea facta, de quo opponebat nobilis reus pro ſuo intereſſe. Verum eſt, quòd dum impedimentum durauit, non licuit dicto emptori, nec illius ſucceſſoribus cenſum petere, nec illius penſiones recuperare, in hoc ego nunquam dubitaui, ſed dicebam falſum eſſe quòd nũc duraret dictum impedimentum, quia per centum annos, & vltrà, per quos conſtabat quòd gener non fuerat vſus conſignatione, & impignoratione, nec penſionem aliquam receperat, clarum erat illius ios eſſe extinctum, taliter quòd ſi vellet nunc exigere cẽſus penſiones non poſſet, obſtante legitima præſcriptione ex tanti temporis lapſu, cuius vis notoria eſt, & probant iura, & Doctores de quibus ſuprà in tertia oppoſitione, ſeu dubitandi ratione. De † qua extinctione non eſt dubium quòd poterat opponere, & replicare Collegium, ad tradita per Theſaurum in citata deciſio. 4. ad finem, vbi loquens de vno ex tribus hæredibus, qui ſolus petebat hæreditatem, cuique fuerat oppoſitum de iure tertij, nempe aliorum cohæredum ſuorum, clarè concedit hæredi agẽti replicationem quòd ius illorum fuerat extinctum, quia non adierant hæreditatem intra tempus, nempè intra triginta annos, ſed quia conſtitit eos non fuiſſe in totum elapſos, quia deerant octo, aut decem menſes, ideo iudicata fuit ſubſiſtens oppoſitio, clarè innuens, quòd ſi integri triginta anni forent elapſi, nihil profuiſſet oppoſitio. Et quare in re tam clara Auctores quærimus? optimè Barboſ. in l. ſi alienam 12. num. 62.

58 ff. ſoluto matrimo. vbi dicit † non poſſe opponi de iure tertij, quod nullum ſit, & hanc replicam nullitatis iuris permitti actori? exemplum ponit quando poſſidens opponit quòd alius anteà rem illam præſcripſerat, in hoc caſu dicit licitum eſſe actori replicare, quòd iſtud ius nihil eſt, ex quo is qui præſcripſit nullum ius habeat, imò illud perdidit, quia cecidit à poſſeſſione.

59 Hæc † non ſolùm procedũt vbi clarè docet actor extinctum, vel nullum eſſe ius tertij, ſed etiam quãdo poteſt eſſe quòd ſit extinctum, prout docet Fului. Pacia. in tracta. de probatio. lib. 2. cap. 12. num. 50. Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 22. de iure accreſ. num. 208. licèt illorum doctrinã ego alias ad aliud propoſitũ reprobauerim in principio explicationis cõſtu. Hac noſtra, de qua infrà.

60 Deindè, † quando ſua non intereſt, non poteſt quis opponere de iure tertij, vt omnes concordant, & ſuprà probauimus. Hic clarè conſtat nihil intereſſe opponentis exceptionem, cùm non poſſit euadere ſolutionem vni, aut alteri faciendam, ex quo eſt emphyteota qui per præſcriptionem nõ poteſt liberari à ſolutione cenſus, vt dicemus infrà. Sufficere ergo dicebam, quòd dictus nobilis reus releuaretur à periculo ſoluendi bis, per cautionem, quam offerebat Collegium, quæ eſt pulchra doctrina Bart. in l. 2. de except. rei iudic. in verſic. Aut ad hoc non tendit, &c.

61 Finaliter † ad cautelam abundantiorem adducebam doctrinam Andre. Georg. allegatio. 25. nu. 22. vbi dicit, quòd ſolùm poſſeſſor alicuius rei poteſt opponere de iure tertij, non alius. Hic nobilis reus non poſſidebat, ergo &c.

62 Nec obſtare † dicebam, quòd iſta præſcriptio, ſeu per præſcriptionem extinctio iuris tertij, non debebat prodeſſe Collegio, & ſic tertio, cum quo nihil actum erat, ſed ſolùm nobili reo, qui erat qui dici debebat præſcripſiſſe, cùm ipſe eſſet qui non ſoluerat cùm ſoluere deberet: de iure enim præſcriptio operatur dumtaxat in fauorem præſcribentis aduerſus eum contra quem præſcribitur, non contra præſcribentes in fauorem tertij, cum quo nihil fuit actum, vt eſt apud Vincentium de Franch. deciſion. 166.

63 num. 9. Dicebam † (inquam) id non obſtare, quia cùm, vt diximus, ſocer impignorans remanſiſſet ſemper dominus cenſus, & poſt eum illius ſucceſſores, fiebat quòd beneficium præſcriptionis cederet in ipſius fauorem, non in fauorem ſoluere debentis, argumento l. Proculus 68. ff. de iure dotiũ, vbi maritus rem dotalem, quæ non erat mulieris tradentis, per tempus legitimum poſſidens, nõ ſibi, ſed vxori præſcribit, & l. ſi alienam 13. in princip. de donat. cauſ. morr. vbi donatarius cauſa mortis rei alienæ, ſi per tẽpus ſufficiens ad præſcribẽdum tẽ donatam poſſideat, & poſteà donator ex eo quia conualuit, voluit reuocare donationem, illa præſcriptio non prodeſt donatario, ſed imò donatori, viden. Barboſ. qui alia adducit in l. ſi alienam 12. num. 2. circa fin. ff. ſolu. matrim.

64 Quod † maximè procedebat in occurrenti caſu, in quo nobilis reus erat emphyteota Collegij, & propterea incapax omnis præſcriptionis, & allegationis illius contra dominum, l. cum notiſsimi, §. fin. C. de præſcriptio. trigin. vel quadragin. annorum, plures ego adduxi in primo tomo elauſul. 4. gloſſa 18. par. 1. ex nu. 131. vbi multæ deciſiones.

65 Et † quomodo dici poſſet dictus nobilis reus ſibi præſcripſiſſe, ſi de iure eſt certum ipſum

sum non posidere pro se, sed pro domino, solùm enim posidet naturaliter ciuili possessione apud dominum existente, iuxta glo. & ibi communiter scribentes in l.3.§.ex cõtrario, de acquiren. poss. & in l. sicut certo, §. de duobus vehiculis ff. commoda. Afflict. decis. 380. num. 4. ego ipse vbi suprà nu. 134. cessante autem possessione præscriptio non procedit, regula est iuris, quæ nũquam fallit relata in 6. lib. decretalũ regula 3. Et quomodo etiam dici posset præscriptum contra possidẽtem, vetante id expresse l. malè agitur, & ibi Bal. num. 6. de præscriptio. 30. annorum, & ego multis probaui in cita. glos. 18. par. 1. ex num. 133.

60 Et si † vlteriùs quæsieris, quomodo dicta præscriptio, seu per præscriptionem extinctio iuris tertij prodesse potuit Collegio successori soceri impignorantis, quia suprà adducta solum videntur concludere ùt fauorẽ ipsius impignorantis, nõ alteriùs, dicã quòd prę suppositio quod emptori, cui successit collegium, fuit venditum dominium census, & dominium fuit in eum translatum per illam venditionem, vt suprà probauimus, non potest esse dubium, quin commodum quod postea aduenit proprietari vẽditæ ex ilta præscriptione, cesserit in dicti emptoris beneficium, & suorum successorum, sicut incõmodum veniisset, si aliquod successisset, vltra enim generalia de periculo, & commodo rei venditæ, in casu occurrẽti est tex. expressus in cita. l. emptori ff. de hæred. & ac. vẽd. vbi sic I. C. ait, *Emptori nominis etiam pignoris persecutio præstari debet, eius quoque quod postea venditor accepit, Nam* (inquit) *beneficii venditoris prodest emptori.* Deinde quã-

67 do † quis emit rem affectam aliquo oncre, si creditor differt per longũ tempus illud exigere, id emptori prodest qui consequitur liberationem rei obligatæ, absque eo quòd debitori debeat reficere, nec tale sit vnquã auditum, tex. est expressus in l. est in arbitrio C. de actio. & obligatio. *Est in arbitrio vestro personali debitoris hæredes actione, an eum qui ab his distrahit, sibiq; tradita pignora tenet, in rem seruiana (si non longi temporis præscriptione munitus sit) an vtrosq; conueniatis*, l. si à creditore, eo. tit. ibi, *sanè si creditoribus in ordine pignorum antecedentibus venundantibus, qui possident comparauerunt, vel longi temporis præscriptione muniti prohibentur, pignorũ distrahendorũ facultatem te non habere perspicis*, Oddus cons. 82. n. 40.

68 Nec in hoc † potest esse dubium: nullus enim dubitauit vnquam, quin tertius rei pignoratæ, & hypotecatæ possessor possit præscribere liberationem illius rei, taliter vt liberam postea per præscriptionem possidere incipiat, quam onere affectam emerat, solùm fuit, & eli difficultas inter Doctores à quo die ista præscriptio incipiat, vt est apud Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 6. de pig. desiu. 38. & ego eriam docui in primo tom. clau. 4. glo. 18. par. 5. ex num. 51. Quibus adde nouissimè Ludoui. Velazq. de Auendanyo in tracta. de cens. Hispaniæ toto cap. 103. & cap. 105. longissima præ omnibus disputatio de hoc articulo habetur magis nouè apud Ludoui. Cencium, qui tractatum fecit nomini conformem, de censib. par. 2. cap. 2. quæst. 5. art. 9. ex num. 48. Statil. Pacifi. de Salnia. interdic. inspec. 2. cap. 2. num. 298. in codicibus additionatis.

69 En per † hæc exclusum socerum primum dominum, & venditorem, en excluſum gene rum cessionarium donec, & quousque dos sibi solueretur, & en denique excluſum debitorem census à commodo liberationis illius ab illa impignoratione & cessione: nullus restat cui proficere hæc possint nisi emptor, ergo in quo hæsitamus?

70 Et quia † Senatui semper durum videbatur, quòd successores emptoris exigere vellent census pensiones absque solutione prætij, pro quo erat impignoratus tempore emptionis, ego dicebam quòd offenderetur cui deberent soluere, & qua actione, & tunc solucrent libenter. Imprimis enim nõ est soluendum socero impignoranti, & postea vendenti, quia nunquam fuit ei quid tale debitum. Secundò, nec genero cessionario, quia ius suum erat præscriptione extinctum. Et tertiò denique, nec nobili reo emphyteotæ, quia ipse nunquam fuit in aliquo creditor, sed semper census debitor, succedebat ergo quòd de necessitate absque solutione quantitatis poterat Collegium exigere pensiones.

Vides si res videbatur clara, clarissimaq; meo iudicio, non potuit tamen Collegium post infinitas de hac re cum egregijs Senatoribus habitas disputationes, obtinere declarationem, sed mouente, & quasi impellẽte, & cogente Senatu (cogit enim quandoque Iudex, & cngere potest partes ad concordiam, vt notãt Alexand. & alij in l. quidã existimauerunt ff. si cer. peta. Belluga in spec. Princip. rubr. 27. num. 48. vsque in fin. & Antoni. Thesau. decis. 89. num. 3.) cui semper vt diximus durum videbatur velle exigere pensiones sine solutione quantitatis impignorationis, habuerunt partes concordare. Ego in his explicui, quid sentirem, quidq; declararem si Iudex essem, non obstantibus rationibus in principio in contrarium adductis, quibus satis superq; arbitror remanere satisfactum, ex his quæ docuimus

post eas. Forsan non ita videbitur omnibus, ea est naturæ humanæ fragilitas, vt quod vni placet statim alteri displiceat. Ego Senatum semper timeo cũ reperio eum meis opinionibus repugnantem, quamuis aliàs videátur mihi multũ certæ, & expeditæ, memoria tenens pulchrũ illud prudentum dictũ, de quo apud Don Garciam Mestril. decis. 230. n. 12. lib. 3. multa sciunt Principes, & Iudices, quæ ab alijs ignorantur.

71 Hæc † sufficiant quoad præsens institutũ. Restat disseramus an eadem, quę in superioribus dicta sunt respectu mariti dotem non recipientis, procedant etiam respectu vxoris, post dissolutum matrimoniũ dotem non recuperantis. Item, an seductis pactis supradictis debeatur marito aliquod interesse ratione retardatę solutiones dotis à Iudice taxandum, & in qua quantitate debeat taxari. Et tertiò, an si per multum tempus vsuræ, vel interesse dotis non sunt petita, censeantur remissa. Cæterùm quia primum pertinet ad materiam restitutionis dotis, & secundum, & tertium ad materiam obligationis, quæ fieri solet de dote intra certum tẽpus soluenda, de quibus in inferioribus agetur, ideo illuc, vbi est proprius locus, horum articulorum materiam tractandam, & discutiendam transferimus, & cum his huic glos. finem facimus.

SVMMARIA.

1 *Pactum siu promissio quòd circa damna, & expensas stetur dicto creditoris, an valeat.*

2 *Opinio affirmans, siue in contractibus, siue in vltimis voluntatibus. vbi decisiones.*

3 *Pactum de standō dicto creditoris valet in permissis, secus in illicitis, & prohibitis.*

4 *Promitens quod circa damna & expensas stabit dicto creditoris non potest promissionem reuocare, nec panitere. vbi dec. s. Limitatur nisi creditoris conditio foret in deterius mutata, ibidem.*

5 *Pactum de standō dicto creditoris circa damna, & expensas, non operatur circa damna in genere, quia ea sequuta fuisse requirit extrinseeam probationem, sed in specie, id est circa quantitatem damnorum. & nu. 7.*

6 *Hæres non tenetur pacto facto in fauorem defuncti de standō dicto illius circa damna, & expensas.*

7 *Pactum de standō dicto creditoris circa damna, & expensas postulat adhuc arbitrium Iudicis, non enim est semper standum eius dicto, nisi quatenus arbitrio Iudicis apparet rationabile.*

8 *Pactum de standō dicto partis circa damna, & expensas, ideò valet quia intelligitur secundum arbitrium boni viri.*

9 *Arbitrium boni viri intelligitur quando aliquid arbitrio alterius relinquitur.*

10 *Pretium in emptione & venditione potest in alterius arbitrium conferri.*
Citatio partis non est necessaria in arbitrio declarando per arbitros, quibus pretij taxatio in emptione, & venditione est commissa ibid. vbi decis. Senatus.

11 *Tertius quomodo, & quãdo eligi possit in discordia arbitrorum, remissiuè.*

12 *Arbiter cui aliquid est commissum, si excedit, recurritur ad arbitrium boni viri.*

13 *Beneplacitum alicui cõcessum intelligitur restrictum ad arbitrium boni viri.*

14 *Peritorum declarationes quomodo, & qualiter reuideri possunt, remissiuè.*
Qualiter possint rescindi ex læsione, ibidem. remissiuè.
An sit differentia inter peritos electos à parte, vel à Iudice, ibidem. remissiuè.

15 *Damna & expensæ in Cathalonia regulariter taxantur secundum probationes factas, non secundum dictum partis, licèt eius arbitrio sit remissum.*

16 *Pacta de certo interesse dando à principio taxato de iure regulariter non valent. vbi decis.*

17 *Quia excludit arbitrium boni viri taxatio à principio facta.*

18 *Interesse proportionabile, & non excessiuum à principio taxari potest. vbi decis.*

19 *Interesse proportionabile, & non excessiuum potest a principio taxari, etiam in mutuo. vbi decis. nostri, & aliorum Senatuum.*

20 *Concordia duarum decisionum Senatus, quæ videntur contrariæ.*
Mulieri negociatrici etiam debetur interesse sicut viro negotianti. ibidem.

GLOSSA VIIII.

Quas (*tres mille libras*) promittunt dare, & soluere eidem, aut pro ipsa dicto futuro viro suo, &c. cum refectione omnium damnorum, & expensarum: super quibus credatur dictæ N. filiæ, &c.

De pacto quòd credatur, & stetur dicto partis circa damna, & expensas.

Con-

1 COntinent † verba suprà relata promissionem quæ fit à patre filiæ in donatione, de dando & soluendo eidem, & seu viro suo dotem promissam, cũ refectione damnorum, & expensarum, super quibus (vt releuetur mulier ob onere probandi) promisit quòd stabit suo, & suorum simplici verbo, aut saltẽ suo simplici iuramento, modo & forma inibi expressis. Circa quod primò examinare debemus, num valeat promissio hęc, secundò, an dato quòd valeat, debeat, & teneatur stare semper dicto mulieris: siue simplici, siue iurato.

2 Quoad † primum breuiter, omnes dicunt pactum valere, siue simus in cõtractibus, siue in vltimis voluntatibus, inter quos enumerantur Dinus, Bar. & alij in l. fin. ff. de præt. stipula. & alij latè relati per Surd. decis. 259. num. 7. qui plures instantias de alijs pactionibus, huic nostrę similib⁹, adducit, alios refert Bec. in cons. 106. num. 21. alios Hercul. Marescot. variar. resolutio. lib. 2. cap. 16. num. 8. vbi latè hæc materia discutitur, alios Rolan. à Val. in cons. 62. in fi. lib. 4. alios don Garcias Mestril. decis. Siciliæ 60. nu. 1. vbi postea num. 3. dicit, quòd est hæc resolutio verissima, & quòd secundum eam fæ† pissimè fuit *declaratum* in illis tribunalibus,
3 Caual. decis. 2. num. 31. par. 2. vbi † tamen dicit esse intelligendum in permissis, secus in pactis illicitis, & vsurarijs, vt iuibi declarat, & alios denique Ioan. Bot. in cons. 57. num. 1. qui totum illud de hoc confecit consilium, nec est omittendus Cagnol. qui latè de hoc agit in l. vni. num. 114. & ibi Rebuf. in præfa. num. 66. C. de senten. quæ pro eo &c. vide nouissimè Melchior. Phæbũ arres.
4 51. post suas decis. Portugaliæ. Qui † dicunt etiam id esse adeò verùm, vt non possit talis cõuentio reuocari; nec promittens pœnitere, idque tenent omnes reprobando Bar. qui contrarium defendere voluit in d. l. fin. Adde Alex. in cons. 130. in fin. lib. 1. Beneuenu. Strac. de mercatu. tit. de contrac. mercator. num. 7. Menoch. de arbit. quæst. 8. nu. 49. & 50. Seraphi. de priuileg. inram. priuileg. 31. num. 8. Sic *resolutum* fuisse in facti
† cõtingentia in Rot. Gen. refert illius auctor decis. 210. vbi nedum quantitatis principalis contentæ in quadam apodigia fuit concessa executio contra hæredem; sed etiam certæ quantitatis iuratæ pro interesse, attento conuentum inter partes fuerat, quod circa interesse staretur partis iuramẽto, & quia Doctores cõmuniter cum resolutione pertransierunt, ideò ampliùs non intillo.

Quod tamen ego limitarem vbi creditor mutasset conditionem in deterius, tunc re-

uocari posset ista conuentio, & promissio, provt resoluit Gomez Arias in l. 64. Tau. num. 47. & Gironda de priuileg. & exẽptio. explicatio. quæst. 247. num. 1358. de qua re est tex. expressus in l. cum quis de solutio. tenet etiam Anchaira. in cons. 394. num. 4.

5 Supradicta † sanè intelligenda ijdẽ Doctores voluut, vt intelligantur circa quantitatem damnorum tantùm, non autem de damno in genere passo, quia in hoc requiritur extrinseca probatio, Plor. de in l. item iuran. §. 48. num. 3. cum sequent. & num. 7. Bart. in cons. 168. Grat. in cons. 10. nu. 7. & num. 12. vol. 2. qui dicit, quòd ex quo pars est testis in causa propria contra regulas iuris, ideò priùs verificandum est liquidò damnum esse passum, & ex indè pars iuret super quãtitate, sequitur Mestril. in cita. decis. 60. num. 5. vbi vlteriùs allegat Lup. de vsur. §. 6. in fin. & Immol. in l. paulus ff. de solutio.
6 Resoluit † postea idem Mestril. pactum hoc & seu promissionem non extendi ad hæredem, nec etiam ad procuratorem habẽtem speciale mandatum; ibi videas, de quo vide vlteriùs per Girondam de priulleg. & exemptionum explicatio. quæst. 271. num. 1553. vbi simpliciter tenet illud iuramentum esse ad hæredes transitorium, quod quomodo sit intelligendum ex eisdem auctoribus comprehendes. Quod secus esset quando potestas iurandi cõcessa foret à statuto, seu lege, vt latissimè idẽ dixit Plot. in dicta l. si quando num. 619. versi. Vigesimo quartò amplia, vbi reffert communem opinionem, maximè quando hæres esset informatus de negotijs defuncti, vt consuluit Bald. cons. 53. vol. 1. Menoch. cons. 81. num. 21. & de arbi. iudi. cas. 191. n. 5. & sequẽ. Don Garcias Mestril. cita. decis. 60. n. 9. & sequent.

7 Intelligi etiam † Doctores supradicta volunt, non vt semper iuramento partis circa hoc standum sit. Sed imò reducendam rem esse ad arbitrium boni viri, vt negotiũ moderetur iuxta id quod sibi videtur verisimillus propter suspitionem proprij commodi, & vt benè pro parte Iudex rem æstimet, instruunt Aduocatum quæ debeat Iudici repræsentare, & oculis illius subijcere, vt inducatur ad credendum iustum esse quod fuit petitum, & iuratum, provt videre poteris apud cita. dd. & signanter apud Bot. in allega. cons. 57. ex num. 6. & apud Seraphin. in allega. priuileg. 31. à num. 9. Gam. decis. 112. num. 17. clariùs loquitur Roc. Roma. in recollec. per Ferina. in 2. par. decis. 891. di-
8 cendo † pactũ ideò valere, quia intelligitur arbitrium boni viri, & iuxta dispositionem iuris, adeò vt stante dicto pacto non statur declarationi damnnmi passi nisi constet

verè de damno illato, ad quod Natam allegat in conſ.450.num.12. atque ita dicit ibi † *reſolutum* de anno 1592.

9 Et non ſolùm † in iſto caſu, quando arbitrio partis eſt aliquid relictum, intelligitur quòd moderari nihilominùs poteſt arbitrio boni viri, ſed etiam quando in alterius arbitrium collatum negotium eſt. Pone
10 exemplum † in contractu emptionis & venditionis, tu enim optimè noſti in ea pretiũ poſſe in alterius arbitrium conferri, vt eſt tex. in l. finali C. de contra. emp. & in l. ſi merces in prin. ff. loca. Mareſcotus noniſsimè variarum reſolution. lib.2. cap. 70. num. 1. vbi vlteriùs probat non eſſe neceſſariam partis citationem in declaratione fienda per iſtum tertium, optima de hoc eſt deciſio moderna Rot. Rom. apud Manti.
11 235. vbi multa de his, † & de tertij electione diſcordãtibus peritis, & ego habui de fa-
† cto *canonizatum* in Senatu de anno 1615. ſub die 13. Octobris in cauſa in eo vertente inter Dominicum Bonet, & Iacobum Font mercatorem huius ciuitatis, referente egregio Senatore Ioſepho Roca, & ſcriba Michaele Perez, vbi agebatur de recuperando pretio quarundam domorum arbitrato per quoſdam æſtimatores peritos, quorum arbitrio fuerat per partes in venditione taxatio pretij relicta, vbi iuxta pretium per æſtimatores taxatum fuit facta condemnatio, licet æſtimationem feciſſent partibus non citatis, nec monitis.

12 Si tamen † iſte peritus vel periti, cuius vel quorum arbitrium eſt electum, in declaratione modum exceſſerit, aut exceſſerint, declaratio reducitur ad arbitrium boni viri, ex tex. in l. ſi libetius, ita iurauerit ff. de oper. liber. & benè facit glo. in l. penul. in verb. imparem, in fin. ff. de arbit. Bart. in l. fin. nu.3. ff. de preror. ſtipula. communem dicit Dida. lib.2. var. reſol. cap.13. n.1. bene Mareſcot. nouiſſimè variar. etiam reſolu. lib.2.
13 c.70. ex n.6. vbi † id extendit etiamſi nedũ fuerit dictum ad eius arbitriũ: ſed etiam ſi fuerit additum, & ad eius beneplacitũ, quia verbum, beneplacitum, importat arbitrium boni viri per tex. in l. Thais §. ſorori ff. de fideicommiſſa. liber. cum alijs ibidem per Mareſcot. adductis.

Propter quod in ſupradicta cauſa Dominici Bonet contra Iacobum Font, vt condẽnaret ad ſolutionem pretij per peritos æſti-
† mati *ſumpſit* Senatus motiuum quòd aliàs conſtabat illud eſſe iuſtum, innuens quòd ſi cõtrarium apparuiſſet, dictæ æſtimationi & declarationi ſtandum non duxiſſet.

14 Circa † quas peritorũ à partibus electorum declarationes, & arbitrationes ſi vlteriùs ſcire volucris, qualiter reuideri poſsint ſi de errore liqueat, vide Rimin. in conſ.71. ad fin. vol.1. ac qualiter ex enormiſsima læſione reſcindi valeant, conſule Per. Sans Morque. de diuiſione bonorum cap. 11. nu. 16. cũ ſequẽt. & circa vtrunque, videas Bapt. Colta in tract. de re integra. diſtin.36. n.11. vbi eriã ponit differẽtias in hoc, & in alijs, inter peritos electos à partibus, & à iudice.

Propter hæc oportet qui partes creditoris agis, ne nimis in pacto confidas, ſed quãtùm poſsis, probes iuſtum eſſe quod iuratur, ne ex defectu probationis, per Iudicem qui tam liberum vt vidiſti, in his habet arbitriũ,
15 tepellaris. In noſtra † Carhalonia vix practicarur vnquam quòd cum ſolo partis iuramento taxentur vel damna, vel intereſſe, vel etiam expenſæ, quæ petuntur, imò in expenſis intrepidè obſeruamus, quòd eas primùm pars iuret veras, deinde ſcriba cauſæ verificet, ſecundum quod ex proceſſu videt reſultare, & deinceps Iudex omnium habita ratione taxat, & in his nunquam Iudex iuramento partis ducitur ad taxandum, ſed ex his quæ ſibi aliàs vt Iudici conſtãt.

16 Et quia † Iudicis ſeu boni viri arbitrium eſt, quod has pactiones ſuſtinet, ideſt propterea valent, quia ad arbitrium boni viri reducuntur, vt is æſtimet poſteà quantum pro damnis, & ſeu pro intereſſe, & expenſis ſit taxandum, nec remanet in facultate creditoris æſtimandi ad libitum prærextu ſupradictæ conuentionis, vt diximus, indè fit quod licèt regulariter ſint reprobatæ pactiones, quæ à principio fiunt à partibus de certo intereſſe taxando, & iam ex tunc pro caſu futuro taxato ad certam, & dererminatã quantitatem, vt docent Bal. in l. rogato §. ſi ſibi ff. ſi certum pet. Decius conſ.119. nu.3. & 183. num.3. infinitos penè ad idem adducit Carol. de Graſ. in tracta. de exceptio. excep.32. num.59. Iacob. Meno. de arbit. Iud. caſ.119. per tot. & nouiſsimè Anton. Mona. deciſ. Bononien. 1. num.45. qui plures ad
†† ld *deciſiones* Rotæ Romanæ adducit. Eadẽ Ror. Roma. in cita. deciſ. 892. apud Farina.
† quæ ita dicit ibi fuiſſe ſæpiùs *reſolutum* in
17 Rota, quæ deciſio † addit ideò inualidam pactionem certum intereſſe à principio cõtinentem, quia ea taxatio intereſſe excludit arbitrium boni viri, propter quod dictum fuit ſuſtineri conuentionem de ſtando iura-
18 mẽto damnum paſsi. Nihilominùs † ſi intereſſe taxatum eſt proportionabile, & non exceſsiuum, quia in ea taxatione non deeſt boni viri arbitrium, cùm ſi ad illius taxationem negotium deueniſſet, eodem modo taxaſſet, & ſemper dictum arbitrium in ea re locum habet ſaltem ad diſcretuendum

num

num exceſſiua, vel propottionabilis taxatio ſit, tali caſu etiam validæ ſunt huiuſmodi pactiones, & ſuſtineri debent ſicut priores, quę ſub intereſſe incerto fiunt, Ncuizan. conſil. 75. num. 5. Didac. Couarru. variarum reſolutionum lib. 3. cap. 4. num. 4. Rota Romana apud Proſperum Farinacium deciſione 892.
†† par. 2. vbi ooo ſemel fuit ita *deciſum*, ſignăter reſpectu mercatoris, qui erat ſolitus negotiari, fuit declarata pactio valida de quinque pro centenario, ratione intereſſe lucri ceſſantis. Eadem etiam Rota Romana vbi inferiùs allegabitur. Benè probat Carolus de Graſsis loco ſuprà citato numer. 62. vbi inter alias limitationes hanc adducit, viden. Stephan. Gratian. diſceptation. foren. lib. 1. cap. 67. per tot. Claud. Bertazzol. conſil. criminal. 264.

19 Quæ ſunt † adeò vera, vt etiam in mutuo, in quo regulariter omois conuentio de aliquid vltra ſortem recipiendo, iuxtà illud, mutuum dantes, nihil indè ſpetantes, ſolet eſſe reprobata, hæ pactiones ſuſtineantur ſi intereſſe taxatum eſt moderatum, non exceſsiuum, & reuera concurrant quæ concurrere debent ad lucrum ceſſans conſequendum, cuius ratione ſit pactio, prout in ter-
† minis fuit de anno 1613. ita *deciſum* in Rota Romana, prouti atteſtatur Farinacius in ſuis nouiſsimis deciſionibus poſitis poſt ſecundum volumen conſiliorum deciſionib. 331. & 372. per tot. quæ ſunt videndæ, Stepha. Gratian. tota diſceptatio. foren. 387. lib. 1. Ioa. Baptiſta Lup. ad l. curabit, commentario 1. §. 6. num. 126. de action. empti. Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 7. num. 73. Et in terminis etiam in noſtro Senatu referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor, ſub die decima quarta menſis Iulij 1609.
† Scriba Martiale Reig, fuit *reſolutum* contra Ioannem Texidor ad fauorem Doroteæ Pexao viduæ N. Pexau mercatoris, ac ſoliti negotiari, qui cùm prædeceſſoribus dicti Texidor conuenerat de certa quantitate ei debita, intra certum terminum ſoluenda, cum intereſſe limitato ad rationem quinque pro
20 centenario. Quæ deciſio † licèt videatur pugnare cum alia in eodem noſtro Senatu facta, quam refert nobilis Ludouicus à Pegue. deciſ. 147. vbi ſimilis in terminis tetminantibus fuit *declarata* vſuraria, & reprobata pactio, quæ corroboratur ex nouiſsima deciſ. Rot. Ru. 331. in recollectis per Farinacium in penultimo volumine deciſionum, num. 5. vbi dicitur, quòd licet in aliquibus caſibus particularibus à iure deciſis, admittatur iſta, quaſi taxatio ab initio, in mutuo tamē (inquit) nũquam eſt licita taxatio ab initio, at-
†† que ita pluries in Rota *deciſum* ibi traditur. Non tamen reuera pugnant deciſiones prædictæ noſtri Senatus, quia in illa don Ludouici à Pegue. deficiebant qualitates propter quas poſſet lucri ceſſantis intereſſe deberi, in hac verò non, & ſic non erat iuxtà boni viri arbitrium intereſſe taxarum, cuius ratione ſuſtineri has pactiones diximus. Imò clarè dicit Peguera, & ſignificat num. 7. quòd ſi qualitates prædictæ militaſſent in creditrice, de qua ibi, aliud fuiſſet declaratum. Imò ego vidi cõcluſionem in Archino Regio 10 dicta cauſa factam ſub die 11. Decembris 1597. in qua expreſſim ſumitur motiuum, quòd nõ cõſtabat creditricem habuiſſe paratam eam pecuniam ad negotiandum, nec aliàs ſolitã fuiſſe negotiari, nec adfuiſſe aliquam iuſtam cauſam, ob quam ea pactio fieret. Atque ita
† etiam Senatus eam *deciſionem* intelligebat, dum de dicta cauſa Dorotheę Pexau, me aduocato, tractabat. Debetur enim & mulieribus ſicut viris, intereſſe lucri ceſſantis, ſi in eis concurrant requiſita ſolitę negotiationis, prout habes in terminis apud deciſ. Genuæ 28. nu. 4. Quæ præſtant declara-
†† tionẽ ad Senatus *reſolutiones*, quæ quotidiè in eo capiuntur quando pendente lite moritur mercator, qui erat actor, & continuat eã vidua, vti tenẽs & poſsidẽs illius bona, ſolet enim Senatus cõdẽnare ad intereſſe mercãtile à die litis motæ ad diem obitus mercatoris, & ad ordinatiũ ex poſt, prout ſignãter habes in vna Gaſparis Xerquies contra Gaſparem Iſern, cuius & Cãcer, & ego ad aliud propoſitum non ſemel meminimus aliàs, *de-*
† *clarata* relatore egreg. olim Senat. Hieron. Torner 21. Maij 1602. Actua. Michae. Perez. Intelligendum enim eſt, quòd fieri debeant iſtæ condemnationes, & diuiſiones intereſſe, niſi eodem modo mulier mercari ſolita eſſet ſicut vir, tunc enim eodem modo adiudicari deberet ei intereſſe mercantile, ſicut ſi vir eius viueret, ex ſupradictis, ad quod probãdũ attendere debes ſtatim atque mercator deceſſit, ne hãc iotereſſe diminutionẽ patiaris. Vrſil. ad Affict. deciſ. 20. n. 4. Vide cõſ. 137. Io. Petr. Bim. in 2. p. ℣ pro parte d. Texidor allegabatur cõtra ſupradictã pactionẽ, & cõuẽtionẽ, cuius tñ nulla fuit habita ratio in eo ℣ videtur his contradicere. Vide etiã Gam. deciſio. Portugal. 110. & ibi additio. Blaſ. Flot. Diaz de Mena, Menoc. de arbitra. iud. caſ. 119. ex oum. 11. & Io. del Caſtillo Soto maior lib. 2. controuer. iur. cap. 1. per tot. ac nouiſsimè doo Garc. Meſtril. deciſ. 245. par. 3. vbi latiſsimè totam huius gloſſ. materiam examinat, & an & quando iſtæ pactiones valeãt lato ſermone explicat, & quid ad id requiratur. Huc expectant plura quæ ſupra adduximus in præcedenti glo. circa pactum de

reſpondẽdo annuatim certum quid pro dote non ſoluta; ibi videas, non eſt neceſſe repetere. Et finit hæc gloſſa, cum per ſupradicta habeas plenè reſponſum ad duo quæſita, de quibus in principio. Alia videbis infra in propria clauſula obligationis, quam facit pater de omnibus bonis ſuis, de dote reſtituenda ſuis debitis terminis, prout in conſtitutione continetur.

SVMMARIA.

1 *Pactum reuerſionis ad donatorem in caſu decedentiæ abſque liberis, ſolet inconcuſsè apponi in donationibus.*

2 *Extraneus dotans mulierem poteſt quæcunque pacta, & vincula apponere in dotatione. & num. ſeq.*

3 *Extranea dotatio, donatio eſt, & liberalitas.*

4 *Pactum quòd præmoriente marito dos remaneat penès hæredem extranei dotantis an valeat, remiſſiuè.*
Et reſoluitur quòd non.

5 *Pacta, & conditiones, quæ poſſunt apponi in donationibus, debent apponi incontinenti.*

6 *Dos ex ſua conſtitutione recipit naturam immutabilem.*

7 *Extraneus dotans dicitur quicunque nõ habet dotandam in ſua poteſtate.*

8 *Prater dotans ſororem poteſt ei apponere vincula, & pacta quæcunque. vbi deciſ.*

9 *Intelligitur quando dotat de propriis bonis, nõ de paternis.*
Quãdo frater dotat de bonis paternis, & apponit vincula, poteſt nihilominus ſoror de dote diſponere ac ſi nullum appoſitum foret vinculum. ibidem.

10 *Soror ſi non diſponit de dote ſibi data per fratrem cum vinculis, & pactis, remanent pacta, & vincula ex tacito eius conſenſu.*

11 *Soror non tenetur ſtare vinculis, & conditionibus citra ſuum conſenſum appoſitis per fratrem in dotatione quam fecit ei de eo quod relictum ſibi fuerat per patrem.*

12 *Soror an obligetur conſenſu per eam præſtito vinculis appoſitis per fratrem in dotatione ſibi facta pro omni iure legitimæ, & cum renuntiationibus largis.*

13 *Vincentius de Franchis in deciſio. 196. reprobatur.*

14 *Pactum, quo dotantes ſtipulati ſunt dotem ſibi reddi, valet.*

15 *L. cum maritus, §. fin. de pact. dotalib. inducitur.*

16 *Mulier non poteſt de dote teſtari, vbi ipſa dos eſt ad alium applicata vigore contractus.*

17 *Pactum fratris cum ſorore, quòd ſi deceſſerit ſine liberis dos ad eum reuertatur, valet. vbi deciſ.*

18 *Pactum quòd dos, vel certa pars illius reſtituatur muliere decedente abſque liberis, ſeruandum eſt.*

19 *Recedere non licet à verbis pacti.*

20 *In re propria quilibet eſt moderator, & arbiter.*

21 *Legem quam quiſque vult, poteſt in traditione rei ſuæ apponere.*
Conſenſus mulieris facit valere pacta, & conditiones appoſita in dotatione rei propriæ. ibidem.

22 *Renuntiationes mulierum dotatarum cum pactis, & vinculis, faciunt ne poſſint de eis conqueri.*

23 *Mulier renuntians, ſi læditur, poteſt agere aduerſus renuntiationem.*

24 *Noſter Franciſcus Molinus notatur, quòd nimis ſeuerus fuerit in alijs reprehendendis.*

25 *Donatio, quæ non eſt vniuerſalis, non eget reſeruatione ad ſui validitatem.*

26 *Lucæ de Penna laudes ex Viuio.*

27 *Deciſio noſtri Senatus pro vinculo appoſito ſorori per fratrem in ſua dotatione.*

28 *Pater poteſt in dotatione filiæ apponere vincula, & grauamina in eo quod dotatio excedit legitimam, non in eo quòd eſt intra eam. vbi deciſſ.*

29 *Dotatio in eo quod excedit legitimam, donatio eſt gratuita.*

30 *Dotes non veniunt in generali fidecommiſſo comprehenſe.*

31 *Grauamen appoſitum per patrem dotationi filiæ citra omnem legitimæ renuntiationem, quòd dos reſtituatur eidem, filia in vita ſua in matrimonio decedente, valet.*

32 *Non tamen valet in fauorem hæredum, quia tunc per mortem patris dos ſortita eſt naturam legitimæ. vbi deciſ.*

33 *Dos, quæ datur cum renuntiatione iuris legitimæ, habita dicitur iure legitimæ.*

34 *Pater poteſt dotationi filiæ apponere grauamina, ſi ipſa renuntiat iuribus legitimæ, &c. dummodo non lædatur in hoc notabiliter.*

35 *Grauamen poteſt apponi doti.*

36 *Onus omne, & grauamen reijcitur à legitima.*

37 *Conſenſus filiæ in appoſitione grauaminum ipſi doti, nihil operatur, quia vix poteſt conſiderari vnquam, ſaltem liberè, præſtitum, propter metum reuerentialem, & alias.*

38 *Parentes in quibus caſibus poſſint apponere vincula, & grauamina dotibus futurum, remiſſiuè.*

Dotis

39 *Dotis conditio an & quando conſtante matrimonio poſſit fieri deterior, remiſſiuè.*

40 *Filia conſentiens appoſitioni onerum, & vinculorum ſuæ doti, tenetur eis ſtare.*

41 *Pater inſtituendo filiam hæredem in re certa, cum eo omni quod ei dederat antea in dotẽ, an per hoc cenſeatur ſubſtituiſſe vincula, & grauamina appoſita in actu dotationis.*

42 *Debitor tutus exceptione, legans creditori ſuum creditum, cenſetur remiſiſſe exceptionem.*

Legatum de debito conditionali factum creditori, valet ratione huius vtilitatis, quia debitum per legatum ſit purum. ibid.

43 *Vxor non expectat anni dilationem ad petendum dotem ſoluto matrimonio, quando ea relicta eſt vxori per maritum.*

44 *Teſtatoris mens in teſtamento eſt præcipuè attendenda.*

45 *Legatum quod ſit à patre filiæ dotatæ, ſit eo animo, ne ea præterita corrumpat teſtamentum.*

Pater per legatum filiæ factum de certa quantitate, vnà cum eo quod ſibi dederat in dotem, cum certis conditionibus, non cenſetur propterea conditionem remittere. ibidẽ. vbi deciſ. Senatus.

46 *Mulier, cui eſt conceſſum per patrem, quòd exiſtentibus liberis diſponat de tota dote, poterit ſine dubio de ea diſponere, nec ſequentur conſuetudines, quæ ſunt in quibuſdam locis, quòd exiſtentibus liberis mulier de certa tantùm parte dotis diſponat. vbi deciſiones.*

47 *Conſuetudo Martini, quòd exiſtentibus liberis dos eis acquiratur, non intrat quando in capitulis matrimonialibus eſt data facultas mulieri in eo caſu de dote diſponendi.*

48 *Conſuetudo Martini de dote acquirenda filij, non intrat quando eſt illa data filiæ pro omni iure legitimæ.*

49 *Conſuetudo quòd dos filijs remaneat, & pactũ quòd de ea filia diſponat, non poſſunt ſimul ſtare.*

50 *Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.*

51 *Hoc eſt propriè verum quando prouiſio hominis eſt derogatoria, non cumulatiua ad prouiſionem legis.*

52 *Maioratus conſuetudinarij, in quibus ſuccedit ius ſanguinis, & primogenitura, veluti in dignitatibus Regalibus, adſunt in Cathalonia. & num. ſeq. vbi deciſ.*

53 *Teſtator faciens maioratum, & ei præfigendo alium ſuccedendi modum, quam ſit de conſuetudine, cenſetur conſuetudini derogaſſe.*

54 *Prouiſio hominis expreſſa, quòd mulier diſponat de dote, facit ceſſare aliam tacitam in fauorem alicuius inducta, quòd ei acquiratur tus.*

55 *Prouiſiones quando concurrunt circa diuerſa, tunc prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis.*

56 *Prouiſio hominis tunc facit ceſſare prouiſionem legis, cùm ſunt ambæ ſuper eodem facto.*

57 *Liber Antonij Gabriel. in commun. concluſion. dicitur ab aliquibus Calepinus Doctorum.*

58 *Mariti ex conſuetudine in terra Ceritaniæ nõ reſtituunt dotem de vita ſua. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

Huic conſuetudini non cenſetur derogatum per facultatem datam vxori diſponendi de dote ad ſuas voluntates. ibid. vbi deciſio noſtri Senatus.

59 *Legitima non debetur patri in eo quod dedit filiæ cum ampla facultate diſponendi.*

60 *Contrarium tenet Molinus noſter, cui reſpõdetur.*

61 *Pactum, ſi non diceret niſi quòd non exiſtentibus liberis poſſet mulier de medietate dotis diſponere, an eis exiſtentibus poſſet de tota teſtari.*

62 *Opinio Auctoris, quòd probetur conſuetudo faciendi hæc pacta in vtroque caſu.*

63 *Deciſio noſtri Senatus, quòd exiſtentibus liberis poteſt mulier de tota dote teſtari in caſu num. 61.*

Alia Senatus deciſio in alio caſu, quando reſeruatio eſt diminuta. ibid.

64 *Facultas conceſſa in teſtamento hæredi diſponendi de certa quantitate in caſu quo acciderẽt ſine liberis, non præſtat argumentum diſponendi liberè de tota hæreditate eis exiſtentibus.*

65 *Notarij reprehenduntur quòd non benè concipiant inſtrumenta.*

66 *Pater ſtipulando in vno caſu dotem ſibi reddi, cenſetur conuenieſſe quòd in alijs de ea filia faceret ad ſuas voluntates.*

67 *Filia facultatem habens diſponendi de dote, an vt cẽſeatur de ea diſpoſuiſſe, debeat expreſsè diſponere, an ſufficiat generalis diſpoſitio, quæ fit per hæredis inſtitutionem, vel per deceſſum ab inteſtato.*

Quòd ſufficiat generalis diſpoſitio fuit deciſum in Senatu Mantuano. ibid.

68 *Diſpoſitio generalis non ſuffecit vbi non domino eſt conceſſa facultas diſponendi. vbi deciſ. noſtri, & aliorum Senatuum.*

69 *Diſpoſitio non dicitur captatoria, quãdo alteri committitur electio hæredis incerti de certis. vbi deciſ. Senatus.*

70 *Bona de quibus quis teſtari poterat, ad quẽ deueniant ſi ille decedit inteſtatus.*

71 *Disponendi facultate concessa an veniat tam dispositio inter vivos, quàm in ultima voluntate, remissiuè. vbi decis.*

72 *Maritus an censeatur simpliciter adiectus solutioni, vel aliquid amplius, quando promittitur mulieri, & pro ea viro suo, remissiuè.*

GLOSSA X. PARS I.

Et adhuc cũ pacto, & conditione, quòd si dicta N. moriatur cum liberis, possit de tota dicta dote testari, & aliàs facere ad suas voluntates. Sin autem decesserit sine eis, disponat tãtùm de medietate, (hoc est, de mille & quingentum libris) & reliquæ reuertantur ad donatorem, si vixerit; sin minùs, ad eum, vel ad eos, &c.

De pacto reuersionis bonorum ad donatorem, vel eius hæredes.

Et de facultate disponendi de illis.

1 OLent † hæc pacta, & vinculà esse (licèt in nostris capitulis breuitatis gratia non sint exẽsa) quòd si decedat donataria cum liberis, disponat, & disponere possit de tota dote; Si verò sine eis, de medietate tantùm, altera ad donatorem reuersura, si viueret, sin minùs, ad illũ, vel ad illos, ad quem, vel ad quos verbo, vel testamento ordinasset. Circa quæ, licèt possem diffuso sermone in præsentiarum agere de pactis in vniuersum, quæ solent istis dotationibus, tam in contractibus, quàm etiam in vltimis voluntatibus apponi, discurtendo per omnia, sicut plures fecerunt, quorũ præcipuos habebis in discursu; quia tamen vix alia in Cathalonia, cui præsertim scribimus, practicantur, præter supradicta, ideò de eis tantùm tractabimus, reliqua videnda relinquentes apud Doctores referendos.

Circa hæc igitur pacta, & primò examinandum venit eis, num liceat in dote mulieri hæc vincula, & conditiones apponere.

2 Quà † in re, vt (pro more) certa ab incertis separemus, distinguimus imprimis inter extraneum dotantem, & patrem ipsius mulieris, quæ dotatur. In extraneo, breuiter resoluimus valere pactum prædictum, quia

3 eius dotatio † donatio est liberalis, & gratuita, quia fit nemine cogente, l. prima, ff. de donationibus, & probat l. prima, verficu. Extraneum, C. de rei vxor. actio. ac nos etiã iam suprà abundè probauimus in principio huius tractatus. In actu autem ipsius donationis posse quem pactum apponere, quòd post mortem donatarij res donata ad alium perueniat, palàm est, ex l. quoties, C. de donationib. quæ sub modo &c. Imò generàliter receptum est posse donatorem in sua donatione quodcunque voluerit pactum, quẽcunque modum, & conditionem apponere, Borgnin. Caualcan. decisio. 42. num. 34. par. prima, & Ioannes del Castillo Sotomaior quotidianarum controuersiarum iuris libro 3. cap. 10. num. 54. & 55. cum alijs, quos allegant. Et de hoc est expressus textus in l. ob res, in §. 1. ff. de pactis dotalibus, ibi: *Si extraneus de suo daturus sit dotem, quicquid vult pacisci (ignorante muliere) sicut & stipulari potest: legem enim suæ rei dicit,*

4 *&c.* In quà † generalitate an includatur potestas apponendi pactum quòd præmoriente marito dos remaneat penès eius hæredẽ, disputat latè Petrus Barbos. in 2. par. l. 2. in princip. ff. soluto matrimonio, ex num. 146. in verfic. His itaque explicatis, cum sequẽt. resoluens negatiuè, ex quo pactum prædictum est præiudiciale doti, & bono publico repugnans, cuius interest, ne mulieres remaneant indotatæ, vt iterùm nubere possint. Quà de re nos hic nihil tractandum duximus, cùm rarissimum sit istud pactum, rarissimèque accidat: nos autem, iam sæpè diximus, materias profequimus vsufrequẽtes, & sæpè contingibiles.

5 Intelligendum † tamen est, quòd ista pacta, & istæ conditiones apponantur inconuenienti, & in ipso actu, non ex interuallo, per ea quæ nos latè docuimus in primo huius laboris tomo clausu. 4. glos. 5. ex num. 4. & in nostris proprijs terminis abundè Surdus in consil. 113. num. 2. & 3. & Stephan. Gratian. disceptatio. foren. 308. num. 13. & 14. vol. 2. ac Ioan. Franciscus à Ponte in consil. 9. num.

6 33. vbi dicit, † dotem ex ipsius constitutione recipere suam naturam immutabilem, quæ ex interuallo non potest alterari, latè And. Molfes. in consuetu. Neapol. par. 6. qu. 2. ex num. 19.

Et

7 Et cùm † frater reſpectu ſororis extraneus etiam dicatur, (talis enim dicitur in hac materia quicunque non eſt aſcendens per virilem ſexum, & qui non habet perſonam dotatam in poteſtate, vt eſt mater, frater, patruus, coniunctus, aut ſimilis, Salycetus in l.vni. §.accedit, C.de rei vxor.actio. Socin.conſil.291.num.11.& 12.lib.2. Hondedc.conſil.91.num.79.cum ſequentib.vol.1. Surd.de alimentis tit.6. quæſtio.1. num.23. & Stephan.Gratian. diſceptat.forenſi 308.
8 num.2.lib.2.) non dubitabimus † aſſerere, quòd etiam ipſi, quando ſororem dotat, liceat, ſicut alteri cuilibet extranen, pacta quæ voluerit apponere donationi: nulla enim eſt conſiderabilis diuerſitatis ratio, l. quoties, ff.ſoluto matrimon. & l.auiæ,C.de iur.dotium,Bald.in conſil.239. num.2. vol.
† 2. & in terminis ita *decidit* Senatus Neapolitanus apud Vincentium de Franchis deciſ. 196. quam laudat Menoch. de præſumptio. lib.3.præſumpt.10.num.24.

9 Sed tamen † tecipit id iuſtiſſimum temperamentum,vt intelligatur quando de bonis fratris proprijs dotatur ſoror,non quando de bonis paternis, putà (prout communiter fit) quando certa pecuniæ quantitas eſt per patrem filiæ relicta pro dote, habenda ab alio filio hærede per eum inſtituto, tunc enim non licet fratri dotanti modum, & conditionem, ac vincula prædicta apponere doti, imò eis non obſtantibus licebit ſorori de dote ſimpliciter prout voluerit diſponere; de quo puncto cùm tota ſit compacta
† deciſio Vincentij de Franch. 196. vbi *reſolutio* adducitur in Senatu Neapolitano pro hac opinione facta, ideò ampliùs non inſiſto. Solùm addo Franc.Milanen. deciſ.10. num.24. Menoch.præſumptio.10. num.24. lib.3. Franciſ.del Caſtillo deciſio.Sicil. 25. num.10. Stepha.Gratia.diſcepta.foren.49. num.25.lib.1.& Pet.Barbo.in l.1.par.4.nu. 136.ff.ſolu.matrimo.

10 Sed † ſi non diſpoſuerit, nec teſtata fuerit ſoror, remanet pactum, & ad eos res vadit, qui fuerunt in pacto vocati, quaſi ex tacito mulieris conſenſu, quæ voluit cum dicto pacto decedere, & ei ſic quaſi acquieſcere, prout docet idem Vincentius de Franc. deciſio. 491. vbi ſic aliam ſuperiùs allegatã deciſio. 196. declarat, ſicque *declaratum*
† in Senatu Neapolita. fuiſſe teſtatur. Sequitur Ioannes Franc. del Caſtillo in cita.deciſio.25.num.11.

11 Sed confuſa † multùm hæc remanent, & magis quàm materiæ frequentia, & vtilitas requirant. Pro quorum dilucidatione duos ego caſus, quicquid alij dicant, conſtituendos, & diſtinguendos cenſeo.

Primus eſt, quando citra omnem omninò ſororis conſenſum, vel tacitum, vel expreſſum, frater dotem illi vincularet, quæ ſibi à parre fuiſſet relicta, vel quæ aliàs de bonis illius fieret, & conſtitueretur per fratrem. Et hic quidem caſus nullam habet difficultatem. Clarum enim eſt eum non poſſe à me onerari, quem non honoro, iuxtà vulgaré l.ab eo,C.de fideicommiſſ. cum ſimilib. & in his terminis poſſunt de plano procedere quæ Doctores ſuprà relati in hac materia tradunt non poſſe in huiuſmodi ſpecie dotis pacta mulieri ptæiudicialia per fratrem appnni.

12 Secundus † eſt caſus, quando præſentre, & conſentiente, vel non contradicenre muliere, fit illius per fratrem de bonis paternis, aut maternis ſibi liberè relictis, dotatio, vel quando : prout ſolet in noſtra Cathalonia inconcuſsè, fit á fratre ſorori in dotem de certa quantitate donatio pro iuribus legitimæ, & alijs quibuſcunque ſibi in bonis parentum competentibus, & ſoror dictam donarionem cum vinculis in ea appoſitis ſimpliciter acceptat. Imò poſtmodũ, prout fieri eſt aſſuetum, cum generali renũtiatione dictarum iurium fratrem abſoluit ab omni & quacunque obligatione, qua erga eam, vt hæres,& ſucceſſor parentum ſuorum teneretur.

13 In hoc † ſecundo caſu non cenſeo ſequendum quod Senatus Neapolitanus decidit in illa deciſio. 196. apud Vincentium de Franchis, quamuis multùm laudata per Iacobum Menochium de præſumptionib. lib. 3. præſumptio. 10. num. 24. & quamuis alij cuiuſcunque auctoritatis viri illi accedant. Habeo in quo me fundem, vltra generalitatem rexr. & ibi Cyn.Angel.& Salycet. in l. vni.§.accedit,Cod.de rei vxor.actio. & in l. aula, & in l.fin.in prin. vbi Bald.in verſicul. Stipulatus eſt, quos Nicola.Boer. adducit
14 in conſil.50.num.1. ad † probandum valere pactum, quo dantes dotem ſtipulati ſunt eã ſibi reddi.

15 Habeo (inquam) vltra dicta,& ſimilia iura genetaliter loquentia, textum particularem, illũque expreſſum ad propoſitum † in l.cum maritus, §.fin.de pactis dotalibus,vbi ſoror cum fratre ſtipulata fuit dotem fratri reddi,ſi in matrimonio deceſſiſſet; mulier decedens quaſdam res marito leganit; quæſitum eſt, an maritus rerum legatarum nomine fratri teneatur, & reſpondet Scevola nihil proponi cur non teneatur. Pet quem
16 textum † dixit Bal.in l.pro hæreditarijs,colum.3.& fin.C.de hæred.actio.quòd mulier non poteſt de dote teſtari quando eſt ad aliũ applicata vigore contractus.

Ecce

17 Ecce † caſum, in quo valet ſtipulatio fratris de dote ſororis ſibi in caſu, quo illa ſine liberis deceſſerit, reſtituenda, quia interuenit conſenſus ſororis. Nihil ergo impedire debet in noſtro caſu, quin etiam valeat, & teneat ſtipulatio noſtra, quantūuis ſuper re propria ſororis, poſtquàm eius conſenſus interuenit liberè. De cuius text. interpretatione, & intelligentia, ſi plura, imò quæcunque Doctores circa eum dixerunt, ſcire volueris, vide Hyppoli. Riminal. in principio inſtitu. de donationib. ex num. 899. in codicibus additionatis, cum multis ſequentibus. Hoc text. ad propoſitum (ne illum contemnas) vtitur Octauianus Cacheranus deciſio. Pedemontana 20. num. 5. in verſicul. Contraria, & alij per eum adducti, in caſu, qui ſi non eſt idem cum hoc noſtro, parùm certè differt ab eo, & nota *deciſionem* Senatus Pedemontani apud eundem Auctorem in hoc puncto in dicta deciſ. 20. factam. Adde Surd. in conſil. 113. num. 5.

18 Habeo † etiam rationem, cui innitar, ſatis perſpicuam, claram, & manifeſtam. Eſt enim iſtud, de quo agimus, pactum expreſsè conuentum, quòd dos, vel certa illius pars fratri reſtituatur, ſorore abſque liberis decedente, quod eſt proculdubio ſeruandum, l. 1. & l. iuris gentium, §. prætor ait, ff. de pa-

19 ctis. Non † enim licet à verbis pacti recedere, laſou in l. ſi ſtipulatus, §. 3. ff. de verborum obligationib. Dec. in conſil. 298. nu. 1. & conſi. 312. col. vlt. quamuis ſit in contra ctu dotis pactum appoſitum, niſi reperiatur expreſsè prohibitum, l. 1. §. illud, C. de rei

20 vxor. actio. Hic autem † nihil prohibet pactum iſtud fieri, & apponi; fit enim, & apponitur ſuper re propria (vt præſupponimus) ipſius mulieris, in qua ipſa eſt libera moderatrix, & arbiter, argumento l. in re

21 mandata, C. manda. Nec † quicquam eſt quod prohibeat quin quilibet ponat in re ſua legem quam velit, l. in traditionibus, ff. de pactis, latiſſimè Surd. hunc diſcurſum multis proſequitur in conſil. 113. ex num. 1. volum. primo. Vide Nicola. Boer. in citato conſil. 50. ex num. 1. cum ſequentib. vbi ad præiudicium ſororis mirè expendit eius conſenſum in pacto per fratrem huic donationi appoſito. Idem facit Milanen. in citata deciſio. 10. lib. 1. ex nu. 25. cum alijs, clariùs Pau. de Caſtr. in conſil. 351. num. 1. lib. 1. nonnihil Bar. in conſil. 127. num. 1.

Ex quibus poſſunt hæc conciliari, quòd non valeat grauamen, & ſtipulatio de dote reſtituenda fratri in caſu noſtro, ſorore non conſentiente, ſecùs ſi eius adeſt conſenſus. In quo caſu vix reperies vnum, qui contradicat: omnes ferè Doctores generaliter loquuntur, quòd frater non poteſt apponere pactum, quo eſt intelligendum inuita muliere.

22 Adde † in noſtra Cathalonia renuntiationes, quæ ſemper iſtas dotationes ſequuntur, de legitima, & omni alio iure in bonis parentum competentibus, & competituris, pro eo quod ſororibus frater donat in dotem. Dices forſan non potuiſſe mulieres his iuribus renuntiare, & ſe cum fratribus componere? Minimè gentium. Has renūtiationes in propoſito conſiderant Boer. & Milanen. in locis ſuprà citatis.

23 Verum eſt, † quòd ſi in his læderetur ſoror, vel deciperetur, quòd pro modico magnam quantitatem, maximumque ius renūciaſſet, non denegarentur ei remedia, quæ ad impugnandum iſtas conuentiones de iure competunt, de quibus in materia renuntiationis tractabimus.

24 Reperi † mulcò poſt hæc ſcripta, quòd doctiſſimus noſter Franciſcus Molin. in tracta. de ritu nuptiarum, & pactis in matrimonio conuentis, qui nuper poſt Auctoris mortem vidit lucem, lib. 3. quæſtio. 31. quæſtionem hanc noſtram tractat, & gauiſus ſum quòd concordemus in impugnanda Vincentij de Franchis deciſione ſuprà relata. Solùm voluiſſem, ne tam moleſtus Lucæ de Penna in improbādis illius in hac materia dictis fuiſſet, & † quòd ſignanter conuentionem inter

25 fratrem, & ſororem initam (de dote fratri reſtituenda in caſu non exiſtentium liberorum, quando nihil aliud præter dotem ſoror in bonis habet, quam validam Penna præſupponit, licèt nihil ſit ad teſtandum reſeruatum) nullam non diciſſet, ſicut dixit num. 10. ex eo quòd ea conuentio in dicto caſu, vti donatio omnium bonorum, videretur ſibi egere reſeruatione ad teſtandum, ne nulla eſſet. Non enim eſt vniuerſalis omnium bonorum præſentium, & futurorum, iurium, & actionum, quæ ſola eſt quæ reſeruatione indiget ad teſtandum. Voluiſſem † quòd

26 Molinus iſte noſter vidiſſet Franciſcum Viuium, notiſſimæ, & communiſſimæ approbationis virum, deciſio. 9. vbi caſum noſtrū diſputat per totam illam deciſionem, & poſt quàm eundem locum Lucæ de Penna adduxit in ſuæ opinionis confirmationem, quem tantiſper reprobat Molinus, vt eum magis qualificaret, num. 2. in fin. ita ait: *Qui quidē dominus Lucas de Penna eſt re ipſa magnæ authoritatis in Regno, à cuius ſententia varè diſceditur, maximè cùm habeat tot patres, & iuris interpretes comites.* Voluiſſem (inquā) quòd Molinus hanc huius Auctoris approbationem vidiſſet ante ſuam reprobationē, ſi forſan propterea ab ea abſtinuiſſet. Op-

27 tima † de hac re fuit facta in noſtro Senatu deci-

decisio Relatore egregio olim Senatore Ioanne Castello, sub die 29. Ianuarij 1595. in causa Martini Despuig contra Vespasianum
† Ferrer, in qua fuit *dictum*, non esse audiendos hæredes cuiusdam mulieris impugnare volentes vinculum, quod illius frater ei apposuerat (in capitulis matrimonialibus, ipsa approbante, & consentiente, sicut fieri solet, in casu qui successerat, quòd soror decederet absque liberis) in bis mille libris, ex quatuor mille relictis eidem per patrem, ex quo conquesta mulier de hoc non fuerat, imò expresse, vt dictum est, approbauerat. Cuius decisionis meminit Cancer in 3. parte variarum resolutionum cap. 2. de inuentar. num. 200. vbi dicit sententiam in dicta causa latam *confirmatam* fuisse in causa supplicationis de anno 1602. referente egregio itidem Senatore Iacobo Puigmija. Ibi is Doctor multa adducit, quibus dictam sententiã confirmat, quæ omnino sunt videnda.

Transeamus ad dotationes parentum, cũ quibus continua nobis est collatatio, quia in eis semper solet apponi pactum illud, de quo tractamus, quòd decedente filia absque liberis, medietas dotis patri redeat, vel illi, cui ordinauerit; & de reliqua medietate filia disponat. Quæritur an id patri liceat facere?

28 Qua in re † separant statim Doctores casum, quando filia dotatur vltra legitimam, à casu in quo dos legitimam non excedit, cõcludentes in primo casu faciliter in eo quod est vltra legitimam, licitum esse grauamen, & fideicommissum, secùs in eo quod est
29 intra, quia † quantùm ad hunc excessum donatio gratuita est, non in reliquo, vt & in hoc, & in priori etiam huius operis nostri tomo non semel docuimus, cui licitum est donatori apponere pactum quod voluerit, vt palàm est. De hoc est casus in l. fina. §. filiæ, de legat. 2. secundùm Bart. ibi, & Paulũ Castrensem, atque ita omnes tenere dicit Gasp. Anton. Thesaur. quæstio. foren. 63. nu. 5. Milaneu. decisio. 10. num. 21. libr. primo; Fran. Marc. tota decisio. 333. volum. primo.
† Sicque consueuisse *declarare* curiam Gratianopolitanam auctor est Guido Pap. decisio. 613. Ac *Rotam* etiam *Romanam*, sicque cõmuniter tenere Doctores tradit nouissimè Hercules Marescot. variarum resolutionum lib. 1. cap. 28. num. 1. & 2. & ita etiam fuisse
† in facti contingentia *declaratum* in Audientia Apuliæ refert nobis Franc. Viui. decisio. 238. lib. 2. Idem Viui. decisio. 415. lib. 3. Rota Romana apud Farinacium in vltimo tomo decisio. 381. videnda, & decis. 511. Quibus accommodari possunt quæ ego dixi in primo tomo claus. 4. gloss. 28. ex num. 6. cũ sequentib. de reuocanda propter ingratitudinem donatione in dotem facta, vbi hanc etiam distinctionem approbaui, & comprobaui fusè. Videnda sunt quæ in sequenti glossa ad illud propositum latè à nobis adducuntur, quibus & hæc mirabiliter confirmantur.

30 Sed aduerte † necesse esse quòd expressim pater in dotibus apponat grauamen, nam aliàs in generali fideicommisso comprehensæ illæ non venirent, vt dicit Viui. vbi sup. & rursus decisio. 408. num. 4. de quo etiam nonnihil apud Thesaurum loco citato num. 9. & benè declarans Rot. Roma. decis. 477. num. 2. in secundo loco recollect. per Farinacium, Hyppolit. Riminald. in consil. 204. num. 20. Franc. Marc. decisio. 333. per totã, volum. 1. Sed cùm iste casus non sit practicabilis, præterquàm quando dos relinquitur per vltimam voluntatem à patre, quo casu ipso moriente, & non aliàs, potest fieri cõputatio si dos relicta excedit legitimam, vel non, cùm post mortem patris, & non antè incipiat deberi. Nos autem (& hic est alter, & secundus casus) agimus, & agere debemus de fideicõmisso, & grauamine, quod apponitur in ipso actu dotandi inter viuos, ideò illum casum omittentes, hunc latissimè prosequemur.

31 Circa quem † duo adhuc alij casus distinguendi sunt. Primus, quando absque aliquâ mentione legitimæ, & citra omnem illius renuntiationem fit à patre dotario. Et secundus, cùm pro legitima, & cum illius renuntiatione.

1 Primo casu, si apponitur per patrem grauamen personale in sui tantùm fauorem, vt scilicet ei soli restituatur dos, si contingat filiam decedere, prout hic dicitur, absq; liberis, non est dubium, quod grauamen tenebit, valebitque pactum, cùm effectum sortiri habeat viuente patre, & antequam inceperit dos sortiri naturam legitimæ. Sed
32 si † istud onus fuerit impositum, sicut quotidiè fit, nedum in fauorem patris, sed etiã eius hæredum, & successorum, & eo mortuo fiat locus restitutioni dotis, tunc quia dos sortita est naturam legitimæ, non possunt hæredes eam petere, sed tenentur vel remittere conditionem filiæ, vel legitimam soluere, vt ex communi Doctorum sententia tradit Decius in consil. 106. num. primo, & ita declaratur latè hæc materia per Butrium in consil. 9. num. 3. Capic. decisio. 176. num. 11. Cephal. consil. 256. nu. 59. lib. 2. qui cæteros allegat, & in specie reprehendit Soci. consil. 9. volum. 1. qui reuera metetur reprehensionem, vbi sub num. 22. vult quod pater in terminis illius statuti teneatur dare filiæ dotem transmissibilem ad hæredes, quia si

hoc

hoc intelligit ab ipſo principio, loquitur cõ tra text.in l.dos à patre, C.ſolu.matrimon. & contra omnes Doctores tenentes, quòd patri ſtipulanti ſibi dotem reddi ſi filia ſine filijs deceſſerit, reſtituenda eſt dos, l.vnica, §.accedit, C.de rei vxor.actio. Bald. & alij, quos Rota Romana adducit vbi mox allegabitur, ſequitur Surd.in conſil. 113. num.
† 4. Et ſuit *approbatum* per Rotam Romanã, cuius ſupradicta ſunt verba formalia, deciſ. 815.num.5. apud Seraphinum de Oliuarijs. Hic caſus non ſuccedit vnquam in noſtra Cathalonia diſputandus,cùm citra mentionem legitimæ, & illius renuntiationem,fiat nunquam à patre dotatio.

33 Eſt † ergo quòd ad ſecundum caſum veniamus, ad cuius perfectam declarationem præſuppono quod nõ ſemel iam aliàs in hoc tractatu dixi,ſignanter hac eadem clauſul.5. gloſſa 8.par.1.num.52. in materia congruitatis dotis,& dicam etiam vlteriùs in materia renuntiationis, quam filia facit dote cõtenta, dotem, quæ ſic pro omni iure legitimæ,& cum illius renuntiatione donatur,habitam dici loco legitimæ, ex pacto inter partes inito, quòd ad illam quantitatem legitima cũ illo onere æſtimata maneat. Hoc
34 ſuppoſito, † dico quod num pater huiuſmodi dotationi vincula apponere potuerit, diſquiſitio pendet ab examine alterius:an læſa filia dici poſſit per receptionem dictæ quantitatis cum dicto onere, reſpectu partis,& portionis, quæ ei in bonis patris vt filiæ competebat,aut competere poterat; ſi enim non remanet læſa, apponi grauamen potuit,è contra, ſi læſa manet. Sed quomodo id ſit conſiderandum, quæque ad id ſint attendenda, non eſt hujus loci, materia eſt quæ tractanda venit in renuntiatione, ibi eã latè videbis.

35 Nec conturberis † quòd iam inſinuem ex nunc poſſe apponi grauamen doti, quæ datur pro legitima, & loco illius, quamuis videatur eſſe contra id quod poſt Cynum, Bartolum, Baldum, Salyceium, Alexandrum, & alios, quos citat, docet Menoch. in conſil.238.num.54. & nouiſſimè Seraphi.deci-
35 ſio.815.nu.2.quòd † quemadmodum ex legitima omne onus reijcitur,iuxtà vulga. l.in prioribus,C.de inofficio.teſtamẽt.ita à dote reijci debet quando datur loco legitimæ. Non (inquam) id conturbat,quia palàm eſt quòd tanta poteſt dari dos cum illo onere reſtituendi inedictatem, in caſu,ſi ſine liberis deceſſerit, vt iudicari poſſit ſufficiẽs pro legitima, etiam ſi ſit ſic onerata vt de ſe patet, & in dicta gloſſa renuntiationis latiùs forſan dicemus.

37 Sed † Franciſcus Vinius, qui deciſion.9. pet totam, diſputat caſum hunc,ſimpliciter
† reſoluit, ac ſimpliciter etiam *reſolutum* fuiſſe in facti contingentia in Audientia Barenſi tradit, non obſtante prædicto pacto,licuiſſe filiæ de dote teſtari, & reſpondendo ad illius conſenſum circa fin. verſic. Poſtremò, dicit, vel quòd ibi de eo non apparebat, quia non conſtabat capitula matrimonialia fuiſſe ſtipulata in facie ipſius filiæ,quę vt plurimùm ſtipulantur à patrem filia abſente,vel quòd quia propter metum reuerẽtialem patris, non audebat filia contradicere, ſola præſentia non inducit conſenſum in talibus perſonis. Idem etiam ſe vidiſſe cõ-
† ſultum, & *iudicatum* aſſerit Bald.Nouel. de dote,in vltima columna ptimæ partis,quem Vini. citat n. 3. Hæc uõ omninò diſplicent quippe quæ non parùm videntur accommodata vt poſſit per ea prætendi reciſio vel ex cauſis ſupradictis, vel aliàs ex læſione,de eis latè agemus infrà in materia renũtiationis, vbi poteris videre.

38 Et † ſi generaliter ſcire velis qualiter & quando poſſint parentes dotibus filiarum conditiones,& grauamina apponere,videas vltra ſuprà relatos,Din.in conſil.26.per totum, Milanen.deciſio.8.ex num.395. lib.1. Andre.Georg.allegatio.26.per tot.Io.Pet. Surd.in conſil.112.ex num.33.lib.primo,& conſil.357.numer.34.lib.3. Menoch.conſil. 206.num.95.& ſequentib. & conſil.453.numer.10.& ſequentib. & denique Alexand. Ambroſin.deciſio.6. num.4.25.& 26. libro
39 primo, qui † vlteriùs tractant an & quando dotis conditio conſtante matrimonio poſſit fieri deterior, quæ eſt pulchra materia, de qua iam ego paululùm tractaui in primo tomo clauſu.4.gloſſ.9.par.5.num.181. quibus non pœnitebit hæc adiunxiſſe; reliqua expectabis vſquequo ad clauſulam renũtiationis deuenerimus.

40 Maximè † quòd hic agimus de grauamine, quod de conſenſu filiæ doti apponitur, quem cõſenſum multa in hoc operari patet ex ſuprà proximè relatis, dum de appoſito grauamine per fratrem doti ſororis agebamus,& in terminis reſpectu patris eſt pulchra deciſio Batz.103.num.18.

41 In caſu autem † quo filia non conquerebatur de patre propter appoſitionem grauaminis, vidi patris teſtamentum,in quo filiæ ſic dotatæ fuit factum legatum de quinque ſolidis pro omnibus iuribus ei pertinẽtibus in bonis paternis, in quibus quinque ſolidis, & alijs quantitatibus, quas tam pro dote, & ex cauſa dotis, quàm aliàs quouis titulo ei dederat, ſe ipſam ſibi hæredem inſtituere dicebat, cuius legati ratione prætẽdebat filia, & poſt mortẽ eius hæredes præten-

tendebant habuiſſe illam ad ſuas voluntates totam dotem, quamuis ſine liberis deceſſiſſet, ex eo quòd per huiuſmodi legatum viſus fuiſſet teſtator vinculum illud in ſui, ſuorumque hæredum favorem appoſitum remiſiſſe: ad inſtar † eorum, quæ dicuntur, quòd
42 ſi debitor tutus exceptione creditori ſuo de bitum legauerit, cenſetur per id exceptionẽ remiſiſſe; & idem eſt ſi debitum erat conditionale, aut in diem, ſit enim ex legato purum, remiſſáque cenſetur conditio, & remiſſa etiam diei dilatio, vt valeat legatum ratione huiuſmodi vtilitatis, iuxtà l. ſi creditor, vbi latiſsimè laſ. ff. de legat. 1. l. Mæuius verſic. Debitor, de legat. 2. l. debitor, eodẽ
43 tit. vbi † & de dote prælegata Iuriſconſultus tradit, quòd propter legatum ſibi in teſtamento à marito factum, non tenetur mulier expectare legalem dilationem, de qua in l. vni. §. exactio, C. de rei vxor. action. de quo puncto nos ſperamus latè acturos in inferioribus, l. ſi creditor, & l. legaui, de libera. lega. & §. ſi quis debitori, & §. ex cõtrario, inſtitu. de legat. latiſsimè Antonius Gomez variarum reſolutionum tomo primo tit. 12. de lega. num. 7. circa principium, & num. 26. per totum.
44 Sed † reſpõdi filiæ, ſeu ſuorum hæredum prætenſionem eſſe inciuilem, quia in teſtamentis teſtatoris mens præcipuè eſt attendenda, & ſecundùm illam interpretatio fieda, iuxtà vulgarem l. in conditionibus prim ũ locum, ff. de conditionib. & demonſtrationi.
45 & alia jura ordinaria. In caſu † autem occurrenti conſtat manifeſtè teſtatoris animum, & mentem non fuiſſe tollere vincula, & grauamina, ſed ad firmandum ſuum teſtamentum, (vt proprijs verbis pulchræ deciſionis noſtri Senatus inferiùs referẽdæ vtar) & ad ſatisfaciendum iuris ſolemnitati, & ordinationi in teſtamentis requiſitæ, relictum prædictum iure inſtitutionis feciſſe, ne ex illius prætermiſsione, & filiæ præteritione corrue ret quod ille condebat, iuxtà l. inter cætera, de liber. & poſthum. & §. aliud quoque capitulum, in authent. vt cum dè appella. cognoſcit. de quo puncto latè Micha. Graſſ. in §. teſtamentum, quæſtio. 35. num. 2. & 3. Et cùm de his agerem, ita in terminis terminãtibus in eodem omninò caſu prout ſuprà formatus eſt, reperi Senatum noſtrum ſuper-
† egregium in facti contingentia *decidiſſe* die 29. Ianuarij 1592. in cauſa Ambroſij Ollers contra Franciſcum Ferrer Deſpuig, Relatore egregio olim Senatore Antonio Oliba. Vidi in Archiuo Regio.
46 Pacta † ſupradicta ſolent fieri, & vincula apponi in caſu quo filia decedat ſine liberis; paciſcendo expreſsè, quòd caſu quo cum liberis moriatur, poſsit ad libitum de totâ dote diſponere, & ſeu illam habere ad omnimodam ſuam voluntatem, per quam amplam conceſsionem cenſetur mulieri indultum, quòd poſsit ad libitũ diſponere de dote, nec erit curãdũ de cõſuetudinibus, ſi quę ſint, prout ſunt in pluribus partibus, quod ſi habet liberos, non poſsit niſi de certa parte dotis diſponere, tam ampla enim conceſſio derogat proculdubio conſuetudinibus prædictis, vt probat Dec. in l. fina. in 3. nota. num. 5. C. de pact. Crauet. conſil. 24. num. 8. Molſeſ. poſt commentar. ad conſuetn. Neapolita. conſil. 2. num. 35. & 36. vbi *deciſiones* affert Senatus Neapolitani. Cui reſolutioni
†† ſimile eſt quod Doctores dicunt circa bona feudalia, quòd habens ampiam facultatem diſponendi de bonis donatis, ſeu alienandi ea, ad libitum poteſt id facere, etiam ſi ſint feudalia, prout poſt Paulum de Caſtr. conſil. 256. num. 4. volum. primo, Dec. Nat. Socin. Gozadin. Brun. Rum. Pariſ. & alios plures probat Laderch. Imolen. in conſil. 1. num. 8. in fin. & numer. 15. & 20. vbi dicit neminem contradicere, & ſequitur Molſeſ. vbi ſuprà numer. 34.
47 Ex eadem † etiam tam amplè conceſſa diſponendi de dote facultate, exiſtimo ceſſare conſuetudinem illam, quæ communiter Martino tribuitur, & Martini conſuetudo dicitur, quòd ſtantibus liberis dos ad patrem non reuertitur, ſed filijs remanet, de qua per gloſſ. in l. dos à patre, in verb. filia familias, & ibi Salycet. & alij C. ſolut. matrimo. Bart. in l. poſt dotem 41. num. 28. & 29. & ibi etiam Pet. Barboſa latè ex num. 47. Stephin. de Oliuar. deciſio. 815. num. primo, Benuenut. Stracc. de adiect. part. 3. nu. 147. Vincent. Honded. conſil. 24. volum. primo, Ruin. conſil. 225. lib. primo, Caſtrenſ. conſil. 310. In inſtrumento dotali, lib. primo, quæ eſt vniuerſalis totius mundi ex Guido. Pap. conſil. 12. Ex facti mutatione, in fine, & Stepha. Gratian. plenè deciſio. 235. per totam, & pleniſsimè Theſaur. tota deciſ. 150. Idẽ Guid. Pap. & ibi addentes deciſion. 147. Alfan. collecta. 45. Ioſeph. Ludouic. commun. concluſio. 11. Capic. deciſio. 176. Menochi. amplè in conſil. 238. volum. 3. & alij paſsim tenent. Ceſſare (inquam) exiſtimo huiuſmodi conſuetudinem, & ea non obſtante poſſe mulierem de dote diſponere, exiſtentibus etiam liberis, ex eiſdem Doctoribus, & eorum doctrinis, quos cum Molſeſ. ſuprà
48 retulimus: quamuis † & in noſtris capitulis matrimonialibus alia etiam eſt ratio, ob quam ceſſet dicta conſuetudo, quia ſcilicet fiunt regulariter ittæ donationes pro omni iure quod habere filiæ poſſunt in bonis patentum,

rentum,quo caſu cẽſetur habita dos loco legitimæ provt in terminis docet Craue. in conſ.84.num.5.viden.Lader.conſ.25. nu.4. verſ.Quincta eſt.

49 Sed non † procedunt ſupradicta in omni ſpecie conſuetudinis,ſed in illis tãtùm, quæ nõ poſſunt ſimul ſtare,aut cõpati cum pacto, provt ſunt quæ ſuperiùs relatæ fuere, non enim poſſunt ſimul ſtare quòd poſt mortem vxoris dos acquiratur filijs,aut alteri vigore alicuius conſuetudinis, & ex alia manu habeat vxor facultatẽ diſponendi de ea, provt in pacto capirulorum matrimonialium,& in

50 hoc † caſu rectè accommodatur vulgaris regula,quæ dicat prouiſionem hominis facere ceſſare prouiſionem legis,de qua in l.fin. C. de pactis conuen. cum concor. Seraphi. deciſ.829. num. 3. & 837. num. 2. quæ pro-

51 prié locum † habet quando prouiſio hominis eſt derogatoria,& nõ cumulatiua ad prouiſionem legis, quod propriè contingit in iſto caſu,quem tractamus,quando incompatibiles inter ſe ſe ſunt prouiſiones , provt pulchrè ex Hercul.in l.4.§. ſi ex cõuentione penul. col. verſ. in 2. par.de re iudi.probat Vincen.de Fran.deciſ.155.num.9.

52 Habemus † de hoc in Cathalonia ſatis accommodatum exemplum in maioratu,& primogenio conſuetudinario,qui inibi viget in dignitatibus regalibus, cuiusmodi ſunt Ducatus,Marchionatus,& Comitatus,vt in c.1.de feud.March. vbi Bal.& alij, ſuccedit enim in eo primogenitus iure ſanguinis in vim dictæ conſuetudinis, de qua ateſtantur practici noſtri in vſatico ſi à Vicecomitibus, & Socar.in c.vaſſallos ſi deceſſerit,nu. 4. in

53 cõmemorar. Petr.Alb. verum † ſi ſuper hoc adeſſet prouiſio hominis,qui maioratum inſtituiſſet,alium ſuccedendi modum illi præfigendo,tunc non ſtaretur conſuetudini,ſed imò hominis prouiſioni,provt pulchrè probat noſter Nob.à Pegue.in commentar. ad cnnſti.Item ne ſuper laudemio in verſ. Aiuſtants,ex num.75.& tota deciſ. 175. qui te docebit iſtam conſuetudinem, declarando quomodo hæc in Cathalonia procedant, ne in his rrepides,ſicuti nõ multis ab hinc diebus quoſdam ac illos quidem Cathalanos Doctores,qui tenebantur cõſuetudines noſtras,ac iura noſtra ſcire , in hoc dubitare vidi in caſu ſucceſſionis Marchionatus de Camaraſa in hac Prouincia ſiti, ducti auctoritate Celſi Hugo.in conſ. particulari,quod fecit ad materiã §.præterea Ducatus, de prohibita feudi alienat.apud Federi. in 2. dubio,qui dictam conſuetudinem , & modum ſuccedẽdi viſus eſt ignoraſſe,licèt diu in hoc Principatu cõuerſatus eſſet. Sed ex adductis per Pegue.nobiſcum facilè conuenerunt, qui de dicta conſuetudine ateſtabamur. Ex doctrina noſtrorum practicorũ,in dicta Pegue.

† deciſ. refertur quædam *Regia ſententia* lata in Senatu in caſu Ducatus Cardonæ hãc conſuetudinẽ expreſsè approbans, his verbis, *ſed etiam iure ſanguinis* (loquebatur de ſucceſſione Ducis Cardonæ) *tamquam primogenitus ex generali conſuetudine pro bono publico introducta , & aliàs ſucceſſit , & ea integra & tota præcipua ſibi debetur , & ad eum pertinet abſque diuiſione aliqua & diminutione,* fuit lata referẽtibus egregijs quondam Senatoribus Petro Clariana de Seua, & N. Caltello ſub die 8.Septemb.1538.Eſt inſerta prædicta ſententia Regia in proceſſu ſtatuum Cardonæ,vbi vidi. Actua.nunc Hieronymus Boſch.

54 Er † in noſtris prũprijs terminis ſtipulationis tacitæ de dote certæ perſonæ reſtituendæ,quòd ceſſet per aliã expreſſam, quæ fiat in fauorem alterius,vel in fauorem liberæ diſpoſitionis ipſius vxoris, quia non poſſunt ſimul ſtare , docent Aymon Craue. in conſ.92.nu.3.& Fran.Bec.in conſ.39.n. 24. ſed in alijs conſuetudinibus quæ vigeant circa ipſas dotes , quibus pacta quæ poſtea fiant non aduerſantur , remanet conſuetudo in ſuo caſu,& ſeruantur pacta etiam in ſuo, & tunc verificatur, & proprié locum habet exceptio,quæ communiter à dicta regula tra-

55 dirur,quòd † quando prouiſiones concurrũt circa diuerſa,tunc prouiſio hominis non facit ceſſare prouiſionem legis in alijs caſibus, ad quod communiter adducitur l. commodiſſimè ,de lib.& poſthu.& l.ſi cum dotem in prin.ff.ſolut.matrim. Ancharra.in conſ.151. num.3.& conſ.245.nom.4.Crot.in l.omnes populi num.132.de iuſti.& iur. Bero. conſ. 136.lib.1.& Seraphi. de Oliuar. deciſ.837. num.8.optimè Menoch. hanc differentiam præſenſit de præſump. lib.4.præſump.190.

56 nu.39.& 40. vbi declarat , quòd † tunc prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis,quando facta eſt ſuper eodem facto , & ad idẽ ambæ rendunt,& ita (inquit)loquuntur iura , quæ ad brochardicum allegantur, ar diuerſum eſt quando vna prouiſio ad vnũ tendit,& altera ad aliud,vt in caſu l. cauſam §.puellam ff.de manumiſ. Pleniſſimè omniũ

57 Anto.Gabr.in ſuo concluſſ.lib.quem † meritò Ioſeph. Ludoui.deciſ. Peruſi. 66. nom. 7. Calepinum Doctorum appellat propter rerum,& in materiarum copiam,& abundãtiam,quas tractat,Anto. (inquam) Gab.tit. de reg.iur.conclu.8.per tot.

58 Propter † hoc in noſtris proprijs terminis ſub die 27.Nouemb.1516.reperi in Archiuo Regio , vbi concluſiones deciſionum

† noſtri Senatus cuſtodiuntur *declaraſſe* eundẽ referente

referente egregio quondàm illius Senatore Pontio Cesçaſes, inter Hieronymum Salat paratorem, & Ioannem Spano mercatorem, per pactum, quòd non exiſtentibus liberis teſtaretur mulier de medietate dotis, & iſſis exiſtentibus, de tota, de quo nos tandiu diſputamus & agimus, non cenſeti derogatum conſuetudini, quæ, vt eadem concluſio ſubiungit, antiquiſsima eſt, & per eâ ius quæſitum maritis, in villa Podiçeritani, & in terra Ceritaniæ, quòd ipſi non teneantur ad reſtitutionem dotis dum viuunt, niſi ſecundò nubant, ita & taliter quòd hæres à muliere inſtitutus poſſet ſtatim à marito dotem exigere, ſicuti in dicta cauſa ex dicto pacto prætendebatur. Sed fuit dictum, quòd ſupradicta referebantur ad tempus reſtituendæ dotis, videlicet cùm caſus, & locus eſſet reſtitutioni dictæ dotis, & nõ aliàs, & ideò fuit declaratum non potuiſſe in dicto caſu dotem marito auferri, niſi cùm decederet, vel ſecundo nuberet. Ratio debuit eſſe quam diximus, quia hęc compatiuntur inter ſeſe, & ſic remanet conſuetudo in ſuo caſu, & in ſuo etiam remanet pactum.

59 Ex † eadem finaliter amplitudine (vt ita loquar) conceſſionis arbitror iuſtificari amplius poſſe quod latiſsimè confirmaui in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 24. ex nu. 43. quòd tam libere poteſt filia de dote, præſuppoſita illa conceſsione, diſponere, vt nec patri teneatur legitimam relinquere, quod quia ibi ſatis, meo iudicio, abundanter fuit confirmatum, ideo ſubſilto.

60 Vidi † poſt hæc ſcripta noſtri Franciſci Molini tractatum de ritu nuptiar. & pact. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſtio. 14. ex num. 20. vbi contrariam noſtræ tenet opinionem in hac quæſtione, quam latè examinat: ſed quia ego exiſtimo me ſatis, ſuperque tacitã renuntiationem iuris legitimæ reſpectu patris donantis probaſſe, quæ ſi adeſt, nobiſcũ & is Doctor concordat, & omnes conueniunt, idcò ampliùs non inſiſto, ibi videatur. Ego nolo quòd plus mihi credatur quàm par ſit.

61 Iam vidiſti † ſolitum eſſe apponi in iſtis pactis, quod decedente filia ſine liberis, diſponere illa poſsit de medietate dotis, reliqua verò ad patrem teneretur ſi viuit, ſin minùs, ad illum, vel ad illos, ad quem, vel ad quos redire debere ordinaſſet verbo, vel ſcriptis. Vidiſti etiam quòd plura à me circa explicationem horum verborum, quę etiã in donationibus, quæ fiunt filijs à parentibus, cùm eos nuptui tradunt; quas tunc interpretabamur, ſunt ſolita apponi, dicta fuere in primo tomo clauſu. 4. gloſ. 24. ex num. 22. cum multis ſequentibus, quæ poſſunt hìc etiam accommodari. Eis nunc addo me vidiſſe, ſiue per incuriam Notarij, ſiue etiam donantis, qui non clarè loqueretur, factum, quòd hæc clauſula truncata, & diminuta remaneret in capitulis matrimonialibus, quia ſcilicet ſolùm ibi reperiebatur ſcriptum, & caſu quo filia decederet abſque liberis, poſſet de medietate dotis tantùm diſponere, quid autem de reliqua medietate eſſet faciẽ
62 dum, nec verbum vllum. Circa † quod cõſultus dixi, quòd probaretur in facto ſolita fuiſſe hęc pacta, modo quo nos in noſtra clauſula poſuimus, concipi, quo probato ex regula, quòd ſit minus ſcriptum, quàm dictũ, & ideò debeat haberi pro expreſſo, de qua in l. cum auus, de conditionib. & demonſtrationib. cum limilib. promiſi victoriam, propter quod cauſam moueri feci in Senatu, quę adhuc tamen pendet indeciſa. Habebam
63 ad id pulchrã † noſtri Senatus, vbi iam aliàs caſus ſucceſſerat, deciſionem, ſub die 16. Septembris 1594. quam vidi in Archiuo Regio, factam referente egregio olim Senatore Raphaele Alzina, inter Ioannem Vbae, & Ioannem Borrell, in caſu quo pater hæreditauerat filium, cum facultate diſponendi de viginti libris ſuper bonis donatis, ſi decederet ſinè liberis, & nihil fuerat dictum quid de reliquis bonis eſſet faciendum; probato autem quod nos ſuprà diximus probãdum, quòd ſcilicet communiter ſolebat dici, quòd reliquum rediret ad donatorem, vel
† ad eum, &c. fuit *declaratum* ita ſeruandum fore, quia minus ſcriptum, quàm dictum cenſeretur.

Alium extraordinarium caſum circa hos diminutos loquendi, ſeu mauis ſcribendi modos, vidi tractatum in Senatu de anno 1600. coram egregio tunc Senatore Ioanne Caſtello, in quo enodando non parùm fuit ſudatum. Ecce quòd in donatione omniũ bonorum nulla erat facta reſeruatio, ſed ſolùm hæc verba ſcripta: *Cum pacto, & conditione, quòd de tempore vitæ ſuæ poſſit teſtari, & codicillari ad omnes ſuas voluntates*; poſtea ſequebatur dictio, *& cetera*. Dubitatum fuit quisnam ſenſus his verbis daretur: ſi, quòd poſſet donator tellari de certa parte bonorum ad ſuſtinendum donationem vniuerſalem: vel de omnibus bonis ac ſi donatio facta non fuiſſet, ſicut fieri poſſe docuimus in primo tomo clauſ. 4. tota glo. 26. Et quamuis animus inclinaretur, quod donator voluit certam reſeruationem ad tellandum facere, ne corrueret donatio, cum ita ſit ſemper fieri ſolitum, rarò quòd de omnibus bonis donator non obſtante donatione diſponeret: verùm quia pro certa reſeruatione non erat quid certum expreſſum, quod

ſudi-

indicari potuiſſet voluiſſe donatorem reſeruare ſibi ad teſtandum, maluit Senatus *interpretari* mentem donatoris fuiſſe velle ſibi reſeruare facultatem diſponendi de omnibus bonis. Ad id non parùm mouebant illa verba, *quòd de tempore vitæ ſuæ, &c.* quę non tam applicabantur particulari diſpoſitioni faciendæ de certa parte bonorũ, quàm generali de omnibus. Fuit facta declaratio 16. Decembris 1583. Partes erant Thomaſia Alenya, & Iſabel Xammar. Habes in Archiuo Regio.

64 Et non ſolùm † in donatione hanc diminutionem vidi, ſed in teſtamentis etiam. Oſtenſum enim mihi non multis ab hinc, dũ hæc ſcribo, diebus, fuit vnum, in quo, in caſu quo decederet hæres ſine liberis, conceſſa fuit facultas diſponendi de certa quantitate ſuper bonis comprehenſis in inſtitutione, nullo aliàs dato ſubſtituto. Dixi rem hanc non eſſe conſiderandam ſicut eam conſideraui mus in donatione, cùm non ſit materia applicabilis: ſed tenendum eſſe, cẽſeri fideicommiſſum in eo caſu iniunctum hæredi in fauorem venientium ab inteſtato, ex traditis per Alciatum in conſil. 31. num. 8. lib. 9. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 5. num. 10. videndus idem Alciatus in conſil. 169.

65 circa fin. eodem lib. 9. Parcat † ijs Deus, qui nobis hæc mala fecerunt, id eſt, parcat Notarijs Deus, qui nos quotidiè pro reſarciendis ſuis defectibus inſudare multùm cogũt: ſi enim, vt debent, ipſi attenderent qualiter ſint inſtrumenta concipienda, non oporteret quòd in his tantum tempus cõtereretur.

66 Vltimò, † pro complemento huius gloſſæ eſt annotandum, quòd etiam ſi non fuiſſet dictum, quòd in caſu exiſtentiæ liberorũ, prout hic dicitur, poſſet fi'ia de dote diſponere, adhuc id facere potuiſſet, quia quãdo pater ſtipulatur, in vnum caſum, putà nõ exiſtentiæ liberorũ, dotẽ ſibi reſtitui, cenſetur in aliũ caſum donaſſe filiæ, l. inter ſocerũ, §. cum inter, de pact. dotalib. & eſt Bart. doctrina communiter approbata, vt per Alex. & Dec. in l. illã, C. de collationib. Caſtrenſ. in conſil. 145. lib. 1. Ripa in l. in quartam, n. 191. ad legem Falcid. cum alijs adductis per Rotam Romanam apud Seraphi. de Oliuar. deciſio. 568. num. 6.

67 Hoc † intrabar benè diſputare, an vt cenſeatur mulier diſpoſuiſſe de dote, vel de parte illius, iuxtà facultatem ſibi attributam in noſtro pacto, neceſſaria ſit ſpecialis, & particularis diſpoſitio, an verò ſufficiat generalis, quæ fit per inſtitutionem hæredis, vel per decedentiam ab inteſtato: ſed quia de hoc articulo, aut ſaltem valdè ſimili, latè egimus in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 5. numer. 63. glo. 9. par. 5. num. 14. & gloſſ. 23. ex num. 9. & in indiuiduo hunc articulum decidit Surd. in deciſio. 272. pro ea parte quæ tener ſufficere generalem diſpoſitionem, dicens ſic

† *declaratum* in Senatu Mantua. & de eo etiã pluribus agunt Menoch. in conſil. 210. Eſſe deciſio. 53. & nouiſsimè egregius Conſiliarius, ac Aduocatus Fiſcalis in ſupremo Aragonum Conclio, don Franciſcus Hieronymus Leo deciſio. Valenti. 58. per totam, vbi plures deciſiones illius Senatus in terminis noſtris terminantibus quando conceſſum eſt mulieri poſſe diſponere de certa parte do-

†† tis, dicit enim *deeſſum* ſæpiùs non fore neceſſariam particularem diſpoſitionem, ſed ſufficere generalem per hęredis in bonis ſuis inſtitutionem, de quo puncto alibi latiùs in hoc eodem libro, ideò hic ſubſilto.

68 Sed † non poſſum omittere alium punctum valdè vtilem, & neceſſarium in hac materia, quem non tetigi in primo tomo, nec alibi, & tamẽ eget neceſſaria explicatione, quia multos in hoc lapſos vidi. Ecce quòd prædicta procedunt quando facultas diſponendi reſeruatur domino, tunc dicunt Doctores ſufficere generalem de bonis ſuis diſpoſitionẽ, vt hac facultate vſus dici debeat teſtaror, & in his terminis loquũtur qui pro iſta opinione referuntur. Sed dubium eſt maximum, quid futurum quando hæc facultas non reſeruaretur domino, ſed imò alteri, qui dominus non eſt, quòd poſſet de certis bonis alterius diſponere concederetur, an per generalem diſpoſitionem bonorum ſuorum cenſeatur vſus facultate ſibi conceſſa. Qua in re diuerſimodè erit reſoluendũ, quàm reſolutum fuit in caſu quo eidem ipſi domino rei eſt facta reſeruatio, vt per generalem inſtitutionem hæredis, & diſpoſitionem de bonis ſuis factam non cenſeatur is, cui conceſſa fuit facultas, ea vſus fuiſſe, quia cum licentia non faciat eum dominum, nnn poteſt, ſi hæredem inſtituit, intelligi dominium ipſum tranſtuliſſe, l. hæreditas nihil aliud, de verbor. ſignificatione. Ita pulchrè diſtinguit Hieronym. Gabr. in conſil. 143. num. 6. lib. 1. Stepha. Graria. diſcepta. foreſi

† 50. ex nu. 19. vbi *deciſ.* Rotæ Romanæ pro hac differentia, & diſtinctione facta, Surd. in conſil. 357. num. 30. lib. 3. & nouiſsimè egregius Conciliarius in ſupremo Aragonũ Conſilio, don Franciſcus Hieronymus Leo deciſio. Valenti. 58. num. 18. Videnda eſt ad vniuerſam hanc materiam reſeruationis factæ, aut ab alio conceſſæ, pulchra deciſ. Antonij Monaci-Bonon. 71. vbi infinitos caſus ad eam intelligendam diſtinxit, quæ eſt ſemper memoria renenda ad iſtud propoſitum, & ſignanter videndus eſt is Doctor puncto

12. po-

12.posito post d.decis.71.nu.132. vbi differētiam etiā ponit, quam nos fecimus, inter facultatem reseruatam,& cōcessam,& rationem illius adducit, & anteà etiam puncto 7. nu.113. clarè eandem distinctionē probauit multis. Ad quod est multùm attendendum, quia vidi ex inaduertētia huius distinctionis non paucos errores commissos. Pulcherrima fuit facta *decisio* de hoc puncto in Senatu die 26. Aprilis 1591. referente egregio tūc Senatore, pollcà in supremo Aragonum Regente,don Ioāne Sabater, inter nobilem Franciscum Dardena,& nobilem Aluarū de Robles, vbi expressissimis verbis fuit facta, & approbata distinctio supradicta,dicendo, *Quòd respectu vxoris testatoris, quæ erat instituta hæres cum facultate nominandi vnum ex filijs suis post mortem suam, subsistebat institutio generalis vnius filij in bonis proprijs, vt diceretur facta electio,& nominatio in bonis etiam filiæ*. Sed respectu cuiusdam filiæ testatoris,cui in certo casu qui successerat,reliquerat nominationem,& electionem vnius ex filijs suis in hęredem,dixit Senatus, *Non censeri factam dictam nominationem, & electionem per nominationem hæredis in bonis proprijs: sed erat necessaria expressa nominatio,& electio in illis bonis, & expressus vsus illius facultatis, ex quo non erat filia nominata hæres, nec facta domina bonorum*, & ideò fuerunt adiudicata bona filijs illius,tāquam electione non facta. Quid pulchriùs potuit dici ad propositum? Nota alium pulchrū casum,qui contigit super hoc in Senatu disputandus. Ecce quòd quidam in capitulis matrimonialibus,hęreditauerat filios ex eo matrimonio procreandos, electione reseruata. Postea condidit testamentum,in quo relicto vxori vsufructu instituit hæredem suum vnū ex filijs suis,quem vxor nominaret, his verbis: *Item volo,quòd dicta vxor mea possit disponere de bonis meis,& facere hæredē filium, aut filiam nobis communem sibi beneviſum, & magis merentem*. Ista vxor postea in suo testamento, vtendo, vt dixit, expressim facultate sibi per virum attributa, nominauit hæredem in bonis viri, & suis vnam ex tribus filiabus,quas habebat ex dicto viro suo. Bis in Senatu vna ex dictis filiabus conquesta fuit de illis institutionibus. Primùm coram egregio tunc Senatore, postea Regiam Cancellariam Regente, Hieronymo Torner,de anno 1601. Et deindè in alia Aula corā egregio itidē, nūc primario Senatore Io. Gallego,de anno 1617. Prætendēdo primò testamenti à patre conditi nullitatem,ex eo quòd fuerat factum sine hæredis institutione, & erat captatorium,committens substātiam illius alteri. Et postea prætendit,quòd pater non poterat dici vsus illa facultate electionis, quam sibi reseruauerat in capitulis marrimonialibus, cùm non constaret aliud fecisse, quā quod retulimus suprà ex suo testamento, quæ non erat electio, & nominatio expressa,sicut requiri prætēdebatur; per quæ existimabat filia patris hęreditatem fore inter omnes æqualiter diuidendam in vim hęreditamenti in capitulis matrimonialibus facti in omnium fauorem, non obstante dicto testamento, cùm pateretur difficultates prædictas. Sed in omnibus succubuit. Quod enim attinebat ad nullitatem testamenti *dixit* Senatus, *Quòd prædicta dispositio patris erat sicut si dixisset se instituere vnum ex filijs suis, quem vxor nominaret, atque ita non carere testamentum hæredis institutione: &* 69 *quòd quādo relinquitur alteri nominatio incerti de certis, tunc dispositio non potest diei captatoria*, per l.in fideicommissaria 2.§.final. ff.de fideicommiss.liber.l.vrrum,§.cum quidam, & ibi Doctores ff.de rebus dub.plenè Didac.Couarru. in cap.cum tibi, nu.11. extra de testamentis. Super vltimo capite, si electiones, & nominationes erant legitimè factæ, non fuit expresse prouisum, sed tacitè saltem,fuerunt in ambabus sententijs *approbatæ* post longam de eis dispurationem, vbi notabis differentiam electionum,& nominationum: quæ enim facta fuit per patrem, ex quo ipse iure proprio, & in bonis suis fecerat reseruationem, admissa fuit generalis institutio in bonis in fauorem vnius ex filijs nominandis per vxorem,absque specifica mentione vsus facultatis reseruatæ: in vxore autem, quia facultatem non habebat iure proprio, nec in proprijs bonis, necessaria fuit illa specialis dispositio, de qua suprà, nec sufficiens fuisset generalis institutio in bonis suis,sicut in patre. Prior sententia lata fuit 3. mensis Octobris anni 1601. Posterior verò 28.mensis Iunij anni 1617. Sūt ambæ sententiæ in processu ducto inter nobilem Agnetem de Vilalba & Descall, & nobilem Elisabetham de Semmanat, penes Hieronymum Bosch.

70 Sed si is, qui habebat hanc facultatem disponendi moritur intestatus, quæro an succedant venientes ab intestato? Respondeo,eandem fore faciendam distinctionem: si reseruationem facit sibi dominus,non potest esse dubium quin succedant, prout ego latissimè probaui in primo huius operis tomo clausula 4.gloss.23.ex numero 9. ad hoc enim sunt accommodatæ illæ decis. Vincēt. de Franch.45.& 600. Surd.272. Sesse 48.& aliæ ibi relatæ. Quibus adde Anton.Monad. decisio.Bonon.71.puncto 7.num.106.secùs est si est reseruata, vel concessa facultas non

domino. Ratio eſt patens, quia ſi in iſto vltimo caſu non operatur expreſſa diſpoſitio de bonis ſuis, quomodo operabitur tacita per deceſſum ab inteſtato? l.conficiuntur,de iur. codicill. faciunt quæ in ſimili argumentatur à contrario Rot.Roma.deciſio.262.in fin.in 1.par.diuerſor.

71 Intraret † etiam optimè quòd diſputaremus, an conceſſa facultate diſponendi, cenſeatur conceſſa vt id fieri poſſit tam inter viuos, quàm in vltima voluntate: ſed quia id non cadit ſub noſtris capitulis matrimonialibus, in quibus latiſſimè, & liberè nimis ſolet concedi illa facultas æquè vnum actum comprehendendo atque alium, ideò hanc diſputationem omitto. Vide tamen, ſi caſum habueris, Rotam Roma.deciſion. 879. per totam, in recollectis ſecundo loco per Farinac. vbi diſputat latè de verbo, *diſponere*,an comprehendat tam actum inter viuos, quàm vltimæ voluntatis. Vide etiam ad idem Surd.in conſil.265.num.32.conſ.357. num.7. & conſil.380.num.33. Idem Surdus deciſio.272.num.12. & deciſio.279.num.7. Nat.in conſ.118.nu.5.& conſil.270.num.6. & nouiſſimè noſter Molinus de ritu nupt.& pact.in matrimo.conuen.lib.3.queſt.18.nu. 17. Et vide etiam pulchram Senatus deciſ. factam 16.Decembr.1600. referente egregio olim Senatore Ioa.Caſtello,inter Thomaſiam Alenya, & Iſabelam Xammar, in qua in hac forma reſeruationis, *quòd poſſet teſtari, & codicillari donator ad omnes ſuas vo*
† *luntates*, fuit *dictum* fuiſſe reſeruatam facultatem diſponèdi nedum in vltima volùtate, ſed etiam inter viuos: *Quia* (inquit) *quando reſeruatur facultas diſponendi per modum vltimæ voluntatis,comprehenditur etiam modus diſponendi inter viuos,quando præſertim nulla diuerſitatis ratio conſiderari poteſt.*

72 Intraret † finaliter videre, & examinare num per illa verba in noſtra donatione appoſita, *Promittunt dare,& ſoluere eidem,aut pro ipſa dicto futuro viro ſuo &c.* dici debeat maritus ſimpliciter ſolutioni adiectus,vel aliquid amplius. Sed id reperies explicatum in ſequenti clauſula cõſtitutionis dotalis, ad quem vſque locum oportuit differre.

SVMMARIA.

1 *Filij poſiti in conditione an dicantur vocati. quæſtio grauis.*
2 *Filij in conditione poſiti an cenſeantur vocati, ſtatur conſuetudini regionis ſecundum coniecturas quas approbauit.*
3 *Filij in conditione poſiti in Catbalonia non habentur pro vocatis niſi ex duabus coniecturis, vel quòd ſint grauati, vel quòd filij remotioris, & minùs dilecti ſubſtituti ſint vocati.*
4 *Franciſcus Ferrer notatur, quòd noluerit cõiecturã vocationis filiorum remotioris ſubſtituti fore admittendam ad vocationem filiorum proximioris.*
5 *Regula, ſi voluiſſet expreſſiſſet, eſt multùm frágilis, & parùm conſtans.*
6 *Et habet aliam contrariam,vna pars teſtamẽti declaratur per aliam.*
7 *Filij an & quando dicantur grauati vt propterea dici debeant vocati. vbi deciſio noſtri Senatus.*
8 *Filiorum remotioris ſubſtituti vocatio tunc demum influit in vocationem filiorum proximioris,quando illi ſunt ſub nomine appellatiuo vocati, non quãdo ſub nomine proprio.*
9 *Coniectura quæ deſumitur ex vocatione filiorum remotioris ad vocationem filiorum proximioris, procedit ex præſumpta mente teſtatoris.*
Teſtator ex quo prætulit filios minùs dilecti cenſetur etiam prætuliſſe filios magis dilecti. ibid.
10 *Prædilectio iſta conſideratur propter patrem, non propter ſe, vbi declaratur, & ideò non procedit coniectura,niſi quando filij vocantur propter patrem, non quando propter ſe.*
11 *Filij quando vocantur omnes nomine appellatiuo, non cenſentur vocati propter ſe, ſed propter patrem.*
12 *Filij quando non vocantur omnes ſub nomine appellatiuo,ſed nominibus propriis,dicitur vocati propter ſe.*
13 *Patre excluſo, cenſentur etiam excluſi filij vocati contemplatione patris, non filij vocati propter ſe appellatiuo, vel proprio reſpectiue nominibus.*
14 *Deciſiones Senatus in hac materia vocationis filiorum vltimi ſubſtituti vno, aut altero modo ad inferendum, vel non inferendũ ad filios primi ſubſtituti.*
15 *Filij vocati ſub nomine appellatiuo ſub aliqua tamen qualitate, quæ omnibus non æque cõuenit, non præſtant argumentum ad vocationem filiorum primi ſubſtituti.*
16 *Filiorum remotioris ſubſtituti vocatio nõ præſtat argumentum ad vocationem filiorum proximioris, niſi quando ſunt in connexis, & vnitis ſubſtitutionibus vocati: ſecus quando in ſeparatis, & de per ſe ſtantibus.*
17 *Subſtitutio vna declarat aliam in connexis, non in ſeparatis.*
Subſtitutiones quando dicantur connexæ, & catenatæ, & quando ſeparatæ, & non connexæ. ibidem.
18 *Teſtamentum, & diſpoſitio per relationem ad aliam ſcripturam, de iure valent.*

Capta-

19 Captatoria voluntas non dicitur quæ non dependet ex futuro arbitrio alieno, sed ex arbitrio alieno iam declarato.

20 Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus. vbi latè declaratur materia relationis huiusmodi.

21 Relatio fit, & fieri censetur tantùm ad ea, quæ in scriptura relata expressè continentur, & oculis corporeis legi possunt, non ad ea, quæ tacitè insunt, & seu intellectualiter colligi ex ea possunt.

22 Relatio, quæ fit ad id quod non apparet, nullius est momenti.

23 Relatio non fit nisi ad expressa, tam si ad scripturam eandē fiat relatio, quàm si ad diuersam.

24 Argumentum à fortiori, siue à minori ad maius.

25 Relatio censetur tātùm facta ad expressa principaliter in scriptura relata, non ad expressa incidenter, seu accessoriè.

26 Relatio semper censetur facta exceptis expressè dispositis in referente, ne per relationem eis fiat præiudicium.

27 Auctor hæc accommodabat pro defensione cuiusdam sententiæ, quam obtinuerat.

28 Distinctio facta num. 8. inter vocationem per nomen appellatiuum, & proprium, in dubium vertitur.

29 Filij positi in conditione, qualiter per fideicommissum succedant ex coniecturis, & reuocēt alienata per patrem.

30 Filij positi in conditione non admittuntur, secundum vnam opinionem, quamuis adsint coniecturæ, si eorū pater antea vocatus prædecessit. vbi decis. Senatus.
Alia est opinio, quòd imò admittantur. ibid. vbi decis.

31 Verior opinio est pro admissione filiorum.
Filij positi in conditione vbi adsunt coniecturæ, iudicantur ac si post patrem forent substituti. ibid.
Substitutus secundo loco non ex eo desinit admitti, quòd primus prædecesserit, & eius substitutio caduca fuerit effecta. ibidem.

32 Decisio Senatus ad litteram refertur si filij in conditione positi ex coniecturis admittūtur vbi eorum pater prædecessit.

33 Filij positi in conditione quando prædecessit pater, si possunt, & debent admitti, considerantur duo casus.
Primus est in fideicommissaria. ibidem.

34 Secundus in vulgari.

35 Filij positi in conditione in fideicommissaria post vulgarem, non admittuntur, etiam si adsint coniecturæ, si eorum pater prædecedit vocato ante eum.

36 Filij ex eo quòd sunt positi in conditione dubitatur an sint dispositiuè vocati.

37 Filij positi in conditione etiam si adsint coniecturæ, solùm censentur vocati ad portionem patris, cuius respectu fuerunt positi in conditione.

38 Conditio, si sine liberis, non subintelligitur in vulgari, sicut in alijs substitutionibus.

39 Filij positi in conditione ex coniecturis non possunt admitti in loco pleno, sed in loco vacuo.

40 Expressum semper excludit tacitum.

41 Substitutio expressa vnius personæ facit cessare tacitam alterius.

42 Transmissio facilius inducitur in filijs positis in conditione, quàm vocatio.

43 Transmissio ex quibus coniecturis fiat.

44 Transmissio nunquam habet locum ad exclusionem filij testatoris expressè vocati, & magis dilecti. vbi decisio nostri Senatus.

45 Transmissionis coniectura an & quando sumatur ex vocatione extranei.
Extranei vocatio solùm præstat coniecturam transmissionis in casu quo nisi transmissio fieret, admitteretur extraneus, quod esset cōtra præsumptam mentem testatoris. ibidem.

46 Filij positi in conditione non censentur vocati per coniecturam, quæ desumitur ex vocatione remotioris, nisi quādo nisi dicerētur filij proximioris vocati, admitterentur filij remotioris.

47 Coniectura vocationis filiorum primi substituti ex vocatione filiorum remotioris, impugnatur.

48 Coniectura vocationis filiorum primi substituti ex vocatione filiorum secundi, an procedat quando tantùm sunt vocati filij per vulgarem, remissiuè.

49 Vocatio per vulgarem respectu vnius, solùm potest præstare argumentum vocationis per aliam vulgarem respectu alterius, remissiuè.

50 Conditio, Si decesserit sine liberis, aut cum talibus, qui non peruenirent ad ætatē testandi, an censeatur adimpleta per decessum filiorum sine testamento per eos condito propter impedimentum patriæ potestatis, quānis peruenissent ad ætatem testandi.

51 Conditio potest per æquipollens impleri semper, si illa est posita ad consequendum certū effectum, qui æquè consequitur per illud æquipollens.

52 Conditio non dicitur merè voluntaria quando certus effectus est consideratus in eius adimplemento.

53 Conditio decedendi cum liberis, vel sine eis, voluntaria est.

54 In conditionibus voluntarijs merum factum inspicitur.

Vndè nulla extenſio permittitur, nec quod per æquipollens adimplementum illius fiat. ibidem.

55 *Deciſio in terminis in noſtro Senatu facta, q̃ non æquiparentur illi duo caſus, de quibus ſuprà num. 51.*

56 *Filius familias teſtatur in caſtrenſibus, & ad pias cauſas, patre conſentiente.*

57 *Impubes, nec patris voluntate, nec reſcripto Principis poteſt fieri habilis ad teſtandum.*

58 *Extenſio de tempore ad tempus difficilius fit quàm de caſu ad caſum.*

59 *Subſtitutio fideicommiſſaria, vtpotè odioſa, in dubio excludenda.*

GLOSSA X. PARS II.

De poſitione filiorum in conditione, an ob id cenſeantur vocati. Et de coniecturis vocationem inducentibus.

1 MEmini † quòd in primo tomo in alia ſimili huic clauſula, quæ eſt 4. gloſſa 24. occaſione illorum verborum, ſicut hic, ſic ibi poſitorum, *ſi ſine liberis deceſſerit*, in quibus filij ponuntur in conditione, tractaui arduam, & in palatijs frequentiſsimam, & quotidiè contingẽtem quæſtionem, ſi filij poſiti in conditione cenſentur vocati, & poſiti in diſpoſitione, quam licèt tunc excuſſerim valdè, nihilominùs reſtant adhuc plura quæ dicantur, quibus materia quæ tantopere practicatur, reddatur clarior, euidẽtior, & manifeſtior, quorum aliqua quæ viſa fuere vtiliora pro quotidianis controuerſijs hic inſerere decreui.

2 Ac primò quidem † animaduerto, quòd ſicut iam aliàs tetigi in primo tomo, vbi de hac materia tractaui, eà non æquallter recipitur in omnibus regionibus, & tribunalibus. Sunt etenim in quibus abſque vlla coniectura filij poſiti in conditione habentur eo ipſo pro vocatis, vt in vrbe Roma, & in Sereniſsima Republica Veneta, & alijs in locis. Sunt alia tribunalia, in quibus ſi non ſimpliciter recipitur filios poſitos in conditione eſſe eo ipſo vocatos, ſaltem ſi adſit quæcunque quantumuis leuis coniectura, ea ſufficiens iudicatur. Sunt tamen alia, quibus ratiter placet dictum glo. in l. Lucius, ff. de hær. inſtit. quæ eſt contra vocationem, vt exiſtiment nulla coniectura, quantumuis vrgẽti,

3 effici poſſe vt vocatio inducatur. In † noſtro Senatu nec ſimpliciter recipitur quòd inducatur vocatio abſque coniecturis, nec è contra, quòd ex quibuſcunque. Duas ſolùm, (quicquid ſe audiuiſſe de ſola coniectura digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum dicar Celſus Hugo in conſil. 20. numer. 30. & de cõiectura vocationis extranei vltimo loco, ego dixerim in loco infrà citando: comprobaui enim ex poſt, quòd in exemplaribus quæ ibi adduxi pro hac coniectura, non erat hæc ſola, ſed iuncta vel cum coniectura vocationis filiorum vltimi ſubſtituti, vel cum coniectura grauaminis.) Duas (inquam) dumtaxat approbat Senatus noſter ſemper egregius, quarum ſi deficit vna, aut altera, nihil prorſùs agitur.

Prima eſt, quando teſtator nõ ſiſtit in ſola poſitione filiorum in conditione, ſed vlteriùs progrediendo eos etiam grauat, tunc ne viſus ſit teſtator grauaſſe quos noluit honorare, intelligimus quòd voluit eos etiam vocare.

Secunda eſt, quando vocauit filios remotioris, & ſic minùs dilecti ſubſtituti, ex quo oritur coniectura pro vocatione filiorũ proximiorũ ſubſtitutorum: qui enim voluit ſuccedere debere filios remotiorum, & ſic minùs dilectorum, à fortiori iudicandus eſt voluiſſe quòd ſuccederent filij proximiorum, & ſic magis dilectorum.

Scimus has ſolùm coniecturas eſſe approbatas à Senatu, quia experientia multarum cauſarum in eo ductarum, & continua conuerſatio cum egregijs Senatoribus à multis annis, nos docuit, quòd niſi vna, aut altera ex dictis duabus coniecturis adeſſet, nõ benè erat clientulis. De eis lato ſermone egi in primo tomo citata clauſula 4. gloſſa 24. & deciſionibus Senatus exotnaui, vbi eſt videndum.

De prima coniectura reperi nunc egregiũ teſtimonium illius approbationis in quadã † *deciſione* facta in Senatu referente egregio olim Senatore N. Ruſſec 6. Septemb. 1561. inter quoſdam de Boxadors, vbi ſic dicitur: *Attẽto eſt receptior interpretatio per curias ſupremas approbata, extantque de his plurimæ Regiæ ſententiæ in hac patria filios in conditione ſubſtitutionis poſitos, & grauatos ſubſtitutos patri cenſeri, & ex teſtamento ſuccedere ac ſi in caſu purificatæ conditionis ſubſtituti expreſsè fuiſſent.*

De ſecunda iam alia adduxi teſtimonia in primo tomo, non eſt quod repetam.

4 Et quamois † Franciſco Ferrer moderno Scribente Ilerdenſi in ſuo commentario ad conſtitution. *Los impuberi*, gloſſ. 5. ex nu. 34. vltima ex dictis coniecturis non placuerit,

non

non arbitror tamen quod Senatus ex eius fundamentis mutabit ſententiam, quam ſemel, & toties amplexus eſt.

5 Illud † enim, in quo fundatur is Doctor, ſi voluiſſet filios primi vocare, illud expreſſiſſet, ſicut expreſsit in vltimo, & quòd quia non expreſsit, viſus eſt noluiſſe; maguam habet latitudinem, parùm conſtans eſt fundamentum, adeò vt metitò dixerit Socinus iunior in conſil. 103. num. 53. libro primo, hanc eſſe argumentationem brocardicam, & Illuſtriſsim. Cardinal. Mantic. de coniectur. vltimatum voluntatum lib. 6. titu. 12. num. 8. argumentum hoc lobricum eſſe dixit, & non abſurdè poſſe ad alterutram ſententiam accommodari, & reflecti.

6 Item † erat conſideraudum, quòd dicta regula habet aliam contrariam, quòd vna pars teſtamẽti declaratur per aliam, & ideò ſicut ex vna parte expreſsit, ex coniecturata mente dicendum eſt, idem in alia parte voluiſſe, quæ regula non tollitur, nec deſtruitur cum illa facilitate vti exiſtimat is Doctor, quia eſſet deſtruere totum ſtatum coniectoralem, quem tanti faciunt Doctores noſtri. Vide de iſtis duabus regulis contrarijs, & de illarum conciliatione latiſsimè apud Ludouicum Caſanate conſil. 6. ex num. 18. & conſil. 47. ex num. 44. & noſtrum Iacobum Cancer in 3. par. variar. cap. 20. de legat. ex num. 377.

7 Reſtat videre † quomodo dictę coniecturæ accipi, & intelligi debeant. De prima iam dixi in primo huius operis tomo in loco citato, qualiter debebant eſſe concepta verba vt grauamen filijs ad eliciendum coniecturam vocationis impoſitum denotent, vt ſcilicet non ſufficiat dicere, *Si filius meus ſine liberis, & liberi eius ſine liberis, &c.* ſed ſit neceſſum dicere, *Quòd filij poſiti in conditione, ſi ſine liberis deceſſerint, reſtituant hæreditatẽ, &c.* vel alia verba proferre, quæ id importent. Quod nunc confirmo quadam pulchra Senatus deciſione facta 21. Octob. 1594. referente egregio tunc Senatore don Ioanne Sabater, inter Margaritam Galuanya, & Geneſium Colomer, vbi fuit † *dictum, Quòd duplex conditio, in qua ſolet poni proles, videlicet, ſi deceſſerit ſine prole legitima, & naturali, vel cum tali non venienti ad ætatem teſtandi, nec importat vocationem prolis, nec grauamen illius, &c.* Vidi in Regio Archiuo. Nunc oportet quòd de interpretatione, & intelligentia ſecundæ coniecturæ, de qua frequentiùs incidit in forenſibus cauſis, & controuerſijs diſputatio, nonnihil dicamus.

8 Circa eã † eſt aduertendũ, quòd non procedit, ſecundùm aliquos, niſi quando ſub nomine appellatiuo ſunt filij ſubſtitutorum remotiorum vocati, veluti dicendo, *Subſtituo Caium, & eo præmortuo*, vel *poſt illum, illius filios, aut liberos*, aliàs ſi non nomine appellatiuo facta eſt vocatio, ſed nomine proprio, veluti dicendo, *Subſtituo Caium, & eo præmortuo*, vel *poſt illum, Titium illius filium*, tunc illa filij vltimi ſubſtituti vocatio, non importaret vocationem filiorum priorũ ſub

9 ſtitutorũ magis dilectorum. Rationẽ † dicũt eſſe, quia coniectura iſta, quæ pro filijs primo loco vocati, & ſic magis dilecti deſumitur ex vocatione filiorum vltimi ſubſtituti, & ſic minùs dilecti, vt illi etiam cenſeantur vocati, procedit ex præſumpta mente teſtatoris, quòd ex quo prætulit filios minùs dilecti, cenſeatur etiam præruliſſe filios magis dilecti, ex ratione l. Publius, §. fin. ff. de condit. & demonſt. & docent omnes qui de hac coniectura tractant abſque difficultate, & clariſsimè Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 6. tit. 20. de fideicommiſſ. defin. 1. nu. 12. & defin.

10 14. num. 6. vbi † prædilectionem conſiderat reſpectu partis, quia ſcilicet ſunt filij ex patre vel magis, vel minùs dilecto: legendus idem Fab. in d. defin. 1. in ſchol. num. 10. & defin. 23. num. 7. Vndè ſequi videtur quòd dicta coniectura non habet locum, niſi quãdo filij vocantur propter patrem, & contemplatione illios, non quando propter ſe.

11 Conſtat † autem (inquiunt) quòd quãdo vocantur omnes filij ſimpliciter nomine appellatiuo filiorum, dicuntur vocati propter patrem, & contemplatione illios, cùm eo caſu vocando omnes ſimpliciter per nomẽ appellatiuum, non videatur teſtator ad eos habere aliquam particularẽ affectionem. Quan

12 do † autem vocantur nomine proprio vel vnus, vel plures ex filijs, dicuntur vocati propter ſe ex particulari affectione, quam nomi nando eos, & præferendo alijs demonſtrauit ſe habere erga dictos filios, iuxtá doctrinam Alexan. Rauden. de analog. cap. 37. nu. 121. Magon. deciſio. Florenti. 16. nu. 43. & Man-

13 del. de Alba conſ. 57. nu. 18. lib. 1. qui † propterea volunt in primo caſu, excluſo ex aliqua cauſa patre, cenſeantur etiam excluſi filij. Sequitur ergo quòd coniectura prædicta ſolùm intrare debeat quando primo modo, id eſt, per nomen appellatiuum eſt facta omnium filiorum ſimplex vocatio, non quando ſecundo modo aliquorum per nomen proprium, vt egregiè docent Meno. præſumpt. 70. nu. 7. & 17. lib. 4. & in conſil. 200. nu. 12. lib. 2. & Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 21. de tranſmiſsio. nu. 93. qui differentias inter has duas vocationes adducit, de quibus eriã pulchrè per Raudenſ. & Alba vbi ſuprá.

14 Succeſſit † iſte caſus (ne arb itreris rem eſſe ſine fructu) diſputandus in Senatu de anno 1607. referente egregio Se nato. Hieronymo Senjuſt, in cauſa Aldunc iæ Guic, & Sperantiæ Baldric, contra Bartholomæum Coll, & alios, cuius ego memini in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 24. num. 7. qui quidem caſus 5. Decembris, vt ibi dixi, *deciſus* fuit in † fauorem filiorum primi ſubſtituti, ea præſertim ratione, *Quia teſtator vocauerat filios vltimi ſubſtituti, & ſic minus dilecti.* Sed tamen non fuit animaduerſum, vel ſi animaduerſum, noo tamen fuit habita ratio, nec facta differentia, ſi per nomen proprium, vel appellatiuum filij erant vocati.

Ducto tamen ad aliam Aulam in ſecunda inſtantia negotio, coram egregio Senatore Ioanne Magarola, alio mouente Aduocato, cæptum eſt tractari ex profeſsò de ſupradicta differentia, & diſtinctione, & ſententia † lata 27. Iunij 1615. *fuit* conſideratum, quòd vocatio filiorum vltimi ſubſtituti non erat in eo caſu facta ſimpliciter de omnibus filijs per nomen appellatiuum, ſed duorum ex illis iam natorum, proprio nomine eos nominando, in duobus gradibus ſubſtitutionis, & ſic non poterat dici eos eſſe vocatos propter patrem, & illius contemplatione, ſed propter ſe, ex ſingulari quadam affectione; propter quod fuit dictum non intrare coniecturam vocationis filiorum primi ſubſtituti ex vocatione filiorum vltimi, & hoc modo cõmutata prior ſententia. Vide eam, ſi caſus occurrerit, penès Ioſephum Cortes Notarium : verum eſt quòd ab ea pendet alia cauſa ſupplicationis in tertia Aula, ad relationem egregij Senatoris Franciſci Bonet indeciſa.

15 Idem † (ſi ſupradicta ſunt vera) procedere dicendum eſt, vbi teſtator, licèt de filijs meminerit vltimi ſubſtituti ſub nomine appellatiuo, eos tamen vocauit cum aliqua particulari qualitate, quæ non ineſt omnibus, veluti dicendo, *filios maſculos*, vel *filium primogenitum, filios iam natos*, cùm alij expectarentur naſci, & ſimilia; tuoc quia mentio ſic limitatiuè, diſcretiuè, ſeu reſtrictiuè aliquorum filiorum, ita vt alij omiſſi videantur, facta, etiam ſi per nomen appellatiuum, cenſetur facta ex aliqua particulari, & ſingulari cauſa, id efficere debet ſecundùm prædicta, vt propter ſe, & non propter patrem, & illius contemplatione vocati illi cenſeri debeant, eodem modo quo ſi per nomen proprium vocati forent, & ex conſequenti non præſtent coniecturam ad vocationem filiorum proximi ſubſtituti, ſicuti nec illam inducit vocatio aliquorum filiorum nomine proprio facta. Ita tenet Tor-

niel. in l. Gallos, in §. quidam rectè in quæſtionibus, numer. 15. ff. de liber. & poſthum. contra quem, licèt circa applicationem ad hunc caſum per dictum Torniellum factam de l. codicillis, §. inſtituto, de legat. ſecundo, nonnihil dicat Iacobus Menochius in tract. de præſumptionib. allegata præſumptio. 70. num. 18. verùm cùm eadem, vt idem Torniellus dicit, militer ratio in vno, atqui in alio caſu, ſequitur idem ius fore, & eſſe conſtituendum. Atque hæc de prima declaratione ſufficiant.

16 Eſt † ſecunda declaratio, vt non procedat coniectura niſi in contiouatiuis, & connexis ſubſtitutionibus, non in diuerſis, & ſeparatis, ac de per ſe ſtantibus. Ratio eſt euidens, & clara, quia illa coniectura vocationis filiorum primi ſubſtituti, ex vocatione filiorum vltimi, veoit ſine dubio ex eo principio, quo docemur io ſubſtitotionibus vnam declarari per aliam, ac vnam ex alia recipere interpretatiooem, vt docent omnes Doctores, & Scribentes, qui hanc materiam tractant, & ſignanter Ioann. Vincen. Hondedeus in conſil. 65. num. 34. volum. 1. & in conſil. 54. num. 37. verſicu. Sexta coniectura, volum. 2. poſt Aym. Crauet. in conſil. 62. num. 10.

17 Conſtat autem † quòd in ſubſtitutionibus ſeparatis, & diuerſis, ac de per ſe ſtantibus, vti ſub diuerſa forma, & cooceptione verborum factis, ex vna noo infertur ad aliã, nec ſumitur ab vna ad aliam interpretatio, ſed quæliber debet declarari per ſe ſecundùm ſuam conceptiooem verborum, ptout pulchrè, & eleganter docet Marc. Antonius Peregrinus de fideicommiſſis art. 22. oum. 29. meliùs idem Peregrin. cooſil. 29. num. 17. lib. 2. & conſil. 30. num. 6. in fin. libro 3. quibus in locis dicit, quòd vbi teſtator vſus eſt diuerſa forma ſubſtituendi, tunc ab vna ſubſtitutione ad aliam nõ infertur, ſed quiſquis ſubſtitutionum gradus ſecundùm ſuam formam iudicandus, & cenſendus eſt; & adducit Bart. in l. iam hoc iure, §. fin. de vulga. dicentem, quòd quando cooditiones ſunt ſeparatæ, de qualibet cooceptione ſeparatim iudicatur, nec de voa infertur ad aliam per illum textum, & in l. pater filiam, §. fina. ad legem Falcidiam, & in l. final. de iniuſt. rupt. Io. Baptiſta Laderch. Imolen. conſ. 58. nu. 14. Sfortias Oddus io conſil. 95. nu. 53. perpulchrè Bonifa. Ruger. conſil. 43. nu. 91. vbi declarat, quòd cùm in dioerſis teſtaméti partibus, & cum interuallo, nec ſub vna, eademque ſerie ſubſtituendi poſitæ ſunt ſubſtitutiones, tunc vna non declaratur per aliam, latè Iacob. Menoc. in conſil. 111. num. 24. verſic. Tertio admitto, & num. 33. verſ.

Non

Non obſtant, optimè etiam Hierony. Gabri. in conſil. 110. oum. 17. vbi dicit, quòd ex eo ſolo quòd teſtator addiderit aliquod principale verbum, cenſetur oouam ſubſtitutionem fecille.

Ad hæc attendendum eſſe multùm, qui hanc opinionem tenent, docent, quia in hoc multi decipiuntur, ſicut in primo caſu, accipientes indiſtrictè cooiecturam à vocatione, quam inueniunt in calce teſtamenri ad fauorem filiorum vltimi ſubſtituti, circa quam hæc ſemper ſunt memoria tenenda, vt diſtingui caſus valeant. Solùm eſt difficultas, quomodo cognoſcetur quando ad propoſitum dicentur ſubſtitutiones diuerſæ, & ſeparatæ, & quando connexæ, vnitæ, & coniunctæ. Super hoc noo poſſum ego tibi certam regulam conſtituere, cùm ſit materia, quæ ſecundùm caſuum occurrentiam eſt iudicanda, multùm te ad id iuuabunt Doctores, quos ſuprà citani, & Caſana. qui multùm abundè explicationem ſubſtitucionum connexarum, vnitarum, & catenatarum ſuſcepit, in conſil. 47. ex num. 77. cum multis ſequentibus, ac etiam Rota Romana in deciſio. 14. in penultim. volum. ex recollect. per Farinacium nouiſſimè, & deciſio. 453. in vltim. volum. vbi videas. Adde Io. Garcia de nobilita. in diuiſ. num. 24. & 27.

18 . Eſt tertia † declaratio quaſi conſurgens ex præcedenti, vt non procedat coniectura niſi quando filij vltimi, ſeu remorioris ſubſtituti ſunt vocati in eodem teſtamento, ſeu ſcriptura, non qoando in diuerſa, & ſeparata, maximè alterius perſonæ, ad quam fiat per teſtatorem relatio, vt ecce. Cootingit perſæpè quòd teſtator poſt vocatos in inſtitutione, & ſubſtitutionibus omnes filios ſuos, deindè neſciens quem vocare poſt eos, dicit velle ſe quòd illis deficientibus ſua ipſius hæreditas ſequatur vincula, & ſubſtitutiones appoſita, & appoſitas in teſtamento (ponamus) patris ſui, & in eo reperitur quod pater vocauerat filios vltimi ſubſtituti. Huc intrat quæſtio, ſi ex illa vocatione, quæ eſt in ſcriptura relata poſſit ſumi coniecturata ad vocationem in ſcriptura referente, filiorum nempè priori loco ſubſtitutorum, qui inibi fuerant poſiti in conditione. Et licèt communiter dicatur, dicique ſoleat huiuſmodi diſponendi modum validum eſſe, etiam ſi eſſemus in hæredis inſtitutione, ſine vitio
19 captatoriæ voluntatis, cũ huiuſmodi † diſpoſitio non pendeat ex futuro arbitrio alieno, ſed ex arbitrio alterius iam declarato, vt notabiliter declarat Peregri. de fideicõmiſſ. art. 33. oum. 61. poſt Alexan. in conſil. 81. colum. 2. lib. 6. Decium in conſ. 362. & 497. ac alios quos allegat don Garcias Meſtril. deciſio. Sicil. 190. nom. 2. & Franc. del Caſtillo
20 deciſio. 50. Et licèt † etiam communiter dicatur io iſto caſu quo ſit relatio ad aliã ſcripturam, fieri coniunctionem duarum ſcripturarum, refereotis, & relatæ, tali modo quòd videantur eſſe vna ſola, & quod continetur in relato cenſeri contineri io referente, cùm relatum ſit iu referente cum omnibus ſuis qualitatibus, nec agatur ex referente, ſed ex relato; de qua re, imò de tota relationis materia, ſi plura exactè ſcire volueris, recurre ad Doctores infraſcriptos, qui ex propoſito eam declarandam ſuſceperunt, taliter quòd nihil in hac materia requiri poſſit quod ipſi non tradant, Tiraquell. in legib. connubialib. circa finem libri gloſ. 7. verb. *Expres*, ex oum. 182. Simon de Pret. de interpretat. vltimarum voluntatum ſolut. 2. ex nu. 185. fol. 269. Ludouic. Caſana. pleois conſſ. 56. & 57. & nouiſſimè Ioannes del Caſtillo Sotomaior in tracta. de coniectur. vltim. voluntat. lib. 4. tot. c. 43. Hæc tam magna vnio, & tã magna connexitas inter relatũ, & referens, videtur operari, qoòd ſicut coniectura ſumeretur ex referente, ſi in eo cõtineretur quod in relato, ſic ſumi debet ex contentis in relato, cùm verè, & propriè, vt prædicti DD. docent, relatum ſit in referente. Nihilominùs †
21 contrarium in caſu occurrenti videtur coocludendum, ea breui, & ſuccincta ratione, quia ſupradicta procedunt, & locum ſibi vendicant quoad expreſſa in relato, quæ oculis corporeis ioeo leguntur, ac legi poſſunt, non quoad ea quæ tacitè veniunt, & ex eo iotellectualiter, & per operationem intellectus deducũtur, ad quæ oon accommodatur voluntas refereotis, Dec. in cap. ſecũdò requiris, nu. 24. extra de appellat. & in conſil. 190. nn. 8. Feli. in cap. cauſam quæ, n. 4. io 8. limit. de reſcript. Ruin. præ alijs viden. quia latiùs omnium declarat, io conſil. 106. num. 3. verſ. Sub hac, cum num. ſequent. volum. 4. pulchrè Bar. in l. qui liberis, §. hæc verba, nu. 7. ff. de vulga. Alexã. in conſil. 174. nu. 6. vol. 5. Marta de clauſ. 3. par. clao. 75. incip. Saluo vt infrà, o. 2. verſ. Declararur, in codicib. ad ditio. plures allegat Anto. Gab. in com. opi. tit. de clauſu. couclu. 9. nu. 17. honitat. 11. qui licèt citet in contrarium Dec. ac illum quidẽ ſolum, in meo tamen codice nihil de huc dicit; & quomodo id dicere poterat, ſi aliud tam claré vidimus dixiſſe ſuprà? Surd. deciſ. 85 nu. 3. & conſ. 123. oum. 13. lib. 1. Gratia. diſcep. foren. 104. nu. 5. lib. 1.

Et hoc eſt † quod dicunt Doctores, relationem factam ad id quod oon appatet, nullius eſſe momenti, & id ad quod ſit relatio oporrere eſſe certum, non ambiguũ, de quo per Aymo. Crauet. in conſil. 807. num. 3. &

4. volum. 5. & Alexand. Raudenſ. in conſil. 26. num. 158. Ioannes del Caſtillo Sotomaior vbi ſuprà num. 2. vbi dicitur, quòd relata mens, ſiue voluntas teſtatoris dicitur quãdo de ea non conſtat per verba, ſed ſequitur mens ad aliud diſpoſitum expreſſum; nota verbum, expreſſum: quo etiam loquẽdi modo vſus eſt Simon de Pretis vbi ſuprà.

23 Id quod † Doctores procedere volunt ne dum in ſcripturis diuerſis, quando diſponẽs ſe refert in vna ad aliam alterius perſonæ, quod minus eſt, ſed etiam quando ad eandem ſuam ſcripturam, quod magis eſt: nec ibi volunt quòd veniant quæ tacitè ſubintelligũtur, nec quæ intellectualiter percipi poſſunt, ſed quæ oculis corporeis; qui eſt caſus, in quo loquuntur omnes ferè relati Doctores, veluti quando dictum eſt, legatum deueniat ad infraſcriptos hæredes, &c. intelligitur enim ad eos, qui leguntur ioibi oculis corporeis, non ad illos, qui aliàs appellatione hæredum venire de iure poſſent, pront exemplificant in hoc, & in alijs caſibus ſuprà citati Doctores.

24 Et per hoc † ſatisfit obiectioni, quæ mihi per Iudices fiebat in cauſa de qua infrà, cui ego hæc accommodabam, quòd citati Doctores non loquuntur in iſto caſu, quando relatio fit ad aliam ſcripturam: dicebã enim, & dico, quòd plus procoldubio eſt eos loqui quando ipſi ſe ad propriam ſcripturam referunt: ſi enim in relatione ad propriam ſcripturam nolunt Doctores plus venire, quàm quod legitur ibi oculis corporeis ſcriptum, non quod per aliquam interpretatiooem poſſet ex coniecturata mente ſui ipſius colligi; multò magis eſt dicẽdum in relatione ad ſcripturam alienam non venire alia, quàm quæ ibi legi poſſunt, & ſic noo venire quæ conditorem ſcripturæ relatæ ex coniecturis colligi poſſet voluiſſe comprehendere: plus enim eſt ſine dubio velle accommodare mentem referentis ad tacitam mẽtem relati orientem ex alia ſcriptura, quàm ad tacitam mentem ſui ipſius, ex alia parte eiuſdem ſui ipſius ſcripturæ reſultantem: ſi igitur illud vltimum non permittitur, nec permitti debet primum. Hæc clariora iudico, quàm quod debeant vlteriùs cõfirmari: ſtat enim ratio naturalis pro eis, de qua iam in alijs locis dixi quantum poſſit.

Quid quod? Doctores non ſe reſtringunt ad relationem ad eandem ſcripturam, imò quod de ea dicunt, probant ex regula generali, quòd relatio non fit niſi ad ea, quæ oculis corporeis leguntur, non ad ea, quæ tacitè veniunt, quæ æquè accommodatur vni caſui, atqui alteri. Adde, ſi non quieſcis dum Doctorem in terminis non habes, qui loquatur in relatione ad aliam ſcripturam, Mariani Socin. iun. in reperitio. l. ſciendum, num. 78. verſ. Vel poteſt, ff. de legat. 1. qui in eo caſu loquitur, quem deſideras.

Quamuis igitur in ſcriptura relata legatur vocatio filiorum vltimi inibi ſubſtituti, quæ quoad bona diſponentis poſſet operari vocationem etiam ſubſtitutorum primo loco, non tamen propterea dicere poterimus, quòd etiam operetur vocationem filiorum primi ſubſtitoti oominati in ſcriptura referente.

25 Plus dicunt † Doctores, per quod confirmatur magis intentum, ſtringendo magis materiam, quòd nec eriam ad omnia expreſſa in eadem, vel diuerſa ſcriptura cenſetur facta relatio, ſed ad ea tantùm quæ ibi principaliter, non ad ea, quæ incidenter, ſeu acceſſoriè ſunt poſita, & expreſſa, ſecundùm ea quæ ponit Bart. in l. fina. §. Titia, in fin. de libera. lega. Surd. in conſil. 220. num. 23. & 24. vbi ponit, quòd nec etiam fit relatio ad ea, quæ in relato ſunt ſub conditione, idem Surd. in conſil. 381. num. 25. & conſil. 430. numer. 10.

26 Conſideraudum † finaliter eſt, quòd iſta admiſſio filiorum poſitorum in conditione, tanquam ex tacita vocatione, ſemper fit ad excluſionem aliorum expreſsè vocatorum, quod non poteſt applicarì in hac materia relationis ad aliam ſcripturam, ex alia regula io materia relationis certa, quia relatio ſemper cenſetur facta exceptis expreſsè diſpoſitis, id eſt, ne per relationem intelligatur præiudicatum expreſsè diſpoſitis in ſcriptura referente, nec réceſſum ab illis per relationem ad aliam ſcripturam, ne expreſsè diſpoſita in ſcriptura referente habeant locum, vt benè probat Pariſ. conſil. 39. ex nu. 18. lib. 1. Bec. conſil. 101. num. 79. lib. 1. Sequitur ergo quòd ex coniecturis reſultantibus ex ſcriptura relata, non poteſt inferri ad vocationem filiorum poſitorum in conditione in ſcriptura referente, quia ſi id fieret, ceſſarent vocationes expreſſæ factæ in dicta ſcriptura referente, quod non permittitur. Per quæ arbitror habes ſatis hanc relationis materiam enodaram.

27 Hæc † ego accommodabam ad ſuſtentationem cuiuſdam Regiæ ſententiæ, quam ad relatiooem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor, in fauorem Michaelis Cellera, contra Antonium Galter loci de Salra, mei clientuli, in hac materia obtinueram, ſub die 10. Iunij 1618. quæ in alia Aula ad relationem egregij etiam Senatoris Franciſci Gamis in gradu ſupplicationis naufragiom patiebatur, & patitur non modicum. Ex quo enim pater in ſuo teſtamẽto poſt digreſſum ad plures gradus ſubſtitutionum in fauorem filiorum

filiorum ſuorum, tam maſculorum, quàm fœminarum, dixerat, quòd deindè volebat ꝙ ſua hæreditas, & bona ſequerẽtur vincula, & cõditiones, ac diſpoſitiones appoſitas, & cõtentas in teſtamento matris ſuæ, quæ fuerat domina eorundem bonorum, & in eo reperiebatur vltimo loco vocatus quidã patruus teſtatricis, & eo præmorruo, illius hæres, qui cunque eſſet, dubitabamus, ſi hæc præſtabãt coniecturam ad vocationem filiorum primi ſubſtituti in conditione poſitorum in teſtamento patris, qui prędeceſſerat hæredi: quia enim in vltima ſubſtitutione, ad quam ſe referebat pater, reperiebatur vocatus hæres vltimi ſubſtituti, id plus eſſe per aliquos dicebatur, quàm vocare filios illius. Sed reſpondebam per ſuprà adducta, quòd ea vocatio erat non filiorum ſimpliciter per nomen appellatiuum, ſed cuiuſdam perſonæ cum illa qualitate hæreditaria, quæ ſi in filio vocaro non fuiſſet operata dictam vocationem, multò minùs in alijs deberet id operari. Et deindè dicebam, quòd teſtator quãdo ſe retulit ad teſtamentum matris, alio ſubſtituendi modo vſus procul dubio fuit, quia primæ, ac primi teſtamenti ſubſtitutiones in fauorem liberorum factæ, omnes erãt perſonales, & nominales, poſteà verò reliquit eum loquendi modum, & onerando hæreditatem, & ſic ſubſtitutionem realem faciendo proceſſit; vndè dicebam ſuccedere quæ de ſubſtitutionibus diuerſis, & ſeparatis docuimus, quòd ex vna non inferebatur ad aliam: & denique allegabam quæcunque ſuprà de natura relationis docui, licèt illud nõ fuerit ita extẽsè ibi diſcuſſum. In prima ſententia, vt dixi, benè res ſucceſſit, non eſſe locum vocationi ex defectu coniecturarum,
† fuit *declaratum*. In ſecunda inſtantia adhuc ſub iudice lis eſt.

28 Circa † primã ex dictis declarationibus, ego niſi timerem vni, aut alteri ex partibus de ea contendentibus præiudicium inferre in cauſa, quæ adhuc, vt dixi, indeciſa pẽdet, meum libenter interponerem iudicium, aperiremque ſententiam; ſit tamen per modũ animaduerſionis dictum, eam diſtinctionẽ, & differentiam inter vocationem factã per nomina propria, vel appellatiua, non videri iure probari poſſe: vix enim credet quiſquam, quòd magis ad vocationem filiorum primi inſtituti, aut ſubſtituti inferat vocatio filiorum vltimi per nomẽ appellatiuum, quàm per nomen proprium, cùm in vtraque vocatione (quæ eſt ratio approbationis coniecturæ) ticeat ſemper dicere, quòd ex quo magis dilexit inſtitutos ſubſtitutis, ita veriſimiliter inſtitutorum filios in conditione poſitos liberi ſubſtituti prædilexiſſe, ſatendum eſt, Seſſe poſt Cephalũ, & Menochium præſump. 65. nu. 9. in 1. par. quibus adde Caſſana. in conſil. 48. num. 112. vbi ex alijs docent ſimpliciter, ꝙ filiũ prędiligens cenſetur etiam prædilexiſſe omnes eius deſcendentes. Idem dicit cum alijs Riminal. iunior in conſil. 200. Et etiam quia in vtraque vocatione eſt ſemper verum dicere (quod ſæpè pro hac coniectura ponitur in motiuis) filios ſubſtitutorum in remotiori gradu exiſtentiũ non debere eſſe melioris conditionis, nec præſumi magis dilectos, quàm filij anteà vocatorum, ex l. Publius, §. Titia, de conditionib. & demonſtrationib. Nec (quod plus eſt) Doctores, qui pro hac diſtinctione adducuntur, eam probare videntur eo modo quo deberent. Videtur ergo (ſub cenſura doctiſſimi Senatus) quòd vel in omni vocatione coniectura eſt admittenda, vel in nulla, cùm ſufficiens ratio differentiæ non adducatur. In alijs benè poteſt eſſe priuilegiata vocatio per nomẽ proprium, ſed non videtur quòd in hoc: cogita igitur. Ego benè deſiderarem firmam eſſe hanc differentiam pro meo cliente, de quo ſuprà, ſed non video benè illi affectos Dominos.

29 Vis & alia † in hac pulchra, & practicabili materia poſitionis filiorum in conditione? Etiam, ſi pulchra ipſa ſunt, & practicabilia. Si erunt pulchra, tu iudicabis: practicabilia ſaltem nõ negabis, ego certò ſcio. De iſta materia ſolemus dupliciter tractare, & ſeu filij in conditione poſiti ſolent in duobus caſibus velle admitti ad hæreditatem teſtatoris, qui eos poſuit in conditione. Primo modo, illoque frequenti, & ordinario, quando ſucceſſio prius habuit locum in fauorem patris, mox ille deceſſit cum liberis. Hæc exiſtentia liberorum excludit ſine dubio ſubſtitutum, & ſi adſunt coniecturæ, admittuntur illi ad hæreditatem poſt patrem, tãquam vocati à teſtatore per fideicommiſſum, ſiue velit, ſiue nolit pater, & admiſſi reuocant alienata per patrem, ſi quæ fuerũt, quia de eis prout de ſubſtitutis in dicto caſu iudicandum eſt, prout optimè probat Hieronym. Gabr. in conſil. 115. per totum, & ſignanter num. 11. lib. 1. Peregrin. de fideicõmiſſ. art. 15. num. 37. Anto. Theſaur. deciſio. 96. num. 2. Ruſti. in tract. de filijs poſitis &c. in proem. num. 2. & ad l. cum auus cap. 13. numer. 21. libro 4. Hic eſt ordinarius caſus, qui contingit in hac materia, & ordinarius modus, quo inducitur vocatio filiorum, nec habet difficultatem.

30 Secundus verò † caſus eſt, cùm pater ſubſtitutus, cuius filij ſunt poſiti in conditione, moritur ante inſtitutũ, & ſic caducatur eius ſubſtitutio, & vocatio. Dubium eſt in iſto caſu

casu cesset ne etiam vocatio filiorum in cõditione positorum, quamuis adsint cõiecturæ. In quo duas reperio extremas opiniones, quarũ prima negat admissionem filiorum moriente patre ante lucrum ei quæsitũ. Alia verò est affirmans, quæ non requirit acquisitionem præcedentem in patre. Primam defendunt Corne. in cons. 180. Multitudo, in primo dubio vol. 4 & Curt. iun. in cons. 96. num. 5. quos refert Mar. Anton. Peregri. de fideicom. art. 28. num. 25. Eis adde Soci. iun. in l. Centurio nu. 297. vers. Tertiò quia, ff. de vulga. Secundam verò, & posteriorem sententiam sequuntur Hieronymus Gabriel in cons. 115. lib. 1. relatus per Peregri. vbi supra, qui plus temporis in ea confirmanda, quam alij consumpsit, & idem Peregrin. ibidem. Eis adde Nico. Boer. decis. 155. n. 13. vers. Tertia vtilitas, & Rutti. in trac. de filijs positis &c. in procem. num. 4. & in Cõmen. ad l. si anus lib. 4 cap. 13. num. 27. cum alijs multis quos ipse allegat. Pro vtraque opinione sunt decisiones. Pro hac posteriore dicit Peregri. sic se vidisse *iudicatum* ex iuditio prætorio. Pro priore verò Senatus noster *declarauit* in illa illorum Galters & Cellera, de qua suprà, sententia lata 10. Iunij 1619. referente egregio Senatore Hieronymo Astor, Actuario Ioan. Payssa.

31 Verior opinio † est quod non requiratur acquisitio patris præcedens, vt filij admittantur. Ratio est quia de istis filijs iudicatur ac si post patrem substituti forent, vt suprà probatum is, constat autem quòd secundò substitutus non ex eo desinit admitti quòd præmoriatur primus substitutus, qui eum præcedit in gradu substitutionis, vti habetur in l. quãdiu 3. de acquir. hæred. & in l. coheredi in prin. de vulga. & pluribus declarat Gab. in d. cons. 115. ex num. 8. cum sequent. & antea in cons. 95. num. 19. & 20. eo. lib. 1. tota de hoc est decis. Thesau. 86. viden. & Alex. Ambrosi. decis. Perusi. 44. per tot. & signanter ex num. 18. par. 2. qui pulchrè tibi explicant quid fiat quòd caducato primò substitutionis gradu viuo adhuc hærede primò loco instituto, subingrediatur vocatus in sequenti gradu, & intret in illius locum.

32 Et quia † per hæc, resolutio Senatus nostri suprà relata in causa illorum Galters & Cellera, qua *declaratum* fuit nõ intrare materiam filiorum positorum in condtione ex quo pater primò vocatus decesserat ante quàm sua vocatio haberet locum, patiebatur difficultatem, oportuit quòd in causa supplicationis coram egregio Senatore Francisco Gamis articulum hũc ampliùs tractaremus, & disputaremus. Dicebam ego pro defensione sententiæ, & declarationis, quòd Senatus non dixerat simpliciter, quòd filij positi in conditione non debeant admitti cum adsunt coniecturæ, quando prædecessit eorum pater, & per illius præmortientiam illius vocatio fuit effecta caduca, sed limitatè, & restrictè, quòd in casu occurrenti ob dictam præmortientiam nõ poterant admitti filij positi in conditione, etiamsi adfuissent coniecturæ, his verbis. *Ceterum quia vocatio dicti Bernardi Galter patris prædicti Antonij fuit expressè facta à testatore in casu quo ipse Bernardus tempore mortis Antonij primi hæredis viueret, & hæres esse vellet, qui casus non euenit, cum mortuus fuerit hærede prædicto superuiuente, & sic fuerit gradus dictæ substitutionis caducatus remãseritq; hæreditas penes hæredem cum onere restituẽdi illam Petro secundo substituto, qui superuixit tẽpore mortis suæ. Et filij dicti Bernardi tunc demum fuerunt in conditione positi casu quo eorũ pater superuixisset, & hæres fuisset &c.* In quo casu qui successit non poterat aliud dicere Senatus, nisi quòd non intrabat materia, si filij positi erant vocati, vel non. Quod quia pulchrum est, & deseruit pro declaratione suprà adductorum, ego hic breuibus examinabo, & dilucidabo.

33 Dico igitur, † dupliciter, & in duplici specie substitutionis posse, & debere cõsiderari hunc articulum, si præmorientes patre substituto intrant ex coniecturis eius filij in conditione positi. Primò in substitutione fideicommissaria, quando dictum est, *& si filius meus decesserit sine liberis substituo Caium:* & in isto casu procedit opinio verior, quam suprà retulimus, quòd præmorientia patris non nocet filijs in conditione positis, quin moriẽte postea instituto absque liberis, ipsi admittantur tamquam substituti, & in hoc casu loquuntur Doctores pro ea opinione suprà citati.

34 Secundò † hæc quæstio, & iste punctus possunt considerari in substitutione partim vulgari, partim fideicommissaria, quę solet communiter apud nos fieri, dicendo prout communiter dicitur. *Et si dictus N. hæres primò loco institutus tempore obitus mei vivus non erit, aut erit, hæres tamen meus non erit, aut erit, & postea quandocunque decesserit absque liberis legitimis & naturalibus, aut cum talibus &c. in bis casibus, & quolibet ipsorum substituo, & hæredem meum vniuersalem facio, ac instituo N. alium filiũ meum si tunc viuet, & hæres meus esse volet. Et si tunc non viuet, aut viuet &c.* dic vt
35 suprà. In isto casu, † si succedit substitutum decedere ante institutum, quo casu eius substitutio sit caduca, tunc quamuis relinquat filios qui fuerant in conditione positi, & ad

sint

sint coniecturæ vocationis, non possunt dici vocati, nec admitti decedente eo qui dictũ substitutum in gradu præcedebat absque liberis; nec in isto casu possunt applicari do-
36 ctrinæ Gabriel. & aliorum suprà adductorũ. Ratio † est clara, & manifesta, quia si ex eo quòd sunt positi in conditione dubitatur an sint dispositiuè vocati, igitur dubitatio cadere nequit nisi vbi filij sunt positi in conditione, ac conditionem faciunt, & quoad illam personam dumtaxat, ac in illo solùm casu, quo fuerunt in conditione positi, quod (vt in vno omnes habeas) vide plenè confirmatum per Peregri. de fideicom. art. 28. nu. 19. cum tribus seqq.

37 Hinc dicimus, † quòd filij positi in conditione, quando extant coniecturæ vocationis, ad portionem patris censentur solùm vocati, non cohæredis, & patrui, quia respectu patris tantùm, & in illius substitutione fuerunt positi in conditione, prout probat latissimè Rusti. in cita. tracta. de filijs positis &c. lib. 5. cap. 9. ex num. 1. Mantica de coniect. vltimarum voluntat. lib. 11. titu. 3. num. 27. Natta consil. 501. num. 7. Thesaur. decisio. 248. num. 18.

Hic autem, & in casu quem tractamus, non erat, nec est appositа conditio, *si sine liberis*, vt clarè constat ex figuratione casus suprà facta. Fecit enim testator duas substituriones: vnam vulgarem, & ibi nihil dixit de filijs: & aliam fideicommissariam, &
38 ibi filios posuit in conditione. Nec † subintelligitur de iure in ea vulgari expressa substitutione, nec supplerur (quicquid sit in cõpendiosa vtramque substitutionem comprehendente, in quo non immoror, quia non expedit, vide tamen latè apud Rusti. in l. cũ auus, lib. 1. cap. 13. per totum, de condition. & demonstrationib.) quia de hac iura non loquuntur, vt dicit gloss. verb. substituit, in l. generaliter, C. de institutionib. & substitutionib. quam ibi not. Albeti. & Io. Bapti. de Sancto Seuerino, & communem dicit Soci. in repetitio. l. cum auus, num. 18. & 19. ff. de conditionib. & demonstrationib. vbi dicit in iudicando, & consulendo ab hac communi non esse recedendum, latè Peregrin. art. 34. nu. 95. pulchriùs Iosep. Stepha. decis. 90. ex num. 4. Sequitur ergo quòd cùm successerit casus substitutionis vulgaris, quia is qũi erat substitutus primo loco decessit ante hæredẽ, ideò non intrant eius filij ad exclusionem secundi substituti post illum vocati, quia in isto casu, qui euenit, filij non erant positi in conditione, sed in casu tantùm fideicommissariæ, quæ non successit. Benè ergo dixit Senatus in causa illorum Galters in casu qui successerat, quòd pater, cuius filij erant positi in conditione, decessérat ante hæredem, & sic intrabat expressa vulgaris in fauorem sequentis substituti, non intrare filios positos in conditione, etiam si adessent coniecturæ, quia in illo casu oõ fuerant in conditione positi.

39 Additur † finaliter, quòd vt filij intrent per suam tacitam vocationem, (tacita enim est, non expressa, quæ fit ex coniecturis, vt palàm est) oportet quòd inueniant locum vacuum, non plenum, id est, primò ipsorum existentia excludat substitutum expressum, & deindè, eo excluso, intrent ipsi ex sua tacita vocatione, vt superiùs probauimus; ergo vbi in aliquo casu erit datus substitutus expressus, qui non sit exclusus per existentiam filiorum, impossibile est quòd possint intrare. Sed sic est, quòd in ista substitutione vulgari, de qua agimus, semper gradus substitutionis est plenus, cùm qui in illo casu vulgariter est substitutus, non excludatur per existentiam liberorum, ex quo in illo casu non sunt positi in conditione. Sequitur ergo quòd dicti filij in eo casu non possunt
40 prætendere se intrare posse. Facit † regula, quòd semper expressum excludit tacitum, nunquam è contra, in substitutionibus. Surd. decisio. 38. num. 28. vbi dicit, quòd non curamus de tacita voluntate, quando apparet de expressa. Idem Surd. decisio. 152. num. 3.
41 & 17. vbi dicit † substitutionem expressam vnius personæ facere cessare tacitam alterius, latè Bec. consil. 39. num. 24. qui est viden. Ad hæc attende, quia per ea multùm, vt arbitror, fit clara hæc materia. Expecto videre si Senatui placebunt in causa suprà enarrata in secũda instantia, vbi de eis nonnihil agimus, sicut placuerunt in prima.

Hæc materia non est impertinens, nec aliena à nostris capitulis matrimonialibus, quæ explicamus, nec ab illius materia: ponuntur enim & in eis filij in conditione, vt vidisti, ideò non est absurdũ, quòd eam materiam vlteriùs prosequamur, vsquequò illã plenè intelligamus.

42 Et quia † vix tractatur de materia filiorum positorum in conditione, & de eorum vocatione, quin simul tractetur de transmissione etiam, propter maximam connexitatem quam habẽt inter se, & etiam quia facilìùs inducitur transmissio, quàm vocatio ex positione filiorum in conditione, leuioresque coniecturæ sufficiunt ad transmissionem, quàm ad vocationem, Illustrissimus Cardinalis Manti. de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 11. tit. 20. num. 27. & decis. 120. num. 7. Caualc. decisio. 15. num. 96. par. 3. Cruet. consil. 92. ad finem, & Cancer in 3. par. variarum resolutionum cap. 21. nu. 244. & 268.

& 158. Mareſcott.variarum itidem reſolut. lio.1.cap.27.num.13.ob quod qui vident ſe non poſſe obtinere ex prætenſa vocatione, confugiunt ad tranſmiſſionem? ideò benè erit, quòd pro opportunitate materiæ, de tranſmiſsione etiam aliqua dicamus, per quæ, arbitramur, remanebit ea ſatis declarata, & enodata.

43 In † hac igitur tranſmiſsionis materia, eſt conſiderandum imprimis, quòd Doctores pro ea, ac ad eam inducendam magni faciunt coniecturam digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum, coniecturam poſitionis filiorum in conditione, coniecturam prælationis maſculorum, & denique coniecturam vocationis extranei vltimo loco factæ, quæ ſolent ſemper eſſe, & reperiri in noſtris teſtamentis, prout apparet ex Rota Romana, quæ eas in terminis approbauit, & plurimis confirmauit deciſ. 380. in vltimo volumine ex recollectis per Farinac. quæ eſt in materia, præ alijs, videnda.

44 Sed cùm † fere ſemper iſtæ tranſmiſsiones prætendantur, ac prætendi ſoleant contra filios teſtatorum expreſsè vocatos, ad quas nullæ ſufficiunt coniecturæ, imò cùm de tranſmiſsione ex coniecturis loquimur, hunc caſum exceptum eſſe volũt Doctores, cenſentes reſpectu eorum non intrare coniecturas, vt in terminis docent Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 11. tit.20.in fin. Menoch.conſil.200. num.111. lib.2.& alij adducti per Cancer in 3.par.variarum reſolutionum cap. 21. de tranſmiſſ. num.145. quod olim *canonizauit* Senatus, referente tunc egregio Senatore Antonio Oliba, in cauſa cuiuſdam Mariannæ Sagreta & Miquel viduæ, contra Narciſum Gatbi, die 1. Iulij 1596. his pulchris verbis: *Nec ſuperexiſtentia* (inquit) *liberorum dicti Narciſi excludere poteſt dictam Mariannã pariter dilectam, & expreſsè vocatam, cùm non detur locus coniecturis charitatis, & dilectionis, in quibus tranſmiſsio fideicommiſſi conditionalis in liberos fideicommiſſarij, ipſo decedente conditione fideicommiſſi pendente, ſuſtineatur.* Hactenus Senatus. Actuarius eſt N. Pla.

† Idem etiam eiſdem omninò verbis *dixerat* anteà Senatus in eadem Aula die 21. Octobris 1594. Relatore egregio tunc Senatore, poſteà Regẽte in ſupremo Aragonum Concilio, don Ioanne Sabater: *Nam ad excluſionem alterius filij verbis expreſsis vocati nunquam ſit tranſmiſsio fideicommiſſi conditionalis in nepotes teſtatoris filios priorum inſtitutorum.* Partes erant Margarita Galuany, & Geneſius Colomet. Vidi in Archi. Reg. Et vidi ſemper inclinatum ad id Senatum quoties de articulo habui apud eũ diſputare, & ſignanter in illa illorum Galters, de qua ſuprà, pro conſtanti fuit habitũ à Senatu. Cum (inquam) ferè ſemper ſint in teſtamentis filij expreſsè vocati, & ſic eſt neceſſe, quòd contra eos prætendatur tranſmiſſio, ſi prætendi debet, contra quos tamen inanis eſt prætenſio, ideò breuiter ab eius materia me expediam.

45 Solùm † aduertendo circa vltimam coniecturam vocationis extranei, circa quam ſolet fieri maior vis, quòd ea coniectura nõ videtur tuta, quia, vt inquit pulchrè Hercules Mareſcot.variarum reſolutionum lib. 1. cap.27.num.14.nihil valet, cùm non ſit fundata in bonis rationibus, vt ipſe explicat. Præterea huius coniecturæ poſſet haberi alia ratio, quando, ſi non fieret tranſmiſſio, eueniret, quòd extraneus eſſet admittẽdus: at vbi non intrat extraneus, quamuis non fiat tranſmiſsio, illi locum non eſſe dicimus, prout pluribus probat noſter Cancer in tertia parte variarum reſolutionum cap.21.de tranſmiſſ. num. 89. cuius dictum licèt fuerit multùm ab aduerſantibus in illa illorũ Galters impugnatum, ſignanter ex eo quod aiebant, Doctores, quos allegat, id non dicere. Verùm adducebam & ego alios, qui clarè idem tenebant, prout ſunt Mareſcot. vbi ſuprà num.16. Et id quidem fundatur in bona ratione, quia lex ſolùm abhortet interpretationem, per quam præſumamus teſtatorem voluiſſe alienam ſobolem propriæ præfecte, quia eſt contra l.cum auus, de cõditionib. & demonſtrationib. & l.cum acutiſſimi, C.de fideicommiſſ. vbicunque ergo id non ſuccedit, nihil intereſt, ſi vocati ſint extranei, vel non, dum ipſi non excludant propriam ſobolem.

45 Idem † poteſt applicari in materia poſitionis filiorum in conditione, de qua ſuprà paululùm tractauimus in illo caſu, quando argumentamur à minùs dilecto ad magis dilectum, veluti à vocatione filiorum vltimi ſubſtituti, ad vocationem filiorum hæredis, aut primi ſubſtituti: eatenùs enim procedit iſtud argumentum, quatenus niſi admitteremus illud, fieret deterior conditio magis dilecti, & admitteretur minùs dilectus: ad excluſionem autem alterius tertij magis dilecti, quàm illi filij, veluti ad excluſionem alterius filij teſtatoris expreſsè, & nominatim vocati, argumentum iſtud non poterit quicquam operari. Optabam reperire Doctorem in terminis, qui id diceret in iſta materia poſitionis filiorum in conditione, ſicut reperieram qui id dixerant in materia tranſmiſſionis, vt vidiſti: reperi eum nouiſſimè, is eſt Ioan.Gtiuel.deciſio.Dola.125.ex nu. 74.vbi

74. vbi ex hoc reſoluit non poſſe fieri, quòd vocatio filiorum vltimi ſubſtituti influat in vocationem filiorum primi ad excluſionem alterius filij teſtatoris magis dilecti, quia ex preſsè vocati, ſolùm concedens quòd poſſet admitti argumentum ad excludēdum filios vltimi ſubſtituti, ſi illi ſuccedere haberent, ne filij ſubſtituti minùs dilecti excluderent filios inſtituti, aut ſubſtituti magis dilecti.

47 Et prætereà † conſidetat etiam quòd per iſtud argumentum nedum non ſit melior cõditio inſtituti, aut primi ſubſtituti, ſed imò multò deterior, quandoquidem ſine eo argumento primus inſtitutus, & alij ſubſtituti non habent ſubſtitutos, niſi in vno tantùm caſu, quando decederent abſque libetis: cum eo autem habent ſubſtitutos etiam, nempè filios, in caſu quo cum eis moriantur. Quod elegãter etiam antea conſideraverat doctiſſimus Antonius Faber in ſuo Codice libr. 6. tit. 20. de fideicommiſſ. definitio. 1. dicens ſi bi ſuſpectam eſſe hanc coniecturam, & hanc rationem, & ſeu argumentationem. Nam (inquit) quò dilectior fuit teſtatori, qui prio re loco vel inſtitutus, vel ſubſtitutus extitit, eo diffi.ilius admittendum eſſe, vt duplici fideicommiſſo, vno præſertim erga proprios liberos, quod multò durius eſt, obſtrictum eum interpretemur. En qualiter hæc argumentatio non reſultet in commodum, ſed in incommodum maximum inſtituti, ſeu ſubſtituti magis dilecti. Vix ergo videtur admittrendum argumentum prædictum, niſi in caſu quo filij remotiorum forent admittendi, quo caſu propriè caderet coniectura, ne filij minùs dilectorum excludetent filios magis dilectorum.

48 Si ego † tractatum de filijs poſitis in conditione facerem, examinarem quæſtionem, quæ eſt multùm ſcitu digna, & multùm vſu frequens in iudicijs, de quaque tractauimus in illa illorũ Galters, & Celleras, de qua ſuprà, an ſi filius vltimi ſubſtituti fuit vocatus per vulgarem tantùm, ea vocatio influat in vocationem filij priorum, quod negat Griuel. in citata deciſio. 125. nume. 73. indicans fieri nõn poſſe, quòd vocatio per vulgarem influat in vocationem per fideicommiſſum vulgari contrariam, in fauorem primi inſtituti, qua ipſi indigent ad ſuccedendum, cũ
49 vocatio † vnius per vulgarem ſolùm poſſit præſtare argumentum ad aliam ſimilem vocationem per vulgarem, vt in terminis habes apud Marcum Antonium Peregrin. conſil. 52. poſt num. 10. volum. 1. & apud Lanar. conſil. 60. num. 53. In quo tamen contrarius eſt Faber in citata definitio. 1. multùm licèt perfunctoriè, & ſine aliquo examine in hoc loquens, dum dicit huic coniecturæ eſſe locum, ſiue filij vltimi ſubſtituti ſint vocati per vulgarem, ſiue per fideicommiſſum. Sed inſtituti ſuſcepti tatio non permittit, vt amplius in his immoremur. Suffi.it dubitationis gratia, & vt alijs occaſionem vlteriùs examinandi rem hanc, materiam darem, hæc tetigiſſe. Si longior mihi vita, Dei beneficio, comes fuerit, non faciam cum his ſcribendi finem; occaſio dabitur, quam ſummè deſideramus, materiam hanc tam practicabilem, & lucro plenam vlteriùs reaſſumendi, ac pleniùs examinandi.

50 Finio † hanc gloſſ. tractatione vnius quæſtionis, quæ ſæpè in materia eiuſdem in manus incidit, circa quam vidi homines magni ingenij non ſemel innodatos. Ecce quòd dicit clauſula, ſicut ſolet, *Si decesſerit ſine liberis, aut cum talibus non peruenientibus ad ætatẽ teſtandi, &c.* Nati ſunt filij, & illi quidem peruenerunt ad dictam ætatem, ſed deceſſerunt inteſtati, propter impedimentum patriæ poteſtatis, quæ impediuit in eis teſtamenti factionem. Quæritur, an eodem modo ſit iudicandum de iſto caſu atqui de alio, ſi reuera filij dece ſiſſent in pupillari ætate, & ſic abſque eo quòd peruenirẽt ad ætatem condendi teſtamentum.

51 Prima facie † videtur dicendum æquiparari iſtos caſus, quia quando qui conditionẽ adiecit, conſiderauit certum effectum, & ſeu de certo effectu cogitauit, tunc conditio ſiue voluntaria ſit, ſiue neceſſaria, ſemper poteſt per æquipollentem caſum adimpleri, ſi ſequatur ille effectus per teſtatorem conſideratus, vulga. l. legatum, de vſu & vſufru. lega. Socin. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, in viti. notab. ff. de lib. & poſthum. Soci. iun. in conſil. 63. num. 48. volu. 3. Quo
52 † caſu (inquiunt) quòd effectus dicitur conſideratus, poteſt dici quòd non ſit conditio merè voluntaria, iuxtà tradita per Alber. Brun. in tract. de forma & ſolemni. quid & quan. ceuſea. aliquid tradi pro for. colum. 25. cum duabus ſequentib. Sed hic noſter donator viſus eſt conſiderare illum effectum, ſi filij decederent in eo ſtatu, quo teſtamenti factionem non haberent, quam eum non habeant, etiam ſi ſint maiores, qui decedunt in poteſtate patris, ſequitur quòd in iſto etiam caſu videatur dici debere adimpletam conditionem, *vel eũ talibus ad ætatem condendi teſtamentum non peruenientibus*. Hic accommodare poteris alia ſimilia, quæ infrà in clauſula hæreditamentorum diximus ad probãdum incluſionem filiorum maſculorum ſecundi matrimonij in conditione loquente limitatè, & reſtrictè de filijs maſculis primi matrimonij dumtaxat.

53 Cæterùm † in contrarium exiſtimo eſſe veri-

veritatem, quòd conditio non poſſit dici adimpleta quando filij perueniunt ad ætatem teſtandi, decedunt tamen inteſtabiles, ſeu intellati ex accidenti propter patriam poteſtatem, quæ id eis impedit. Ratio eſt, quia iſta conditio *ſi deceſſerit ſine filijs, vel cum talibus &c.* voluntaria eſt, Roland.conſil.56.num.22.lib.3.Socin.ſenior conſil.76.num.6.lib.3. Alciat.de verborum ſignificat. lib.3.num.21. Bonifac.Ruger.conſil.27.nu.53.Bare.conſil.63.num.13. cum alijs adductis per Caſana. in conſil.4. num.49. Vndè
54 ſequitur,† quòd in dicta conditione merum factum inſpicitur, vt dicũt ijdem Doctores. Et ex conſequenti non poſſe dici, quòd donator conſiderauit certum effectum, qui dici poſſit æquè conſequutus ex ſucceſſu vnius caſus atque alterius: ſed imò quòd donator in iſtis conditionibus voluntarijs ſolùm cogitauit de forma, & modo, & non de effectu aliquo: hoc enim ſignificat illud quod diximus, in his conditionibus voluntarijs inſpici merum factum. Indè ſequitur, quòd in eis non datur extenſio, nec quòd poſſint per æquipollens adimpleri, etiam ex coniecturis, prout abundè habes apud Caſana.conſ. 1.ex num.38.& conſil.4.ex num.46.& conſ. 55.num.47.& 48.& in alijs locis, Cæſ.Barz. poſt deciſ.Bonon.conſil.vni.nu.108. Honded.conſil.60.num.27.volum.1. Surd.deciſio.84.num.3. non eſt neceſſe tranſcribere, ibi hæc optimè explicantur.

55 Reperio † quòd iſte caſus fuit diſputatus in Senatu de anno 1585. inter Margaritam Açolf, & Hugonem Montaner, referente egregio olim Senatore Michaele Ferret, libri aurei obſeruantiarum Regiæ Audientiæ
† auctore, & die 4. Iunij fuit ille *deciſus* pro hac opinione. Audi motiua, quibus videbis eam benè corroboratam, & fundatam: *Quia* (inquit) *teſtator ſolùm conſiderauit ætatem teſtandi, & non teſtamenti factionem actiuã, maximè quia impedimentum procedens ex patria poteſtate, propter quod filij familias non poſſunt teſtamentum condere, longè diſtat ab eo quod ex defectu ætatis à teſtatore expreſſo procedit. Illud quippe non eſt ita generale,*
56 *vt quis omninò inſtabilis dicatur, quia† in caſibus ſimilibus & quaſi indiſtinctis, item etiam ad pias cauſas patre conſentiente, filius, patris poteſtate non obſtante, teſtari poteſt.* (late Didac. Spino in rub.de teſtam. par.4.per tot. Michae.Graſſ.verb.teſtamentum, quæſt.17.
57 num.12.& quæſtio.23.) *At † hoc prorſus eſt generale, adeò quod omninò inteſtabilis quis efficitur, ita q̃ nec patris voluntate, nec Principis reſcripto poteſt fieri habilis ad teſtandũ: eſt enim defectus ætatis naturalis, & ſic inſanabilis.* (§.præterea, inſtit.quib.non eſt permiſſ.face.teſtam. l.qua ætate, de teſtament. cum ſimilib. Ferrer in conſiltu. *Ios impuberi*, gloſſ.1.num.20. vbi latè probat id quod dictum eſt, non poſſe impuberem etiã Principis reſcripto fieri teſtabilem) *Et etiam quia filij inſtituti, quibus adiectum fuit quòd peruenirent ad ætatem condendi teſtamentum, non fuerunt vocati à teſtatore, ſed ſolum poſiti in conditione ad excludendum ſubſtitutum, & dicta conditio prædictæ ſubſtitutioni adiecta, cùm ſit voluntaria, adimplenda erat in forma ſpecifica à teſtatore expreſſa, nec aliter: dè iuris, aut extendi poteſt,* (iſtud iam eſt ſuprà probatum) *extante præſertim rationis diuerſitate, quæ omnem impedit extenſionem, & maximè eam, per quam ſubſtitutio ad certum tempus reſtricta, ad aliud tempus extenditur, & prorogatur, cùm † difficilius ſint ea extenſio, quàm ea, quæ aliquando ex verisimili mente teſtatoris, eadem, vel maiore ratione militante de caſu ad caſum fieri ſolet.* (abundantiſſimè Caſana. qui reliquos citat, in cõſil.4.ex num.82. cum multis, ſequentib.) *Et*
59 *ſubſtitutio hæc eſt fideicommiſſaria, quæ † cũ potè onoroſa in dubio eſt excludenda,* (Caſana. multùm largè conſil.4.num.37.& conſil.57. num.45.46.& 47. nouiſſimè Franc.Stepha. deciſio.15.num.18. per text. in l.coharredi, §.cum filiæ, ff.de vulga.) *quantò fortius in ea ſit ſub verbis dictæ ſubſtitutionis nullatenus comprehenſo.* Hactenus Regia declaratio. Quid pulchriùs dici poterat? Et cum his finit hæc gloſſa, & tota dotationis clauſula.

CLAVSVLA VI.

Item dicta N. domicella faciens hæc de expreſsis cõſenſu, & voluntate dictorum parentum ſuorũ, &c. donat, conſtituit, & adfert pro dote, &c. dictis N. N. & N. ſoceris, & viro reſpectiuè, dictas tres mille libras, &c.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutio dotalis eſt quæ continetur in hac clauſula.*

2 *Conſtitutio dotalis probat dotis promiſſionem,*

ne

ne confeſſio per maritum poſteà facta impugnitur per exceptionem non numeratæ dotis.

3 Maritus per conſtitutionem dotalem acquirit ius exigendi dotem.

4 Marito, non vxori, competit actio exigendi dotem, quamuis contemplatione vxoris promiſſa ſit. & num. ſequen. vbi deciſ. Rotæ Romanæ.

5 Contemplatio non attenditur, ſed factum, in contractibus.
Actio quæritur non ei cuius contemplatione acquiritur, ſed ei cui acquiritur. ibidem.

6 Actio in legatis non acquiritur niſi ei cuius contemplatione aliquid relinquitur.

7 Actio in contractibus ſoli ſtipulatori quæritur, non alteri, & illi recte ſolutio fit, quàuis pro alio ſtipulatus ſit.

8 Maritus ſolus exigit dotem, quamuis ei & vxori ſimul ſit promiſſa. vbi deciſio Senatus Sebuſiani.

9 Maritus ad exigendum dotem ſibi & vxori promiſſam, non indiget mandato, & poteſtate vxoris.

10 Vxoris perſona idcireò adiecta videtur in promiſſione dotis vt appareat mulieris nomine, & ad eius commodum promiſſam eſſe dotem, & aliàs.

11 Vxor non habet actionem exigendi dotem à patre adhuc non ſolutam, ſub prætextu quòd maritus vergit ad inopiam. vbi deciſ. Rotæ Genuæ.

12 Actio exigendi dotem à patre, vel ab alio ſoluto matrimonio, an competat viro, an vxori, vel hæredibus eorum.

13 Prima opinio, pro marito, & illius hæredibus, pro qua eſt Senatus Neapolitanus, & alij.

14 Guid. Pap. deciſionem 375. appellant Doctores falſam.

15 Ratio reſolutionis quòd maritus ſolus exigit dotem ſoluto matrimonio.

16 Aduocatus, & procurator non poſſunt agere contra victum pro ſuis victoriis, quia non eis, ſed principali quæritur actio, niſi in certis caſibus. vbi deciſ.

17 Actiones quæ erant penès defunctum tranſeunt in hæredes.

18 Vxor ſoluto matrimonio agit contra hæredes viri pro dote recuperanda, vt ſoluant vel cedant actionem.

19 Nomina debitorum veniunt in obligatione generali bonorum.

20 Secunda opinio, quòd imò vxori matrimonio ſoluto competat actio exigendi dotem à patre. & num. ſequent. vbi plures deciſiones.

21 Vxor agit ad dotis exactionem ſoluto matrimonio ex eiſdem actis inceptis per maritũ in vita.

22 Vxor agit ad dotem non exactam ſoluto matrimonio ex æquitate potiùs quam de rigore iuris.

23 Æquitas non rarò dat actionem quibus aliàs non daretur.

24 L. ſi ſocer, in §. Lucius, ff. ſolu. matri. declaratur.

25 Donatio quædam inſurgit in fauorem mulieris ex conſtitutione dotis facta viro, cuius virtute agere poteſt.

26 Nomina debitorũ veniunt in tacita hypoteca vxoris.

27 Æquitas, quæ facit pro muliere in exactione dotis ſoluto matrimonio, in quo conſiſtat.

28 Actiones vtiles in conſtitutione dotis remanent penès vxorem.

29 Vxor acquirit actionem ad exigendum dotem ſoluto matrimonio ex iuramento, & ſtipulatione Notarij.
Iuramentum tribuit actionem abſenti, cuius intereſt. ibid.
Stipulatio Notarij tribuit ius abſenti pro ſuo intereſſe. ibid.

30 L. ſi ſocer, §. Lucius ff. ſolu. matri. eſt derogata per ius nouum ex Anto. Fab.

31 Anto. Fab. notatur ab Auctore.

32 Opinio Auctoris pro muliere quòd ipſa ſoluto matrimonio poſſit exigere dotem non exactam.

33 Dos in Cathalonia primùm donatur mulieri, poſteà per eam conſtituitur viro, & ſolent apponi iuramentũ, & ſtipulatio Notarij. vbi deciſſ. noſtri Senatus.

34 Adiectus ſolutioni dicitur qui eſt poſitus per alternatiuam.

35 Adiectus ſolutioni nullum ius agendi habet.

36 Maritus non poteſt dici ſimpliciter adiectus ſoluti dotis, ſed ad ſui vtilitatem, & conſtitutus procurator in rem ſuam.

37 Vtiles actiones in conſtitutione dotis in maritum tranſeunt.

38 Adiectus ad ſui vtilitatem, & vt procurator in rem ſuam agere iure optimo poteſt.

39 Verba, ſiue pro eo, tali, adiecta in promiſſione de ſoluendo æquiparantur, id eſt, in locum talis.

40 Adiectus ſimpliciter ſolutioni, eur actionem non acquirat.

41 Maritus, non vxor, agit pro furto commiſſo in rebus dotalibus.

42 Soccer exigit dotem quando filius, & nurus eũ eo habitant. vbi deciſſ.

43 Dos ibi debet eſſe, vbi ſunt onera matrimonij.

44 Filius recipiens fructus dotis ſcientè patre ferente

ferente onera matrimonij, illes suos facit.

45 *Pater tenetur filio ab eo diuertenti dotem restituere, vt ex illius fructibus sustineat onera matrimonij.*

46 *Pater non retinet dimidium vsufructus dotis in premiũ emancipationis quando filius recedit ab eo.*

47 *An sit in hoc differentia inter filium emancipatum, & in eius potestate constitutum, remissiue.*
Et an inter eum qui recedit sine causa, & eum qui cum causa. ibid.

48 *Pater, tanquam filij legitimus administrator, non habet vsumfructum in dote illius.*

49 *Pater quando restituit dotem filio à se diuertenti, non potest repetere expensas factas pro conuiuijs, & festiuitatibus matrimonij.*

50 *Pater an restituendo dotem filio à se diuertenti, liberetur ab alia restitutione facienda nurui.*

51 *Pro affirmatiua decisio Senatus Neapolitani.*
Et postea pro negatiua.

52 *Pater in omnibus casibus, in quibus compellitur dotem restituere filio, liberatur ab obligatione qua tenebatur erga nurum. vbi decis. Senatus.*

53 *Decipi nemo debet auctoritate legis.*

54 *Inhumanum est compellere patrem ad id ex quo mox futurum est vt ipse conueniatur.*

55 *Pulcherrima in hoc Senatus nostri decisio pro nostra opinione.*

56 *Pater qua cautela vti debeat in restitutione facienda filio de dote per eum recepta, ne ampliùs teneatur.*

57 *Pater an teneatur filio à se diuertenti dotem restituere, quando et pro supportandis oneribus matrimonij iam aliàs in dicto casu certam sufficientem quantitatem donauerat.*

58 *Opinio negans, ex quo adhuc pater videtur supportare onera matrimonij, cùm dederit filio ex quo illa supportentur extra dotem.*

59 *Subrogatum sapit naturam eius cui subrogatur.*

60 *Statutum disponens de famulis ad nostrum panem, & vinum domi viuentibus, comprehendit eos, qui extra domum certa mercedem à nobis recipiunt.*

61 *Lex non est imposita verbis, sed menti.*

62 *Senatus noster contrarium dixit, & est pulchra decisio.*

63 *Onera matrimonij, vltra alimenta vxoris, sunt alia plura, quæ omnia ad virum spectant.*

64 *Filius, non pater, est dicendus sustinere onera matrimonij quando seorsum habitat, quamuis pinguis donatio sit filio facta.*

65 *Causa proxima, & immediata, quàm remota, & mediata est potius attendenda.*

66 *Opinio quæ facit pro dote est in dubio ampletenda.*

67 *Maritus vt possit exigere dotem, debet probare matrimonium fuisse contractum, quantumuis habeat instrumentum guarentigiatum.*

68 *Actio exigendi dotem respectu mariti non oritur nisi ex die contractarum nuptiarum.*

69 *Statuta tribuentia executionem paratam instrumentis, intelliguntur de liquidis.*

70 *Dotale instrumentum habet tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur.*

71 *Actio in conditionalibus non nascitur ante adimpletam conditionem.*

GLOSSA I. PARS I.

De vtilitate constitutionis dotalis, tam respectu viri, quàm vxoris.

1 CONSTITVTIO dotalis † est, & ita cõmuniter à nostris appellatur, quæ in hac clausula continetur. Ea est multùm fauorabilis, proficua, & vtilis nedum marito, cui fit, sed etiam vxori constituenti, vt inferiùs monstrabitur. Iustum ergo est, quòd nos de ea pluribus agamus, & in quo illæ vtilitates consistant, aperiamus.

2 Est igitur † mulieri vtilis, quia per eam probatur illa, quæ de iure dotis promissio appellatur, quæ efficit ne impugnari possit confessio mariti de ea recepta, quæ postea sit in fauorem mulieris sequuta, iuxtà l. in contractibus, in §. quoniam, verſic. Illis tamen securitatibus, C. de non numera. pecun. Affli. in multùm triuiali ad propositum decisio. 402. Anton. Gabr. de iure dotium tota conclu. 4. Aluar. Velasc. consultatio. 5. num. 9. Vivius decisio. 438. num. 15. Barbos. in l. 1. in 6. par. num. 34. ff. soluto matrimon. qui latè explicat, Ceuall. in commo. contra communi. quæstio. 432. Castil. decisio. Siciliæ 61. num. 18. Farinac. decisio. 209. in secundo loco per eum recollectis, Mascard. de probationib. conclusio. 566. num. 7. Hieronymus à Laurent. decisio. Aucnionen. 25. per totam,

Ale-

Alexan. Trentacinq. var. resol. lib. 3. de iure dot. resolu. 7. ptt tot. Seraph in. decis. 678. n. 10. & decis. 1000. nu. 2. vti latiùs videbimus cùm de restitutione dotis agemus.

3 Mariro etiam † vtilis est ad plurima constitutio prædicta. Primò, quia per eã ei licet, & permittitur dotem exigere, quod præterquam quòd claris verbis in nostra clauſ. habetur, est etiam de iure indubitatum, marito scilicet, † non vxori, acquiri actionem ad dotem exigendam, quando ei promissa fuit, quamuis contemplatione ipsius mulieris id factum dicatur, vt expressim probat l. si pater marito, C. de dot. promiss. Gail obserua. 133. nu. 7. lib. 1. Tho. Triuisa. decis. 22. nu. 7. lib. 1. Hiero. à Lauren. decis. Auenio. 25. nu. 9. Menoc. de arbit. iudi. casu 39. nu. 19. Vincen. de Franc. decis. 33. nu. 1. qui vltetiùs ad

5 dit ex eo tex. sumi regulam, † quòd in contractibus plus attenditur factum, quàm contemplatio, secundùm Baldum in l. pactum dotali, in 9. q. de collat. vbi plura ponit quã do aliquis acquirit contemplatione alterius, quòd acquiratur actio ei, qui acquisit, non autem ei, cuius contemplatione quæritur, Aymon Crauet. in cons. 288. col. pen. vers. Quarto principaliter, n. 5. quod sentit etiam gio. in l. si pater sup. allegat. & omnes ibi, dicen-

6 tes † secùs esse in legato, & assignant rationem differentiæ. Sequitur Anto. Gab. de iu. dot. tota conclu. 3. additio ad Capici. decis. 183. in litt. A. Cæs. Barz. decis. 82. nu. 17. Sur

7 dus decis. 229. n. 16. Vbi † plura viteriùs adducit ad comprobationẽ eius quod dicitur, in contractibus soli stipulatori actionẽ quæri, non alij, & rectè ei solui, quamuis ptu alio stipulatus sit. Adeò vt dubitent plures, nũ liberetur in eo casu debitor, si soluit ei, pro quo, & cuius nomine sit stipulatum, quæ est pulchra materia, sed alterius instituti.

† *Placuit* id quod suprà resoluimus, marito dari actionem, non vxori, Ro. Rom. vti habetur in recollec. 2. loco per Farinac. decis. 769.

8 Quod procedit † nedum quando soli marito dos est promissa, q fieri posse probant quæ suprà adducta fuere, & probatur etiam Tob. c. 8. cir. fi. vbi Raguel non filiæ, sed Tobiæ iuniori dotis donationem fecit: sed etiã & quãdo & marito, & vxori simul, vt est pul

† chra *definitio* Senat. Sebusia. quæ est 31. in ordine apud Anto. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 7. de iur. dot. Imò & quando soli vxori promissa dos foret, ex l. doce ancillam, C. de rei vẽdica. quia ibi dos esse debet, vbi sunt onera matrimonij, l. pro oneribus, C. de iur. dot. cũ

9 similib. Adeò † vt non egeat in dictis casibus maritus mandato vxoris, nec de rato cauere debeat, vt annotauit Fab. vbi sup. num. fina. cuius dicti rationem reddens inibi, & postea

10 in tit. solu. matri. defi. 6. dicit † mulieris personam idcircò adiectam videri, vt appareat mulieris nomine, & ad eius commodum promissam dotem, & vt constante matrimonio dotem habeat penès maritum, & eo soluto, actionem ad eam dotem exigendam, sibique habendam. Idque ex eo apparet euidenter, quòd in his quoque instrumentis, quibus dos vtriq. promissa proponitur, maritus semper ad totius dotis restitutionem, se, suaq. bona omnia obligat, quod minimè æquum esset, si non ei totius quoque dotis exactio competeret, siquidem restitutio præsupponit exactionẽ præcedentem &c. Pulchra huius Doctoris in proposito verba.

Per quæ ego in pulchro casu causæ Marchionissę de Ardales contra Ducem Sessę, coram egregio Senat. Hieru. Senjust vertenti, cũ Dux pro solutione dotis dictæ Marchionissæ, ad quam ipse tenebatur, consignasset ambobus coniugibus præsentibus, & consentientibus, & acceptantibus consimilem quantitatem super Duce Cardonæ, isq. postea solnisset soli Marchioni, defeudi optime fuisse dictam solutionem factam, per eamq. liberatũ Ducem Sessę, cùm solutio fuisset facta ei, cui fieri debebat. Scriba erat Segui.

11 Notanda † est pulchra decis. Rot. Genuæ apud Flami. Chartat. 43. in ordine, vbi dicitur † *decisum*, quòd nec etiam marito vergẽte ad inopiam, quo casu concederetur mulieri exactio dotis, si illi soluta fuisset, darut actio ad dotem exigẽdam, & habendam à patre, qui eam adhuc non soluerat, ex his quæ suprà diximus, quia ex promissione dotis facta marito per patrem filia, cuius nomine facta est promissio, non agit.

12 Sed dubium est, † an idẽ etiam sit, & procedat soluto matrimonio, vt tunc etiã dotis adhuc non solutæ exactio comperat marito, vel eius hæredibus contra pattẽ, vel eius hęredes, an vetò actio tunc vxori competat.

13 Qua in re † vna est opinio pro marito, & eius hæredibus, & contra vxorem, q scilicet huic non competat actio, nisi contra maritum, vt cedat sibi actiones. Eam tenent Paulus de Castr. Imol. Alexand. & alij in l. si socer, §. Lucius, quem dicunt textum esse ad id expressum, ff. solut. matrim. Sequuntur Corne. in pluribus consilijs latè, & cum diligentia enarratis per Laderch. Imolen. in consil. 131. nu. 1. Rinuin. in cons. 236. Sylua. cõs. 13. nu. 10. & 11. Rui. cons. 183. nu. 5. vol. 1. Bal. Nouel. in tracta. de dote par. 5. priuileg. 24. alios adducit Anto. Gabr. in tit. de dot. promissio. conclu. 3. nu. 6. & alios denique Vincent. de Franc. decis. 33. num. 47. & 48. Quæ opinio habet auctoritatem Senat. Neapoli. qui pro ea in facti cõtingentia de anno 1573.

† *iudicauit*, & iterùm postea in alia causa, iunctis duarum Aularum Doctoribus, vt in fine
14 habetur. Et (quod plus est) dicit † Franch. quòd viderânt iudicantes decis. Guid. Pap. 375. in contrariũ factam, quam (inquit) habuerunt pro non vera, vtpotè quæ esset contra tex. expressum in suprà cita. §. Lucius, fal sam etiam dictam decisionẽ appellauit n. 9.
† Pro eadem etiam opinione *iudicauit* Rota Genuæ apud Flam in. Chartar. in citat. decis. 43. in casu quo mulier constãte matrimonio agebat ad dotẽ adhuc non exactã ob mariti
† inopiam. Denique sic etiam *declaratum* fuisse refert Triuis. decis. 22. in fin. non obstantibus (inquit) allegatis à Guido. Pap. ducto ex quadam æquitate, cui ius resistit, & quia etiam iura, quæ allegat dicta decisio non pro
15 bant. Adducit rationem, † quia si actio residet in persona viri, vt residere palàm est ex suprà probatis, & vlteriùs confirmatur, quia in contractibus actio acquiritur ei, cui fuit promissum, non ei, cuius contemplatione actus fit, ex Crauet. in iam in principio citato consil. 258. num. 5. col. penult. versic. Quartò principaliter. Cui addo nunc Martinũ Mon-
16 ter decisio. 36. num. 39. Prout † in simili dicimus, non posse aduocatum, aut procuratorem agere pro salario, seu victoria contra victum, qui fuit condemnatus in expensis, sed contra victorem, quamuis huiusmodi condẽnatio fuerit facta contemplatione ipsius aduocati, nisi in certis casibus, de quibus per Monter in dicta decisio. 36. quæ tota de hoc
† puncto compacta est, & ibi *decisio* Senatus Aragonensis adducitur contra aduocatos, & procuratores, Gratian. etiam de hoc agit di-
17 scepta. foren. 49. nu. 28. Si (inquam) in † persona viri actio residet, viro mortuo trãsit ad eius hæredes, non autem in vxorem, l. cũ hæ-
18 redes, de acquir. possess. Et † in hoc casu sufficere aiunt, quòd fit consultum mulieri agendo contra hæredes viri, qui vel soluent, & liberabuntur, vel cedent actionem, & idẽ erit, vt dicit tex. in l. ita, §. Lucius, vel poterit agere contra hæredes promittentis, actione tamen hypotecaria contra eos, vt nomen debi
19 toris viri, quæ † nomina in obligatione veniunt, l. nomen, C. quæ res pigno. Ità Franch. in illa decis. 33. nu. 5.
20 Alia † & secunda est opinio tenens è cõtrario, dari vxori actionem soluto matrimonio in casu suprà relato, nec aliqua viri, vel illius hæredum egere cessione. Pro quâ opinione accipe hos paucos, qui sequentur, Doctorẽs, qui reliquos referunt, multùmq. ex professo articulum disputant, & pro opinione cõcludunt, Io. Baptist. Laderch. Imol. toto consil. 131. Vincent. de Anna singul. 601. & allega. 129. lib. 2. Steph. Gratia. discept. foren. lib. 1. discep. 49. ex nu. 24. cum sequen. & lib. 2. di-
21 scept. 362. ex num. 4. vbi etiam † quòd potest agere ex eisdem actis inchoatis per quòdàm suum maritum, intentando etiam ius executiuum.

Nec de est huic opinioni grauissimorum
† Senatuum auctoritas. Pro ea enim *declarauit* Senatus Grationopolitan. vt auctor est Guido Pap. decis. 375. licèt (vt ait Laderch. vbi suprà nu. 1.) non satis sibi constet Guido, vt nu. 2. in fin. vbi vult l. si pro te, C. de dot. promiss. habere locum etiã soluto matrimonio: & ibidem etiam (vti, vt meliùs eum reprehendere posset, aduertit Franc. vbi suprà n. 4. & sequentib.) dum allegat tex. in l. si socer in §. Lucius, ff. solut. matrimo. quo dicit probari actionem de dote nõ competere vxori, cui dos non est solui promissa, sed marito, nisi actiones per hæredes viri cedantur vxori, non sat sibi constare videtur is Doctor, cũ hæc non compatiantur cũ decisione. Pro ea-
† dem etiam opinione quandoque *declarasse* Senatum Parisien. auctor est Io. Papõ lib. 15.
† tit. 4. arrest. 3. Sic etiam *declarasse* de anno 1598. Rot. Ro. auctor est Stepha. Gratian. in illa discep. 49. nu. 29. & discep. 362. nu. 6. qui in d. discept. 49. n. 25. reprehendit Fran. sicut is reprehenderat Guid. Nonnihil habetur in decis. 769. in recollec. secundo loco per Farinac. Et denique pro eadem opinione est *Se-*
† *nat. Sebusia.* vti auctor est Anton. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 13. ff. solu. matr. defin. 6.

22 Ex æquitate † plures id fieri dicunt, quasi præsupponẽdo aliud esse de rigore iuris. Cõsistit hæc æquitas in eo q̃ mulier suam dotẽ petere possit, ac pro suo interesse agere, omnibus debet videri æquum, vt dicit Gui. Pap. vbi sup. n. 1. allegans pro dicta æquitate tex. in l. 1. §. videamus, ibi: *Æquissimum nobis visum &c.* & in §. accedit, ibi: *Tũc præsumatur mulierem ipsam stipulationem fecisse, &c.* C. de rei vxo. act. iuncto c. dilecti, de iudi. se-
23 quitur Gratia. vbi sup. Quibus † adiũgitur, q̃ ex æquitate sæpiùs dari solet actio alij, quã illis, cum quibus negotiũ gestum est, l. si me & Titiũ, ff. si cer. petat. Monter decis. 36. nu. 19. cui tamen æquitati respondet Franc. vbi sup. n. 9. præferendũ esse rigorem scriptũ, qui est pro prima opinione, l. placuit, C. de iudi.
24 Alij alia † dicunt, signãter Lader. in d. cõs. 131. qui primò asserit probari hanc opinionem ex eo quòd dictus §. Lucius, in quo cõtraria fundatur, non habeat locum quoties dos intelligitur dõnata mulieri, semper autẽ pater donasse præsumitur, vbi sibi illã restituit non est stipulatus, ergo &c. allegationes non refero, quia ibi videri possunt.
25 Secundò, dicit † is Doctor, quasi in maiorem corroborationem eius quod paulò an-

tè di-

tè dixerat,& seu nos paulò antè ex eo retulimus,quòd quoties dos cõstituitur viro,quo ad vxorem quædam tacita donatio insurgit, vti habetur in §. accedit,l. vni. C. de rei vxo. action. qui licèt de extraneo meminerit,idè tamen est de patre,cùm non adsit diuersitatis ratio considerabilis:quocirca licèt nõ possit filia ex stipulatione agere,quasi non fingeretur,iuxtà quandam opinionem,poterit tamen ex donatione.

26 Tertiò dicit, † quòd saltem negari nõ potest,quin illud,quod dici debet nomen debitoris ipsius viri , vehiat in tacita hypotheca, quã habet vxor in omnibus illius bonis , cuius vigore poterit permitti ei agere.

27 Adducit † postea hanc opinionem esse æquissimam , & confideratæquitatem in hoc, quòd nisi hæc opinio admitteretur , posset etiam poll promisionem mulier esse indotata, si forte vir per acceptilationem liberaret promissorem, & ipse non esset soluẽdo , neque enim exigere, aut actionem cedere ei permitteretur, cùm liberatus esset promissor apud eum , sicque mulieri nullo modo prospectum esset , quod absurdum omninò est euitandum.

28 Gratian. †autem dicta discepta.49. n.29. versic. Nam quicquid, id totum tribuit virtuti vtilium actionum , quas penès filiam residere asserit , licèt desint directæ , quæ sunt penès hæredes stipulantis.

29 Anton. Gabr. †in cita. conclusio.3. de dot. promiss. num.4.& 7.hanc opinionem sustentare vult ex iuramento, & stipulatione Notarij, si appolita sint contractui, sicuti communiter apponi solent, per quæ omnibus acquiritur ius, qui interesse habent, & sic mulieri sine cessione,sequitur Andr. Molfes. in cons. 11. num.41. post commentar. ad consuetudi.

† Neap. cum alijs inserto. Quod etiam *placuit* Rot. Genuæ, vti habetur apud Flami. Chart.

† in cita. decisio.43. ex num.7. & *etiam* Rotæ Roma. prout est apud Farinac. in allega. decisio.769. num.2.

30 Sed † Anton. Fab. aliò proculdubio dirigit suas actiones vt nostram opinionem probet in cita. definitio.6. tit. solut. matrimon. dicendo,quòd cõtraria opinio sustineri quidem posset, si ius,quod appellat vetus, sæpè allega. l. si socer, in §. Lucius, ff. solut. matri. vigeret : sed illud (inquit) immutatum hac parte est,per fictionem illam à Iustiniano in ductam tacitæ stipulationis in l. vnic. in §. videamus,& in §. accedit, C. de rei vxor. actio.

31 In quo † vide ne is Doctor decipiatur, cùm tex. in dictis §§. videamus,& accedit, non loquantur de actione pro dote non soluta exigenda à promittente,de qua nos loquimur, sed à mõ de dote iam exacta,à viro,vel hæredibus eius recuperanda , vt optimè aduertit Franc. in cita. decis. 33. n. 8.& 9. qui quasi prætendẽs hoc contrarium, sic illi respondet.

32 Ego † in casu occurrenti æquitatẽ proculdubio præferrem rigori, quã tot viri docti , & Senatus eminentissimi prætulerunt, & circuitum prorsùs inutilem vitarem, concedendo mulieri directò posse agere ad exactionẽ dotis , nec eam remitterem ad hæredes viri pro habenda cessione modo aliquo . In nostra † Cathalonia iam est maior ratio quòd

33 id obseruetur,cùm soleat semper præcedere nedum tacita donatio in fauorem filiæ, & alterius cuiuscunque mulieris,quę dotatur:sed imò expressissima de ea re,quam posteà ipsa in dotem cõstituit,quæ ei directò fit, licèt solutio pro ea viro promittatur,vt in nostris capitulis est videre. Solent etiã hæc nuptialia instrumenta iuris iurandi religione robotari , ac etiam solet Notarius pro omnibus stipulari, quibus existentibus non est dubiũ, quòd actio non potest mulieri denegari , vt suprà probauimus.

Et hãc opinionem posteà reperi quòd Senatus noster intrepidè seruat, prout signãter

† vidi *declaratum* in Archiuo Regio die 22. Iunij 1527. in causa Petri Vilarasa,& Yolantis Viues,referente egregio olim Senarore N. Pasqual,vbi fuit dictum, *Posse mortem viri actionem ad exigendam dotem, seu illius partẽ, non spectare ad hæredes viri,sed ad ipsam mulierem superstitem.*

Nec contra maritum (redeundo ad primũ casum,quo diximus marito,non vxori,acquiri actionẽ pro habenda dote à promittente) mouere quicquam potest considerare, quòd ei nihil fuit à patre,qui dotem hanc soluere debet,promissum,sed imò eius vxori,in donatione,quæ præcedit hanc constitutionẽ dotalem.Quod enim ad summum prætẽdi pro parte mariti videtur posse est,q ipse fuit solutioni adiectus,per illa verba posita in donatione, *Aut pro ipsa dicto futuro viro suo.*

34 Fit † enim adiectus per alternatiuam,vt hic, non per copulam, glo. in l. stipulatio ista,§. cũ qui,de verb. obl. Strac. de adiect. p. 1. nu. 25. Surd. qui alios adducit, decis. 229. n. 29 Con

35 stat †autem q; simpliciter adiectus solutioni, nullum ius agendi habet,vt probat tex. in §. planè, insti. de inut. stip. iũcta glo. ibi in verb. Scio, in fi. l. sed etsi fil. famil. §. 1. de cõsti. pec. l. quod stipulatio, vbi Bar.& DD. ff. de solut. Rot. Gen. decis. 54. n. 4. cũ alijs adductis per Burs. in cons. 242. n. 1.& Cæsar. Barz. decis.

36 Bononien. 26. nu. etiam 1. Conturbare †(inquam) hæc non debent,nec remouere à resolutis,quia maritus non est simpliciter in ea suisto adiectus, nec talis dici potest, sed ad sui vtilitatem , & constitutus procurator in

37 rem ſuam, in eumque † translatæ ſunt vtiles actiones ad exigẽdum pecunias dotales, de quibus agitur, quæ apud eum remanere debent loco filiæ, quæ cum illo nubit, creditricis patris: id enim important verba illa in inſtrumento appoſita, *Quas promittunt dare, ac ſoluere eidem, aut pro ipſa dicto futuro viro ſuo*, &c. Aretin. in l. liber homo 2.§.fin.in fin. de verborum obligarinn. Decia.conſil.32.num.38.cum ſequentib. lib.3. Straccha de adiect.par.1.numer.31.cum ſequentib. Barzius dicta deciſio.26.numer.2.

38 Vndè ſir † quòd marito etiam ſi dici poſſit adiectus, modo tamen ſupradicto, datura actiõ, ſicut principali creditori, ea ratione, quia ipſius interlic vt apud adiectum pecuniæ remaneant pro ſupportandis oneribus matrimonij, Burſatus dicto conſil. 242. nu. 8. & Barzius dicto num. 2. qui vlteriùs per plures numeros ſequentes idem confirmans alia adducit media, & argumenta, quibus inter alia probat hunc adiectum fuiſſe conſ-

39 tiruturn procuratorem in rem ſuam ex † vi illorum verborum, *ſiue pro ea*, quæ æquiualere videtur illis verbis, *in locum dictæ N.* l.1.in fideic ommiſſa, §.interdum, vbi Bart. num.2.de legat.3.Rot.Genuæ deciſio.4.nu. 13. & ſequentib. Quando autem quis conſtituit aliquem in locum ſuum, dicitur eum facere procuratorem in rem ſuam, gloſ.in l. plane, in verb.ſuo loco, ff.famil.erciſcundę, vbi etiam Barr.& alij per eundem Barzium latè adducti.

40 Et ſi vis ſcire † quamobrẽ illi qui eſt ſimpliciter adiectus, actio non acquiratur, eam num.8.tradit idem Barz.poſt Burſa.& alios ſupra citatos, quia nulla obligatio in eius perſona conſiſtit, quod non poteſt dici reſpectu noſtri mariti.

Addit finaliter virtutem iuramenti,& ſtipulationis notarij, quæ eſt potens ad efficiẽdum vt ijs adiectis efficax actio quęratur; ibi latè hæc videantur.

Ego addo noſtram conſtitutionem dotalem, quæ poſtea ſequitur patre ſciente, vidente, & conſentiente, quæ omnem procul dubio tollit dubitandi locum, ex his, quæ nos latè de ea diximus.

41 In tãtùm † ſunt vera quæ hucuſque docuimus de actione ad exigendum dotem competente viro, non vxori, vt ſi furtum in rebus doralibus committatur, maritus, non mulier, actione furti agit, prout probat in terminis l.interdum 50.ff.de fur. vbi Iuriſconſultus, *Interdum* (ait) *accidit vt non habeat furti actionem is cuius intereſt rem ſaluam eſſe, vt ecce creditor*, &c. Poſtea dicit, *Itẽ rei dotalis nomine, quæ periculo mulieris eſt, non mulier furti actionem habet, ſed maritus.*

42 Sed eſt caſus, † in quo nec conſtante matrimonio viro eſt dos ſoluenda, nec mulieri, puta quando filius ſimul cum patre habitat, & ſimul eius vxor, & parer onera fert matrimonij, tunc enim patri dos eſt ſoluenda, cũ

43 ibi † dos eſſe debeat, vbi ſunt onera matrimonij, iuxtà l.ſi is qui, §.ibi dos, & ſequenti, ff.de iure dotium, l.ſi cum dotẽ, §.tranſgrediamur, ff.ſoluto matrimo. ita in terminis decidit Ioan.Petr. de Ferrar. in ſua practi.in forma libelli, quo vxor agit ad dotẽ, verb.vxor, num.21. vbi quando eſt contentio inter patrem, & filium ſuper dote recipienda, diſtinguit pro ea decidenda, quòd aut filius habitat ſimul cum patre, aut ſeorſum ab eo. Primo caſu (inquit) parer debet habere dotem: ſecundo verò filius, Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de tacit. & ambigu.conuentionib.lib.12.tit.30. nu.16. & Stephan.Gratian.diſceptatio.foren.244. num.27.& 29.lib.2. Surdus de aliment. tit. 1.quæſtio.38.num.10. atque ita bis *reſolutũ* †† fuiſſe in facti contingentia in Senatu Sebuſiano, auctor eſt Anton.Faber in ſuo Codice lib.4.tit.14.de probationib.definit.21.in fi. & rurſus lib.3. tit.6. de dot.promiſſio.definitio.11. licèt in allegationibus, quibus reſolutionem hanc probat, non parùm decipiatur. Ita etiam *reſolutum* in Rota Roma. † refert Proſper Fatinac.deciſ.292. in vltimo volum.ex nouiſſ.

Et in terminis noſtrorum capitulorum matrimonialium non poteſt res hæc recipere dubitationem, ſicut nec eam de iure recipit, poſtquam dos ſocero etiam in his conſtituitur; & quamuis filij item mentio inibi fiat, id non obeſt: poſſumus enim de eo dicere quod de vxore ſuprà retulimus, in caſu quo viro, & vxori ſimul dos conſtituta fuit, mentionem filij factam fuiſſe, vt appareat illius nomine, & ad illius commodum, & ſeu propter illum fuiſſe dotem ſocero promiſſam, &c.

44 Sed † ſi pater paritur filium percipere fructus dotis, & de illis ad ſui libitum diſponere, & ipſe nihilominùs ſuſtinet onera matrimonij, dubium pulchrum eſt, an cenſeatur pater dictos fructus filio donaſſe, nec ne. Cui dubitationi reſpondet affirmatiuè Rimal.in §.1.n.140.inlti.per quas perſo.nob. acquir.in codicib.additio. Adeò vt non poſſint quicquã reliqui filij in hoc prætendere.

45 Hæc † de fructibus doris recipiendis per ſocerũ, & de dote habẽda, tãdiu durant, quãdiu filius, & nurus vnà cum patre habitãt, & pater ſuſtinet onera matrimonij, ſtatim atque autem à patre illi recedunt, & ſeorſum viuere incipiunt, ceſſat, & ceſſare procul dubio debet in ſocero dotis filij commodum,

tene-

teneturque eam filio restituere, vt ex illius fructibus sustineat onera matrimonij, vt docet expressim Bald. in l. si cum dotem, in §. transgrediantur, in fin. ff. soluto matrimon.
46 vbi † quòd nec dimidium vsusfructus dotis retinebit in premium emancipationis. Sequitur Petrus de Ancharano in consil. 238. per totum, Cepolla caurel. 115. sub num. 1. versicul. Tertia cautela est, Franciscus Becius in consil. 43. ex num. primo vol. primo,
47 vbi † plenè inibi disputat, an sit differentia inter filium emancipatum, & in patris potestate constitutum, & inter eum, qui à patre recedit sine causa, vel cum ea, & declarat qualiter istum vsumfructum non habeat pater vti legitimus administrator, sed ex regula, quòd ibi sunt fructus dotis, vbi sunt onera matrimonij, de qua suprà, & si onera matrimonij non sustinet, non debet habere vsumfructum, per eandem regulam:
48 nam † tanquam legitimus administrator debet habere vsumfructum in rebus aduentitijs, non subiectis alij oneri, ibi videas, Boer. decisio. 195. per tot. & Fran. Viui. decisio. 261. num. 11.

49 Noui patrem, † qui in ista restitutione volebat ad sui fauorem rationem habendam de expensis factis in conuiuijs, & felliuratibus tempore traductionis nurus: sed fuit prætensio reiecta ab ijs, quos ad id consulebat, ex doctrina Bart. in l. prima, §. nec castrense, num. 9. ff. de collatione bonorum, Bald. in authentic. ex testament. num. 12. C. de collationib. & in l. omnimodo, §. imputari, num. 4. C. de inofficios. testamen. & in cõsil. 21. lib. primo, Roman. consil. 469. in fine, Ruin. consil. 29. num. 14. lib. 5. quos sequutus est Marcus Antonius Peregrinus in consilio particulariter pro illis quæstionibus inter patrem, & filium edito 89. num. 11. & consil. 92. no. 3. lib. 3. & post eum in eadem facti specie Guiller. Guidobon. aduocatio. 37. num. 13.

50 An autem † ista dotis restitutio liberet patrem ab alia restitutione nurui postea suo casu fienda, si forsan tunc maritus reperitur non soluendo, disputant Ancharan. in allegato consil. 238. Francisc. Viuius decis. 261. num. 11. Barbos. in 2. par. l. 2. in princi. num. 16. ff. solut. matrimo. Francisc. Bec. in citato consil. 43. ex num. 8. latè Bal. Nouel. de dot. par. 7. priuileg. 34. per tot. Afflict. & ibi addentes decisio. 349. Vincentius de Franch. decision. 381. & Ioannes Baptista Costa de portione rata quæstio. 51. num. 4. cum penè infinitis quos ipsi adducunt. In qua qoæstione dicit Parpal. in l. 2. num. 56. ff. soluto matrimon. relatus per Vrsill. in additio. ad Afflict. decis. 349. num. 2. quot sunt capita, tot
51 sententiæ. In Senatu † Neapolitano *decisum* quandoque fuisse pro affirmatiua, quòd scilicet possit fieri restitutio dotium à patre, vel eius hæredibus, filio nuru consentiente, & quòd tali casu remaneant liberati, auctor est Matthæus de Afflict. in citata decis. 349. In casu autem relato per Vincent. de Franchis in allegata decisio. 381. contrarium idē
† Senatus *definiuit*, sed ex quibusdam circunstantijs, quæ fraudem arguebant in restitutione in detrimentum mulieris, quas ibi legere poteris, si casus occurret.

52 Ego, † cessante omni fraude, quæ posset inclinare ad contrarium, semper cum Crot. tenerem in l. frater à fratre, quæstio. 18. versic. Vnum, quòd in omnibus casibus, in quibus compellitur pater dotem restituere filio,
53 restituendo liberatur, quia † non debet decipi auctoritate legis, & ea mediante Iudicis ad restitutionem dotis compellentis, l. prima, in fin. Cod. de ijs qui ven. ætat. impetra. cum quo concordant non pauci, ex ijs qui quæstionem tractant, quos per suprà adductos videre poteris.

54 Est & alia † ratio, quia in humanum foret cogi patrem consensum præstare in eam rē, ex qua mox futurum sit vt ipse conueniatur, l. prima, l. pupillus, & l. quod dicimus 7. de auctorit. tuto. & alia iura adducta per Anto. Fabr. in suo Cod. lib. 2. tit. 32. de tempor. in integ. restit. defini. 6. num. 20.

55 Hanc † opinionem vidi in terminis per
† nostrum semper egregium Senatum *amplexam* in causa Balthasaris, & Mariæ Folchs, contra Antichum Chrillophorum Folchs patrem, & socerum respectiuè agentium, in eo verteuti, ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Senjust, dum in eadem sententia lata 13. Septembris 1611. qua condemnauit dictum Antichum Christophorū Folchs ad dotem restituendam filio, ex quò ipse cæperat seorsum à patre habitare, & onera matrimonij sustinere, sequentem clausulam adiunxit: *Hoc intellecto, & declarato, quòd dicta Maria Folchs & Beulo* (vxor filij) *firmet instrumentum indemnitatis dicto Antichо Christophoro Folchs socero suo obligationis per eundem Antichum Christophorum Folchs firmatæ de restituendo suo casu eidem Mariæ dotem prædictam*. Scriba Iacobus Bas.

56 Benè † esset propter istas difficultates, quòd se pater difficilem redderet circa hanc restitutionem, offerendo vel filio dare quot annis quantum ex dote posset filius habere pro sustinendis oneribus matrimonij, vel depositum facere penès aliquem mercatorem, vt de honesto lucro filio responderet, vel etiam dotem conuersam in emptionem

annuorum reditumm, aut bonorum ſtabiliũ dare, aut denique liberè dotem filio elargiri, ſi tamen ei cautionem præſtaret, aut quid ſimile faceret, per quod ſemper ſalua dos remaneret, in quo benè etiam eſſet quòd patrem Iudex audiret, prouti eum teneri inſinuant ſignanter Vrſill. & Vincent. de Franchis in locis citatis, nonnihil Bec. dicto conſil. 43. numer. 7. & ceſſarent amaritudines. Sed ſi pater nihilominùs ad ſimpliceni reſtitutionem condemnaretur, tunc quis non videt quàm rationabilis, & iuſta foret noſtra ſuperiùs explicata opinio, quòd pater liber eſſet ab obligatione.

57 Supradicta † procedunt conſiderato negotio in abſtracto, in caſu ſcilicet, quo nihil aliud intercedit, præter id quod eſt recipere patrem dotem, quia ſuſtinere debeat onera matrimonij filij, & poſteà recedere filiũ ab eo, & incipere habitare ſeorſum à patre, tũc procedunt ſupradicta ſine dubio, quòd pater tenetur reſtituere dotem filio, quia ceſſat cauſa, ob quam apud eum erat.

Sed ponamus caſum, qui frequentiſsimè contingit in noſtra Cathalonia, quòd conuenit inter partes in capitulis matrimonialibus de alimentando filium, & nurum, & eius familiam, & tenendo eos in propria domo, & de dando filio in caſu diſcordiæ certam quantitatem pro ſupportandis oneribus matrimonij, nihil dicendo de dote, quam, præſupponitur, iam tunc cùm iſte caſus diſcordiæ ſuccederet, recepiſſe ipſum patrem. Quæritur, an vltra illam quantitatem promiſſam, teneatur pater dotem e-

58 ſtam filio reſtituere? Videtur † prima facie dicendum quòd non, quia adhuc dicendus eſt pater ſuſtinere onera matrimonij filij, cùm dederit ei ex quo ſuſtentari deberent, & poſſent onera prædicta. Videtur enim hoc nihil aliud, quàm dare filio extra domum quod dabat intra; & quemadmodũ cùm in eadem domo filius commorabatur, non tenebatur pater ad dotis reſtitutionem, ſic non videtur teneri quando extra domum viuit, cum pecunia tamen patris expreſsim ad ſupportãda onera matrimonij promiſſa, & data: quid enim intereſt domi, vel extra domum socra ſuſtinere? certè nihil: nonne

59 ſubrogatum † ſapit naturam eius in cuius lo cum ſubrogatur? l. ſi eum, §. qui iniuriarum,

60 ff. ſi quis cautio. cum ſimil. Per quod † Surd. † & cum eo *Senatus Mantuanus* deciſio. 19. & 35. ſtatutum diſponens, & loquens in fauorem famulorum, qui ad noſtrum vinum, & panem, ac in noſtra domo ſunt, & habitant, extendit, & procedere aſſerit etiam in illis famulis, qui extra domum noſtram habitãt, à nobis tamen conducti certa mercede certorum ſolidorũ recipienda in ſingulos dies, ex eo quòd iſtud in locum illius eſt ſubroga-

61 tum, & lex † non eſt impoſita verbis, ſed menti, glo. in l. damni infecti, §. ſi is qui ruinas, de dam. infec. Surd. in dictis locis. Sic in noſtro caſu idem videtur iudicandũ de eo quod filio, & ſuæ familiæ extra domum pater ſubminiſtrat pro oneribus ſui matrimonij ac ſi intra domum eos alimentaret.

63 Senatus † tamen contrarium *dixit* in ſupradicta cauſa patris, & filij Folchs. Sumpſit pro fundamento quòd partes non concordauerant ſuper dote in iſto caſu, quo ſeorſum habitarent, apud quem manere illa deberet, ideò remanebat ille caſus in diſpoſitione iuris communis, cùmque ſecundùm illud dos debeat reſtitui filio quando à patre recedit, & incipit onera matrimonij per ſe ſuſtinere, vt probauimus, ideò viſum fuit declarare reſtituendam fore dotem. Nec voluit admittere Senatus, quòd ex eo quod ſuprà conſideratum eſt, cenſeri debeat pater ſuſtinere onera matrimonij filij. Sunt e-

63 nim † alia quamplura, illaque grauia, vltra id quod eſt dare vndè coniuges alantur, quibus non poteſt niſi intra domum ſatisfieri, à quibusq. exemptus, & immunis fit ſocer dũ nurum domi ſuæ non habet, & ea omnia curæ, & ſolicitudini viri relinquuntur, quibus habet ſatisfacere, vt benè notat. Bal. Nouell. in tract. de dot. par. 7. priuileg. 34. num. 5. in verſicul. Sed tunc opponitur, quem ſequitur Bec. in conſ. 43. num. 10. Bim. conſil. 132. nu. 20. lib. 2. & Port. Imol. in conſil. 85. num. 16. qui particulariter dicta onera enumerat, quę ſunt potentia ad terrendum quẽcunque qui velit nubere, de quibus infrà dicemus latè.

64 Propriè igitur, † & verè maritum cenſuit Senatus in caſu ſupradicto dici debere, ſuſtinebat onera matrimonij, non patrẽ, quamuis filio certam pecuniæ quantitatem dediſſet, forſan ex his quæ nos ſuprà proximè adduximus. Vel etiam † quia inſpici magis cauſa proxima, & immediata cauſa onerum matrimonij quæ eſt in viro, debet, quàm cauſa remota, & mediata, quæ eſt in ſocero, argumen. l. ſocium, §. fi. ff. pro ſocio, & l. pater qui caſtren. ff. de caſtrenſi pecul. & l. ſi mulier, ff. rer. amotar. Nouell. in terminis d. nu. 5. verſic. Item quia, Pariſ. in conſil. 127. nu. 4. volu. 1. & conſil. 41. num. 7. vol. 3. Rolan. à Val. in

66 conſ. 48. num. 31. vol. 2. Adde, ſi vis, † quòd hæc opinio videtur tenenda proculdubio, quia magis fauet dotibus, & mulieribus, quarum intereſt vt dos magis conſiſtat apud maritum, quando eſt perſona diligens, quàm apud ſocerum, facit l. in ambiguis, de iu. dotium, Bald. Nouell. de dote par. 7. priuileg. 34. num. 5. in fine.

Sed

67 Sed non † putes, (vt ex hoc explicatum habeas quod ad quotidianam praxim in hac materia conducit) quòd ſtatim atque inſtrumentum eſt confectum, prout hic, aut aliàs, de dotis promiſsione, & conſtitutione actio oritur marito ad illam exigendam, & quòd per ſolam oſtenſionem, & præſentationem inſtrumenti poterit dotem ſibi tradi obtinere, etiam ſi illud ſit multùm guarentigiatum, oportet enim vlteriùs monſtret, & doceat matrimonium fuiſſe reuera, & cum effectu in facie ſanctæ matris Eccleſiæ contractum, aliàs non eſt, nec eſſe debet qui exe-
68 cutionem tribuat inſtrumento. Ratio † eſt apertiſsima, & manifeſta, quia actio dotis exigendæ reſpectu mariti, non oritur niſi à die cootractarum & ſequutarum nuptiarum, vt expreſsim probat l. tali facta 49. ff. de iu-
69 re dotium. Item, † quæ executionem inſtrumentis tribuunt ſtatuta, aut alia iura, intelliguntur de liquidis, vt probat textus in l. hoc iure 10. de verborum obligationibus, quem ad hoc citat Bald. in l. cum teſtamento, in fin. C. de manumiſſ. teſta. & alij addu-
ctj per Proſperum Carauit. in ritib. magnæ curiæ, ritu 167. num. 4. Surdus deciſio. 27. num. 5. Fabius Turret. conſil. 57. num. 17. libro 2. & plena manu Carolus de Graſsis de exceptionib. exceptio. 36. per totam. In-
70 ſtrumentum † autem dotale, quando nõ expreſsè, ſaltem tacitè, habet in ſe conditionem, ſi matrimonium ſequatur ſolemniter, & legitimè, ex gloſſ. in dicta l. tali facta, in princip. quæ allegat l. plerumque, de iu. dotium, Franciſcus Viui. deciſio. 39. num. 1. libro 1. vbi dicit de hoc eſſe caſum in l. ſi ſtipulationem, & quod ad hoc ibi illum textum notat Bart. & in l. plerumque, §. ſtante, & in l. in rebus, §. 1. ff. de iure dot. Marius Freccia de præſentatio. inſtrument. in 7. par. quæſt. 10. num. primo. Ergo non eſt liquidum interim, dum non conſtet matrimonium eſſe contractum.

71 Finaliter † in conditionalibus paldm eſt, quòd non naſcitur actio ante adimplementum conditionis, l. cedere diem, de verbor. ſignification. cùmque nemo ſine actione experiatur, oportet quòd ludici conſtet de adimplemento, antequam inſtrumẽto tribuat, ad inſtantiam mariti, executionem; video. vltra Doctores ſupradictos, Vincentius de Franch. deciſio. 366. Theſaur. deciſio. 26. nu. 3. & Anna ſingula. 248. Hæc ego iam dixeram, licèt non ita expreſsè, in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 1. num. 55. vbi etiam adduxeram illam Franciſci Vtuij deciſio. 39. de qua ſuprà, in qua ſic aſſerit pluriès in Audientia
†† Barenſi *declaratum*. Sed quia hæc erant, & ſunt proprtia huius libri, ideò nolui illa omittere: & abſoluitur primum membrum. Veniamus ad ſecundum, quod præſtabimus in ſequen. gloſſ. parte.

SVMMARIA.

1 *Maritus eſt dominus dotis.*
2 *Dominium non tranſfertur ſine traditione.*
3 *Dotalis res non dicitur ante traditionem.*
4 *Traditio non probatur per verbum*, tradit, adfert, offert, *& ſimilia, niſi res ſit præſens.*
Valet tamen ad capiendum poſſeſſionem propria auctoritate. ibid.
5 *Clauſula conſtituti tranſfert dominium, & poſſeſſionem.*
6 *Traditio vera probatur per illa verba*, adfert tantam pecuniæ quantitatem in dotem, quam ei tradit.
7 *Traditio præceſſiſſe præſumitur, quando quis reperitur in poſſeſſione rei.*
8 *Poſſidere ſemper quis præſumitur ex præambulo titulo.*
9 *Maritus in iure noſtro appellatur paſſim dominus dotis.*
10 *Marito datur rei vendicatio in dote.*
Rei vindicatio non datur niſi domino. ibidem.
11 *Vxor etiam appellatur in iure domina dotis. & num. ſeq.*
12 *Domini duo inſolidùm eiuſdem rei eſſe non poſſunt.*
13 *Dominium dotis, quod dicitur eſſe penès maritum, plures dicunt eſſe verum dominium, & qua ratione.*
Societas quædam dicitur contracta inter virum, & vxorem. ibidem.
Caro vna ex duabus perſonis fit per matrimonium inter virum, & vxorem. ibid.
Et vna domus, & vna familia. ibid.
14 *Filij viuo patre domini dicuntur ſubſtantiæ paternæ, & qua ratione.*
15 *Dominium dotis, quod eſt penès vxorem, dicitur ab alijs verum dominium; fictitium autem, & imaginarium quod eſt penès maritum.*
16 *Maritus non præiudicat vxori in re dotali, nõ ſoluendo annuos canones domino directo. vbi deciſ.*
17 *Maritum dici dominum dotis tantum quoad ius adminiſtrandi, & percipiendi fructus ex ea, alij dicunt.*
Imperator qua ratione dicatur dominus totius mundi. ibid.
18 *Maritum alij dicunt dominum dotis ciuilem, vxorem verò naturalem.*
Maritus, & vxor, ambo dicuntur dotari. ibidem.
19 *Maritus ab alijs ſolùm dicitur vſufructua-*

rius dotis, non illius dominus, & deindè. vbi dec. ſ. noſtri Senatus.

20 *Vſufructuarius prouidentia legis, an differat ab vſufructuario ex diſpoſitione hominis.*

21 *Maritus fortius multò ius habet in dote, quàm vſufructuarius in re vſufructuaria.*

22 *Maritus in contractibus, quos facit ſimul cum vxore circa res dotales in Cathalonia, ſemper dicitur vſufructuario nomine, & vxor proprietario, ex communi conſuetudine.*

23 *Dominium, aliud dicitur proprium, & aliud improprium.*

24 *Dictio*, quaſi, *indicat improprietatem, & imperfectionem dicti.*

25 *Vſufructus quandoque appellatur in iure dominium, & qua ratione.*

26 *Dominium imaginarium quod dicatur, & qui dicantur illud habere.*

27 *Maritus ab aliquibus dicitur dominus dotis de præſenti, & vxor in ſpe.*

28 *Maritus dicitur dominus dotis reuocabilis.*

29 *Maritus dicitur dominus bonitarius dotis, vxor verò domina quiritaria.*

30 *L. in rebus, C. de iu. dot. quædam verba expenduntur.*

31 *Dos non eſt regulariter priuilegiata, ſed regulis communibus ſubijcitur.*

32 *Dominium verum, & naturale, ſecundum omnium Doctorum opinionem, eſt penes vxorem.*

Dominium dotis fictum, imaginarium, quaſi dominium, ſeu vicedominium, eſt penès maritum, ſecundum opinionem Auctoris. ibid.

33 *Vxor quæ poſt mortem viri illius bona poſſidet pro ſuis dote, & ſponſalitio, dicitur vicedomina.*

34 *Legitima patris non detrahitur de parte dotis, quam vir ex ſtatuto lucratur, nec illa intrat in computationem.*

35 *Dominium dotis ſoluto matrimonio redit ſtatim ad vxorem, non remanet penès heredem.*

36 *Maritus eſt qui reuera poſſidet dotem conſtante matrimonio.*

37 *Maritus, & vxor dicuntur ambo poſſeſſores dotis in l. hic allegata.*

38 *Poſſidere duo inſolidum eandem rem non poſſunt.*

Poſſeſſio naturalis dicitur vſus rei.

39 *Vxor dicitur poſſidere dotem ad effectum ne*

40 *teneatur ſatisdare.*

41 *Maritus eſt verus dotis poſſeſſor, mulier fictè, & imaginariè ad ſupradictum effectum.*

42 *Vxor dicitur ab alijs poſſidere dotem naturaliter.*

43 *Vxor dicitur poſſidere dotem poſſeſſione naturali, quæ diſtinguitur à ciuili, ſecundum aliquos.*

44 *Maritus, & vxor dicuntur ambo, ſecundùm aliquos, poſſidere dotem non inſolidùm, ſed pro indiuiſo.*

45 *Opinio Auctoris circa iſtam poſſeſſionem dotis.*

46 *Poſſeſſio ciuilis dicitur quæ remanet penès proprietarium, naturalis autem quæ eſt penès vſufructuarium.*

47 *L. Pomponius Philadelph. ff. fami. erciſ. interpretatur.*

48 *Gloſ. in l. Pompon. Philadelph. ff. famil. erciſc. verb. naturaliter, notatur.*

Verbum, naturaliter, *interpretatur, id eſt, de facto, & ſeu re ipſa. ibid.*

49 *Tabellæ naturaliter apertæ, et naturaliter clauſæ, quid ſignificent.*

50 *Naturaliter poſſidere ſignificat, id eſt, corporaliter.*

51 *Præſcriptio in rebus dotalibus non procedit vt uente marito.*

Præſcriptio non currit non valenti agere. ibidem.

52 *Impedimenta facti, & impedimenta iuris impediunt præſcriptionem.*

Præſcriptio longiſſimi temporis, ſicut ordinaria, non currit non valenti agere. ibidem.

53 *Tempus petendi dotem à ſtatuto præfixum, non currit mulieri conſtante matrimonio.*

54 *Fructus dotales non ſic priuilegiati ſunt ſicut ipſa dos. vbi deciſ.*

55 *Præſcriptio non currit non valenti agere, ſiue id ſit quia non habet actionem, ſiue etiam quia eam habet talem vt legitima exceptione poſſit elidi.*

56 *Contrarium tenet Antonius Faber, qui impugnatur.*

57 *Actio dotis à quo tempore oriatur.*

58 *Præſcriptio non currit non valenti agere, quibus caſibus applicatur per Doctores, remiſſiuè.*

59 *Præſcriptionē, in rebus dotalibus non currere mulieri conſtante matrimonio, declarant plures Senatus.*

60 *Præſcriptio non currit contra filium, dum eſt in patris poteſtate. vbi deciſio noſtri Senatus.*

61 *Præſcriptio, nedum ordinaria, ſed nec longiſſimi temporis currit impedita mulieri conſtante matrimonio.*

62 *Debitor dotis præſcribit legitimo tempore, ſi maritus eſt negligens in exigendo. vbi declaratur.*

63 *Fundus dotalis ſicut non poteſt alienari, ſic nec præ-*

præscribi ex negligentia viri.

64 *Marito perit dos si negligens est in ea exigenda, & debitor interim fit non soluendo.*

65 *Periculum nominis cessi cuius sit, remissiuè.*

66 *Mulier negligens in recuperatione dotis ex bonis viri quando pecuniæ ad eam peruenerunt sufficientes, ampliùs non potest agere.*

67 *Creditor negotia sui debitoris gerens, si ex pecunia quæ ad ipsum peruenit, sibi nō soluit, in culpa esse censetur, & si aliud pecuniæ obuenit, actionem amittit.*

68 *Marito an imputetur si dotem à socero promissam suo tempore non exegit, si postea fit nō soluendo.*

69 *Opinio affirmans.*

70 *Opinio negans.*

L. si extraneus, de iur. dotiū, interpretatur ibid.

71 *Marito non imputatur, si extraneum voluntariè dotem promittentem non vrserit, si de inopi fiat non soluendo.*

72 *Reprobatur ab Auctore.*

73 *Marito non imputatur si dotem non exegit à promittente propter illius inopiam.*

74 *Iacob. Cuiacius ad l. si extraneus, de iure dot. notatur.*

75 *Marito non imputatur, si ab ipsa muliere dote promittente non exegit, quamuis ipsa postea pauper efficta sit.*

76 *Maritus, qui dotem recepit à promittente, vel recepisse confessus est absque vxoris consensu, tenetur ad illius restitutionē atqui si reuera recepisset.*

77 *Marito imputatur si ab hæredibus soceri tempore quo erant diuites, dotem promissam nō exegit.*

78 *Periculum dotis videtur quòd ad mulierem spectare debet, vti dotis dominam veram.*

79 *Periculum rei semper est domini illius.*

80 *Periculum dotis inæstimatæ ad mulierem spectat, nisi sit aliquis dolus, aliquaue culpa mariti.*

81 *Periculum dotis æstimatæ est mariti.*

82 *Periculum rerum dotalium existentium in pondere, numero, & mensura, ad maritum spectat.*

GLOSSA I. PARS II.

De alijs vtilitatibus constitutionis dotalis ergamaritum.

Et an maritus, an vxor sit dominus dotis.

1 EST secundò † vtilis etiam viro hæc nostra constitutio dotalis, quia per eam fit dominus dotis, non dico æstimatæ ea æstimatione, quæ facit emptionē, circa quam res non habet dubitationem, vt in superioribus abundē iam vidimus, sed inæstimatæ, & illius etiam, quæ in pecunia cō sistit, potè traditionē tamen, non ante, quia

2 dominium † sine ea regulariter non transfertur, l. traditionibus, C. de pactis, vbi omnes Scribentes, & in dote ita expressim disponit l. de diuisione, ff. soluto matrimon. & ibi latissimè explicant Doctores, & signanter Barbosa in repetitione, & potest esse

3 † rationis ratio, quia nec res dicitur dotalis ante traditionem, l. dotalem, §. dotale, de fund. dota. Surd. decisio. 211. num. 2. Marta voto 13. num. 4. & 5. Rota Roma. decisio. 192. in recollectis secundo loco per Farinacium, Rosental. de feud. cap. 9. membr. 1. conclu. 8. num. 2. & magis in infetioribus explicabitur.

4 Quæ traditio † nō probatur eo ipso quòd legantur in constitutione dotali illa quamuis ampla verba, *donat, constituit, tradit, adfert, offert*, & similia, nisi res esset in præsentia; operatur tamen ad ingrediendum possessionem propria auctoritate, prout in his proprijs terminis nostræ constitutionis dotalis docet pluribus Martin. Monter decisio. Arago. 13. num. 25. & approbat noster Cancer in 3. part. variarum resolutionum c. 4. de seruitu. num. 30. videnda. Bertazzol. in tract. de clauſ. clau. 16. tot. glo. 3. & Surd. de-

5 cisio. 166. num. 15. & 16. Circa quod † ego non immotor, cùm in constitutione rerum stabilium in dotem, circa quā potest cadere illa disputatio, soleat semper apponi clausula constituti, quam certum est importare veram dominij, & possessionis translationē absque reali traditione, vt abunde docuimus in 1. tom. clauſ. 4. glo. 27. per tot. & signanter ex num. 5.

6 Valeret † pro vera traditione in dote cōsistente in pecunia, vbi nihil constitutū potest operari, nec solet apponi, imò haberetur pro vera solutione, si legerentur in instrumento verba, quibus significaretur pecuniam, quæ dicitur afferri in dotem, esse in conspectu partium, veluti dicendo, *Adfert tantam pecuniæ quantitatem, quam de præsenti ei tradit*, prout probat Cancer loco superiùs citato num. 32. vbi sic intelligit quoddā dictum Martini Monter. in cita. decisio. 130.

num.

num.35. adducens famoſum illud Ludouici Roma.conſil.482.incip.Præmiſſo, quod totum tendit ad probandum inſtrumentum, quo narratur aliquem alicui aſsignaſſe, ſeu tradidiſſe tale quid in præſentia eius,cui tra ditor, vel aſsignatum dicitur, inducete probationem realis traditionis,ad quod facit l. 2.C.de acquiren.poſſeſſ. Quibus ego adderem quæ copioſiſsimè de his tradit Surd. to ta deciſio.284.Sed nec circa hunc articulum immorandum oportere cenſeo, quia ſi contingit quòd res ita agatur, prout ſuprà dictũ fuit, iam erit quod nos ab omni dubitatione amoueat: ſolent enim in hoc caſu firmari apochæ per recipientes, quæ continent confeſsionem in præſentia Notarij, & teſtium, contra quas nihil poteſt opponi, vti latiùs cùm de his confeſsionibus agemus, probabimus infrà.

Non ergo (vt reſumamus) debemus fatigari in dote immobilium, ſi illa verba,*dedit, conſtituit, conſignauit*, & ſimilia, important traditionem, cùm iam futurum, ibi ſit aliud quod traditionem importabit,nempè conſtitutum. Neque etiam in dote conſiſtente in pecunia debemus multùm perquirere verba, ex quibus deprehendamus,num pecunia fuerit tempore conſtitutionis numerata, & ſoluta,vel non, cùm ſi numerata fuerit, debemus credere quòd confecta fuit apocha, vt ſuprà diximus, & quando nõ adeſt, vix debemus induci ad credendum pecuniam ibi fuiſſe præſentem,& numeratam.

7 Vnum † non eſt iuſtum omittamus in hac materia traditionis rei, quòd ſi is, cui res tradi debuit, reperitur in illius poſſeſſione, ſemper traditio præſumitur, ſecundùm glo. in l.2.C.de acquiren.poſſeſſio. vbi Angelus notat, alios citat Socin.in conſil.15.num.7.

8 vulum.4.Poſſidere † enim quilibet cenſetur ex præambulo titulo, glo.in l.quædam mulier.ff.de rei vendicatio. Alciat.qui alios citat,de præſumptionib.regul.2.præſumptio. 23.per totam, Surd.in conſil.16.num.13. ſequentib. & deciſio.134. num. 11. & alibi paſſim.

9 Nec mireris † quòd dixerim noſtrã conſtiturionem dutalem operari translationem dominij in maritum,cùm expreſſim iura noſtra eum dominum dotis appellẽt in l.ſi prędium, C. de iure dotium, vbi cum marito de dote loquens, ſic Imperator ait: *Cum rei tibi quæſitæ dominium auferre nolenti minimè potuerit*, in princip.inſtitut. quib.alienare licet, vel non, ibi: *Accidit aliquando vt qui dominus nõ ſit,&c.* quod poſteà exẽplificat Imperator in marito reſpectu dotis; & rurſus ibi: *Quamuis ipſius ſit dotis cauſa ei datum*, in l.dotalẽ, §.dotale, de fundo dota. ibi: *Dotale prædium ſic accipimus cùm dominium marito quæſitum eſt, vt tunc demum alienatio prohibeatur*, & denique in l. doce ancillam, C.de rei vendicatio. aduertendo,

10 quòd † Imperator ibi rei vendicationẽ marito concedit in re dotali, quod non faceret niſi illum præſupponeret dominum, & pro domino haberet, l.in tem, de rei vendicat. cum ſimilib.

11 Sed † quale dominium iſtud erit,neceſſarium eſt perquiramus,cùm eodem modo iura noſtra domioam dotis ipſam vxorem appellent,& faciant,quemadmodum & ipſum virum, niſi (quod maximum foret abſurdũ)

12 duos † inſolidùm dominos in eadem re eodem tempore faciamus, contra vulgarem l. ſi vt certo,§.ſi duobus vehiculum, ff.commodat. & l.hæreditate, §.pater,de calltenſ.pecul.cum ſimilib.Iura autem,quæ vxorem dominam dotis appellant, ſunt vulgaria,in l.in rebus,C.de iure dotium, ibi: *Cùm eadem res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio*, in l.3.§.ſed vtrum,in fin.ff.de minor.ibi: *Puto reſtituẽdam, quoniam dos ipſius filiæ proprium patrimonium eſt*, l.quamuis,ff.de iur.dotium,ibi: *Quamuis in bonis mariti dos ſit, mulieris tamen eſt*. Alia loca potuiſſem pro vtraque parte adducere, ſed hæc ſufficiant. Reliqua videri poterunt apud Doctores, qui adducentur ſuis locis. Videre etiam debebis, vt omnes habeas, qui ex profeſsò & latè quæſtionem hanc tractant, ſuprà vbi de dote æſtimata egimus, vbi plures alios tetulimus, vltrà hic allegatos.

Hęc vt componerent Doctores,& vt mõſtrarent qualiter compatiantur duo domini in dote, varia excogitarunt, quæ dicerent, cum quibus vereor ne rem magis dubiam,ac magis confuſam fecerint: eos, quæſo, breuiter audias, poſtea videbis quid nobis in his placuerit, ac placeat.

13 Aliqui † de quibus per Ioannem Corraſ. miſcellan.iur.lib.5.cap.14.nu.3. dominium verum,& efficax penes maritum eſſe cẽſent, quod Corraſ. procedere credit propter promiſcuum rerum vſum,& mutuam coniugum affectionem, quibus ſocietas quædam diuinæ, & humanæ domus coiri putatur, l. 1. de ritu nuptiarum,l.aduerſus,C.de crimi.expila. hæredita. & vna caro ex duabus perſonis effici, cap.gaudemus,de diuor. cum ſimilib. vnaque domus, & familia conſtitui, l.1.§.ſi

14 vir,ff.ad Silla.Cui † tei ſimile valdè eſt quòd de filijs traditur,vt viuo patre ſubſtãtiæ paternæ domini quodammodo exiſtimentur, non alia ratione,quàm propter affectionem naturalem, & communem vſum patris, & filiorum, l.in ſuis,de liber.& poſthum. Hæc

Cor-

Corraſ. appellat communem Doctorum interpretationem.

15 Alij † ex diametro contrarium probarũt, quòd imò verum, & legitimum dominum ſit quod apud vxorem manet, fictitium autem, & imaginarium quod penès maritum exiſtit, Corraſ. vbi ſuprà num. 6. Menoch. de arbitrar. iudi. caſu 39. num. 19. ſequitur Georg. Cabedo, & cum eo Senatus Luſitanus deciſio. Portugal. 154. nu. 7. par. 1. vbi ex eo

16 *declaratum* † dicitur maritum non præiudicare vxori in emphyteuſi dotali non ſoluendo penſiones, quia verè ipſe dominus non eſt, ſed mulier, & ſi (inquit) dominus aliquando maritus dicitur, dominium illud imaginariũ eſt dicendum, ac dominium vxoris verè dominium: ex qua deciſione magnam hæc interpretatio recipit auctoritatem.

17 Alij † dicunt, vt proximi, verum dominium dotis penès vxorem reſidere, maritum autem dominum appellari quoad ius adminiſtrandi, & protegendi, vt aliàs de Imperatore tradidit, qui dicitur dominus totius orbis, Lara in l. ſi quis à liberis, §. ſi quis ex his num. 250. de liber. agnoſcen. Barboſa in l. dotalem, num. 4. verſic. Non obſtat tertiũ, & num. 8. verſic. Ex his, vbi dicit veram concordiam eſſe, quòd vbi traduntur res ex cauſa dotis, non videntur tradi ea mente, vt dominium quoad omnes effectus tranſeat in maritum, ſed tantùm quoad ius adminiſtrãdi, & percipiendi fructus ex dote, l. dotis, de iure dotium, Coſta de portione rata, quæſt. 52. num. 7. conuenire in idem videtur Alua. Velaſc. in prax. pattitio. & colla. poſita poſt ſuas conſultatio. cap. 36. nu. 7. dum pulchrè dicit, in puncto iuris verum eſſe dominium rerum dotalium naturaliter permanſiſſe in dominio vxoris, vt in l. in rebus, in princip. C. de iure dotium, & tranſitus rerum qui fit in maritum ex legum ſubtilitate, vt idem texr. dicit, ſit quoad exercitium actionum, & res vendicãdas, l. doce ancillam, C. de rei vendicatio. & per Duare. in rub. ff. ſolu. matrimo. cap. 1. in fin. & alios, vt per Pinell. in l. 1. par. 3. num. 13. C. de bonis matern. latè Queſada diuerſa. quæſtio. iur. cap. 13. vbi addit verum dominium, & liberum in marito ſolùm poſſe, & debere conſiderari quoad fructus.

18 Alij † ſunt in opinione, quòd ambo quidem ſint, & dicantur domini dotis, maritus, & vxor, ſed dominium vxoris appellant naturale, ciuile verò mariti, id quod probari exiſtimant expreſſa l. in rebus, C. de iur. dotium, quod eſt in cauſa cur leges indiſtinctè dicantur dotare tam virum, quàm mulierẽ, quia ſcilicet ambo efficiuntur domini dotis modo ſupradicto, l. non tantùm, ff. de tutor. & curator. Ita expreſsis verbis ſentit de hac re doctiſsimus Seraphi. de Oliuar. deciſio. Rot. Roma. 201. num. 28. Hyppo. Riminal. conſil. 148. num. 53. volum. 2. Ioan. Baptiſta Coſta de portione rata quæſtio. 52. num. 7. Cenallos in commun. contra commu. qu. 3. à num. 47. cum ſeqq. alij etiam plures, quos latè refert Nicol. Garcia in tract. de benefic. tom. 1. par. 5. cap. 9. num. 159.

19 Alij † nullum dominium volunt concedere marito reſpectu dotis, ſed eum nudum vſufructuarium temporalem faciunt pro tempore durationis matrimonij pro illius oneribus, vt eſt videre apud Ioſephum Ludouiſi deciſio. Peruſi. 89. num. 17. & 18. par. 2. concordare in hoc videtur Ioan. Baptiſta Coſta dicta quæſtio. 52. num. 7. hoc ſolùm addito, quòd maritus ſit vſufructuarius ex prouidentia legis, non ex diſpoſitione hominis: Inter quos (inquit) magna eſt de iure differẽtia, vt docet Molin. de primogen. Hiſpan. lib. 1. cap. 27. ad fin. Sed fallitur Coſta, quia Moli. contrarium tenet, nullum inter hos vſufructuarios eſſe conſiderabile diſcrimen, pro vt etiam aduertit Roſental. de feud. cap. 10. concluſio. 43. num. 75. Quod tamen multùm vituperant Barboſ. in l. diuortio, §. ſi fundum num. 7. ff. ſolut. matrimo. & Ioan. del Caſtillo Sotomaior de vſufruct. cap. 4. num. 6. dicentes eſſe communem opinionem, & Doctores omnes in hoc conuenire, quòd de marito ad vſufructuarium, & è contra, validum argumentum fieri non poſsit, quippe quia

20 fortius, † & potentius quidem ius maritus habeat in bonis dotalibus, quàm fructuarius in re fructuaria.

22 In noſtra † Cathalonia vulgatiſsimus eſt is loquendi modus quando vir & vxor contrahunt circa res dotales, vxor proprietario, & maritus vſufructuario conſtante matrimonio nominib⁹, quæ verba denotãt pro vſufructuario maritum hic haberi, & vxorẽ p proprietaria; & nõ diu eſt, die ſcilicet 6. † Februarij 1616. lata fuit Regia *ſententia* referente egregio Senatore primatio Ioanne Gallego, in cauſa Marchioniſſæ de Ardales, contra Ducem Seſſæ, Scriba Segui, in qua Senatus eodem loquendi modo vtens non ſemel vſufructuarium maritum appellat, & eius ius vſumfructum dicit, ibi: *Vſusfructus qui penès maritum reſidebat, eo mortuo fuit ipſo iure extinctus, & proprietati penès dictam Marchioniſſam reſidenti unitus, & conſolidatus*, vt ibi poteris videre. Aliã † *declarationem* vidi in Archiuo Regio antiquitùs factam, die ſcilicet 22. Iunij 1527. coram egregio olim Senatore N. Paſqual, in cauſa Petri Vilaraſa, contra Yolantem Viuer, vbi loquendo ad quem pertineat recupe-

cuperare dotem non ſolutam poſt diſſolutũ matrimonium morte viri, reſoluendoque quòd ad vxorem ſuperſtitem, loco illorum verborum, *Poſt diſſolutum matrimonium morte viri*, ponuntur hæc, *Finito vſufructu per mortem mariti*, vt indè comprehendas quàm familiaris ſit Senatui hæc loquutio.

23 Petrus Gregorius † in ſyntagm. iur. vniu. par. 1. de rebus, lib. 1. cap. 12. de domin. proprieta. & poſſeſſ. ex num. 7. ponit duas dominij ſpecies: vnum dicitur dominium verum, & proprium dominium, quod eſt eius cuius eſt proprietas: & aliud improprium, quod quaſi dominium appellatur, quod eſt eius, qui habet vſumfructum in aliqua re: primũ dominium verum, & proprium (inquit) eſt mulieris, cuius eſt proprietas: ſecundum verò mariti, cuius ſunt fructus, id quod probat expreſsè l. cum in ſundo 81. in princip. ff. de iure dot. vbi idem Triphon. qui in l. quamuis, eiuſdem tituli, rei dotalis dominium penès maritũ exiſtere dixerat, eũdem quaſi dominum in vſufructu in dotem dato appellat, ratione enim dictionis, *quaſi*, (inquit Gregorius) reiecta opinione Accurſiana in eius explicatione, quæ vult veritatem indè exprimi, exiſtimo ſimilitudinem dominij propter commodum fructuum, non verum
24 dominium exprimi. Indicat † enim improprium ſignificationem vocula, *quaſi*, & imperfectionem dicti, l. in facto 59. de conditio. & demonſtratio. etſi & vbi iura noſtra dominium ſimpliciter appellant ius illud penès maritum reſidet, id eſt fictione quadam, & ſubtilitate iuris, non quòd propriè dominium ſit; ad quod quamuis non haberemus aliud teſtimonium, quàm Iuſtiniani Imperatoris in ſæpè citata l. in rebus, C. de iure dotium, id planè ſufficeret. Quid enim clariùs dicere ad id potuit, quàm *Cum eadẽ res & ab initio vxoris fuerint, & naturaliter in eius permanſerint dominio? Non enim quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri, ideò rei veritas delata, vel confuſa eſt.*

25 Et ne † videretur Petrus Gregor. hæc ex propria ceruice dixiſſe, adducit l. qui vſumfructum, ff. ſi vſufruct. petat. vbi vſusfructus appellatur dominium, quod eſt intelligendum, ſecundùm vtilitatem. Adducit poſteà alias inſtantias de pluribus, qui domini in iu
26 re appellantur propter vtilitatem, ac † etiã de dominio imaginario, quia ſcilicet domini appellantur ſimpliciter qui imaginarium tantùm dici poſſunt habere dominium; ibi videas, non expedit repetere.

Eiuſdem opinionis videtur eſſe Antonius Guilber. Coſtan. in tracta. de dote cap. 5. nu. 4. cum ſequent. vbi eandem interpretationem, ac eadem prorſus exẽpla adducit, quæ Gregor. per quæ vides hunc auctorem, noſtrum maritum in dote vix diſtinguere ab vſufructuario.

27 Ioannes Petrus Surdus † deciſio. 278. nu. 16. vt hæc componerer, dicit maritum dici dominum dotis de præſenti, & vxorem in ſpe, ob reſtitutionem. Quam interpretationem tribuit glo. in l. quamuis, de iur. dotium, & alijs, quos adducit, ibi videndis; reſoluens poſteà ex alia gloſſ. in l. in rebus, C. de iure dotium, & Bald. Salice. Ange. Fabr. Iaſ. & Bald. Nouel. ac ex communi opinione, quòd conſtante matrimonio ſolus maritus ſit dotis dominus. Sequitur, licèt Surd. non alleget, Nicolaus Garcia in tractatu de benefic. tom. primo par. 5. cap. 9. nu. 165. & dicit eſſe communem, & rurſus idem dicit num. 173.

28 Iacobus Menochius † de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 566. quæ de dominio mariti circa dotem ipſam dicuntur, intelligit de dominio non vero, in hoc ſenſu, id eſt, irreuocabili: dicit enim quòd non eſt dominus irreuocabiliter, iuxtà l. doce ancillam, C. de rei veudica.

29 Tandem † Antonius Faber (vt iam finem faciamus) in ſuo Codice lib. 4. tit. 22. de non numera. pecun. defini. 6. num. 8. in allegatio. & eodem etiam libro tit. 27. pro ſocio, definitio. 7. num. 2. quaſi exiſtimans non fuiſſe hucuſque benè interpretata iſta dominia à Doctoribus, & quòd vix reperiebantur in Latino idiomate verba, quibus hæc propriè explicarentur, noua vocabula finxit, per quę putauit rem meliùs percipiendam, dicendo quòd mulier in dote eſt domina quiritiaria, maritus autem dominus bonitarius; de primo dominio dicit loqui iura in fauorem mulieris ponderata, de ſecundo verò, quæ pro marito adducta fuere.

30 Hę ſunt † Doctorum opiniones in hac re. Quis in tanto pelago non ſubmergetur? Tã difficilis eſt res hæc, tam difficilisque viſa Imperatori, vt vix auſus ſit eam diffinire, prout eius verba indicant, poſita in multoties allegata l. in rebus, C. de iure dot. ibi: *Volumus itaque eam in rem actionem in huiuſmodi rebus quaſi proprij habere, & hypotecariam omnibus anteriorem poſſidere, vt ſive ex naturali iure eiuſdem mulieris res eſſe intelligantur, ſive ſecundùm legum ſubtilitatem ad mariti ſubſtantiam peruenisſe videãtur, per vtramque viam, ſive in rem, ſive hypotecariam ei pleniſſimè conſulatur.*

31 Si materia † dotalis peculiaribus legibus regeretur, quibus dubia omnia circa eam occurrentia diffinirentur, non eſſet multùm de ſupradicta quæſtione curandum, ſit ne vir, aut

aut vxor dominus dotis: sed dicere possemus cum Imperatore in suprà relatis verbis l. in rebus, C. de iure dotium, quòd siue ex naturali iure mulieris res esse intelligantur, siue secundùm legum subtilitatem ad mariti substantiam peruenisse videantur, quod sonat, siue maritus sit dominus, siue vxor sit domina, hoc, vel illud, quod in ista materia dotali reperimus dispositum, est sequendū. Cæterùm cùm has leges peculiares materia dotalis in omnibus non habeat, necesséque sit iuuari regulis communibus ad quæstiones decidendas, quæ circa hanc materiam contingunt: dicitur enim, & dici solet communiter dotem in multis non esse priuilegiatā, nec regulariter talem esse, nisi specialiter ostendatur, & ideò remanere in dispositione iuris communis, Menoch. in consil. 242. num. 4. & consil. 261. uum. 5. & 39. volum. 3. Gratus in consil. 130. num. 9. vol. 2. Caualca. decisio. 34. num. 22. par. 1. & decisio. 20. nu. 73. par. 3. Osasch. decisio. Pedemonta. 135. num. 3. Surd. decisio. 164. Propterea necessum est quæstionem hanc ingredi, vt videamus qualiter quæstiones occurrentes terminare valeamus, si facientes maritum dominum, vel dominam mulierem.

32 In his, † licèt videatur magna inter Doctores esse differentia, grauisque dissensio, vt ex suprà relatis apparet. Ego tamen iudico eam fore valdè modicam, quia video omnes concordare, quòd verum, & naturale dominium existat penès mulierem. Quo suppositio, negemus oportet de necessitate aliud dominium in marito, cùm impossibile sit duos eiusdem rei insolidùm esse, & dici posse eodem tempore dominos, vt suprà probauimus.

Dic illum vsumfructum, seu ius vtendi dote, & illam administrandi, quod est penès maritum, quasi dominium, vel dominium fictum, & imaginarium, vel dominium ex legum subtilitate, vel alio modo, prout Doctores faciunt in locis suprà citatis, nunquam tamen repeties quòd sit verum dominium, nec plus quàm vsusfructus, & administratio dotis, quamuis cum aliqua maiore præeminentia, quàm habent reliqui vsufructuarij, vt volunt Barbosa, & Sotomaior in locis suprà citatis. Vicedominum, propter istud plus quod maritus habet in re dotali, quàm vsufructuarius, possemus forsan non iniustè, nec ineptè eum appellare; sicut mulierem

33 vicedominam, † siue vicehæredem in bonis mariti, quæ post illius mortem possidet pro sua dote, dicimus, Mieres in constitut. Hac nostra, sub tit. *dissolto matrimonio*, in textu ibi: *Omnia*, num. 51. in 1. par. pag. 148. col. 2. propter illud plus quod habet vltra reliquos vsufructuarios, ac cæteros creditores, qui bona suorum debitorum in pignus pro suis creditis possident. Vndè dominium illud, quod diximus in maritum transferri per promissionem, & constitutionem dotis, sanè erit intelligendum; non de naturali, & vero; sed eo modo, quo suprà dictum est. Quid indè sequatur, in inferioribus videbis fusè.

34 In vno † casu valdè notabili retinet naturam quasi veri dominij in marito illud ius; quod habet in bonis dotalibus, ad effectum scilicet quòd quamuis matri debeatur legitima in bonis filiæ, eam tamen non detrahit in præiudicium mariti, ex forma statuti certam partem dotis lucrantis: non enim intrat dos in computationem bonorum ad effectū detrahendi legitimam, sed detracta parte, quæ defertur marito, ex reliquo soluitur legitima matri. Ratio (inquiunt) est, quia dos viuente vxore non est illius, sed mariti, tanquam domini dotis, Antonius Faber in suo Cod. lib. 4. tit. 22. de nou numera. pecu. definitio. 6. in 1. schol. latè Stepha. Gratian. qui plures ad id refert, lib. 2. discept. forensi 300. num. 34. & 35.

35 Sed † quid futurū sit post dissolutū matrimoniū, an dotis dominiū resideat penès hæredes mariti, an verò statim redeat ad vxorē, tractat tibi lata manu Sur. tot. decis. 211: vbi resoluit, quòd soluto matrimonio dominium dotis transfertur in vxorem sine dubitatione, per l. in rebus, C. de iure dotium, & per hoc decidit quæstionem in fauorem mulieris, quòd quamuis post solutum matrimonium sit alita ab hæredibus mariti, nihilominùs cedunt suo lucro fructus dotis penès dictos hęredes existentis, quia (inquit) fructus ad eum spectant, qui est dominus fundi: talis autem est vxor post dissolutum matrimoniū, ergo &c. de quo aliqua forsan in sequentib. clausulis dicemus.

36 Hæc † quoad dominium dotis. Cæterùm quoad possessionem, communis est è contrario opinio, eam penès maritum existere, nō penès vxorem, l. 1. & l. 3. ff. pro dote, l. 1. C. eodem tit. l. Pomponius, §. in dotem, de acquiren. possessio. & ibi glo. Bart. & communiter Doctores, quorum plures longa serie refert Sotomaior de vsufruct. citato cap. 4. num. 47.

37 Sed † non caret res hæc difficultate, quātam circa dominium vidimus, & signanter propter dispositionem tex. in l. sciendum, in §. possessor autem, in versic. Si fundus in dotem, ff. qui satisdar. cogant. qui videtur duos possessores in dote facere, maritum, & vxorem, sicut duos dominos aliæ leges, vt suprà vidimus, eosdem faciebat, ibi: *Si fundus in*

dotem

dotem datus ſit, tam vxor, quàm maritus propter poſſeſſionem eius fundi poſſeſſores intelligantur, quod quia eſt contra textum in l. poſſideri, §. è contrario, ff. de acquirend. poſſeſſ. l. ſi vt certo, §. ſi duobus vehiculum, ff. com-
38 modati, quibus ſtatuitur † non poſſe eãdem numero poſſeſsionem penès duos exiſtere, Franc. Marc. deciſio. 193. num. 2. volum. 1. & deciſio. 303. nn. 1. volum. 2. Surd. in conſil. 178. num. 27. volum. 2. ideò nõ minorem perplexitatem Doctoribus cauſauit, quàm illud, quod circa dominium diuerſæ leges dicebant, quarum aliæ maritum dominum, & aliæ vxorem dominam appellabant.

39 Auget difficultatem † quod Papinianus Iuriscõſultus in l. Pomponius Philadelphus, in fin. ff. famil. erciſcun. declarat qua ſpecie poſſeſsionis dicatur mulier poſsidere, dicẽdo, quòd naturali poſſeſsione, repugnante expreſſa l. quæſtio 190. de verborum ſignif. vbi naturalis poſſeſsio declaratur eſſe fundi, vel rei vſus, quem conſtat mulierem non habere in dote.

40 Hanc † difficultatem componere volens gloſſ. in dicto §. ſi fundus, verb. intelligãtur, dicit, quòd reuera ſolus maritus eſt qui poſſidet, ſed inibi ambo, maritus, & vxor, dicuntur poſsidere, ſeu mulier pro poſſeſſore habetur, quoad euitandam ſatisdationem tantùm de iudicio ſiſti, de qua illa lex loquitur, non ad alium effectum, quod non fuit viſum gloſſatori aliquod inconueniens, ſequitur Barr. ibidem num. 1. rationem adducens, quia ceſſat ſuſpitio fugæ ex eo quòd habet fundum dotalem in loco, Iaſon in l. 3. §. ex contrario, num. 43. ff. de acquiren. poſſeſſ. qui eandem etiam rationem adducit; & denique etiam eandem interpretationem ſequitur Sotomaior de vſufructu cap. 4. num. 49. qui in idem àduocat Barboſ. in l. 2. §. q ſi patris, num. 3. ff. ſoluto matrimonio, qui tamen id non dicit, ſed quod nos poſtea referemus: ſed ſequitur Roder. Suar. in l. 2. tit. *de los emplazamientos*, for. legum lib. 2. num. 24. fol. 175. qui idem quod Sotomaior dicit in terminis.

41 Idem † Sotomaior aliam adducit conciliationem ex Cuiacio, vt dicamus quòd quẽ admodum reſpectu dominij non exiſtimauimus illud eſſe inconueniens, quòd duplex illud faceremus, vnum ſcilicet verum, quod mulieri concedebamus, aliud fictum, quod viro, ſic reſpectu poſſeſſionis non debemus abſurdum putare, quòd etiam poſſeſſio ſit duplex, vna vera, & hæc ſit penès maritum, & alia fictitia, & imaginaria, quæ ſit vxoris, ad illum effectum ſatisdationis non dandæ, de qua in cita. §. ſi fundus.

42 Sed † Petrus Barboſa in allegata l. 2. §. quod ſi in patris, num. 3. ff. ſoluto matrimonio, concedit quidem, ſicut alij, veram in marito poſſeſſionem, ſed aliam etiam propter promiſcuum vſum tribuit mulieri, quã naturalem appellat, ductus auctoritate Iurisconſulti in citata l. Pomponius Philadelphus, §. ſi fundus, ff. famil. erciſcun. ibi: *Quæ naturaliter agros tenuit ſpecie dotis, cuius capax fuit, defendit.* Quæ verba propter iſtum promiſcuum inter maritum, & vxorẽ vſum, poſita fuiſſe is Doctor affirmat.

43 Gloſſa † autem in eadem l. Pomponius, verb. naturaliter, verba prædicta ideò poſita dicit, quia ex dotis fructibus alitur â viro mulier, & propter hoc (inquit) dicitur mulier naturaliter tenere dotem; inſinuans poſtea hanc naturalem poſſeſſionem illam eſſe, quæ diſtinguitur à ciuili, & ſeu quæ cum ciuili ſpecies ſunt diſtinctæ poſſeſſionis in genere ſumptæ.

44 Vltimò † Vacon. à Vacu. declaratio. iuris lib. 6. declara. 92. num. 6. dixit, quòd quemadmodum vxor in rebus dotalibus naturale, maritus verò ciuile habet dominium, ad quod allegat l. in rebus, C. de iu. dotium, ita mulier res dotales naturaliter tantùm poſſidet, maritus verò naturaliter, & ciuiliter; q ait intelligendum fore non quòd ambo inſolidùm eandem rem naturaliter poſsideãt, quia id fieri non poteſt, ſed pro indiuiſo, vti duo ſocij: ſunt enim (inquit) ſocij vitæ, l. 1. de ritu nupt. vxor enim quoad victum, & alimonia poſſidet, maritus verò quoad reli-
45 quos vſus. Hæc Vacuna.

Vera † reſolutio in his eſt (relictis ambagibus) marirum eſſe qui verè dotem poſsidet, vt clarè fatentur Doctores omnes, & iura ſunt expreſſa ſuprà relata; vltra quę eſt pulchra Ror. Roma. deciſio. 10. alias 422. de iure patron. in nouis, quæ expreſſim id quod dicimus probat, nempè maritum eſſe qui dotem poſſidet, non vxorem. Et ſi aliquando poſſeſſoris nomen vxori tribuitur, hoc eſt impropriè, & ad effectus quoſdam particulares, de quibus ſuprà, qui nihil detrahunt de vera poſſeſſione mariti, vt ſignanter glo. aduertit in l. aſſiduis, verb. poſſidet, C. qui pot. in pign. hab. dicens id eſſe propter commodum alimentorum, quæ ex dote recipit, atque ita interpretatur, *poſſidet*, id eſt, poſſeſſionis vel quaſi commodo gaudet; ſequitur Fachineus controuerſiarum iuris tom. 2. libro 13. cap. 60. verſicul. Quid verò, & paſsim Doctores, quos retulimus in ſuperioribus, & Doctores in hoc concordant, reſque videtur ex ſe ipſa ſatis clara, declarabiturque magis per exempla, & illationes, quæ mox in inferioribus tradentur, ideò ampliùs non inſiſto, nec immotor.

Vel

46 Vel † potes, nec multùm impropriè, dicere, maritum poſſidere naturaliter, propter ſimilitudinem quam habet cum vſufructuario, ſaltem in noſtra Cathalonia, vbi eſt communis vſus loquendi; mulierem verò ciuiliter, propter quod proprietario æquiparatur: palàm enim eſt in iure, quòd poſſeſſio ciuilis eſt, & dicitur, quæ teſidet penès proprietarium, naturalis verò, quæ penès vſufructuarium, Bar. in l. peræqrè, §. quibus expliciris, num. 3. ff. de acquiren. poſſeſſ. & in l. 1. §. quod ait prætor, num. 10. ff. vti poſsid. Franc. March. deciſio. 867. num. 1. in 1. par. infinitos pene qui hac de re agunt refert Io. del Caſtillo Sotomaior in tract. de vſufruct. lib. 1. cap. 6. num. 28. & notatur commnniter per Doctores in l. naturaliter, in l. 3. §. è contrario, & in l. clam poſsidere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſ.

47 Sed † quid tunc dices ad citat. l. Pomponius, ff. famil. erciſcun. ibi: *Quæ naturaliter agros tenuit ſpecie dotis*, quibus verbis Iuriſconſultus non ciuilem, ſed imò naturalem poſſeſsionem mulieri tribuere videtur? Reſpondeo, de impropria poſſeſsione ibi I.C. fuiſſe loquutum, & eſſe intelligendum, vt dicit Fachine. de eiſdem his verbis, ad interpretationem dictæ legis loquens, controuerſiarum iur. lib. 13. cap. 60. verſic. Quod iure, volum. 2.

48 Quid † etiam dices ad relatam gloſſam in dicta l. Pomponius, verb. naturaliter, quæ clarè, vt ſuperiùs diximus, de vera naturali poſſeſsione verba prædicta intellexit? Dicam quòd errauit, ſi tale fecit: quandoquidem ibi naturaliter, exponi debet, id eſt, de facto, vel (quod idem eſt) te ipſa, vt in terminis interpretatur Anto. Faber conjectur. lib. 7. cap. 12. vbi agit de interpretatione dictæ l. Pomponius, colum. 1. circa medium. Nec eſt extranea à noſtris legibus iſta interpreta-

49 tio. In hoc † enim eodem ſenſu naturaliter apertæ, & naturaliter clauſæ tabellæ dicuntur à Vlpiano in l. 3. in §. quod ad cauſam, in verſic. Aperire, ptout docet Fab. vbi ſuprà; & habetur in lexico iuridico, in verb. naturalia, circa medium, & res ipſa ſatis clarè indicat, ſi textus verba perpendantur, & in noſtra l. Pomponius, res eſt manifeſtiſsima: loquitur enim de filia quadam, cui anteà dixerat fuiſſe à patre certa prædia in dotè data, ſolis fructibus, ſiue redditibus viro ſolui iuſsis, quæ quidem prædia dixerat etiam ip ſa filia poſſederat, eam dicendo poſtea, ſicut dixit, prædia prædicta, ſeu agros naturaliter tenuiſſe, nihil aliud voluiſſe dicere cenſeri debet, quã quòd reuera, & de facto tenuit, vt poſteriora prioribus reſpondeant, non quod naturaliter tenuit ad differentiam alterius, qui ciuiliter eadẽ prædia poſſediſſet; cùm de hoc nullum ſit in text. vel ligium.

50 Vel † dicas, ſi vis, (nihil enim intereſt poſtquàm mulierem ſolam poſſediſſe præſupponimus in ſpecie illius text.) naturaliter, id eſt, corporaliter, vt etiam Fab. interpretatur loco cita.

Sed omittamus iam hæc, quæ ſunt multũ faſtidioſa, & colligamus ex eis fructus, qui poſſunt in praxi prodeſſe, propter quod diſputationem de his inſtituimus.

51 Ex eo † igitur quod diximus marito, non vxori, competere actionem ad exigendam dotem, infertur quòd negligentia viri in nõ exigendo, non poteſt aliquod illi damnum, aut præiudicium parare circa præſcribendas res dotales, aut aliàs, quia non valenti agere, non currit præſcriptio, quod eſt vulgare noſtrorum brocardicum, de quo in vulga. l. 1. §. vltim. C. de anna. exceptio. l. 1. §. vltim. cum authent. ſequent. C. de bon. matern. & in l. in rebus 30. verſic. Cum mulierib. C. de iure dotium, Menochi. de arbitrar. iudicum

52 caſu 39. num. 24. Quod † nos in primo tom. clau. 4. gloſſ. 12. num. 65. declarauimus procedere tam in non valentibus agere propter impedimentum iuris, quàm propter facti impedimentum, & tam in præſcriptione longiſsimi temporis, quàm in ordinaria decẽ;

53 viginti, vel triginta annorum. Nunc † inibi traditis addendo dicimus ſupradicta procedere etiam ſi extaret ſtatutum de non petendo debitum poſt lapſum certum terminum à die moræ, adhuc enim mulier poſſet poſt tempus prædictum dotem petere ſuo tempore, nempè tempore reſtitutionis, quia tẽpus à ſtatuto præfixum non cucurriſſet ei, tanquam non valenti agere, Hercules Mareſcot. variarum reſolutionum lib. 2. reſolutio. 67. num. 43.

54 Quod † tamen non ſic eſt reſpectu fructuum dotalium, qui non ita ſunt priuilegiati, vt aduertit idem Mareſcot. vbi ſup. num.

† 45. dicens ita *declaraſſe* Rotã Roma. de anno 1542. de quo eſt deciſ. Moheda. 226.

55 Addo ſecundo, † regulã prædictam, non valenti agere non currit præſcriptio, procedere, & locũ habere ſiue ſit impeditus quia actionem non habet, ſiue eam habet, & tamen legitima exceptione excludi poteſt, vt poſt Ancharanum tradit Felin. in c. ex trãſmiſſa, num. 9. de præſcription. Decl. in l. 1. in prima lectura num. 27. & in ſecunda lectura num. 68. C. qui admitti &c. & in alijs locis allegatis per Barboſ. in repetit. l. ſi conſtante 25. §. 1. num. 111. Quicquid † in contrarium

56 tradatur Anton. Faber in eo, quem pro reprobandis, ac impugnandis receptioribus noſtrorum opinionibus compoſuit libũ de

erro-

errotib.pragmaticor. decad.3. error.9. per tor. volens,quòd non procedat brocardicũ, vbi actio competit, & nata quidem fuit, sed non potuit exerceri ob aliquod impedimentum, sed alio remedio ei fore prospiciendum. Habet enim Anto.Fab.opinio,vltra receptilsimam Doctorum sententiam,text. etiam expressum, cui repugnat, in l.cum notsimi,§.illud, Cod.de præscript.trigin.vel quadragin.annor. dum probat,quod aduersus creditorem, cui debebatur in diem certam, non incipit præscriptio, quia licèt haberet actionem, tamen legirima exceptione ante aduentum d.ei excludi poterat, Barbosa vbi suprà,vbi applicandu rem hanc ad nostram mareriam dotalem, tractans quæ-
57 stionem † à quo tempore oriatur actio dotis, postquam resoluit eam mero iure esse ortam constante matrimonio,dicit non obstare l.in rebus 30. §.fin. C.de iure dot.cum similib. quatenus probat aduersus vxorem nõ incipere curtere præscriptionem,nisi post solutum matrimonium,vel postquam maritus ad inopiam deductus est. Signum ergo est, quòd antea non competebat actio ad petendam dotem, & propterea aduersus impeditam de iure agere,non potuit inchoari præscriptio. Dicit (inquam) hæc non obstare, quia quamuis leges dicant non incipere currere præscriptionem aduersus vxorem, nisi à tempore diuortij,vel à tempore,quo maritus ad inopiam deductus est; non ob id sequitur actionem dotis anteà ortam nõ esse, quia (inquit) regula, quæ dictat aduersus impeditum de iure agere, non incipere præscriprionem, locũ habet siue sit impeditus quia actionem non habet, siue eam habet, & tamen legitima exceptione excludi potest.
58 Sed ad rem † tedeamus, pro brocardico: non valenti agere non currit præscriptio, si illud vis ad varios articulos per Doctores applicatum videre, quibus quandoque iuuati valeas, lege Andre.Gail obser.140. num.6. lib.1. & obsetuatio.50.num.3.lib.2. Franc. decisio.341.num.4. Rotã Roma.decis.286. num.1.par.1.diuersorum, Seraphin.de Oliuar.decisio.926.num.3.Marta voto 152.nu. 6.cum innumeris quos allegant, & in nostris terminis materiæ dotalis Anton.Fab. in suo Cod.lib.4.tit.22.de nou nume.pecun. definit.6.num.6.
59 Et si decisiones † quæras nostri Senatus, quibus comptobetur quod diximus, non currere contra mulierem præscriptionem in rebus dotalibus constante matrimonio, quia interim est impedita agere, illæ sunt infinit-
†† tæ: *binas* ego vidi in Archiuo Regio.Prima quidem facta fuit 10.Februarij 1592. referẽte egregio olim Senatore Guillermo Sunyer, in causa vertenti inter nobiles Ioannem, & Henricum de Sanctuminato. Et secunda 8.Iulij 1597. referẽte egregio etiam olim Senatore, nunc in suptemo Coronæ Aragonum Concilio Regente, don Salnatore Fontanet, inter Ioannem Ros, & Anto-
60 nium Feliu. In qua † item fuit *declaratum*, quòd eodem modo non curtit contra filium dum est in patris potestate cõstitutus aliqua præscriptio,quia est agere interim ea durante impeditus.
61 Extenditur † suptadicta opinio, vt nõ solùm procedat in præscriptione ordinaria triginta annorum, sed etiam in præscriptione quadraginta annorum, quæ dicitur longissimi temporis præscriptio, quamuis ea regulariter soleat esse multũ priuilegiata, & tollere actiones, quas non potest triginta annorum præscriptio, vti habetur in l.omnes, C. de præscriptio.trigin. aut quadragin.annor. Sicut enim illa nõ nocet mulieri in rebus dotalibus, sic nec ista, ex eisdem rationibus, quæ superiùs fuerunt adductæ:quælibet enim præscriptio, generaliter loquendo, ex eotũ tùm tempore opponi potest, ex quo potuerunt agere, hoc est, soluto matrimonio, vel viro ad inopiam vergente,vt dicebat Impetrator in l.in rebus,§.omnis, C.de iur.dotiũ, vbi loquitur etiam de præscriptione quadraginta annorum,& alterius cuiusuis longioris temporis,Balb.de præscriptionibus 6.parte princip.in t6.casu primæ partis dictę 6.par. Bal.Nouel.de dot.par.7.priuileg.1.num.5. Socin.iun.in consil.144.à num.59.lib.1.
62 Sed fallit † quoad debitorem dotis: is enim potest proculdubio debirum præscribere,si per tempus legitimum noluerit maritus debitum exigere, quia in hoc non te-
63 peritur dos priuilegiata, sicut fundus † dotalis, qui ex quo est prohibitus alienari per legem Iuliam, ex eo etiam non potest præscribi ex negligentia viti, l.si fundum, ff.de fundo dota. non sic est in debito dotis, cùm debitorem possit maritus ad libitum liberare, & si quidem iussu vxotis, vterque, tã debitor,quàm maritus sunt liberati, si verò iniussa vxore, debitor liberatur quidem, maritus tamen tenetur, l. debitor, l. vir ab eo, de iure dotium,& l.penultim.§.si vir socero, ff.soluto matrimo. Sic pulchrè Seraphin.de
† Oliuar.decisio.569.num.2.vbi sic *decisum* in Rota Romana tradit de anno 1582.per quę habes magnam limitationem ad ea,quæ superiùs in hac materia diximus.
64 Sequitur etiam † ex suptà primo loco facta resolutione, quòd si maritus fuit negligens in exigendo dotem ab eo, qui illã soluere tenebatur, & is fuerit posteà lapsus facultatibus, id totum procedit damno,& pericu-

riculo mariti, non vxoris, cùm illi solũ actio ad dictam exactionem, vt diximus, competeret, de quo est textus expressus, & elegans in l. si extraneus, ff. de iure dotium, l. si cum dotem, & ibi glossa prima, eodem tit. facit l. dorem à patre, eodem etiam titul. de iure dorium, vbi si pater, vel alius, qui dotem viro mulieris dare promiserat, debitorem suũ assignauit, à quo vir nouandi causa stipulatus fuerit, periculo est ipsius viri, si fuerit negligens in dote exigenda, & debitor delegatus facultatibus lapsus fuerit, quem textum in proposito inducit Augustinus Berous in consil. 178. num. 7. volum. primo, & sequitur Rota Bononiensis apud Cæsar. Barzi. decis. 72. num. 23.

65 Et quia † ille vltimus casus tangit materiam periculi nominis cessi, si de ea plura scire volueris, vide don Garciam Meltrillũ decisio. Sicil. 179. in 2. par. In casu autẽ proprio, quem tractamus, vide, vltra suprà adductos, Paul. de Castro in l. nupta, in §. quoties, num. 2. ff. soluto matrim. vbi dicit idem quod Bero. & Barzi. tradunt, Antonius Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 7. de iure dot. definitio. 9. in fratre promittente dotẽ loquens, & dicens hunc casum nullam habere dubitationem. Singularem iudico, licèt arguendo à contrario sensu, dispositionem textus in l. si is qui Stichum, ff. de iure dotium, ibi: *Neque maritus in agendo moram fecisset, &c.*

66 Nec id † quidem mirum est, cùm idẽ reperiatur dispositum respectu mulieris, si ipsa negligens sit in recuperatione dotis cùm posset. Ponunt exemplum Doctores in ea, quæ habuit maritum exulem à ciuitate, vel quasi bannitum, & interim ad eam, tanquam negotiorum gestricem, peruenerunt pecuniæ sufficientes ad dotem, ex bonis ipsius mariti, quòd si sibi pro dote non consuluit, hypoteca, & hypotecaria actio est extincta, ita quòd non potest agere contra bona, quæ
67 fuerunt mariti, hac ratione, quia † quando aliquis sui debitoris negotia gerit, si solutionẽ de pecunia eiusdem debitoris sui sibimet sine vlla causa facere differt, in culpa esse censetur, ac propterea, si de pecunia ipsa aliud obueniat, actionem sibi competentem amittit, ita Romanus in consil. 187. numer. 4. cum pluribus sequentibus, & Cæsar Barzius dicta decisione Bononien. 72. num. 21. & sequenti, qui allegant textum, quem dicunt vnicum, & singularem, in l. debitor, ff. de negotijs gestis. Sequitur additio ad Bart. in l. Mœuia, in §. fundus, sub numer. 3. in versicul. Renuntiare, ff. soluto matrimon. elegantissimus, & mirabilis est ad propositum textus ad litteram probans intentum in l. si extraneus, ff. de iure dotium, his verbis: *Si extraneus sit qui dotem promisit, is q. defectus sit facultatibus, imputabitur marito cur eum non conuenerit.*

68 Sed cùm † lex prædicta loquatur in extraneo promittente dotem, & secùs esse in patre posteà insinuate videatur, ideò dubitari contingit, num in patre etiam procedant quæ suprà dicta fuere de negligentia viri, vt sicut si negligens est in exactione dotis respectu extranei, qui illam promisit, & ille posteà efficitur non soluendo, id damno mariti cedit propter suam negligentiam, ita etiam dici debeat respectu patris à principio locupletis, ac diuitis, posteà verò ad inopiam vergentis, & facultatibus lapsi.

Hæc quæstio diuersa valdè ab illa est, quæ solet communiter in specie textus prædicti à Doctoribus tractari, quando scilicet pater dotem promittens permansit semper in eodem statu, cæterùm maritus eum modo aliquo non vtsit pro exactione dotis, an mulier habeat nihilominùs actionem contra illius hæredes, soluto matrimonio, pro dictæ dotis recuperatione; & an augmentum dotis debeatur vxori, sic respectu dotis non exactæ à patre, sicuti si exacta ipsa dos fuisset. Quarum quæstionum tractandarum non est hic locus, in inferioribus, in materia restitutionis dotis, de eis, Deo concedente, agemus.

Hic verò tractamus quando ex post effectus est pater non soluendo post negligentiam mariti, ita vt non possit mulier a patre recuperare dotem, an ista negligentia mariti suis hæredibus nocebit, an cedat omnia damno vxoris. Quæ sunt tam diuersa inter se se, vt res ipsa indicat; & in summa sunt tã diuersa, vt sunt habere, & non habere, prout ex inferiùs dicendis colligere poteris.

69 In qua † quæstione sunt qui tenent non procedere dispositionem dictæ legis si extraneus, ff. de iure dotium, quæ tantùm loquitur quando mulieri remanet actio salua contra patrem debitorem exigibilem, propter nullum, aut certè modicum interesse ipsius, quod versatur an contra patrem agat, an contra hæredes mariti; non verò quando ille, propter moram mariti, est effectus non soluendo, tunc cùm maximum versetur mulieris interesse, quæ iam non habet aliud remedium, quàm agere aduersus mariti hæredes, indè fit quòd aliquibus placuerit damno mariti, & illius hæredum cedere negligentiam hanc in exigendo dotem. Inter eos principalis defensor est Paulus de Castro in allegata l. nupta, in §.

quories, num. 2. ff. soluto matrimonio, & in l. si marito, §. 1. ff. eodem tit. Sequitur Campeg. in tract. de dote par. 2. quæstio. 77. cum alijs adductis per Vincen. de Franch. decis. 424. num. 2. & 3. Ita omnes tenere in dicta l. nupta, dicit Boer. decis. 22. nu. 18.

70 Verùm † verior proculdubio est diuersa opinio, quòd scilicet etiam in hoc casu habeat locum, & procedat dispositio dictæ l. si extraneus, & sic quòd respectu patris dotem promittentis nihil viro mora nocear, si antequam facultatibus laberetur dotem nõ exegir. Ratio est clara, & manifesta, quia dicta l. si extraneus generaliter loquitur, & semper militat eadem ratio, siue pater maneat semper in eodem statu, siue etiam illum mutet, ibi: *Nequaquam enim Iudex propriis auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, qui de suo dotem promisit, non vrserit ad solutionem*. Atque ita tenuerunt Dyn. & Rayner. Alexan. & Cuman. in dicta l. nupta, prout eos refert Vincen. de Franc. eosdem sequendo (si verum est quòd Doctor referens duas opiniones videtur residere in vltimò relata) in citata decisio. 424. num. 4. addens opinionem Pauli de Castro esse dubiam, imò in contrarium esse communem opinionem Doctorum. Sequitur etiam † Boer. in decisio. 329. num. 2. & *sequutus* fuit Senatus Sebusianus apud Antonium Fabrũ in suo Codice lib. 5. titul. 19. de dot. cau. non numer. definitio. 8. num. 4. & in schol. ad eũ. Atque ita canetur expressa lege Castellæ 15. tit. 12. *de las dotes*, parti. 4. quæ id supplet ad d. l. si extraneus, eum qua concordat. Nonnihil de hoc apud Ioan. Garciam de expen. & meliora. cap. 13. num. 35. & 36. vbi & hãc legem Castellæ citat.

71 Idem est, † & procedit respectu extranei, quando non ex necessitate, sed ex voluntate mulierem dotat, quia is vix extraneus dici potest, qui parentis officio fungitur, nec conuenitur nisi in quantum facere potest, & ideò non potest à muliere maritus reprehendi cur eum non vrserit, vt dicit prædicta l. si extraneus, Boer. dicta decisio. 329. versic. Et in primo casu solùm &c. Sequitur Antonius Faber vbi suprà, nec negat Vincent. de Franchis in allegata decis. 424. num. 7. Pater Molina de contract. disputat. 427. num. 1.

72 Verùm mihi † vix hæc resolutio placere potest: non enim video quomodo propterea quòd non conueniatur donator nisi in quantum facere potest, excusetur maritus à negligentia, si enim debito rempore non conuenerit pro exigenda dote cùm dines erat: priuilegium enim donatoris ne conueniatur nisi in quantum &c. non impedit simpliciter ne conueniatur. Hæc igitur culpabilis mariti negligentia, sibi, non alteri, debet esse nociua.

Et si dixeris, quòd dicta l. si extraneus, æquiparat donatorem eum patre in hac materia, Respondeo, quòd vbi nullum, vel saltem modicum versatur mulieris interesse, veluti in casu illius text. cùm loquatur quando donator in eodem statu permanet, vt suprà diximus, nihil mirum: sed in casu nostro cùm nullum superst mulieti remedium nisi maritum habere obligatum ex sua negligentia, dicamus contrarium oportebit, & benigna interpretatio in fauorem mulieris, & pro dote erit capienda. Cùm ergo nulla diuersitatis ratio adsit inter hunc casum, & illum, quando extraneus promisit dotem ex necessitate, ideò diuersum ius nõ est in eis constituendum.

73 Si probaret † maritus, vel si probarent illius hæredes propter inopiam promittentis, (quod vnicum ceuseo eorum in hoc remedium) non exegisse dotem, benè tunc in traret ratio, quòd quia in id tantùm quod facere posset, condemnarus fuisset, ideò mulieris, non mariti, fuisset periculum, prout pulchrè, & eleganter docet Rota Auenionensis apud Hieronymum à Laurentijs in decisione 148. num. 2. Cæterùm in promittente diuitijs affluenre, à quo nullo negotio dos exigi poterat, non video qualiter hæc applicari valeant.

74 Considera † hoc benè, quia nec mihi multùm placent quæ circa hanc materiam adducuntur à Iacobo Cuiacio doctissimo aliàs viro, obseruationum lib. 12. cap. 17. quia licèt tendant eius labores ad impugnandum rationem, quia donator non potest nisi in quãtum facere potest, conueniri, quam & nos in superioribus improbauimus, vt vidisti, quia (inquit) respectu mariti non potest dici, quòd donator istud habeat priuilegium, cùm non fuerit eius animus vt quicquam marito donaret, sed vxori, & ideò respectu mariti vri merus extraneus habendus; verùm postea taliter loquitur, talemque legi huiusmodi accommodat sensum, vt in idem mihi videatur reincidere, quod alij dixerunt. Forsan in alio loco de hoc puncto latiùs, & copiosiùs agemus, & examinabimus alia, quæ fusè in materia dictæ legis si extraneus, adducit Antonius Faber coniecturarum lib. 2. cap. 13. Quę interim videas, si aliqua circa hæc occurrant.

75 Idem † multò magis procedit, si eadem ipsa mulier est, quæ dotem promisit, qua enim fronte dicere potest, cur à me non exegisti? Ita tenent omnes Doctores iam citati.

Fallit

76 Fallit † vbi maritus remisisset dotem sine mulieris consensu, aut quam non receperat confessus fuisset se recepisse: tunc enim teneretur proculdubio: imputet enim sibi maritus oportet, qui dotem habuit pro soluta, Nicola. Boer. in allegata decisio. 329. nu. 3. Quod tamen intelligitur si lapsa sunt tempora opponendæ exceptionis dotis non numeratæ, vt declarat eleganter Antonius Faber in citata decisio. 8. de dot. cau. non numerata. & idem antea dixerat in suo Codice in tit. de iure dotium definitio. 15. Quæ tamen sic perfunctoriè, & succinctè dicta, egẽt declarationibus infrà positis ad hanc eandẽ materiam, vbi tractauimus latè de dote confessa, seu confessata.

77 Fallit secundò, † si negligentia mariti sue cesserit post mortem patris, propter quam illius hæres, alias locuples religiosus, inops postea efficiatur: tunc enim tenetur maritus de negligentia: non enim in hærede militat ratio differentiæ, quam in patre Doctores communiter considerant, Vincentius de Franch. citata decisio. 424. num. 7. nec priuilegium dictæ l. si extraneus, ad hæredes trãsit, vti antea dixerat idem Vincen. de Franchis num. 5. Bald. in dicta l. si extraneus, vbi ad id citat textum celebrem in l. ob res, §. final. ibi: *Si non petierit &c.* & ibidem idem Bald. ff. de pactis, Pater Molina de contrac. disputatio. 427. num. primo, Marc. Antonius Natta in consil. 601. num. 7. licèt in hoc lex Castellę videatur equiparare hæredes patris cum ipso patre, vt idem priuilegium omnes habeant: sed hæc obseruabuntur vbi lex illa vigebit.

78 Sed quomodo † diximus periculum dotis spectare ad maritum, cùm imò regula sit in contrarium communis, & triuialis, quòd imò ad ipsam mulierem spectat, ac spectare debet, vti dotis dominam: (& nunc incipimus colligere fructus ex illa resolutione, qua veram dotis dominam vxorem fecimus in superioribus) constat enim

79 † quòd rerum detrimenta, & interitus incommodo cedunt dominorum, l. pignus, Cod. de pignor. actio. & l. qui fortuitis, eodem tit. atque in terminis dotis, quòd periculum ad mulierem spectet, disponit expressè l. plerumque, & l. si is qui Stichum, ff. de iur. dot. & l. interdum, ff. de furt.

80 Diuersa res † hæc est ab ea, quam tractauimus, periculum dotis ad mulierem in dictis iuribus spectat, quia ipsa remanserat vera domina, nempè quia inæstimata fuerat tradita, in qua specie dotis nemo vnquam dubitauit, & docet expressè Bart. in l. si vt certo, §. nunc videndum, num. 4. ff. commoda. Rolan. à Val. in consil. 92. num. 10. lib. 2. & Vincent. Honded. in consil. 41. nu. 30. vol. 1. Existimo quòd satis, superque ex alijs à nobis traditis huiusmodi dotis naturam cognouisti. Et adhuc in dicto casu vera sunt suprà adducta, nisi dolo, vel culpa mariti res dotales intercidant, vel deteriores efficiantur, l. etiam, §. 1. ff. solut. matrimo. & l. in re-

81 bus, ff. de iure dot. Si autem † æstimata dos fuisset ea æstimatione, quæ facit emptionẽ, de qua satis abũdè superiùs loquuti fuimus, cùm tunc vera emptio dotis intelligatur, dicta l. plerumque, & l. quoties, ff. de iure dot. l. vnic. §. cumque ex stipulatu, C. de rei vxor. actio. de necessitate ad maritum debet pertinere, & spectare periculum, argumento §. cum autem, instit. de emptio. & venditio. & l. 1. C. de peric. & commo. rei vendi. & in terminis probat periculum spectare ad maritum l. æstimatæ, ff. solu. matrimon. & l. si cum dotem, C. de iur. dot. & l. vnic. §. & cum lex, C. de rei vxor. actio.

82 Item † in eis, quæ pondere, numero, vel mensura constant, ad maritum, non ad vxorem, periculum pertinet, l. res in dotem, ff. de iure dotium. Ratio est, quia in hoc casu eædem species restituendæ non sunt, sed idem genus, citata l. res in dotem, ff. de iure dotium, l. 2. ff. si certum petat. ideo interitus huiusmodi specierum ad maritum pertinere debet, iuxtà l. incendium, ff. si certum petatur, & l. in ratione, §. incertæ, ff. ad legẽ Falcidiã, benè Antonius Guibertus Costanus in tractatu de dote cap. 5. num. 12. Quæ quia clara, & manifesta fiunt ex natura vtriusque differentiæ dotis, quam satis, superque in superioribus explicuimus, ideò amplius non insistimus.

SVMMARIA.

1 *Præsentandi ius ad beneficia rei dotali annexo, spectat, secundum aliquos, ad vxorem.*

2 *Ratio quia talis fructus non pertinet ad onera matrimonij.*
Præsentandi ius non transit in creditorem possidentem pignus. ibid.

3 *Præsentandi ius rebus dotalibus annexum, secundum veriorem opinionem pertinet ad maritum.*

4 *Rationem non putat Auctor esse quia verum dominium transierit in maritum fuit multiplicatum.*

5 *Sed quia aliquod dominium in rebus dotalibus habet, qualecunque illud sit, quod sufficit.*

6 *Præsentatus ad beneficium à marito præfertur præsentato ab vxore.*

7 *Præsentandi ius ad beneficia ecclesiastica ad vsufructuarium pertinet.*

8 *Præsentatio ad beneficia est in fructu, seu fructus iuris patronatus.*

9 *Fructus omnes dotis spectant ad maritum, siue iuuent ad sustinenda onera matrimonij, siue non.*

10 *Patronatus ius non consideratur ex se, sed accessoriè cum bonis in dotem datis.*

11 *Vsufructuarius dicitur quasi dominus, & qua si procurator in rem suam à domino constitutus.*

12 *Ius patronatus vxoris de per se subsistens, nõ spectat ad maritum.*

13 *Ius patronatus quando spectet ad vsufructuarium, ad creditorem cum pignore, ad fideicommissarium, ad patrem vsufructuarium, & ad maritum, remissiuè.*

14 *Creditores recuperant à bonis mulierum sua credita, tametsi bona attulerint viro in dotem.*

15 *Æs alienum regulariter non censetur in dotẽ datum.*

16 *Creditores debent citare maritum dum volunt à bonis dotalibus mulierum sua credita recuperare.*
Creditores non procedunt via executiua contra bona dotalia mulierum. ibid.

17 *Executiuè non proceditur contra tertium, nec guarentigia eum afficit. & numero sequen. vbi decisiones nostri, & aliorum Senatuum.*

18 *Statuta dicentia contra tertium posse procedi via executiua, obseruanda sunt.*

19 *Pactum de ingrediendo possessionem propria auctoritate, non exercetur contra tertium non citatum.*

20 *Possessio dicitur reuera acquisita, etiam si tertius possessor non sit citatus.*

21 *Appellare tertius potest, etiam si adsit clausula* appellatione remota.

22 *Pulchræ decisiones Senatus, quòd contra maritum possidentem res dotales non procedatur via executiua pro debitis vxoris.*

23 *Executio potest fieri in bonis dotalibus pro debitis ante matrimonium contractis. vbi decisiones.*

24 *Creditores possunt exigere à muliere dotata sua credita, non obstante constitutione dotali, si sunt antea contracta, non si postea.*

25 *Flamin. Chartar. decisio. Genua 34. expenditur.*

26 *Doctores tractantes materiam creditorum mulieris nuptæ cum dote eis obligata.*

27 *Debitor mariti non potest opponere de compensatione debiti vxoris contracti etiam ante celebratum matrimonium. vbi decisio.*

28 *Sententia lata contra vxorem, non citato marito, non potest executioni mandari in bonis dotalibus.*

29 *Tertius. Contra tertium quando est agendum, est quasi vna noua inchoatio litis, propter personæ mutationem.*

30 *Sententia contra vxorem lata sciente, & patiente viro, valet, & potest executioni contra bona dotalia mandari. vbi decisiones.*

31 *Maritus sciens, & patiens litem cum vxore agi, non potest impedire executionem, licèt non fuerit citatus.*

32 *L. sæpe, de re iudica. interpretatur.*

33 *Maritus sciens, & patiens litem cum vxore agi, sibi non præiudicat in bonis dotalibus, secundùm alios.*
Bertrandi cons. 129. lib. 6. latè in hoc proposito perpenditur. ibid.

34 *Sententia non debet executioni mandari, nisi in bonis condemnati.*

35 *Consentire litiganti aliud est, & aliud litigare, & succumbere.*

36 *Pater consentiens filio obliganti bona propria ipsius filij, non censetur obligare sua propria.*

37 *Ioannis Baptistæ Ladercbij Imolensis consilium 180. perpenditur in eadem materia scientiæ mariti litis vxoris circa rem dotalem.*

38 *Sententia non potest exequi contra tertium, etiam si ipse appellauerit, & appellationem desertam fieri passus sit.*

39 *In pari causa potior est conditio agentis de damno vitando, quàm de lucro captando.*

40 *Ignorantia est probanda per allegantem.*

41 *Possessio præsumitur esse penès virum, quando vir & vxor in eadem domo habitant.*

42 *Executio non potest fieri contra detinentem nõ citatum, etiam si sit alius qui possideat, contra quem sententia lata sit.*

43 *Sententia lata sciente, & non contradicente possessore, quoad quid illi præiudicet.*

44 *Sententia lata super possessorio inter aliquos, nocet tertio non possidenti, & quomodo. vbi decis.*

45 *Sententia non nocet tertio, etiam si habuerit scientiam litis, & passus fuerit causam agitari.*
Et est opinio Auctoris. ibid.

46 *Excussio est necessaria antequam deueniatur pro executione sententiæ contra vxorem latæ sciente, & patiente viro, ad bona dotalia per illum possessa.*

47 *Expensæ litis ductæ per vxorem consentiente marito, mariti oneri cedunt. vbi decisio nostri Senatus.*

48 *Executio an possit fieri contra virum, cui pendenti*

dente lite bona litigiosa fuerunt constituta in dotem, si postea eueniat uxorem succumbere.

49 *Litigiosi vitium non contrahitur in dotis datione.*

50 *Debita viri & uxoris communia, an sint solueuda ex bonis dotalibus, aut ex fructibus illorum, remissiue.*

51 *Vir possidens bona dotalia tantum, an satisfacere teneatur tanquam bona non possidens.*

GLOSSA I. PARS III.

De aliis vtilitatibus constitutionis dotalis.

Et signanter ex eo orientibus, quòd mulier sit domina dotis, vel maritus dominus.

1 EX eodem fonte, † quia scilicet mulierem fecimus in superioribus veram dotis dominam, & per constitutionem dotis verum ab ea dominium receſſiſſe negauimus, ſequebatur inferremus ad eam ſpectare ius præſentandi in beneficijs eccleſiaſticis de patronatu laicali, bonis dotalibus annexo, non ad maritum, prouti tenuerunt plures non infimæ notæ viri, Anton. Imol. & Panormitan. in cap. final. de cõceſſio. præben. Felin. in cap. cum olim, num. 23. de maioritate & obedientia, & in cap. cauſam quæ, numer. 8. de præſcriptionibus, Iaſ. in l. diuortio, §. ſi vir, num. 7. ff. ſolut. matrimonio, Guillerm. Benedict. in repetitio. cap. Raymutius, verb. cætera bona, num. 37. ext. de teſtam. & alij latè relati per Baeç. in tractatu de decim. tutorum cap. 23. num. 30. Petrus Barboſa in citat. §. ſi vir, num. 56. & Nicolaus Garcia de beneficijs 5. par. cap. 9. num. 178.

2 Rationem † adducunt allegati Doctores, quia talis fructus non confert ad onera matrimonij, nec eſt proportionabilis modo ali quo ad illorum ſuſtentationem, ideò non debet dici tranſire ad maritum, ſicuti nec in creditorem poſſidentem pignus, quia nõ eſt compenſabilis, cap. cum Bertholdus, de re iudica.

3 Sed obtinuit, † quòd non ad vxorem, ſed imò ad maritum huiuſmodi ius præſentandi ſine dubio pertineat conſtante matrimonio, prout habes ex Moli. de primog. Hiſp. lib. 1. c. 24. nu. 3. Barboſa in l. diuortio, §. ſi vir, nu. 56. ff. ſolu. matri. Baeça de non melior. filia. c. 26. nu. 1. & de decim. tutor. c. 23. nu. 18. & ſeqq. ac etiam Nico. Garcia in cita. tract. de benefic. 5. par. c. 9. nu. 177. Parlador. rer. quotidianar. differen. 120. n. 22. in fi. lib. 3. & Lara de anniuerſa. lib. 2. c. 3. nu. 29. Montalegre in praxi ciuil. de exercita. prac. actio. c. 5. nu. 337. Sotomaior de vſufruct. c. 36. nu. 36. plene Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 30. ex nu. 20. cum multis ſeqq Mareſcot. variar. reſolu. lib. 1. c. 30. nu. 15. vbi dicit ita tenere communem, qui infinitos penè referunt, qui cum hac reſolutione pertranſeunt, quique eam magis communem, & veriorem dicunt. Et comprobatur pulchra Rotæ Romanæ deciſio. 10. de iur. patronat. aliàs 422. in nouis, videnda.

4 Licèt † autem ego conueniam in hac opinione, quæ veriſſima proculdubio eſt, nõ tamen in illius ratione, quam Garcia cũ alijs adducit in loco ſuprà citato, quia verum dominium dotis in maritum tranſit, & apud eũ eſt, ideò (inquiũt) videtur nobis cõſequens eſſe, quòd cum illo dominio tranſeat etiam ad maritum ius patronatus rebus dotalibus annexum, ex c. cum ſeculum, cum ſimilib. de iur. patro. Contrarium enim in ſuperioribus probauimus, quòd ſcilicet imò verum dominium apud mulierem ſemper remanet, & remanſit, nec vnquam ab ea fuit abdicatum.

5 Sed ex ea ratione, † quia licèt dominiũ verum marito negemus, certum tamen dominium in eo cõcedimus (dicas illud ciuile, ſeu quaſi dominium, vel alio nomine appelles, vt docuimus vbi de his agebamus) quod ſufficiens eſt ad hoc vt marito propterea competere ius patronatus dicere debeamus, cùm regulariter ad omnes effectus, præter excepros in iure, è quorum numero iſte non eſt, dominium prædictũ ſufficiat, vt aduertit Barboſ. in l. dotalem, num. 8. & 9. ff. ſolu. matri. & Nico. Garcia vbi ſup. nu. 183. vbi expreſsè reprobat Io. Garciam, & Didac. Spino cõtrarium tenentes, nempè dominium illud fictũ, & ciuile mariti eſſe ad effectus dũtaxat in iure expreſſos, nec ad alios nõ expreſſos

6 extendi; & alios etiam, quibus viſum † fuit, quòd ſi concurrant præſentatus ab vxore, & præſentatus à marito, præfertur præſentatus ab vxore: quod idem antea in eodem loco nu. 21. tenuit idem Garcia ex quadã pulchra Rot. Ro. decif. reprehendens aliam eiuſdem Rot. deciſ. quæ eſt 10 aliàs 422. de iu. patro. in nou. quã iam nos ſuprà allegauimus, quæ contrariũ in hoc puncto de præſentatione præſentati ab vxore tenuit, licèt reuera nõ poſſit ea dici Rotæ reſolutio, ſed collectoris, vt in dictis locis aduertitur.

7 Et qnamuis † daremus maritum esse solum modò vsufructuarium rerum dotalium, vti voluerunt nonnulli Doctores, quos retulimus in superioribus, vbi de hoc agebamus, adhuc ex hoc solo ad eum ius præsentandi pertinere dicere deberemus; palàm enim est, quòd in vsufructuarium transit ius patronatus absque difficultate aliqua, Ludouic. Molin. de primogen. Hispanorum lib. primo, cap. 24. num. 4. Iacob. Menoch. cons. 66. ferè per totum, Pet. Barbos. in cita. l. diuortio, § si vir, num. 57. versic. Vndè infertur, ff. soluto matrimonio, Ioan. Gutier. de tutelis, & cur. par. 3. cap 29. num. 6. Ioannes del Castillo Sotomaior de vsufructu lib. primo cap. 36. num. 35. & nouissimè Nicol. Garcia in tract. de beneficijs 5. par. cap. 9. num. 21. † vbi pulchra *decisio* Rotæ Roman. idem probans, magis nouè Hercules Marescottus variarum resolutionum lib. primo cap. 30. nu. † 12. vbi aliam Rotæ Romanæ *decisionem* refert coram Illustrissimo Cardin. Mantica de anno 1591. factam.

Et quòd ad maritũ, ea solùm ratione quia vsufructuarius bonorum dotalium, spectet ius præsentandi, docent in terminis Iacobus Menoch. in dicto consil. 66. num. 27. & reliqui omues ferè, qui pro opinione quòd maritus, non vxor, debeat præsentare, adducti fuere: omnes enim pro ratione tradunt, 8 quia præsentatio † est in fructu, & seu fructus iurispatronatus, cap. cum Bertholdus, de re iudica. fructus autem omnes dotis ad maritum spectant, l. pro oneribus, C. de iur. dotium, igitur &c. Nec est necessarium, inquiunt, & signanter Barbos. num. 57. ac Illustrissimus Cardinalis Mantica numer. 28. in locis suprà citatis, (& per hoc dissoluitur argumentum factum in contrarium) quòd vt fructus pertineant ad maritum, debeant esse tales vt consumantur in oneribus matrimonij sustinendis, cùm regula sit generalis 9 omnes † fructus dotis ad maritum pertinere, dicta l. pro oneribus, C. de iure dotium. Et patet ex eo, quòd etsi fructus excedant onera matrimonij, nihilominùs pertinent ad maritum, iuxtà gloss. 1. in l. dotis fructus in princ. ff. de iur. dot. & memini quòd ego aliàs comprobaui.

10 Vel etiam † ad dissolutionem eiusdem argumenti dicas cum Nicolao Garcia dicta 5. par. cap. 9. num. 180. quòd hic non consideratur ius patronatus, & præsentandi de per se, sed transit accessorie cum bonis in dotem datis, in cap. ex litteris, de iure patrona. quod solùm considerat quòd cum vniuersitate transit ius patronatus, & præsentãdi. Elegans est decis. Rotæ Roman. iam allegata 10. de iure patron. aliàs 422. in nouis, vbi ex eo quòd sit maritus vsufructuarius, & ius præsentandi in fructu, etiam pro marito † *resoluit*.

11 Et si vis, † adde superioribus ad maiorem comprobationem opinionis, si forsan dominium requiris in eo, ad quem debet transire ius patronatus, quòd iam vsufructuarius dicitur quasi dominus, l. 4. de vsufruct. l. 1. §. irem Iuliano, de remissio. seu quasi procurator in rem suam à domino constitutus, l. 1. in fin. cum l. sequenti, ff. vsufruct. quemadmodum caue. l. 1. §. fina. de operis noui nuntiatio. & ibi gloss. recepta, verb. procuratorio. Qua de re latè Castillo Sotomaior de vsufructu. cap. 20. & 32. & Garcia in hoc proposito, in tractat. de beneficijs 5. par. cap. 9. numer. 23.

12 Intelliguntur † suprædicta in iure patronatus, vt diximus, annexo alicui vniuersitari in dotem datæ, non in patronatu per se subsistente, & alio nomine mulieri pertinẽte, & spectante, prout Doctores omnes suprà relati docent, vbi videas, qui tibi declarant quid dicendum quando patronatus pertinet ad mulierem iure maioratus, aut successionis, tanquam hæredem, aut consanguineam fundatoris: resoluunt enim, quòd nihil in hoc se intromittit maritus, neque etiã vsufructuarius quispiam in aliquibus bonis relictus, signanter Molin. dicto cap. 24. nu. 32. lib. 1. Barbos. in dicto §. vir, num. 57. Gutier. de tutel. par. 3. c. 29. num. 4. & Garcia d. c. 9. in 5. par. de benefic. num. 24. & 185.

13 Vidi † multò post hæc scripta Ioan. Grivel. decis. Dolan. 37. per totam, vbi pulchrè disputat, & discutit quando ad vsufructuarium, ad creditorem cum pignore, ad fideicommissarium, ad patrem vsufructuarium, & ad maritum ius patronatus transeat; non omittas illum videre in his casibus.

14 Ex eo † finalitet, quod diximus in superioribus, maritum esse qui verè, & realiter dotem possidet, non vxorem, sequitur quòd etsi verum sit constitutionem dotalem à muliere viro suo factã de omnibus bonis suis, non esse impedimento quin creditores uiulieris recuperent ex illis bonis sua credita 15 ante matrimoniũ contracta, quia † quando mulier dat in dotẽ bona sua, illud quod æris alieni est in bonis, non cẽsetur datum in dotem, vt probatur expressa l. mulier bona, ff. de iur. dotium: bona enim dicuntur quæ supersunt deducto ære alieno, l. subsignatum, §. bona, ff. de verborum significatione. Ve- 16 runtamen † non potest creditor marito non citato, nec audito, ab eo auferre bona, nec (ponamus exemplum in eo quod sæpissimè, & quotidiè contingit) executiuè contra bona prædicta procedere, quantumuis

cum

cum inſtrumento guarentigiato, & aliàs paratam habente executionem, ſe ſoluere obligaſſet mulier, quia † huiuſmodi inſtrumenta non afficiunt tertium, nec cõtra eum vim habent, nec etiam ſtatuta huiuſmodi paratam executionem inſtrumentis tribuentia quicquam contra tertium operantur, (licet ſi id † dicerent, obſeruanda procul dubio foreut, Aymon Crauetta conſil. 201. num. 8. qui in idem allegat Deci. in conſil. 88. columna fina. Marius Antonin. Maceratenſis variarum reſolutionum lib. 2. reſolutio. 60. caſu 46.) optimus locus alia cumulans nõ pauca, & multa exempla adferens, in quibus quæ contra principalem aliquid poſſent, nihil tamen contra tertium, apud Iaſo. in l. inſtrisgentium, in §. prætor ait, ex num. 9. ff. de pactis. Alius eſt etiã locus cumulatiſſimus, alia penè infinita adducens apud Ioannem Baptiſtam Aſinium in ſua praxi §. 31. cap. 2. limitatio. 25. Alius eſt etiam de hoc agens locus apud Doctor. Matta voto 65. & io tracta. de clauſulis clauſu. 11. ex num. 3. Et alius denique eſt de hoc locus multùm copioſus apud Carolum de Graſsis in tract. de exceptionib. in prælud. num. 157. cum ſequentib. Petr. Dueñas regul. 375. limitatio. 6. Menochius de adipiſcenda poſſeſsione remed. 4. num. 848. Stephan. Gratian. deciſio. 138. nu. 1. Marius Antoninus Maceratenſis variarum reſolutionum lib. 2. reſolutio. 60. caſu 46. Nec eſt omittendus noſter Iacobus Cancer, qui idem etiam docuit, alios adducens, in prima parte variarum reſolutionum cap. 17. de appellationib. num. 25. Alios etiam ego ipſe adduxi in primo huius laboris tomo clauſu. 3. gloſſ. 2. num. 51. Quibus nunc addo propriam, & peculiarem in noſtro ſemper egregio Senatu ſub die 9. Octob. 1566. † factam in proposito *deciſionem*, Relatore egregio olim Senatore N. Llobregat, inter fratres Vendrells, & Bernardum Tauerner, vbi fuit expreſsè dictum, *Quòd tam in viã iuris, quàm ex ſtylo inconcuſsè obſeruato, obligatio ſcripturæ tertij, (quæ eſt in Catalonia tam rigoroſa vt omnes probè norimus) non protenditur ad bona defuncti.* Alia videbis 19 † infrà in fine huius gloſſ. Conducunt † quæ in ſimili ex *deciſione* noſtri Senatus adducit Cancer in 3. par. variarum reſolutionum cap. 7. de pact. num. 218. pactum de ingrediendo poſſeſsionẽ propria auctoritate non poſſe exerceri contra tertium poſſeſſorem eo non citato, & non audito, quantumuis ſit rigidum, ac rigoroſum inſtrumentum in quo pactum eſt appoſitum; cuius doctrinæ, & reſolutionis meminit Gaſpar Anton. Theſaur. quæſt. io. foren. 96. num. 3. in fi. lib. 2. De quo tamen puncto, vltra adductos per Iacobum Cancer, vide allegatos per Felicianum de Solis in tractatu de cenſibus lib. prio 0. cap. 10. num. 3. & Velaſquez de Auendaño in ſimili tract. de cenſibus cap. 96. per tot. Ioan. Baptiſt. Aſini. in praxi ciuil. §. 31. limitatio. 20 31. nu. 4. & Rot. Romanam † apud Seraphinum de Oliuarijs deciſio. 492. num. 5. qui declarat vera eſſe ſupradicta ad effectum vt poſſeſsio capta ſit licita, non eſt etenim ſi tertio non citato adipiſcatur, non vt non dicatur acquiſita.

21 Habent † hæc omnia fundamentum, & illud quidem non infimum, nec tenue in c. ſuper eo, extra de officio iudicis delega. vbi rationem reddens Pontifex eius quod inibi deciderat, & declarauerat, poſſe tertium appellare à ſententia per quendam iudicem a Sede Apoſtolica delegatum lata, etiam cum clauſula, *Appellatione remota: Quia* (inquit) *non illis, ſed paribus, inter quas cauſa commiſſa eſt, appellationis remedium eſt ſublatum*. Notanda eſt deciſio 59. in recollectis per Proſperum Farinacium par. ſecunda, vbi bis refert *deciſum* in Rot. Romana contra tertium non poſſe procedi via 22 executiua.

Cùm hæc quæſtio † incidiſſet in noſtro oculatiſsimo Senatu diſputanda, in cauſa Hieronymæ Ferreres, contra Mariam Angelam Leuger, vxorem Franciſci Leuger Legum Doctoris huius ciuitatis, ad relationem egregij quondam Senatoris Raphaelis Rubi & Coll, ſub die 2. menſis Decembris 1609. facto verbo in Regia Audientia, fuit † *declaratum* in terminis, *Non poſſe procedi via executiua, ſed via ordinaria eſſe agendum contra bona per dictam Leuger d'elo viro ſuo in dotem conſtituta, quamuis cum inſtrumento guarẽtigiato ante matrimonium fuiſſet per dictam Leuger dictæ Ferreres firmata obligatio*. Scriba erat Raphael Vila.

Sed in alia cauſa (de qua inferiùs agam) Catherinæ Perez, contra N. Monſuar, ex quo fuerat litigatum cum ſola vxore, non citato, nec audito marito, nec conſtito quòd aliquam notitiam litis habuiſſet, non fuit ita ſimpliciter ſuperſeſſum in executione, † ſed *dictum*, opponente marito, *Quòd fieret pro nunc executio promiſſa contra Catherinam Perez, ſine tamen præiudicio iuſtractus competentis viro ſuo in bonis, & rebus per dictam Perez ſibi in totum conſtitutis*. Verùm cùm hæc excuſsio ſit in practica difficilis, idem effectus fuit ſequutus, atqui ſi ſimpliciter dictum fuiſſet non eſſe faciẽdam executionem. Relator erat egregius Senator Franciſcus Gamis. Sententia lata die 9. menſis Iulij 1615. Scriba cauſæ Dominicus Fontana.

23 Sed ſi id † tenemus, quomodo reſpondebimus ad tot, tantasque grauiſſimorum Senatuum *deciſiones*, quibus reſolutum, & diffinitum è contrario in propriis terminis reperimus, poſſe in rebus dotalibus fieri executionem, ac contra eas executiuè procedi pro debito ante matrimonium contracto? Guid Pap. deciſio. 447. Capici. deciſio. 128. in primo dubio, Flamin. Chartar. deciſ. Genuæ 34. Anton. Fab. in ſuo Codice libro 4. tit. 8. ne vxor pro mari. definitio. vni. & lib. 5. tit. 7. de iure dotium, definitio. 6. quos ſequuntur plures, & ſignanter Cancer in prima parte variarum reſolutionum cap. 13. de emptio. & venditio. n. 57. & 58. ac Camill. Borell. in conſil. 54. quæ magnum tumorem faciebant in illa coniugum Leugers, de qua ſuprà, latiſſimè Garcia de Gironda de priuilegiorum, & exemptionum explicatione qu. 241. cap. 29. ex num. 1293. cum pluribus ſequentibus. Quibus nouiſſimè addo egregiũ Conciliarium, ac Aduocatum Fiſcalem in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio, don Franciſcum Hieronymum Leo deciſio. Valenti. 50. per tot.

24 Reſpondemus, † quòd nec Guid. Pap. nec Capic. nec Fab. nec reliqui qui poſt eos citati ſunt, tractant caſum noſtrum, ſolùm in abſtracto diſputant, num conſtitutio doralis per mulierem facta de omnibus bonis ſuis ſit impedimento ne creditoribus illius ſatisfiat de dictis bonis in ſuis creditis, etiam cõſtante matrimonio, & in hoc optimè diſtinguunt ſi debita ſint contracta ante matrimonium, an poſt, vt in primo caſu nihil impediat quominùs fiat ſatisfactio, in ſecundo verò ſic, cùm nec creditoris per conſtitutionem dotalem, quæ poſtea per debitricem viro fit, nec mariti, per debitum quod deindè per eandem contractetur, conditio poſſit effici deterior, vt prædicti Doctores dicunt. Cæterùm, an maritus debeat priùs citari, & audiri via ordinaria, antequam manus injciantur in bona, vt ex eis euulſis à marito, ſatisfiat creditoribus vxoris, quæ eſt quæſtio noſtra, nullum de hoc verbum apud eos legitur, & negotium reperitur dumtaxat tractatum ita vt dixi, non aliter.

25 Solus † Chartarius videtur aliquid de hac quæſtione tangere, dum diſputat, an ſi mulier grauata ære alieno, nubens dedit in dotem omnia bona, quæ habebat, poſſit illius creditor mandatum executiuum contra ipſam obtentum conſtante matrimonio exequi facere in bonis dotalibus; & reſoluit quòd ſic, ſicque *reſoluiſſe* Rotam Genuenſem aſſerit. Sed nec illa deciſio, ſi benè inſpiciatur, attigit punctum: nullum enim in ea verbum de marito impedire volente, & eſt argumentum quòd de hoc non fuit in illo caſu tractatum, ſed ille tantùm articulus, qui in reliquis deciſionibus ſuprà relatis, qui reſpicit ſubſtantiam negotij, vt diximus. Signũ huius rei eſt manifeſtum, videre quòd nihil aliud inibi allegatur, præter id quod in dictis alijs deciſionibus, & eildem prorsùs, & non alijs argumentis, & rationibus, vt ibi apparet, vtitur auctor, quibus reliqui ad materiam alterius puncti, quę tractant circa ſubſtantiam, vt diximus, negotij.

Decidenda ergo res hæc eſt ex regulis tõmunibus, quibus, vt diximus, probatur non poſſe procedi contra tertium poſſeſſotẽ via executiua. Nec debet eſſe maritus deteriotis conditionis, quàm alij, qui titulo tam oneroſo pro ſuſtinendis & ſupportandis oneribus matrimonij dotem poſſidet.

26 Qui autem † cæteris clariùs, & propriùs quæſtionem noſtram in terminis tractauit, eſt Senatus Siciliæ in deciſio. 97. apud Ioannem Franciſcum del Caſtillo in ſuo primo deciſionum libro, vbi expreſsè quærit, an detur via executiua vigore inſtrumenti habentis paratam executionem iuxtà formam ritus, contra bona poſſeſſa per virum, quæ fuerunt obligata per vxorem antequam matrimonium contraxiſſet, & numer. 5. dicit in illo Senatu † *reſolutum* idem quod in noſtro Senatu, non poſſe ſic procedi, ſed eſſe citandum maritum. De eodem puncto agit etiam in terminis Anton. Capic. in citata deciſio. 128. num. 12. & 13. & in fine dicit † *votaſſe* ſacrum Contilium, quòd ſuper inibi petita executione votaretur, ac citaretur maritus poſſeſſor bonorum, ſuper quibus pebatur executio.

27 Plus † dicit Vincent. de Franch. deciſio. † 636. fuiſſe *declaratum* in Senatu Neapolitano, quòd quia maritus poſſidet res dotales, nec per viam compenſationis de debito vxoris, etiam contracto ante matrimonium, quę opponatur contra maritum à creditore, impeditur maritus ne liberè exigat debita dotalia, præterquàm poſt excuſſionem factam contra vxorem, & ſeruatis alijs, de quibus forſan in inferioribus latiùs agemus.

Gironda etiam poſtquam in loco ſuprà in principio huius quæſtionis citato tractauit latè quæſtionem, an creditor habens bona mulieris obligata antequam nuberet cũ inſtrumento guarentigio, poſſit poſt contractum matrimoniũ contra ea executiuè proceedere, & poſt multos pro affirmatiua adductos, dicit num. 1303. quòd ipſe non potuit pro ea opinione, apparente marito tanquam tertio oppoſitore pro ſuo iure, & intereſſe conſtante matrimonio modo aliquo obtinere.

Idem

28 Idem ſtatim † dices procedere quando mulier fuiſſet condemnata, non citato, nec audito marito, tunc non poteſt ſententia in bonis dotalibus contra maritum executioni mandari, quantumuis ante matrimonium fuiſſet debitum contractum, per ea quæ diximus in ſuperioribus: ſicut enim non exequitur inſtrumentum contra tertium non nominatum in eo, neque etiam ſententia inter alios lata, quod clarè probant Doctores iã citati in ſuperioribus, qui promiſcuè de inſtrumento guarentigio, & de ſententia loquuntur. Et eſt de hoc optima deciſ. Rotæ Roma. 25. in ordine, ſub tit. de re iudicata, † in nouis, vbi id expreſſim *dicitur* quod vo-
29 lumus, & vlteriùs, quod † quando agitur de executione contra tertium fienda, tunc (inquit) quaſi eſt vna noua inchoatio litis propter perſonæ mutationem, l. cum quærirur, ff. de execu. rei iudic. & ideò eſt opus noua cauſæ cognitione, eadem Rota Roman. deciſio. 478. de probation. & de re iudi. etiam in nouis.

30 Sed dubium † in iſto caſu eſt, quid iuris ſi ſententia ſit lata contra vxorem marito ſciẽte, & patiente litem agitari cum vxore. Qua in re video noſtrum Senatum ſimpliciter inclinari, quòd illa ſcientia, & patientia noceant viro, taliter quòd non poſſit impedire executionem in rebus dotalibus facien
† dam. Prout primò *declarauit* die 3. Februarij 1614. egregius Senator Hieronymus Sẽjuſt, in cauſa Aureliæ Puig & de Alba, contra cõiuges Rebolls, hoc expreſſo motiuo: *Attento conſtat dictum N. maritum ſcientiã præſentis litis, & cauſæ ab initio habuiſſe, quæ ſola eſt ſufficiens in occurrenti caſu vt illi dicta ſententia noceat, & eius executionem, & effectum non valeat impedire: ſed etiam conſtat &c.* Quæ prouiſio fuit poſteà in ea-
† dem Aula *confirmata*, concluſione ibi facta referente egregio Senatore Ioſepho Dalmau, ſub die 26. Maij eiuſdem anni. Scriba Ioſepho Cortes.

Idem anteà in cauſa Beatricis de Monſuar contra Catherinam Perez fuerat *declaratum* in alia Aula, ſub die 18. Decembris
† 1613. referente egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll, facto verbo in Regia Audientia, licèt prædicta prouiſio fuerit poſteà reuocata in alia Aula, referente egregio etiam Senatore Franciſco Gamis, 9. Iulij 1615. ſed non ex contrario motiuo, nec ex eo quòd mutaſſet Senatus ſententiam in hac quæſtione, imò in eadem fortiter perſiſtebar, (eram ego Aduocatus) ſed quia in facto non habuit pro probata ſcientia mariti, & ideò dixit: *Quia non conſtat ſaltem eo modo quo conſtare debet de ſcientia mariti &c.* Scriba cauſæ erat Dominicus Fontana.

†† Idem etiam anteà bis fuerat *declaratum* in cauſa nobilis Petri Vila & Claſqueri, in Aula admodum Reuetendi Cancellarij, cuius ego ad aliud propoſitum memini in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 25. num. 17. in caſu quo fuerat litigatum contra filium matre nõ citata, quæ pro ſuis dote, & ſponſalitio, & alijs iuribus poſſidebat: ſed quia fuit probata ſcientia matris, quæ cum filio commorabatur, ideò fuit non obſtante illius contra dictione proniſum decretum executionis, & poſteà executa ſententia. Scriba eſt Simon Font. Et quæ in dicta cauſa in hoc fuerunt prouiſa, confirmata poſteà fuere in alia Aula Magnifici Regentis Cãcellariam. Et quia hæc in proceſſu dictæ cauſæ videri poſſunt, ideò ampliùs non inſiſto.

Vides etgo quod in vtraque Aula eſt hæc opinio in noſtro ſemper egregio Senatu recepta. Verum eſt quòd in illa nobilis Petri Vila & Claſqueti, vota fuerunt (vt audio) æqualia pro, & contra, & Excellentiſſimus Locumtenens inclinauit in hanc partem, & vnus ex duobus, qui contradicebant, qui ad huc viuit, ſemper in alijs occaſionibus fuit in eadem ſententia.

31 Habet hæc † opinio auctoritatem Bar. & Alcia. & Iaſ. ac communiter Doctorum in l. de die, §. qui mulierem, ff. qui ſatiſda. cogãt. & Rotæ Romanæ, quæ id ita intellexit, deciſio. 891. nu. 10. ex recollectis per Seraphinum, vbi aſſerit, quòd quando maritus paſſus eſt vxorem litem ſuſtinere, & ei auxiliũ præſtitit, ſciens executionem fieri poſſe in bonis ſibi in dotem datis, ſibi præiudicat, eadem Rot. Romana apud Bellamera deciſio. 711. Franciſcus Marc. deciſio. 172. vol. 1. Ioſeph. Ludouic. deciſio. Peruſi. 26. nu. 6. cum ſequentib.

32 Videtur † hæc opinio habere optimum fundamentum in l. ſæpè, ff. de re indica. vbi ponens Iuriſconſultus exempla eorum, qui bus ſcientibus ſententia inter alios dicta nocet, inter eos commemorat maritum, qui ſocetum, vel vxorem de proprietate rei in dotem acceptæ experiri paſſus eſt. Fauet eidem opinioni, & ſententiæ l. Caſtellæ 20. in verſic. *Otroſi dezimos, que ſi algun ome vee*, titul. 22. *De los juyzios*, partita 3. quæ vult ſcientiam, & patientiam mariti ſibi in hoc caſu præiudicare.

33 Sed contrariũ † alij defendunt. Ex eis felegi duos, qui exactiùs, &, meo iudicio, perfectiùs rem pertractant, quorum verba ad litteram ferè referam, quia meliùs ipſa intentionem probant, quàm ego dicere valeam. Vnus eſt Stephanus Bertran. in conſil. 129. num. 4. & 5. volum. 6. qui tem hanc

hac

34 hac via dirigit, dicens num. 4. quòd † ſententia non debet executioni mandari in bonis alterius, quàm condemnati, per l. ob maritorum, & quod ibi per Baldum notatur circa principium, C. ne vxor pro marito, & hoc procedit, vt ibi voluit Bald. ſiue bona ſint alterius quoad proprietatem, & poſſeſſionem, ſiue quoad proprietatem tantùm, pro quo allegat not. in l. à diuo pio, in §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudi. Et hoc ſatis ſentit Innocen. in cap. cum ſuper, & quod ibi per Panormi. in fin. de re iudi. *Cùm igitur* (inquit) *tā bona propria ipſius nobilis N. quā dotalia prædicta, alia videlicet ab illis de quibus eſt contentio, ſint ipſius N. quoad proprietatem, & poſſeſſionem, palàm infertur quòd pro cōdemnatione vxoris non debet fieri executio in his bonis, quamuis præfatus N. ſciuerit, & paſſus fuerit, quinimò & conſenſerit, &c.* Adducit poſteà dictum Innocentij in dicto cap. cum ſuper, propè finem, & ita ore aperto voluit Panormitan. in cap. veniens, verſic. Quandoque tertius non appellat, de re iud. vbi notat quòd ſi fiat executio in rebus non adiudicatis, admittitur tertius ad docēdum de ſuo intereſſe, etiam ſi ſciuiſſet cauſam agi inter alios, cuius illam aſſignat rationem, quia non agebatur de illis rebus, & ideò nō eſt illi tertio imputandum ſi non contradixit, nec impediuit quominus vel ageret, vel defenderet; videndus ad propoſitum Ioſephus Ludouicus deciſione Peruſina 26. per tot. ſatis eſt ergo quod nunc cùm capiuntur eius bona contradicat. *Et hoc* (pergit vltetius) *procedit etiam ſi eſſemus in caſu dictæ l. ſæpè, in princip. de re iudi. & cap. penultim. eodem tit. vt ſic eatenùs, & non vltra noceat eidem N. ſententia prædicta, quatenus ſciuit, paſſus eſt, & conſenſit per dictam dominam N. cauſam agi, imò potius defendi, & non vltra, & ſic quoad contentioſa dumtaxat.* Poſteà dicit, quod dicta l. ſæpe, & cap. penult. non videntur ſonare contrarium. Finaliter in fine diſi num. 4. ait bene facere quod docet Alexan. de Imola in l. quinque legibus, de bonis damnato. vbi poſt Bart. in l. de die §. qui mulctem, ff. qui ſatisda. cogan. notat, quòd licēt ſententia lata contra maritum ſuper re dotali præiudicet vxori, ſecùs tamen eſt quando lata eſt ſuper re non dotali. Deindè num. 5. idem Bertrand. (detur venia ſi tam extensè refero eius dicta, quia pulchra, & à paucis habentur) num. 5. ait non obſta-

35 te mariti conſenſum, quia † (inquit) aliud eſt conſentire litiganti in cauſa, & aliud eſt litigare, & ſuccumbere, quemadmodū aliud eſt donare, & aliud donanti conſentire, l. aliud, de legat. 2. l. filiusfamilias, §. 1. de procura. cap. 1. ne ſede vacan. in 6. Facit (pro-

35 greditur) quod voluit Pet. de Anchara. conſil. mihi 74. exordiente per modum conſilij roborando, vbi dicit, quòd pater conſentiēs filio donanti bona ſui ipſius filij, non videtur ex conſenſu bona ſui ipſius patris obligare, quia non dicitur contrahere, & ſic donare, ſed contrahenti, hoc eſt, filio donanti, conſentire d. l. aliud, & conſentieos non tam facit, quàm facientem non impedit, l. ſi pater, §. vltim. de manumiſſ. vindic. *Non poteſt ergo* (inquit) *ipſe nobilis N. ratione ſcientiæ, patientiæ, aut conſenſus, dici litigaſſe, quamuis dici poſſit litiganti conſenſiſſe. Sed ex hoc, etiam ſi ſumus in terminis, de quibus magis conſtiterit aduerſarius, non debet puniri niſi in bonis contentioſis, & præſertim non in bonis ſuis proprijs, aut alijs dotalibus, &c.* Hæc Bertrand. cuius doctrinam plurimi feciſſe videtur Rot. Roma. dum in illa deciſio. 891. apud Setaphinum num. 10. poſtquam dixit de ſcientia, & patientia mariti aliquid, prout ſuprà dicebamus, ſic poſteà ait: *Quod licèt forte poſſit pati difficultatem ſi eſſemus in ſimplici ſcientia, & patientia, ex his quæ tradit Bertran. in conſil. 129. num. 4. &c.*

37 Alter eſt † Ioannes Baptiſta Ladetchius Imolenſis in pleno conſil. 180. qui etſi ſupponeremus maritum ſciuiſſe ea omnia, quæ geſta ſunt contra vxorem ſuam, ait, tamen, cùm ipſe ſit in poſſeſſione rei dotalis, ſententia lata contra eam non poteſt executioni mandari contra ipſum. Etenim regula l. ſæpè, de re iudi. quæ habet ſententiam latam contra vxorem de re in dotem data, nocere vito ſcienti, tanti non eſt vt ſi is poſſideat, ſententia contra eum poſsit executioni mādari, nam tectè ſe opponit, & ſuam poſſeſſionem tuetur, ita Roman. declarat dictā l. ſæpè, conſil. 342. ad fin. & quamuis Bellamera in deciſio. 711. inclinet in contrariam ſententiam, tamen, vt ipſemet refert, alij domini ei aduerſabantur, & Felin. in cap. cum ſuper, de re iudica. teſtatur Auditorium Ro

† manum *iudicaſſe* contra Bellamera, & hodie extat deciſ. Achil. de Graſſ. 334. inter deciſiones manuſcriptas (eſt nunc ineer impreſſas eiuſdem Auctoris 218. ſub tit. de ſenten. & re iudi. & optima quidem, quia inibi dicitur qualiter Rota intellexerit id quod cōmuniter dicitur, ſententiam tertio præiudicare in poſſeſſione, dicendo, quòd quantùm ad hoc vt ille non impediret executionem, quæ deberet fieri contra tertium, vel de poſſeſſione vacante; ſecùs autem ſi ille tertius ſciens poſsideret, quia non priuaretur poſ-

† ſeſſione, & *deciſum* de anno 1545. ibidem

38 refert) quæ eſt in terminis. Et † in caſu Felin. appellauerat poſſeſſor, & appellatio erat deſerta, & tunc ait non poſſe fieri executionem

nem contra eum, qui eſt caſus dubitabilior, ſiquidem cum ille appellaſſet, & paſſus eſſet appellationem deferi, videbatur ius propriũ contempſiſſe, & tunc adhuc Felin. vult non poſſe fieri exequutionem contra eum, & hãc opinionem ſequitur etiam Alexan. in dicta
39 l. ſæpè, num. 117. Et † præter alias rationes, quas præcitati adferunt, illa addi poteſt, quòd cùm is qui agit ſit in culpa, quia ſcire debuit virum poſſidere, & pariter vir in culpa quadam, quia neglexit litem, viro potiùs ſuccurrendum eſt, vt tractanti de damno vitando; & hanc rationem conſiderat in ſimili caſu idem Achil. deciſio. 336. in manuſcriptis, quæ nunc eſt in impreſsis deciſ. 220. Quin-
40 imò † cùm is qui vult agere rei vendicatione, debeat inueſtigare poſſeſſorem, l. qui petitorio, de rei vendicatio. ſi alleget ignorantiam, debet eam probare, Roman. dicto conſil. 432. num. 5. Quare cùm in hac ſpecie certum ſit virum olim poſſediſſe, ac hodie poſsidere, non autem vxorem, fruſtrà aduerſarius tentat, vt ſententia executioni mãdetur contra eum. Namque
41 † cùm domum vnam inhabitent vir & vxor, poſſeſsio præſumitur eſſe penes virũ, l. ob maritorũ, C. ne vxor pro marito, Alexãd. in l. qui iure, num. 5. de acquirenda poſſeſſione, & tantò magis cùm ſit ei data in dotẽ, cuius maritus eſt dominus, & adminiſtrator, l. doce ancillam, C. de rei vendicatio. & l. in rebus, C. de iure
42 dotium, & toto tit. pro dote. Quin † (quod magis eſt) etiam ſi quis detineat, & alter poſsideat, adhuc non poteſt fieri cõtra eum executio in præiudicium ſuæ poſſeſsionis, vt per Butrium dicto cap. cum ſuper, nu. 16. verſicul. Tertius caſus. At vxor hæc noſtra nullo modo detinet, ſed potiùs & ipſa & domus à viro detinentur, gloſ. l. habet, de præcar. Caſtren. conſil. 138. in princ. & ideò iure optimo maritus ſe executioni opponit. Hactenus Laderch.

43 Excutiamus † dictum Romani in citato conſil. 342. in fin. Illud quod dicitur ſententiam latam contra vnum nocere alteri, qui litẽ ſciùit, & non cõparuit, verũ eſſe aſſerit quantum ad hoc vt non debeat audiri ipſe volens poſtea agere contra hunc pro ſe ſententiã reportantẽ, obſtante ſibi exceptione rei iuditatæ, ſi tamen velit tacere, & poſſeſſionem retinere, nunquam ſententia prædicta contra ipſum mandabitur executioni, quia lata non eſt contra eum, c. cum ſuper, de re iudi. Hæc Roma.

44 Non eſt omittenda † reſolutio Rot. Romanæ apud Iacobum Putẽum deciſ. 12. nu. 14. lib. 1. & deciſ. 155. lib. 2. vbi dicit fuiſſe † *conclusum* de anno 1543. in vna Romana domorum coram domino Nouato, quòd ſententia lata in poſſeſſorio inter duos, noceat tertio non poſsidenti, ſcienti cauſam agitari, quoad hoc vt ipſe tertius debeat pati, & ſic executio fiat in poſſeſſorio contra illum, contra quem erat lata; non autem quod ſententia lata inter duos noceat tertio ſcienti cauſam agi quoad hoc vt contra tertium poſſeſſorem debeat fieri executio, quia (inquit) hoc eſſet nimis iniquum, & quòd ita Docto-
45 res debent intelligi, videlicet in dicto cap. cum ſuper, & in cap. quamuis, & in l. ſæpè. vide etiam ad propoſitum Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſi. 26. & Surd. deciſ. 335. lib. 2.

Ex quibus † vides qualiter fluctuent reſolutiones in noſtro Senatu in hoc puncto captæ. Concordant enim ferè omnes, quòd quantumuis in tertio poſſeſſore detur ſcientia, & patientia litis, quæ contra alium ducitur ſuper re per dictum tertium poſſeſſa, nunquam ſententia exequitur cõtra dictum tertium, nec exequi poteſt, nec obſtare dicunt l. ſæpè, cum concordantibus, quia dicũ in hoc caſu eã non procedere vt vidiſti; & ſi culpa cõſideratur in tertio, & ſic in marito, ſi ſcierit, & paſſus fuerit, in culpa etiam fuit actor, qui eius non meminit in cauſa, quæ culpa præponderat culpæ tertij. Vndè mihi magis hæc vltima opinio placet, quam nõ ſemel in Senatu, ex ſupradictis, & alijs rationibus defendi, defendebamque totis viribus in illa Catherinæ Perez, cuius eram Aduocatus, contra N. Montuar, & tandem
† *obtinui*, ad relationem egregij Senatoris Franciſci Gamis, ſi non ex hoc fundamento, quòd ſcientia non noceat viro, ex alio, quòd non conſtaret de ſciẽtia eo modo quo conſtare deberet, ibi tamen magis ex primo, quàm ex ſecundo fundamento me iuſtitiam fouere exiſtimabam.

46 Et vbi † contraria opinio eſſet ſequenda, quòd ſcilicet noceret viro ſcienti ſententia lata contra mulierem in dictis actionibus perſonalibus, quæ communiter contra eam exercentur, non eſt dubium quod exceptionem diſcuſsionis, ſi alia eſſent bona vxoris, marito concederetur poſſe opponere. In ſubſidium enim ſolùm maritus teneretur, quando non adeſſent alia bona vxoris, Capic. deciſio. 128. num. 4. Franch. deciſ. 636. & Caſtil. deciſio. 57. Io. Bapt. Coſta remedio ſubſidiat. 44.

47 Ad expenſas † autem litis partem mulieris tangentes, quæ litiganit de mariti conſenſu, & auctoritate, maritus proculdubio tenetur, qui dotem vxoris poſsidet, prout probat Anton. Fab. in ſuo Codice lib. 5. tit. 7. de iur. dotium, definitio. 6. ſchol. 2. argumento eorum, quæ de patre auctoritatem filio præſtante tractat Boer. deciſio. 7. nu. 17.

ex

ex Bald.in l.fin.col.2.C.de vſur.rei iudi. Et † *approbari* vidi per Senatum referente egregio Senatore Ioanne Magarola, dum in cauſa Antonij Xeragav, contra Paulũ Marheu, & alios, diebus 7.Octobr.1610. & 12.eiuſdem prouiſit per maritum fore ſoluenda biſtracta vxoris, & ſeu pro vxore litigante, ab aduerſario ſoluta. *Attento ipſa poſſidebat dotem vxoris, & conſenſerat in mandato firmato per vxorem, & ſic conſenſerat litigio.* Scriba Michael Perez.

48 Sed quid † ſi pendente cum muliere lite, ipſa nupſiſſet, & rem illam litigioſam viro attuliſſet in dotem, & poſteà ſententia contra eam fuiſſet lata, quæritur, nunquid recta via abſq.citatione, & vocatione mariti, poſſet fieri executio, tanquam contra rem virio litigioſi affectam, iuxtà l.2. & l.fin.C.de litig. & l.ſi mater, §.fin. de except.rei iudica. & alia iura, quæ allegat Parlador. rer.quotidianarum lib.2.cap.final. 4.par.§.5.num.6. vbi reſo'uit per dicta iura, & alias, aduerſus tertium rem litigioſam poſsidẽtem executionem fieri poſſe, & locum habere. Qua de re noſter Cancer agit in toto illo titulo, quem de rebus litigioſis ſcripſit in 2.par.variarum reſolut onum cap.12. Reſponde negatiuè, quòd in noſtro caſu non poteſt marito inaudito, & non citato procedi. Ratio

49 eſt, † quia per alienationem quæ fit ex cauſa dotis, non contrahitur vitium litigioſi, l. fi. de litig. Abba.in cap.fin. colum.penultima, de aliena.iudi.mutan.cauſ.fact. latè, & benè Capi.deciſ.128.num.7. & Cancer in citato cap.12.de reb.litigiſ.nu.45.

50 Vtrum † autem ex bonis dotalibus, aut ex fructibus illorum ſint ſoluenda debita viri, & communia amborum coniugum, videbis infrà, dum de fructibus dotis agemus.

51 Vltimò, ex eo † quòd maritus poſsideat res dotales, videbatur inferendum quòd etiam ſi alia non poſſideat, in eo non militẽt iuris, & ſtatutorum diſpoſitiones, volentes eum qui non poſsidet immobilia teneri ad ſatisdandum: ſed contrarium eſt verius, cùm quamuis poſsideantur à marito, nõ ſint eius patrimonium, nec in illius patrimonio debent computari, iam explicuimus ſuprà ad quos effectus id ſit. Et de hac quæſtione vide late diſſerentem Sotomaior de vſufructu cap.4.num.46.cum ſeqq.vſque ad fin.

SVMMARIA.

1 *Proponitur quæſtio tractanda.*
Conſtitutio 12.ſub tit.de executio. cenſualium & violariorum, quid diſponat. ibidem.

2 *Executiuus rigor non comprehendit tertium, nec ad eum extenditur.*

3 *Syndicus ab vniuerſitate conſtitutus, an poſſit obligare omnes ſingulares de vniuerſitate, tam illos qui non firmarunt in Syndicatu, quam illos qui firmarunt.*
Conſtitutio 12.ſub tit.de executio. cenſualium & violariorum, vult Syndicum vniuerſitatis poſſe obligare omnes ſingulares. ibidem.

4 *Executio pro cenſualibus & violarijs, & exequendi modus olim fiebat dupliciter, aut in vim conſtitutionum de hoc loquentium, aut in vim clauſulæ guarentigiæ in eis appoſitæ.*

5 *Dictio*, Et, *denotat diuerſitatem.*

6 *Dictio*, aut, vel, & *ſimiles diſiunctiuæ, denotant diuerſitatem, & ſolent apponi inter diuerſa.*

7 *Conſtitutio 5. de execution. cenſualium, loquens de depoſito vnius penſionis, non procedit cum agitur executiuè in vim ſcripturæ tertij, ſeu inſtrumenti guarentigij.*

8 *Conſtitutiones tribuentes executionem cẽſualibus, & violarijs, ſunt decem & octo priores ſub illo titulo de executione cenſualium.*

9 *Sedicta executio, & exequendi modus fiebat per præceptum de ſoluendo.*

10 *Præceptum de ſoluendo. Modus procedendi per præceptum de ſoluendo eſt executiuus.*

11 *Præceptum de ſoluendo, non comparente reo, remanet firmum, & executioni demandatur.*
Ita obſeruatur in tota Catbalonia, præterquam in Senatu.

12 *Præceptum de ſoluendo, comparente reo, reſoluitur in citationem.*

13 *Præceptum de ſoluendo intra decem, non poteſt fieri contra milites, qui cum maiore termino debent citari. vbi deciſio noſtri Senatus.*

14 *Præceptum de ſoluendo reſoluitur in ſimplicem citationem quoad partem, non quoad Iudicem.*

15 *Executionẽ faciendã eſſe, ſolebat antiquitus prouideri in cauſis præcepti de ſoluendo in Senatu, non condemnatio ad ſoluendum.*

16 *Obſeruantia ſubſequuta eſt magni momenti.*

17 *Conſtitutiones Catbaloniæ ex contrario vſu totius populi cum tollerantia Principis poſſunt interpretationem recipere, imò in totum abrogari.*

18 *Conſtitutiones Catbaloniæ de executio. cẽſual. & violarior. nunquam intellectæ fuere de executione riguroſa.*

19 *Mieres noſter expenditur ad illud propoſitum.*

Clau-

20 *Clauſula, ſummariè, & de plano, non tollit partis citationem.*

21 *Executiuæ clauſulæ non afficiunt tertium, & quare.*

22 *Euentus fruſtrà expectatur, cuius nullus eſt futurus effectus.*

32 *Facultas ingrediendi propria auctoritate poſſeſſionem, non poteſt exerceri ſine citatione tertij qui poſſidet.*

24 *Exceptiones ſemper poſſunt aliquæ competere etiam ijs, qui cum clauſulis rigoroſis ſe obligarunt.*

Emptor eſt tutus circa rem emptam aduerſus poſteriores creditores quando ex pecunia illius ſunt dimiſſi priores creditores. ibidem.

25 *Exceptio ſemper debet eſſe de regula.*

26 *Argumentū à contrario ſenſu non ſemper procedit in noſtris conſtitutionibus, quod probatur exemplis.*

27 *Vniuerſitas, & eius Syndicus ſi poſſunt obligare abſentes, qui Doctiores tractent.*

28 *Poteſtas obligandi me, an cenſeatur data vt me obliget cum guarentigia, vbi fieri ſic ſolent inſtrumenta.*

Executio inſtrumentis, in quibus non adeſt guarentigia, non ſolet dari in Cathalonia, ſub prætextu quòd ſoleat guarentigia apponi, ac proindè debeat haberi pro appoſita. ibidem.

29 *Interpretationem certam quæ habuerunt, mutanda non ſunt.*

30 *Executiuè procedi non poteſt contra non obligatum cum ſcriptura tertij, ſed per præceptum de ſoluendo. vbi deciſio noſtri Senatus.*

31 *Populatores noui alicuius Vniuerſitatis conuc niri poſſunt, etiam in bonis propryis, pro debitu vniuerſitatis, per præceptum de ſoluēdo, aut aliàs, non via executiua. vbi deciſio noſtri Senatui.*

32 *Obligans ſe ad renouandum, & nouiter firmandum ſcripturam tertij; tenetur ad pactum obſeruandum. vbi deciſio noſtri Senatus.*

Quod procedit etiam in Vniuerſitatibus, quoad nouos populatores, vel ſuccedentes mortuis qui firmauerant. ibidem.

33 *Executiuè qualiter poſſit procedi contra Vniuerſitatem, quæ cum guarentigia ſe obligauit.*

34 *Vniuerſitatis debitum, non eſt debitum ſingulorum.*

35 *Alius pro alio moleſtari non debet.*

36 *Conſules ſi pro ſoluendo debita Vniuerſitatis fuerint negligentes in colligendis collectis ad id impoſitis, capi poſſunt, & inſolidum exigi.*

37 *Executio an poſſit fieri in bonis dotalibus penès virum exiſtentibus pro debitis illius.*

38 *Bona omnia reperta penès virum, & in eius domo, præſumuntur propria.*

39 *Bona omnia reperta in domo vxoris, in quam ingreſſus vir cauſa nuptiarum fuit, præſumuntur ipſius vxoris.*

Executio non poteſt fieri in domo vxoris, in quam ingreſſus eſt vir cauſa nuptiarum pro debitis ipſius viri. vbi deciſio noſtri Senatus. ibid.

40 *Bona mobilia reperta in aliqua domo, præſumuntur eſſe domini domus. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

41 *Conſtitutio dotalis cenſetur viro facta ex ſola donatione facta per patrem filiæ in capitulis matrimonialibus, quamuis non ſequatur expreſſa poſtea conſtitutio facta per vxorem viro.*

42 *Vxori proſunt clauſulæ fauorabiles poſitæ in capitulis matrimonialibus, licèt in illis non firmauerit.*

GLOSSA I. PARS IIII.

Proſequitur eadem materia conſtitutionis dotalis, & vtilitatum indè reſultantium.

Et ea occaſione articulus in præcedenti gloſſa iam prætactus, ſi contra maritum, vel alium tertium poteſt procedi via executiua.

Et explicatur latè conſtitut. 12. ſub tit. de executio. cenſualium, in noſtris Conſtitutionibus.

1 OCcaſione eorum, † quæ ſuprà dixi de obligatione ſcripturæ tertij, ac via executiua, quòd non comprehendant, nec afficiant maritum, & ſic tertium, ſed eos dūtaxat, qui in inſtrumēto firmauerint, libet hic tractare quæſtionem, quam de anno 1619. in Senatu, iunctis tribus Aulis, propter ſui difficultatē, per multos dies diſputauimus in hac materia valdè ſcitu dignam. Dices hanc non eſſe materiam capitulorum matrimonialium propriam. Reſpondeo, verte folium, ſi illi ſoli materiæ te obſtrinxiſti, nemo te compellit hoc legere. Sanè non eſt tam impertinens hæc materia ſicut expulſio Maurorum ab Hiſpania, bellum Luſitaniæ poſt mortem Sereniſſimi Regis Sebaſtiani, & alij ſucceſſus mundi varij, quæ

quę alij Iurisscribentes suis operibus largissimè inseruerunt. Hæc materia est practicabilissima, quotidiè eam habemus præ manibus, doluisse eam tibi non communicasse. Ad rem. Ecce quòd in volumine nostrarum Constitutionum in tit. *de executio de censals*, habemus constitutio. 12. in ordine, incipien. *E com sie afermat*, quæ in effectu disponit, quòd omnis Syndicatus factus per Vniuersitatem congregatam eo modo quo congregari solet, ac omnis etiam contractus per eam celebratus super venditionibus censualium, aut violariorum, in quo Syndicatu sit data potestas per Vniuersitatem obligandi præsentes, absentes, & futuros, & bona illorũ, aut in contractu per dictam Vniuersitatem celebrato, in quo erit dicta clausula, continens quòd Vniuersitas obligat præsentes, absentes, & futuros, sint (inquit) tantæ auctoritatis, vis, roboris, & valoris, vt in vim dicti Syndicatus, aut contractus officialis requisitus pro executione dictorum censualiũ, aut violariorum, possit, & habeat, ac debeat exequi omnes, & quoscunque qui essent de illa Vniuersitate, tam absentes, quàm præsentes, ac etiam futuros populatores in illo loco vbi Vniuersitas est constituta, & bona illorum, dummodò ad captionem personarum ipsorum incolarum, & habitatorũ Vniuersitatis non procedatur, niſi illorum personæ in contractu, aut Syndicatu firmauerint.

Vigore huius constitutionis non defuerunt qui tentarunt de anno prædicto 1619. petere in Senatu promptam, & rigidam executionem contra bona omnium qui tempore executionis reperiebantur esse de Vniuersitate, licèt de ea non fuissent tempore contractus, & obligationis, nec in eis firmassent, ex eo quòd syndicatus, & contractus facti pro venditionibus censualium, pro quibus executio petebatur, erant facti iuxtá seriem, & tenorem huius constitutionis, & cum clausulis in ea contentis, contra id quod semper obseruatum, & practicatum in Cathalonia fuerat, de non procedendo via executiua rigurosa contra non obligatum cũ scriptura tertij.

Quod cùm deuenisset ad notitiam aliquarum Vniuersitatum interessatarum huic negotio, pro interesse communi se opposuerunt, prætendentes non posse dictam constitutionem practicari eo modo, quo ex aduersò prætendebatur. Pro vtraque parte fuerunt consulti plures Aduocati. Inter eos autem qui pro Vniuersitatibus, ego vnus, ac ille quidem minimus eram, qui illorum iura principaliter tuebar, ac defeudebam per
2 fundamẽta suprá adducta, quòd † rigor executiuus non extendebatur ad tertiũ, qui non firmauerat in instrumento, nec dederat manu datum ad se obligandum, quod vltra suprá adductos optimè probat Sesse in tractatu de inhibitionibus toto cap. 12. qui ex num. 11. optimam adducit rationem, Gratia. decisio. 138. Massagale. ad form. camer. obligat. par. 2. cap. 2. per totum, Cancer in 1. par. variarũ resolutionum cap. 17. de appellationib. nu. 25. & in 2. par. cap. 3. de instrum. guarentig. num. 58. ego ipse in primo tomo clausul. 3. glo. 2. nu. 51. Indè exiſtimabam conclusum pro Vniuersitatibus, & in illorum fauorem absque alia discussione.

Sed quia opponebatur de constitutione, quam dicebant aduersarij clarè disponere posse contra istos nouos populatores procedi, etiam si non firmassent, quæ erat de necessitate ab omnibus obseruanda, oportuit intrare ad tractandum de illius intelligẽtia, iuxtà quam prętendebam nihil minùs cogitasse conditores constitutionis, quàm viam hanc executiuam, & rigurosam, quæ apud nos solet fieri contra eos, qui cum instrumẽto guarentigio, & scriptura tertij se obligarunt, concedere contra istos nouos populatores.

3 Ad quod † ego imprimis considerabam, quòd ex procemio, quod solet esse fidus mẽtis disponentis interpres, vt declarat latè Gaspar Anton. Thesaur. vbi est locus copiosus, quæstio. foren. 1. per tot. clarè colligitur intentum fuisse refecare illam dubietatem, ac iuris quæstionem, quam inter alios tractat Bar. in l. sicut, ff. quod cuiusq. vniuersitatis nomi. & in l. si se non obtulit, §. actor, de re iudi. num Syndicus ab Vniuersitate constitutus possit obligare omnes singulares de Vniuersitate, tam scilicet illos, qui non firmarunt in Syndicatu, quàm illos, qui firmarunt, prout apparet ex illis verbis: *E com sie afermat per alguns, que encara que sindicat sie fet per alguna Vniuersitat, per la qual sia dada potestat al Sindich, o Sindichs creat, o creats, de obligar los presents, absents, e esdeuenidors, e llurs bens; e encara com tota la Vniuersitat plegada fa contracte, en lo qual obliga los presents, e absents, e esdeuenidors, e llurs bens, que en virtut del contracte fet per lo Sindich, o Sindichs hauent lo dit poder, o per la dita Vniuersitat, no son algũs obligats en aquell contracte, si donchs no han expressament fermat en aquell. Perço tollent tot dupte sobre lo dit causat, statuim, e perpetualment ordenã, que tot sindicat, &c.*

Hæc verba denotant clarè principalem intentionem fuisse amputare illam iuris dubietatem, si Vniuersitas potest omnes singulares, tam præsentes, & absentes, quàm etiá futuros

futuros obligare. Et ſi dixeris, quòd poſtea addit conſtitutio, quod officialis executor procedat executiuè contra omnes, etiam ſi non firmauerint, nec fuerint tunc de Vniuerſitate cùm ſyndicatus, vel contractus fuerũt facti, id non eſt attendendum, cùm principalis intentio ſit ſemper attendenda, non aliud, prout infinitis hic non repetendis ad aliud inſtitutum ego idem probaui infrà in materia hærediramentorum, vbi videas.

Et ne remaneret difficultas, dicebam conſtitutionem, & verba illius, quæ de executione facienda, ac de via executiua loquũtur, non fore intelligenda de executiune, & via executiua rigoroſa, quæ practicatur contra eos, qui firmarunt, vel mandatum dederunt cum clauſula ſcripturæ tertij, & ſeu inſtrumenti guarentigij. Ad quod † aduertebam, quòd pro executione cenſualium, & violariorum, introducti in Cathalonia fuerunt duo modi procedendi, qui vocantur ambo executiui. Primus eſt in vim conſtitutionum Cathaloniæ, quando cum ſcriptura tertij ſe quis non obligauit. Et ſecundus, in vim priuilegij ſcripturæ tertij, quando cum ea erat facta obligatio, vti expreſſis verbis colligitur ex conſtitutio. 19. ſub eodem tit. *de executio de cenſals*, his verbis: *Statuim, e ordenam, que les cauſes de executio de cenſals, y obligats ab ſcriptura de ters, ſis tractaran en la Real Audiencia, en cars que ſi puguen tractar, ſe hàjen à tractar en aquella ſegons lo rigor de les conſtitutions dels cenſals, o de priuilegis de ſcriptura de ters.* Nota enim † eſt natura dictionis, *Et*, poſitæ in principio cõſtitutio. ibi: *Que les cauſes de executions de cenſals, y obligats ab ſcriptura de ters*, quæ ponitur inter diuerſa, & apertam demõſtrat horum, inter quæ ponitur, diuerſitatẽ, gloſ. in rubr. de iur. & fact. ignoran. Tiraquell. in tract. de nobilita. cap. 8. n. 8. Borgni. Caualcanus deciſio. 21. num. 85. par. prima. Et illa etiam † diſiunctiua, *o*, quæ ponitur inferiùs in eadem conſtitutio. ibi: *Segons lo rigor de les conſtitutions dels cenſals, o de priuilegi de ſcriptura de ters*, clarum eſt etiam quòd denotat diuerſitatem, cùm ponatur ſemper inter diuerſa, vt dicunt communiter Doctores in l. 1. ff. de reb. dub. Igne. in authen. ex cauſa, num. 7. C. de liber. præteri. Rolan. à Val. in conſil. 99. num. 57. vol. 4. Si diuerſitatem hæ dictiones demonſtrant, & conſtituunt inter illos duos modos exequendi cenſualia, & violaria, ergo benè ſequitur, quòd executio, quæ erit facienda in vim conſtitutionum Cathaloniæ de exequendis cenſualibus, non poterit fieri contra non nominatos, & qui non firmarunt cum ſcriptura tertij eodem modo, quo proceditur contra firmantes, & obligatos cum ea, ſicut volunt contrariam opinionem in hoc defendentes.

Quod etiam † ſit manifeſtum ex eo quod receptum in Senatu habemus, non intrare diſpoſitionem conſtitut. 5. tit. *de executio de cenſals*, de depoſito vnius penſionis loquentis, ad ſuperſedendum in executione, quando agitur executiuè in vim inſtrumenti guarentigiari pro penſionibus cenſualium, ſed tantum quando aliàs in vim conſtitutionum executionum cenſualium agitur, prout ego nonnullis exemplaribus Regij Senatus com probaui in primo huius operis tomo clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 4. num. 16. Quod eſt ſignum manifeſtum, diuerſum eſſe modum procedẽdi executiuè in vim conſtitutionum, à modo procedendi in vim ſcripturæ tertij, nec illũ eſſe tam rigoroſum ſicut eſt iſte.

Conſtitutiones, † quæ tribuunt cenſualibus executionem ſine ſcriptura tertij, ſunt decem & octo illæ priores, ſub tit. *de executio de cenſals*, conſtitutæ, quæ ſunt Regis Alphonſi Quarti, factæ omnes in curia Barcinonæ anno 1432. in quarum nulla fit aliqua mentio ſcripturæ tertij, licèt omnes de executione pro cenſualibus fienda loquantur, inter quas eſt noſtra conſtitutio. 12. de qua eſt quæſtio.

Quis ergo, † & qualis erit iſte modus procedendi executiuè in vim harum conſtitutionum, quando non adeſt in inſtrumento guarentigia? Reſpondeo, quòd is, quem vſus, & communis obſeruantia ſequuta à tempore dictarum conſtitutionum introduxit, & admiſit, nempè per præceptum de ſoluẽdo. Conſtat enim à notorio, nec in hoc licet dubitare, quòd ſemper fuit ita in Cathalonia obſeruarum, & practicatum procedere contra non nominatos, & obligatos ſine ſcriptura tertij, licèt pro penſionibus cenſualiũ, & violariorum, per præceptum de ſoluẽdo, non via executiua rigoroſa, ac ſi is contra quem eſt agendum, ſe obligaſſet cum dicta ſcriptura tertij. Eſt enim † executiuus etiã iſte modus procedendi per præceptum de ſoluendo intra decem, ſed non rigoroſus, ſicut ille, qui fit in vim ſcripturæ tertij, vt docet Iaſon in l. nec quicquam, §. vbi decretum de offic. proconſul. & lẽga. vbi hæc præcepta de ſoluendo, cum clauſula iuſtificatiua, appellat præcepta executiua. Sequitur Andre. Gail obſeruarion. 19. lib. primo. Quod † eſt adeò verum, vt ſecundùm iuris diſpoſitionem, non comparente illo, cui præceptum eſt præſentarum, & in eius contumaciam firmum maneat, & executioni demũdetur, vti docent Graua. ad Veſtri. in praxi lib. 7. cap. 1. num. 21. & Vincent. Carroci. deciſio. ſeu caſu 19. num. 14. & 15. licèt id non ſeruetur in Se-

in Senatu, ſeruatur tamen in tota ferè Cathalonia, quòd ſi pars non comparet, non fit ſententia, ſed proceditur ad executionem mandati.

12 Nec obſtat † quòd dicatur, iſta præcepta reſolui in citationem ſimplicem quãdo pars comparet, vt communiter dicitur, prout ego probaui in primo tomo clauſu. 3. gloſſ. 2.

13 num. 53. Propter † quod fit vt contra milites non fiant, nec fieri poſſint cum termino decem dierum, qui eſt termious citationis plebeorum, ſed imó viginti ſex dierum, quo citantur milites, vt latè probaoi in eodẽ primo tomo clau. 3. gloſſ. 3. num. 55. aliàs ſi cum termino decem dierum ſit iſtud præceprum contra militem, oppoſita per eum exceptione, declaratur illud nullũ, & invalidũ,

† prout in terminis Senatus *declarauit* Relatore egregio tũc Senatore Bernardo Roig, 18. Iunij 1503. pro don Aluaro de Robles, contra Carherinam de Leoo. Magna res, à paucis animaduerſa, & minùs practicata.

Nã id non tollit quin præcepta executioa ſint, & executiuus modus procedendi qui ſit

14 per ea, quia † id ꝙ eſt reſolui in ſimplicẽ citationem, intelligitur quoad partem, nõ quoad Iudicem, quoad quem negotium remanet in ſuſpenſo; & ſi conſtat poſteà de iuſtitia agentis, præceptum mittitur executioni. Ita declarat Io. Baptiſta Coſta in tract. de retro tract. caſ. 33. in cap. 8. num. 12. & 13. ex Gail in citata obſeruatio. 19. lib. 1. & alijs ibi ad-

15 ductis. Atque ita † antiquitùs obſeruabatur in Senatu: non enim ſolebat ferri ſententia condemnatoria in cauſis horum præceptorum de ſoluendo, ſed cogniro de inribus partium, prouidebatur quòd fieret executio pro contenris in præcepto; quod idẽ & nunc obſeruant nonnulli ex dominis de Senato. Quæ omnia deootant hunc procedeodi modum eſſe, & dici debere etiam executiuum ſine difficnltate.

16 Et quòd † obſeruantia ſubſequuta à tanto tempore potuerit interpretari, & inducere, quòd conſtitutiones prædictæ loquentes de executione cenſualium intelligi debeant de hoc modo exequendi, oon de alio, non eſt dubium, prout ego iam aliàs dixi in primo tomo clauſ. 1. ex num. 32. vſque ad finẽ, vbi pluribus probaui hanc cõſuetudinem interpretatiuam, quæ inducitur ex obſeruantia ſubſequuta, etiam admitti in ſtatutis, cõtra quæ eſt prohibitum allegari aliquem vſum, vel conſnetudinem, quia non eſt noua diſpoſitio, ſed imò eadem, imò nõ eſt alia ſtatuti diſpoſitio, niſi illa quam vſus interpretatus eſt, & induxit; non allego alia, quia ibi videri poſſunt. Ad qood etiam eſt quòd videas vlteriùs Ioannem Franciſcũ à Ponte conſil. 41. per tot. & alia, quæ in hoc etiam tomo in idem adducuntur infrà hac eadem clauſ. glo. 3. par. 2. ex num. 20.

17 Et quòd † ex contrario vſu totius populi cum tollerantia Principis, qui id ſciut, & non prohibuit, poſſint conſtitutiones Cathaloniæ interpretarionem recipere, imò & abrogari, taliter quòd non debeant obſeruari, niſi eo modo, quò à principio receptæ fuerunt, & practicatæ, docet io terminis Mieres par. 2. collat. 9. cap. 6. ex nu. 7. fol. 81. & collat. 10. in conſtit. *Auent*, ex num. 3. fol. 33. in ead. par. 2.

18 Imò † conſtitutiones prædictæ nunquam quid tale dicere voluetunt, quòd in vim ipſarum poſſet procedi contra obligatos pro penſionibus cenſualium eo executiuo modo quo proceditur contra obligatos cum ſcriptura tertij, ſine citatione partis. Quod multis modis ex eiſdem conſtitutionibus drſumi, & colligi poteſt, & ſignanter ex eo quòd reſpectu dictæ executioois, quæ fiebat in vim dictarum conſtitutionum, nulla erat differentia inter eum qui firmauerat, & tertium poſſeſſorem bonorum obligati; eodem enim modo procedebatur contrà vnum atqui contra alium, eo modo executiuo, de quo conſtirutiones loquuntur, vti apparet ex conſtitu. 10. tit. *de executio de cenſali*. Signum eſt hoc maximum, quòd illa executio non erat ad inſtar huius riguroſæ, quæ introducta eſt in vim ſcripturæ tertij, quia ea nunquam practicari potuit contra tertium. Iam ſoprà ad idem retuli aliam inſtantiam de conſtitutione, quæ loquitur de depoſito vnius penſionis, quæ eſt multùm ad propoſitum.

19 Nunc † audite, quæſo, quæ Mieres circa hæc tradit in duobus pulchris locis. Imprimis in conſtitutio. prima Regis Alphonſi de executione cenſoalium, collat. 11. fol. 18. col. 4. circa fin. ſic ait, Gloſſ. ſuper verbo, *ſegons*: *Nota, quòd hæc conſtitutio eſt facta ſuper executione, vt patet in R. Vnde videtur, quòd non tollat quin executionem præcedere debeat cauſæ cognitio, dato libello, ſi petatur, vbi nõ eſt facta obligatio curiæ ſub pœna tertij, vel confeſſio iudicialis; maximè quando agitur contra hæredes, vel bona tenentes. Quia hæc conſtitutio non mandat procedi ſine figura iudicij: ſed dat modum, & formam in executione fienda. Quid enim ſi is qui conuenitur negat ſe hæredem, vel bona tenentem, nunquid prius de hoc cognoſcetur. Verumtamen practica ſic ſe habet, quòd proceditur executiuè, facta fide tamen de iure agentis ſummarie, & de plano. Multi tamen dant libellum, quod eſt tutius quando agitur contra non nominatum in inſtrumento cenſualis, & violarij.* Hæc

Mieres

Mieres in dicto loco. Idem Mieres ſuper cap. ſeu conſtitutio. 4. eiuſdem tit. folio 21. colum. 4 circa finem, hæc ſcribit in propoſito verba, Gloſſ. ſuper verbo *breument: Quid importent hæc verba nota. extra de verborum ſignification. cap. ſæpè in clementi. & latiùs per Bart. in extrauagan. ad reprimendum. Nota, non dixit, ſine figura iudicij, & ita ordo iuris non remouetur penitus. Vnde ſi nõ eſt facta confeſſio iudicialis, vel obligatio cuiæ ſub ſcriptura tertij, poterit peti vt offeratur libellus, & fiat cognitio, ſeruato ordine, & figura iudicij.*

Ex his duobus Mieres locis clarè conſtat de intellectu dictarum conſtitutionum, quòd non tollant modum procedendi iudiciarium cum cauſæ cognitione, præſcribendo ſolùm formam executioni ſuo tempore fiendæ: aut ſaltem, ſi hæc interpretatio non recipitur, conſtat de differentia procedendi executiuè in vim conſtitutionum cenſualium, aut in vim ſcripturæ tertij: & quòd modus procedendi in vim conſtitutionum, nunquam fuit executiuus, ſicut ſi adeſſet ſcriptura tertij, ſed quidam modus procedendi ſummariè, & de plano, citata tamen parte, non aliàs. Quia † verba, *ſummariè, & de plano*, partis citationem non tollunt, imò requirunt, Felinus in cap. dilecti, extra de iudicijs, Maranta de ordin. iudic. par. 4. diſtinctio. 9. num. 9. vltra Bartholum, quem Mieres citat, in extrauagant. ad reprimendum. Clauſula enim prædicta, *ſummariè, & de plano, &c.* ſolemnitates iuris ciuilis tollit, vt eleganter dicit Doctor Marta de clauſulis clauſ. 180. ſed non quæ ſunt de iure naturali, prout eſt ipſa citatio, vt dicunt relati Doctores.

Et ſi dixeris, † quòd in inſtrumentis cenſualium, quæ nunc fiunt, ponitur in omnibus obligatio cum ſcriptura tertij, etiam in illis, quæ fiunt per Syndicum Vniuerſitatis. Reſpondemus, quod ſcriptura tertij non afficit tertium, qui non firmauit, nec dedit mandatum alicui, qui pro eo eam firmaret, vt eſt plus quàm manifeſtum; de quo puncto iam ſuprà dictum eſt. Et hoc iure vtimur quotidiè, quòd contra eos, qui non firmarũt nunquam procedimus via executiua, quantumuis inſtrumentum ſit cum ſcriptura tertij, & guarentigiatum: optimam huius rei rationem adducit Seſſe de inhibitio. cap. 12. ex num. 11.

Nec dicatur, † quòd fruſtrà fiet citatio, & vocatio noui populatoris, priùs quàm contra eum procedatur, cùm notorie appareat ipſum nullam habiturum defenſionem, cùm enim præſuppoſita diſpoſitione conſtitutionis, omnia bona exiſtentia intra locum remaneant obligata, ſanè nihil operatura erit citatio, cùm nulla arte fieri valeat quòd bona prædicta defendantur ab obligatione, & ſic videtur non eſſe inconueniẽs omittere citationem, quæ non eſt profutura, ex reg. fruſtrà expectatur euentus, cuius nullus eſt futurus effectus, l. non cogendum, in prin. de pecul. qui bis, de verb. obliga. Trentacinq. varia. reſolu. lib. 2. tit. de excep. reſolu. 3. num. 6. Surd. conſil. 86. ex num. 14.

Nam reſpondemus primò, quòd & Deus ſciebat nullam Adamo competere defenſionem, & tamen voluit eum citare antequam condemnaret.

Secundò dicimus, † quòd ſimiliter quãdo tertius poſſidet rem mihi ſpecialiter obligatam pro aliquo debito cum inſtrumẽto guarentigio, & cum clauſula quòd propria auctoritate poſſim ingredi illius rei poſſeſſionem, non videtur habere aliquam defenſionem, cùm nullo modo videatur poſſe effugere illã executionem, & ingreſſum in poſſeſſionem, & tamen id non conceditur niſi cum citatione partis, ad multa tradita per Cancer in 3. par. varia. reſol. c. 7. de pact. n. 218. vbi *deciſſ.* Senatus, & nos iam ſuprà etiam diximus.

Vltimò, † reſpondemus non eſſe verum quòd nullas nouus populator poſſit habere defenſiones. Poſſet enim eſſe quòd ex ipſius pecunia, qua rem comparauit, dimiſſi eſſent priores creditores, vel cum ceſſione, & ſeu cum pacto, quòd ſuccederet in locum creditorũ, vbi eis opus eſt, vel ſine ceſſione, & pacto, vbi neceſſaria non ſunt, certum eſt, quòd tũc defendere ſe poſſet aduerſus poſteriores creditores, prout pluribus docet Anton. Faber in ſuo C. lib. 8. tit. 9. de his qui in prior. cred. loc. ſucced. definitio. 3. cum ſequen. Ergo nõ eſt tam indubitatum, vt aduerſæ partes faciant, quòd nulla ſit futura nouo populatori defenſio, & ex conſequenti nulla ſit eius neceſſaria citatio.

Quid quod? † in hoc non eſt inſpiciẽdum niſi ſi obligatio id importet, quòd poſſit procedi executiuè vigore illius, vel non. Nam id quod eſt habere, vel non habere defenſionẽ, non facit obligationem executiuam, ſi talis ex ſe non eſt, vt patet ad ſenſum. Denique non obſtat argumentum à contrario ſenſu, quod aduerſę partes deducunt ex dicta conſtit. 12. in final. verbis illius, ibi: *Declarat que à la captio de las perſonas dels incolas, e habitadors de la Vniuerſitat no puga eſſer procehit ſi donchs les perſones de aquelli en lo contracte, o ſindicat fermat no auran.* Dicunt enim, ergo in reliquis, dum non apprehendatur perſona, bene poterit procedi executiuè, vt exceptio ſit de regula, ſicuti ſemper eſſe debet, vulgati l. ſed an vltro, ff. de negot. geſtis,

Surdus cum alijs, decisio. 225. numero 20. Nō esset autem de regula si daremus casum executiuum fuisse exceptuatū à regula, quæ non loquitur de executione.

Quia respondemus, primò, quòd iam est de regula illa exceptio, quia nos non negamus, quòd regula non sit de executione, seu de modo executiuo; est etenim, eo tamen modo quo suptà diximus, per præceptum de soluendo. Nullum est ergo inconueniens, quòd á regula, quæ in dicta constitutione constituitur circa potestatem procedendi contra nouos populatores, & circa obligationem ipsorum, per medium Syndici Vniuersitatis excipiátur sicut excipiuntur personæ eorundem.

26 Secundò, † dicimus non esse curandum de similibus argumentationibus in hac constitutione, quia incideremus in intollerabiles errores. Ecce quòd postquam posuit limitationem, seu declarationem illam, *'Declarat que à la captio de las personas no puga esser procehit*, postea sublimitat, *si donchs las personas de aquells en lo contracte fermat no auran*. Percontor, in vim huius sublimirationis etit ne verum ita argumentari: ergo cōtra eos, qui firmauerint, poterit procedi ad captionem personæ? Minimè gentium, sic simpliciter, & absolutè, nisi vltra firmam reperiatur in instrumento, quòd is qui firmauit obligauit personam suam ad carceris captionem, vt de se patet, & probatur multis constitutionibus sub tit. de actionib. & obligationib. per quas in Cathalonia prohibita est captura personæ, nisi vel pro comanda, vel pro scriptura tertij. Sicut ergo in hoc nō licet arguere á verbis prædictis, sic nec in eo quod suprá dictum est.

27 Vndè sequitur † nō esse curandū de quæstione, quam ex Bar. & alijs tractat Coler. de process. executi. pat. 2. cap. 3. ex num. 355. si Vniuersitas, vel Syndicus potest executiuè obligare absentes. Nam cùm in Cathalonia non cognoscamus regulariter viam executiuam rigurosam pro debito ciuili, nisi pro comanda, & scriptura tertij, vt diximus, fit indè ne quæ Doctores disputant in terminis iuris communis, possint huic nostro casui applicari.

28 Nec finaliter † obstabit, quòd potestas data per constitutio. obligādi omnes, censeatur data cum guarentigia, ex eo quod de cōsuetudine in omnibus instrumentis solet poni, ad tradita per Meno. conf. 37. lib. 1. quia id requirit magnam discussionem circa probationem consuetudinis, & aliás quia nunquam in Cathalonia fuit tale quid practicatum, quòd sub prætextu quòd solet scriptura tertij apponi, sit concessa executio instrumento, in quo non legitur, & in terminis istud obiectum non obstare docet Iuan. Gutierrez de iutam. confirmato. par. 1. cap. 62. ex num. 5.

Ex quibus duo resultant. Primum, quòd constitutio non potuit, nec potest loqui de executione rigurosa, ad instar illius quæ fit contra obligatum cum scriptura tertij. Et secundum, quòd communi interpretatione intellecta semper fuit ab omnibus dicta cōstitutio cum reliquis, quæ loquuntur de executione censualium in vim ipsarum constitutionum sine scriptura tertij, vt in vim illarum procedatur, & procedi habeat illo executiuo modo, qui fit, & fieri solet per præceptum de soluendo, non alio. Et ex con-

29 sequenti † indè fit mutari non posse, nec debere quæ hanc habuerunt á tanto tempore interpretationem, l. minimè, cum similib. de legib. Aliás magna fieret iniuria his qui exequendi essent, quòd absque sui obligatione cum scriptura tertij contracta, cōtra id quod huc vsque fuit semper in hac Prouincia practicatum, procederetur contra eos ac si cum scriptura tertij se obligassent.

30 Conducebat, † & conducit pulchta decisio nostri superegregij Senatus facta die 30. mensis Iulij anni 1580. ad relationem egregij quondàm Senatoris N. Tamarit, inter Michael. Balle, & Antichium Auinyo Feliu. † vbi fuit expressè *dictum* contra non obligatum cum scriptura tertij non posse procedi via executiua, sed per præceptum decem dierum, cum clausula iustificatiua. Cur non idem obseruabimus in nostro casu, vbi illi noui populatores non se obligarunt cū scriptura tertij?

Hæc dicebam pro ista opinione ad defensionem intelligentiæ, & obseruantiæ inueteratæ huius constitutionis. In principio cùm de his disputare incæpimus, magnam res videbatur in Senatu habere difficultatem: videbamus maiorem partem inclinare pro contraria opinione: sed postquam audierunt eos, qui hanc sententiam defendebant, cognouimus magnam differentiam, taliter quòd resolutio, quæ in principio mutæ quæstionis sperabatur de proximo contra nos, adhuc expectatur, post lapsos nedum dies, sed menses, & annos, ex quo inceptum est de hoc tractari, & interim continuatur quod semper apud nos obseruatum fuit vt non procedatur executiuè contra eos qui non firmarunt, sed per præceptum de soluendo intra decem.

31 Sed † non exittimes, quòd noui populatores postea liberentur á soluendo, imò condemnabuntur ad solutionem suo tempore in sententia ferenda. Quod enim huc vsque fecimus

fecimus, fuit liberare eos à via executiua. Verùm vbi contra eos proceditur via ordinaria, tunc obſeruabitur conſtitutio, & fiet condemnatio eo modo quo ipſa præcipit, prout ſignanter *declaratum* fuit die 26. méſis Iunij anni 1 6 s 0. referente egregio Senatore Ioſepho Roca, in cauſa Paulæ Torner & de Gualbes, contra Ioannem Baptiſtam Ferrer, & alios. Actuario Segui. Vbi noui populatores, qui non aderant tempore obligationis, fuerunt condemnati ad ſolnendum penſiones cuiuſdam cenſualis, ad quod Vniuerſitas legitimè congregata, vel per ſuum Syndicum, ſe obligauerat: *Tam* (inquit) *de bonis ſuorum prædeceſſorum, quorum hæreditates ipſi poſſident, quàm etiam de bonis propriis, vti habitatores dicti caſtri, & termini de la Mora, in dicto cenſuali expreſsè obligati, in dictis caſiro, & termino poſſeſſi, cùm fuerint obligati in eo præſentes, abſentes, & futuri, & alias, &c.*

32 Ibi etiam † fuit illud *declaratum*, quod non videram alibi, teneri ſupradictos ad renouandum, & nouiter firmandum tertij ſcripturam in cenſuali promiſſam, in caſu qui locum habuit per mortem obligatorum, modo, & forma in cenſualis inſtrumento contentis. Quod nota, vt ſuo caſu poſſis iuuare clientem.

33 Vidi † poſt hæc ſcripta Saluſ. Tiberium à Corne. in illo tractatu quem fecit de modis procedendi in cauſis, quæ coram Auditore Cameræ aguntur, vbi in toto cap. 35. diſputat de modo procedendi ad executionem inſtrumenti contra communitatem, cuius praxis, & reſolutio ſi ſequeretur, ceſſarent tot quærelæ creditorum, quæ ad Senatum in dies veniunt, quòd non poſsint à communitatibus ſua credita recuperare, corpore communitatis ſe defendente, quòd non habe at bona communia, ſingularibus autem quòd non firmauerint in inſtrumento, quia antiquum, & ideò non poſſe dicentibus cõtra eos via executiua procedi. In iſto caſu ſic loquitur Cornet. *Vidi* (inquit) *rare permittentes, ſemper in ſimilium executione obligationum mandata executiua relaxari, & exequi mandari contra Priores, & Officiales communitatis pro tempore exiſtentes, licèt in obligatione non ſint nominati. Ratio,*

34 *quia † licèt debitum vniuerſitatis non ſit ſingulorum de per ſe ſingulariter conſideratum, l. ſicuti, §. ſi quid vniuerſitati, ff. quod cuiuſq. vniuerſitat. nomin. &c. Nec ergo videtur condecens, quòd vnus de vniuerſitate capi poſſit, ſeu in ſolidum exigi pro debito totius vniuerſitatis, & nedum ciuili, imò naturali in-*

35 *ri repugnet, vt alius † pro alio moleſtetur, per l. 1. C. vt nullus ex vic. &c. Hi tamen ad quos ſpectat onus exigendæ collectæ, elapſo tempore, per quod ſunt in negligentia, capi poſſunt, & ab eis exigitur inſolidum. Verùm ipſi poſtea ab illis de vniuerſitate recuperabunt pro viribus ſingulorum, l. 1. circa finem, de muneribus & honoribus. &c. Vnde erit dicendum,*

36 *quòd † ſi ad Cõſules, ſeu Priores ciuitatis ſpectat onus exigendi credita, eùm tamen communitas non habeat, neque nolle, neque velle, & iſti quædam fictitiam populum repræſentet, argumento l. uſſa, ad finem, de religi. & ſumptib. funer. & conſtituantur in negligentia illa exigendi, pro ſoluendis debitis ciuitatis poterunt ipſi capi, & inſolidum exigi, per dictam l. 1. & l. miſſi opinatores. Et ita debet intelligi quod notat Bald. in l. etiam, Cod. de executio. rei iudica. Idem etiam dicit Bart. in l. 4. ff. de re iudica.* Hæc Corner. quæ multis alijs allegationibus, & auctoritatibus hic propter breuitatem omiſsis ornat; quæ ſi obſeruarentur, ſine dubio faciliùs creditores ſua credita recuperarent.

37 Poſt † hæc, in quibus multùm diſputauimus, ſi in re dotali penès maritum exiſtente, poteſt fieri executio pro debitis vxoris antecà contractis, intrat benè quæſtio, ſi è contra, pro debitis viri poteſt fieri executio in bonis vxoris penès eundem virum titulo dotis exiſtentibus. Nemo dicet quòd fieri poſsit, & in hoc non eſt dubium.

Tractemus caſum in quo poſsit cadere aliqua difficultas. Is erit, quando eſt dubiũ

38 ſi res eſt mariti, an vxoris. In quo † quando maritus ducit vxorem in domum propriam, clarum eſt quòd habet in omnibus bonis in ipſa domo exiſtentibus intentionem ſuam fundatam: præſumptio enim eſt ea eſſe propria ipſius mariti, ſecundùm Baldum in l. ob maritorum, num. 3. verſic. Renoco in dubium, Cod. ne vxor pro mariro, & ibidem Salicet. num. 6. & alij adducti per Ioannem Petrum Surdum in tractaru de alimentis tit. primo, quæſtio. 1 2 3. num. 3. latiſſimè, & eleganter Maſcardus de probario-

39 nibus concluſ. 2 1 3. per totam. Sed † ſi è cõtrà contingit, quòd imo mulier virum in domum ſuam introducit, tunc omnia bona domi reperta mulieris præſumuntur, non viri, niſi per legitimè confectum repertorium, ſeu inuentarium conſtet quæ bona illuc maritus attulit, prout optimè probat Surdus in ſuprà citato tractatu de alimentis allegata quæſtio. 1 2 3. num. 4. Et ideò non poteſt officialis pro debitis viri injicere manus in ea, prout in terminis terminantibus ſemper † egregius noſter Senatus *declarauit*, & ſeu egregius olim Senator Ioannes Amell, proviſione facto verbo in Regia Audientia facta die 7. menſis Februarij 1 5 8 4. in cauſa

Eliſabethæ Minguella vxoris Iacobi Minguella Notarij ciuitatis Ilerdæ, & Franciſci Ludouici Cerda Notarij ciuis Barcinone. Actuario Carmona, in qua cum hoc motiuo, *Quòd maritus intrauerat in domum vxoris, & exindè omnia bona mobilia inibi exiſtentia præſumebantur eſſe vxoris*, fuit ſuperſeſſum in executione bonorũ prædictorum, quæ fiebat pro debitis viri. Et quia proceſſum forſan non reperies huius cauſæ, litteras tamen ſuperſedimenti, vbi eſt continuata prouiſio, inuenies in communi locumten. 24. illius temporis, folio 96.

40 Idem † etiam de dicta præſumptione, & bona mobilia præſumantur eſſe eius cuius † eſt domus in quibus reperiuntur, *deciſum* expreſsè fuit ſententia lata Relatore egregio olim Senatore, poſtea in ſupremo Aragonum Concilio Regente, don Ioanne Sabater, 17. Decembris 1591. in cauſa nobilium Galcerandi, & Ludouici à Cardona. Actua. Benedicto Sacares.

41 Pro totali † intelligentia, & declaratione huius materiæ conſtitutionis dotalis, eſt & finaliter animaduertas, ac notes, mulierem cenſeri dotem conſtituiſſe viro ſuo nedum quando reuera illam cõſtituit tormitet poſt donationem ſibi à patre factam, prout hic: ſed & quando pactes ſtetiſſent in ſola, & nuda donatione, quam pater filiæ facit, & pro ea eius viro, quamuis enim aliam conſtitutionem dotalem filia non feciſſet, vel ſi facta legeretur in inſtrumento capitulorum, in illo tamen non firmaſſet, prout non ſemel vidi, nihilominùs cenſeretur filia dotem illam conſtituiſſe, & omnia iura acquireret, quæ ſi reuera eam conſtitutionem feciſſet, prout ſunt hypoteca in bonis viri, prioritas temporis, & iuris potioritas, & ſimilia. Ra-

42 tio eſt, † quia pater conſtituendo dotem pro filia, cenſetur à iure conſtituiſſe, & promiſiſſe ipſam dotem à patre datam marito, prout pulchrè in terminis docet Philipp. Deci. in conſ. 35. incipien. Præſtantiſſime Doctor, num. 4. qui id probat per textum, qui ad litteram id dicit in l. ex morte, Cod. de pactis conuen. in illis verbis: *Quoniam & alio pro ea offerente dotem, ipſa pro ſe offerre videtur.* Cuius rei rationem Deci. reddens in citato conſil. 35. dicit eſſe, quia ius ita diſponit in fauorem filiæ abſentis, & ſupplet pro ea ſecundùm legem prædictam. Conducit addit. ad Dec. in d. conſil. 35. prima, in illis verbis: *Sed certè d. §. accedit loquitur de ipſo cõtractu dotis, vt ex eo quaratur mulieri, etiamſi abſit, quia ex quo conſenſit in matrimonium, ſatis cenſetur acceptare pacta dotalia, de quibus conſidit his qui viue illius tractant, &c.* Per quæ habes quòd non debes cutare in iſtis materijs, ſi mulier fuit quæ dotem conſtituit, & in inſtrumento capitulorum firmauit, vel pater ſolus: vtroque enim modo ipſi mulieri volenti repetere dotem, aut aliàs, illæſa remanent omninò ſua iura, & præſeruata. Effectus qui conſequuntur ex iſta reſolutione videbis infrà in clauſula firmæ capitulorum. Et cum his finitur hæc gloſſa.

SVMMARIA.

1 *Dos viro datur ad ſupportandum onera matrimonij.*

2 *Maritus non ſuſtinens onera matrimonij nõ facit fructus ſuos.*

3 *Dotis vſusfructus habet tacitam conditionem, ſi onera matrimonij ſupportentur.*

4 *Maritus compellitur reſtituere fructus dotis pro tempore quo non ſuſtinuit onera matrimonij perceptos.*

5 *Fructus dotis ratione onerum matrimonij, non ratione dominij, ſpectant ad maritum.*

6 *Martinus Monter notatur in hac materia.*

7 *Effectus non cenſetur magis ex vna cauſa, quàm ex alia procedere, quando cauſæ ſunt coniunctæ, & commixtæ, ex quibus ille effectus prouenit.*

8 *Traditio rerum dotalium, & contractus matrimonij non ponuntur vis cauſa acquiſitionis fructuum rerum dotalium, ſed vti requiſita.*

9 *Dominij ratio in marito faciente fructus dotis ſuos, eſt quoad quædam conſiderabilis.*

Meliorans non compenſat fructus cum meliorationibus, quando illos recepit iure dominij.

10 *Maritus non ſuſtinens onera matrimonij non lucratur fructus, etiam ſi non ſua, ſed vxoris culpa ſit. vbi deciſio noſtri Senatus.*

11 *Maritus non facit fructus dotis ſuos quando culpa illius vxor habitat extra eius domũ.*

12 *Fructus dotis augent ipſam dotem pro tempore quo maritus nõ ſuſtinuit onera matrimonij.*

13 *Maritus facit fructus dotis ſuos pro tempore quo vxor eius eſt extra illius domum apud patrem recreationis gratia.*

14 *Onera matrimonij non reſtringuntur ad ſola alimenta vxoris.*

15 *Maritus vt dotis fructus faciat ſuos, tria requiruntur.*

16 *Maritus putatiuus ſuos nõ facit fructus dotis.*

17 *Contrarium alij tenent, quia non deſunt onera matrimonij.*

18 *Maritus putatiuus non facit fructus dotis ſuos vt maritus, ſed tanquam bonæ fidei poſſeſſor, & adminiſtrator.*

Maritus

19 *Maritus putatiuus non facit fructus dotis suos, nisi quatenus impendit in onera matrimonij.*

20 *Maritus non facit fructus dotis suos ante contractum matrimonium, si res dotales ei tradantur.*

21 *Eos tamen non restituit nisi post annum à die finiti matrimonij, sicut reliquam dotem, quam dicunt augere.*

22 *Fructus dotis, qui illam augent, possunt postea eadem actione de dote separatim peti, si in restitutione dotis eorum non meminerunt partes.*

23 *Fructus legitimæ possunt peti separatim post consequutam iam ipsam legitimam.*

24 *Sponsus sustinens onera matrimonij ante illud cum effectu contractum, lucratur fructus, ex æquitate.*

25 *Sed contrarium erat de rigore iuris.*

26 *Opinio Auctoris, quòd non faciat fructus dotis suos, nisi ad ratam onerum.*

27 *Donatio fructuum dotis, secundum plures, inducitur ex traditione per sponsam sponso facta.*

28 *Maritus non facit fructus dotis suos post solutum matrimonium.*

29 *Dos consistens in immobilibus statim est restituenda soluto matrimonio.*

30 *Et statim constituitur in mora restituere debens.*

31 *Fructus veniunt statim stante mora.*

32 *Maritus nõ potest percipere fructus dotis cùm iam non est maritus.*

33 *Fructus percepti post solutum matrimonium augent dotem.*

34 *Hæredes mariti non lucrantur fructus dotis post solutum matrimonium, etiam si vidua cum illis, retento quod pro alimentis vidua expendisset.*

Nisi ex scientia, & patientia, ac non contradictione mulieris donatio dictorum fructuum induceretur. ibid.

35 *Hæredes mariti non facit fructus dotis suos post dissolutum matrimonium, etiam in anno luctus, quo illi præstant alimenta, nisi pro rata alimentorum.*

36 *Idem procedit in Catbalonia, vbi viduæ alluntur ab hæredibus viri intra annum luctus.*

37 *Vidua intra annum luctus in Catbalonia alitur ab hæredibus viri, siue habeat vndè se alat, siue non.*

38 *Statutum disponens ne hæredes teneantur intra annum luctus alere viduam, intelligitur nisi non habeat vndè se alat.*

39 *Statuta recipiũt interpretationem à iure communi.*

40 *Mulier habet vsumfructum relictum à marito, non extantibus liberis, quamuis diceret statutum simpliciter non posse mulierem habere integrum vsumfructũ, etiam si vsufructuaria a marito relicta sit.*

41 *Mulier habebit legatum vsusfructus à viro suo factum si non extant liberi, non obstãte statuto prohibente aliquid relinqui posse vxori in vltima voluntate.*

42 *Fructus, & interesse regulariter in Catbalonia non adiudicantur, nisi à die litis mota.*

GLOSSA II. PARS I.

Et fructus, seu quasi illius proprios faciant durãte præsenti matrimonio, pro oneribus illius supportandis, &c.

Prosequitur eadem materia de vtilitatibus, quæ marito obueniunt ex constitutione dotali.

Et signanter circa fructus dotis.

Ac de primo requisito ad lucrandum eos, quod consistit in eo quòd sit contractum, & duret matrimonium.

1 HIc exprimitur † quod iam erat de iure: datur siquidem dos vt illius fructibus maritus gaudeat, & fruatur pro oneribus matrimonij supportandis, vulgata l. pro oneribus, Cod. de iure dotium, l. dotis fructus, & l. si quis Stichum, §. ibi dos, ff. eodem tit. de iure dotium, cum similibus. Concordat lex Castellæ 25. sub titul. 11. *de las dotes*, parti. 4. Quod etiam procedit de iure canonico, vti habetur in cap. salubriter, de vsur. Alia cumulat Ioan. Petrus Surdus in tracta. de alimentis tit. 7. quæstio. 6. num. 8. cum sequentib. & quæstio. 17. num. primo, Anton. Gomez in l. 50. Tauri num. 33. Vincen. de Franchis decisio. 283. num. 14. Port. Imolensis consil. 22. num. 84. & consil. 57. num. 5. Pater Molin. de contractib. disputatio. 423. num. 5.

2 Rectè diximus, † quòd pro oneribus matrimonij sustinendis, & supportandis dotis fructus suos maritus facit, quia si onera matrimonij nõ sustinet, fructus nõ lucratur. Est

3 ratio, † quia vsusfructus dotis habet tacitam cõditionẽ, si onera matrimonij supportẽtur,

l.si maritus,ff.famil.erciscun.Din.consil.12. Becci.in consil.43.num.9.volum.1. Surd.de alimen.tit.1.qu.38.num.23. cum alijs,quos isti adducunt.

4 Vndè fit, † quòd nedum non permittitur marito fructus dotis petere pro tẽpore quo matrimonij onera non sustinuit, sed imò è contra si eos percepisset tenetur mulieri restituere, vt contra Cast.in consil.192.ad fin. asserenrem sufficere quòd marito possit prohiberi exactio,& petitio, si sibi contradicatur, nec oportere quòd obligetur ad restitutionem quando non fuit prohibitus exigere. Contra Castren. (inquam) ex Bald.in rubr. C.de priuileg.dor.& Bec.in consil.43.num. 5.ad finem,per text.in l.insulam,§.vsuras,ff. solut.matrimo.& l.fin.ff.de dol.except.pluribus defendit Molinus noster de ritu nupt. & pactis in matrimonio conuent.lib.3.quæstio. 42. ex num. 38. vbi respondet ad contraria.

5 Hæc cùm ita sint,† miror quòd aliqui fuerint qui dubitauerint an ratione dominij,an verò ex onerum matrimonialium causa fructus dotis ad maritum spectent; de quibus per Martinum Monrer decisionem Regni Aragon.17.num.61.cùm ex suprà relatis iuribus apertissimè appareat decisum esse quòd propter onera matrimonialia, & non propter aliud, & in expresso communis Doctorum schola ita tenet, & sequitur ex dictis iurib. Aluar.Velasc.in praxi partitio.& collatio.c. 29.num.11. Surd.decis.211.num.26. Ioannes Baptista Costa de portio. tata quæstio. 51.num.2.

6 Mirãdum † etiam est de eodem Monter, quòd tertiam in his facere voluerit opinionem numer. 65. dicens se inter supradictas opiniones tertiam mediam tenere,quòd scilicet nec dominium, nec onera sola ad fructuum acquisitionem sufficiant, sed illa duo simul concurrere debeant, imò & tertium (inquit) requiritur, quòd matrimonium sit contractum, quòd res dotalis tradira,& ter-
7 tium, quòd onera sint sustenta. Quo † admisso, quòd tria scilicet prædicta in illo acquirendorum fructuum effectu copulatiuè exigantur, subsequi indè existimat iuris regulam, quam appositissimam vocat, qua cauetur,quòd cùm plures causæ circa idem pariformi coniunctione copulantur, & concurrunt, effectus non debet censeri magis ex vna, quàm ex altera causa procedere, iuxtà l. 3.§.ex pluribus,ff.de acquiren.possess. cum alijs pluribus allegatis per eundem Auctorem, qui vlteriùs ad idem propositum alia cumulat videnda.

Censeo enim quòd supradicta nihil concludunt contra receptissimam opinionem, quòd sola onera matrimonij sint causa ac-
8 quisitionis fructuum in marito. Et † est res, meo iudicio, facilissima, quia reliquæ, quæ de traditione rerum dotalium, & de matrimonio contracto dicuntur, de quibus particulariter inferiùs tractabimus, à nemine ponuntur vt causæ dictæ acquisitionis, sed vt requisita, vt propter onera, quæ maritus sustinet, acquirat fructus. Quomodo enim onera matrimonij maritus diceretur sustinere, si matrimonium non esset contractũ? & quomodo de acquisitione fructuum posset tractari, si deficeret traditio, quæ necessaria est ad dictam acquisitionem, & perceptionem fructuum? Hæc ergo, quæ de matrimonio contracto, & de traditione rei dicuntur, nihil aliud faciunt, quàm præparare, &, vt ira loquamur, habilitare rem, vt superuenientibus oneribus, maritus possit propterea acquirere fructus: non ergo potest alia considerari causa in ista acquisitione, quàm quæ oritur ex sustentatione, & supportatione onerum, prout iura aliam non considerant vbi de hoc tractatur in citata l. pro oneribus, C.de iur. dot. & in alijs legibus allegatis in prin.

9 Censeo † tamen, supradictis non obstantibus, non esse reijciendam omnimodam considerationem dominij in marito, saltem ad hunc effectum, ne teneatur maritus compensare meliorationes cum fructibus, considerant Doctores, quòd iure dominij fructus suos facit, idque dicunt esse causam cõpensationis non faciendæ, ad tradita per Matthæum de Afflictis decision.87. num.6. & per Ioannem Aloysium Riccium collecta. 2332.in principio, Aymon Crauetta consil. 408.num.13.& Guillerm.Guidobon.aduocatio.64.num.21.

Sed hæc omittamus, quia sunt paruæ,& modicæ vtilitatis, & forsan ex sequentibus fient manifestiora.

10 In tantùm † est verum,(vt ad propositum redeamus) quòd propter onera matrimonij datur dos,& dantur etiã fructus eius, quòd etsi culpa vxoris contingat,non mariti,quòd is non sustineat onera matrimonij, putà in casu contingibili, quòd vxor ei dotem non soluisset, & propterea illam maritus à domo expulisset, adhuc in isto casu fructibus priuatur maritus,& seu eos non potest prętendere, quia ad id satis est vt cesset onus matrimonij, non curando cuius culpa acciderit, cùm dentur fructus dotis in recompensationem damni, quod patitur maritus alendo vxorem, quo circumscripto denegatur petitio, Bald. Imol. & Alexand. in l. in insulam, §.vsuras,ff.soluto matrimon. Ioan. Petr.Surd. de alimen.tit.1.q.42.num.36.&

Ste-

Stephan.Gratian.in terminis, diſceptat.fo-
† ren.244.num.18. De hoc eſt apra *deciſio* noſtri Senatus referente egregio olim Senatore N.Matri, facta die 14.Octobr.1532. inter Ludouicum Setanti,& Annam Ioannam Carbo, in caſu quo mulier ſeorſum à viro in domo patris habitauerat, receſſeratque ab eo rimens eius iram, ex quo de frigiditate illum coram Iudice Eccleſiaſtico accuſauerat. Fuit enim dictum, quòd ex quo onera matrimonij non ſuſtinuerat, nec vxorem alimentauerat, nec alias expenſas pro ea fecerat, ideò penſiones cenſualium dotalium pet dictum tempus quod habitauit extrà domum viri, ſpectabant vxori, non vito. Vidi concluſionem in Archiuo Regio.

Sed ego conſidero, quòd propriè iſte caſus non poterat dici culpa mulieris accidiſſe, cùm imò (vt in eadem concluſione habetur) iuſtè maritum accuſaſſet, & obtinuiſſet coram Iudice eccleſiaſtico,& à principio idè ipſe maritus fuerat, qui mulierem in domũ patris duxerat: & ita dicebam cuidam, qui ſe dicta concluſione in alio caſu culpoſo qui reſpectu ipſius mulieris contigerat,iuuabat. Cogira igitur.

11 Quando autem † culpa mariti contingit quòd ab eo ſeorſum mulier habitet, cuius rei exemplum accommodatum ponit Vincentius Carrocius vbi infrà allegabitur, in marito, qui contra pulchram vxorem lænocinium exercebat, ob quod, impacientia dicta, habuit mulier ab eo recedrte, tũc plenè probat Carroc.deciſ.ſen caſ.121.non facere virum fructus ſuos.

12 Imò fructus † augent dotem quãdo maritus non ſuſtinet onera matrimonij, l.ſi ante nuptias, ff.ſolut.matrimonio,l.dotis fructus,§.1.de iure dotium,l.2.§.ante matrimonium,de vſuris, Cardinalis Mantica de taci. & ambig.conuentionib.lib.11.tit.19.num. 17.Stephan.Gratian.vbi ſuprà nu.17. Gregor.Lopez ad l.Caſtellę 25.ſub tit.12.*de las dotes*, parti.4.gloſſ.5.

13 Sed ſi † maritus ſemel traduxiſſet mulierem in domum ſuam, incepiſſetque onera matrimonij ſuſtinere, non eſt in conſideratione quoad diminutionem fructuum, quòd vxor poſtea per aliquod tempus permanſerit in domo patris, prout ſæpè contingit, quòd mulieres ad domum patris redeunt, recreationis gratia,per aliquod tempus,ibique alimenta receperit, quia cùm eo tempore maritus retinuerit domum apertam cũ reliqua familia, in qua poterat mulier ad libitum habitare, per maritum non ſtetit, & nihilominùs ſuſtinuit onera matrimonij,
14 quæ † non reſtringuntur ad alimenta vxoris, ſed alia plura continent, quæ non ceſſarunt propter iſtum mulieris receſſum. Ita
† *deciſum* fuiſſe in Rota Romana docet Proſper Farinacius in ſecundo volumine deciſſ. deciſ.253.

15 Tria autem † requiruntur copulatiuè vt maritus faciat fructus ſuos, & eos lucretur. Primum, quòd matrimonium ſit contractũ. Secũdum, quòd onera matrimonij ſuſtineat. Et denique tertium, quòd dos fuerit tradita, Paulus de Caſtro in l. de diuiſione, num. 13.ff.ſolut.matrimonio, & Iaſ.ibidem num. primo, Surdus deciſio.211.num.27.Anton. Gomez in l.50.Tauri, num.33.circa mediũ, Martinus Monter deciſione Regni Aragon. 17. num. 65. Pater Molina de contractibus diſputatio.432.num.2.Ioan.Baptiſta Coſta de portione rata quæſtio.155.num.15.& in terminis ita probat allega.l.Caſtellę 25.tit. 11. *de las dotes*, parti.4.

16 Ex defectu † primi requiſiti dicunt plures, ac dicit etiam communis, quòd maritus putatiuus non lucratur fructus dotis, quia inret putatiuos coniuges non conſiſtit matrimonium, gloſſa finalis in l.diuortio, §. impendia,ff.ſoluto matrimonio,plures allegat Titaquell. poſt leges connubiales gloſſ. 8.num.235.& Ioannes Gutierrez de tutelia
17 & curis par.3.cap.8.num.20.Licet † nõ deſint alij plures, qui contratium tenent, quos adducunt ijdem Tiraqoell.& Gutier.in eiſdem locis, ille quidem num.261. & iſte eodem numer. 20. quia ſic putatiuus maritus, quemadmodum vetus matitus,habet in dote cauſam oneroſam, non lucratiuam, & eodem modo ipſe onera matrimonij ſuſtinet, ſicut verus maritus, propter quæ fructus acquiruntur.

18 Vera reſolutio eſt, † quòd non facit fructus ſuos, vt maritus, ſed tanquam bonæ fidei poſſeſſor,& adminiſtrator, prout docet Barboſ.in l.ſi com dotem,§.fina.num.18.ff. ſolnto matrimon.& etiam Paulus de Caſtro num.2.& Alexan.num.3. verſic.Ex his etiã, Anton.Gomez in l.50.Tauri num. 56. verſic.Quarto Infeto,Rodetic. Suar.in titul. *de las ganancias*, num.11. Borgnin.Canalcanus deciſio.18.num.25.pat.2. Differentia erit,
19 quia † maritus verus facit fructus ſuos,etiam ſi excedunt onera matrimonij, eos ſcilicet qui ſuperſunt poſt dictorum onerum ſuſtentationem, vt inferiùs dicetur.Putatiuus tantùm quos teuera in onera matrimonij impendit, ac impendrre habuit, & vſque ad concurrentem quantitatem,vt declarant Doctores citati, & ſignanter Barboſ. & Gom. ac Mantic.de tacit.& ambig.conuen. lib.12. tit.30.nu.14. verſ.Itẽ quod diximus. Hanc conciliationem probat expreſſim l. in inſulam,§.fructus,ff.ſolut.mat.

20 Ex eiúſdem † primi requiſiti defectu ſuccedit, quòd ſi ante contractum matrimoniũ res dotalis viro tradatur, eius fructus non facit ſuos, ſed imò dotem augent, vt ait text. in l. ſi ante nuptias, ff. ſoluto matrimonio, l. videamus ij, §. ante matrimonium, ff. de vſuris, l. dotis fructus, §. 1. de iure dot. Bart. in rub. ff. ſoluto matrimo. colum. vltim. vbi cæteri omnes Scribentes, Bald. in conſil. 237. in fin. 1. volum. cum ſimilibus, de quibus per Alexand. in conſil. 69. column. 2. verſicul. Et cum dos, volum. 1. & conſil. 7. columna 3. verſic. Ex prædictis, volum. 2. Tiber. Decia. in conſil. 17. num. 13. volum. 1. Ioannes Baptiſta Coſta de portione tata quæſt. 155. nu. 14. Barboſa in prima parte l. 2. num. 11. ff.

21 ſoluto matrimonio. Qui † vlteriùs annotat eos non fore reſtituendos per maritum, nec ad id compelli poſſe niſi poſt annum, ſicut res mobiles, & dicit bene, quia tunc, & non ante eſt tempus reſtituendæ dotis, cuius ſunt pars, & naturam ſequuntur illi fructus, qui dotem augent; citat ad id Baldum Nouellũ in tracta. de dote 2. par. num. 10. Idem Barboſ. latiùs in dicta l. ſi ante, ff. ſoluto matri-

22 monio, per tot. Addit poſtea † ad propoſitum horum fructuum qui dotem augent idẽ Barboſ. in 3. par. rubr. ff. ſoluto matrimo. nu. 61. quòd ſi in redditione rerum dotaliũ non fuit eorum facta mentiõ, poſſent in diuerſo iudicio peti, intentata eadem dotis actione, quaſi plenè non fuerit dos reſtituta. Eũ vide, qui benè hoc declarat, quæ ego omitto, quia raró in ptaſi contingunt.

23 Illud illud † idem eſt quod Doctores dicunt de fructibus legitimę iure naturali filijs debitæ, qui peti poſſunt ſeparatim, & de per ſe, etiam poſt ſatisfactionem filijs factam de ipſius legitimæ proprietate, quia augent legitimam fructus prædicti, ſicut fructus dotis dotem ipſam impinguant, Mat. Giurba deciſio. Sicil. 65. per totam, Peregrin. de fideicommiſſ. art. 36. num. 68. & 69. Stepha. Gratian. deciſio. Prouin. March. 4. ex numer. 31. Tiber. Decian. reſponſ. 79. ex num. 15. volu.

† 2. prout ego *practicari* vidi inter fratres dõ Francilcum, & don Iacobum Caſſadors, ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor. Actuar. Hieronymo Boſch. Vbi poſt finitũ iudicium luper proprietate legitimę, & ea in vim ſententiæ in eo latæ conſequuta, inſtitutum fuit aliud pro fructibus cotã dicto Aſtor. Vide quæ ad iſtud propoſitum circa fructus, & ſeu interuſurium dotis, dicuntur in inferioribus, hac eadem clauſ. glo. 2. par. 6. ex num. 36.

24 Sed † ſi ſponſus ante contractum cum effectu matrimonium, ſuſtinuiſſet reuera Illius onera, eo modo, quo ſi veri coniuges fuiſſent, veluti quòd ſponſam in domum ſuam introduxiſſet, expectando vel diſpenſationem aliquam, vel complementum ætatis, vel quid ſimile, erit ne idem dicẽdum, quòd fructus, quos interim percepit, non fecerit ſuos, percontor? Reſpondet gloſſ. final. in dicta l. ſi ante nuptias, ff. ſolut. matrimonio, quòd quicquid ſit de rigore iuris, verùm de æquitate ex quò reuera ſponſus ſuſtinuit onera matrimonij, propter quæ acquiruntur, dicendum eſt fructus feciſſe ſuos, atque ita

† Bononiæ *ſeruari*, ſicque etiam Azonem tenuiſſe aſſerit, ſequuntur plures quos citat Petrus Barboſa in dicta l. ſi ante 2. circa med. ff. ſoluto matrimonio. Legem de hoc eſſe expreſſam apud Caſtellanos repetes in tit. 11 *de las dotes* parti. 4. & eſt 28. in ordine, quam dicit Gregor. Lopez ibidem gloſ. 2. decidere quæſtionem in qua de iure communi erãt

25 opiniones contrariæ, aſſerens † contrariam de iure communi eſſe communem, ſed rigori adhærentem, hanc verò æquitate plenam, ſequitur pater Molin. de contract. diſputat. 432. num. 4. Anton. Gomez in l. 50. Tauri, num. 33. Sed Baldus Nouellus, qui latiſſimè quæſtionem diſputat, in tract. de dote par. 21. numer. 16. membr. 2. ibi: *Abſolutum eſt membrum*, cum multis alijs columnis feqq. varias, & diuerſas in hoc refert Doctorum opiniones, & diſtinctiones, quas ibi videre poteris, ſi caſus ſucceſſerit, & apud Gomez etiam loco iam citato, ac etiam apud Barboſ. in loco inferiùs allegando, Illuſtriſſ. Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 29. nu. 4. Steph. Gratia. diſcep. foren. 244. num. 21.

26 Ego, † niſi viderem quòd aliqua tacita donatio fructuum à ſponſa, quæ donare poſſet, ſponſo facta in recompenſationem onerum matrimonij, quæ ſuſtinet, conſiderari poſſet, vel ex eo quòd cùm haberet ſponſa liberam bonorum ſuorum adminiſtrationẽ, dotem tradidit ſponſo, qui pro ea onera ſubit, eam gubernando, & alimentando; quo

27 caſu † tacitam donationem fructuum plures volunt induci, vt dicit Bald. Nouel. vbi ſup. num. 18. verſic. Reuertẽdo igitur; ſuper quo tamen videndus adhuc eſt Sur. deciſio. 211. num. 29. & Barboſ. in l. ſi ante, num. 8. ff. ſoluto matrimonio, vbi fuſiſſimè articulum examinat, & quomodo, & in quibus caſibus ſuprædicta procedant declarat, Steph. Grat. diſcep. for. 243. vel etiam ex aliis cõiecturis id eliceretur, ſtatẽ ſine difficultate reſolutis ſuprà circa maritũ putatiuum, & ſatisfieret, ac ſatisfieri deberet ſponſo ex fructibus, aut alias, quod reuera impendit in onera matrimonij, non aliud, quia reuera donec matrimonium ſit verè cõtractum, non eſt dos.

Et

28 Et non ſolùm † eſt neceſſarium vt maritus dotis fructus faciat ſuos, fuiſſe cum effectu contractum matrimonium, ſed requiritur etiam adhuc illud durare: nam ſi illud eſt diſſolutum, & finitum, ſiue per mortem vxoris, ſiue per mortem ipſius mariti, dicēdum eſt, quòd nec in primo caſu maritus ſuperſtes, nec in ſecundo mariti iam defuncti hęredes,
29 fructus dotis faciunt ſuos. Ratio † eſt manifeſta, vtrumque caſum comprehendens, quia ſoluto matrimonio, ſtatim dos, quæ in immobilibus conſiſtit, de qua loquimur, eſt reſtituenda, vel vxori, ſi ipſa viuit, vel illius hæredi, ſi defuncta eſt, iuxtà l.vni.§.exactio C.de rei vxor.actio. l.cum in fundo,§.ſi fun-
30 dus,ff.de iure dotium. Hæc autem † tacita dies à lege præfixa, conſtituit proculdubio in mora reſtituere debentem, non minùs quàm expreſſa glo.in l.ſi duo, §.fin.verſicul. Conſtituti,ff.de conſtitu.pecun.& in terminis glo.1.in l.ſi mora, ff.ſolut. matrimonio.
31 Qua mora † exrante, non eſt dubium quin fructus veniant ſtatim, quia actio dotis eſt bonæ fidei, vt in dicta l. vni. §.ſed ſi non ignoramus, C.de rei vxor.action. & §. ſuperat, inſtitu.de actio. Hæc ratio eſt Surdi in deciſio.211.num.24. pluribus alijs dilatata verbis, quam, delectat, apud eum legere.

De primo caſu particulariter loquitur Barboſa in l.diuortio, in §. ob donationes, nu.19.in fin. & Stepha.Gratia.diſcept.for. lib.2.diſcept.240.nu.19. & 243.nu.37. ad-
32 ducentes rationē † particulariter ei caſui accommodatam, quia prædictos fructus percepit maritus poſtquā deſijt eſſe maritus, nec ampliùs eſt matrimonium, nec finaliter ſuſtinet onera matrimonij, propter quæ dos datur, & vltimò, quia propterea videtur fructus recipere ex re aliena.

De ſecundo caſu tota eſt compacta deciſ. Surdi allegata, quæ eſt 211. in ordine, vbi quinque ad illum iuſtificandum rationes adfert, quarum aliquæ poſſunt etiam primo caſui accommodari, & contrarijs reſpondet; ibi videatur, non eſt in animo illas hic tranſcribere.

33 Quod † eſt adeò verum, vt dicat Bald. in l.final.§.propterea, C.de iure dotium, quem ſequitur Surd.de alimen.tit.1.quæſt.43.nu. 13. quòd fructus iſti percepti poſt ſolutum matrimonium angent dorem, & eadem actione, qua dos, peti poſſunt, prout in alio propoſito ſuperiùs dicebamus.

34 Supradicta † procedunt, quæ circa ſecundum caſum dicta fuere, etiam ſi mulier poſt viri mortem cum illius hæredibus commoraſſet, alimenta ab eis recipiendo; adhuc enim fructus hæredes propterea non feciſſent ſuos, & ideò ad illorum teſtitutionem mulieri tenerentur, retento tamen illo quod verè pro dictis alimentis expendiſſent, prout eſt elegans doctrina Bar. in l.diuortio, in princip.num.4.in fin. & Bald.ibidem etiam in princip.ante num.1. col.2. verſ.Sed quæro quid ſi vidua, ff.ſolut.matrimon. Per quæ memini me in facti contingentia quandoq. pro quadam muliere ira teſpondiſſe, quod
† in alia ſimili facti contingentia *ſequutum* fuiſſe Senarum Mantuanum auctor eſt Surdus in citata deciſio.211.per totam, Cardi. Mantica de tacit. & ambig.conuention. lib. 12.tit.31.n.10. qui citat Decia.reſponſ.79. num.113.lib.2. niſi ex præſentia, ſcientia, & non contradictione mulieris, aut aliàs donatio prædictorum fructuum argui poſſet, vt ſuprà diximus in alio caſu, & aduertit Surdus in dicta deciſione num.33.in verſic.Ego tenebam.

35 Procedunt † etiam in anno luctus, in quo hæredes mariti præſtant alimēta viduæ cum illis commoranti habentes in ſe dotem, quę cōſiſtit in immobilibus, & parit fructus, eos enim non faciunt hæredes ſuos, niſi pro rata alimentorum, cum quibus fit compenſatio, Surd.de alimentis tit.1.quæſtio.44. nu.65. & Io.Baptiſta Coſta de portione rata quæſ. 177.num.3. vbi citant Bald.& Imol.in citata l.diuortio, ff.ſoluto matrimo. Verum eſt, quòd ſi plus ſit impenſum, quā ſit in fructibus, non repetitur: hoc priuilegium habent hæc alimenta, & hoc priuilegium habet in eis vidua, vt docet Surd. loco proximè citato, qui allegat Baldum in l.diuortio, ff. ſolut.matrimo.

36 Id quod † etiam locum habere, & procedere in noſtra Cathalonia arbitror, quamuis inibi alimenta debeantur mulieri intrà annum luctus ex neceſſitate, vigore conſtit.
37 Hac noſtra, ſub tit. *diſſolt lo matrimoni quin dret &c.* quāuis † velint practici noſtri prædictæ conſtitutionis diſpoſitionem procedere ſiue aliàs habeat mulier vndè ſe alat, ſiue non, & etiam ſi nullam dotem attulerit, & ſiue quam attulit reſtituta ei ſit, ſiue non, vt declarat Mieres ibidem num.56. 57. 60. & 95. Egregius olim Senator noſter Antonius Oliba in ſecunda interpretatione §. ſuperat, num.1.inſtit.de actionib. Deſpujol in addit. ad Mieres in dicta conſtitut. num. 88. Mihi enim multùm difficile ſit credere, quòd in terminis noſtris propterea quod hæredes mariti teneantur, iuxtà conſtitutionem, alimenta miniſtrare viduæ intra annum luctus, non debeat, ſi contingat interim dum alitur ab hæredibus, poſſideri ab eiſdem res illius dotales immobiles, pati diminutionem fructuum per dictos hæredes perceptorum pro rata præſtitorum alimentorum, iuxtà iuris communis

communis disposition em, imò & quòd non interpretetur dicta constitutio iuxtà ius cõmune, si non haber mulier aliud ex quo se alat, non parùm durum mihi videtur. Ad
38 quod † habeo decisionẽ in eisdem ferè terminis sacri Senatus Neapolitani apud Vincentium de Franchis 489. vbi *decisum* in eo
† Senatu refert statutum disponens non teneri hæredes mariti extraneos præbere alimẽta viduæ infra primos sex menses viduitatis, quod inibi debet esse tempus luctus, intelligendum esse iuxtà ius commune, nisi nõ habeat mulier vndè se alat. Cur ergo non idẽ dicemus in nostro casu, quòd alent hæredes in vim constitutionis mulierem, si non habebit vndè se alat, secùs si habeat, vt contrariorum eadem sit disciplina?

39 Matto brocardica, quòd † statuta recipiunt interpretationem à iure communi, & semper sunt interpretanda vt minùs quàm
40 fieri potest ledant illud. Notabilis † est resolutio Ioan. Crot. in l. omnes populi, num. 159. ff. de iustit. & iure, quam sequitur Alderanus Mascard. de interpretatio. statutorum conclusio. 2. num. 5. quatenus habent, quòd si statuto caueatur mulierem post mortẽ viri posse eius domum inhabitare, & ibi habere alimenta, & nihil vltrà etiam si maritus eam reliquerit dominam, & vsufructuariam omnium bonorum, interpretabitur ex eo q̃ in tali casu disponit ius commune, nempè prædicta habere locum quando maritus reliquerit filios, aliàs illis non extantibus, habebit vsumfructum à marito relictum, per ea quæ habentur in l. Titia cum testamento, §. fin. de legat. 2. & in authen. hoc lotum. C.
41 si mul. secun. nupt. Et facit † quod consuluit Alexand. in consil. 29. per totum, lib. 4. vbi voluit, quòd si extet statutum quòd maritus extantibus filijs non possit relinquere quicquam in vltima voluntate eius vxori, si tamen maritus eam reliquerit dominam, & vsufructuariam, & filij qui extabant tempore legati defecerunt, habebit vxor integrũ vsufructum, & conualescet legatum, non obstante dispositione statuti, quod interpretatur à iure procedere tantùm in casu suo, id est, extantibus filijs, & illis deficientibus voluisse quòd procedant aliàs de iure disposita, de quibus in l. Titia. §. fin. & in dicta authent. hoc locum. Hæc pulchrè Alderanus Mascardus. Quibus satis in simili probatur nostræ constitutionis interpretatio à nobis tradita.

Sed hæc omittamus, alia dicturi alibi, cũ de huius anni luctus materia ex proposito
42 agemus. Omittamus † etiam oportet illud quod anteà tractabamus de interesse, & fructibus dotis, dum mulier alitur ab hæredibus viri, cùm in nostra Cathalonia parui hæc sint vtilitatis, & commodi, vbi fructus, & interesse regulariter, præterquam in quibusdam casibus priuilegiatis, de quorum numero iste non est, non curunt nisi à die litis motæ, vt dicit nobilis Ludouicus à Peguera decisio. 178. vbi adfert binas Sena-
†† tus *decisiones* de hoc in contradictorio iudicio factas, & Cancer in 3. part. variarum resolutionum cap. 16. de litis contestat. nu. 67. & nos etiam de hoc stylo, & consuetudine attestari possumus, qui inconcussè id obseruari videmus. Per quæ cessant dictæ difficultates; nisi enim mulier litem moueat super dotis restitutione, interesse, vel fructus non adiudicabuntur ei. Atque hæc de primo requisito.

SVMMARIA.

1 *Maritus non facit fructus suos, nisi sustineat onera matrimonij.*

2 *Maritus est verus, & indubitatus fructuum dotis dominus.*

3 *Maritus dum vxorem, & familiam honestè alat, potest de reliquis fructibus dotis liberè disponere.*

4 *Maritus censetur emisse dotem, & dedisse pro pretio sustentationem matrimonij, ad quam se obligauit.*

5 *Maritus potest fructuum dotis conditionem facere deteriorem, licèt non ipsius dotis, pro tempore constantis matrimonij.*

6 *Creditores mariti non possunt instare executionem in fructibus dotis pro debitis mariti, si is non habet vndè alias onera matrimonij supportet.*

7 *Confiscatio habet locum in bonis alienari prohibitis, pro fructibus, durante vita grauati.*

8 *Confiscatio non habet locum in dote mulieris pro delicto viri, nec etiam quoad fructus, durante illius vita.*

9 *Vxor repetit dotem statim atque fiscus vult confiscare bona mariti pro aliquo delicto.*

10 *Vxor pro sua dote impedit demolitionem domus mariti illi obligatam, pro delicto faciendam.*

11 *Cathaloniæ statu tempore aduentus Ducis de Alburquerque.*

Dux de Alburquerque laudatur quòd Cathaloniam multis malis refertã, ab eis felicissimè liberauit. ibid.

Enarratur sermone lato miseria, & calamitas nostri Principatus, in qua existebat tempore aduentus Ducis de Alburquerque. ibidem.

Do-

12 *Domorum demolitiones, & ſolo adæquationes factæ fuerũt in Cathaloni a cõtra receptato res latronum, & facinoroſorum hominum.*

13 *Non audiebantur mulieres de iſtis proceſſi mentis in necem ſuarum dotium conquerẽtes.*

14 *Nec audiebantur Deputati, dictis proceſſi mentis pro iniunctõ ſibi munere ſe opponentes.*

15 *Sententia Regia, qua declaratum fuit non poſſe in Cathalonia proceſſi ex abrupto per demolitiones domorum, non citata, & audita parte, & ſine litteris à Regia Cancellaria expeditis.*

16 *Rex reſcripſit ſuperſedendum fore per Proreges Cathaloniæ in domolitionibus domorũ, quæ fiebant in ea non citata, nec audita parte.*
Leges tranſgredi quandoque ex cauſa licet. ibid.

17 *Papa benedixit terræ Cathaloniæ, & quomodo.*

18 *Creditores quare non poſſint executionem inſtare in fructibus dotis pro debitis mariti.*

19 *Dos eſt uxori reſtituenda cum maritus vergit ad inopiam.*

20 *Creditores habent ius ad fructus dotis reſtantes deductis oneribus matrimonij, vt ex illis ſatisfiant in ſuis creditis.*

21 *Fructus dotis, qui ſuperſunt deductis oneribus matrimonij, ſunt mariti.*

22 *Maritus tenetur ſupplere de ſuo, ſi fructus dotis non ſufficiunt ad onera matrimonij ſupportanda.*

23 *Creditores communes viro, & uxori, an poſſint executionem pro ſuis creditis inſtare in fructibus dotis.*

24 *Et quid ſi mulier, quæ ſe cum viro inſolidum obligauit, iuriſiurandi religione obligationem roboratuit.*

25 *Filij impediunt executionem inſtatã per creditores in fructibus dotis, qui debẽt pro ſuis alimentis deſeruire.*

26 *Onera matrimonij non concernunt tantum ſuſtentationem viri, & uxoris, ſed filiorum etiam.*

27 *Onera matrimonij adhuc durant finito matrimonio, ſi adſunt filij.*

28 *Vſuræ, & intereſſe dotis non ſolutæ, currunt marito etiam poſt diſſolutum matrimoniũ, ſi adſunt filij, quos pater alere tenetur.*

29 *Pactum non valet, ne maritus lucretur, & ſuos faciat fructus dotis conſtante matrimonio.*

30 *Pactum ne maritus lucretur fructus dotis, eſt contra ſubſtantiam, & naturam dotis.*

31 *Pactum non valet, ne maritus recipiẽs dotem teneatur ad onera matrimonij.*

32 *Pactum non valet, ne mulier alatur à viro.*

33 *Dos, vbicunque ſit, habet annexum onus alimentorum uxoris.*
Et declaratur.

34 *Pactum de dote mulieri reſtituenda in caſu ceſſationis alimentorum, eſt de iure validum.*

35 *Moræ purgationi non eſt locus quãdo maritus ceſſat præſtare alimenta uxori, ne dotem reſtituere habeat, iuxtà pactum.*
Moræ purgatio non habet locum in contractu, qui reſoluitur propter pactum expreſſum. ibid.

36 *Pactum, quòd mulier ſe ipſam alere teneatur, an valeat, ſi ipſa habet vndè ſe alat.*

37 *Maritus non lucratur fructus dotis quando ipſe cum uxore habitat cum patre onera matrimonij ſuſtinente.*

38 *Maritus, qui ingreditur domum uxoris, in qua non ſuſtinet onera matrimonij, non lucratur dotis fructus.*

39 *Maritus, qui ingreditur domum uxoris, lucratur lucrum dotis, quod ius maritis defert.*

40 *Annus à quo die, & tempore computari debeat.*

41 *Penſiones fundi in dotem dati locati ad maritum ſpectant pro tempore ſuſtentationis onerum matrimonij.*

42 *Annus conſideratur duobus modis in materia fructuum dotalium lucrandorum.*

43 *L. diuortio, non ſolum procedit cum diuortio, ſed etiam cum morte mariti diſſoluitur matrimonium.*

44 *L. diuortio, quoad modum diuidendorum fructuum, ſolum procedit in cauſa dotis.*

45 *Diuiſio fructuum ſit pro rata quando diſſoluitur matrimonium, ſiue maritus à principio accepit fundum plenum fructibus, ſiue ſine eis.*

46 *Vſufructuarius facit fructus ſuos, ſeparãdo eos à ſolo.*

47 *Vſufructuarius non recipit fructus ratione alicuius oneris, ſicut maritus, ſed ratione iuris quod in re habet.*
Differentia inter maritum, & vſufructuarium, quoad faciendum fructus ſuos. ibidem.

48 *Diuiſio fructuum dotis non attendit ſi vnicus fructus collectus eſt in anno, aut duplex.*

49 *Diuiſio fructuum dotis eodem modo ſit ſiue ſint bona mobilia data in dotem, ſiue immobilia.*

50 *Fructus, alij dicuntur naturales, alij induſtriales, & alij ciuiles, remiſſiuè.*

GLOSSA

GLOSSA II. PARS II.

Prosequitur eadem materia fructuum dotis per maritum lucrandorum.

Et agitur de secundo ad id requisito, consistente in sustentatione onerũ matrimonij.

1 SEcundum requisitum, † quod attinet ad onera matrimonij, vt scilicet necesse sit quòd ea maritus sustineat, si vult fructus dotis suos facere constante matrimonio, iam dixi in principio in quo funderur, nempè in dispositione l. pro oneribus, C. de iur. dor. & in l. dotis fructus, ff. eodem, cum similib. si autem onera prædicta sustineat, non est dubium quod fructus lucrabitur, vt dicta iura probant.

2 Quod † est adeò vetum, vt dicant Doctores maritum esse verum, & indubitatum fructuum dotis dominum, Molfes. consilio 11. num. 38. & 39. posito post sua commentaria in consuetud. Neapoli. Addens, †quod dum

3 seipsum, vxorem, & eius familiam commodè sustentet maritus ex dictis fructibus, potest de alijs fructibus ad libitum disponere, etiam in foro conscientiæ, & quòd etsi maritus eos dissipando peccaret ob indebitam dissipationem bonorum, quia bona sua malè consumeret, attamen ad nullam restitutionem teneretur.

4 Nec id † quidem mirum, cùm emisse dotem maritus censeatur, quando illam recipit ab vxore, & pro pretio dedisse, & seu obtulisse onera matrimonij, quæ in se suscepit, vt dicebat Caualcan. decisio. 22. num. 7. & 27. par. 4.

5 Hinc fit † quòd licèt dotis conditio non possit in substantia fieri deterior, iuxtà l. Attillicinius 17. ff. de pact. dot. & ego memini quòd latè adduxi in primo romo. Nihilominus in fructibus potest maritus conditionem dotis facere deteriorem pro tempore constantis matrimonij, quia sui illi sunt propter onera matrimonij, quæ sustinet, Ioseph. Ludou. decisio. Lucen. 21. num. 13. 14. & 59. & Anton. Faber in suo Codice lib. 5. tit. 9. de pact. conuent. definit. 2. Vbi, si maritus, qui ex soceri voluntate dotem in numerato accipere debuerat, conuenerit vt certis diebus, diuisisque pensionibus dos soluatur, non posse vxorem, viuo matito, licèt consentiente, petere vt sibi dos soluatur purè, hoc solo prætextu, quòd dotis conditionem deteriorem facere maritus non potuerit, † *decisum* in facti contingentia de anno 1590. refertur. Ratio inibi assignatur, quia qnod tempore minus soluitur propter solutionis diem prorogatum, ad dotem nõ pertinet, eiusque diminutionem, sed ad dotis fructus, de quibus (inquit) potest vbiq. maritus liberè, & pro arbitrio disponere, quoniam ad eum spectant, non ad mulierem.

6 Sed † an dominium istud, quod consideramus in marito respectu fructuum dotis, sit tam considerabile, vt pro debitis illius possint eius creditores manus apponere in dictis fructibus, & contra eos iustare executionem, ac distrahi, & vendi facere eosdẽ, pulchrum est dubium. In quo breuiter, & resolutiuè procedendo, concludendum censeo negatiuè, quòd executio in dictis fructibus fieri nullatenus valeat, si, prout communiter contingit in istis casibus, quando ad fructus dotis vxoris exequendos deuenitur, nõ remanet marito vnde aliàs sustineat onera matrimonij, propter quæ dos datur, & fructus illius suos maritus facit. Ira tenet Auton. Gamma decisio. Portugal. 200. & sic † *fuisse* Senatum refert, ibi: *Dicebant tamen, &c.* vsque ibi: *Et hanc opinionem sequuti sumus*, & rursus paulò post, ibi: *Sed pro debito proprio mariti vendi prohibentur*. Quem Auctorẽ video non benè perceptũ à Aloys. Riccio in collectan. decisionum collec. 386. vbi pro opinione contraria, quòd pro debito mariri possit fieri executio in fructibus dotis, prædictam decisionem allegat. Nostram etiam opinionem tenet, & sequitur, licèt satis obscurè loquatur, additionator ad

† Gamm. in decisio. 188. Atque ita etiam *sentire* Senatum Sebusianum auctor est Anton. Faber definitio. 38. & 39. tit. 7. de iure dot. lib. 5. sui Codicis, Alexand. in l. à diuo pio, in §. in vendi. num. 27. ff. de re iudi. & ibidẽ etiam Ias. num. 20. Barbos. in l. si constante in princ. num. 47. ff. sol. matri,

7 Confirmatur † ex alia simili resolutione communiter ab omnibus recepta, quòd quãuis in alijs rebus simpliciter prohibitis alienati, habeat regulariter locum confiscatio pro tempore vitæ illius, qui delictum confiscatione dignum commisit, vt ea durãte fructibus fiscus potiatur, iuxtà vulgarem regulam text. in l. Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iure fisc. de quo est tota ferè decis. Sesse 77. vbi vlteriùs addit, quòd penès fiscum bona remanere imperpetuum debent, si deficiat postea fideicommissum.

8 Id tamen † in dote locum non habet: nõ enim confiscatur pro delicto mariti, etiam

eius

eius vita durante,& ſic quoad fructus, prout in terminis terminantibus docet Bald. Nouel.in tract.de dote par.7.priuileg.17.verſ. Nec poterit, & Anton.Gomez in l.78.Tau. num.4. Et generaliter,† quòd confiſcationi
9 faciendæ ob marici delictum non ſubiaceat dos, ſed quòd ſtatim lequuta condemnatione poſſit vxor illam repetere, quod eodem modo confirmat intentum quod proſequimur, probant iura text.in l.ſi quis poſt hãc, C.de bon.damnator. in l.ſi marito publico, ff.ſolu.matrimo.& finaliter l.quiſquis,§.vxores ſanè. C.ad l.Iul.Mag. Iul.Clar. in praxi crim.§.fin.quæſtio.78. num.15. qui allegat
† Boſi.dicentem ita fuiſſe *iudicatum*, Ioannes Baptiſta Baiar. in additio.ad Clar.vbi ſuprà num.75. cum ſequentib. Roland. à Valle in conſil.31.num.33.volum.1.& de lucto dot. quæſtio.59. Peregri.de iure fiſci lib.5.cap.1. num.82.& cum larga remiſſione, ſicut ſolet, Proſp.Farinac.de delic.& pœn. quæſtio.25. num.111.

10 Quod mulieris † ius adeò firmum,& efficax eſſe aliqui voluerunt, vt nedum publicationem, confiſcationem, & ſeu occupationẽ ſuę dotis pro delicto mariti impedire ipſam poſſe exiſtimauerint, ſed etiam & demolitionem, dèuaſtationem, & ſolo æquationẽ domus mariti pro ſua dote obligatæ, & hypotecatæ, ſi cã contingerit aliàs demoliri, denaſtari, & ſolo æquari debere, vt videtur tenere Alber.de Roſatis in 3.par.ſtatu.q.7. & ſequitur Augulti.Arin. in additio.ad Angelum de malefic.in verſic.Et eius bona publicamus,num.18.Capici.deciſ.130.nu.73. in fin. & alij, quos citat Tiber. Decianus in tract.crimina.tom.2.lib 7.cap.40.num.37. in verſic.Vxor tamen,& abundè Farinac.de crimine læſæ maieſtia.quæſtio.116.§.1.num. 35. cum ſequentib. in quibus hæc Doctores prædicti quomodo procedant, declarant, quæ ego omitto, quia materia eſt parùm in praxi contingibilis. De quo tamen puncto alia videbis infrà in tractat. de oppoſitione, & optione mulierum.

11 Has doctrinas † in praxim deducere in Cachalonia nonnulli conari ſunt in illa fœliciſſima Excellentiſſimi Dõ Franciſci Fernãdez de la Cueua Ducis de Alburquerque Proregis digniſſimi præſidentia: ſcimus enim qualiter ipſe in ſuo ingreſſu, qui fuit de anno 1616. Prouinciam hanc non modò ad rerum, ſubſtantiarumque ſuarum perturbationem, & iacturam, ſed etiam vitæ periculum redactam, in dies latrombus,& facinoroſis hominibus ita vndique ingruentibus,& graſſantibus, vt vix quiſquam ab hac hominum peſte tutus alicubi conſiſtere poſſet,adſnuenit. Hi enim latrones,ac facinoroſi homines iam non contentabantur furtis, rapinisque, ac latrocinijs,quæ in vijs publicis,ac domibus priuatis frequentabantur, ac fieri ſolebant per id genus homines; ſed plagiabant viatores cum magna inhumanitate in itineribus publicis, ac domibus particularibus, vt cognoſcebant habere eos vndè poſſent magnam aliquam pecuniæ quantitatem pro redemptione extorquere, & eos in ſyluas, & nemora ſecum captiuos adducebant, mortem continuò eis minantes, & aliquando exequentes, niſi breui tempore mille, aut bis mille, & quandoque etiam tres, aut quatuor mille libræ pecuniarum, ſecundùm quod illis placebat taxare, eis adferrentur. Non parcebant eccleſijs, & diuinis, ſacriſq. locis, omnia denudabant, & ſpoliabant, ob quod oportuit quòd Eccleſia, more in his ſolito, iſtud hominum genus, & illorum fautores, & auxiliatores, terramque quam calcarent, & panem quem manducarent, ſolemniter læpiùs malediceret. Comprehenderant nos, credo, vaticinij Hieremiæ Prophetæ minæ, & comminationes, de quibus apud eum cap.5. *Ecce ego adducam apud vos gentem de longinquo domus Iſrael, dixit Dominus, gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguam,nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quaſi ſepulchrũ patens, vniuerſi fortes: & comedet ſegetem tuam, & panem tuum, deuorabit filios tuos,& filias tuas, comedit gregem tuum, & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.* Huc vſque vaticinium. Quod an in noſtra Prouincia ſucceſſerit, non eſt q̃ hic demõſtrare contendam. Omnes vidimus iſtam gentem de longinquo robuſtam, cuius linguam ignorabamus quid loquerentur. Erant plures Galli Aquitani, vulgò *Gaſcons*, in quibus iſtud vltimũ mirè verificabatur,qui punctim faciebant nobiſcum, quæ in ſacro vaticinio continentur. Hæc iſtorum hominum (meliùs dixeris ferarum) immanitas taliter prouincialium animos (alioquin ferè inuincibiles) retraxerat, taliterque timidos reddiderat, vt ex his, qui in vrbibus, & magnis oppidis habitabant, vix illius auderet à proprio domicilio recedere, nec tantillum quidem; ex eis verò qui extra vrbes,& loca populoſa commorabantur,plures domicilia illuc mutabant,quò à tãta clade liberarentur. Ceſſabat, & ſeu ceſſare incipiebat in hac Prouincia omne prorſus cõmercium, omniſque negociatio ab vno loco ad alium, & denique in tali ſtatu poſiti eramus, quòd, niſi ſub breui remedium,quale tantis morbus deſiderabat, occurriſſet, formidandum erat ne vltimus, illeque noſtræ perditionis,acceſſiſſet dies. Quomodo

cuim

enim poterat Deus (licèt ſuperbenedictus, & infinitè miſeritors) tanto tempore nos ſuſtinere? Iam terra noſtra præ magnitudine (vt creditur) tantarum culparum, non dabat fructum ſuum, licèt incolæ, & coloni omni diligentia, & induſtria agros, & poſſeſſiones colerent, vti ex expoſitione facta per vigiles huius Prouinciæ Deputatos Pontifici ſummo in precibus gratiæ Apoſtolicæ, de qua in frà, colligere licet, & nos pro noſtro damno experiebamur ſatis. Venit ille Illuſtriſſimus Princeps Dux de Alburquerque Prouinciam hanc pro Rege noſtro potentiſſimo gubernaturus, & quod alij multis ſeculis vix incipere potuerant, varia licèt in dies tentaſſent media, nullíque diligentiæ pepercíſſent, duobus ipſe, aut tribus menſibus poſt ingreſſum taliter perfecit, vt coadunationes dictorum facinoroſorum hominum, quæ erant plures, ac tam potentes, vt vix reperirentur qui auderent ſe illis opponere, dicto breui tempore deſtruxerit, ac debellauerit, penitusq; eraditauerit. In qua perſecutione omnes fere iſti facinoroſi homines, qui Prouintiam infeſtabant, præter paucos, qui ſe in Galliam receperant, partim ducti ad hanc ciuitatem in loco ſupplicij, qui fuerunt penè innumerabiles, & partim in eadem ipſa perſecutione à perſequentibus occiſi petierunt. Per quæ populis optata quies, ſalus, ſecuritas, & tranquillitas reſtituta fuit, taliter vt ex poſt prorsùs, & omninò Prouincia noſtra à ſupradicta oppreſſione liberata manſerit, in ſummaque tranquillitate in ea viuatur. Conceſſit nobis Deus pro ſua miſeritordia per medium huius magni Principis quod olim terræ Iudææ, & Iſrael per mediũ Salamonis, vti habetur 3. Regum cap. 14. his pulchris verbis: *Habitabatque Iuda, & Iſrael abſque timore vllo, vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua à Dan vſque Berſabe cunctis diebus Salomonis.* Et in iſto Principe, & eius aduentu verificari viſa ſunt quæ Micheas prætinit cap. 4. *Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes in longinquum, & concidet gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſus gentem gladium, & non diſcent vltra belligerare, & ſedebit vir ſubtus vitem ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui deterreat, &c.* Faxit Deus vt in æuum iſte nobis ſtatus conſeruetur, quẽ nobis is magnus Princeps reliquit.

12 Inter † alia remedia (vt intentum declaremus quapropter ſupradictorum mihi valde delectabilũ meminimus) quæ huic morbo duxit iſte magnus Princeps adhibenda, fuit demolitio, & ſolo æquatio caſtrorum, ac domorum eorum, qui erant impetiti de iuuamine, & auxilio iſtiuſcemodi facinoroſis hominibus præſtito, ac de receptatinne illorum, quos fautores appellamus. Habebat ad id certam in Prouincia equitum leuis armaturæ militiam, per quam hæc exequi faciebat, vbi, & quando ſibi videbatur neceſ-
13 ſarium. Clamitabant mulieres † ſe dotes amiſſuras, ſi ſupradicta fierent, quòd in illis domibus, quæ diruebantur, ſolummodò eas ſecuratas haberent. Sed nullam vidimus in hoc exauditam: vtilitatem enim publicam priuatæ fore anteponendã Prorex cenſebat, & in tanta multitudine malorum non intereſſe quòd extremis morbis extrema medicamenta adhiberentur, & quòd non decipiebatur dicebant plures. Imò inter eos, qui hęc palparunt, iudicatum iſtud remedium fuit efficaciſſimum, & quod magna pars illud fuit boni ſucceſſus: præ timore enim huius pœnæ, quæ grauiſſima erat, nullus reperiebatur, qui à dicta receptatione ſe non abſtineret, & in iſtos facinoroſos homines, licèt anteà eos (vt multis contigit) non odirent, ſtatim atque eorum aliquis offerebatur tumor, pro viribus non irrueret. Incolæ enim, & habitatores, ac naturales huius Principatus, non alienigenæ, fuerunt, qui mouente Excellentiſſimo Protege, hanc à Cathalonia plagam expulerunt.

14 Et † nedum (vt hæc habeas, quæ non pœnitebit legiſſe) vxores, quæ pro ſuo proprio, & particulari intereſſe his ſe opponebant, non fuerunt auditæ, ſed nec Deputati Generalis Cathaloniæ, qui pro intereſſe publico pro conſeruatione libertatum Prouinciæ, & iurium patriæ, & ſignanter eorum, quæ iubent eſſe procedendum per directum, citata, & audita parte; & cum litteris à Regia Cancellaria cum firma Cancellarij, aut Regentis, & alijs debitis ſolemnitatibus expeditis, quales non expediebantur in hoc caſu: ſed certa mandata ipſius ſolius Proregis, quæ vulgò *Lletras de cambra* appellamus, quicquam circa hæc potuerunt, quamuis ha-
15 berent † quod offenderent egregij Senatus valdè appoſitum exemplar factum in occaſione cùm ſimile negotium in Senatu tractatum, & diſcuſſum in facti contingentia fuiſſet, inſtante Procuratore Generalis Cathaloniæ de anno 1555. an ſcilicet ſimilia procedimenta demolitionum domorũ fieri potuiſſent, quo *declaratum* fuit, quòd nõ, & (o omnium maximum) officiales, qui mandata Excellentiſſimi Proregis exequuti fuere, cõdemnati extiterunt ad damnorum emendationẽ, & reſtitutionẽ, nec in hoc quod fecerunt contra Conſtitutiones, exulauit in torũ eos iuſſus ſuperioris. Nec remanſit negotium in nudis terminis declarationis, ſicut

plura

plura alia,imò fuit plenè contra condemnatos ſententia executa,prout in Archiuo Regio vidi , Quam declarationem,cùm ſit pulcherrima , & multùm exemplaris , & ex fauorabilioribus quæ factę fuerunt in fauorem huius Principatus , hic de verbo ad verbum inferere libuit,prout authenticè in libris cõcluſionũ in Archiuo Regio habetur,ac quem admodum de ea Archiuarius Regius fidem fecit.

Die Veneris ſexta menſis Septembris, anno à natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto , Barcinone in Regio Concilio de mane celebrato, præſidente Reuerendo Matthia Sorribes Regio Cancellario, interfuerunt ſequentes Magnifici

Franciſcus de Vallesſica.
Bernardus Vilana.
Stephanus Puig Fiſci Aduocatus.
Michael Miralles.
Barnabas Serra.
Ioannes Sunyer.
Stephanus Riuſec.
Michael Ferrer.
Petrus Llobregat.
Michael Terç i.
Hieronymus Guinart.
Magnificus Franciſcus Montaner Regens Cancellariam nõ interfuit, quia eius filius eſt Aduocatus Generalis Cathaloniæ.

In facto cauſæ vertentis inter Iacobum Santleir Syndicum Generalis Cathaloniæ , & Berengarium Boquet presbyterum, & Andream Trullet, & Hieronymum Soler , & Ioannem Pintor, Franciſcum Palafolls, Michaelem Ferrer, Petrum Ripoll,& alios citatos,ſi ſua putauerint intereſſe, ex una: & Hieronymũ Malarç, & Petrum Saluardenya Algutzirios Regios ordinarios, Petrum Belloch, Andream Perpinya, Iacobum Soler , Carolum Manter , & Laurentium Riambau Commiſſarios Regios , partibus ex altera . Facta relatione in Regia Audientia per Reuerendũ Cancellarium actę cauſæ Relatorem, & præſtito per omnes iuramento.

Attento conſtat Illuſtriſſimum dominum Locumtenentem generalem in menſe Iunij anni proximè lapſi , mandaſſe , & commiſiſſe verbo,& in ſcriptis Hieronymo Malarç, Petro Saluardenya Algutzirijs Regijs ordinarijs, Petro Belloch, Andreæ Perpinya , Iacobo Soler, Carolo Manter, & Laurentio Riambau demolitionem,& dirutionem reſpectiuè caſtrorum de Altes, de Madrona , & de Vgern , de Bellſtar , & domus de la Sala , & domus Quadræ de Vergos , & domorum Petri Ripoll loci de Sidamunt,& Berengarij Boquet , Hieronymi Soler , & eius fratris villæ Sanauge, & Franciſci Palafolls, & Canonici Cendros villæ de Pontibus, & don Alfonſi de Luna villæ de Figuerola,& Clementis Toralla villæ de Tremp,& Petri Trillet,& Ioannis Pintor villæ Guiſonæ , & Michaelis Ferrer dictæ villæ de Pontibus , ſub hac forma, vt inhabitabiles redderentur, miſſo etiam igne . Et dictos Algutzirios, & Commiſſarios Regios mandata, litteras , & commiſſiones prædictas exequentes , dictam demolitionem , & dirutionem feciſſe,videliſet Hieronymum Malarç caſtra de Vgern, Madrona,& Altes: Petrum Saluardenya aliquam partem caſtri de Bellſtar : Petrum Belloc domos den Boquet: & dictum Belioc , & Andream Perpinya domos Hieronymi Soler , & fratris eius preſbyteri dictæ villæ Sanauge, & Franciſci Palafolls , & Canonici Cendros villæ de Pontibus : & Iacobum Soler, & Carolum Manter domum dictam de la Sala : & Laurentium Riambau quadram de Vergos,& domum Petri Ripoll loci de Sidamunt : & eo etiam modo dirutas, & demolitas fuiſſe domos don Alfonſi de Luna loci de Figuerola,& domos Clementis Toralla villæ de Tremp,& Petri Trillet, & T.Pintor villæ Guiſonæ, & Michaelis Ferrer de Pontibus . Et attento, quòd omnia ſupradicta, tam mandata, litteræ,& commiſſiones , & dictorum mandatorum, litterarum, & commiſſionum acceptationes, & executiones, & ſic dirutiones, & demolitiones , quæ in pluribus, etiam immiſſo igne, fuerunt confirmata , proceſſerunt , & factæ ſunt contra ſeriem, tenorem, & formam Conſtitutionum generalium Cathaloniæ . Pro quarum quidem Conſtitutionum obſeruantia,dicti Regij Algutzirij, & Commiſſarij in ingreſſu eorum officiorum ſacramentum , & homagium præſtiterant, & ſententiam excommunicationis audierant , & ſignanter , & in ſpecie , ac ſingulariter Conſtitutionis vulgò dictæ de la obſeruança . Nam ex ſerie , forma , & tenore dictarum Conſtitutionum, habetur in Cathalonia procedendum , & iudicandum eſſe , procedi, & iudicari debere per directum ; hoc eſt , partibus citatis , & auditis , & ſic cauſa cognita, & nullatenus de facto ; necnon mandata , litteras , & alias quaſcunque prouiſiones in cauſis,ſeu pro cauſis, & negotijs , in quibus verteretur ,ſeu verti poſſet intereſſe partis in iudicium deducibile expediendas, & expediri debere in Regia Cancellaria per Cancellarium, Vicecancellarium, aut ſuo caſu Regentem Cancellariam ſignatas . Et denique cauſas ciuiles , & criminales expediendas fore, & eſſe in Regia Audientia . Quinimò in executionibus, quæ ad dirutionem, & demolitionem caſtrorum,fortaliciorum, & domorũ eiectorum publicatorum à pace , & treuga tẽderent

derent in caſibus per Conſtitutiones permiſſis, informatio præcedere debet, & declaratoria, & eo etiam caſu ab ignis appoſitione abſtinendum eſſe. Et contrarium conſtat dictos Algutzirios, & Commiſſarios Regios non ex eo excuſari, quòd eis ita commiſſum fuerit, & mandatum per Illuſtriſſimum dominum Locumtenentem Generalem, exacto ab eis iureiurando de non reuelando: imò quantò formæ Conſtitutionum, & Regiæ Cancellariæ detrahebatur, tantò magis eorum oneri, atque officio incumbebat cauſam, & cauſas inſolitæ formæ, & executionis de facto à dicto Illuſtriſſimo domino Locumtenente Generali benigne explorare, & denunciare Conſtitutionũ, & iuſtum patriæ iniunctam eis obſeruantiã, pœnasque in violatores, vltrà periurium, & excommunicationem, indictas: & quòd Sereniſſimi Reges memoriæ immortalis, Cæſarea & Regia Mateſtas, Sereniſſimus Princeps, Reges Chriſtianiſſimi, dictas Conſtitutiones, & earum obſeruantiam in Curijs generalibus populum Cathaloniæ repreſentantibus, conuẽtam, janctè, & religioſè iurare non ſunt dedignati, quodque ſua Illuſtriſſima dominatio en ingreſſu ſui regiminis, & præſidentiæ dictas Conſtitutiones, & ſignanter, & in ſpecie Conſtitutionem vulgò dictam de la obſeruança, tenere & obſeruare, teneri & obſeruari facere ſolemniter iurauit, & ſententiam cenſuræ pro his omnibus audiuit, & ſuſcepit: necnon denuntiare ita præcise obſeruantiam Conſtitutionum impoſitam eſſe, vt non minùs tranſgreſſores dicerentur, quod ſecundæ, & aliæ quæcunque iuſſiones in contrarium proceſſiſſent, etiam ex certa ſcientia, atque etiam quòd à domino noſtro Rege emanaſſent: quod quidem hactenùs viſum non fuit, nam Regiæ iuſſiones ad Conſtitutionum obſeruantiam exeitandam ſunt; & quòd prouiſiones, & cõmiſſiones expediri, & exiri oportet à Regia Cancellaria per Viceecancellarium, & ſuo caſu Regentem Cancellariam, in factis, & negotijs criminalibus ſignatas: & aliter, ſeu alia forma non poſſe, nec debere ad executionem alicuius actus procedi. Prædictis itaque, & alijs meritis proceſſus attentis, & alias, fuit concluſum, cum ea, qua decet, reuerentia, & humili ſubiectione dicti Illuſtriſſimi domini Locumtenentis Generalis, loquendo, quòd declaretur dicta mandata, commiſſiones, dictorũq. mandatorum, & commiſſionum acceptationes, & executiones, dirutiones, & demolitiones contra Conſtitutiones, & iura patriæ facta, & facta fuiſſe, dictoſque Algutzirios, & Commiſſarios Conſtitutiones, & iura patriæ, ſignanter Conſtitutionem vulgò dictam de la obſeruança, violaſſe, & contra dictas Conſtitutiones, & iura patriæ feciſſe, & ad reſarciendum damna paſſis teneri reſpectiuè, & obligatos eſſe, & ad dictorum damnorum emendationem, & reſtitutionem reſpectiuè, quoad demolitionem per vnumquemque ex eis factam, condemnandos eſſe, & condemnari debere, liquidatione reſeruata.

Quo verò ad pœnam priuationis officiorum, & inhabilitatis, per Conſtitutionem vulgò dictam de la obſeruança, contra violatores, & tranſgreſſores Conſtitutionum impoſitam, etſi defectus commiſſus in omiſſione citationis, ſic error iuris: attento tamen, quòd Algutziriy Regij ex ſuo officio non audiunt partes cauſis cognoſcendo; exceptis familiaribus, & domeſticis domus domini Regis, & domine Reginæ, & domini Primogeniti; ſicque dicta citationis omiſſio non eſt eis principaliter imputanda. Et attento, quòd ſatis probabiliter dubitari poteſt, vtrùm in dictis Algutziriji, & Commiſſarijs fuerit dolus verus, vel ſcientia ad contrafaciendum Conſtitutionibus, ſignanter & maximè attenta noutate dicti facti, tum reſpectu mandatorum, & commiſſionum extra Regiam Cancellariam expeditarum, tum reſpectu executionis de facto, in tantum quod de ſimilibus de publica declaratione, & ſententia, & ſeu, quòd contra aliquæ facta fuerit declaratio, ſeu lata ſententia non apparet. Hoc præcipuè attento, & aliàs, fuit concluſum dictam pœnam ordinariam, priuationis ſcilicet officiorum, & inhabilitatis ad alia, hac vice declarandam non eſſe: ſed extraordinariè eos puniri debere: videlicet, quòd ab exercitio dictorum ſuorum officiorum, & inhabilitatis ad alia, ſuſpendantur per triennium, à die prolationis ſententiæ computandum, & poſtea quouſque damna paſſis integrè ſatisfecerint. Et ſi intra dictum triennium ſatisfecerint, vel poſtea quandocunque ad dictum exercitium, & habilitatem reſtitui poſſint, & valeant: & quòd concedatur ad faciendam liquidationem damnorum terminus trium menſium vtrique parti ad probandum, & ſex dierum ad eſtimatores nominandum, aliàs quòd nominentur per Relatorẽ, qui vnà cum nominatis dictam eſtimationem, & relationem faciant, vt facilius, & certius ſciri poſſit quid, & quantum ſatisfacere damna paſſis teneantur: & quòd pro his fiant, & expediantur litteræ citatoriæ, commiſſiones, & prouiſiones opportunæ: & quòd dicti Algutziriy, & Commiſſariy in expenſis condemnentur.

Fuerat Suæ Excellentiæ hæc declaratio præſentata pro parte Deputatorum, & ſupplicatũ, (extraiudicialiter tamen: non enim viſum fuit debere iudicialiter Deputatos, vel ſuum Syndicum in his comparere, quam uis anteà conſueuiſſent, prout apparet ex ſen-

sententia suprà relata, propter plura inconuenientia quæ timebantur, ne indè resultarent. Ego eram in congregatione Aduocatorum, qui ita Deputatis consuluerunt) quòd dignaretur vlteriùs nõ procedere. Sed ipse nihilominùs vbi & quando sibi visũ fuit oportere, continuauit exercitium. Miserunt posteà ad suam Maiestatem suos Legatos, & Ambasciatores Deputati, (nunquam isti, vt est suum munus, oblatare sinunt dum aliquid videt fieri quod noceat patriæ libertatibus) vt hæc cessare faceret, tanquam constitutio-
16 nibus per eum iuratis contraria. Qui † Regias litteras impetrarunt directas dicto Excellentissimo Duci, ne vlteriùs ea procedimenta continuaret, quas ego in domo Deputationis legi. An ipse optatum effectũ fecerint, nescio. Solùm video dũ hæc scribo, qui est 7. dies Octobris 1617. iam ex aliquo tempore non fieri demolitiones prædictas, vel propter iussionem Regiam prædictam, vel forsan quia iam non sunt latrones, & qui facinorosos homines recipiant, & receptẽt, in idque genus delicti incidant, cui hæc pœna accommodabatur. Procedimenta contra constitutiones erant, non potest negari, vt dicitur in declaratione Regia: sed propter immanitatem delictorum, & vrgentissimam necessitatem, qua opprimebamur, aliis videbatur ut ex l. si quis filio, §. si autem, versicul. Quid tamen, de iniust. rupt. Belluga in speculo Principum rubr. 26. in vers. Iesu Christi nu. 18. licitum esse leges transgredi per hæc procedimenta, quæ experientia docuerat post alia plura tentata, remedium esse vnicũ, cuius timor admirabiles effectus fecerat. Sed nos qui videmus procedimenta repugnare libertatibus, & constitutionibus, non possumus ea laudare, & approbare. Posteà venit Excellentissimus Dux de Alcala, qui in aliquo casu eodem remedio vsus fuit: sed porrecta Regi quærimonia pro parte Deputatorum, similis Regia iussio fuit obtenta. Nunc expectantur Curiæ generales, in quibus omnes interessati minantur se velle damna recuperare: ibi, Deo concedente, videbimus.

Cùm semper transierint hæc cum contradictione, ac Sua Regia Maiestas nunquam ea approbauerit, sed imò abstinendum ab eis semper iusserit, expecteturque quòd in proximis Curijs reuocabuntur, non poterũt ampliùs in consequentiam futuris temporibus trahi. Si in Curijs obtineri posset quòd aliquid super hoc statueretur, de communi consensu, ne dubites quòd benè, imò melius Prouinciæ nostræ imposterùm foret, sicut fuit tempore Excellentissimi Ducis de Alburquerque, vt dixi. Sperate debemus, quòd experti aliquid approbante Rege statuemus, quo in sana pace, vitaque tranquilla viuamus, nunquam in tam miserrimum statum reincidamus.

17 Pacata † sic Prouincia, & malis istis hominibus expurgata, supplicarunt Deputati (qui pro bono Prouinciæ semper vigilant) Beatissimo Paulo Quinto Pontifici summo, quatenus pro sua clementia commorantes in hac Prouincia, necnon terram ipsam, quæ vt diximus, solitum fructum non reddebat forsan ob tot mala, & abhominationes, quę in ea successerant, benedicere dignaretur. Qui deuotis istis precibus benignè annuens, liberaliter gratiam concessit executioni demandandam per Illustrissimum Archiepiscopum Tarraconensem, & reliquos Episcopos huius Prouinciæ Cathalonię, quatenùs ad vnumquemque spectabat. Datam Romæ apud Sanctam Mariam maiorem die 1. Septembris 1617. vt videre potes in libris Curiæ Ecclesiasticæ. Fuit solemnis istius benedictionis multùm desideratus dies in tota Cathalonia simul 17. mensis Decembris eiusdem anni 1617. Et in præsenti ciuitate Barcinone facta fuit benedictio per Reuerendissimum Episcopum in muro supra portam vulgò dictam *dels Tallers*. Quo facto, visum Prouinciæ fuit se iam non habere quod posset vlteriùs desiderare.

18 Est supradictorum † ratio (vt iam à diuerticulo, mihi saltem Prouinciæ statum præsentem tam tranquillum, & quietum, cum præcedente tam tristi, & inquieto conferenti, nescio si tibi, multùm iucundo, & delectabili, ad viam reuertamur) quamobrem vt non alienetur dos nec pro vita mariti, impediat mulier, quia scilicet debent fructus deferuire pro oneribus matrimonij sup portandis, ad quod data fuit dos, vt probauimus suprà, & vlteriùs probatur, l. vbi adhuc, in fine, Cod. de iure dotium, in quo defraudaretur mulier, & defraudaretur familia, si creditores dotem caperent, & illius fructus, pro ipsis satisfaciendis in suis creditis. Hanc rationem adducit expressim Alex. in l. à diuo pio, nu. 27. ff. de re iudi. & ibidem etiam Ias. nu. 19. in fin.

19 Est etiam † alia ratio, quam adfert Gamma in citata decisio. 200. num. 1. circa finem, in vers. Prædicta tamen, quia quando ad captionem fructuum dotis deuenitur pro soluendis debitis mariti, clarum est, quòd à cõmuniter accidentibus maritus vergit ad inopiam, quod quando contingit, iura sunt certa deberi dotem restitui vxori, vt se, & familiam alat in his fructibus, iuxtà dictam l. vbi adhuc, C. de iur. dotium, & l. si constãte ff. soluto matrimonio, & ibi Bart. num. 91.

Antonius Gomez in citata l. 50. Tauri, num. 34. circa finem.

20 Dubium tamen † est valdè pulchrum, an si quid remaneat de fructibus dotis, quod nõ sit necessarium ad supportanda onera matrimonij, an saltem illud cedat in beneficium creditorum viri, vt possent de eo satisfieri, siue dos extet penès maritum, siue etiam penès vxorem, vel etiam penès alium, propter vergentiam mariti ad inopiam? Respondemus affirmatiuè: sunt enim reuera mariti bona, fructus qui supersunt, prout renet Barr. in allegata l. si constante, num. 104. ff. solut. matrimonio, & etiam plures alij, quos citat Vincentius de Franchis vbi mox allegabitur, num. 2. & Andreas Molfesius in consil. 11. posito post commentaria ad constitutiones Neapolitanas, num. 42. & io eisdem cõstitutionibus par. 6. de iure dotium, quæstion. 5. num. 31. Barbosa in eadem l. si constante, num. 47. Surd. in tracta. de alimentis tit. primo, quæstio. 36. numer. 13. & denique Vincentius de Franchis, qui omnium latissimè ad partes articulum disputat, tota decisio. 617. videnda, & multùm ad propositum

† notanda. Dicit nu. 9 & 10. is Auctor *dictum* fuisse in Senatu esse iudicandum io fauorem viri, & creditorum.

21 Rationes † huius resolutionis non existimo alias fore ponendas, quàm quòd bona sint mariti, fructus qui supersint deductis oneribus matrimonij nulli oneri suppositi: nulla ergo est ratio quamobrem contra eos non agant creditores pro suis creditis recu-

21 perandis. Et si vis † adde, quòd maritus tenetur supplere de suo pro oneribus matrimonij supportandis, si fructus dotis nõ sufficiunt, Bart. in citata l. si constante, numero 103. ff. solu. matrimon. ergo iustum est, quòd si quid supereſt, suum fiat, iuxtà l. secundum naturam, de reg. iur. Ita argumẽtantur quot quot proximè adducti sunt Doctores.

23 Sed si debitum † esset commune, dubitãt DD. an saltem tunc possit fieri executio in istis fructibus dotalibus. Pro affirmatiua in

† Senatu Portugal. *decisum* refert Gamma in citata decisio. 200. sed contradicit additionator Blasius Flor. de Mena ibidem, dicens, quòd Baldus, & Salicetus, qui per Gamma in suam opinionem citantur, in l. ob maritorum, Cod. ne vxor pro marito, nihil tale dicunt, imo rotum contrarium. Allegat posteà alios Doctores idem quod dictus Additionator tenentes, & rationem esse dicit, quòd dos debet deseruire oneribus matrimonij, vltra citatos per eundem auctorem, tenet idem Flamin. Chartar. decision. Genuæ 34. num. 4. Declarat posteà idem Additionator, quid in Regno Castellæ sit obseruandũ, vbi lucra communicãtur inter virum, & vxorem. De quo etiam puncto latiùs Barbosa in dicta l. si constante, in princip. num. 48. ff. solut. matrimo.

24 Quando autèm † mulier simul & insolidũ cum marito obligatur in aliquo contractu, & obligationem iureiurando confirmat, & roborat, tunc indubitatũ videtur, quòd mulier non potest detractionem dictorum fructuum impedire, quia renuntiauit iuri suo. Ita Blas. Flor. vbi suprà, qui multos in idem aduocat Doctores videndos: tunc enim iudicatur idem de ista mulieris obligatione, quod de reliquis per eam iureiurando firmaris.

25 Sed † si adessent filij, ipsos nihilominùs posse impedire dictorum fructuum distractionem censeo pro suo interesse, quantùm attinet ad alimenta ipsis debita ex fructibus

26 dotis maternæ. Estque ratio † manifesta, quia onera matrimonij non conceruntur tãrum sustentationem viri, & vxoris, sed etiã filiorum, Palleot. de nothis & spurijs quæst. 51. in fine. Andreas Gail obseruatio. 92. ou. 7. libr. 2. qui in multò fortioribus terminis loquitur, volens, quòd oec in bonis mariti constante matrimonio, vix habeant aliquod ius pro suis creditis recuperandis creditores illius, ne obligationi alendi mulierem, filios, & familiam præiudicetur, de quo nos aliquando latiùs dicemus, Surd. de aliment. rit. 7. quæstio. 18. num. 23. Vincen. de Fran-

27 chis decisio. 283. num. 14. In tantùm † quòd etsi dissolutum sit matrimonium per mortẽ vxoris, si tamen adsunt filij, adhuc dicuntur onera matrimonij durare, quia illos pa-

28 ter tenetur alere. Et ideò † curruot vsucæ, & interesse dotium, quemadmodum si mulier vixisset, vt post Bero. in consil. 140. nu. 10. vol. 2. & alios, probat Borgni. Caualean. decis. 24. num. 23. part. 2. conducit Surd. vbi sup. & latè Cæsar Manen. de contract. liuellar. qu. 1. pac. 15. nu. 81. Circa quæ tamen est q̃ videas Step. Gratia. discep. for. lib. 3. roto c. 417. & poste. in fin. lib. in appendice eorũ quæ prætermissa sunt, vbi contrariũ omninò tenet, & multis probare satagit, quem cùm occurrerit casus videas, quia alibi ita exactè rem tractatam non inuenies. Ego ne multus fiam, eius rationes non trãscribo: ibi videbis plures decis. Rot. Rom. hac de re factas.

29 Ampliatur † quod diximus de fructibus dotis marito acquirendis pro oneribus matrimonij quæ sustinet, vt nec valeat quæ fiat in contrarium conuentio, ne scilicet eos lucretur, sed in dotem conuertat, quamuis onera matrimonij feotiat, quemadmodum expressa l. si conuenerit, ff. de pact. dotalib. & l. cum pater, ff. eodem titulo, cauetur, probant

Ioan.

Ioan. Copus in tract. de fructib. tit. 2. de fructib. dot. cap. 3. num. 6. Bald. Nouel. in trac. de dote par. 2. num. 12. & nouiſſimè noller Molin. in tractat. de tit. nupriarum, & pactis in matrimonio conuent. lib. 3. quæſt. 41. nu. 12. & 17.

30 Ratio † deſumitur ex verbis expreſſis eiuſdem l. cum patet, ſuprà relatæ, ibi: *Ne diuerſa ſententia fructus dotis ab oneribus matrimonij ſeparet, quodque indigniſſimum eſſet, inducat, vt non habuiſſe dotem exiſtimetur.* Quod eſt dicere, vt declarat Bald. Nouellus in eodem tractatu de dote part. 7. priuileg. 44. vbi latiſſimè hac de re agit, non valere conuentionem, quia ſit contra naturam, & ſubſtantiam, & ſeu naturam ſubſtantialem ipſius dotis.

31 Sicut † nec valet è contra pactum, ne maritus fructus recipiens onera matrimonij nō ſentiat vlla, Portius Imolen. in conſ. 85. nu. 18. qui rationem dicit eſſe, quia id eſſentiæ actus coniugij repugnaret, poſt Alcia. quem citat, in rub. ff. ſoluto matr.

32 Quod dicunt † adeò verum Doctores, vt nec valeat pactum ne mulier alatur à viro, quod eſt vnum ex oneribus matrimonij, ſi ipſe fructus dotis recipit, Bald. in l. pactum quod dotali, in fin. C. de collationib. quem ſequitur Vital. in tract. de clauſu. an alimen. poſſ. renuntia. colum. 6. circa med. in verſic. An valeat pactum quod vxor, Surd. de aliment. tit. 7. quæſtio. 18. num. 3. & Molin. noſter de ritu nuptiarum, & pact. in matrimonio conuen. lib. 3. quæſtio. 41. num. 8. Eſt ra-
33 tio, † quia dos, penès quemcunque ſit, habet annexum onus alimentorum, ex multis iuribus quæ Surdus adducit vbi ſuperiùs nu. 7. Vide tamen Gregorium Lopez in l. 23. gloſſ. 5. circa finem, in tit. 11. *de las dotes*, part. tit. 4. & Pat. Molin. Theologum de contract. diſputa. 432. num. 6. qui contrarium videntur tenere: ſed facilè poſſunt conciliari, ſecundùm ea, quæ mox dicentur, quòd procedat eorum dictum quando mulier habet aliàs vndè ſe alat.

34 Valet autem † pactum fauore mulieris in hac materia factum, de dote ei reſtituenda in caſu ceſſationis alimentorum per annum,
† vel aliud tempus, vti *deciſum* in Rot. Romana refert Proſp. Farina. in 2. volum. deciſionum illius facræ Rotæ, deciſio. 859. vbi dicit pactum huiuſmodi eſſe validum, & in enentum non ſolutionis reſoluere contractum, ex l. ſi quis ex lege, ff. de rei vendica. & l. cōmiſſione, (vult dicere commiſſoriæ) C. de pactis inr. empt. & vendi. Addit, † quòd nec in
35 iſto caſu eſt locus purgationi moræ, quia (inquit) ſumus in contractu qui reſoluitur propter pactum expreſſum, in quo ceſſat talis purgatio, Put. deciſio. 66. lib. 3. & alij alibi adducti.

36 Limitatur † quod dictum eſt de pacto vt mulier ſe alat, niſi illud fieret cū muliere habente vndè ſe aliàs aleret, quia tunc valeret, ſecundùm opinionem Surd. loco cita. ex nu. 11. in verſic. Reſtringendo, & Port. Imolen. in conſil. 85. num. 19. quod tamen multis reprobat Molinus vbi ſuperiùs ex nu. 18. cum multis ſequentib. Stephan. Gratian. diſcept. foren. 132. num. 10. lib. 1. quod ego nō proſequor, quia nunquam, aut ratò de hoc incidit in praxi controuerſia.

37 Hæc eſt ratio † propter quam reſoluimus ſuprà hac eadem clauſu. 6. gloſſ. 1. part. 1. nu. 42. quòd cùm vir, & vxor ſimul habitant cū patre viri, qui bona adminiſtrat, ac onera matrimonij ſuſtinet, apud patrem dos debeat eſſe, & eius fructus ſuos ipſe facit. Si verò à patre filius, & nurus recedunt, dotent etiam ſecū iuſtè ferunt, quia ſcilicet ibi dos debet eſſe vbi ſunt onera matrimonij, propter quæ datur: ibi videatur, non eſt neceſſe repetere.

38 Indè etiam † ſequitur, quòd ſi vir intrat domum vxoris, ſicut ſæpiùs contingit, de quo nos inferiùs agemus in fine huius clauſulæ, Deo concedente, & inibi non ab eo, ſed ab vxore onera matrimonij ſuſtinentur, tali caſu fructus dotis maritus non facit ſuos, quia tunc in eo ceſſat ratio onerum matrimonij ſupportandorum, vt docet Port. Imolenſis, qui in his proprijs terminis loquitur, in citato conſil. 21. num. 83. & 84, iuncto nu-
39 mer. 92. licèt † contrarium ibidem reſoluat quoad lucrum dotis quod viris defertur per leges municipales, quod idem poſtea tractat in conſil. 57. per tot. & melius conſ. 85. ex num. 8. De quo puncto vide etiam Ioan. Vincent. Honded. in conſil. 3. & 4. volum. 2. Sed hæc vix ita practicantur vnquam, quandoquidem ferè ſemper in iſtis etiam caſibus in quibus vir ingreditur domum vxoris, ſolet mulier viro bona portare in dotem cū facultate ſuos faciendi fructus illorum, & ipſe maritus eſt, non mulier, qui domum regit, & onera matrimonij ſuſtinet.

40 Hinc finaliter fit, † ꝙ etſi annus regulariter computari ſoleat à Ianuario ad Ianuarium: vel de feſto S. Io. Baptiſtæ ad alium ſimilem diē ſequentis anni: vel etiam à feſto S. Michaelis ad alium ſequentis anni diē eiuſdem feſti, ſecundùm ſubiectam materiam. In hac autē materia noſtra, quādo tractamus de annuis fructibus diuidendis, quo ad hoc vt ſciamus pro qua parte maritus fructus lucratur quādo matriūm eſt ſolutū, nō ita fit anni cōputatio, ſed à die cōtracti matrimonij, & ſuſtentationis onerū illius, vt nimirū ꝑ ea par-

te anni, qua onera matrimonij vir ſuſtinuit, fructus quoque ad eum, vel ad illius hęredes pertineāt, pro reſiduo rempore ad vxorem, vt eſt text. vbi hoc pro conſtanti Doctores ponunt in l. diuortio, in princip. ibi: *Non ex die locationis, ſed habita ratione præcedentis temporis, quo mulier in matrimonio fuit*, ex l. fructus, & l. de diuiſione, ff. ſolut. matrimo. quam ita propriè loqui dicit expreſsim Iaſon in citata l. diuortio, num. 3. benè Cephal. in conſil. 584. num. 11. libr. 4. ex gloſſa Bar. Bald. Angel. & Caſtrenſ. in dicta l. de di
41 uiſione. Vbi † agens ad quem ſpectent fundi locati penſiones, an ad locatorem, vel ad maritū, cui locatus fundus poſt locationem aſsignatus eſt pro dote, dicit quòd nos ſupr. quòd pro rata temporis quo matrimonij onera maritos ſuſtinuit, ad eum pertinent, &
42 ſpectant. Addit, † quòd annus in iſta materia poteſt conſiderari duobus modis; vnò vt ſciamus quam fructuum partem debeat conſequi maritus, & quam ille qui dotē promiſit, vel cui dos eſt reſtituēda: & annus (inquit) ad hunc effectum incipit rempore locationis, vt eſt textus in l. diuortio, in ſecunda parte, ff. ſoluto matrimonio: ſed ad effectum lucri faciendi per maritum de fructibus (dicit) non videtur incipere niſi à die contracti matrimonij, Iaſ. in d. l. diuortio, in principio, verſic. Secundò præmitte, ſubaudi (ego addo) & ſuſtentationis onerū marrimonij, ſecundùm Doctores iam ſuprà adductos, Antonius Gomez in l. 50. Tauri, num. 33. Ayora de partition. prima parte cap. 9. num. 7. Velaſ. in prax. partit. & colla. c. 29. n. 2. & 19. Ioa. Guiter. in quæſtio. canon. lib. primo, cap. 33. num. 14. Guillermus Guidobonus aduocario. 64. num. 9. Aymon Craue. in conſil. 268. Franciſcus Viuius deciſion. 8. num. 2. in fin. Annæus Robertus rerum iudicatarum lib. 3. cap. 3. pag. 602. in fin. Ioānes del Caſtillo Sotomaior de vſufruct. cap. 77. num. 27. Molina de primogen. Hiſpanorum lib. 3. cap. 11. num. 6. Surdus deciſion. 211. num. 20. Ioannes Baptiſta Coſta de portione rata quæſtio. 51. num. primo, & quæſtione 114. numer. 9. verſic. Tertia eſt, & denique quæſtio. 155. num. 6. & 13. Martinus Monrer deciſio. Regni Aragonum 17. num. primo.
43 Cui † licèt videatur, vt probare maximo cō natu conrendir ex num. 19. cum aliis ſequentibus, quòd l. diuortio, quoad computationem iam dictam, non procedat, nec procedere debeat, niſi in caſu in quo loquitur quando diuortio ſoluitur matrimonium, nō quando matrimonium diſſoluirur morte viri, vtpotè quia ex fructibus indiuiſis pinguior, locupleriorque dos fiar, nec præſumendum ſit vxori hæredes maritum præferre voluiſſe; verùm cùm id ſit contra gloſſam, Bart. & communem Doctorum opinionem, vt idem ipſe aſſerit, probantque omnes iam à nobis ſuprà citati, nullaque ratio diuerſitatis inter vnum, & alium caſum aſſignari valeat, cùm hæc veniāt ex illo principio, quo docemur maritū facere fructus ſuos indubiranter pro rata tēpotis quo onera ſuſtinuit marrimonij, non eſt tenendū, imò dicendū, ꝙ nihil intereſt, nec intereſſe poteſt, quòd cùm ſit computatio ſit diſſolutum matrimonium diuortio, vel morte, Cardinalis Mantica in tractar. de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 12. titul. 31. num. 13. Petrus Barboſa in dicta l. diuortio, in princip. par. 2. num. 96. ff. ſoluto mattimo-
44 nio. Vbi † vlteriùs dicit deciſionem illius texrus, & diuidendi modum, de quo agimus, regulariter in cauſa dotis dumtaxat locum habere propter particulatem tationem, quæ in ea militat, quia ſcilicet fructus dotis propter oneta matrimonij debentur, & illa ſunt cauſa præcipua acquirendi fructus, vt diximus: iuſtum ergo eſt, quòd ratenùs ſuos fructus vir faciat, aut feciſſe dicatur, quatenùs onera matrimonij ſuſtinuit; quæ ratio in alijs caſibus non militat, & ideò in illis (inquit) recurrendum eſt ad deciſionem l. defuncta, ff. de vſufructu, concedit tamen, quòd ſi aliqua repetirentur, in quibus ſimiliter labor, & onus eſſent cauſa præcipua acquirendi fructus, tunc diuiſio hæc, quæ in fructibus dotis fit, admitteretur, propter identitatem rationis. Hæc nota, quia pulchra.
45 Supradicta † ſunt adeò vera, vt non attendatur ad dictam computationem faciendam, ſi maritus recepit, vel non, fructus dotis anteà quàm matrimonium diſſolueretur morte, aut aliàs, taliter quòd ſi recepit fundum plenum fructibus, fortè rempore meſſis, vel vindimiæ, & colligit fructus, & eis collectis ltarim ſolutum eſt mattimonium, fiet etiam eadem computatio, vt ipſe, vel hæredes eius lucrentur, ac lucratus matitus dicatur fructus pro tata anni ſuſtentationis onerum matrimonij; & eodem modo ſuccedit ſi recipit fundum vacuum, & deceſſit fructibus pendentibus, quia ſimiliter lucratur pro rata temporis, quæ omnia ex eo fundamento dimanant, quòd nihil impedire poſſit ne maritus pro rata temporis, quo ſuſtinuir onera matrimonij, fructus dotis faciat ſuos, ſicur nec quòd vltrà illud eos lucretur: æqualia enim hæc ſunt ſine dubio, Antonius Gomez in allegata l. 50. Tauri, num. 33. Guillermus Guidobonus cita. aduocatio. 64. num. 9.

Et hoc eſt quoad primum caput, quod dicit

éit Surdus deciſio. 211. num. 20. teneri maritum reſtituere vxori prorata anni, quo ſoluitum eſt matrimonium, fructus quos conſtante matrimonio perceperat, ad quod ſpecialiter allegat l. ſi ante nuptias, & noſtram l. diuortio, vbi dicit omnes Doctores ponere, ff. ſoluto matrimonio, Franciſcus Viuius citata deciſio. 8. num. 4. Aymon Crauett. in conſil. 268. num. 5. circa finem, vbi ſignanter aſſerit ſupradicta procedere tã in fructibus perceptis, quàm pendentibus tempore ſoluti matrimonij. Idem Viuius cita. deciſio. 8. num. 3.

46 Et ſi dixeris, † cur diuerſum ius ſtatuitur in marito, quàm in vſufructuario, inter quos tanta eſt ſimilitudo, vt vſufructuarius dotis conſtante matrimonio ſæpè maritus appelletur, vt docuimus in ſuperioribus, dum de quæſtione an maritus ſit dominus doris ageremus, qui vſufructuarius fructus ſuos facit, ſeparando à ſolo, l. defuncta, ff. de vſufruct. De quo articulo eſt pulchra deciſio Senatus Neapolitani 168. apud Vincent. de Franchis, & copioſus locus apud Ioannem del Caſtillo Sotomaior de vſufruc. toto cap. 77. à principio ferè vſque ad finem. Reſpon-
47 de, † quòd quia vſufructuarius nun lucratur fructus ratione alicuius oneris quod ſuſtineat, ſed ratione iuris quod habet: ſufficit enim quo tempore percipit, ius eum habere, maritus autem lucratur fructus ratione oneris matrimonij, non item ratione iuris quod habet; ideò iuſtum eſt, quòd niſi pro tempore, quo ſuſtinuit onus, non habeat fructus. Ita Caſtrenſis in citata l. diuortio, num. 2. Ioannes del Caſtillo Sotomaior de vſufruct. dicto cap. 77. num. 28. Guillermus Guidobon. aduocatio. 64. num. 10. Ioannes Baptiſta Colla de portione rata quæſt. 155. num. 9. benè Aluar. Velaſc. in prax. portio. & collatio. cap. 29. num. 10. & 11. Antonius Gomez in l. 50. Tauri num. 33. circa mediũ, verſic. Ex quo deducitur.

48 Item † non attenditur ſi vnicus tantùm fructus in anno receptus ſit ex fundo dotali, an plures: eodem enim modo in vtroque caſu fit diuiſio: quod quia pluribus auctoritatibus, & rationibus optimè tibi declarat Paul. de Caſtro in citata l. diuortio, in §. ſi in anno, num. 2. cum duobus ſequentibus, vbi etiam Petrus Barboſa per totum, ff. ſoluto matrimonio, & Ioannes Baptiſta Colla de portione rata quæſtio. 155. nu. 18. ideò ampliùs non inſiſto.

49 Procedunt etiam † quæ de diuiſione fructuum dicta fuere; tam in rebus mobilibus datis in dotem, quàm in immobilibus, vt probat Caſtrenſis in dicta l. diuortio, in §. non ſolùm, num. 1. & 2. & ibidem etiã Petrus Barboſ. ex num. 1. cum multis ſequentibus, & Ioan. Baptiſta Colla vbi ſupra numero 19. Exemplum ponũr in fœtibus animalium, & lana.

50 Si pto iſta, † vel alia diuiſione facienda opus habes facere diſtinctionem inter fructus naturales, induſtriales, & ciuiles, recurre ad Rotam Romanam, quæ pluribus de omnimoda, quoad diuiſionem, ſpecie fructuum agit, deciſio. 278. in recollect. per Farinacium in vlt. volum.

SVMMARIA.

1 *Maritus quando dicatur onera matrimonij ſuſtinere.*

2 *Onera matrimonij ſunt multa, eaque grauia.*

3 *Deus duo abſcondit à cordibus hominum ne mareſcerent, mortem propriam, & onera matrimonij, ibidem.*

4 *Onera matrimonij, qui particulariter curioſi fuerint in enarrando.*

5 *Vxores ſunt neceſſariæ ad vitæ iucundamen hominibus.*

6 *Argumenta quæ Auctori fecit quidam ex Doctoribus noſtri Senatus in ſuo gradu Doctoratus.*

7 *Matrimonij laudes, & bona... remiſſiuè.*

8 *Maritus tenetur alere vxorem... & numero 9.*

9 *Parentes negligentes in alimentatione filiorum, priuantur illorum ſucceſſione.*

10 *Alimenta non debentur vxori ex eo quòd dotem viro dedit, ſed quia eſt in eius obſequio, & deſeruit oneribus matrimonij.*

11 *Alere vnuſquiſque tenetur cum, cuius operis vtitur.*

12 *Vxorem fame perire indecorum, & opprobrioſum viro eſſet.*

13 *Maritus tenetur alere vxorem, ſiue dotem attulerit, ſiue non.*

14 *Maritus tenetur ſimiliter alere vxorem eum parua dote ductam, quemadmodum eum... magna.*

15 *Maritus an teneatur alere vxorem ductam ſine dote, non pauperem.*

16 *Maritus, ſecundum aliquos, poteſt mulierem à domo expellere, ſi promiſſa dos non... ſoluatur, vel de nouo conſtituatur, ſi à principio conſtituta non eſt..*

17 *Maritus poteſt denegare traductionem vxoris ſi ſibi dos non conſtituatur quando poteſt, & ſoluatur.*
Actionem cui damus, multò magis exceptionem. ibidem.

Hospes turpius ejicitur, quàm non admittitur. ibid.

18 *Excipiendo licent multa, quæ non licerent agendo.*
Contractus agendo non rescinduntur ex nō adimplemento partis alterius, sed benè excipiendo. ibid.

19 *Maritus potest denegare vxori alimenta, & eam à domo ejicere, si sibi dos promissa non soluatur.*
Et si non est adhuc traducta, eam non admittere. sed vide infrà.

20 *Vxor dicitur culpa sua esse extra domū, si dotem non soluat viro.*

21 *Iura, & rationes probantia maritum non teneri alere vxorem, quæ dotem promissam non soluit.*

22 *Maritum non posse ejicere vxorem ob dotem non solutam multi volunt, licèt concedant posse ei denegari alimenta.*

23 *Vxoris dimissio, & expulsio solùm est permissa ob fornicationem.*

24 *Vxoris expulsio, de qua nonnulla iura loquūtur, intelligitur id est de facto, non de iure.*

25 *Opinio Auctoris circa vxoris expulsionem ob dotem non solutam.*

26 *Expulsionis vxoris ob dotem non solutam remedium est iniquum, & contra pietatis officium.*

27 *Vxori non possunt denegari alimēta ob dotem non solutam, si in obsequio viri sit in eius domo.*

28 *Vxor non potest expelli, nec ei denegari alimēta ob dotem non solutam, etiam si ipsa sit quæ illam promisit.*
Multò magis si nulla constituta dote ducta sit. ibidem.

29 *Vxor non potest non recipi ex quo dos promissa soluta non sit.*
Dos nihil attinet ad cohabitationem. ibidem.

30 *Vxor habet actionem ad compellendum virum vt secum cohabitet, tam per Iudicem ecclesiasticum, mediantibus censuris, quàm per secularem.*

31 *Alenda est vxor per virum, & sumptus pro lite ministrandi ei, dum disputatur an constituenda dos sit, vel non, an soluta, vel non, vel restituta. vbi plures decisiones.*

32 *Alimenta sunt vxori danda interim dum pēdet lis super validitate, aut inualiditate matrimonij.*

33 *Alimenta taxantur per Iudicem secularem mulieri dum coram Iudice ecclesiastico pendet lis super validitate, aut inualiditate matrimonij. vbi decis.*

34 *Alimenta quæ præstantur pendente lite, à quo die taxari debeant, an à die petitionis, an à die prouisionis Iudicis.*

35 *Alimenta præterita possunt peti quando debētur iure actionis, sed non quando officio Iudicis; & ideo illa debent dari à die petitionis, hæc verò à die taxationis.*

36 *Alimenta præterita debent adiudicari etiam decursa ante litem motam si petantur. vbi decisio nostri Senatus.*

37 *Alimenta præterita, etiam si sint solùm officio Iudicis debita, peti possunt, si pro eis cōtractum est æs alienum.*

38 *Nemo in præteritum viuit, licèt vixerit.*

39 *Transigi potest de alimentis præteritis, non de futuris.*

40 *Mutuans alicui pro se alimentando habet etiā actionem ad recuperandum contra eum, qui alimentare tenebatur.*

41 *Alimenta pendente lite non debent taxari, secundum nostrum Ferrer, nisi ex die prouisionis Iudicis. vbi decis.*

42 *Idem fuit declaratum in nostro Senatu de anno 1618.*

43 *Alimenta pro tempore decurso à die litis mote non considerantur vt præterita, nec talia dicuntur, sed vti futura.*

44 *Commodum non debet quis consequi ex suo dolo, & cauillo.*

45 *Alimentorum causa non debent esse deterioris conditionis, quàm aliæ.*

46 *Alimenta lite pendente solent taxari, & adiudicari ex die petitionis, non ex die prouisionis, in omnibus ferè mundi Senatibus.*

47 *Appellatio denegatur ad effectum suspensiuum à prouisione taxationis alimentorum pendente lite, quia iudicantur illa futura. & infrà.*

48 *Quod procedit tam in alimentis debitis iure actionis, quàm in debitis officio Iudicis.*

49 *Alimenta præterita qualiter, & in quibus differant, & distinguantur à futuris, remissiuè.*

50 *Alimenta præterita, etiam officio Iudicis debita, debentur, ac debita censentur à die interpellationis.*

51 *Discussio plena non fit quandoque in causis decidendis.*

52 *Causæ sua fata habent.*

53 *Alimenta quæ petuntur pendente lite, qualiter à centum annis, & vltrà fuerint taxata in Senatu, an à die petitionis, an à die prouisionis. vbi plures decisiones, pro, & contra.*
Decisiones pro opinione quòd à die prouisionis alimenta pendente lite sint taxanda. ibidem.

54 *Decisiones quòd alimenta pendente lite sint taxanda ex die petitionis.*

Alimen-

55 *Alimenta præterita debita officio iudicis petenti, non est opus, secundum aliquos, probare quòd æs alienum contraxit prosè alimentãdo, sed sufficit id allegare.*

56 *Viuere de vento nemo præsumitur.*

57 *Alimẽta debita iudicis officio vt soluãtur pro tẽpore præterito, non est necessarium docere expressim quòd mutuum ea de causa contractum est, vel æs alienum, sed sufficit docere de mutuo, vel de ære alieno in genere.*

58 *Auctoris desiderium circa declarationes fiendas de alimentis lite pendente debitis.*

59 *Alimenta omnia dicuntur deberi officio Iudicis, quæ non debentur ex testamento, vel ex stipulatione.*

60 *Alimenta pendente lite solent arbitrio Iudicis præstari.*

61 *In nostro Senatu per tertias anticipatas de tribus in tribus mensibus.*

62 *Idem seruatur in Senatu Siciliæ, & Mantuæ.*

63 *Alimenta ægrè feruntur in creditum, & ideò anticipatè debent solui.*

64 *Alimenta litè pendente secundum Massurium, taxari possunt vsque ad quartam partem dumtaxat fructuum, seu interesse eius quod litigatur.*

65 *Alimenta taxantur pendente lite arbitrio Iudicis ad quantitatem benè visam, secũdùm circumstantias facti, iuxtà veriorem opinionem.*
Massur. notatur. ibid.

66 *Iul ius Clarus taxatur ab omnibus, quòd voluerit certam taxam ponere reseruationi fiendæ in donatione omnium bonorum, vt per talem reseruationem donatio sustineretur.*

67 *Alimenta solent pendente lite in Rota Romana, & in nostro Senatu ad rationem solidi pro libra eius quantitatis, de qua litigatur, taxari.*

68 *Pater, vel quilibet alius alimenta debens, non tenetur arctare victum suum propter alium.*

69 *Charitas ordinata incipit à se ipso.*

70 *Alimenta propria eius qui alium alere tenetur, debent priùs deduci.*

71 *Alimenta non tenetur soluere qui adeò tenues facultates habet, quæ vix sibi victum præstare possunt. vbi decisio Rotæ Romanæ.*
Constitutio. 4. & 7. de pauperibus litigantibus, & constitut. 3. de execut. censual. declarantur. ibid.

72 *Alimenta quæ præstantur lite pendente, durãt quamdiu durat causa principalis dumtaxat.*

73 *Alimenta quæ præstantur lite pendente cessant, si alimentario superueniunt diuitiæ. vbi decis. Rot. Roma.*
Si tamen postà superuenit iterùm paupertas, redeunt etiam alimenta. ibid.

74 *Alimenta, & illorum taxatio debent augeri si creuit pendente lite necessitas, veluti quia creuit familia, aut aliàs. vbi decisio Rotæ Romanæ.*

75 *Alimentario non nocet taxa alimentorum semel facta, ne possit augeri, si superuenit maior necessitas.*

76 *Alimenta crescunt, & creseere debent ad fauorem alimentarij, vbi crescunt diuitiæ in alimenta præstare debente. vbi decis. nostri Senatus.*
Alimenta aucta pendente lite, veluti ob matrimonium per filium interim contractum, diminuuntur in illa parte aucta, si postea dissoluitur matrimonium. ibid.

77 *Alimenta pendente lite possunt peti in qualibet parte iudicij.*

78 *Alimenta pendente lite possunt peti in quolibet iudicio, tam petitorio, quàm possessorio.*

79 *Alimenta non petens in principio litis, præsumptio est, quòd eis postea non eget: sed eodem modo habebit vnde viuat, sicut antè.*

80 *Alimenta lite pendente possunt etiam peti in secunda instantia.*

81 *Alimentorum causa lite pendente præstandorum, impedit ture communi eurjum causæ principalis.*

82 *Causa principalis in Catbalonia non suspenditur ob causam alimentorum lite pendente petitorum.*
Idem est in altercatis, quæ mouentur circa falsitates, & attentata. ibidem.

83 *Iudex non potest super causa principali, etiam in Catbalonia, declarare, etiam si processus sit instructus, non declaratis priùs altercatis alimentorum falsitatis, & attentatorũ. vbi decis. nostri Senatus.*
Constitutio. 5. incipien. Statuim y ordenam, titulo de altercats, declaratur. ibidem.

84 *Promissiones, quæ fiunt super altercatis, de quibus in dicta constitutio. 5. sub titulo de altercats, veluti attentatorum, spolij attentatiui, & falsitatis, præterquam in alimentis pendente lite, non exequuntur pendente causa supplicationis. vbi decis. nostri Senatus.*

85 *Promissio, quæ fit in causa contentionis iurisdictionis, non exequitur pendente causa supplicationis. vbi decisio nostri Senatus, remissiuè.*

GLOSSA II. PARS III.

De oneribus matrimonij, propter quæ datur dos, & in quo consistant.

Et signanter de onere alendi vxorem. Vbi tota ferè materia alimentorum, præsertim quæ petuntur pendente lite, latè examinatur.

1 REstat † vt pro huius fecundi requisiti sustentationis onerum matrimonij ad faciendum dotis fructus suos necessarij omnimoda, & exacta declaratione, & explicatione, doceamus quando dicatur maritus onera matrimonij sustinere. Respondè, & dic breuiter, quòd quando vxor fuit ducta, & cum ea facit cohabitationem, per hoc dicitur sustinere onera matrimonij. Clarum enim est, quòd si maritus vxorem in propriam domum introduxit, ipse eam alet, reliquáq. faciet ad patrem familias pertinentia, quæ spectãt ad onera matrimonij. Ita Abb. in consil. 79. num. 2. circa fin. par. 2. Corne. in consil. 149. col. 2. in vers. Vel præsupponens, lib. 2. Vincent. Hondede. in consil. 3. num. 32. & consil. 4. num. etiam 32. & 48. volum. 2.

2 Et si quis † percontetur, quæ sint matrimonij onera, respondè ei, quòd nubat, & ea experietur: vix aliter possunt illa declarari. Duo enim (inquit Io. Petr. de Ferrar. in forma libelli ad dotem, & vsumfructum, in verb. vxor quondam, ante num. 1.) Deus abscõdidit hominibus, & seu à cordibus hominum abstrahere voluit; mortem scilicet propriam, ne super ea cogitando marcescerent, & necessariorum ad vitæ humanæ conseruationẽ obliuiscerentur: & onera matrimonij, ne si illorũ conscij essent, præ ipsorũ magnitudine, ab eo contrahendo abstinerẽt, atque ita genus humanũ periret. Nõ defuerunt ex nostris, qui, quasi nihil aliud habentes quod agerent, nonnullas papyri membranas de hoc adimpleuerunt, multumque temporis consumpserunt in minuatim enarrandis oneribus matrimonij; inter quę multa ridicula ponunt, indigna certè quòd homines docti in ea se detineant. Obseruaui

3 inter † Doctores nominis, & famæ, qui dictorum onerum matrimonij particulariter enarrand orum curam susceperunt, Pet. Gregor. in sy ntagm. iur. vniuer. parte 2. lib. 9. de person. cap. 19. de oner. matrimo. & cap. 20. Ioan. Pet. Bimi. in consil. 132. num. 19. & 20. volum. 2. & Iacob. Philipp. Port. Imolen. in consil. 85. ex num. 15. Is inter onera matrimonij ponit obligationem reddendi debitum vxori. Quæ res potest esse magis ridi-

4 cula? Abstineant, † quæso, ab his: nam & nos vxorem duximus, & eam charissimam nunc, Deo concedente, habemus, & experti sumus, quòd sub exuuio leonis simia latet: nec semper vngues habet leo: *No es tan brau lo lleo com lo pintan.* Dedit nobis Deus vxores in adiutorium; & reuera, nisi eas haberemus, vix vitã traducere possemus; quotidiè experimur quanto sint nobis adiumento in omnibus. Si aliquæ in aliquibus matrimonijs sunt ærumnæ, & molestiæ, id non est sacro connubio tribuendum, sed nostris malis moribus, fragilitatique humanæ adscribendum, qui rebus nobis à Deo commendatis sic vti nescimus vt deberemus. Quis est status, in quo molestiæ aliquæ non adsint? & quis est status, in quo quis sit omninò cõtentus? Nemo sua sorte, vt inquit ille: id hæreditauimus ex primis parentibus post peccatum.

5 Memini † quòd cùm in me o grãdu Doctorarus, quẽ in Senatu accepi de anno 1597. assignata mihi fuisset in punctis interpretanda l. pro oneribus, C. de iure dotium, & datus, inter alios, examinator egregius tunc Senator Bernardus Roig, amabilis, & iucundus senex, is contra conclusionem, quam ex textu prædicto collegeram, quòd pro oneribus matrimonij sustinendis dos dabatur, sic arguebat: In matrimonio nulla sunt onera, ergo falsa est conclusio. Probabatque antecedens quod negaram, dicendo: In matrimonio adest vxor: quid dulcius vxore? In matrimonio sunt liberi: quid dulcius liberis? &c. Enumerabat deindè alia his similia, ex quibus homini, mediante coniugio, cõmoda contingebant non pauca. Hæc tunc ego non intelligebam, quia adhuc huic suaui iugo me non subieceram; & ideò respondi, nec posse me laudare, nec vituperare argumentum: nunc autem expertus loquens, dico suauissimum, ac iucundissimum esse habitare iugales in vnum.

6 Per hæc † non arbitreris me negare onera in matrimonio. Sunt etenim: sed non tã insupportabilia, & supra hominum vires, vt multi existimant. Lege laudes matrimonij, & bona illius, si illius quæ dicuntur onera vidisti: lege (inquam) apud Guillermum Benedictum in cap. Raynutius, in verb. cuidam Petro tradiderũt, ex num. 14. Cassaneum in consuetudin. Burgund. tit. *Dezárotz*, rub. 4. statim in initio, vsque ad fin. per 28. numm.

Sed

Sed hæc omittamus ad nihil conducibilia, & veniamus ad alia vtilia.

7 Dixi suprà, † quòd alimentatio vxoris, & familiæ est onus matrimonij, & ad illâ maritus tenetur: superest vt id plenè probemus, quomodoque, & in quibus casibus procedat, & in quibus non, quæ est materia frequens, & propria nostri instituti plena manu doceamus.

8 Aduertendo prius, † quòd præsertim in alimentatione filiorum debent esse parêtes multùm solliciti, & vigilantes: alias, si aliqua negligêtia notabilis eis imputari potest, iuent pœnas, quæ sunt, vt priuentur illorum successione, prout pluribus docet Coler. decis. 256. & seq. viden.

9 Quoad † primum igitur, quòd maritus teneatur vxorem alere, est tex. in l. si filia, §. 1. ff. famil. erciscun. l. si quis per vxorem, in 1. respons. ff. de donation. inter virum & vxor. l. si cum dotem, §. sin autem in fœuissimo, ff. solut. matrimon. pluribusque probant Corduba de Lara in l. si quis à liberis, in versic. Si quis ex his, num. 19. ff. de liber. agnoscen. & Ioan. Petr. Surd. in tracta. de alimen. titu. 1. tota quæstion. 32. quos pro multis in hac materia allegasse sufficiat, maximè cũ non sint qui dissentiant.

10 Quæ resolutio, † licèt, vt superiùs probauimus, dos detur, darique soleat, vt ex illius fructibus sustineat maritus onera matrimonij, inter quæ, vt etiam diximus, est ipsa alimentatio vxoris, non fundatur in dote, & illius ratione, vt propter eam, & nõ propter aliud dicendum sit, sicut nonnulli existimarunt, ex dote, & illius ratione procedere hanc alendi vxorem obligationem: sed quia vxor deseruit oneribus matrimonij, & est in obsequio viri, illique seruit, vt eleganter dicebat Abb. in consil. 39. num. 4. libr. 2. Bar. in tracta. de aliment. num. 48. Surd. qui alios adducit, de aliment. tit. 1. quæstio. 32. num. 11.

11 Nec est † nouum dicere generaliter in omni materia, quantò magis in vxore, & illius respectu, vnumquemque teneri alere eũ, cuius operis vtitur, l. in rebus, §. possunt, ff. commoda. Lara in l. si quis à liberis, §. si mater, num. 69. ff. de liber. agnoscen. & Steph. Gratia. disceptatio. foren. 374. num. 21. lib. 2. Alia ad propositum allegat nostet Molinus de ritu nupt. & pact. in matrimon. conuen. lib. 3. quæstio. 41. num. 35. & Surdus de aliment. tit. 9. quæst. 27. num. 15. & ante eos pulchrè Ludoui. Roman. in consil. 517. circa principium.

12 Et est alia ratio, † quia indecorum esset marito si vxor fame perirer, quam rationem adducit etiam Surdus de aliment. tit. 1. citata quæstio. 32. vbi plures Doctores in idem allegat.

13 Vndè fit, † quòd siue dotem mulier attulerit, siue non, tenetur maritus eam alere, & maritali affectione tractare: sibi enim imputare debet quòd indotatam duxerit, quia non dos, sed consensus matrimonium facit, l. nuptias, de regul. iur. cum simil. Ita probat l. si cum dotem, in §. sin autem in fœuissimo, iuncta glos. in verb. quantitatem, ff. solu. matrimo. Facit l. quod si nulla, de relig. & sumptib. funer. Guido Pap. decisio. 439. num. 1.

† vbi dicit se ita vidisse *iudicari* in contradictorio iudicio: videndæ ibidem sunt pulchrę antiquorum, & modernorũ additiones, quæ optimè id probant, quod diximus. Singulare ad idem est consilium Romani 517. per tot. latissimè Surd. in citata quæstio. 32. nu. 11. tit. 1. Lara in dicto versic. Si quis ex his, num. 21. Andr. Gail obseruat. 87. num. 1. lib. 2. Pater Sanchez de matrimo. lib. 9. de debito coniugali disputatio. 5. num. 8. Idem Sur. in eodem tractatu de alimen. tit. 7. quæstio. 19. num. 1. noster Molin. in tracta. de rit. nuptiar. & pact. in matrim. conuen. lib. 3. quæstio. 41. num. 26. Thomas Grammati. decis. 103. num. 27.

14 Indè etiam † sequitur, quòd similiter tenebitur, & tenetur maritus vxorem etiam alere, quam duxit cum parua dote, cuius scilicet fructus non sufficiunt ad alimenta, argumento l. quod si nulla, de relig. & sumpti. funer. iam suprà allegatæ, Roman. in citato consil. 517. circa princ. quia aliàs vix aleretur vnquam mulier à viro, cùm nunquam ferè dotis fructus sufficiant ad alimenta, vt dicit Pontifex in cap. salubriter, de vsuris. Videnda sunt quæ nos latè ad dictum propositum adduximus in hoc eodem 2. tom. claus. 5. glo. 8. par. 15. ex num. 6.

15 Sed † explicatione res hæc indiget necessaria. Aliquando enim contingit quòd maritus duxit aliquam in vxorem citra omnem dotis constitutionem, non quia pauper esset ipsa, vel sui parentes, qui ad dotandum tenebantur; quo casu non dubitamus de obligatione alendi in marito, & procedunt sine dubio quæ superiùs de muliere indotata ducta diximus: sed ex aliqua alia ratione, ex pluribus quæ cõtingere possunt, & adhuc eã non traduxit in propriam domum. Quæritur an traductionem recusare, & denegare possit, & per eam denegationem euitare allmentationem donec sibi dos cõpetens constituatur, & tradatur.

16 Hic casus † non potest resolui, nec decidi, qnin resoluatur, & decidatur priùs & alius, quid futurum, eodem rhemate retẽto, si maritus vxorem iam in domum suam adduxis-

duxiſſet, eamque maritali affectione tractare incepiſſet. In quo dicunt, quòd poteſt ei denegare maritus alimenta, imò & eam à domu expellere, ſi dotem, vel ipſa, ſi poteſt, vel alij obligati non conſtituunt, & ſoluũt, ex quo ſine dote non poſſunt onera matrimonij ſuſtineri. Id eſt quod diximus in ſuperioribus clauſ. 5. gloſ. 7. ex nu. 25. vbi promiſimus nos hic latiùs, pro opportunitate, articulum examinaturos.

17 Hoc ſuppoſito, † intrar nunc reſponſio ad primum articulum, & caſum, ſi poſt traductam mulierem, licet ei denegare alimenta, & expellere eandem, fortiùs poterit non recipi ante traductionem, quia cui damus actionem, eidem & exceptionem enmpetere multò magis dicendum eſt, l. inuitus, §. cui damus, ff. de reg. iur. l. 1. §. ait prætor, ff. de ſuperfi. ie. cum ſimil. ad quod facit illud quod communiter dicitur, turpiùs eijcitur, quàm non admittitur hoſpes, de quo in c. quemadmodum, de iure iurando, cum concordantib.

18 Imò multa † quæ non licent agendo, permittuntur tamen excipiendo, cuius rei poſſem plura exẽpla, quibus hæc declararentur, ponere: ſed ſufficiat illud quod dicitur in materia contractuum nominatorum, quòd agendo non poteſt quis aliquem contractum nominatum ex non adimplemento partis aduerſæ reſcindere, ſed debet peti adimplementum, vel intereſſe, l. ſicut. C. de action. & obligatio. l. in cõmodato, §. ſicuti, ff. commoda. l. 1. vbi omnes, ff. de condict. ob cauſ. & in alijs locis relatis per Becci. conſil. 45. num. 1. Surd. conſil. 52. num. 36. libr. 1. Mandel. de Alba conſil. 616. num. 4. volum. 4. & Carol. de Graſſ in tractat. de except. ad materiam ſtatuti &c. exceptio. 13. num. 57. Verùm ſi id faciat excipiendo, poteſt, Alexan. conſil. 105. num. 17. in fin. volum. 3. Roland. à Valle in conſil. 53. num. 23. & conſil 69. num. 8. lib. 1. Surd. in dicto conſil. 52. num. 36. Carol. de Graſſ. dicta except. 13. nu. 59. Ex quibus videtur in iſtis duobus caſibus & denegari poſſe mulieri alimenta, & non recepi in domo mariti, ſi traducta adhuc non fuit, & eijci, ſi admiſſa fuiſſet.

19 Tertius caſus † eſt, quando vel à muliere, vel à patre, vel ab alio promiſſa dos fuit, ſed non ſoluta, in quo communiter tenent Doctores poſſe in iſto caſu denegari vxori alimenta, & multi non teneti maritum illã traducere, ſi traducta non fuit, & iam traductã eijcere, Boer. deciſio. 22. num. 3. Guid. Pap. deciſio. 439. num. 1. & ibi addentes, Capella Tholoſa. quæſtio. 87. num. 3. Gail obſeruat. 87. num. 2. lib. 2. Quod viderur approbatum à Rota Roman. vt eſt videre apud Achillem de Graſſ. deciſio. 13. de conſti. in fi. & rurſus apud Proſperum Farinaeium in ſecundo volumine deciſionum impreſſo deciſ. 907. nu. 3. Eadem Rota Romana deciſio. 470. in recollectis per eundem Farinacium in vltimo volum. vbi larè, Surdus de alimentis tit. 7. q. 17. num. 2. Vbi ex Saliceto dicit, † quòd vxor dicitur eſſe extra domum culpa propria, quando non ſoluit dotem, Pater Sanchez de matrimo. lib. 9. de debito coniuga. diſputatio. 5. num. 2. & nu. 11. Pater Rebell. de obligatio. iuſtit. 2. par. lib. 5. de contract. dotal. quæſtio. 10. ſectio. 54. num. 29. Ant. Gomez in l. 50. Tauri num. 31. Creſcentius deciſ. 8. de iudi. vbi pro marito citra alimẽtationem † fuiſſe *declaratum* in Rota Roma. dicit. Et in additione habetur ibidẽ licitam videri etiã in iſto caſu expulſionem, qui infinitos adducunt. Adde noſtrũ Moli. de rit. nup. & pact. in matri. conuen. lib. 3. q. 41. num. 3.

21 Allegant omnes † ad propoſitum gloſſã, quam dicunt eſſe multùm notabilem, multùmque celebrem, in authen. de non eligen. ſecun. nuben. in §. fin. verſic. Onera. Allegant etiam text. in cap. per veſtras, in illis vrbis: *Ne occaſione dotis detentæ vxor à viro dimiſſa, ſeu vir qui dimiſit vxorem adulterij reatũ incurrat.* Et finaliter adducunt l. vltim. C. ad Vellei. ibi: *Neque enim ferendum eſt, quaſi fortuito caſu interueniente, mulierem fieri indotatam, & ſic à viro forſan repelli, & diſtrahi matrimonium.* Nec deeſt ratio, quia (inquiunt) dos quaſi in pretium datur, vt ex eius fructibus maritus onera matrimonij ſuſtineat, vxoremque alat, l. pro oneribus, C. de iure dotium, l. dotis fructus, ff. eodem tit. quare dote minimè non ſoluta non tenetur maritus ſtare contractui, eaque onera ſuſtinere. Ita Surd. & Sanchez vbi ſup. qui vltimus alias etiam rationes ad idem adducit in cirato num. 11.

22 Reprehendunt † tamen quamplures illud quod dictũ eſt de eiectione mulieris ob dotem non ſolutam, licet faciliter conueniant cum reliquis circa non alimẽrationem, quia nihil hoc attinet ad ius cohabitandi, quod non ex dotis ſolutione oritur, ſed ex ipſa lege naturali, & diuina, & ex ipſo matrimoniali contractu: Vndè fit, quòd ob dotem non ſolutam dici non poteſt licere viro reijcere vxorem, & domo expellere. Maximè 23 cùm † expulſio, & dimiſſio vxoris tantùm fit ex cauſa fornicationis per Ieſum Chriſtũ verum legislatorem permiſſa, vti habetur Matthæ. cap. 5. nec hæc inter cauſas diuortij enumeratur, cap. porro, de diuort. ergo &c. ita Couarru. in epitom. ad 4. Decretal. 2. p. 24 cap. 7. num. 2. Vbi reſpondet † ad contraria, & ſignanter ad cap. per veſtras, de donatio. inter vir. & vxor. & poſt eum Andr. Fachine.

con-

controuerſiarum iuris lib.3.cap.48.per tot. dicendo, quòd ibi Pontifex non permittit quòd vir dimittat vxorem propter dotem non ſolutam, ſed tantùm dicit periculũ eſſe ne vir illam expellat, intellige de facto, & indè adulterij committendi oriatur occaſio, quod idem reſpondetur ad allegatã in contrarium l.vltimã, C.ad Velleianum, vbi Imperator potiùs indicat periculum ne matrimonium diſtrahatur, quàm diſtrahi permittat; & de hoc non diſpoſiciue, & ex propoſito, ſed quaſi per tranſennam agit, dicendo forſan vxorem expelli à viro ob nõ ſolutam dotem. Circa gloſſ.cita.in authent.de non eligen.ſecun.nuben.in §.fin.verſi.Onera,adnertit idem Couartu. ipſam ſolũ dicere iniquum videri,quòd vxor alatur à viro nõ tradita ſibi promiſſa dote,q̃ idẽ dicit Couarru. & ipſe fateor, & confeſtim (addit) ſequitur iudicem curate debere vt dos marito tradatur.Nõ tamen infertur vxorem poſſe à viro ex eo expelli à coniugali cõſortio. Sequũtur Oſaſc.deciſio.132.num.18. & alij citati per Sanchez de matrimo.l.b.9. de debito coniugali diſputatio.5. num.17. vbi alias in idem rationes adducit,videndus Barboſ.in 3.par. l.1.num.55.ff.ſolut.matrimo. Bacça de non melioran.dot ration.filiab.cap.32.num.21. pater Rebell. de obligationib.iuſti. 2.parte lib.5.de contract.dotal.ſectio.4.nu.30.Surdus in tract.de aliment.tit.7.quæſt.17.num. 17.cum ſequent.

25 Hæc Doctores † traduñt circa rem hanc, quos poſtquam audiuiſti,iuſtum eſt quòd noſtram etiam aufcultes ſententiam.M.hi multùm placet quòd non liceat marito expellere vxorem ob dotem non ſolutam, quia nihil vnum cum alio commune habet, & præterea iam habet maritus iuris remedia efficacia ad compellendum ad id obligatum,nõ
26 eſt iuſtum † quòd ad remedium expulſionis omninò illicitum (vtpotè contra pictatis officium, vt dicebat Molinus noſter de rit.nuptiar.& pact.in matrimo.conuen.libr.3.qu.
27 42.num.12.) confugiat. Sed multùm † diſplicet velint Doctores, quòd cum viro cohabitet, & viuat mulier,& in eius domõ,alimenta tamen non recipiat, ſed aliundè ſibi quærat, ex eo quia non ſoluit dotem. Hic error eſt (meo iudicio) peior priore:nam ſi mulier expelleretur,expellíque permitteretur, reperiret patrem, aut matrem, fratres, aut alios conſanguineos, qui illam in ſuam reciperent, alimentaque præſtarent, ne aliquid ei deterius contingeret, & quando hoc non haberet, non deficeret domus alicuius perſonæ honeſtæ, cui ſeruiendo, victum, & veſtitum cum honore lucraretur. Veruntamen cum marito in eadem domo cohabitando, non video quomodo victum ſibi quærere valeat. Et quid, quæſo, culpæ poteſt mulieri imputari, ſi qui dotem pro illa promiſerunt, illam non ſoluant? Agat maritus contra eos quantum velit,& recuperet,ſi poteſt,dotem promiſſam,& interim,& nunquã à præſtatione alimentorum erga mulierẽ abſtineat: id enim, præterquàm q̃ fieri poſſe iure cautũ non reperitur,eſſet valdè malè exẽpli, inuitaretur enim proculdubio mulier ad delinquendum. Quomodo enim aliter ſtans in domo mariti victum ſibi quærere poſſet? Ad quod eſt quòd nõtes quæ ad propoſitum adducit noſter Molin.de ritu nupt.& pactis in matrimon.conuen.lib.3.quæſt.41.nu.16. & fin. Si dicis quòd ex operis: tenellæ quidem operæ mulierum ſunt,quia tenuis eſt illarum induſtria ad lucrandũ, vt dicebat Menoch.ex Tiraquel.præſump.51.num.4.libr. 3. maximè in his, quæ in domibus maritorũ intendere debent curis domeſticis, & ſeruitio maritorum, & educationi filiorũ. In ſumma, vt breuibus me expediam, ego reperio quòd qui alterius operis, & miniſterio vtitur, tenetur ei alimenta præbere, vt ſuperiùs latè probauimus: non ergo poteſt maritus excuſari ab alimentis, ſub prætextu q̃ dos non ſit ſibi ſoluta cùm promiſſa ei eſſet, ſi mulierem habet in ſuo ſeruitio. Prætered, vt diximus, ratio alimentorum in marito reſpectu vxoris, non tam fundatur in dote, quàm in obſequijs, & ſeruitijs, ergo &c.

28 Et non ſolùm † in muliere,cuius nomine, & ſeu pro qua alius promiſit dotem, arbitror procedere quod ſuprà docui, non poſſe ei alimenta propter non ſolutam dotem degari, ſed debere maritum agere ad illius recuperationem: ſed etiam, ſi ab eadẽ muliere conſtituta ſibi dos ſit, quia eadem & par ratio militat, vt palàm eſt: iſte enim eſt contractus nominatus, in quo propter vnius non adimplementum non licet alteri agere ad reciſionem, ſed illum compellere ad adimplementum, vt probauimus, maximè in noſtro caſu, in quo, vt diximus, dos non eſt principalis cauſa alimentorum, docet in terminis Molinus de ritu nupt.& pact.in matri mon.conuent.lib.3.quæſt.41.num.33.cum duobus ſequentib.Sanchez dicta diſputat.5. lib.9.de debito coniugali num.17. ſupradictam rationem, quòd propter non adimplementum non licet agere ad reciſionem,& aliam,quia non deſunt marito alia dotis conſequendæ remedia, admittit pro opinione quòd non licet marito propter dotem non ſolutam expellere vxorem, non video cur non idem etiam dicat quoad alimenta. Et finaliter idẽ cenſeo, & cum maiore ratione, vbi nulla dote conſtituta vir duxiſſet vxorẽ, quamuis

quamuis illa habeat vndè se dotet: non enim possunt denegari alimenta quousque se dotet, si in mariti seruitio manet: hæc clariora, meo iudicio, fiunt ex supradictis, quàm vt debeant à nobis vlteriùs corroborari.

29 Sed quid † dicemus ad traductionem vxoris, de qua in principio dicebamus, an possit maritus illam differre quousque sibi dos promissa soluatur. Arbitror quòd non, quia vt etiam diximus, dos nihil attinet ad cohabitationem, qua mediante iugales recipiũt inuicem mutua obsequia.

30 Præterea † mulier habet actionem ad cõpellendum, & seu compelli faciendum maritum ad cohabitandum secum, vt abundè probat pater Sanchez de matrimon. libr. 9. de debito coniugali disputatio. 4. per totã, idque effici posse tam per Iudicem secularẽ, quàm ecclesiasticum per medium censurarũ docet. Hanc autem actionem, & illius exercitium non reperimus quòd impediat exceptio dotis non solutæ, ergo &c.

31 Sed † si de hoc ipso dubiretur, an dos cõstituenda sit, vel iam constituta, lit soluta, vel restituta, dubium est, an pendente hac facti quæstione mulier sit alenda, nec ne? Qua in re indubitatum est pro muliere, quod sibi interim debẽtur alimenta à marito, & nedum alimenta, sed etiam litis sumptus. Quade re rota integra elt diffinitio Anto. Fab. 26. in suo Codice lib. 5. tit. 8. de rei vxor. actione, non elt opus vlteriùs extendere. Alia est ad idem pulchra decisio Senatus Neapolitani apud Afflict. 10. vbi mulier seorsum habitãs à viro petijt alimenta, oppositum fuit, quòd iam ei dos erat restituta, & idcò non debebãtur sibi, ipsa negabat restitutionem prædictam, fuit † *declaratum*, quòd interim dum de hoc disputatur, an dos sit restituta, nec ne, alimenta præstarentur, latè Alexander Trentacinq. var. resol. lib. 1. tit. de aliment. resol. 1. nu. 37.

32 Idem † procedit si lis pendet super validitate matrimonij, adhuc ea pendente danda sunt alimenta sicut anteà dabantur quàm accusaretur matrimonium, prout probat latè Sanchez de matri. lib. 2. disp. 41. nu. 51. & alij, quos infrà adducemus.

33 Vidi tamen † in foro disceptatum num lite hac pendente coram Iudice ecclesiastico possint ista alimẽta peti corã Iudice seculari, & possit Iudex secularis ea taxare; & decernere. Hanc quæstionem tractat in terminis Afflict. decisio. 152. per totam, & ibi Vrsill. Surdus de alimentis tit. 8. ptiuileg. 10. nu. 5. vbi considerant, quòd ista causa alimentorũ non est dependens à causa matrimonij, quæ tractatur coram Iudice ecclesiastico, sed est diuersa, propterea nihil impedit, quominùs laicus Iudex causam alimentorum tractet dũ ecclesiasticus cognoscat de viribus matrimonij. Hic punctus fuit expressim † *decisus* in nostro Senatu de anno 1583. vt refert nobilis Ludouicus à Peguera decisio. 20. vbi tamen postquàm dixit, quòd Senatus taxauit mulieri pro alimentis quinquaginta libras, nescio quamobrem addit: *Et quia fuit dictum causam diuortij pendere coram Iudice ecclesiastico, fuit remissa taxatio alimentorũ ad dictum ecclesiasticum Iudicem*. Idem postea † vidi ego de meo tempore *obseruatum* in Senatu sententia lata 11. Decemb. 1609. relatore egregio Senatore Ioanne Magarola, pro Franciſca Sebil & Iordana, contra Franciſcum Paulum Sebil ciuitatis Dertuſę. Fuerunt enim mulieri adiudicata alimenta in Senatu, non obstante causa invaliditatis matrimonij in curia Romana vertente pro parte viri inlituta, vbi fuit factum motiũ, *Quia dicta causa indecisa pendente, & donec terminata esset, taxatio differri non debebat, cùm venter non patiatur dilationem*. Quæ sententia fuit postea confirmata coram egregio Senatore Hieronymo Senjust 14. Decẽ. 1613. Actuar. Agramunt.

34 Sed quæres † à quo die debeantur ista alimenta, & litis sumptus taxari, & adiudicari, num à die petitionis, an à die prouisionis, & seu taxationis? Hunc articulum in abstracto tractat, & disputat noster Michael Ferrer in 3. par. obseruantiar. cap. 15. per totum, 35 vbi distinguit † inter alimenta quæ debẽtur iure actionis, & quæ debẽtur officio Iudicis, dicens, quòd quia in his quæ debentur iure actionis possunt peti præterita, sicut futura, prout vltra adductos per Ferrer loco suprà citato, probant Afflict. decisio. 10. circa fin. & ibi Vrsil. Anton. Fab. in suo Codice lib. 4. tit. 7. de actio. & obligatio. definitio. 20. plenè Surd. de alimen. tit. 5. quæstio. 1. num. 40. Cordub. de Lara in l. si quis à liberis, in princip. ex num. 71. ff. de liber. agnoscen. Steph. Gratia. disceptatio. foren. 60. num. 19. lib. 1. & latè Polidor. Ripa obser. 305. per totam. Ideò in eis condemnatio lacienda erit vt so 36 luantur à die petitionis. Imò † & in decursis ante litem moram debet fieri condemnatio si perantur, vt ijdem Doctores tradunt, & † Senatus *declarauit* expressim, referẽte egregio Senatore Iosephu Ferrer, die 16. Ianuarij 1607. in causa Elisabethæ Amphos, contra Petrum Ioannem Amphos, vbi agebatur de alimẽtis relictis à patre, quæ nolebat præstare filius. Scriba Micha. Pla.

37 Cæterùm † cùm in illis, quæ debentur officio Iudicis, non debeantur, nec possint peti præterita, nisi pro sc alimentando is cui debebantur alimenta alteri se obligauerit,

seu

seu pecuniam mutuo acceperit, vt dicunt ijdem Doctores, & vltra eos nouissimè Hercul. Marescot. variar. resolutio. lib. 2. cap. 83. num. 2.

In quo casu Senatus noster obseruat declarare contra alimentare debentem, vt soluat quod pro alimentis debetur alteri, vel † mutuatum est, prout signanter *declarauit* 14. Octobris 1621. referente egregio Senatore don Pedro Soler, in causa Angelæ Iorda, contra nob. coniuges Mecas, Actua. Iacob Agramũt. Allegatum fuerat, & probatũ per acticem, quòd per certum tempus ante litem motam Monasterium Monialium Mõtis Sion huius ciuitatis eam aluerat pro viginti quinque libris annuis, quæ adhuc Monasterio debebantur, condemnauit Senatus ad illarum solutionem eos, qui patris hæreditatem possidebant, & sic officio Iudicis ad alimenta tenebantur, ex tatione suprà dicta, quia licèt alimenta essent præterita, verùm æs alienum erat pro eis contractum. Nota benè, quia forsan aliam similem declarationem in isto casu alimentorum præteritorum officio Iudicis debitorum non vidisti huc vsque. Ibi etiam videbis, quòd ista actrix petebat pro tempore præterito grandia alimenta, vel ad tationem solidi pro libra quantitatis trium mille sexcentarum librarum legatarum per patrem, apud eos existentis, vel saltem ad tationem centum ducatorum, qualia fuerant pendente lite adiudicata. Senatus tamen multùm perspicax, ad id solùm condemnauit, quod constabat deberi pro alimentis præstitis, & sic ad solũ æs alienum pro illis contractum.

38 Et est † tatio manifesta, quia officio Iudicis ideò alimenta decernũtur, vt quis viuat, nec fame pereat: nemo autem in præteritũ
39 viuit, licèt vixerit. Indè est † quòd de alimentis præteritis transigi potest, non etiam de futuris, l. de alimentis 8. C. de transactio. optimè Faber in suo Codice in citata defin. 20. tit. de actio. & obligatio. schol. 2. Surd. de alimentis dicto tit. 5. quæst. 1. num. 43.

40 Quo casu † mutui accepti, (vt nihil quod proficere possit ignores) actio datur tam ipsi mutuanti, quàm ipsi alimentario, ad repetendum ab obligato ad alimenta, vt latè tractat Stephan. Gratian. in citata disceptatio. foren. 60. num. 22. Indè † (inquit Ferret) fit
41 vt in his quæ debentur officio Iudicis, prout communiter sunt quæ petuntur pendente lite, non possit, nec debeat fieri condemnatio vt soluantur, nisi à die prouisionis, & taxationis, non à die petitionis, cùm interim iã vixerit alimentandus, nisi doceret se æs alie
† num ad id contraxisse. Atque ita dicit *declaratum* fuisse de anno 1566. & tenetur in nostro Senatu in facti contingentia, in casu de quo in citato per Ferret cap. 15. in 3. parte suarum obseruantiarum.

42 n Memini † quòd de anno 1618. disputabamus in Senatu inter Excellentissimam Ducissam de Alburquetque, & Excelentissimũ Ducem Cardonæ, cotam egregio Senatore don Petro Soler, de alimentis pendente lite Ducissæ taxandis. In qua causa disceptatum fuit de pluribus punctis circa substantiam negotij, si alimenta debebant dari, vel non, & in qua quantitate, & si adetant tequisita: sed nunquam de isto, si debebant taxari ex die petitionis, an ex die prouisionis, quia nos, qui partes dictæ Excellentissimæ Ducissæ agebamus, pro indubitato habebamus ex die petitionis fiendam fore taxationem, atque ita arbitrabamur sine difficultate Senatum resolutũrum. Sed non
† successit ex animo negotium: nam *prodijt* prouisio taxationis ex die prouisionis tantũ, sequendo Ferrerij opinionem suprà relatã, sub die 23. Ianuarij anni prædicti 1618. facto verbo in Regia Audientia. Actuarius Segui.

Hæc cùm vidimus supplicauimus à prouisione: magnum enim erat interesse ab vno potiùs die, quàm ab alio computationẽ facere, quia alimenta erant magna, & tempus quod decurrerat ex die petitionis non modicum, prætendentes prouisionem in hoc capite commutandam, prouidendo quòd non ex die prouisionis, sed ex die petitionis erat taxatio, & adiudicatio facienda. Et commissa causa in alia Aula egregio Senatori Francisco Mijauila & Franquesa, incepimus plenè disputare articulum, ac fortè exactiùs quàm anteà tractatus esset.

43 Fundabamus † in hoc breuiter nostrã opinionem, quòd alimenta quæ decurrerant ex die petitionis, non considerabantur, nec cõsiderari potebant vti præterita, sed vti futura: vndè quamuis officio tantùm Iudicis deberentur, nihilominùs præstari debebant, & præstanda esse prouideri ex die petitionis,
44 quo inceperant esse futura; aliàs, si † hæc opinio non reciperetur, consequeretur is qui alimenta pręstare debet, commodum ex suo dolo, ex suis cauillationibus, quibus litẽ detineret, daretutque occasio vt in infinitum reus protraheret eam, sciens interim dum
45 non declarantur alimenta, se esse immunem ab illorum præstatione, nec posse posteà in sententia ferenda in aliquo circa hoc mulctari. Deterior † multò erit alijs, si hæc sequũtur, alimentorum causa: in reliquis enim si reus declarationem differt, suo proculdubio periculo differt, iam enim ex die petitionis currunt contra eum rei petitæ vsuræ, fructus scili-

ſcilicet, ſi res eos parit, & intereſſe, ſi eſt pecunia, ad quorum ſolutionē, & ſeu reſtitutionem poſtea cum re ipſa condemnatur.

46 Propter quæ † in omnibus Senatibus, in quibus de hoc vidi tractatum, ſemper repe-
†† ri *declaralum* pro hac opinione, quòd nō ex die taxationis, & declarationis alimentorū, ſed imò ex die petitionis illa debeātur, ſintque præſtanda. De Ro. Rom. quæ eſt omniū exemplar; & magiſtra, habes apud Æmiliū Verallum deciſ. 18. 20. cum alijs ſequentib. uſque ad 24. par. 1. Farinac. in 2. volum. ſuarum deciſionum deciſio. 260. & plenius habetur in 1. par. diuerſorum Rotæ Roma. deciſionum deciſio. 764. num. 5. vbi plures cō. numerantur eiuſdem Rotæ pulchræ deciſſ. Aliam refert Lancellot. de attentat. 2. parte cap. 12. de attenta. appellatio. penden. limitatio. 24. num. 8. Et aliam nouiſſimē Hercules Marcſcot. variarum reſolutionum lib. 2. cap. 83. num. 3. in fin. De Rota Prouin. Marchiæ teſtatur Stephan. Gratian. deciſion. 53. rum. 11. Et denique de Senatu Neapolitan. teſtimonium adfert Vincent. de Franch. vbi latiſſimè diſputat, tota deciſi. 605. Adde Caualca. deciſio. 10. num. 41. par. 3. Et Viuium
47 deciſio. 523. num. 42. qui addit, † quòd propterea ab alimentis á die motæ litis decurſis, non datur appellatio ad effectum ſuſpendendi deciaarationem, & illius executionem, quia iudicantur vti futura, in quibus non datur appellatio ad dictum effectum. De quo punćto inſignis eſt deciſio Cæſar. Barz. 69.
48 per tot. Qui † id procedere docet nedum in alimentis, quæ officio Iudicis petuntur: ſed in illis etiam quæ iuré actionis, in quo nonnulli contradixerunt, tandemque concludit
† ita in Rota fuiſſe *reſolutum*, & deciſum. Io. Aloy. Riccius in collectan. deciſio. 548. par.
49 3. Vbi † vberiùs largè differentias adducit, quæ ſunt plures, inter alimenta præterita, & futura, optimis diuerſorum Senatuum deciſionibus comprobatas. Et denique adde notiſsimè Marium Giurba in deciſionib. Siciliæ, quæ recēns prodierunt in lucem, deciſ. 4. num. 46. & 47. vbi plures in idem adducit. In ſumma, vix reperies vnum, qui id non dicat quod nos allegauimus.

Idem nouiſsimè, licèt ſub breuibus verbis, dicit egregius Conſiliarius Regius, ac in ſupremo Coronæ Aragonū Concilio Aduocatus Fiſcalis, don Franciſcus Hieronymus Leo, deciſio. Valenti. 28. nu. 6. De cuius deciſionis materia, an & quando appellatio á prouiſione alimentorum operetur effectum ſuſpenſiuum, & an ad exequendum ſit neceſſaria cautio, & quæ, latè ego tractaui in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 18. part. 4. ex num. 69. cum ſequentib. & rurſus ex nu. 50. cum alijs etiam, vbi videas, ſi caſus occurrat, forſan alibi non reperies materiam ita exactè enodatam.

50 Adde his, † ſi vis, licèt non ſit neceſſariū, quæ Doctores dicunt de alimentis præteritis, etiam officio Iudicis debitis, quòd ea debeantur etiam vbi eſt interpellatio, vt docet Capici. deciſio. 24. num. 9. Polidor. Ripa obſeruatio. 305. num. 2. Quæ autem melior, & efficacior interpellatio, quàm quæ fit iudicialiter petendo alimenta in futurum?

51 Ad reſolutionem † captam antiquitùs in illa cauſa, quam Ferret refert in citato cap. 15. in 3. par. obſeruantiarum, quæ tota, imò ſola negotium contra nos faciebat, ego rogabam permitteretur mihi dicere quod Vincentius de Franchis in ſuperiùs adducta deciſio. 605. circa finem ad aliam ſimilem, quā antreà amplexus fuerat idem Senatus Neapolitanus, cuius ipſe deciſiones ſcripſit, de qua apud Fabium de Anna conſil. 71. p. 1. quòd non fuit facta ibi plena diſcuſſio, prout ad præſens, & tranſijt illa deciſio per regulas generales, ſcilicet quòd alimenta præterita debita officio Iudicis non bedentur, quod eſt verisimum, ſed vis ſtat in eo quod decurſa ex die petitionis dicantur præterita, cùm imò dicantur futura, vt plenè fuit probatum ſuprà.

52 Per hæc † quis non iudicaſſet nos obtinere debere in cauſa ſupplicationis? Sed contrarium ſucceſsit. Fuit enim, nobis licèt multùm reclamantibus, confirmata prouiſio per dictum Mijaula & Franquęſa in dicta ſupplicationis cauſa. Hæc qui viderit dicet ne hic etiam ſua cauſas habere fata, ſecundùm qualitatem temporum, & litigantium, vt dicebat doctiſsimus vir Neapolitanus, Regens qui fuit in ſupremo Italiæ Concilio, Ioannes Franciſcus á Ponte deciſ. 20. in fin. deplorans quendam infœlicem ſucceſſum cuiuſdam cauſæ, pro qua, vt ipſe exiſtimabat, clamabat tota iurisprudentia. Quod idem non ſemel vidiſſe, & cognouiſſe atteſtatur don Garcias Meſtrill. deciſio. 230. num. 12. in verſic. Niſi dicamus, & num. 18. lib. 3.? Minimè gentium. Perſpicaciſſimus eſt Senatus noſter, in eo non habent fata locum. Sed quis hic contra nos pugnabat? Nullus ferè in toto vniuerſo; ſed fermè omnes pro nobis. Quare ſuccubuimus? Ignoro: hoc ſolū ſcio, non ex eo quòd vim, & rationibus, & auctoritatibus, non fecerimus maximam in opinione defendenda. Dicebatur nobis pro conſolatione, quòd prouiſio non videbatur continere grauamen, ſaltem conſiderabile, cùm eſſet facta cum clauſula, *pro nunc*, Senatus autem quoties poterat, ex ſtylo ſalvabat ſententias primitiuas. Non erat nobis

bis (dicebant) prohibitum redire ad Iudicē primitiuum pro vlteriore adiudicatione, & taxatione ex die petitionis, ad diem taxationis. Sed iudicauimus eam tristem consolationem: malueremus quod id Senatus feciſſet in Aula Adm. Reuerendi. Cācellarij in dicta cauſa ſupplicationis, poſtquam videbamus ei non diſplicere noſtram opinionem. Sic remanſit negotium iſtud, & Excellentiſſima Ducisſa priuata alimentis, quæ decurrerāt ex die petitionis ad diem prouiſionis, quæ erant tantæ æſtimationis, vt ego ex eis vixiſſem annos non paucos.

Verum eſt (vt nihil omittamus quod dicere debeamus) non fuiſſe hanc primam ſimili modo factam declarationem: refert enim egregius Senator Ferrer vbi ſuprà & aliam anteà factam: refero & ego infrà quā plurimas. Cur ergo de egregio Senatu cōqueris? dices. Abſit. Ego enim eum magni facio, ac qua decet reuerentia colo: ſed clariorem rem iudicabā nihilominùs, quàm deberem ſuccumbere. Aliter ſucceſſit, non moror, habuit Senatus exemplaria, quæ ſequeretur; ſed, mea ſententia, in contrarium eſt communis opinio, vt probaui.

53 Poſt hæc, † volui videre ad maiorem rei intelligentiam, quid antiquitùs Senatus, & huc uſque in his declaraſſet in vtraque Aula, & cum aliquali diligentia, quam poſui, repe ri magnam varietatem, dolendam certè non modicē. Referam fideliter quod vidi, partim in Archiuo Regio in libris cōcluſionum, & partim in proceſſibus cauſarum, quarum meminero. Imprimis enim pro opinione, quòd non ex die petitionis, & litis motæ, ſed imò ex die prouiſionis, aut ſententiæ debeant alimenta præſtari, fuit *declaratum* in ſequentibus cauſis, vltrà adductam à Ferrer declarationem, de qua ſuprà. Primò, 25. Maij 1521. in famigerata illa cauſa Alfonſi de Cardona contra Ducem, in qua petebatur legitima, cuiusque ego aliàs non ſemel memini in hoc tractatu, fuit dictum, *quòd alimenta, quæ tunc taxabantur, inciperēt currere à die tantum 1. Iunij proximi*. Item, die 20. Septembris 1553. in cauſa Michaelis Ioannis de Boxados contra Thomam de Boxados, licēt facta fuiſſet condemnatio alimentorum in fauorem filij à die litis motæ, fuit tamen additum, *pro quantitate quam conſiterit mutuum accepiſſe alimentarium, vel ſe debitis oneraſſe*: quas deciſiones poterat Ferrer etiam allegare, quia ante eum factæ fuerant. Tertio, die 18. Maij 1607. in Aula Magnifici Regentis Cancellariam coram egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll, in cauſa coniugum Caſtellons cōtra Michaelem Texidor, fuit dictum expreſsè, *quòd prima tertia inciperet à die prouiſionis*, & (quod plus eſt) dicta prouiſio fuit in cauſa ſupplicationis in Aula admodum Reuerendi Cancellarij confirmata, referente egregio etiam Senatore Iofepho Ferrer, Scriba Martiale Reig. Quartò, die 23. Ianuarij 1618. in dicta cauſa Duciſſæ de Alburquerque, de qua ſuprà, coram itidem egregio Senatore don Petro Soler, in eadem Aula Magnifici Regentis fuit idem dictum, & poſtea confirmatum in Aula admodum Reuerendi Cancellarij coram egregio Senatore Franciſco Mijauila & Franquesa, vt diximus. Verum eſt, quòd hæ duæ prouiſiones vltimæ Rubi & Coll, & Soler, tranſierunt cum clauſula, *pro nunc, & donec aliud eſſet prouiſum*, quod forſan fuit in cauſa, vt confirmarentur in alia Aula, vt diximus. Item quintò, die 22. Iunij 1618. in cauſa don Onophrij de Vila & Sauaſſona cōtra don Antonium eius fratrem, coram magnifico Regente Cancellaria, & in ſua Aula fuit diffinitiuè declaratū, *non deberi alimenta hæc, niſi à die ſententiæ, in qua adiudicata fuerant*, nec fuit poſita clauſula, *pro nunc*, vt in alijs, Scriba Ioanne Payſſa, qui tunc erat Notārius cauſarum ver balium Magnifici Regentis. Deniq. die 20. Decembris 1618. coram egregio Senatore Balthaſſare Morell in eadem Aula Magnifici Regentis Cancellariam in cauſa Philippi de Sorribes, & nobilis Eulaliæ illius vxoris contra nobilem don Bernardum de Peguera, patrem & ſocerum reſpectiuè ſuprādicto rum agentium, fuit prouiſum, *quòd prima tertia alimentorum ducentarum quinquaginta librarum adiudicatarum inciperet currere à die prouiſionis & taxationis*, & petebantur dicta alimenta pendente lite ſuper bonis maternis, & legitima, & dotatione paterna à filia petitis. Scriba erat idem Ioannes Payſſa.

†† beant alimenta præſtari, fuit *declaratum*

54 Pro contraria † verò parte, quòd imò alimenta debeant iudicari vti futura à die peti

†† tionis, & ex tunc ſint adiudicanda, *declaratum* multoties idem Senatus. Primò antiquitùs die 3. Iunij 1505. referente egregio tūc Senatore N. de Gualbes in cauſa Geruaſij Gonçalez contra Ioannem Gonçalez, fuit dictum, *quòd alimenta præterita ex die litis motæ præ larentur, idque incontinenti, & futura tertio quoque menſe*. Deindè Relatore egregio etiam Senatore N. Caſtello die 29. Iulij 1527. in cauſa Ioannis Pauli de Bellafilla contra Ioannem Michaelem de Bellafilla eius fratrem hæredem patris, quæ cauſa erat in terminis terminantibus eadem cum illa nobilium fratrum Vilas de Sauaſſona, in qua frater etiam naturalis erat, qui petebat, & tamen diuerſum ſucceſſum habuit quoad

quoad hoc an debetent præſtari à die litis motæ, vel prouiſionis: hęc tamen fratruum de Bellafillas conformem habet illam Vincent. de Franchis deciſio. 605. de qua ſuprà, quæ loquebatur, & loquitur in filio ſpurio. Secundò, in aula etiam Magnifici Regentis Cancellariam, coram egregio tunc Senatore, poſtea in hoc Principatu Regente Cancellariam, nunc autem in ſupremo Coronæ Aragonum Conſilio Regente, Michaele de Salba & de Valiſeca, in cauſa Vicecomitiſſæ de Ioch contra don Carolum de Vilademany & de Cruylles de meo tempore ſententia lata 10. Ianuarij 1602. *fuerunt diffinitiuè taxata alimenta à die litis motæ*, vbi inceperant peti, & quod plus eſt, ibi nõ fuit tractatum niſi de aliũ etis præteritis, ſi præterita dici poſſunt, quæ decurrerant à die litis motæ vſque ad prouiſionem, quia quando fuit ſententia lata, iam nupſerat mulier actrix, & ſic iam habebat qui eam aleret, maritũ, & ideò non fuit tractatum de ea amplius alenda per fratrem. Tertiò, in Aula etiam Magnifici Regentis Cancellariam in cauſa Franciſcæ Iorda & Sebil contra Paulũ Sebil, Relatore egregio Senatore Ioanne Magarola, die 10. Decembris 1609. cùm principaliter fuiſſet intentatum iudicium alimentorum, *ea fuerunt adiudicata à die litis motæ*, ſententia dicto die lata. Quartò, in Aula Admodum Reuerendi Cancellarij, me pro vna parte aduocante, in cauſa Balthaſaris Folchs contra Chriſtophorum Antichũ Folchs patrem, coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt 24. Nouembris 1610. *fuerunt expreſſim alimenta adiudicata à die petitionis*, Scriba Iacobo Bas. Quintò, in Aula Magnifici Regentis Cancellariam coram ſupradicto egregio Senatore Ioanne Magarola, in cauſa Ioannis Baptiſtæ Folchs contra ſupradictum Balthaſarem illius fratrem, die 27. Iulij 1616. fuit facta ſimilis adiudicatio *à die petitionis*, me pro actore patrocinante, Scriba Olzina. Sextò, me etiam aduocato, die 20. Febtuarij 1617. coram egregio Senatore Franciſco Gamis, in cauſa Antonij Ioannis Bolet domicelli oppidi Perpinniani, contra Mariannam Boler eius vxorem, Scriba Puiguerr, fuerunt adiudicata hæc alimenta *à die etiam petitionis, non à die prouiſionis, & taxationis*, in Aula Admodum Reuerendi Cancellarij. Seprimo finaliter, & vltimò, in quadam cauſa Galceraudi de Oris contra Franciſcum de Oris frarrem ſuum, coram egregio Senatore Ioſepho Ferret, vertenti in dicta Aula Admodum Reuetendi Cancellarij fuit declaratum ſuper alimentis, quæ lite pendente petebantur per dictum Galcetãdum, die 18. Septembris 1618. vbi fuerũt expteſſim taxata, & adiudicata *à die quo fuerunt petita, non à die prouiſionis*, idque cum concluſione in illa Aula facta, Scriba Coſta.

Vidi poſt hæc ſcripta proceſſum cauſæ Angelæ Iorda Dertuſæ contra nobiles coniuges Mecas, coram egregio Senatore don Petro Solet, qui eſt de Aula Magnifici Regentis Cancellariam, in qua factæ fuerunt taxationes ſuprà relatæ, etiam ipſo interueniente, à die prouiſionis, & taxationis tantùm. Vidi (inquam) proceſſum dictæ Iorda, in quo die 13. Iulij 1615. dictus nobilis † Relator ſolus declaratuit *ſolutnda fore alimenta, quæ petebantur pendente lite, ex die petitionis*, Scriba Iacobo Agramunt.

En ſucceſſus, & progreſſus horũ alimentorum in noſtro Senatu, & non modicam in eo vatierarem à principio ad noſtrum vſquetẽ pus ſequutam, nedum in diuerſis Senatoribus, ſed in eiſdem ipſis. Sed ſi benè aduertiſti, magis conſtans fuit Aula Admodum Reuerendi Cancellatij in hac ſententia, q alimenta lite pendente petita debeãt taxari ex die petitionis: ſemper enim pro ea declarauit, præterquam in illis duabus cauſis ſecundæ inſtantiæ, de quibus ſuprà, in quibus forſan motus fuit Senatus ad confirmãdum ex illa clauſula, *pro nunc*, in eis appoſita, quæ videbatur rollere grauamen, vt dicebamus. Dubito tamen, quòd in dictis, & alijs declarationibus fuerit diſcuſſus articulus ita exactè, ſicut nunc. Meam nõ eſt, quòd hic aperiam ſententiam, eam ſatis clarè vidiſti ſuprà eſſe pro opinione, quod ex die petitionis debeant hæc alimenta taxari, & prouideri.

55 Relinquamus † hæc, & ne incidat in manus hominum, qui experientiam negotiorũ habent conſulũt, curet quilibet, ſi poteſt, q cõſtet de ære alieno à ſe pro alimentis pendente lite ſumptis contracto, & tunc ſecurũ habebit negotium, licet ego neceſſariam nullatenus eſſe exiſtimo: ſed bonum eſt in his, quæ iudicanda ſunt ab hominibus, cũ cautela procedere, ne poſtea fruſtratus quis maneat, magnumque damnum patiatur. Vide Ioan. Papon lib. 18. tit. 1. arreſto 18. vbi † ex quodam *arreſto* facto in Senatu Pariſienſi de anno 1522. concludere videtur, quòd ad perendum etiam alimenta verè præterita, non ſit probandum æs alienum eſſe contractum, ſed ſufficit allegare, reddens tationẽ, quia in eo qui eſt pauper id iam præſumitur, 56 cùm nemo † præſumatur viuere de vento, vt probat l. ſi. quam etiam allegat, C. de ali- 57 men. pupill. præſtan. Ee vbi † neceſſarium eſſet monſtrare pecunias fuiſſe mutuo acceptas, & reuera contractum æs alienum, non

pates

putes oportere quòd expressè probetur mutuum fuisse in eam causam factum, quia de iure iã præsumitur, licet non dicatur in scriptura mutui, vt per Bart. in l. si ventri, §. fina. de priuilegijs creditorum, Paulus de Castro in l. finali, §. in computatione, num. 3. vers. cui. Sed pone, Cod. de iure deliberan. Ita in alio casu huic nostro simili tenuit Rota Romana apud Seraphinum de Oliuat. decisio. 915. num. 6. qui dicit hoc transire sine difficultate quando ille qui fecit expensas non habebat aliundè vnde faceret, vt per Ripam dicto §. fin. num. 11.

58 Sed ego † aliud optarem, & istud esset certum, & firmum remedium, quòd Senatus iũctis Aulis certam in his resolutionem caperet, quidque sit tenendum decerneret, postquam casus est talis, in quo ex circumstantijs non continget vnquam debere mutari: si enim relinquuntur hæc eo modo quo vidimus, in miseirimo statu semper erunt, nunquam certò sciemus quid consulere debeamus, nec Iudices quid declarare, propter varietatem istam.

59 Quæ autem † alimenta dicantur deberi officio Iudicis, & quæ iure actionis, non est necesse tibi explicem, qui nullam in his circa ea constituendam esse differentiam resolui. Vide tamen, si vis, per Surd. de alimentis tit. 3. quæstio. prima per totam, Marescot. in citato cap. 83. lib. 2. variarum resolutio. num. 1. Vincent. de Franch. decisione 605. num. 8. vbi generaliter dicit alimenta omnia deberi officio Iudicis, exceptis his alimentis, quæ debentur ex testamento, vel stipulatione.

60 Quomodo, † & seu quo tempore sint ista alimenta, & litis sumptus præstanda vidi dubitari, circa quod varia varij dixerunt, vt habes abundè apud Surdum de aliment. tit. 4. quæstio. 17. per tot. Meum non est id in præsentiarum discutere, communis resolutio est quòd id arbitrio Indicis relinquitur dijudicandum, vt asserit don Garcias Mastrill. de-
61 cisio. Sicil. 85. num. 41. parte prima. Noster
† Senatus † ex stylo solet *iubere* quòd per tertias anticipatas præstetur quod pro alimentis, & litis sumptibus adiudicatum est, qui stylus est tam antiquus, vt nullus recordetur de illius initio. Quod idem † seruari in Se-
62 † natu *Siciliæ* auctor est idem Mastrillus in allegata decisio. 85. num. 82. parte prima. Et
† in *Senatu* Mantuano refert Surd. de alimentis tit. 4. quæstio. 17. numer. 2. idem etiam seruari. Id quod itidem placuit Molinæ de primogenijs Hispanorum lib. 2. cap. 15. nu-
63 mer. 73. Et meritò † quidem anticipatim iubentur alimenta præstari, quia ea ægrè feruntur in creditum, iuxtà l. final. ff. de liber. agnoscen. & l. 1. in fin. Cod. quando dies legat. ced. quod pluribus exornat Molina dicto cap. 15. num. 73. Vincent. de Franc. decisio. 155. num. 3.

64 Ad quam † quantitatẽ sint alimenta prædicta cum litis sumptibus taxanda, disputauimus in suprà relata causa Excellentissimæ Ducissæ de Alburquerque, in qua ex aduersò prætendebatur taxam fieri posse tantùm ad quartam vsque partem fructuum, seu interesse eius quod in litem deductum erat, & sen petebatur, iuxtà doctrinam Massuer. in sua praxi tit. de possessor. num. 19. quem sequitur Nicola. Boer. decisio. 324. num. 4. per l. antiqua, si pars hærediraris petatur; quæ tamen parùm, aut nihil facit ad propositum.

65 Sed obtinuit † nõ posse in his dari certam regulam, nec quid certum constitui pro omnibus negotijs, sed dimittendum fore arbitrio Iudicis, qui, quid quantumve dandum sit æstimabit, considetando qualitatem personarum, & quantitatem fructuum, & futurum etiam euentum litis, & quantum in diffinitiua sententia præstandum sit. Atquè ita reprehendendo Massueriũ dixerunt expressim Didacus Couarru. in practic. quæstionib. cap. 6. num. 7. versic. Solet tamen, Ludouic. Molina de primogenijs Hispanorum lib. 2. cap. 16. num. 47. Menoch. quæstio. 35. num. 35. lib. 1. Alexand. Ttentacinq. variar. resolutionum lib. primo tit. de aliment. resolut. prima num. 46. Portoles ad Molinũ, verbo, alimenta, nu. 24. Ad quam reprobationem doctrinæ Massuerij non aduertit Surdus, qui eum simpliciter citat, de alimentis titulo 4. quæstio. 23. num. 41. licèt cum reliquis conueniat, quòd arbitrio Iudicis sit facienda taxatio. In quo etiam conuenerunt Ioannes del Castillo Sotomaior controuersiar. iuris lib. 3. cap. 27. num. 25. Stephan. Gratian. disceptation. foren. 55. num. 53. Hercules Marescottus variarum resolutionum lib. 2. cap. 83. num. 12. Rota Romana decisio. 431. nu. 6. in secundo volumine decisionum per eum recollect.

Iustè meruit Massuerius taxam, qui illam ponere voluit vbi nullus posuerat, non se-
66 cùs atqui † Iulius Clarus ab omnibus fuit communiter reprehensus, ex quo reseruationem, quam omnes arbitrio Iudicis dijudicandam reliquerunt, voluit taxare vt sufficiẽs esset ad conualidandam donationem vnuersalem vt debeat excedere vigesimam partẽ patrimonij donatoris, de qua re ego pluribus egi in 1. tom. claus. 4. glo. 23. statim in
67 initio. In nostro † Senatu solet fieri cõter taxatio ad rationẽ solidi pro libra, habito respectu ad quãtitatem petitam, in qua habet actor fumum, & seu præsumptionem iustitię

neceſſariam, prout etiam ego ipſe docui in dicto primo tomo clauſu.4.glo.18.par.prima num. 53. In cauſa ſupradicta Excellentiſsimæ Duciſſæ de Alburquerque parũ abfuit quin taxa fuerit facta ad rationem ſolidi pro libra, habito reſpectu ad quantitatẽ petitam, in qua habebat neceſſariam iuſtitię præſumptionem: fuerunt enim taxatæ res mille libræ in annos ſingulos, quæ correſpõdent ſexaginta mille libris in proprietate, quæ iam incipit eſſe dos ſufficiens, quaque contentatæ perſæpè fuerunt plures ſuæ conditionis. Adde Rotam Romanam in vltim. volum. nouiſsimè recollectarum per Farinacium, deciſio.749. aliàs eſt 748. num.6. vbi dicitur valorem petitorum imprimis debere eſſe in his in conſideratione, ſicque ibi *deciſum* fuiſſe.

† 68 Licèt tamen † in prudentis Iudicis arbitrio poſitum ſit dijudicare quantũ dari poſſit, & debeat pro alimentis lite pendente, dantur tamen certæ regulæ pro inſtructione Iudicum, á quibus regi, & gubernari circa hoc illi debeant, vt dicit Magon. deciſio. Lucenſi 73. num. 21. & inter alia dicit multùm attendendum ſi vtrique ad alimenta facultates ſuppetant, aliàs parer, contra quem regulariter illhæc aguntur, vel quilibet alius, non tenetur arctare victum ſuum propter alium, l. prima, §. præterea, & ibi Bal. nor. de

69 tutel. & ratio. diſtrahen. quia ordinata † charitas incipit à ſe ipſo, vt poſt alios tradit Beniten. deciſio. 89. num. 8. Nart. conſil. 387. In quæſtione, num. 8. Iaſ. Stephan. Grarianus diſceptatio. foren. 552. ex num. 2. lib. tertio,

70 Hoc † illud idem eſt quod deduci priùs debent alimenta alium alere debentis; de quo puncto Barba. in conſil. 63. præclarè ſcribitur, circa principium, lib. 2. Natta dicto cõſil. 387. num. 8. Rolan. à Valle conſil. 22. nu. 21. lib. primo, Magoni. in loco ſuprà citato num. 26. vbi ait, quod illud Euangelij conducit, *Ne forte non ſufficiat nobis, & vobis*, Stephan. Gratian. dicta diſceptatio. foren. lib. 3. cap. 552. lib. 3. & diſceptatio. 519. nu. 14. & 79. multa ad propoſitum cumulat Surdus de alimentis tit. 7. quæſtio. 8. per totam: Vincent. de Franchis deciſio. 605. num. 8. benè Portius Imolen. in conſil. 160. num. 12. vbi

71 probat alimenta non teneri ſoluere, qui facultates adeò tenues habet, quæ vix ſibi victum præſtare poſſunt; rumpit enim neceſſitas vincula legis. Proprer quod memini ℣ quidam Font faber lignarius huius ciuitatis ſe defendebat ab obligatione alendi vxorẽ á ſe iudicio Eccleſiæ ſeparatã: dicebat enim ſemper, & clamitabat, quòd quomodo mulieri darer vnde ſe aleret, qui nihil in bonis habebat, prætet id quod ſuo labore dietim lucrabatur, quod vix ſufficiebat ad ſe, ſuamque familiam alendam, & ſullérandam, propter quod eum dimittere vxor habuit, & ad matrem recurrere, licèt non multùm locupletem, (quæ nunquam obliuiſci poteſt filiorum) cum qua viueret, vitamque miſerrimam traduceret.

Habebat expreſſam Rot. Roman. deciſ. quæ hunc caſum decidebat, & decidit, apud Farina. in vlt. volum. deciſ. nouiſſimè per eũ collect. & eſt deciſio. 470. num. 7. & Sanchez de matrimo. lib. 9. de debito coniugal. diſp. 4. num. 27. Quæ quidem peritus Aduocarus de anno 1621. applicabat ad conſtit. 4. & 7. ſub tit. de panper. litigan. & ad conſtit. 3. de execut. cenſual. iubentes per creditores ſubminiſtrari debere alimenta ſuis pauperibus debitoribus ad eorum inſtãriam carceratis, taliter quòd ſi per duos dies naturales ceſſent, relaxari pauper debeat: de quibus, & de eorũ praxi pluribus ego egi in altero tomo clau. 4. gloſ. 18. par. 4. nu. 34. Applicabat (inquam) theoricas ſuprà adductas ad dictas conſtitutiones, dicendo eas non procedere, nec locum habere vbi creditor eſt eriam ſimiliter pauper, cui eſt impoſſibile hæc alimenta præſtare poſſe, aliàs pauperibus creditoribus nihil prodeſſet habere ſuos debitores cũ guarentigia, & in perſona obligatos: quærere in iſto caſu ſibi debent debitores iſti vndè viuant, vel ex eleemoſyna communi, de qua loquuti ſuimus in dicto primo tomo dicta clauſ. 4. gloſſ. 18. par. 4. num. 35. vel aliàs, vt faciũt miſerabiles carcerati pro criminali, quibus nullus alimenta præſtat. Hæc applicabar is Doctor ad dictas conſtitutiones, & benc ſucceſſit coram Iudice retroclamorum.

72 Quantùm durant † iſta alimenta? Dic ℣ quantùm durat cauſa, id eſt, vſquequo per diffinitiuam fuerit pronuntiatum, gloſ. in l. fina. C. de alen. liber. & in l. ſi quis á liberis, §. ſi parens, ff. de liberis agnoſcen. & in cap. 2. qui filij ſint legitimi, Bart. in l. ſi neget, ff. de liberis agnoſcen. Aufrer. in deciſio. Capell. Tholoſ. 77. Molina de primogen. Hiſpanorum libr. 2. cap. 16. num. 39. Menochi. quæſtio. 35. num. 34. lib. primo de præſumptio. Ioannes del Caſtillo Sotomaior quotidianarum controueſiarum iuris lib. 3. cap. 27. num. 26. Stephan. Gratian. diſcept. foré. 236. num. 38. lib. 2.

73 Alium finem † iſtis alimentis ego innenio vltra exitum cauſæ, ſi cui præſtantur pendente lite alimenta, ſuperuenerint diuitiæ ſufficientes ad viuendum, tunc ceſſat alimentorum præſtatio: clarum eſt enim, & manifeſtum, quòd alimenta hæc non dantur niſi egeno, & pauperi, in quibus pauper-

tas

tas, & inopia eſt cauſa finalis illorum præſtationis, qua ceſſante, clarum eſt quòd debet ceſſare præſtatio; qua de re quia totum eſt conſilium Ludouici de Caſanate 25. in hoc eodem proprio facto, ac in eiſdem proprijs terminis mulieris, cui poſt adiudicata, & taxata pendente lite alimenta, ſuperuenerant diuitiæ, ideò ampliùs de hoc nõ tracto. Ibi is Doctor probat quòd in his inſpicitur ſemper tempus præſens, & dum durat inopia, durat alimentorum præſtatio, & dũ poſteà durant diuitiæ, per quas ceſſarunt alimenta, ceſſant ipſa: ſi autem iterùm ſuperueniat paupertas, & inopia, renaſcitur etiã, & reuiuiſcit obligatio alimentorum; ibi videas. Optimum de hoc etiam eſt conſilium Petri Caballi 12. tomo primo, vbi idem etiam plenè probatur, Antonius Gabriel tit. de alimentis concluſio. prima, num. 3. ver ſic. primo, Surdus de alimentis tit. 5. quæſt. 7. in fine num. 57. & ſequenti, Beniten. deciſio. 22. num. primo in fin. Lancellot. de attentatis 2. parte cap. 4. limitation. 11. num.

† 32. vbi in Rota Romana *deciſum* de anno 1554. refert, quòd quando ſuperuenerunt diuitiæ non currunt vltra alimenta lite pendente.

74 Aliud pulchrum † adducunt Doctores ad propoſitum, quòd ſi crenit inopia, & neceſſitas, augeri etiam, & creſcere debent alimenta, de quo puncto tota eſt deciſio Rotæ Romanæ 431. apud Proſperum Farinacium in ſecundo tomo deciſionum, quæ eſt Illuſtriſſimi Cardinalis Manti. impreſſa poſteà in ſuo moderno volumine deciſionum, deciſio. 331. & eadem eſt deindè repetita (neſcio ad quid toties ponuntur, & repetuntur eædem deciſiones in tot voluminibus deciſionum Rotæ Romanæ, quæ in dies in lucem prodeunt, ſi quæſtus, & lucri cauſam excludas) in penultimo volum. deciſionum eiuſdem Farinacij, & eſt in ordine 31. vbi fuit

† *concluſum*, quòd quia debitum alimẽtorum ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus, ideò alimenta filio taxata, ei debebant augeri ex cauſa, quia ſcilicet nati ei erant ex poſt filij ex legitima vxore, propter quos debebat habere ſeruos, & ancillas, qui, quæve deſeruire debent, l. ius alimentorum, poſt principium, verſic. Ante oculos, ff. vbi pupill. educar. debe. quibus etiam alimenta, & veſtimenta præſtanda ſunt, vt notat Florianus de Sancto Petro in l. ſed etſi quid, §. inane, numer. 18. ff. de vſufructu. Vndè aucta familia, alimenta etiam augeri neceſſe eſt, Angelus conſil. 357. num. 5. Gozadinus conſil. 95. numer. 4. Aldobrandin. conſil. 31. num. 9. Vide eam deciſionem, quæ pulchra eſt in hac materia: aderat † enim acceptatio alimen-

† tarij primæ taxationis, per quam *dictũ* fuit non fuiſſe ei præiudicatum, quia intelligendum erat contentamentum rebus ſic ſtantibus, & ſeu in eodem ſtatu permanentibus, non aliàs. Et ſi creuerit, & aucta fuetit dignitas, & qualitas alimentarij, ſimiliter alimenta proportionabiliter creſcere debent, & augeri, l. cum vnus, §. vltimo, ff. de aliment. & cibar. legat. Gozadinus conſil. 95. numero 4. Collegium Patauinum in conſilio reddito pro cauſa viduæ de Lucatellis Bononien. in libro ſuper dicta cauſa impreſſo, numer. 11.

76 In noſtro † ſuperegregio Senatu contigit diſputari de anno 1598. num alimenta hæc lite pendente taxata, deberent augeri ex quo ex poſt ſuperuenerant ei qui alimen-

† ta præſtabat alia bona, & *concluſum* fuit quòd ſic, die 26. menſis Iunij eiuſdem anni, coram egregio tunc Senatore, deindè in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, don Ioanne Sabater, in cauſa nobilium Marinæ, & Eliſabethis de Turrillis.

Idem anteà de anno 1557. ſub die 19. menſis Februarij, coram egregio tunc etiam

† Senatore N. Ruiſech, fuerat *declaratum*, in cauſa Michaelis Sebaſtiani de Boxadors contra Thomam de Boxadors, vbi fuit expreſsè dictum, *quòd alimenta lite pendente filio taxata, propter matrimonium contractũ augeri debent*. Item, *quòd ſoluto matrimonio ceſſant in parte aucta, & ſi ſupereſt filius, ceſſant etiam in parte*. Caſus erat pulcher. Erant adiudicatæ, & taxatæ filio non vxorato pro alimentis centum viginti libræ. Poſteà duxit vxorem, & petijt alimenta ſibi augenda eſſe, attento creuerant onera: ſuperadditæ fuerunt octuaginta libræ, quæ cũ adiudicatis faciebant ducentum libras. Solutum fuit matrimonium per mortem vxoris, & fuit petitum contra filium alimenta fore diminuenda, attento ceſſabat cauſa propter quam fuerunt aucta. Exaudita fuit petitio: ſed quia remanſerat filius ex illo matrimonio, quem pater alere tenebatur, non cenſuit Senatus fore omnes octuaginta libras filio auferendas, & ab vltima taxa demendas, ſed quinquaginta tantùm, ſic quòd remanerent centum quinquaginta librę. Lege concluſionem prædictam, & quas ea refert anteà in eodem caſu factas, & hæc comprobabis.

77 In qua parte † iudicij, & litis poſſint iſta alimenta peti, dic quòd in quacunque parte, rani ante litem conteſtatam, quàm poſt, Molina in ſæpè citato cap. 16. libr. 2. de pri-

† mogen. Hiſpanorum num. 38. Ita *declaratum* fuiſſe in Parlamento Pariſien. refert Ioannes Gallus in deciſ. eiuſdẽ Parlam. q. 128.

Ioan.Papon arresto 3.lib.18.tit.primo,Stephanus Gratianus disceptation.forensi 236. num.25.cum duobus sequentibus. Vbi ad-
78 dit, † quòd etiam in quocunque iudicio post sunt alimenta peti, tam scilicet petitorio, quàm possessorio, Mitanensis decisio.16. n. 15.& 18.Ioannes Baptista Costa reme.subsidiar.100.num.8. Quod est motiuum quod Senatus nolter sumptis coram egregio Senatore Hieronymo Senjust in causa Balthasaris Folch contra Antichum patrem, dum in prouisione facta die 26. mensis Maij 1610. confirmata 2. Iulij eiusdem anni, Scriba Iacobo Bas, *declarauit* ex duobus altercatis motis in causa principali, scilicet alimentorum lite pendente dandorum dicto Balthasari per eum moto, & spolij pendente lite, vel paulò ante commissi, per dictum Antichum suscitato, fore priùs terminandum illud alimentorum, de qua resolutione vteriùs in inferioribus dicemus.

Hoc ponere volui, vt satisfacerem illis, qui nobis inter informandum oppoluerunt in superiùs relata causa Excellentissimæ Duciss æ de Alburquerque, cur alimentorum petitionem diuturnissemus in eum statum causę, quo erat illa ferè omninò instructa: dicebat enim singulariter vnus ex eis, quòd id non carebat cautela, forsan quia videbamus ex meritis probationum, quod non erat obtinendum in causa principali, & ideò eam omiseramus, & ad remedium alimentorum, in quo non requiritur tam rigurosum iustitiæ examen, sicut in causa principali, vt infrà dicemus, confugiebamus.

79 Ad quod † poterat contra nos is Doctor allegare quod Cæsar Barzius decisione 69. num.20. eisdem verbis vrens quibus Iurisconsultus vtitur in l. cum hi, §. vult igitur, versic. Sed & personarum, de transactionib. adducit, quòd qui diutiùs litigando sibi sufficere potuit, nec de alimentis pependit, præsumptio est maxima quòd possit etiam sibi sufficere doneccausa principalis pędet, & cognoscitur de iustitia, vel iniustitia illius, quod clariùs idem Doctor dicit, alimenta non deberi ei, qui diu litem est prosequutus, neque ea vnquam petijt. Sed diximus, quòd Excellentissimæ Duciss æ licebat in quacunque parte iudicij alimẽta petere, & ideò nemini faciebat iniuriam, si suo iure vtendo quando expediri visum fuit, alimentorum petitionem fecit. Nec præsumptioni allegatæ poteśt esse locus vbi quando petuntur alimenta probatur paupertas, cedere enim tunc debet præsumptio veritati. Additur, quòd cùm sit necessarium ad obtinendum constare de sumo boni iuris, & præsumptione, vt infrà trademus, ideò prudentes Aduocati imprimis solent de dicto iure docere in causa principali, & mox alimenta petere: sic enim facilè obtinent quod nõ obtinerent aliàs; & hæc est inter nos praxis cõ-
80 munis in hac materia. Quid quod? † in l.fi instituta, §.de inofficioso, ff.de inofficio.testamento, admittitur parti in secunda instãtia alimenta petere, multò ergo fortiùs in quacunque parte primi iudicij, Stepha.Gratian.vbi suprà.

81 An negotium † istud alimentorum futuro torum sit suspensiuum negotij principalis si quis quærat, dic quòd sic de iure communi, cùm causa priuilegiata respectu processus, vt est causa alimentorum, alterius causæ cõcursum non admittat, secundùm Abba. in captuam, colum.prima, de ordi.cogni. Caputaquen. decisio.22. num.1.& 5. par.prima, & decisio.48. eadem prima parte, in quibus locis testatur de resolutione Rotæ Romanæ, Hercules Marescot. in citato cap.83. variar. resolutionum num.8.& 9. libr.2. Ratio est, quia si esset in potestate rei denegando alimenta procedere in negotio principali, vtique alimentorum præstatio non seruiret causæ ob quam præstari debent, quæ est vt viuere, & item sustinere possit, Doctores in l.final.Cod.de ordine cogni. Ita Verall.vbi
† suprà numer.5.& 6. vbi dicit ita *decisum* in Rota Romana.

82 Apud nos † diuersum obseruatur: non enim per petitionem alimentorum pendente lite præstandorum, impeditur cursus causæ principalis, imò currunt in ea tempora ac si de alimentis non tractaretur, vti habetur in constitut.5. incip. *Statuimy ordenam*, sub titul. *de altercats incidents en la causa*, qua id quod diximus disponitur circa altercata, quæ mouentur nedum circa alimenta prędicta, sed etiam circa attenuata, & falsificates, vt inibi est videre. Et vult vteriùs constitutio, quòd vt clariùs & distinctiùs in his procedi possit, fiat processus ad partẽ separatus & distinctus à processu causæ principalis.

83 Verùm an id † sit vsque ad diffinitiuã inclusiuè, vt scilicet possit pars causam principalem taliter instare, non obstante causa alimentorum, attentatorũ, vel falsitatis, vt possit Iudex diffiniticè in causa principali declarare antequã declaret super dictis altercatis si processus causæ principalis est priùs instructus; dic quòd non, de quo quia pulchra est obseruatio Cameræ Imperialis 146. apud Andream Gail, quæ optimè institutum probat, lib.1. in casu ordinationis, quæ inibi est similis nostræ constitut. ideò verborũ d. Gailij relatione contentus, ampliùs non insistã; *Et hoc pacto* (inquit num.9.) *ordinationem Cameræ loco allegato intelligendam censeo*, quæ

quæ tantùm circa proceſſum, videlicet quòd cauſa attentatorum, & principalis ſimul agitari poſſit, nihil verò de pronuntiatione diſponit. Vnde quoad pronuntiationem, vel deciſionem attentatorum ante diffinitiuam cauſæ principalis, ius commune ſequendum eſt, argumento l. ſi cum dotem, in princip. ff. ſoluto matrimon. & l. quicquid ſtringendæ, ff. de verborum obligationibus; aliàs ſequeretur, quòd cauſa attentatorum nullam haberet prærogatiuam, cùm tamen iure ſpeciali ante omnia attentata reuocanda ſint, per iura allegata. Hæc Gailius, quæ mirè noſtræ conſtitutioni applicantur, & accommodantur. Addo ego quod ſuprà dixi in noſtro particulari caſu alimentorum, quod ſi eſſet in poteſtate rei, denegando alimenta, procedere in negotio principali, vtique alimentorum præſtatio non ſeruiret cauſæ ob quam præſtari debēt, quæ eſt vt viuere, & litē ſuſtinere poſſit. Ita
†† Senatus noſter perſpicax *obſeruat* inconcuſsè, admittit ſi quidem quòd ſimul & ſemel & cauſa principalis, & cauſa horum altercatorum inſtruatur: ſed quoad declarationem priùs terminantur altercata hæc, quàm cauſa principalis, prout ſæpiùs vidimus practicatum. Et ſignanter nunc memini, quòd cū in cauſa Excellentiſſimæ Duciſſæ de Alburquerque, de qua ſuprà, dico in cauſa alimētorum, incidiſſet articulus attentatorum oppoſitorum pro parte Excellentiſſimi Ducis Cardonæ, non ſolùm non potuimus obtinere, quòd cauſa alimentorum, quæ erat iam inſtructa priùs quàm cauſa attentatorum, declararetur: ſed nec quòd ſimul & ſemel, quantumuis diceremus cauſam alimētorum priuilegiaram, & attentara ſtiuola, ob quod videbatur Senatus laxiores habere habenas, iuxtà notandam definitionem primam Antonij Fabri in ſuo Codice lib. primo tit. 10.
† vt lite penden. Dictum enim fuit, *quòd cauſa alimentorum erat inibi cauſa principalis, & vt talis erat conſideranda, quam licèt eſſet permiſſum poſſe inſtrui ſimul & ſemel cum cauſa attentatorum, debebat tamen priùs attētentatorum cauſa diffiniri*, & ita factum fuit, & executum. Imò & quòd finiretur, & terminaretur etiam cauſa ſupplicationis à prouiſione ſuper dictis attentatis interpoſita, ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Senjuſt, habuimus expectare iuxtà Senatus obſeruantiam, de qua apud Michaelem Ferrer in 3. par. obſeruant. cap. 333. incipiē. Executio prouiſionis attentatorum. Quæ li-
84 cèt † non loquatur niſi ſolùm de attentatis, arbitror ramē quod practicatur in omnibus alijs altercatis, de quibus in conſtitut. 5. ſub tit. *de altercats*, ſuperiùs adducta, præterquā in alimētis, quæ priuilegiata in hoc ſunt præ alijs, propterea quòd dilationem non patiā tur, prout aliàs ego docui in primo tomo clauſu. 4. gloſ. 18. par. 4. num. 69. nempè falſitatis, & ſpolij, etiam ſi ſit iſtud vltimū priuilegiatum, vtporè lite pendente commiſſum, prout in terminis in cauſa ſpolij lite
† pendente commiſſi *reſoluit* Senatus referēte egregio Senatore Ioanne Magarola, in cauſa Franciſci Alella biblipolæ, cōtra Paulum Ferrer, & viduā Falgues de anno 1613. in qua fuit nobis dictum per Relatorē, conſulto negotio cum ambabus Aulis ciuilibus, fuiſſe ita reſolutum, quòd prouiſio, ſeu ſententia ſpolij attentatini, non poterat executioni demandari donec finita eſſet cauſa ſupplicationis ab ea interpoſita.

De altercato falſitatis vix poterit adduci exemplar aliquod, quia vix ſuccedere poteſt caſus in quo oportuerit ꝓpeteretur executio prouiſionis factæ in dicto altercato, vtpotè quia vix dabitur caſus in quo ea opus ſit, vt de ſe patet.

85 Alium caſum † in quo non datur in Senatu executio ſententiæ donec ſit cauſa ſuppli carionis terminata, habes in noſtro 1. romo clauſ. 3. gloſ. 88. num. 59. nempè quando declaratur cauſa contentionis inter aliquos officiales. Vide Io. Papō arreſt. 5. lib. 18. tit. 1. quo in Senatu Pariſiorum de anno 1540. *deciſum* dicit, quòd ſi proceſſus reperiebatur
† ſufficienter inſtructus tempore quo erat ſuper alimentis declarandum, poterant alimēta dimitti, & cauſa principalis fieri, quod ego video vix eſſe practicabile, tu cogita.

SVMMARIA.

1 *Vxor quæ eo nomine petit pendente lite alimēta, tenetur probare ſe eſſe talem. Fundamentum ſuæ intentionis quilibet probare tenetur. ibid.*

2 *Maritus, & vxor quòd aliqui ſint, quomodo probetur.*

3 *Filiatio eſt probanda per eum qui vt filius petit pendente lite alimenta, ſummariè tamē.*

4 *Filius, qui etſi in poſſeſſione filiationis, non tenetur aliud probare ad obtinendum alimenta lite pendente.*

5 *Filiatio eſt plenè probanda, vbi non incidēter, vel ad aliquam ſucceſſionem in iudicio ordinario agitur.*

6 *Filiationis probatio reſpectu patris eſt difficillima, & ferè impoſſibilis.*

7 *Filiatio, etiam in plenarijs iudicijs, probatur ex coniecturis.*

8 *Filiatio probatur quando conſtat de vero matrimonio duorum, quia tunc filius natus in figura matrimonij præſumitur legitimus, etiamſi probetur mulierem adulteraſſe.*

9 *Pater ille eſt quem nuptiæ demonſtrant.*

10 *Filius legitimus vt quis probetur, neceſſarium eſt probare cohabitationem coniugum.*

11 *Saltem tempore conceptionis.*

12 *Filius probatur legitimus ex eo ſolo quòd in domo mariti ſit natus.*

13 *Filius præſumitur adulterinus, ſi probatur abſentia viri tempore conceptionis.*
Vel impotentia viri ad coeundum. ibidem.

14 *Filius vt natus in adulterio probetur eſſe neceſſarium iuſtificare, quòd ille de quo dubitatur, habuit rem cum muliere, & quòd id contigit quando non cohabitabat cum viro.*

15 *Filius fuit declaratus in Senatu adulterinus, probata legitima abſentia mariti tempore conceptionis.*

16 *Filius non probatur adulterinus ex quacunque abſentia mariti tempore conceptionis, ſed ex ea duntaxat per quam impoſſibilis erat viro acceſſus ad vxorem.*
Etiam ſi adſint aliæ coniecturæ. ibidem.
Deciſio noſtri, & alterius Senatus. ibidem.

17 *Filius præſumitur legitimus tametſi natus in domo concubini, & alia concurrant, ſi liber marito ad vxorem patebat acceſſus.*

18 *Filius ad iudicandum cuius ſit filius quæ coniecturæ conſiderari debeant, remiſſiuè.*

19 *Filius an præſumatur alicuius ex ſimilitudine.*

20 *Caſus rarus qui in hoc Auctori accidit.*

21 *Similitudo an cauſetur ex imaginatiua.*

22 *Inopia eſt probanda per petentem alimenta pendente lite.*
Maritus non alit vxorem, quæ non eſt in eius obſequio, ſi habet aliunde vndè ſe alat. ibidem.

23 *Filius niſi ſit pauper, non obtinet lite pendẽte à patre alimenta.*

24 *Rebuffus reprobatur quatenùs vult filium obtinere dibere alimenta lite pendente, etiam ſi non ſit pauper.*

25 *Inops quando quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis.*

26 *Fumus iuſtitiæ eſt neceſſarius ad obtinendum alimenta lite pendente.*
Alimenta lite pendente dantur etiam in prima inſtantia ante obtentam primam ſententiam. ibidem.

27 *Præſumptio iuſtitiæ, vt lite pendente dentur alimenta, debet eſſe vrgens.*

28 *Præſumptio iuſtitiæ, ſi eſt maior pro reo, quàm pro actore, non dantur alimenta lite pendente.*

29 *Præſumptio iuſtitiæ pro habendis alimentis lite pendente, debet eſſe in eadem cauſa, non in diuerſa.*

30 *Alimenta lite pendente non dantur illi, contra quem eſt exhibitum aliquod inſtrumẽtum excluſiuum ſui iuris, etiam ſi impugnetur illud ab actore.*

31 *Renuntians, etiam ſi impugnet renuntiationem, non habet lite pendente alimenta.*

32 *Mulier impugnans ſuam renuntiationem, quam dote contenta fecit, non habet pendente lite alimenta.*

33 *Minor impugnans ſuam venditionem, non habet interim alimenta.*

34 *Mulier impugnans ſuum conſenſum præſtitum in alienatione bonorum mariti, & filius impugnans ſuam renuntiationem, non alũtur interim. vbi deciſſ. noſtri, & alterius Senatus.*

35 *Quæ tamen non ſic ſimpliciter admittit Auctor, ſed tunc demum ſub eadem modificatione, ſi in iſta impugnatione impugnans non habet fumum iuſtitiæ. vbi deciſio Senatus Montis ferrati.*

36 *Impedimentum non præſtat quod de iure non ſubſiſtit.*

37 *Filia impugnans dotationem paternam non videtur boni iuris præſumptionem habere.*

38 *Authenti. res quæ, non habet locum in maioratibus Hiſpaniæ. & num. 42. vbi contrarium.*

39 *Legitima non detrahitur ex bonis maioratus.*

40 *Filius habet boni iuris præſumptionem ex qua agit contra bona paterna.*

41 *Pater non ſemper capit bonum conſilium pro filijs, & ideò eis licet de parentibus quandoque conqueri.*

42 *Filius idem ius quod habet ad petendum dotẽ, idem etiam habet ad petendum ſupplementum illius.*

43 *Mulier etiam ſenex, & poſt eius mortem illius hæredes poſſunt petere ſupplementum dotis, ſi incongrua dotatio facta ſit.*

44 *Filius quando petit legitimam ſemper dicitur habere boni fumi, & iuſtitiæ præſumptionem.*

45 *Alimenta dantur filijs lite pendente, etiam quando petunt legitimam in bonis alicuius maioratus. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

46 *Cauſa alimentorum præſentium, & futurorũ eſt ſummaria.*

47 *Cauſæ alimentorum poſſunt expediri etiam in diebus feriatis, ſed non practicatur.*

48 *Venter non patitur dilationem.*

49 *Cauſæ alimentorum præteritorum, & quæ debentur iure actionis, non ſunt ſummariæ.*

50 *Conſtitut. final. de cauſis ſummarijs explicatur.*

Cauſa

51 *Causa summaria dicitur vel respectu ordinis, vel respectu probationum.*

52 *Alimenta. In alimentis lite pendente non est necessaria plena probatio.*

53 *Probatio summaria, quæ aliàs admittenda nō foret, admittitur in alimentis.*

54 *Alimenta pendente lite recepta an debeant restitui succumbente eo in causa qui illa recepit, remissiuè.*

55 *Pauper non dicitur qui consequi potest undè se alat.*

56 *Expensæ litis non sunt pendente lite ministrā dæ pauperibus, vbi sunt aduocati, & procuratores pauperum.*

57 *Quod tamen non præticatur in nostra Cathalonia.*

58 *Moratoria concessa debitori non comprehendit causam alimentorum.*

59 *Moratoria debitori concessa an comprehendat causam dotis, remissiuè.*

60 *Moratoria non gaudet debitor cum guarentigia. vbi decis. nostri Senatus.*

61 *Constit. 1. & 4. de diuers. rescript. interpretātur. & num. 58.*

62 *Dispositio generalis non extenditur ad causas in specie priuilegiatas.*

63 *Alimentorum causa facit sistere causam spolij lite pendente commissi ex aduerso motam. vbi decis. nostri Senat.*

64 *Spolij attentatiui causa, tam de iure communi, quàm de iure nostro municipali facit sistere causam principalem, donec super illa cognitum sit.*

65 *Maritus tenetur alere vxorem, etiam quando ipsa agit ad recuperationem dotis, in vim l. si constante, ff. solu. matri.*

66 *Alimenta debentur vxori lite pendente, quādo accusat ipsa maritum. vbi decisio nostri Senatus.*

67 *Alimenta debentur etiam vxori accusatæ de adulterio.*

68 *Alimenta debentur vxori diuertenti à marito ex causa, pitā quando agitur ad thori separationem. vbi decis.*

69 *Alimenta an mulieri habitanti seorsum a marito debeantur, remissiuè. Alimenta debentur vxori litiganti cum viro. ibid.*

70 *Alimenta semper debentur a viro vxori seorsum habitanti, si id contigit culpa viri. vbi decis. nostri Senatus.*

71 *Bona mariti an sint tacitè obligata pro alimētis vxoris.*

72 *Bona patris an pro alimētis filij, & nurus sint tacitè obligata.*

73 *Alimenta lite pendente adiudicantur nedum quando agitur ad vniuersitatem bonorum, sed & quando de re aliqua particulari. vbi decisio Rotæ Romanæ.*

Surdus notatur, qui in hoc differentiam constituerit. ibidem.

GLOSSA II. PARS IIII.

Prosequitur eadem materia alimentorum lite pendente præstādorum. Vbi signanter agitur de requisitis ad ea obtinenda. Prout sunt: Inopia: Præsumptio iustitiæ: Matrimonium, vbi mulier vt vxor ea petit: Filiatio, vbi quis vt filius agit: Et reliqua.

1 QVæ requirantur † vt dentur ista alimenta, & litis impensæ, de quibus tractamus, Dic in nostro casu, quòd imprimis debet constare esse vxorem quæ alimenta petit. Hoc clarum est, non eget probatione: est enim id fundamentum suæ intentionis, ideò ab allegante probandum, l. qui accusare, C. de probationib. l. ei qui dicit, ff. eo tit. de probat. cum similib. Quomodo † autem probetur, quòd sint maritus, & vxor, vltra loca ordinaria, in quibus passim de hoc habetur, tractat benè Marius Antoninus Maceratensis variarum resolutionum

2 lib. 1. resolutio. 93. numer. 9. Filij, qui † sunt qui communiùs & sæpiùs in bonis parentum petunt alimenta, filiationem etiam probare tenentur, summariè tamen, non plenè, quia incidenter de filiatione tractatur, Bart. in l. si neget, de liberis agnoscendis, Doctores in l. si quis à liberis, §. parens, eo. tit. Sesse decisio. 13. ex nu. 8. Marescot. dicto cap. 83. nu. 16. lib. 2. vbi dicit sufficere quasi possessionem filiationis, & plures ad id Rotæ Romæ. decis. adfert, Stepha. Gratia. discep. foren. 236. nu. 43. lib. 2.

3 Certam determinationē † circa hoc dari non posse dicit Sur. de alim. tit. 1. q. 112. nu. 20. semiplenam tamē probationem requiri vel per vnum testem omni exceptione maiorem, aut aliàs, tradit ex pluribus Philip. Paschal. de virib. patr. potest. p. 2. c. 2. n. 22. Intelligitur si filius non est in quasi possessione filiationis, nam si est in ea, vlterior probatio, aut examinatio ad effectum habendi alimenta, non requiritur, de quo latè per Paschal. vbi supr. ex num. 4. vbi deindè declarat per quæ constituatur filius in hac quasi possessione filiationis.

5 Dixi ſummariam † ſufficere in hoc caſu probationem filiationis, quia incidenter de ea agitur; ſecùs foret vbi in iudicio ordinario, vel alia aliquam ſucceſsionem de ea principaliter ageretur: tunc exactior probatio ſine dubio requireretur, vt dicunt ijdem Doctores, & ſignāter probat pluribus Paſchal. vbi ſup. num. 27.

6 Sed quomodo † fiet iſta probatio, cùm ea ſaltem reſpectu patris, nedum difficillima, ſed ferè impoſſibilis dicatur, l. Lucius, ff. de conditionib. & demonſtrationib. Cyn. in l. filium, de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Surdus in optimo de hac materia conſil. primo, num. 38. libr. primo, Aſinius, qui plures refert, in prax. iudi. in 2. par. de modo probandi filiatio. §. primo, cap. 5. per totum, Maſcard. de probatio. concluſio. 787. num. 5. & ſequentib. Rota Romana apud Farinacium in 3. tomo deciſio. 332. vbi latè tota hæc materia declaratur, Paſchal. vbi ſuprà, num. 9. vbi adducit quoſdam Homeri verſus idem

7 probantes. Dic q† ex coniecturis, circa quas tamen non poteſt regula certa tradi, nec certa determinatio dari, cum illę ſint variæ. Potior autem, quæ magis ad noſtrum propoſitum, quia agimus de materia matrimoniali,

8 facit, eſt & reputatur ea, quando † conſtat de vero matrimonio duorum, & tunc ſine cō troverſia filius natus in matrimonio præſumitur legitimus, etiam ſi probetur mulierē adulteraſſe, quia vera legitimitas probatur ex matrimonio, & qui taliter naſcitur habet præſumptionem pro ſe, prout latiſſimè præ omnibus probat Pacianus de probationibus lib. 2. cap. 16. ex num. 21. latiſſimè Peregri. deciſio. 9. num. 2. Marta voto 26. ex num. 3. Paſchal. dicta par. 2. c. 2. nu. 31. Cæſar Barzi. in conſilio vnico poſito poſt deciſiones nu. 41. Surdus in citato conſil. primo num. 7. & alibi ſæpè in eodem conſilio. Ad quod allegatur

9 † cōmuniter illud axioma, Ille eſt pater, quem nuptiæ demonſtrant; quod probatur l. quia ſemper, de in ius vocan.

10 Sed nō † ſufficit iſtud ſolum, neceſſarium etiam eſt probare cohabitationem, prout pulchrè probat Surd. in dicto conſil. primo, num. 54. his verbis: *Et non obſtat quòd ex quo Andrieta erat nupta præſumendum ſit ex ea natum eſſe mariti filium, non adulteri per l. miles, §. adultera, de adulter. quia reſpondeo illud procedere quando filius eſt natus in domo mariti, nam ex ſolo matrimonio nō probatur filiatio, nec quis dicitur filius mariti ex eo ſolùm, quia inter eum, & Bertam extaret matrimonium: ſed alia debent concurrere, vt quia tempore conceptionis habitaret cum marito, vel natus ſit filius in domo mariti: ſed ſi præter matrimonium nihil aliud concurrat, nō probatur filiatio, vt probatur in cap. per tuas, de probationib. vel conſideretur an fuerit quis natus in domo mariti, vbi ab eo educatus, & in dicta l. ſi vicinis, vbi per modum conditionis dicitur ſi in domo peperit, &c.* Hactenùs Surdus. Sequitur Barzius in dicto conſil. vnico, num. 42. & Philipp. Paſchal. de virib. patrię poteſta. par. 2. cap. 2. num. 33. vbi ponderat ad id illa verba l. filiū diffinimus, de his qui ſunt ſui vel alie. iur. ibi: *Cum vxore ſua aſſi-*

11 *duè moratus*. Vel ſaltem † probari debet q tempore conceptionis cohabitabant, ex mēte Saliceti in l. finali §. primo, de probatio.

12 Vel quòd † ſit in domo mariti natus, aut conceptus, vt refert Alexander in conſ. 88. ſub num. 14. volum. 7. Hæc adducit Paſchal. vbi ſuprà. Ad quæ animaduertere debēt qui de legitimitate agunt.

13 Qui autem † contra eam contendunt, accingere ſe debent probationi mariti abſentiæ tempore conceptionis, vel impotentiæ illius ad coeundum, per quam probationem deſtruent ſine dubio præſumptionem, quæ oritur ex matrimonio, quantumuis aliquando cohabitauerint, prout plenè probat Pacian. de probationib. lib. 2. cap. 16. ex num.

14 25. Marta voto 26. numer. 6. vbi addit † ad probandum aliquem eſſe natum in adulterio, duo neceſſariò requiri, videlicet quòd vxor habuit rem cum eo, de quo dubitatur, & quòd partus fuerit conceptus dum maritus cum vxore non commorabatur, ex Dida. Couarru. in epitom. ſponſal. par. 2. cap. 8. §. 3. num. 8. & Boer. deciſio. 299.

15 Per † probationem *abſentiæ mariti, qui dereliquerat vxorem, & per quinquc, aut ſex annos ante partum vxoris ſe abſentauerat à domo, & parochia, ac toto præſenti Principatu, taliter quòd à dicta die abſentiæ, in parochia, domo, nec alibi viſus fuerat, nec de illo*

† *habita hactenùs aliqua notitia*, obtinui ego ſententia lata referente egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll 7. Maij 1610. *contra prætenſam legitimitatem*. Partes erāt Ioannes Andreas Sola, & Michael Sola. Actuar. Raphaele Paſtor. Verum eſt quòd aderant & aliq coniecturæ, ſed hæc erat principalior, & de hac fuit factum principale motiuum, & ſine qua nihil actum fuiſſet, ſicut contigit in alio caſu, quem mox proponam, in Senatu deciſo.

16 Sed aduerte † non ſufficere qualemcunq. abſentiam, & ſeu cuiuſcunque abſentiæ probationem: ſed talem fore neceſſariā, quòd fuerit marito impoſſibilis ad vxorem acceſſus, aliàs, quantumuis probetur abſentia, & diuerſa habitatio, quantumuis probetur cōmixtio, & cōuerſatio cum alijs; ſemper præſumptio erit pro matrimonio, & pro legiti-

mitate,

mitate, si aditus pateret marito, & possibilis illi foret, prout pluribus probat Cæsar Barzius in dicto consilio vnico post decisiones num.47. & latiùs Marcus Antonius Peregrinus decisio.9.per totam,vbi est ad hãc materiam præcipuè videndus.Quam doctrinam † *sequutus* expressim fuit Senatus, sententia lata referente egregio Senatore don Petro Soler, inter Elisabetham Coxos,& Ludouicum Salell, 4.Iulij 1619. Actuar. Vilella. Vbi fuit *dictum, Non sufficere ad illegitimitatem probationem factam de absentia mariti, & non cohabitatione illius cum vxore; ex qua absentia solum probabatur fuisse in ciuitate Gerundæ, quæ tantum distabat ab oppido Perpiniani, vbi mulier conceperat, & peperat, per quatuordecim leucas. Cùmque* (inquit Senatus) *non esset impossibile inde habere accessum ad illam; quod erat necessarium probare ad elidendam, & excludendam præsumptionem iuris, quã filia pro se habet, quod est nata ex dicto matrimonio, &c.* Inde fit nõ dari pro sufficienti eam absentiam, quæ non est talis quòd impossibiliter accessum ad vxorem † , tuti etiam *declaratum* fuisse in ea Rota, de qua scribit Peregrin.in cita.decis. 9. in fine ipse testatur.

Et quia dicta absentia non fuerat probata cum impossibilitate accessus ad vxorem,nihilo fecit Senatus, *assertionem matris, quæ pluries dixerat mulierem,de qua agebatur,nõ esse filiam viri sui, sed alterius personæ, quæ per eam nominabatur, nec de certificatoria baptismi eiusdem habita fuit aliqua ratio, quãuis ibi non cognominaretur cognomine paterno,sed imò concubini matris, nec nominabatur pater, sed post nuncupatã matrẽ dicebatur in dicta certificatoria*, y lo pare de secret, *sicut dici solet apud nos in vulgo quæsitis. Hæc* (dicebat Senatus) *non sufficiunt ad elidendã dictam iuris præsumptionem, quæ pro dicta N. militat, &c.* Nec denique de alijs satis vrgentibus coniecturis pro illegitimitate ex processu resultãtibus, fuit habita ratio,quia fuit existimatum & figura matrimonij etiam sine actuali,& continua cohabitatione, cum potentia tamen accedẽdi ad vxorẽ,potiores erant quibuscunq. in contrarium probatis, & ponderatis coniecturis. Habuit, vt dixi, Senatus quam sequeretur in eisdem ferè terminis, reprobantem easdem, & alias pro illegirimitate coniecturas, *Rotam Patauinã*, cuius decisiones scripsit Peregrinus, decis. 9.per totam, viden.& Mart.voto 26.notan. Vbi autem potentia accedendi non consideraretur, prout in priori casu decisio in Senatu referente Rubi & Coll,hæc in magna cõsideratione haberentur, prout ibi habita fuerunt, & signanter *certificatoria baptismi, in qua nominabatur quidem mater, sed non pater, dicendo,* fill de tal, y &c. *& publica vox & fama statim orta in victoria, quòd adulterium commiserat, & partus non erat mariti, nec filius erat legitimus.*

17 Aliam † ego etiam habeo causam in Senatu de eadem re,in qua puro me obtenturum, quòd licèt puer natus sit in domo concubini, vbi mater illius pane, & vino viuebat, & in eadem concubini domo habitabat, & vt filius à concubino, & alijs furrit semper tentus,& reputarus, & vt talis eodẽ instante legitimatus, legitimus nihilominùs iudicabitur, quia in eadem domo etiam maritus habitabat, & liber ad vxorem patebat accessus. Hæc sic latè volui tibi proponere, vt scias qualiter te habere debeas si velis legirimitatem,vel è contra illegitimitatem euidenti probatione concludere.

18 Alias † plures coniecturas ad iudicandum cuius quis sit filius, habes apud Doctores suprà citatos, & signanter apud Petrum Paulum Parisium in consil.10.& 29.volum.2. Surdum in allegato consil.primo ex n.55. Bursatum consil.88.& 89.volum.primo, Barzi. post decisiones consil.vnico ex num.51.Stephan.Gratian. discceptatio.forensi 562. per totam, & Philipp.Paschal.in allegato tract. de viribus patriæ potestat. par.2.cap.2.per totum, & signanter ad propositum ex num. 42. videndum quoties casus occurrerit,quibus iuuari poteris cùm de hac re aliqua incider quæstio.

19 Inter alias † ponũt plures similitudinem vt eius præsumatur quis filius,cui similis est, siue mariti sit ille, sine adulter, de qua per Parisium in dicto consil.10. num.59. & Decian.in consil.primo,num.117. vol.3. & Philipp.Paschal.in sæpè citato tractar.dè virib. pat.potest.par.2.cap.2.num.50.

20 Circa hanc † coniecturam mihi successit rarissimus,& vix credibilis casus. Post obtentam victoriam in suprà relata causa, quæ Relatore Rubi & Coll in Senatu fuit declarata, venit ad me meus clientulus, pro quo lata fuerat sententia, & absque eo quòd eũ vnquam vidissem, nec mihi quis esset diceretur, iudicaui ex physonomia eundem ipsum esse ,quia tanta erat in eo similitudo cũ illo qui succubuerat, qui se faciebat filium fratris sui, vt nihil suprà. Terruit me tessera, quomodo innicem compariebantur, & iste homo fuisset declaratus non filius illius, cum cuius fratre tantam habebat similitu-

21 dinem ? Est hoc † forsan illud,quod de muliere pariente filium Aethiopi similem dicunt, propterea quod cùm rem cum marito habebat, aspiceret alterius similis Aethiopis effigiem, quam in cubiculo suspensam habebat?

habebat, & in eo præmeditabat? Aut illud quod de gregibus Iacob nos docet Scriptura facta Geneſis cap.30.eos diuerſis coloribus refertos conſueniſſe naſci, ex quo poſtulat Iacob in canalibus vbi effundebatur aqua ad bibendum, quaſdam virgas diuerſorum colorum, vt cùm veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas illas,& in aſpectu earũ conciperent? Aut denique eſt hoc illud, quod dicunt, adulteras cõſueuiſſe patere filios non patri ſimiles,ſed marito, quia in illo actu de matito cogitant timentes ne eas veniens in crimine deprehendat? Neſcio quid ſit: ſolùm ſcio iſtud quod tetuli mihi cõtigiſſe. Ex quo colligas quàm parùm ſit in hac ſimilitudinis cõiectura cõfidendum. Redeamus ad alia requiſita pro habendis alimentis, de quibus agimus.

22 Inopia † eſt aliud, & illud quidem principale requiſitum, in quo cùm omnes concordent, non eſt quòd vltetiùs comprobemus:quod requiſitum nec mulier effugit quę petit à marito alimenta, quando ſicut hæc, quam fingimus,non eſt in ſeruitio viri: licèt enim communiter dicatur quòd maritus tenetur alere vxorem, etiam ſi habeat aliũdè. De quo puncto per Surd.in tracta. de alim. tit.primo, quæſtio.32.per totam,Molfeſius ad conſuetudines Neapolitanas pat.5.de alimen.præſtan.quæſtio.11.num.25. Id tamen fallit quando non eſt in illius ſeruitio, & obſequio: tunc enim requiritur proculdubio in ea inopia ſicut in reliquis, vt per Alexand.poſt Cyn.Bart.Salicet.& Caſtren.in l. quod in vxorem,num.7.inn fin.C.de negotijs geſt.Natta conſil.547.num.13.& 14.Rota Romana apud Cęſarem de Graſſ.deciſio. 115.num.5.

23 Nec† eriam † filius eximitur ab hoc requiſito, ſi enim pauper non eſt taliter quòd non habeat vndè ſe alat, non obtinebit hæc alimenta, l.extraneo,de ven.in poſſeſſ.mitten.Abb.in cap.cum haberet,de eo qui dux. in matti.quam pollu.per adulter.quaſi tunc ceſſet æquitas, propter quam deceruuntur alimenta, prour eriam ceſſat timor, ne ob inopiam deſetatur perſequutio tetum ſuarũ modico recepto, Molina de primogen.Hiſpanorum lib.2.cap.16.num.46.Surd.de aliment.titul.primo,quæſtio.112.num.30. latè Stephan.Gratian. diſceptatio. forenſi 236. num.30.& 31. Mareſcot.variar.reſolutionũ
24 lib.2.cap.83.num.19. cum quibus † ego tetutabam quod quidam alius Aduocatus,qui mecum cauſam Excellentiſsimæ Duciſſæ de Alburquerque defendebat, inter informandum dicebat, quòd non erat neceſſaaia probatio inopię in filia,ductus quadam Rebuffi doctrina, quam expreſſim Surdus loco cita. num. 24. tefellit, latè Ioannes del Caſtillo Sotomayor controuerſiarum iur. lib.3. cap.
25 27.num.4. Sed ſi † qualis inopia ſit ptoban da quęras. Reſpondeo, quòd non poteſt in hoc certa regula tradi, cùm quod in vno diuitiarum nomen meretur, in alio paupertas & inopia, ſecundùm diuerſas eorum conditiones, plerumque dicatur. Ideò id dijudicare in prudentis Iudicis arbitrio communiter Doctores reliquerunt, Menochius,qui pluribus probat, de arbitrar.iudic. caſu 65. Surdus de aliment.tit.7.quęſt.9.num.10.& quęſt.37.tit.9.Molina de primogen.Hiſpanorum lib.2. cap.16.numer.46.Ioannes del Caſtillo Sotomaior controuerſiarum iuris lib.3.cap.27.num.6. Cæſar Barz.deciſione 129.num.5.

26 Tertium eſt † requiſitum, quòd is qui alimenta petit,habeat fumum, & ſeu præſumptionem boni iuris,aliàs non poteſt alimẽta obtinere pendente lite, nec eſt neceſſe obtinuiſſe iam primam pro ſe ſententiam, inx.tex.in l.ſi inſtituta,§.de inoffic.ff.de inoff.teſt. qui tamen id non requirit, ſed contingentiam facti narrat, in qua ſucceſſerat, quòd iam habebat ſententiam pro ſe filius, qui ibi alimenta petebat: In hoc omnes cõcordant, nemo diſcrepat: Infinitos ad hoc allegat Molina in allegato cap.16.lib.2. nu. 36.& 37. vbi dicit, quòd hoc iure vtimur, Surdus tit.1.quęſt.112.num.27. cum duobus ſequent.Sotomaior d.cap.27.lib.3.controuerſiarum iur. nu.13. qui alios referunt penè infinitos.

27 Et hæc † quidem præſumptio debet eſſe vrgens, alioqui leuis non ſufficit, prout aduertit Didac.Couarru.in practi.quęſt.cap.6. num.6.verſic.Nec tamen negauerim, Molina citato cap.16. num.37. lib.2.Menochius de præſump.q.35.n.6.lib.1.Sotomaior allegato cap.27.num.13. qui dicit, † quòd ſi vrgentiores præſumptiones ſunt pro reo, quã
28 pro actore, nunquam eſt locus taxationi ali-
29 mentorum pendente lite. Et † debet etiã eſſe dicta præſumptio in eadem cauſa, nec ſufficeret in diuerſa,vt ſi ageretur de poſſeſſorio, & oſtenderetur bonum ius in petitorio, vt ijdem Doctores docent, & ſignanter Menoch.qui Pontanum refert, de alimentis
† cap.13.num.6.qui tellatur ſic *obſeruaſſe* Rotam Romanam.

30 Ex defectu † huius requiſiti ſuccumbunt facilitet illi, quibus exhibetur in iudicio aliqua ſcriptura, quæ omninò illorum intẽtionem excludit, etiam ſi illam actores impugnent: tunc enim cùm non adſit ille boni iuris fumus, qui requiritur,non dantur alimẽta, optimè Molina in ſæpè citato cap.16. n. 45.Sotomaior in allegato cap.27. num.70.

Mala-

Milanen. deciſio. 17. num. 24. cum ſequentibus, lacè Surdus de alimentis titulo primo, tota quæſtione 113. benè Stephan. Gratian. diſceptatio. foren. 236. num. 42. qui † dicit rationem eſſe, quia actio contra renuntiationem ſtat in cognitione cauſæ, qua durante, contractus in ſuo ſenſu permaner, donec per ſententiam reſcindatur; quod priùs dixerat Guillermus Benedictus in cap. Raynutius, verb. duas habens filias, num. 249. in fi. verſic. Sola ergo ſimplex renuntiatio, de teſtament. Ioannes Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 100. numer. 15. plenum de hoc eſt Feder. Scoti reſponſ. 20. tom. primo
32 lib. 5. qui † pro hac opinione conſuluit adverſus mulierem expugnantem ceſſionē multiplicis hæreditatis in fratrē, tenuiſſima dote accepta, expoſitam, & interim lite pendente alimenta, & litis impenſas poſtulantem, eo quòd tunc præſumptio iuſtitiæ nedum non aſſiſtat, ſed imò teſtillat agenti, cū præſumatur ſemper pro contractu. De eodem caſu agit Carolus Puteus in conſil. vni. poſt conſilia Oddi num. 31. Ioannes Baptiſta Coſta de portione tata quæſt. 59. num. 7.
33 Bota conſil. 64. num. 13. qui tractat † de minore impugnante ſuam venditionem. Pro-
34 pter quod † vxori, quæ conſenſerat vendi-
† tioni bonorum mariti, fuerunt *denegata* alimenta pendente lite ſuper dictis bonis, quia dictus conſenſus tollebat præſumptionem quam pro ſe habere poterat, refert Ioānes Gallus quæſtio. 122. & eſt deciſio in terminis in noſtro Senatu antiquitùs facta, quam vidi in Archiuo Regio, ſub die 28. Maij anni 1568. in qua in terminis terminantibus
† fuit *reſolutum*, quòd pendente iudicio reciſorio renuntiationis, & diffinitionis factæ per filium, vel filiam iuribus paternis, & maternis, non erat locus taxationi alimentorū petitæ per renuntiantem. Partes erant Ioannes Peo, & Ioanna Llorença. Iudex egregius tunc Senator N. Borras. Habuit Senatus quod ſequererur exemplar in proprijs terminis Pariſijs factum, quod refert Guillermus Benedictus in cap. Raynutius, verbo, duas habens filias, num. 249. in fin. vbi idem prorſus quod in noſtro Senatu refert fuiſſe
† in Pariſienſi *declaratum*.
35 Id quod † ego non ita faciliter reſoluerē, ſed cum diſtinctione etiam ſuprà facta, ſi adeſt præſumptio iuſtitiæ, & ſeu boni iuris, vel non, quamuis enim renuntiatum ſit per filium, talia tamē poſſunt deduci contra renuntiationem, vel de enormiſſima læſione, quæ vt plurimū in his interuenit, vel de dolo, aut metu, aut alia iuſta cauſa, quòd reuiui ſceret præſumptio illa boni iuris, quā fitius habebat ad bona paterna antequam renuntiaret, de qua in l. nam etſi parentibus, de inofficioſo teſtament. & in l. ſcripto, ff. vnde liber. Farinacius deciſio. 260. num. 6. par. 2. deciſionum. Hæc ſunt de mente omnium, quos ſuprà retulimus, ad probandum renuntianti non dari alimenta. Et ſignanter Surd. in citata quæſtio. 113. num. 7. tit. primo, re-
† fert *reſolutionem* Senatus Montiſferrati, qua fratri taxata fuerunt alimenta, & litis expēſę pendente iudicio reciſorio, quod fuerat intentatum contra quandam ceſſionem in fauorem fratris factam. Et eſt ratio mani-
36 feſta, † quia tunc cùm conſtat de fumo boni iuris aduerſus diffinitionem, & renuntiationem, eadem ratio militat, & poſſumus non iniuſtè applicare regulam, non præſtat &c. de regul. iur. in 6. Conſulo tamen, vt optatus conſequatur exitus, quòd priùs quàm petantur alimenta, & litis ſumptus, iuſtificentur quantùm fieri poſſit cauſę quę faciunt contra renuntiationem, quo facto, non poterunt alimenta prędicta denegari, & litis expenſę. His vſus ſum in plutibus cauſis, & benè ſucceſſit.
37 Ex defectu † huius requiſiti exiſtimabatur in cauſa Excellentiſſimę Duciſſę de Alburquerque quòd nullo modo erant ei pendente lite alimenta taxāda, & litis ſumptus, quia in omni eo quod petebatur nedum nō aſſiſtebar ius, ſed imòreſiſtebat, & ſic nedū non aderat boni iuris præſumptio, ſed imò ē contrario, mali iuris. Imprimis enim petebatur ſupplementum dotis, impugnando dotationem paternam, in quo (inquiebant) poteſt filia minorem iuſtitię præſumptionē habere? Nonne præſumitur ſemper pater pro filia bonum capere conſilium? Clarum eſt quòd ſic, vt alibi in hoc opere probauimus luculenter, nec eſt neceſſe repetere, adeò vt dixerimus, quòd vix poſſint paternę dotationes impugnari, tantam illę habēt pro ſe præſumptionem: ibi videatur.
38 Præterea dicebant, † quòd dictę Excellē-tiſſimę actricis parentes nulla alia habebāt bona cùm dotem conſtituerunt, nec alia reliquerunt cùm mortui ſunt, quàm quę erant de maioratu, in quo Excellentiſſimus modernus Dux, contra quem agebatur, iure proprio ſucceſſerat, cùmque in bonis maioratus, & illorum reſpectu non habeat locum authen. res quę, C. commu. de legar. vt ex eis in defectum liberorum poſſit ſuppleri dos, vt probant quos alibi in hoc opere citauimus dum authenticam prędictam explicaremus clauſul. 5. gloſſ. prima par. 2. num. 99. Inde fieri exiſtimabant quod ſublata dici deberet omnis omnino boni iuris, & iuſtitiæ præſumptio.
39 Deinde † legitimam (inquiebant) petit dicta

dicta Excellentiſſima Duciſſa in bonis maioratus, cùm alia non exrent, nec vnquã exrirerint, quid magis vanum, quàm ſimilem pretenſionem tenere? maximè reſpectu eorum qũi non ſunt filij primi inſtitutoris maioratus, imò multis ab eo gradibus diſtant, per ea quæ nos etiam in hoc eodem opere diximus in ſuprà citata gloſſa 1.par.2.num. 112. & probauimus. Corruit ergo (dicebant) ex quacunque parte negotium conſideremus, quæcunque alias conſiderari poſſit boni iuris præſumptio.

40 Sed reſpondebamus. Primò, † generaliter, quòd filia agebat pro ſuis iuribus nullarenus renuntiaris, contra poſſeſſorem bonorum parentum ſuorum, imò contra illorum hæredem; quo præſuppoſito clara erat boni iuris præſumptio.

41 Secundò, † particulariter quoad dotẽ dicebamus, quòd præſuppoſita læſione, quę in dotatrone erat, ſolùm enim dos viginti quatuor millium ducatorum data Excellentiſſimę Duciſſę erat, cùm probatum eſſet debuiſſe dari ſicuti in ea familia conſuetum erat, à ſeptuaginta ad centum millia, non erat multum quòd contra dotationem parentum ageremus: id enim quod dicitur patrẽ præſumi capere bonum conſilium pro filio, admittit probationem in contrarium: vili enim ſunt parentes qui notabiliter filios læſerunt: ad quid enim aliàs poſiri eſſent tituli de inofficio.dot. de inofficio.donat. & de inofficio. teſtamen. & ſimiles, qui pleni ſunt querelis filiorum contra parentes propter illorum deceptiones, & captiones, prout in eodem loco, quem ſuprà pro contrario citauimus, & nos aduerrimus, & probauimus. Vndè ſuppoſitis ſupradictis, non deerat boni iuris præſumptio, imò militabat ex omni
42 ſui parte: id enim † ius quod filia habet ad petendum dotem, quando nulla fuit ſibi data, idem proculdubio comperit eidẽ ad petendum ſupplementum doris quando incõpetenter fuit dotata, Bald. in l. final. num. 4. Cod. de dotis promiſſio. Anro. Sola ad cõſt. Sabaud. tit. de aliena. bonor. minor. mulier. gloſſ. 2. num. 1. & 13.

Nec illud quod de authent. res quę, quòd non habeat locum in maioratibus, tam firmum eſt, vti exiſtimabatur, quod, quia iam alibi in hoc etiam opere probauimus, ideò hic omittimus, ibi deciſio. noſtri Senatus retuli in contrarium in hoc eodem negotio inter eaſdem partes factam.

43 Mirabar quod † etiam allegaretur contra nos, quòd noſtra Excellentiſſima Duciſſa eſſet iam ſenex, non in ętate nubili: id enim non prohibet quin ſupplemẽtum dotis poſſit peti, imò ad hęredes hęc petitio tranſmittitur poſt mortem mulieris, quantò magis poterit ipſa in vita petere in quacunque ętate ſit conſtituta, quod pleniſſimè probat Menoch. conſ. 251. num. 23. vol. 3.

44 Quoad caput † legitimę particulariter dicebamus in nulla alia re maiorem boni iuris præſumptionem filium habere, quàm in hoc, ex l. nam erſi parentibus, de inofficioſ. teſtamento, & l. ſcripto, ff. vnde liberis. Si ea erat ſoluenda ex bonis maioratus, vel non, id poſtea erat declarandum, ſaltem negari nõ poterat quin alimenta in locum dictę legitimę deberentur, vti fuſiùs in hoc eodem opere ſuprà comprobauimus clauſu. 5. gloſſ. prima part. 2. num. 116. Vndè non deficiebat præ-
45 ſumptio inſtitię, maximè † ſtante exemplari in eadem domo de Cardona, quòd filijs petentibus legitimam in ea, fuerunt penden
† te lite alimenta *decreta*, non obſtante quòd adeſſet in ea domo idem maioratus, qui nũc prout vidi in ſententia dictarum legitimarum, quæ eſt in proceſſu cauſę Ducalis, quam nobilis Ioſephus Folch de Cardona ducit contra modernum Ducem, ad relationem egregij Senatoris don Petri Soler, Scriba Hieronymo Boſch, de qua alibi memini, vbi expreſſim fit mentio de alimentorum prouiſione in dicta cauſa facta, per quę fuit effectum, vt his non obſtantibus, alimenta
† in vtraque Aula *obtineremus*, vt ſuperiùs iam dixi.

46 Sed quia † frequentes controuerſię in praxi occurrunt quando petuntur alimenta, ſi re quiſita ſupradicta neceſſaria ſunt probata; ſi conſtat de filiatione, vbi de ea agitur; ſi de inopia; ſi de præſumptione boni iuris; ideò paucis explicabo quomodo de his conſtare ſufficiat, cum quo diſcurſum hunc de alimẽtis abſoluam.

Aduerto igitur, quòd hęc cauſa alimentorum præſentium, & futurorum, quę officio Iudicis petuntur, eſt & dicitur cauſa ſummaria, & ideò in ea debet procedi ſummariè, & de plano, vt in l. ſi quis à liberis, §. 2. de liber. agnoſcen. prout probant Surd. latè de aliment. tit. 8. priuileg. 2. per totum, Cęſ. Barz. deciſio. 69. num. 7. & 27. Alex. Trentacinq. variarum reſolutionum libr. primo, rit. de alimẽt. reſolutio. prima num. 16. Steph. Gratian. diſceptatio. foren. 33. num. 22. &
47 23. vbi † aſſerunt priuilegium iſtud extendi vt poſſint eiuſmodi cauſę expediri etiã diebus feriatis: quod tamen in hoc ſupremo Senatu nunquam viſum eſt, nec auditũ, nec fieri poteſt, quia ſimilibus diebus non aperiuntur tribunalia, nec congregatur Senatus, & neceſſarium foret vt prouiſiones fieri valerent, Ratio non eſt quòd adducatur, quia
48 ſatis illa patens eſt, quia † venter, vt communi-

muniter dicitur,& omnes qui viuimus experimur, non paritur dilationem. Vide rationem rationis multùm philoſophicam apud Ioannem Petrum Bimium conſil.167.num. 20. quæ neſcin ſi ſic tibi placuerit quemadmodum monſtrat Auctor in ſummario ſibi placuiſſe, lege eam, & ridebis hominis ingenium.

49 Dixi † in iſtis alimentis futuris, quæ petuntur officio Iudicis à paupere, & non habente vndè ſe alat, nam in alimentis præteritis, & quæ petuntur iure actionis ab habẽte vndè ſe aleret, aliud eſſet, prout ijdem Doctores explicant, quia tunc ceſſat ratio propter quam ſummariè, & de plano, & cũ celeritate alimentorũ cauſa tractetur. Quod

50 tu † applicare poteris ad noſtram conſtitutionem finalem, tit. de cauſis ſummar. quæ inter ſummarias connumerat cauſam alimẽtorum, erit enim intelligenda dumtaxat in illis alimentis, de quibus Doctores citati loquuntur.

51 Et non ſolùm † habet cauſa horum alimentorum hoc priuilegium, quòd ſit ſummaria, ſummarièque tractanda reſpectu ordinis, de quo puncto loquuntur Doctores paulò ante allegati, ſed etiam reſpectu probationum, qui ſunt duo modi, & differentiæ ſummariæ cognitionis, quam ponunt Doctores. Alia enim dicitur ſummaria reſpectu ordinis, quando proceditur de plano: alia reſpectu probarionum, quando ſemiplenæ probationes, præſumptiones, & indicia ſufficiunt, vt declarat inter alios Andr. Gail practicarum obſeruationum lib. primo, obſeruatio.106.num.3.

52 Conſiſtit † ergo priuilegium quòd non eſt neceſſaria plena probatio requiſitorum vt decernantur alimenta, ſed ſufficit quædam ſummaria cognitio, etiam per vnicum teſtem, prouti docent Didac. Couarru. in practic. quæſtio.cap.6. num.8. & in epitome ad 4. Decretal. par.2.cap.8.§.3.num.6. Molina de primogen. Hiſpanorum in ſæpè citato c. 16.num.39.lib.2. Menoch. quæſtio.35.num. 31.in fin.& num.32.lib.1. Ioannes del Caſtillo Sotomaior quotidianarum controuerſiarum iuris lib.3.cap.27. nu.21. Stephanus Gratianus lib.3. diſceptatio.foren.567. nu. 25.vbi dicit poſſe induci Iudicem ad decernendum iſta alimenta ex lectura atteſtationum, quæ adhuc non ſint publicatæ, quod idem etiam anteà dixerat diſceptatio. 235. nu.50.lib.2. Idem Stephanus Gratian. lib. 3. diſcept.foren.562.num.22.vbi dicit materiam alimentorũ leuiores requirere pro-

53 bationes. Vndè † dicebat pulchrè Setaphi. de Oliuar.deciſio.41. Rotam Romanam in materia alimentorum non multùm rigoroſè † & per apices iuris procedere, & ideò *admiſſam* fuiſſe inibi paupertatis probationem ad effectum alimentorum, quæ aliàs admiſſa non foret.

54 Et hoc quidem † eſt neceſſarium quòd ita fiat, quia aliàs fruſtrà tractarent D. & ires quæſtionem, num ſuccumbente pollea actore in cauſa principali, quod neceſſum eſt ſuccedere debere ex defectu probationis ſui iuris, teneatur ſuccumbens quod pro alimentis pendente lite recepit, reſtituere, de qua ego pluribus egi, eam negatiuè reſoluens, in primo tomo clauſu.4.gloſſ.18.par.4.nu.79. adde Vincen.de Franch. tota deciſion.614. Fruſtranea (inquam) foret hæc quæſtio, quia ſi ad decernendum alimenta requirebatur plena probatio, nec aliter illa decernerentur, non poſſet fieri quòd poſteà amitteret cauſam actor, & conſequenter non eſſet tractandum vnquam de reſtitutione. Ponitur autem ea quæſtio cum magna ratione, quia diuerſæ debent eſſe & efficaciores probationes quę concludant pro cauſa principali, quã quæ factæ ſunt pro alimentis. Vnde videntes Doctores fieri poſſe quod quis obtineat in cauſa alimentorum, & deindè ſuccumbat in cauſa principali, vtpote quia probatio, quæ facta fuit ſummariè pro alimentis, & ad ea, propter alimentorũ priuilegia, ſufficere viſa ſit, non ſufficiat ad cauſam principalem, ideò quæſtionem ſupradictam iure optimo mouerunt.

55 Hæc digna † multùm ſunt quòd aduertãtur ad effugiendum amaritudines quamplurimas, quas quotidiè circa ea ſuſtinent qui alimenta petunt, ſtatim enim & Iudices & partes eis opponunt, ſi requiſita ſunt probata, ſi de bono iure conſtat, aliquando volunt examinare merita cauſæ principalis ac ſi illa decidenda foret, quod ego expertus loquor, cui in diuerſis cauſis id contigit, & ſignanter in illa Ducillæ de Alburquerque, de qua latè ſuprà, in qua pars aduerſa volebat bonũ ius in cauſa debere eſſe probatum, ſicut ſi cauſa principalis foret tunc decidenda. Et contra inopiam opponebat infinita, nulla probatio ei apparebat ſufficiens, & ſignanter volebat diſcuſsionem fore imprimis faciendam de nonnullis actionibus, quas habebat dicta Ducilla contra nonnullos debitores, allegãs non poſſe dici pauperem, qui habet actionem ad conſequẽdum illud ex quo ſe poteſt alere, Srephan. Gratian. diſceptatio. forenſi 132.num.46. iuxtà conſil. Gabriel. 25. par. prima, Rota Roma. apud Farinacium in 2.par.deciſio.260. Viuius deciſio.523.num. 15. Gratian. deciſio.529. ex num.5. qui videntur velle neceſſariam eſſe hanc excuſſionem. Vicimus tamen, per ea quæ hic adduximus,

ximus quòd ſufficiebat qualis qualis informatio de bono iure, & quoad inopiã, quòd ea erat plenè probata, & quoad excuſſionẽ, habebat Ducisſa ſufficienter iuſtificatum, ad effectũ de quo hic, debira eſſe inexigibilia.

56 Vtrum aduertit † Ioan. Bot. in conſil. 64. num. 10. in Republicis vbi ſunt Aduocati, & procuratores paupecum de publico conſtituti, debent autem eſſe in omni Republica benè inſtituta, ſibi videci quòd pauperibus nõ ſint expenſæ litium miniſtrandæ lite durante, cùm non ſint neceſſariæ, attento habent de publico quorum in hoc opecis vtantur.

57 Ad quod non † video fuiſſe vnquam animaduerſum in hac Prouincia, vbi etiam ſimiles Aduocatos, & procuratores pauperum habemus; neſcio ſi quia ſcimus eos eſſe tam occupatos in cauſis ceiminalibus pauperum deſendendis, quibus præcipuè intendunt, quæ ſunt multæ, vt vix ſit quòd ad ciuilia reſpicere valeant. Vel quia viſum ſit non ſemper poſſe cauſas prædictas ciuiles pauperum eis cõmitti, nec iuſtũ eſſe pauperes obligare ad eorũ ſolis operis viẽdum, & ad eos ſolos reſtringere coſdem, nou videtut rationi conſonum. Vel denique quia aliæ ſunt litiũ expenſæ, præter ſalaria Aduocatorum, & procuratorum, totrẽ ad omnia ſimul attenditur dum in Senacu noſtro Botæ opinio non practicatur.

58 Facio finẽ † cum quæſtione quæ hoc anno 1618. mota fuit inter aliquos, diſputationis gratia, cùm publicara fuic ceeta moratoria conceſſa per Suam Maieſtatem Marchioni de Aytona contra ſuos creditotes, propter depopulationem locorum ſuorum per expulſionem Maurorum. Marchioni (inquã) & illis, qui dicta loca populareur, applicando caſui conſtitutionem 4. ſub tit. de diuerſis reſcriptis, iuxtã votum (vt ferebatur) nõ maioris, ſed imò minoris partis ſacri Senatus, ſupce hoc anteà pet Suam Maieſtatem conſulti, ve infrà dicetur, dubitatum fuit, an ſub his inducijs, & moratorijs comprehenderetur debitum iſtorum alimenrorum. Dixi quòd non: priuilegiatum enim in hoc repetitur: de quo puncto tota eſt deciſ. Surdi † 323. vbi latè hoc probat, & ſic *deciſum* eſſe affirmat.

59 Item etiam † fuit quæſitum, num moratoria comprehenderet cauſam dotis. Allegaui ad id Vincent. de Frauch. deciſio. 219. per totam, vbi latè quæſtionem diſputat, & additio. ad Capicium in deciſio. 183. in litteta A.

60 Quæſitum † finaliter fuit an obligatus cũ ſcriptura tertij, & inſtrumento guarentigio gaudeat, gaudereque debeat priuilegio moratoriæ. Dixi quòd non, obſtante cap. 2. Regis Ferdinandi Secundi in prima curia Barcinone, quæ eſt conſtitutio. 6. ſub tit. de diuerſis reſcriptis &c. & quia priuilegium ſcripturæ tertij reijcit omnes exceptiones, præterquam ſolutionis, de qua conſtet per publicum inſtrumentum, vti habetur in tit. de actionib. & obligationib. in volum. pragmaticatum cap. 6. incipien. Noueritis, & cap. 7. incip. Ad noſtrum. Atque ita expreſſim Senatus *cenſuit*, & dixit 18. Iunij 1556. inter † Franciſcum Molec, & Bartholomæum de Puigmido, coram egregio olim Senatore N. Miralles, quòd ſcilicet obligatus ſub pœna tertij non gaudet moratoria per dominũ Regem conceſſa, & fuerunt in concluſione poſita eadem ipſa, quæ ſuprà dicta fuere.

61 Per quæ, † & per conſtitution. 2. ſub eodem tit. de diuerſis reſcript. &c. & pec conſtitut. 2. ſub tit. de execut. cenſual. prohibẽtes omninò moratorias, & elongamenta in Carha- † lonia, de eodem anno 1618. fuit *reſolutum* in Senatu iunctis ttibus Aulis, qui conſultus ſuper hoc fuerat, non poſſe Duci Seſſæ concedi moratoriam, quam ad exemplum Marchionis de Aytona, licèt non ex eadem cauſa, petebat aduerſus ſuos creditores innitos: nec creditum ſuit conſtitutionem 1. ſub tit. prædicto de diuerſis reſcript. &c. quę habet in iure concordantem l. vniuerſa, C. de precib. Imperat. offeren. ſub cuius conſtitutionis forma dicebat Dux ſe velle ſibi concedi moratoriam, non eſſe derogacã per alias conſtitutinnes ſequentes ſupra relatas, ſicut prætendebatur. Sed quia materia eſt extranea inſtituti quod proſeqnimur, ideò ampliùs non moror.

62 Solùm aduerto † quoad peimum caſum alimentorum ſuprà propoſitum, nihil mitũ ſi ita declaratum ſuit, cùm alimenta ſint admodum peiuilegiata, vt eſt notum; conſtat autem quòd generalis diſpoſitio non extenditur ad cauſas, quæ ſunt in ſpecie priuilegiatæ, glo. in l. 3. C. de ſileutiar. lib. 11. & alij adducti per Sucd. in citata deciſ. 323. nu. 6. Idem Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 20. nu. 6. & tit. 9. quæſt. 9. nu. 9. vbi reſpectu alimentorum le quitur.

63 Et vt † magis mireris, & pluris habeas ab hinc priuilegia harũ alimentocum cauſarũ, nota caſum, qui me Aduocato contigit decidi de anno 1610. coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt. Balthaſar Folchs mouerat contra Aneichum Chriſtophorum patrem cauſam in Senatu coram dicto Sẽjuſt, petendo tres mille libras ſibi promiſſas in contractu ſui mateimonij: oppoſuit pater de quodam ſpolio pendente lite, vel, quod idẽ eſt, paulò ante per filium commiſſo. Poſt hoc petijt filius pendente lite ſibi alimenta decerni,

cerni, dicens se non habere vndè se aleret.

64 Contradixit parer, † nolens quòd de hoc tractaretur, donec causa spolij attentatiui esset terminata, iuxtà constitutionem finalẽ sub tit. de altercatis, quæ denegat audientiã spolianti, donec purgauerit spolium, & facit supersedere in causa principali, & ex consequenti in appendicijs illius, de quibus est alimentorum causa, quæ incidit in causa principali, in quo concordat constitutio cum iure communi, iuxtà cap. cum dilectus, de ordine cogni. Gail obseruat. 75. num. 5. lib. 2. Talirer habuit Senatus pro priuilegiata causa alimentorum, vt *censuerit* ipsam excedere priuilegia spolij attentatiui, nec comprehendi sub dicta constitutione generaliter loquente, atque ita procedendum fore, & esse in causa alimentorũ, non obstantibus in contrarium deductis, declarauit 26. Maij 1610.

† quæ *confirmata* postea fuit contrario imperio in eadem Aula 2. Iulij eiusdem anni. Scriba Iacobo Bas.

65 Redeamus † ad institutum propriæ materiæ alimentorum à marito vxori debitorum. Ex supradictis enim iunctis aliquibus quæstionibus, quas de eadem materia proposui in primo tomo, satis, superque arbitror mareriam alimentorũ lite pendente remanere elucidatam, & dicamus ampliati & extendi quod diximus de obligatione mariti circa alimentationem vxoris, vt procedat eriam quando mulier agit ad recuperationem dotis, vigore l. si constante, ff. solut. mattimo. vt probat Aluar. Velasc. consulrat. 1. num. 5. Costa de remed. subsidiar. remed. 100. num. 13.

66 Irem vxori † accusanti maritum lite pendente debentur alimenta, Velasc. dicta consultatio. prima, num. 5. Capella Tholosana quæstio. 88. Molfes. in consuetud. Neapolit. par. 5. quæstio. 11. num. 29. & 30. Surdus de alimentis tit. 4. quæstio. 23. num. 38. Sanchez de matrimonio lib. 10. de diuortio, disputatio. 8. num. 28. in fin. tota de hoc est decisio

† nobilis Ludouici à Peguera 20. vbi ita *decisum* in nostro Senatu refert.

67 Item † mulieri accusatæ de adulterio debentur etiam lite pendente alimenta, Velasc. vbi suprà, & Costa dicto remedio 100. num. 12. tota de hoc est decisio Triuisan. 16. lib. 2. vbi pro hac opinione optimis rationi-

† bus *decisum*, Sanchez de matrimonio libro 10. de diuortio disputatio. 8. num. 28. Bora consil. 24.

68 Item † quando mulier exit à domo viri ex causa, purà quando agitur ad thori separationem, debentur etiam alimenta, Rot. Roma. apud Farina. decis. 127. & 250. in 3. vol. decis. quod prodijt cum 2. vol. conss.

69 An autem † mulieri debeantur habitanti seorsũ à viro, plures distinctiones facit Alexan. Trentacinq. variar. resolutio. lib. primo tit. de alimentis resolut. prima num. 31. totum de hoc est consil. 160. Pottij Imolensis videndum, Sanchez de matrimonio libro 9. disputario. 4. ex num. 19. Et generalitet quotiescunque mulier litigat cum viro, submini strantur ei alimenta, Milanen. qui plures allegar, decisio. 16. num. 44. & Trentacinq. in eitara resolutio. prima de aliment. num. 37. Marcus Antonius Genuensis in prax. Archiepisco. cap. 27. Cephal. consil. 127. lib. primo, Bota consil. 24. num. 10. & consil. 64. num. 8. Alios casus pete tibi à Doctoribus in discursu à nobis citatis, apud quos omnes procul dubio reperies qui contingere possunt.

70 Inter eos est † quem semper præ oculis habeas sæpè vsufrequentem vt miseris mulieribus subueuias, quando non sua, sed mariti culpa mulier ab eo diuerrit, & seorsum habitat, tunc ad alimenta procul dubio maritus tenerur, etiam si doris fructus non sufficiant, prout docent citati Doctores, & *con*

† *clusum* in nostro Senatu refert egreg. olim illius Senator Michael Ferter in 3. par. obseruantiar. cap. 13. Sanchez de marrimo. lib. 9. de debiro coniuga. disput. 4. num. 22.

71 Sed an bona † mariti sint racitè pro dictis alimentis præstandis obligata, tractat abundè Afflict. decis. 10. Barbosa in l. prima par. 3. num. 28. ff. solut. matrimo. Anton. Faber lib. 5. tit. 8. de rei vxor. actio. definit. 26. in suo Cod. Brunorol. à Sole rota quæst. legali 46. Marescot. variarum resolutio. lib. 2. cap. 83. nu. 56. Grarian. decisio. prouin. Mar. 129. num. 15. 17. 18. Surdus de alimen. tit. 8. priuileg. 49.

72 Et an † bona patris mariti sint nurui ad dicta alimenta obligata, tractat Io. Gutier. de iurament. confirmar. par. 1. cap. 46. nu. 5. vbi videas. Ex quibus resolues quæstionem si quando contigerit eam agere contra tertium bonorum mariti possessorem habeat mulier actionem ad habendum alimenta. In Cathalonia minorem difficultatem habet, vbi ferè semper parentes ad id in capitulis matrimonialibus se obligant.

73 Non † miraris (& cum hoc absoluemus hunc alimentorum non inutilem discursum) quòd in pluribus causis, quæ de eis disputatæ fuerint ex his quas retuli, adiudicara fuere alimenta lite pendente licèt non ageretur ad vniuersitarem bonorum, sed ad certa bona particularia, vel ad particularem pecuniæ quantitatem, contra ea quæ in contrarium ex Io. Lupo docet singularis alimentorum auctor Io. Pett. Surd. in aliment. tracta. rit. 1. quæstio. 120. nu. 14.? Causam habes, fateor,

sed

ſed ſcias eam diſtinctionem quam facit Surdus eſſe reprobatam. Nullo (inquit Rota Romana vbi infrà allegabitur) iure, aut ratione ea diſtinctio probatur, nec id dicit Lupus ad quod per Surdum allegatur. Nam cauſa, ob quam præſtantur iſta alimenta, & ſumptus litis, non videtur conſiſtere in eo quod agatur magis ad vnam rem, quàm ad aliam: ſed ne is de cuius boni iuris præſumptione conſtat, cogatur ob impotentiam litem deſerere. Vndè videmus quod in cap. ex parte, & in cap. olim, de accuſat. dantur alimenta ei qui ſine dubio non agit ad vniuerſitatem bonorum. Ita Rota Romana deciſion. 749. in nouiſſimè recollectis per Farinacium in vltimo volumine. Nihil ergo mirum, ſi Senatus noſter ſemper egregius alimenta lite pendente largitur etiam his, qui de rebus particularibus agunt. Ad quæ non aduertit Stephan. Gratian. diſceptat. foren. 55. n. 50. dum ſimpliciter cum Lupo, & Surdo vbi ſupra allegati ſunt, pertranſit.

SVMMARIA.

1 *Vxor infirma à quo ſit alenda.*
2 *Maritus tenetur alere vxorem infirmam.*
3 *Diſtinctio Bart. optima ad propoſitum.*
4 *Maritus in reſtitutione dotis an opponat de expenſis factis in curanda vxore à longa infirmitate.*
5 *Maritus qui habuit ab vxore magnam dotẽ, non repetit impenſas longæ infirmitatis. vbi deciſio noſtri Senatus.*
6 *Secus eſt ſi dos eſt tenuis, nec eius fructus ſufficiunt ad iſtas impenſas. vbi deciſ. Senatus Sebuſiani.*
7 *Maritus etiam diues repetit impenſas factas pro infirmitate longa vxoris, ſi dos eſt tenuis. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
8 *Maritus expendens pro vxore ægra affectu potiùs maritali, quam animo repetendi feciſſe præſumitur.*
9 *Maritus vt repetat expenſas factas pro vxore ægra in caſu permiſſo, neceſſaria eſt illius proteſtatio.*
L. quod in vxorem, C. de negot. geſt. declaratur. ibid.
10 *Mater ſi proteſtatur de animo repetendi, repetit alimenta ſi ea præſtita in caſu quo non tenebatur ad ea: ſecùs ſi non proteſtatur. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
11 *Animus repetendi quod quis pro alio impẽdit, ſiue ratione alimentorum, ſiue aliàs, deprehenditur non ſolùm ex proteſtatione expreſſa, ſed etiam ex continuatione in libris primatis illius.*
12 *Proteſtari ſemper expedit, ne quis ius amittat, vel ſibi præiudicet.*
13 *Debitor nunquam præſumitur donare voluiſſe ſuis creditoris quod pro eo expendit, etiam ſi non declarauerit, nec proteſtatus fuerit.*
14 *Expendens pro alio cuius habet bona, nunquã præſumitur animo donandi expendiſſe.*
15 *Maritus nunquam præſumitur magnas impenſas pro vxore factas voluiſſe donare.*
16 *Maritus quando etiã cauſa infirmitatis vxoris, tenetur eam in omni caſu curare. vbi deciſio.*
17 *Damnum quiſque lucre debet quod dedit.*
18 *Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, non alteri, debet imputare.*
19 *Maritus non tenetur ad impenſas funeris vxoris, imò ſi eas fecit, repetit.*
20 *Funeris mulieris impenſæ ad eum ſpectant, ad quem vadit dos.*
21 *Funerum impenſæ æs alienum dotis eſt.*
22 *Maritus non tenetur vxorem ſepelire, quia ea mortua non tenetur vlteriùs onera matrimonij ſupportare.*
Impenſa funeris ſpectat ad hæredem defuncti. ibidem.
Impenſa funeris detrahitur ex bonis vinculatis in ſubſidium. ibid.
23 *Maritus recuperat funerum vxoris impenſas, etiam ſi dum eas faciebat proteſtatus nõ eſſet.*
Proteſtatio tamen commendatur quid fiat. ibidem.
24 *Maritus diues tenetur in funus vxoris pauperis impendere.*
25 *Maritus pro ea parte, qua ex ſtatuto, aut aliàs ſuccedit in dote, tenetur contribuere in impenſis funeris vxoris.*
26 *Creditor pro impenſis vltimæ infirmitatis, & funeris alicuius, præfertur aliis quibuſcunque creditoribus. vbi deciſ.*
27 *Impenſæ funerum non reſpiciunt defunctum, ſed hæreditatem, & patrimonium ipſius defuncti.*
28 *Debitum pro penſione eccleſiaſtica, & illius ratione, ſolet eſſe valdè priuilegiatum, & prælationem habere.*
29 *Impenſæ funerum, & illarum creditores præferuntur mulieri pro dote.*
30 *Impenſæ funerum, quæ habent prælationem, intelliguntur de neceſſarijs, non de voluptarijs, & quæ ſunt ad pompam. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
31 *Impenſæ funerum, quæ dicuntur factæ pro neceſſitate, & quæ ad pompam, remittuntur.*
32 *Impenſæ funerum æquales debent eſſe viro, & vxori.*
33 *Veſtes lugubres famulorum, & familiæ, connumerantur inter impenſas funerum neceſſarias.*
34 *Maritus pauper alendus eſt ab vxore diuite.*

vbi

vbi Senatus deciſio.

35 *Etiamſi ſua culpa ſit bannitus, vel in triremibus ſeruiat.*

36 *Alimentorum nomine, & appellatione quæ veniant, remiſſiuè.*

GLOSSA II. PARS V.

Proſequitur eadem materia alendæ vxoris. Et ſignanter de alenda ea ægra, & de expenſis vltimæ infirmitatis, & funerũ, ad quem hæc ſpectent, agitur.

Item de alendo viro ſi ipſe pauper ſit.

1 HActenus aluimus † vxorem ſanam, ſed quid mirum cum ab vxoribus infinita conſequamur ſeruitia, obſequia & beneficia: dum benè valent, ipſæ nos delectant, filios nobis concipiunt, pariunt, & educant, & denique ipſas ſocias habemus in omnibus neceſſitatibus, alter nos ipſæ ſunt, imò pluſquam nos met ipſi in his quę nobis expediunt, & vt plurimùm nobis in dotem adferunt quo nos adiuuent ad id quod pro eis expendimus: his ſuppoſitis quilibet id faceret, quilibet aleret mulierẽ benè valentem, à qua tot beneficia conſequitur, & qui ſolemus famulos qui vix in aliquo nobis ſeruiunt, imò in multis demerentur, alere, & vlteriùs ſalaria ſolnere annuarim, non faciemus in hoc difficultatem. Tractemus nunc de vxore alenda quãdo infirma eſt & mala valitudine tenetur, & quæramus ei altorem, non eſt iuſtum quòd eam ex defectu alimonię miſerè perire ſinamus.

2 Eſt ergo † in hoc concluſio certa quòd maritus tenetur vxorem etiam egram alere, quod probatur manifeſta diſpoſitione l. quod in vxorem C. de nego. geſt. *quod in vxorem tuam ægram* (inquit tex.) *erogaſti non à ſocero repetere, ſed affectioni tuæ debes expendere*. Sed id recipit multas declarationes de quibus quia latè agunt inter alios Corduba in l. ſi quis à liberis §. ſi quis ex his ex num 29. de liber. agnoſcen. Surd. de alimen. tit. 1. quæſtione 33. per tot. Viui. deciſ. 197. num. 14. vbi pulcher caſus, in quo marirus poſt mortem vxoris ſuit *priuatus* † commodo dilationis anni reſtitutionis dotis conſiſtentis vel in pecunia, vel in mobilibus, quia negligens fuerat in adhibendis neceſſarijs pro curatione vxotis infirmę. Et quia iſte caſus fuit, & eſt multùm exemplaris, quemq; oportet deuenire ad notitiã omnium vt ſaltẽ metu pœnæ arceantur homines quidam crudeles aduerſus vxores, ab iſtis, ideó caſum referam, provt eum ponit Viui. in dicto loco. Infirmabatur quædã mulier: crudelis, & immanis vir eam miſeram ſolam infirmam in lecto exiſtentem, tunc abſq; famula, & in articulo mortis cõſtitutã deſeruerat: denegaueratq; acceſſum ſacerdotis pro miniſtrãdis eidẽ Eccleſię Sacramentis; ac patris, & filiorum pro ea viſitanda, atq; adiuuanda ad domum eius, taliter quòd ob hoc habitus ex mera neceſsitate extitit recurſus ad Epiſcopum, & ad Curiam ſecularem, & impetrato mandato contra eundẽ maritum pro acceſſu prædicto, ei obtemperare noluit vllo modo, in tantùm quòd cõtumax ob hoc remanſit, & ipſa miſera vxor ad euitandum animę, & corporis diſcrimen, rogauit eius patrẽ, vt eam reducere voluiſſet ad eius domum, & tunc adducta illuc extitit, vbi ſuum diem clauſit extremum, adhibitis per patrem in eius domo (ſemper eſt grandis paternus amor) quę mulieri apud maritum defecerant. Quis in hanc feram nõ iraſcitur? certè nõ fuit ſufficiens pœna amiſſionis dilationis anni pro reſtituenda dote de iure conceſſę: benigniores Iudices fuere quàm decuiſſet, criminaliter contra hominem debebant procedere, vt ei cederet in magnam pœnam, & reliquis in exemplum. Cæſar Barz. deciſ. 128. num. 33. & nolter Nob. Ludoui. à Pegue. deciſ. 169. per tot. qui plures caſus diſtinguit in quos tota materia reſoluitur, ideo ſubſiſto, qua de re ego alia dixi infrà vbi de reſtitutione dotis egi, & de materia anni dilationis ad eam.

3 Sed, meo † iudicio, omnium meliùs, ſicut omnium breuiùs totam hanc rem declarauit Bart. in citata, l. quod in vxorem, C. de neg. geſt. quadam breui diſtinctione vtens, qua faciliter poſſunt omnes caſus circa rem hanc incidetes determinari, quam ego abſq; omnibus allegationibus, breuiter hic referam, quia ad meum inſtitutum attinet de his nunc agere. Quandoque (inquit) eſt talis infirmitas, per quam vxor non prohiberur eſſe in obſequio viri, tunc ſine dubio tenetur maritus eam alere, & curare, & tunc proteſtatio nihil operatur: quandoque mulier propter infirmitatem prohibetur eſſe in ſeruitio viri abſque ſua culpa, tunc ſiquidem eſt dotata vir debet ei facere expenſas in curando eam ſecundum quantitatem dotis, & quantum ad illud nihil operaretur proteſtatio in contrarium. In eo verò quod excederet quantitas dotis, illud eſt tenendum quod mox di-

cetur in caſu quo mulier non erat dotata. Si verò mulier non erat dotata, ſiquidem mulier habet aliunde, vnde poſsit curari, vel ſupererat pater qui ad hoc tenetur, tunc maritus non tenetur in eam expẽdere, & tunc habet locum allegata, l. quod in vxorem, qnòd expenſa ſimpliciter facta cenſetur facta affectu maritali, ſed ſi eſſet proteſtatus poſſet repetere. Si verò nullus alius erat ad quem ſpectaret, nec aliundè habebat, tunc maritus ipſe neceſſe habet facere, & tunc proteſtatio nihil operaretur. Hactenus Bar. à quo reliqui mutuarunt qui poſt Bart. de hoc articulo, & circa illum ſcripſerunt, adeò vt ſi Surdum legetis in citata quæſtio. 33. eam videris compoſitam ex his ſolùm quæ Bartholus in dicto loco docet pluribus licèt dilatatam verbis, idem experieris apud Ludoui. à Pegue. ſi deciſ. 169. citatam legeris, latiſſimè de hoc Farina. in tracta. de homicid. quæſt. 120. ex num. 89.

4 Per hãc † eandem reſolutionem arbitror reſoluendam faciliter quæſtionẽ, quam nobilis Ludou. à Pegue. tractat in citata deciſ. 169. & poſt eam nouiſſimè Gaſpar Anthon. Theſau. queſt. foren. 52. in 2. par. ſi mulier incidit in quandam longam infirmitatem, per quam retrahitur à ſeruitio viri, & demũ in ea moritur, an maritus, qui multum expendit in ea curanda, poſsit in reſtitutione compenſationem de his expẽſis opponere. Hæc eſt quęſtio, quæ ordinariè in hac materia in tribunalibus diſputatur, qnando infirmitas eſt longa, & grauis, nam in alijs quæ breui durant, vix eſt vnus ex mille tam immanis qui has propterea quæſtiones ſuſcitet.

5 In hoc † caſu ſi dos erat pinguis, & ſufficiebant eius fructus, res eſt plana, nullam habet dubietatem, ſemper contra maritum concluditur, ac concludendum eſt prout habes ex DD. citatatis quibus, in terminis adde Ioannem Garcia de meliorationib. & expẽſis c. 3. n. 44. Per quę ego qui aduocatus ſuperioribus annis eram manumiſſorum, & executorum teſtamenti, ac vltimæ voluntatis Mariannæ Gauer, & Xammar repellebam, ſen repellendam fore prætenſionem Hieronymi de Gauer petentis in reſtitutione dotis expenſas quas dicebat plurimas per eum factas in vltima, eaque graui, ſicut longa, infirmitate dictæ Mariãnæ Gauer & Xammar vxoris ſuæ, ex qua è viuis deceſſerat, dicebam in cauſa quæ inter ipſas partes ducebatur in Senatu, primò coram egregio Senatore Decano Ioanne Gallego, & ſecundò coram egregio itidem Senatore Frãciſco Ferruz, quia ſcilicet dos valdè pinguis erat, quã ei vxor attulerat, cuius fructus ad plus proculdubio ſufficiebant quàm eſſet expenſum vel potniſſet expendi, propter quod nunquam † *potuit* quicquam dictus Gauer ratione dictarum expenſarum conſequi, ſcriba erat Michael Perez.

6 Sed ſi † dotis fructus ad id non ſufficerẽt, prout quãdo dos eſt tenuis, & apparet quòd plus ſit per virum expenſum, quàm ſit capitale dotis, tali caſu eſt quæſtio propoſita, ſi in reſtitutione dotis eſt habenda ratio hatũ expenſarum.

Quam indubitanter reſoluendam fore In fauorem mariti pluribus comprobat Gaſpar Anthoni. Theſau. tota quæſt. foren. 52. allegata in 2. par. quæ eſt videnda, vbi dicit

† ita in facti contingentia *deciſum* in Senatu

7 Sebuſiano. Idque † procedere aſſerit ſiue dies maritus ſit ſiue etiam inops, & pauper, & hoc etiam idem probat Pegue. cita. deciſ. 169. vbi nnm. 4. adduit quandam noſtri Senatus de hoc factam de anno 1594. † *deciſionem*, Sed quid † dicemus ad l. quod in vxorem C. de neg. geſt. quæ in his expenſis factis erga vxorem ægram denegat repetitionem, quia præſumuntur animo non repetendi, ſed imò affectione maritali factæ, taliter quòd dicat Maſcard. de probat. conclu. 77. num. 1. ita dicere omnes per illum tex. Oſaſc. latiſsimè deciſ. 132. num. 19.

8

9 Reſpondeo † quòd eſt neceſſaria proteſtatio viri expendentis quòd animo repetendi expendit & expendere iutendit, qno caſu non habet locum l. prædicta, prout ita ex pluribus dictam l. limitat Maſcard. vbi ſuprà num. 2. nec oblitus eſt noſter Ludoui. à Pegue. in ſepè allegata deciſ. 169. num. 5. in fine, alias niſi proteſtatio adeſſet, cum tunc intraret præſumptio maritalis affectionis, non daretur repetitio. Et hoc modo intelligendum eſt quod diximus poſſe maritum repetere, quod expendit in vxorem in aliquibus caſibus, ſcilicet ſi conſtat de proteſtatione, quæ excludat præſumptionem affectionis maritalis.

10 Idem † videmus in matre præſtante filio alimenta, quæ ſi proteſtatur ſe non affectu materno, & intuitu pietatis facere, ſed imò animo repetendi ab hæredibus patris, qui ad id tenentur, repetere alimenta prædicta poteſt, iuxta latè tradita per Surd. in tracta. de alimen. tit. 6. quæſtio. 8. num. 64. Et noſter Senatus in terminis *declarauit* 1. Febru. 1602. inter Elenam de Torroella, & nobilem Carolũ de Vilademany coram egregio tunc Senatore, poſteà Regẽte regiã Cãcella riã, & nunc eodẽ munere fungẽte in ſupremo Coronæ Aragonũ Cõcilio Michaele de Salba, & de Valliſeca, vbi pro repetitione declaratũ extitit ex eo quòd mater poſt ali quos menſes elapſos à die quo filiæ præſtabat

bat alimẽta, protr ſtata fuerat cum quodam inſtrumento in abſentia partis, declarando animũ, quòd non vt donaret, ſed vt repeteret, alimenta prędicta pręſtabat: ſagax profectò mulier, veriſimile eſt quòd optimum habuit conſultorem pro ſe, rebusque ſuis: non enim ſolent hæc a quibuſcunque matribus fieri, & prouideri.

11 Loco proteſtationis † eſt continuatio in libris rationum ipſius expendentis: ſi enim inibi reperitur ſcriptum quod impenditur, vel impenſum eſt, id declarat animum repetendi, ſicut proteſtatio, l. Neſennius, in fin. ibi: *Maximè ſi eſſet in ratione*, vbi Bar. Bal. & reliqui, de negot. geſt. Surd. de aliment. tit. 6. quæſt. 8. num. 73. Maſcard. concl. 727. numero 6.

12 Arbitror tamen † quòd licèt bonum aliàs ſemper ſit proteſtari, & declarare animum, vt etiam aduertit Ioſeph. Ludouicus deciſ. Peruſi. 78. num. 10. in caſu tamen occurrenti nulla eſt neceſſaria proteſtatio, nulla animi declaratio, quia hic ponimus caſum in marito debitore vxoris in dote: In debito-
13 re autem † excluditur proculdubio omnis omninò donandi præſumptio, Ruin. conſil. 145. num. 3. volum. 4. Surdus in tractatu de alimentis dicto tit. 6. quæſtio. 8. numer. 63. in quo caſu excluditur præſumptio dictæ l. quod in vxorem, vt ex dictis Doctoribus deprehenditur, quæ non loquitur in hoc caſu quando maritus erat debitor vxoris, & ſuo caſu vult compenſare, & retinere, & tunc intrat quod communiter dicitur longè faciliter concedi retentionem, quàm detur actio. De quo articulo, vt in vno omnes habeas, vide Marium Giurbam deciſio. Siciliæ 60. num. 5. 29. & 30. vbi declarat. Sine
14 dicamus † quòd quia bona vxoris habebat maritus, dotem ſcilicet, quæ eſt illius patrimonium, l. 3. §. ſed vtrum, ff. de minor. ideò non eſt neceſſaria ad repetitionem proteſtatio, ſicut tradit Ioannes Garcia de melioratio. & expenſ. cap. 4. num. 25. & probat l. final. de petitio. hæredita. Ioſeph. Ludouic. deciſio. Peruſi. 78. num. 10. vbi dicit in adminiſtrante bona defuncti nullam eſſe neceſſariam proteſtationem, per textum in l. ar ſi quis, §. ſed interdum, ff. de religio. &
15 ſumptib. funer. Vel dicamus, † quòd hic loquimur de magnis expenſis, quæ quando contingit quòd fuerunt factæ per maritum, nulla eſt præſumptio donationis, Ioannes Garcia loco ſuprà proximè citato, qui dicit id dijndicare ſi expenſæ ſunt modicæ, vel magnæ, eſſe in prudentis Iudicis arbitrio poſitum. Propter quod Gaſp. Anton. Theſaur. in citata quæſtione foren. 52. lib. 2. vbi de hac quæſtione tractat in his terminis, quã-

do maritus opponit volentibus ab eo exigere dotem, nihil dicit de proteſtatione, & animi declaratione, ſed ſimpliciter reſoluit,
† *reſolutumque* in ſuo Senatu tradit licitum id quidem eſſe marito.

16 Hæc procedunt † quando mulier ſine aliqua culpa viri incidit in hãc, de qua agimus, longam infirmitatem. Sed ſi contingeret, prout non rarò fit, id accidere ei culpa viri, vtpotè quia ſuo contractu, & conuerſatione infecit eam aliquo morbo, ponamus Gallico (propter ſui frequentiam) aut alio, cuius ratione non poteſt eſſe in obſequlo, & ſeruitio mariti, eſſet ne viro licitum quærere recupetationem impenſarum factarum in curatione huius mulieris, vel effugere onus illas faciendi, ſi adhuc factæ non ſint, ſub prætextu diſtinctionum ſuprà factarum, ſi magna eſt dos, vel modica, ſi magnæ, vel modicæ ſint impenſæ? Bonum eſſet quòd maritum excuſaremus in tanto fa-
17 cinore? Luat † ipſe damnum quod dedit, ita inbentibus legibus noſtris æquiſſimis, ff. de peculio, l. ſed ſi damnum, & inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi delicto, §. primo, & de negotijs geſtis l. hæreditaria 22. vet. ſicul. Sed ita.

18 Item cùm † iſtud damnum ſua culpa maritus ſentiat, ſibi non alteri imputare debet, iuxtá regulam notoriam, damnum, de regulis iuris in 6. cum ſimilibus. Faciunt quę in ſuperioribus diximus parte præcedente num. 70. de obligatione alendi vxorem ſeorsùm habitantem culpa viri. Iſte caſus incidit diſpurandus in Senatu Valentino de anno 1629. referente egregio tunc illius Senatore, nunc in ſuptemo Coronę Aragonum Concilio Aduocato Fiſcali, don Franciſco Hieronymo Leo, qui fuit in fauorem mulleris morbo Gallico ſibi à vito commendato laborantis, non curando ſi modicam, vel magnam dotem habebat, ſi modicæ, vel
† magnæ erant impenſæ, *deciſus*, vt idem ipſe egregius vir refert in ſuis nouiſsimis deciſionibus Valentinis deciſio. 41. per totam, vbi doctrinam in terminis adducit Tiberij Deciani in conſil. 33. num. 38. volum. 4. qui dicit maritum teneri ad curandum vxorem, quæ in quandam infirmitatem ineiderat culpa viri ob certas malas artes cum ea vſas, & differentiam inter deciſio. nobilis Ludouici à Peguera 169. de qua ſuprà, & hanc, dicit eſſe quia ibi infirmitas non ſucceſſerat culpa viri, ſicut hic.

19 Ad impenſas † autẽ funerum vxoris nullo modo maritus tenetur, imò repetit poſteà, ſi eas de ſuo fecit, vt probat claris verbis allegata l. quod in vxorem, C. de negot. geſt. ibi: *In funus ſanè vxus ſi quid eo nomi-*

ne quaſi recepturus erogaſti patrem, ad quem dos redit, iure conuenis, l. ſed ſi nondum, ff. de religio.& ſumptib.ſuner. his verbis: *Sed ſi nondum pater dotẽ recuperauerit vir ſolum conuenietur reputaturus patri quod eo nomine*
20 *præſtiterit*. Nec † id quidem iniuriâ cum mulieres de dotibus ſuis ſint funerandæ, & id onus funerandi ad eum ſpectare diratur, ad quem dos vadit mortua muliere, prout probat l.in eum, eod.tit.de relig.& ſumpti. funer. *In eum* (inquit Vlpia.) *ad quem dotis nomine quid peruenit, dat prætor funerariam actionem: æquiſſimum enim viſum eſt veteribus mulieres quaſi de patrimonijs ſuis, ita de dotibus funerari, & eum qui morte mulieris dotem lucratur, in funus conferre debere, ſiue pater mulieris eſt, ſiue maritus*. Alibi dicitur
21 quòd † impenſa funeris ęs alienũ dotis eſt, l.ideoque, ff.eodem tit. benè Ioann. Garcia de meliora.& expen.cap.8.ex num.42.Ioſe. Ludouic.deciſio.Peruſi.78.nu.3.Dueñas regul.397.in 8.priuileg. Caſſane.in conſuetu. Burgun.rub.4.§.9.in rex.ibi: *Et faitz funeraulx*,ex num.primo. Vbi adducit † rationẽ
22 quòd maritus poſtquam vxor eſt mortua,& ſic eſt ſolutum matrimonium, non tenetur eam ſepelire de proprio, quia ea mortua nõ tenetur ampliùs ſubire onera matrimonij, Te pat.qui alios allegat,in ſuo compend.variar.iur.ſentent.par.1.tit.de ſuner.& ſumpt. eorum,& de ſepulturis, col.1. don Garcias Meſtril.qui late probat,deciſio.203.num.1. in 3.par. qui dicit ad hæredem mortui hanc impenſam ſpectare, addens ex Peregrin. de fideicommiſſ.artic.40.num.19. & alijs quos allegat, quòd ſi bona non ſufficiunt, poteſt ad id ſumi de fideicommiſſo ſubiectis.
23 Nec in † hoc caſu neceſſaria eſt aliqua proteſtatio ad reperendum, Ioſeph.Ludou. vbi ſuprà,qui tamen dicit ſe conſulere quòd ſemper fiat, vt vitentur difficultates. Hæc apud nos ſine aliqua difficultate practicantur, vt ſcilicet mariti retineant ſibi de dote quantum expenderunt pro funere vxoris, etiam ſi nulla adſit proteſtatio, aut animi declaratio, quod eſt tam notorium, vt nulla egeat probatione. Vide infrà in materia reſtitutionis dotis.
24 Procedunt † tamen quæ diximus in mulie re habente dotem ex qua poſſint fieri prædictæ expenſæ: ſed ſi pauper, & inops ipſa eſſet, nec haberet vndè funeraretur, maritus autem eſſet diues, tunc teneretur proculdubio in id expendere, & deberet curare vt vxor honeſtam, & ſui dignitati condignam ſepulturã haberet, aliàs illi iniuria fieri cẽſe retur,l.q̃ ſi nulla,de relig.& ſump.ſune.ibi: *Quòd ſi neque hæredes habeat, neque pater ſoluendo, ſit maritum in quantum facere poteſt, pro hoc conueniri, ne iniuria eius videretur quondàm vxorem inſepultam relinqui*, Ludoui.Roman.conſil 517.num.2. Caſſane.dicta rub.4.§.9.verſic. *Et fait funer.* num.4. Viui. deciſio.197.num.18. Ioſeph Ludoui.citata deciſ.78.nu.4. Dueñas in allegata reg.397. in 8. priuileg. Garcia de expenſ.citato cap. 8.num.47. Perrus Vandera in tract. de priuileg. creditor. inter tracta.de mercatura in prolegomen.cap.3.de his quib.priuileg.cõpet.col.7.verſic.Quod ſi nulla dos, don Gaſcias Meſtril. deciſio.Sicil.203. num.7.& 8. in 3.parte.
25 Sed † ſi maritus ſuccedit in aliqua parte dotis ex ſtatuto, aut aliàs, contribuere etiã deber in expenſis funeris vxoris, Ioſep.Ludouic.dicta deciſio.78.num.3.Ioan.Baptiſ. Coſta de portione rat.quæſt.37.num.4.cum ſequentib.Petrus Vandera in tracta.de priuileg.creditor.inter tractat.de mercatura in prologomen.cap.3.de his quib.priuil.cõpe. col.7.verſ.Quories tamen.
26 Aduerte † quòd quãdo maritus,vel alius poteſt deducere has impenſas vltimæ infirmitatis, & funerum, quæ idem priuilegium habent, taliter eſt priuilegiatus creditor ratione harum impenſarum in bonis mulieris vel alterius, pro quibus expendit, vt præferatur ſine dubio quibuſcunq.alijs creditoribus, tam tacitam,quàm expreſſam hypothecam habentibus, & tam anterioribus,quàm poſterioribus, prout in diuerſis Senatib.fuiſ
†† ſe *deciſum* cõſtat nobis ex traditis per Borgnin.Caualcan.deciſ.32. par.prima, vbi recedit à contraria opinione, quam, vt ipſe dicit, renuerat in tract.de vſufruct. mulier.relic.cuius Caualcani dicti magnum feſtum faciebant qui contrariam voluerant tenere,relati per don Garciam Meſtrill.deciſio.Sicil. 10.lib.primo, Surd.deciſſ.112.& 225.Ioan. Franciſ.del Caſtillo deciſ.etiam Sicil. 103. qui expreſsim reprobat deciſ. in cõtrarium factam in Senatu Neapolitano, de qua apud Vincentium de Franch. deciſ.51. Gerardus Maynard.deciſ.50.lib.5. Polidor. Ripa ſingular.obſerua.174.vbi latè hanc opinionem defendit. Hunc Doctorem libenter ego allego, licèr id faciant pauci, quia ſolidã doctrinam, & multùm elaboratam mihi videtur continere eius ſcripra.

Rationes non curo ponere, quia latiſſimè adducuntur à Doctoribus ſuprà citatis: ſo-
27 lùm † illa non eſt omittenda, quam prætangunt Borgnin.& Rip. in locis citatis, quòd impenſa funerum non reſpicit defunctum, ſed hæreditatem, & patrimonium, & ideò creditor pro funere non dicitur creditor defuncti, ſicut cæteri, ſed imò hæreditatis, & patrimonij, & ideò nihil mirum ſi præferatur

tur. Ego habui de hoc casum in causa propria in curia Metropolitana Ecclesiast. Tarraconen. super graduatione bonorum Matthiæ de Calders Canonici illius Sanctæ Ecclesiæ mei debitoris, in qua *declaratum* fuit
† vt suprà die 2. mensis Maij anni 1614. esse scilicet primo loco graduandas impensas vltimæ infirmitatis, quæ longa fuerat, & grauis, & funerum dicti Calders, non obstante quòd meum creditum esset anterius, & hypotecarium, & finaliter erat debitum cuiusdam pensionis ecclesiasticæ super Canonica-
28 tu illius, quod † aliàs de iure solec esse valdè priuilegiatum, & prælationem habere, vt docet Ioannes Garcia in tracta. de beneficijs par. prima cap. 5. à num. 236. Adde suprà adductis Doctoribus de ptælatione impensarum vltimæ infirmitatis, & funerum agentibus, Federic. Scot. in respons. 12. lib. 3. tomo 2. Gamma decisio. 309. & ibi additionat. largas remissiones de hoc facientem, Didac. Spino de testamentis glo. 2. ex num. 46. cum multis sequentibus, Aluar. Velasc. in praxi pattitionum cap. 19. ex nu. 39. cum multis sequentibus. Sed vbi sunt claræ decisiones, prout suprà adductæ sunt, alio opus non est.

29 Ad creditum † etiam dotale aliàs summè priuilegiatum hanc prælationem extendunt auctores decisionum suprà relatarum, vbi videas. Pro funeris impensa, & seu pro creditis illius, quòd debeat quis præferri quibuscunque alijs creditoribus, etiam expressam hypotecam habentibus, *declarauit* Senatus noster ad relationem egregij Senatoris Iosephi Ferrer, die 18. Maij anni 1609. in causa graduationis bonorum egregij itidem olim Senatoris, & Iudicis Regiæ Curiæ Francisci Cescases, inter Mariam Cescases & Pol, & Iosephum Cescases, & alios, Scriba Simone Font.

30 Intelligenda † tamen sunt sanè quæ suprà dicta fuere de impensa funeris, vt habeat prælacionem, quæque diximus de marito expendente pro funere vxoris, vt possit, & debeat id ex dote recuperare, & habere. Intelligenda (inquam) sunt non de quacunque impensa, sed de ea tantùm, quæ necessaria foret, non autem si voluisset quis prodigaliter in fraudem creditorum expendere, multos ad id allegat Sebastian. Medices in tract. de sepulturis par. 2. quæstio. 2. & quæst. etiam 5. num. 1. vbi excludit eleemosynas, & num. 43. vbi excludit alia, multos etiam allegac Vincent. de Franch. in citata decisio. 511. num. 10. & reliqui suprà citati. His adde Menoc. de arbitrar. iudi. cas. 173. num. 7. & Gerard. Maynard. decisio. Tholosana 10. lib. 5.

31 Et si vis scire † quæ debeant admitti pro iustis funerum expensis, & quæ non, veluti quando fuerunt ad pompam, & honorē defuncti, & similia, vide vltrà allegatos, qui de hoc etiam agunt latissimè, Ioann. Gutierr. in prac. lib. 2. quæstio. 72. nu. 5. omnium latiùs don Garcias Mestril. decisio. 203. ex nu. 15. in 3. part. vbi id fusissimè docent, de quibus ego ampliùs non tracto, ne videar vxorem, quam, Deo concedente, viuam, & sanam, ac optimè valentem adhuc habeo, in tanto funere eam iam sepelire velle. Solùm aduerto, quòd in nostro Senatu hæc inconcussè obseruantur, ne scilicet admittantur aliæ impensæ, quàm quæ arbitrio Iudicis iudicātur debuisse fieri secundùm qualitatem personarum, quamuis aliæ factæ fuerint. Et nunc memini quòd in binis causis nobil. Bernardi de Oms, altera coram egregio Senatore Iosepho Roca, contra don Franciscum Taqui, Scriba Sacares, sub die 18. Martij 1617. & altera coram egregio etiam Senatore Iosepho Ferrer, contra dominam Mariam Boscha, Scriba Thio, sub die 7. mensis Aprilis
†† anni 1617. moderatæ *fuerunt* expensę funerum etiam probatæ, ad quantitatem Iudicibus benevisam: & audiui tunc, dum informatem, Relatores asseuerantes absque difficultate hāc Senatus praxim esse inconcussā fundatā super his quæ adduximus suprà. Et in terminis in iam relata causa graduationis bonorum egregij olim Senatoris Francisci Cescases, expensæ funerum, quæ petebātur
† in magna quantitate, moderatæ *fuerunt* per Senatum ad 120. libras, quam quantitatem arbitratus fuit Senatus esse necessariam pro funere vnius militis, & Doctoris Regij Cōsilij, attenta consuetudine Barchinone, & facti notorietate, vt sententia dicit. Vndè cōsulo ne confidat quis in sola probatione expensarum, sed vltetiùs procedat ad probandum debuisse fieri secūdùm qualitatem personarum, & terræ consuetudinem, ne in moderando molestus sit parti Iudex. De his aliqua videbis infrà, vbi tractauimus de oppositione, & optione mulieris.

32 Ex dictis DD. habes † quales debent iudicari istæ expensę funerū, & vt rales admittēdæ, non est quòd repetā. Aduerto in fauorē mulierum, pro quibus hęc scribo, propter innumeta quę ab his quotidiè recipimus beneficia, quod honor debitus viro circa pompā funetis, debetur pariter vxori, prout docet
† Papon, & *resolutum* in Senatu Patisienſi dicit lib. 20. tit. 8. arrelt. 7.

Quod est benè animaducrtas, ad cōfusionem plurium, quibus non est qui persuadere possit eundem in his honorem, & eādem pompā vxoribus deberi, quæ viris, imò dis-

ſimiles in hoc eos eſſe debere, non videntur iſti nati de muliere, licèt bteui viuant tempore, & ſint multis repleti miſerijs, &c.

33 Finio, dicendo, † quòd intet impenſas neceſſatias funerum, cum eodem priuilegio, & prælatione, ac prærogatiua conmmerantur etiam veſtes lugubres, ac velles etiam famulorum, & familiæ, inter perſonas quæ hæc effugere decentet non poſſunt, Simõ de Pretis de interpretatione vltimarum voluntatum lib. 3. dub. 5. interpreratio. 3. ſolutio. 4. num. 4. Sebaſtian. Medices de ſepulturis in 2. par. quæſtio. 5. numer. 18. don Garcias Meſtrill. in citata deciſio. Sicil. 10. num. 11. par. prima.

34 Omittamus † tot dare alimenta vxoti, ne nimio cibo, qui ſaluti noceat, eius ſtomachum tepleamus: & ad maritum cõuertamur, qui forſan in tanta abundantia fame perit, quærentes quis eum alet, alereve debebit, ſi indigeat. Dic quòd vxor, ſi diues ſit, & bona habeat non dotalia ad id ſufficiẽtia, ſicut ipſam alit in iſto caſu indigentiæ vir; de quo eſt textus expreſſus in l. ſi cum dotem, in §. ſi matitus, ff. ſoluto matrimon. ibi: *Quid enim tam humanum eſt, quàm fortuitis caſibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem eſſe?* Guido Pap. deciſio. 439. num. 2. Qua de re integrè, ac plenè egerunt Surdus in tracta. de alimentis tit. 1. tota quæſtio. 35. & Pater Sanchez de matti. lib. 9. de debito coniuga. diſputatio. 4. num. 27. qui infinitos addiunt, ideò ſola ad eos remiſſione contentus, ad alia perttanſeo in matetia explicanda.

Memini quòd de anno 1616. litigabat (me Aduocato) Ioãnes Antonius Bolet domicellus oppidi Perpiniani coram egregio Senatore Frãciſco Gamis, Scriba Puiguert, pto reſciſſione cuiuſdam donationis omniũ bonorum, cum cetta modica reſeruatione ad teſtandum, per eum factæ vxori ſuæ de vita, & poſt eam quibuſdam cauſis pijs, & pendente lite petebat alimenta, quæ fuetunt ei † *adiudicata* die 20. menſis Februarij anni 1617. ex eo ſolùm quòd eſſet matitus; verum eſt quòd erat ſimul & donator, nec tequiſita fuit aliqua boni iuris præſumptio, & illius ptobatio, imò contra eum forſan exiſtente præſumptione. Fuerunt (inquam) adiudicata alimenta ex eo ſolùm quòd muliet erat diues, maritus verò fame peribat. Vndè videtur probatum á Senatu quod diximus, vxorem teneti ad alimentandũ maritum pauperem quando ipſa poteſt.

35 Quod eſt adeò verum, † vt procedat etiã ſi maritus ſit ſua culpa bannitus, contta gloſſam in l. ſi ſtipulantem. citca finem, verbo, contra ſexus naturam, ff. de donationib. intet virum & vxorem, ex l. mutus, §. manente, ff. de iure dotium. Ita per eum textum, & ex multis Doctotibus, quos allegat, tenet Pater Sanchez de matrimon. lib. ptimo, diſputatio. 41. num. 13. & lib. 9. diſputatio. 4. num. 23. & 27. vbi idem dicit ſi in triremibus ſua culpa, ſicut eſſe ſolet, eſſet.

36 Finiamus † hunc alimentorum diſcurſum, quætentes quæ veniant appellatione alimẽtorum. Item ad quæ teneatur qui debet alium alere. Id late ttactat Surd. de alimentis tit. 4. feré per omnes illius quæſtiones, vltta quem, & quos ipſe allegat, vide Vincentium de Franchis deciſio. 283. num. 21. & Setaphinum de Oliuarijs deciſ. Rot. Romanæ 1992. num. 4. Atque hæc de ſecundo requiſito neceſſario vt maritus fructus dotis faciat ſuos.

SVMMARIA.

1 *Fundus dotalis non dicitur, cuius nondũ poſſeſſio eſt tradita viro.*

2 *Traditio ad dominium transferendum requiritur etiam in dote, ſicut in alijs.*

3 *Vſuræ dotis debentur viro ſuſtinenti onera matrimonij, ſi ſuo tẽpore non traditur.*

4 *Siue dos ſit promiſſa filiæ, ſiue nepti, ſiue etiã alij mulietri.*

5 *Ratio onerum ſupportandorũ, pro quibus debentur vſuræ, æquè militat reſpectu vnius mulieris, quàm alterius.*

6 *Vſuræ dotis debentur viro, non ſolùm ex die litis conteſtatæ, ſed etiam ex die quo cæpit ſuſtinere onera matrimonij. vbi deciſſ. noſtri Senatus.*

7 *Vſuræ dotis etiã debentur, ſecundùm aliquos, à die ſuſtentationis onerum matrimonij, quando nulla dos eſt per patrem promiſſa, ſed poſteà compellitur ad dotandum per Iudicem, ſicut ſi foret promiſſa.*
Sed aliud eſt apud alios. ibid.

8 *Vſuræ dotis non debentur pro tempore dilationis datæ ad ſoluendum, niſi contrarium ſit pactatum.*

9 *Mora regularis, vel irregularis in dote quãdo dicatur contrahi.*

10 *Mora vt contrahatur in dote non ſoluta, non eſt neceſſaria aliqua petitio, aut interpellatio.*

11 *Anton. Faber tenet contrarium, vbi ob id notatur.*

12 *Vſuræ debentur ex die ſupportatorum onerum matrimonij ex dote conſiſtente in mobilibus æſtimatis.*

13 *Vſuræ non debentur ex dote in mobilibus conſiſtente inæſtimatis, niſi in fructiferis, & aliàs.*

Borgni.

14 Bergni. Caualc. qui dicta in duob. num. præcedentib. docuit, reprobatur.
Vsuræ, seu interesse debentur ex mobilibus etiam infructiferis datis in dotem, à die quo supportantur onera matrimonialia. ibidem.

15 *Fructus ex mobilibus ex se infructiferis qualiter colligi posse dicantur.*

16 *Interesse pretij non soluti debetur venditori, qui rem tradidit, etiam si illa res sit sterilis.*

17 *Vsuræ dotis non solutæ peti non possunt post triginta annos.*
Actiones præscribuntur spatio triginta annorum. ibid.
Officium Iudicis præscribitur triginta annis. ibid.

18 *Vsuræ dotales nunquam censentur remissæ ex non petitione, per minus temput, quam decem annorum.*

19 *Vsuræ dotales per decennium non petitæ, an censeantur remissæ.*
Opinio affirmans. ibid.

20 *Tempus longum verificatur in decennio.*

21 *Opinio negans vsuras dotales esse remissas per decennium ex quo non sint petitæ. vbi decisiones.*

22 *Tempus non est modus inducendæ, vel tollendæ obligationis.*

23 *Præscriptio minor triginta annorum non admittitur.*

24 *Donatio non præsumitur.*

25 *Vsuræ dotales amittuntur, & censentur remissæ, si per totum tempus constantis matrimonij non sint petitæ.*

26 *Iura actiua defuncti non transeunt in hæredes quando extinguebantur per illius mortem.*

27 *L. vir vsuras, de donat. int. vir. & vxor. intellectus, & interpretatio.*

28 *Decisiones plurium Senatuum pro opinione quòd vsuræ dotales censentur remissæ, si nō fuerunt constante matrimonio petitæ.*

29 *Vsuræ dotales vt censeantur remissæ non sufficeit non fuisse petitas dum cōstabat matrimonium, nisi etiam illud per decennium saltem durauerit.*

30 *Sed contrarium est verius, quòd siue per multum tēpus durauerit matrimonium, siue per modicum, vsuræ censentur remissæ, si non sunt illo constante petitæ.*

31 *Nisi ex aliqua coniectura constaret de animo non remittendi.*

32 *Vsuræ dotales non censentur remissæ, quamuis constante matrimonio non sint petitæ, si adsint libert. vbi decis.*

33 *Vsuræ dotales non censentur remissæ, etiam si non sint petitæ, quando matrimonium dissolutur morte vxoris.*

34 *Vsuræ dotales non debentur, nec currunt de tempore post solutum matrimonium. vbi decisiones nostri Senatus.*

35 *Cassaneus noluit scribere in iure, quia nō erāt pecuniæ vnde solueretur ei.*

36 *Vsuræ dotales an peti possint ab eo, qui dotem recepit sine illis.*
Distinctio quædam, quam Doctores nonnulli faciunt in hoc, si debentur iure actionis, vel officio Iudicis. ibid.

37 *Vsuris censetur præiudicatum per receptionem sortis.*

38 *Actione principali extincta conquiescit officium Iudicis quod actioni deseruit.*

39 *Vsuræ non possunt peti post receptam dotem, sine eis, etiam si in receptione adsit protestatio.*
Protestatio nihil prodest in his quæ fiunt ne cessitate iuris, sed in his quæ ex voluntate partis. ibid.

40 *Officium Iudicis de per se peti non potest.*

41 *Dominus directus an sibi præiudicet in commisso, recipiendo canonem post illud incursum.*

42 *Interesse debitum censetur remissum per receptionem sortis, etiam si sit protestatum. vbi decis.*

43 *Vsuræ debitæ ex mora, censentur remissæ per receptionem sortis ne peti possint.*
Secus in alys, quæ alia ratione debentur. ibidem.

44 *Vsuræ dotales quamobrem debeantur, si ex mora, aut aliàs.*

45 *Maritus post receptam dotem potest vsuras petere, secundum Magon.*
Quia non debentur officio Iudicis, nec sunt accessoriæ ad dotem, sed tanquam de per se. ibidem.

46 *Decisiones Florentinæ defenduntur per Auctorem contra quosdam parui eas facientes.*

47 *Vsuræ quæ debentur de per se, non censentur remissæ per receptionem sortis, sicut vsuræ accessoriæ.*

48 *Opinio Auctorit.*

49 *Vsuræ pretij non soluti in contractu emptionis, & venditionis, eum vsuris dotalibus pari passu ambulant.*

50 *Protestatio multùm prodest in recipiente sortē sine vsurit.*

51 *Vsuræ dotales debentur ex iuris necessitate, non ex partium voluntate.*

52 *Protestatio non prodest recipienti sortem cum liberatione expressa debitoris, etiam si protestetur quoad vsuras, & interesse.*
Secùs est si recipit sortem sine liberatione. ibidem.

53 *Solutio facta adiecto non liberat à sorte propter interesse, quod quomodo intelligatur declaratur. vbi decis.*

54 *Auctoris circa hæc admonitio vtilis.*
55 *Debitor consentiens protestationi de interesse factæ in solutione sortis, sibi præiudicauit.*
56 *Protestationi præsens, & non contradicens, censetur acquiescere protestatis.*
57 *Protestationi si non consensit debitor, an noceat ei, & prosit protestanti.*
Vera opinio est, quòd sine eo consensu nocet debitori, & prodest protestanti. ibid.
58 *Protestatio semper valet præsente aduersario, nisi ille contradicat, quomodo est intelligendum.*
59 *L. si me & Titium, ff. si certum pet. declaratur.*
60 *Compẽsatio non fit ipso iure, sed parte opponente, & ex eo die.*
61 *Fallit quoad impediendum cursum vsurarũ, ad hunc enim effectum fit ipso iure compensatio.*
62 *Interesse ei currere non debet, qui potest compensationem opponere.*
63 *Decisio nostri Senatus ad istud propositum.*
64 *Compensatio non fit ipso iure in vsuris, quæ non debentur propter moram.*
65 *Mora. In mora non dicitur esse qui poterat opponendo compensationem se defendere.*
66 *Compensatio non fit ipso iure ad impediendũ cursum vsurarum debitarum pro pretio nõ soluto in contractu emptionis, & venditionis.*
67 *Compensatio ipso iure an admittatur ad impediendum cursum vsurarum, & fructuum legitimæ.*
68 *Interesse dotis quando est taxandum, taxari debet ad eum modum quo consuetum est in regione currere.*
69 *Interesse in Cathalonia in mercatoribus taxatur ad rationem duorum solidorum pro libra, in alijs ad rationem vnius solidi. vbi decisio nostri Senatus.*
70 *Interesse taxatio in maiori summa quàm taxari debuisset facta, non proindè annullatur, sed reducitur ad iustum, & æquum.*
71 *Appellari an possit ad effectum suspensiuum à sententia lata super interusurijs dotalibus. vbi decisio pro affirmatiua.*

GLOSSA II. PARS VI.

De vsuris dotis marito debitis, si dos ei suo tempore non tradatur.

1 REstat videre † de tertio requisito, quod in principio diximus esse quòd dos sit tradita, cuius ratio est quia fundus dotalis non dicitur, cuius nondũ possessio tradita est, iuxtà l. dotale, §. finall, de fundo dotal. *Dotale prædium* (inquit Iurisconsultus) *sic accepimus, eùm dominiũ marito quæsitum est*, dominium autem sine traditione, aut vsucapione non quæritur, l. traditionibus, C. de pact. hanc rationem in expresso docet Ioannes Baptista Costa de portione rata quæstio. 155. num. 16. Nec in
2 hoc † est modo aliquo dos priuilegiata, imò ita in eius datione, sicut in reliquis contractibus, traditio requiritur, Andre. Gail obseruatio. 79. num. 10. lib. 2. qui citat Iaſ. in l. de diuisione, ff. soluto matrimonio, Surd. decisio. 251. num. 2. Doctor Marta voto 13. nu. 4. & 5. Molter Molinus in tracta. de ritu nuptiarum, & pactis in matrimonio conuentis lib. 3. qu. 30. num. 12. latè Petrus Barbos. in repetitione dictæ l. de diuisione, vbi videas, & quia materia non est multũ practicabilis, ideò omitto.
3 Sed † si non traditur suo tempore dos, & maritus sustinet onera matrimonij, debentur ei proculdubio vsuræ dotis promissæ, & suo tempore non solutæ, prout probant plures, quos suprà retulimus clausul. 5. glossa 8. par. 15. ex num. 19. vbi tractaui de pacto de soluendo certum quid singulis annis pro vsuris dotis, vltrà quos, infinitos pro more cõgerit Marius Giurba in nouissimis decisionibus Regni Siciliæ, decisio. 72. num. 2. In
4 quo † nulla est differentia, si dos promissa sit filiæ, vel nepti, vel cuicunque alij mulieri, prout expressim tenet Aluarus Velasc. consultatio. 8. numer. 2. qui increpat Fortun. & Couarru. quos contrarium sibi visum fuerat tenere, prout annotauimus suprà, vbi de interpretatione cap. salubriter, de vsuris, egimus, clausul. 5. gloss. 8. par. 15. Eis adde Sur. in tracta. de alimentis tit. primo quæstio. 42. per totam, Osasch. decisio. Pedemont. 132. num. 2. Stephan. Gratian. decisio. 143. num. primo, Franc. Marc. decisio. 308. par. prima, Boer. consil. 6. nouissimè Mar. Giurba decis. Sicil. 72. num. primo in fin. & posteà plenè Rota Romana decisio. 471. in recollect. per Farinacium in vltimo volumine decisionum.
5 Ratio est † in promptu, quia ratio onerum matrimonij supportandorũ, in qua hæc fundantur, æquè militat respectu extraneorum atqui parentum dotantium. Et si in d. cap. salubriter, de socero, & genero fit mentio, illud contingentia facti est, seu frequentioris vsus gratia, quia scilicet communiùs, ac frequentiùs contigit quòd parentes dotent mulieres, quàm alij; quod quia abundè probaui loco citato, ideò non repeto.
6 Hic casus † multoties in Senatu nostro
† fuit *declaratus*, vbi licèt non sit consuetum adiudicare fructus, & suo casu interesse, nisi

à die

à die litis motæ, vt sæpiùs diximus in hoc opere; quoties tamen petitur dos promissa, semper fit condemnatio interesse à die quo maritus cœpit sustinere onera matrimonij, quamuis id fuerit multò ante litem moram.

Memini quòd in illa causa coniugũ Gralles, de qua in principio toties mentionem fecimus, dum disputauimus an pater teneatur dotem dare filiæ sine suo consensu nuptæ, & nim vltra legitimã, fuit 20. Iulij 1577. † *dictum*, quòd debebat solui per patrem interesse dotis adiudicatæ à die quo maritus supportabat onera matrimonij, ad rationẽ solidi pro libra, coram egregio olim Senatore N. Saja. Circa † quam declarationem 7 sistendum est paululùm, quatenùs interesse adiudicat dotis taxatæ, nec promissæ per patrem à die supportatorũ onerum matrimonij, in quo contrarium habet Papon in consil 91. num. 7. quem refert & sequitur Ioan. Baptista Costa in tractatu de portione rata quæstion. 208. num. 9. tum ex eo quòd cùm pater non promiserit dotem, non potest dici constitutus in aliqua mora, vel regulari, vel irregulari, tum etiam quia resolutio pendet à vi præambulæ promissionis dotis, vel quando maritus probaret se ob retardatam solutionem dotis passum fuisse interesse dãni emergentis, aut lucri cessantis, vt docet idem Papon vbi suprà num. 10. cum sequentib. quæ forsan fuerunt in causa, ne resolutio prædicta transiret sine contradictoribus in eodem Senatu, vti vidi in eadem ipsa cõclusione, quæ seruatur in Archiuo Regio, cogita igitur.

Clariùs anteà, & fortiùs multò 13. Septembris 1571. in causa Elisabethis Pou cõtra Franciscum Riquer, coram egregio tunc † Senatore N. Dalmau, fuit *dictum*, patrem, qui promisserat quod quidam Canonicus daret filiæ suæ certam quantitatem pro dote, quod non adimpleuerat Canonicus, teneri ad interesse dictę quantitatis pro toto tempore, quo dictus Riquer sustinuerat onera matrimonij, ad rationem solidi pro libra, eo motiuo, quia in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse.

Clarissimè die 19. Septembris 1566. coram egregio tunc Senatore N. Ros fuit † *dictum*, quòd interesse dotis promissæ debetur à die, quo vir sustinuit onera matrimonij, nisi esset data dilatio ad soluendum, nã tunc solùm deberetur à die finitæ, & expitatæ dilationis.

† Et clarissimè etiam *prouisione* facta per egregium Senatorem Iosephum Roca inter Franciscum Pontium Despujol, & Hieronymum de Montagut & Vallgornera die 13. † Martij 1619. quæ postèa fuit *confirmata* per plenam Aulam in causa supplicationis, refetente egregio itidem Senatore Hieronymo Astor, Actuar. Prats. In dicta (inquã) prouisione fuit expressè taxatum dotis interesse à die quo vir cœpit sustinere onera matrimonij.

8 Vltimam partem † tertiæ Senatus decisionis, quæ tenet dotis vsuras, sed interesse dotis non deberi de tempore dilationis datæ ad soluendum, in terminis probant Surdus de alimentis tit. primo quæstio. 42. numer. 51. Costa de portione rata quæstio. 91. num. 2. Polidor. Ripa obseruatio. 19. num. 2. Marius Ginrba decisio. Sicil. 72. num. 3. qui limitationem adducit, nisi contrarium pactatum, & conuentum sit. Aliam postea adfert etiam limitationem, quam pete te ipsum videas.

9 Declara, † sine dos promissa sit sine præfixione temporis, in quo soluenda sit, nec dicendo quòd hodie, vel cras debeat solui; siue etiam certa cũ præfixione termini: Vtroque enim casu, si dos non solnitur, contrahitur mora, & debẽtur vsuræ, sed diuersimodè. Primo, à die supportatorum matrimonij onerum, quo casu dicitur ex eo die contracta mora irregularis, glo. fin. in l. de diuisione, quam ibi Bar. & alij sequuntur, ff. soluto matrimonio, benè Magon. decisio. Florenti. 83. num. primo, Gaspar Roderi. de annuis reditib. lib. 3. quæst. 7. num. 63. vbi plures adducit. Secundo verò à die finitæ dilationis, quæ dicitur mora regularis eõtracta per lapsum temporis appositi in promissione, iuxtà l. magnam, C. de contract. stipula. prout optimè declarat Rota Roma. apud Farinacium decisio. 251. num. 5. & 6. & decisio. 252. & clariùs decisio. 253. num. primo in secundo volumine decisionum. Id quod etiam declarat Petrus Barbos. in citata l. de diuisione, & quotquot etiam in hac materia adducti fuerunt.

10 Nec in † istis casibus est necessaria aliqua petitio, aut interpellatio, quia in primo maritus sustinendo onera matrimonij implet contractum ex parte sua, ideo cum sit vtrò, citròque obligatorius, vxor constituitur in mora absque alio, iuxtà l. Iulianus, §. offerri, & §. eis vendito, ff. de actio. empt. l. curabit, C. eodem, gloss. in l. de diuisione, vbi Bart. num. 3. ff. solut. matrimon. In secundo verò casu, quia dies interpellat pro homine, & constituit debitorem in mora, l. magnam, C. de committ. stipula. l. 2. C. de iure emphyteu. cap. potuit, extra de loca. benè declarat Surd. de alimen. tit. 1. quæst. 42. à num. 125. vsque ad nu. 133. inclusiuè.

11 Vndè cauendum † est ab Anto. Fab. & suo Senatu in suo C. lib. 8. tit. 7. de iur. dot. definitio..

† nitio.42. vbi hoc *tractatum* fuisse asserit de anno 1594. quatenus in primo casu, quando scilicet nullus est appositus solutioni dies, non contrahi moram nisi à die petitionis, dicit, quia solui dos nõ debuit, nisi peteretur. Vndè si maritus diu distulit petere, non debentur pro tempore præterito vsuræ. Id enim est contra iuris principia superiùs relata, & ab omnibus circa moram irregularem admissa. Nec id quod vult Faber probat Roman. in singular. 601. & Boer. in decisio. 22. num. 24. quos allegat: nam imprimis quantùm ad Romanum, nihil de hoc, saltem in meo codice. Quæ autem à Boerio dicuntur de marito, qui potuit dotem ipsam remittere, aliò proculdubio tendunt, & ad diuersum effectum minimè huic casui applicabilem Boerius ea dixit, vt inibi est videre.

12 Hæc difficultatem † vix habent vllam in his quæ fructus pariunt, veluti sunt immobilia fructifera, vel interesse, vt est pecunia: verùm quando mobilia infructifera adferũtur in dotem, & mora committitur in soluẽdo, dubium tunc est non lene, numquid marito, qui sustinuit onera matrimonij, soluatur aliquod interesse. Hanc quæstionem tractat in terminis Borgninus Caualcanus decisio. 22. num. 39. par. 4. qui distinguit, quòd aut mobilia data in dotem sunt æstimata, aut nõ: si sunt æstimata, eo quia talis æstimatio facit emptionem, vt ipse dicit, & nos in superioribus latè probauimus, propterea fructus, aut interesse ex istis bonis mobilibus debentur à die contracti matrimonij, & seu illius onerum supportatorum, quemadmodum si pecunia fuisset in dotem promissa, cùm tunc verè pecunia in dotem data dicatur. Aut

13 verò † (inquit) bona prædicta mobilia non fuerunt æstimata promissa, sed vt fundus dotalis, & tunc, aut sunt ex illis, quæ pariunt fructus, quemadmodum si essent oues, aut aliæ res similes fructiferæ, & debentur fructus à die litis contestatæ, non à die onerum matrimonij, aut verò sunt ex alijs bonis mobilibus, quæ fructus non faciunt, prout sunt veles, vel iocalia, & reliqua, & non debentur fructus, nec interesse, nec à die supportatorum onerum matrimonij, nec à die litis contestatæ.

14 Hæc est † distinctio huius Doctoris in decisione prædicta, contra quam scripserunt in terminis Polidorus Ripa obseruat. 72. Mar. Giurba in nouissimis decisionibus Regni Siciliæ tota decision. 72. multis probantes, ꝙ in omni casu, quo etiam sola mobilia, vel iocalia, quæ videntur infructifera, l. si habitã, §. si vsus, l. per seruum, §. vsusfructus, ff. de vsu & habita. Bald. consil. 30. lib. 2. Ripa dicta obseruatio. 72. num. primo, & Giurb. allega. decisio. 72. num. 6. sint in dotem constituta, debetur interesse à die supportatorũ onerũ matrimonij, quod videtur probari manifesta iuris dispositione in l. fina. §. præterea, C. de iure dotium, vbi mobilia, & omninò infructifera ponuntur æqualiter cum fructife-

15 ris. Et præterea † facit ratio, quia per resolutionem, & nouam implicationem in bonis immobilibus, ex eis dicuntur percipi fine dubio fructus, per ea quæ notantur in §. constituitur, instit. de vsufruct. & optimè declarant Ripa & Giurba vbi suprà. Finaliter quæ iustitia esset quòd non compensaretur mariro damnum, quod ex defectu traditionis bonorum mobilium vxoris sentijt ille in propriis? Eandem opinionem tenet Antonius Quesada diuersar. quæstio. iur. q. 26. col. 6. in fine.

16 Conducunt † quę in materia l. curabit, C. de act. empt. quæ est multùm affinis nostræ, ex quò sæpè Doctores ab vna ad aliam arguunt, vt in inferioribus videbis, docet Rota Genuen. decisio. 194. nu. 3. & Ioseph. Ludoui. commun. conclusio. 56. versic. Ampliatur, vbi dicunt, quòd si venderetur fundus sterilis, & fuisset traditus non soluto pretio per emptorẽ, deberetur nihilominùs interesse, quia (inquiunt) hoc casu non debetur ratione fructuum, sed ratione impletæ fidei, ad quod multa allegant, sic in nostro casu non est attendendum si sterilis erat, vel non res mobilis in dotem data.

17 Amittitur † autem fine dubio illud ius petendi vluras has, seu illud interusurij, si per triginta annos, quod est legitimum tempus ad præscribendum, lluterit maritus quòd nõ petierit, idquè siue iure actionis, siue officio Iudicis potuisset peti, vtrumque enim triginta annorum spatio tollitur. De primo enim quòd actiones eo tempore præscribantur, est text. vulgaris in l. sicut, l. omnes, Cod. de præscriptione triginta anno. De officio autem Iudicis est gloss. in dicta l. sicut, in versic. Prosecutione, & docent latè alij, quos Surdus refert in tract. de alimen. tit. 1. quæst. 42. num. 93.

18 Dubium est, † an minori tempore, quàm triginta annorum, si maritus vsuras non petierit, censeantur illę remissę, taliter quòd peti ampliùs non valeant. Qua in re si tempore minori decem annorum, vt putà quatuor, aut quinque annorum, aut alio vsque ad decennium exclusiuè, nemo vnquam dubitauit, omnes concordant non esse tractandum de remissione, prout docet Menoch. præsumpt. 25. nu. 1. lib. 3. Gasp. Roder. de annu. redi. lib. 3. q. 7. nu. 61.

19 Respectu autem † decennij, & vlterioris temporis citra annos triginta, non defuerũt qui

qui pro remiſſione reſponderunt, ducti auctoritate textus in l.cum quadam,in §. diuus pius,ff.de vſur. vbi Imrisconſult. *Diuus Pius* (inquit) *ita reſcripſit : Parum iuſtè vſuras præſcribi petis,quas omiſiſſe te longi temporis interuallum indicat, qui eas à debitore tuo, vt gratior apud eum videlicet eſſes petendas non putaſti.* In qua l.conſiderarunt verba, *longi temporis interuallum*, quæ, † vt notum eſt, in decennio verificantur. Qui ſint iſti Doctores qui hanc opinionẽ tenuerunt non eſt quòd tempus conteram in referendo, cùm latiſsimè adducãtur omnes ab ijs quos mox referemus : antefignanum faciunt Baldum in conſil.474. Poſt biennium,lib.3.

21 Sed obtinuit,† & eſt verius proculdubio, quòd non cenſeantur remiſſæ vſuræ, prout apparet ex adductis per Menochium vbi reſpondet contrarijs in ſæpè citata præſumpt.25.lib.3.ex num.2. Velaſc.conſultatio.S.n.9. Barboſa in l.quæ dotis,ex num.46. ff.ſoluto matrimon. Corduba de Lara in l.ſi quis à liberis, verſic. Si quis ex his,num.61. de liberis agnoſcen. Roderi.de annuis reditibus lib.3.quæſt.7.num.65. inſigne eſt ad propoſitum conſilium Marci Anton.Nat.495. per totum, Andreas Fachineus controuerſiarum iuris lib.3.cap.103. Stephan. Gratian.diſceptatio.foren.143.num.16. colum.3. verſic. Idem etiam fuiſſimè Surd. de aliment. tit. primo quæſtion.42.ex nu.89. vbi reſpondet contrarijs,& dicit num.110.ſe ita conſuluiſſe,& in facto *obtinuiſſe*. Addit,quòd ex his, quæ ipſe tunc allegauit, compilauit Rolan. qui tũc præſidebat in Senatu Montisferrati, vbi cauſa tractabatur, ſuũ conſ.65.lib.4.& in cõſ.290.n.13.dicit,ꝙ Rolan.(ne in furto de prehenderetur) mutauit (ſicut plures faciũt volentes alienis pennis ſuas cõponere alas) nomina litigantium. Pro eadem etiam opinione *declaranit* Senatus Neapolitanus, vt auctor eſt Thom.Grammat.deciſio.70. Tẽpus enim † non eſt modus tollendæ, ſicut nec inducendæ obligationis,l.obligationum ſubſtantia,§.placet, ff.de obligatio.& actio. l.liberti 2.§.primo,de alimen.& ciba.legat. Surdus ad propoſitum tit. primo, quæſt. 42. num.94.in tractatu de alimentis. Omnes reſpondent multis modis textui in dicto §.diuus, & ſignanter, quod nobis ad iſtud inſtitutum ſufficit, eum loqui in vſuris lucratiuis, & rigoroſis, & ideò odioſis, in quibus propterea facilius amplectitur interpretatio, quæ eſt contra eas; non ſic eſt in noſtris vſuris, quæ non ſunt lucratiuæ, & per conſequens nec odioſæ, ſed imò compenſatiuæ onerum matrimonij, vt ſæpiùs diximus, & ideò fauorabiles. Lege iſtos Doctores, qui appetitum ſatiabunt ſine dubio circa interpretationem huius legis, ac etiam circa tationes, quas in multitudine copioſa adducunt, quibus hæc opinio confirmatur. Inter

23 eas † nõ minimum tenet locum, quòd ſi de præſcriptione tractes, ea non procedit ſi eſt minor triginta annorũ, vt in l.ſicut, & l.omnes, C. de præſcriptio. trigin. annor. ſuprà allegatis, & prout aliàs Doctores citati cõ-

24 firmant : Si verò † remiſſionem, & donationem velis præſumere, id non licet, præterquàm in caſibus in iure expreſsis, l. cum de indebito, de probatio. qualis iſte nõ eſt.

25 Amittuntur † etiam iſtæ vſuræ ſi toto tempore conſtantis matrimonij eas maritus non petierit, vt probat expreſsim text. in l. vit vſuras, ff.de donation. inter vir.& vxor. vbi *Vir vſuras* (inquit Iureconſultus) *promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, easque non petierat, cum per omne tempus matrimonij ſumptibus ſuis vxorem, & eius familiam vir exhiberet dote prælegata, ſed & donationibus verbis fideicommiſſi confirmatis, legato quidem dotis vſuras non contineri videbatur, ſed titulo donationis remiſſas*. Hæc vltima verba rationem adducunt deciſionis, quia per hanc taciturnitatem inducitur vſurarum harum per donationem remiſsio,non eſt quòd aliam quæramus. Concordat in hoc cõmunis Doctorum opinio, vti apparet ex allegatis ſuprà, vbi potes videre.

26 Bene verum eſt, † quòd non defuerunt contradicentes, vti fieri ſolet in omni ferè materia, quibus viſum eſt nec mariti mortem, cum taciturnitate per totum tempus durantis matrimonij, ſufficere ad hanc remiſsionem inducendam, non comprehendentibus quomodo fieri poſsit, quòd id ꝙ petere maritus poſſet ſi viueret, petere non poſſint eius hæredes poſt mortem, ad quos alia omnia iura, tam actiua, quàm paſſiua, tranſeunt, licèt ſit faciliſſimum intellectu,& hominis captu,non enim tranſit ad hæredes iſtud ius, quia extinguitur in inſtanti mortis mariti.

27 Nec omiſerunt † varios intellectus legi, vir vſura, accommodare, per quos ne probaret quod volumus, perſuaderent, dicentes, vel quòd loquitur in veris vſuris, & odioſis, quemadmodum de ſuprà allegato §.diuus, diximus, vel in expreſſa donatione,& remiſsione facta per maritum antequã moreretur, vel ſaltem quòd procedit tantũ inter maritum, & vxorem, quando ſcilicet per ipſammet vxorem fuit dos promiſſa, cui us reſpectu propter affectionem nimiã,quę ſolet eſſe inter coniuges, poteſt ſuſtineri cõiectura donationis,& remiſſionis,de quibus in d.l. ſed non reſpectu alterius promittentis. Sed obtinuit nihil eſſe de his intellectibus

bus curãdum, vtpotè quia & diuinatiui sunt, & violant litteram, quæ satis clara est, & satis clarè loquitur. Ego non moror amplius in his discutiendis, quia esset actum agere: suprà relati enim Doctores multum in hoc tempus consumpsere. Solùm aduerto, quòd qui magis hanc opinionem nostram labefactare conati fuere, sunt Deci. in consil. 571. & Natta in citato consil. 495. & Andre. Fachine. controuersiarum iuris lib. 3. cap. 103. vbi videas.

28 Nostram opinionem, † & communem † *sequuntur* est Senatus Pedemontanus decis. 132. apud Osaschum, vbi plura de his. Et deindè Senatus Sebusianus idem etiam † *soluit*, vt auctor est Antonius Faber in suo Codice lib. 5. tit. 7. de iure dotium, definit. † vltima, *Rota* Florentina decisio. 83. nu. 10. apud Magonium, verfic. Quibus stantibus. † Et *Senatus* Apuliæ, vt nobis refert Francisc. Viuius decis. 423. num. 16. in fine. Pro eadè † etiam opinione *declarasse* Senatum Montis ferrati in facti contingentia refert Ioan. Petrus Surdus in consil. 290. num. 13. Et denique † pro eadem *iudicauit* nolter, referente egregio Senatore Ioanne Magarola, in causa don Hieronymi Vila, contra don Ludouicum Ortiz & de Concabella, sub die 2. Octobris 1607. Petebat enim post mortem patris interfurium dotis maternæ, quæ nõ fuerat illi soluta in vita: sed fuit dictũ, quòd quia maritus in vita vsuras prædictas nõ petierat, ideò censebantur remissæ, & per cõsequens fuit agenti silentium impositũ. Vide conclusionem in Archiuo Regio.

29 Circa † quam declarationem nota, ne erres, sicut non diù est cum quodam fum expertus, quòd conclusio prædicta meminit ad præsumptionem remissionis vsurarum indecendam, nedum mortis mariti, sed etiam † per viginti annos, & vltra duranerat matrimonium, in quibus nihil petitum fuerat, per quod videtur copulatiuè & cursum temporis prædicti, & mortem mariti requirere, † expressim, saltem respectu decennij, vt scilicet non sufficiat sola mors testatoris, id est sola pacientia, & taciturnitas per totum tẽpus constantis matrimonij, sed oporteat etiam cursus decennij, aliàs si minori tempore durasset matrimonium, non induceretur præsumptio remissionis, censuit Osasc. decisio. Pedemontana 132. suprà allegat. nu. 19.

30 Sed verius est † solam taciturnitatem, & patientiam per totum tempus contracti, & cõstantis matrimonij, quantũcunque, & qualecunque illud sit, sufficere ad hanc remissionẽ inducendam: non enim aliquod tempus l. vir vsuras præfigit, ergo nec nos illud præfigere debemus, & in terminis ita tenet Menoch. in fæpè citata præsumptio. 25. num. 6. adducens in id Bar. Roma. Bal. Io. Lup. Boeri. Grãma. & Cephal. Ibidẽ reprehendit expressim Osasc. qui cõtrarium tenuerat. Nec Senatus noster temporis prædicti viginti annorum meminit, quasi in eo fecerit necessarium fundamentum decisiouis, fed referendo factum, & illius contingentiam, sicut pluriès faciunt Iureconsulti legum auctores, vt in eadem ipsa conclusione est videre.

31 Limita † nisi aliquo indicio constaret de contraria voluntate mariti, prout optimè Faber in cita. defin. vlt. tit. de iure dot. quod non habet difficultatem, quia tunc contraria præsumptione tolleretur præsumptio remissionis, quod non est in iure nouum, imò multùm frequens, & ordinarium.

32 Limitatur † etiam, secundùm Ioan. Baptistam Lupum in tract. de vsur. commentar. primo §. 4. num. 83. si supersunt filij: eorum enim fauore (inquit) fit ne vsuræ censeantur remissæ, nec l. vir vsuras habeat locum, ex l. si vnquam, C. de reuocan. donatio. atque ita † dicit *decisum* in Rota Florentina. Existentiã filiorum ad faciendum cessare hanc præsumptionem donationis, & remissionis in isto casu considerat Aluar. Velasc. consulta. 84. circa finem. Ad hæc nescio an fuerit animaduersum ia illa don Hieronymi Vila, de qua suprà, superuiuebat enim filius, & nihilominùs fuit, vt vidisti, *declaratum* pro remissione vsurarum: sed cùm nullum de hoc fuerit factum motiuum, crediderim potiùs quòd non fuit ad id animaduersum, quàm quòd spreta hac doctrina processerit declaratio. Idem dico de decisio. Viuij 428. quam adduxi etiam suprà, ibi filius erat etiam qui pe tebat vsuras de tempore constantis matri† monij, & tamen fuit *repulsus*. Magna est hęc limitatio, per quam magnæ euitarentur animaduersiones in hac materia, tu ipse vide.

33 An autem † idem sit quando finitur quidem, & dissoluitur matrimonium, non per mortem viri, in quo casu hucusque loquuti fuimus, sed imò per mortem ipsius vxoris, an habeat locum d. l. vir vsuras, ne possit maritus petere vsuras dotales. Hanc quæstionem tractat, & disputat latè Aluar. Velasc. consultatio. 84. per totam, quam resoluit in fauorem mariti, vtpotè quia existimat secundùm casum illius legis, quem optimè præ aliis ponit, istum nostrum non comprehendi sub illo. Addit in fine, quòd hæc explicatio, & restrictio ad d. l. vir vsuras nõnullis iudicibus placuit.

34 Sed an † saltem succedentibus in dote post finitũ matrimonium istę vsurę debeãtur pro tempore quo eis vel in totũ, vel in parte non soluitur dos quæ promissa fuerat, quæ-runt

runt Doctores. In qua quæſtione breuiter reſoluitur communiter, quòd nullæ vſuræ poſſunt peti, aut exigi, quia, vt pleniùs dicunt Doctores qui latè ſuprà adducti fuere, huiuſmodi vſuræ dotis non ſolutæ, de iure debẽtur marito prnpter onera matrimonij, & ſeu propter alimenta, quæ præſtat vxori matrimonio durante, quæ cauſa per mortẽ coniugis ceſſat omnino, & ideò debet ceſſare effectus. Ita in terminis Caſſaneus in conſuetud. Burgun. tit. *des droits* rub. 4. §. 23. in princip. in 9. concluſio. num. 16. circa fin.

35 Vbi † vt comprehendas qualiter iam tunc ſicut & nunc volebant Iuriſconſulti ſatisfieri in ſuis laboribus, ne ijs qui nunc viuunt in poſterum vitio vertatur, ſi ſine debitis ſtipendijs nolunt labori incumbere, hæc verba addit: *Fui interrogatus bis diebus, & ita dixi, ſed quia nullæ erãt pecuniæ, nihil ſcripſi*, optimè Rot. Roma. apud Seraphin. de Olinar. deciſio. 517. num. 2. & 3.

Succeſſit is caſus in noſtro Senatu diſputandus in illa don Hieronymi Vila contra dominũ de Concabella, de qua ſuprà, in qua petebatur, quod ſaltem adiudicaretur agẽti interuſurium illius partis dotis, quæ quondãm agentis patri ſoluta in vita non erat, ex tempore quo diſſolutum fuerat matrimonium, & exactio ad eum ſpectabat vti hæredem parentum † : ſed *fuit* impoſitum ſilentium eodem modo quo in vſuris de tẽpore vitæ vxoris, *Quia* (inquit declaratio) *datur iſtud interuſurium propter onera matrimonij, quæ cauſa ceſſauit per mortem coniugum, & ideò debet ceſſare etiam effectus*. Idem etiam † reperio quòd anteà *deciſum* in hoc eodem noſtro Senatu fuerat, prout refert Michael Ferrer in 3. par. obſeruantiarum cap. 388. vbi fuit dictum, non à die mortis parẽtum, ſed à die petitionis, ſicut in reliquis aliis cauſis non priuilegiatis, intereſſe dotis † debitum eſſe. Idem etiam anteà fuerat *declaratum*, die ſcilicet 23. Ianuarij 1523. coram egregio tunc Senatore N. Albalat, in cauſa Ioannis Cubetes contra Ioannem Sola, vbi à die contractus matrimonij fuit intereſſe taxatum ad rationem ſolidi pro libra, vſque ad illius diſſolutionem, eo verò ſoluto vſque ad litem motam nihil, poſt litem verò motam fuit iterùm taxatum ad dictam rationem ſolidi pro libra. Vidi in Archiuo Regio.

36 An autem † amittatur etiam prædictum dotis promiſſæ interuſurium debitum, & ſeu ius petendi illud, ſi vir recipiat dotem ſine eo, dubium eſt non parùm controuerſum. In quo plures diſtinguunt inter illud quod fuit à principio conuentum inter partes, vt ſingulis annis ſolueretur dum retardaretur dotis ſolutio, quam conuentionem fieri poſſe in ſuperioribus probauimus, & illud quod diximus deberi etiam abſque aliqua conuẽtione, & pacto. Dicunt enim quòd primum eùm debeatur iure actionis, & propterea ſit quid ſeparatum, & diſtinctum ab ipſa dote, & quid de per ſe ſtans, poteſt ſemper & vbicunque peti. Secũdum verò minimè, ex quo nõ iure actionis, ſed imò officio Iudicis mercenario debetur, quod tollitur proculdubio ſublato principali.

37 Hanc quæſtionem † habes apud Surd. latè de hac re agentem in tracta. de alimentis tit. primo quæſtio. 43. num. primo, vſque ad num. 26. Menochi. in ſæpè citata præſumpt. 25. num. 13. lib. 3. Ioannem Baptiſt. Lup. de vſur. commentar. primo, §. 4. num. 83. Gaſp. Rodericum de annuis reditibus lib. 3. q. 7. num. 69. Rimin. iun. in conſil. 67. num. 26. & ſequentib. & nu. 44. lib. primo, & conſ. 346. num. 15. & ſequentib. lib. 3. Caualca. deciſ. 35. num. 11. par. prima, Hieronym. Gabriel in conſil. 145. par. 2. per totum, qui multa ad hoc probandum adducunt, multasque inſtantias de caſibus ſimilibus referunt, in quibus per receptionem ſortis cenſetur præiudicatum vſuris, & alijs acceſſionibus. Adde Stephan. Gratian. diſceptatio. foren. 130. n. 35. qui dicit in iſto caſu non poſſe peti vſuras, niſi illæ petantur vel ranquã conuentę, vel tanquã debitę vigore alicuius cõſuetudinis: nam tunc etiam ſolura ſorte remanet ſaluum ius quoad intereſſe, Pureus deciſio. 93. lib. primo, Illuſtriſſimus Cardinalis Mãrica de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 12. rit. 3. num. 37. in fine, vbi dicit in ſacro Auditorio fuiſſe † *deciſum* coram bonæ memoriæ Bubulo in Forliuien. dot. die 24. Nouembr. 1582. quod poſt ſolutionem dotis fructus peti non poſſunt, quia

38 † extincta actione principali Iudicis officium quod deſeruit actioni, conquieſcit. Eiuſdem deciſ. nouiſſimè meminit Stephan. Gratian. diſceptatio. foren. 455. num. 29. A quo tamen eſt cauendum quia videtur eam deciſionem Rotæ applicare etiam ad caſum vbi ſolutio fuiſſet acceptata cum proteſtatione, de quo tamen nihil Manci. dicit, quem Gratia. refert. De quo puncto an in his quicquam proficiat proteſtatio recipienti, habebis ſtatim.

39 Supradicta † adeò vera exiſtimant Doctores, vt credant nihil prodeſſe proteſtationem de recuperando, & petendo nihilominùs intereſſe in ipſo actu receptionis dotis, quia (inquiunt) hęc remiſſio fit ex neceſſitate iuris, quo caſu proteſtatio non iuuat, non ex voluntate, quo caſu poſſet iuuare, conſeruando ius, quia declarat voluntatem remittendi abeſſe; tum etiam quia hic adeſt

ipſius

ipſius rei incapacitas, & impoſſibilitas, cùm iſtud interuſurium debeatur tantùm officio
40 Iudicis, quod † de per ſe peti non poteſt, & ideò fruſtranea eſt omnis proteſtatio ad effectum reſeruandi ius ad petendum poſteà. Ita Surd. vbi ſuprà num. 22. cum ſequentib. Me-
41 noch. & Roderic. in locis citatis, omnes † allegant Gnidonem Pap. in deciſio. 172. num. 1. latè hæc in caſu domini directi, qui recepit penſionem ab emphyteota, an poſſit petere poſteà commiſſum, ſi de eo in receptione proteſtatus fuit, comprobantem, Ror. Genuæ in deciſionibus de mercatura deciſ. 61, 68. 87. & 200. ſed copioſior, & abundantior locus eſt in deciſ. eiuſdem Roræ Genuæ 38. apud Flaminium Charrarium, per tot. Vbi
42 pluribus † argumentis probat per receptionem ſortis principalis dicti intereſſe eſſe remiſſum, quamuis ſic de eo proteſtatum, niſi debeatur ex conuentione, & pacto par-
† ticulari, & expreſſo, ſicque *deciſum* fuiſſe in ea Rota referr.

Pro quibus allegatur communiter text. in l. centum Capuę, ff. de eo quod certo loco, & eſt mirabilis text. in mater. a vſurarum petitj rei venditæ non ſoluti, noſtris vſuris ſimillimarum, in l. qui per colluſionē 51. in §. petij ſorte, ff. de actio. empt. *Pretij ſorte* (inquit Iureconſultus) *licèt poſt mortem ſoluti, vſuræ peti non poſſunt, cùm hæ non ſint in obligatione, ſed officio Iudicis præſentur*. Alius textus de eadem materia in l. fructus, C. eodem tit. de actio. empt. ibi: *Vēditor quoque pretium tantùm ac ſi mora interceſſiſſe probetur, vſuras officio Iudicis exigere poteſt*. Ad idem eſt text. in l. 4. ſi depoſita, C. depoſit. *Si depoſita pecunia* (inquit Imperator) *is qui eam ſuſcepit vſus eſt, non dubium eſt etiā vſuras debere præſtari, ſed ſi cum depoſiti actione expertus es, tantummodo ſortis facta condemnatio eſt, vltra non potes propter vſuras experiri: non enim duæ ſunt actiones, alia ſortis, alia vſurarum, ſed vna, ex qua condemnatione facta, iterata actio rei iudicatæ exceptione repellitur*. Hæc melius quàm Doctores quicunque qui poſſent allegari, probant nolleū intentum.

43 Eandem † diſtinctionem approbat Antonius Faber in ſuo Cod. lib. 4. tit. 24. de vſur. & mora, definit. 5. vt videlicet in vſuris, quę debentur ex mora, ſiue ex conuentione debitæ illæ fuerint, ſiue officio tantùm Iudiciis, dummodo propter moram, ſublata per ſolutionem obligatione ſortis, nunquam eas peti poſſe velit, & ſic non habere in eis locum noſtram diſtinctionem, quia (inquit) ſolutio accepta (ſine proteſtatione intelligę, ſecùs inſinuans futurum, ſi cum ea acceptata ſolutio eſſet) purgat moram precedētem, & cōmiſſam præcedentis moræ pęnam diluit, l. centum Capuæ 8. in fin. & l. vltima, de eo quod certo loco, cum alijs per eū adductis num. 1. ſecùs tamen eſſe dicit in alijs vſuris, quæ non debentur propter morā, ſed propter aliud, ad quas vulgarem diſtinctionem, an vſuræ debeantur ex conuentione, an officio Iudicis, vt priori caſu, ſublata quoque ſortis obligatione vſuræ peti poſſint, poſteriore non, pertinere aſſerit. Quarum vſurarum exempla quædam is Doctor addu-
44 cit videnda. Ex his vltimis † non eſt dubiū ſunt noſtræ vſuræ dotales, quæ non tam propter moram, quàm ex æquitate, in recompēſationem onerum matrimonij veniunt, vt dicunt ferè omnes qui in toto hoc diſcurſu adducti fuere, & ſignanter Lup. de vſuris commentar. primo §. 4. num. 77. & in noſtris proprijſſimis terminis Magon. deciſio. Florent. 83. nu. 10. & reſpectu vſurarum debitarum ab emptore, quando res vendita fuit ſibi tradita, ipſe tamen pretium non ſoluit, quæ pari paſſu ambulant cum noſtris, docet idem Magon. deciſ. Lucen. 17. num. 3. cum ſeqq. Verum eſt quòd non debentur ſine mora, ſed non principaliter propter eam.

45 Contra hæc eſt † de directo rotus Magonius in citata deciſio. Florent. 83. vbi vult q̄ ſemper poſſit maritus vſuras petere, quamuis ſortem ſine eis receperit, nec per hanc receptionem ſibi præindicaſſe in vſuris, allegat ad id plura ibi videnda, & ſignanter multis probare conatur non Iudicis officio, ſed imò iure actionis peti poſſe, & vt quid diuerſum, & ſeparatum ab ipſa dote poſſe ſtare de per ſe, & tandem concludit quòd vbi ceſſarent omnes aliæ actiones, certè (inquit num. 10. in fin.) non ceſſaret actio ex æquitate, quæ indè oritur, quòd maritus abſq. dote ſuſtinuerit onera matrimonij, in cuius actionis vim vult ſaltem poſſe marirum vſuras prædictas habere. In confirmatione ſuæ opinionis is Doctor adducit Barr. Caſtren. Roman. Rnin. Neguſant. & Bal. Nouel. quos dicit & numero ſuperiores eſſe alijs qui contrarium tenere voluerunt, & auctoritate, & grauitate non inferiores, & ideò præferendi, maximè (inquit) ſtante dicto Bal. Nouel. qui in materia fecit tractatum, cui plus credendum, quàm Doctori conſulenti, vel le-
46 genti. Quæ deciſio † non eſt ex eo parui faciendi quod ſit Florentina, de quibus dicit Dec. in conſil. 400. & repetit Menoc. in conſil. 393. num. 4. quòd non eſt eis multùm deferendum, quia Auditores habent ſalarium de publico, & ideò ſunt negligentes; in quo ego quid velint dicere prorſus ignoro, cùm vbique terrarum habeant Senatores ſalariū de publico, nec vnquam propterea eſt auditum

tum quòd ſint negligẽtes, nec video vnde inferatur, quòd ſi ſalarium de publico non haberent, diligentiores forent in diſcutiendis negotijs, certè melius eſt viuis rationibus pugnare quàm iſtis notorijs conuirijs, idem quod Magon. tenet Autho. Quæſada quæſtio, iuris cap. 26. col. 3. verſ. Hiſce ſic viſis, taliter quòd nec arbitretur neceſſariam eſſe protestationem in receptione ſortis, ad quod probandum multum conſumit rẽporis pluresq; membranas implet. Idem nouiſſimè de
† onno 1603. *tenuit* Rora Roma. in recollectis per Farina. in vltimo vol. deciſ. 80. vbi
† idem etiam fuiſſe anteà *deciſum* de anno 1595. cum plena negocij diſcuſſione refertur, quòd ſcilicet nunquam harum vſurarum petitio impediarut propter dotem ſine eis recepram.

47 Huius quæſtionis † reſolutio pẽdere videtur ab illo articulo nũ iſtæ vſuræ (loquimur ſemoro omni pacto, & conuentione, nam quando adſunt, obſernãda proculdubio ſunt quæ ſuperiùs dicta fuere) debeantur iure actionis, & de per ſe, an verò officio Iudicis, & acceſſoriè ad ipſam dotem; ſi enim iure actionis tenemus illas eſſe debitas, neceſſum eſt, quòd reſoluamus per receptionem ſortis principalis non extingui ius ad illas pe tendas, ſecus verò ſi officio iudicis, vt ex ſuprà adductis fit manifeſtum. Circa hunc articulum particulariter pugnant Gab. & Magon. licèt nec Gabriel Magoninm, nec Magon. Gabrielem alleget: tam tenax in hoc eſt Gabriel, tamque impatienrer accipit, quòd dicant iſta interuſuria poſſe deberi iure actionis, & ſtare de per ſe, & per conſequens poſſe ſepararim peri poſt receprionẽ ſortis principalis, vr ſtarim in initio allega. conſ. 145 par. 2. acriter inuehat in quendam doctorem, qui id in facti contingentia contra ſe tenere voluerat, dicitque poſteà quòd ſi contraria opinio aliquos habet fauores, & illos quidem paucos, quia plures qui in id alleganrur de hoc articulo non loquuntur, vt ipſe de pluribus particulariter notat, quos Mago. allegar, hæc tamen haber per ſe leges claras, & veriſſimam & receptiſſimam opinionem.

48 Ego, ne † Gabrieli aliàs de iuriſprudenria optimè merito moleſtus fierẽ, imò eum beneuolum, ac benè ergame affectum haberem ne aliquando illius impatientiæ particeps fierem, vellem poſſe eius opinioni adhererе, quæ habet inreruſuria hæc non iure actionis, ſed imò officio Iudicis dcberi, & ideò non poſſe de per ſe ſtare, ac per conſequens non poſſe de per ſe peri poſt ſarisfactionem in debiro principali. Haberem quibus particulariter moueret illas duas leges, quę ſuperiùs fuerunr pro hac opinione adductæ, nempè l. qui per colluſionem 51. §. pretij ſorte, de actio emp. & l. fructus C. eod. rit. quæ claré id dicere videntur, ſi non in iſtis vſuris dotalibus, in vſuris pretij non ſoluti in
49 contractu vendirionis, poſtquàm res vendita tradita eſt per venditorem, quæ vſurę † pari paſſu ſemper ambulant cum noſtris, & ab iſtis ad illas & è contra quotidie arguunt Doctores, abſque difficultate aliqua, & quod vni ſpeciei iura concedunr, idem ipſa tribuũt & alreri propter identrirarem rationis, quæ in eis militar, vt probat Gab. in d. conſ. 145. num. 12. Rolan. à Val. io conſ. 65. num. 5. lib. 4. & paſſim quorquor Doctores in ſuperioribus relari fuere, vt in eis eſt videre, & vltra iura prędicta optimè declarat Pau. de Caſ. in l. Iulianus in §. ex vendito num. 2. de actio emp. Sed cum in cõrrarium adſint deciſiones relaræ, à quibus ferè remerarium eſt velle recedere, ideò alrerius iudicio quęſtionem decidendam relinquo confidens non defuturam Dei miſericordiam, qua ducamur ad iuſtum eligendum ſi quando continget quòd ſuper hoc iudicare debeamus.

50 Nolo tamen † tam ægrè hanc opinionem admittere ſicut fecerunt quos ſuprà reruli, ne proficiat in his aliqua proreſtatio, ac aliqua animi recipientis declaratio in ipſo actu receptionis facta, imò cenſeo quòd ſi hæc cõ currunt, præſeruatur ius recipienti ad petendum poſteà vſuras in iudicio quando cunq. voluerit: habeo quos in hoc ſequar, Meno. in cita. præſump. 25. lib. 3. num. 14. qui tamẽ multùm negligenter in tractarione totiùs huius arric. quem huc vſque diſputauimus, pręrer morem ſe habuit, & Antho. Fab. in cira. defin. 5. tit. de vſur. & omnes fere deciſiones Genuæ ſuprà citatæ præter illam quę eſt Chartarij.

51 Sed opus eſt † quòd hæc paululùm declaremus, ne in terminis erremus, quomodoq. id fieri poſsit, doceamus; dixerunt enim Doctores qui de hoc rractabãt, quos ſuprà addu xi, hic nõ proficere proteſtarionẽ, quia proteſtatio ſolùm operatur in eo quod veniebar ex tacita proreſtanris voluntate, ſeu remiſsione, non in alio, quod ex iuris neceſsitate, vt probat l. ar ſi quis §. plerique, de religio. & ſump. funer. & norar. in l. alimenta C. de nego. geſ. iſta autem facultas petendi inrereſſe non amirtitur ex tacita renunciatione, vt Menochio, rem ſine neceſſaria, & requiſita diſcuſsione tractanti, viſum ſuit in loco cira. ſed ex neceſsitate iuris, vt concordant omnes, quos in ſuperioribus retulimus, quod ſi ita eſt, neceſſarium proculdubio viderur quòd nihil proteſtatio, & declaratio animi proficiant. Iſtud elt quod difficultatẽ

mouet

52 monet in hoc negotio. Cui reſpondet, † & ſatisfacit pulchrè Bart. qui nihil ignorauit in l.final num.4.de eo quod cer. loc. dicens quòd aut creditor recipiens libetat expreſſè ſoluentem à ſorte, proteſtando quòd ſibi remaneat ius ſulcum petendi intereſſe, & eunc procedit contrarium, quia non poſſunt ſtare quòd quis ſit liberatus à ſorte, & non ab intereſſe dependente ab ea, & illius acceſſorio. Aut verò (inquit) creditor non libe rat debitorem, ſed ſimpliciter ſortem reripit cum illa proteſtatione, & tunc proteſtatio ſibi prodeſt, in hoc ſcilicet, quòd non videatur liberatus à ſorte, ſed remaneat petitio ſortis propter intereſſe, & ne mireris quomodo fieri poſſet, quòd ſolutione ſortis facta poſſet nihilominùs remanere eius actio ſiue peritio propter intereſſe, adducit Bart. l. 3. in §. item Iulianus, de eo
53 quod certo loco, vbi † ſolutio facta adicto non liberat à ſorte propter intereſſe, & hoc inquit, ideò quia deficit conſenſus veri creditoris. Ita in propoſito per proteſtationem videtur quod deſficit conſenſus eius, ideò remanet petitio ſortis propter intereſſe. Et ne hanc doctrinam contemnas, aut parui facias, aduerte quòd eam ſequuntur Aret. in conſ. 9. in 2. dub. & Autho. Rub. Alexandrinus in l. non ſolum §. morte num. 375
† de noui. oper nunt. Ita *reſoluit & declarauit* in facti contingentia Rot. Genu. deciſio. 87. num. 6. verſ. Dubitatum fuit. Et ad aduertatur ad deciſio. Genuæ 38. num. 2. apud Flamin. Chartat. in conerarium adductam, quia ea expreſſim approbat hanc opinionē, dum in fine dicit reſpondendo doctrinæ Bart. in cita. l. fin. quòd in ſuo caſu reus conuentus inſtrumento ſolutionis liberatus expreſſè fuerat à ſorte, quo in caſu non remanet petitio ſortis propter intereſſe, prout remanſiſſet (inquit) ſi ſimpliciter ſolutio recepta fuiſſet cum dicta proteſtatione ſine expreſſa liberatione à ſorte, ita declarat Bart. &c. Ex quibus vides qualiter nobis ea Rota non contradicat, ſed imò nobiſcum expreſſe illa conueniat.

54 Caueat † ergò ne liberationem creditor de ſorte recipienda faciat debitori, ſed ſi ſoluitur ei, recipiat eum proteſtatione intereſſe, & ſemper illud potetit petere, per quod ceſſabunt tot contentiones ex varijs Doctorum opinionibus, quot in ſuperioribus vidimus. Et ſi vis ſcire diuerſas contingētias facti, in quibus tractatur de huiuſmodi arceptationibus ſolutionum, tam iudicialiter, quàm extraiudicialiter vt intelligas, in quibus ſibi præiudicare poſsit creditor, vel non, vide ſuprà alleg. deciſ. Rotę Genuę, vbi pulchrè.

55 Si debitor † conſentiret proteſtationi, minorem res difficultatem haberet, quia tunc ſecundum Bartho. in cita. l. fin. num. 4. ff. de eo quod cert. loc. nouo per hunc conſenſum ceeditori acquireretur actio præſcriptis verbis, quæ oriretur ex contractu innominato tempore ſolutionis celebrato, ſcilicet libero ee hoc acto quòd habeam intereſſe, vide ibi Barr. benè declarantem. Cenſetur autem
56 † cōſentire, & ſeu proteſtationi acquieſcere quando præſens proteſtationi non contradicit, vt poſt glo. Bald. & Præpoſitum tenuit Aym. Craue. de antiqui. temp. part. 1. §. quæritur etiam in hac materia num. 29. Bec. conſil. 45. num. 45. cum alijs latè adductis per Surd. deriſio. 32. num. 12. Quæ debes multùm notare, quia quotidie habemus in praxi, quòd in Senatu conquerimur de aliquibus procedimentis, quæ contra nos fiunt, vel contra bona noſtra, & petenti à nobis Senatui probationem procedimentorum, non poſſumus aliud monſtrare præter quandam requiſitionem, & proteſtationem facienti procedimēta præſentatā, cui nihil ille reſpōdit. Per hoc cenſeo probatum intentum circa dicta procedimenta, abſque alia ptobatione: ſic ſæpiùs practicaui, & benè ſucceſsit.

57 Sed ſi non † conſentiret debitor proteſtationi, nunquid ea aliquas vires haberet, occaſionem quòd eractarē mihi præbuerunt Surd. in cita. tracta. de alimen. tit. 1. quæſtio. 43. num. 24. & alij per eum adducti, & ſignāter Paul. de Caſt. in ſæpè cita. l. fin. in fin. de eo quod certo loco, & Iaſ. ibidem poſt nu. 4. verſ. In alio caſu, qui videntur requirere de neceſsitate hunc conſenſum, de quo etiam meminit Rot. Gen. in cita. deciſio. Flamin. Chattar. 38. num. 8. Sed reſpondeo cū alia eiuſdem Rot. Genu. deriſ. in volum. tracta. de merra. 87. allega. iam ſuprà, num. 7. vbi dicit Rot. ſententiam ptædictam eſſe periculoſam, & ptopterea cenſuiſſe cauendum eſſe ab ea, cum alioquin ea ſtante nunquam procederet quod Batt. vbi ſuprà ſcriptum reliquit, quia nemo tam fatuus, & ſupinus eſſet, qui ſoluendo ſortem permitteret creditori ſuo ins ſaluum remanere ad intereſſe, ſemper enim proteſtationi creditoris cōtradiceret, & ita per ſolam contradictionē à iuſtiſsima creditoris prętētione nedū reſpectu intereſſe lucri ceſſantis, ſed etiā damni emergentis omni iure debiti, ſe eximeret, ac liberaret, quod quàm abſurdum ſit, nemo eſt qui non videat iuxta l. nam abſurdum ff. de bon. liber. & in cap. prælati in fin. vbi not. Geminia. de homicid. in 6. & alij adducti per eandem Rot. Gennen. vbi ſuprà num. 7. & 8. quæ vlteriùs poſteà confirmat, & ad omnia contraria optimè reſpondet, & ſignanter

58 ter † quoad illud quòd generaliter gloſ.2.dicit in c.dicimus,diſt.17.proteſtationem ſemper valere pñte aduerſario,niſi ille contradicat:dicit enim Rot.hoc dictum ſic generaliter,& abſolutè ſumptũ quàm fallax ſit & captioſum liquidò conſtare ex DD. quos allegat, & ſignanter ex Bar.in l.non ſolũ,§.morte,col.5.n.22.23.& 24.vbi tractat an partis conſenſus requiratur ad validandam proteſtationem,diſtinguendo multos caſus, quos proſequuntur ibi omnes Scribentes.

Si à contrario ſenſu liceret arguere in ſententijs, in promptu nobis eſſet declaratio in noſtro Senatu facta 27.Nouemb.1537.corã egregio tunc Senatore N.Salauardenya, in cauſa nob.Franc.Butgues,& nobb.Petri,Ludouici, & Antonij de Eril, vbi ex quo ſine
† proteſtatione recepta erat pars dotis,*dictũ* fuit,q̃ maritus ſibi præiudicauerat in vſuris, ergo à contrario ſenſu (ſi liceret in ſententijs ſic arguere) non,ſi cũ proteſtatione. Hęc nota, quia per ea habebis forſan meliùs quàm hucvſq. declaratum quando operetur proteſtatio,& quid ſit faciendum,ne receptio ſortis voluntaria præiudicet vſuris debitis,quę quotidiè occurrunt in facto.

59 Supereſt † reſpõdeamus ad æquitatem l.ſi me & Titiũ,ff.ſi cer.peta.quam ſuprà adduximus ex Magon. cui viſum eſt q̃ vbi aliæ actiones deficerent, certè hæc non deficeret, quę ex æquitate procederet,vt ego recuperẽ damnum q̃ ſuſtinui ſupportando onera matrimonij ſine dote,quandò ſine aliqua proteſtatione fortè recepi. Id oneris reſpondendi dictæ prætenſæ æquitati ſuſcepit Rota Gen. deciſ.61.nu.8.verſ.Non releuat, dicendo q̃ illa lex liberè diſponit quòd ego poſſim petere à te rem meã,quę apud te ſine cauſa reperitur,ſed lex illa nullo modo põt extẽdi.

Bonum eſt quòd ad totam hãc materiam ſi per receptionem ſortis cenſeri debet recipiens ſibi præiudicaſſe in vſuris, recolas ea, quæ in ſuperioribus diximus hac eadẽ clauſ. 6.glo.2.par.1.nu.23.circa illum articulum, ſi poſt receptam legitimam ſine illius fructibus,ac ſine illorum aliqua mentione,aut prę ſtatione, poſſunt deindè peti.

60 Sed nunquid ceſſent † iſtæ vſuræ dotis, & eas amittat maritus,ſi is alĩquam quantitatẽ æquiualentem,& æqualem ex aliã cauſa debebat ſocero, vel alteri, qui dotem ſoluere tenebatur,quamuis is quantitatem illã nunquam petijſſet. Quod eſt quærere an ad impediendum curſum dictarum vſurarum fiat ipſo iure compenſatio, licèt pars de ea non oppoſuerit. Qua in re breuitet dic, q̃ licèt regulariter non fiat compenſatio,niſi à parte opponatur,& ab eo die dumtaxat quo opponitur,non ipſo iure,vt docet glo.in l.ſi cõ ſtat,C.de compẽſatio.Guid.Pap.deciſ.221. nu.5.Vincen.de Franc.deciſ.53.nu.2. Surd. deciſ.191.nu.15.Iare Carol.de Graſ.in tract.de exceptio.excep.16.nu.35.Verùm in-
61 ter † alias ſallentias, quas hæc regula habet, eſt vna ex principalioribus,vt non procedat ad impediendum curſum vſurarum,taliter q̃ ſi de eodem tẽpore,quo ego debeo tibi certam quantitatem patiente vſuras ſine interpellatione, prout eſt in dote, tu mihi debes aliam ſimilẽ quantitatẽ ex alia cauſa, etiam non ita priuilegiata; ad impediendũ ne currãt illæ vſuræ,fit ipſo iure cõpenſatio debiti cum debito,ita vt nullæ vnquã currant,quãnis de debito nihil ſit vnquã oppoſitũ,prout probat dicta l.ſi conſtat,C.de compenſatio. Quæ lex probat clarè intentum, & vltrà, quòd ſi debitori non debeatur tanta quantitas,quantã ipſe debet,nec de eodem tpe,cõpenſatio fit reſpectu eius quantitatis,& reſpectu tẽporis dũtaxat. Idẽ probat glo.in d. l.ſi cõſtat,verb.ipſo iure,quã ſequuntur eõi-
62 ter DD.Surd.deciſ.117.n.2. Qui dicit † rõnẽ eſſe,quia ei intereſſe currere non debet, qui põt cõpenſationem opponere,Sebaſ.Medi. de cõpenſa.p.1.q.50.Caro.de Graſ.vbi ſup. n.37.& Coſta de retrotrac.caſ.5.c.8.nu.13.
63 Quod Senatus † amplectitur:ita enim obtinuit pro Hiero.de Montagut & de Vallgornera cõtra Fran.Pontiũ de Moncorp & Deſpujol *promiſſione* facto verbo facta per egre. Sena.Ioſeph.Roca 30 Iunij 1621. cùm enim contra dictum Montagut, & in fauorẽ dicti Moncorp in ſententia Regia inter dictas partes lata adiudicata fuiſſet dicto Mõcorp certa pecuniæ quãtitas in dotẽ promiſſa,vnà cũ intereſſe,à die quo cępit maritus ſuſtinere onera matrimonij,oppoſui de certa alia quãtitate debita per d.Moncorp d.Montagut,licèt nõ in eadẽ ſumma,nec ab eodẽ tpe,vt declararetur facta ipſo iure cõpẽſatio illius debiti cũ illo vſq; ad concurrentẽ quãtitatẽ,ex die quo debitũ d. Mõcorp contractũ fuerat, fuit cõceſſum q̃ petebam,licèt creditũ,cuius reſpectu opponebã compenſationẽ non peteriſſet vſuras niſi à die litis motæ:ad impediẽdum enim curſum illarum vſurarum fuit conceſſum intereſſe ex die contracti debiti, hoc expreſſo motiuo, *Quia ipſo iure currit intereſſe ad impediendum curſum vſurarum*. Actuar. Ioannes Prats.

64 Quod limitãt oẽs † vt procedat tãtũ in vſuris quę debentur propter moraã,vt in eis fiat iſta ipſo iure cõpenſatio ad eatũ impediẽdũ curſum,non verò in his,quę ſine mora debẽ-
65 tur. Ratio eſt,† quia non dicitur in mora qui poterat opponẽdo eõpẽſationẽ ſe defẽdere, l.vbi nulla mora,de re.iur.vndè iuſtũ eſt q̃ in vſuris q̃ cauſantur ex mora,hæc locũ habeãt:

Quæ cùm non militent in alijs, ideò nec mili
66 tabit dispositio. Ob quod † Sur. in cita. decis.
† 117. *declaratum* dicit non fuisse admissam cõ
pensationem ipso iure ad impediendum cur
sum vsurarum, quas quis petebat, pretij non
soluti, eo motiuo, quia ea non debebãtur ex
67 mora, & propter morani. Et ego, † licèt non
approbem multùm hanc limitationem, cùm
non videam eam in bona rõne fundatã, nec
Senarus visus est multi eã fecisse in supràre
lata causa illorum de Montagut & Mõcorp;
quia tamen oẽs cum ea pertranseunt, timebã
valdè de anno 1621. in cerra causa, si admit
teretur mihi in Senatu hæc compensatio in
vsuris debitis ex legitima, quas palàm est nõ
deberi ex mora, sed iure dominij, & iure suc
cessionis, & hæreditatis, vt probant Peregri.
de fideicõ. art. 36. n. 68. & 69. Ste. Gratia. de
cis. 4. n. 31. Decia. respon. 79. n. 15. vol. 2. Ve
rum est, ꝙ nec pars de hoc opposuit, nec di
xit quicquam, nec ad istam repulsionem, seu
exceptionẽ animaduertit, cùm de compẽsa
tione fienda loquuta aduersa fuit.
68 Sed ad † quam summam taxabitur istud in
teresse dotis? Dic eo modo quo solet in re
gione interesse currere, prout pluribus pro
bat Ios. Ludo. decis. Lucen. 21. n. 34. & Ca
ualca. decis. 35. n. 7. p. 1. Idem Caualc. decis.
22. n. 24. vsq. ad 30. p. 4. Cabal. cons. 46. n. 5.
69 lib. 1. Secundùm ꝙ iu † Cathalonia in homi
ne non mercatore taxatio fit ad rõnem quin
que pro centenario, ꝙ etiam interesse dicit
esse approbatum de iure Caualc. vbi sup. &
in mercatore ad rationem decem pro cẽte
nario, quod nos cõiter dicimus ad rationem
solidi, & duorum solidorum respectiuè pro
libra, quia hoc interesse currit in concussis in
Cathalonia in omni ꝓrsus materia. Quę dif
ferentia inter mercatores principium habet
antiquum in l. eos, C. de vsur. Cabal. vbi sup.
Vidi de hac re in Senatu factam conclusionẽ
sub die 23. Ianua. 1523. in facto Io. Gaberes
contra Hiero. Sola, coram egreg. olim Sena.
N. Albalat, vbi pro interesse dotis constante
† matrimonio *fuit* taxatus solidus pro libra,
attenta consuetudine Cathalonię. Idem fuit
† *resolutum* 22. Iunij 1523. coram egreg. itidẽ
tunc Senato. N. Pasqual, in causa Petri Vila
70 rasa, contra Yolantem Viues. Sed si † ad ma
iorem summã esset istud interesse á partibus
taxatum, non propterea annullaretur in to
tum, sed reduceretur ad dictam summam iu
stã, prout plenè probat Caualca. d. decis. 22.
n. 29. p. 4. vtile enim non vitiatur per inuti
le, vt communiter dicitur.
71 Circa hæc † Guidobon. tota aduocat. 120.
tractat quæstionem hanc, quæ nescio quomo
do in controuersiam venire potuerit vnquã,
cùm vix reperiatur qui de ea dubitauerit, nũ
quid à sententia pro interusurijs dotalibus la
ta liceat appellare, & num ea appellatio ha
beat effectũ suspensiuum, sicut deuolutiuum,
quam resoluit affirmatiuè, dicens non repe
riri in hoc hæc interusuria priuilegiata, sic
† que dicit *obtinuisse*.

SVMMARIA.

1 *Maritus an parafernalium bonorum vxoris fructus faciat suos.*
2 *Mulier vltra bona dotalia potest etiam habere bona extradotalia, seu extra dotem.*
3 *Bona quæ mulier habet extra dotem, alia dñr simpliciter extradotalia, alia parafernalia.*
4 *Adoptio diuiditur in arrogationẽ, & adoptionem simpliciter.*
5 *Parafernalia bona quæ dicantur, & quæ extradotalia, & de differentijs eorum.*
6 *Bona mulieris aut dicuntur dotalia, aut extra dotalia.*
7 *Bona omnia quæ mulier habet præter dotẽ, vel extradotalia, vel parafernalia dicuntur.*
8 *Parafernalia bona dicũtur quæcunque mulier habet extra dotem.*
9 *Parafernalia bona dicuntur Græcè quæ Latinè extradotalia. & anteà num. 6.*
10 *Parafernalia bona in duas diuidũtur species.*
11 *Fructus bonorum parafernalium cedunt sine dubio lucro mariti pro oneribus matrimonij, cùm mulier est ducta sine dote.*
12 *Parafernalia bona semper recuperat mulier soluto matrimonio.*
13 *Parafernalia bona consistentia in mobilibus, quæ posse est mulier seruire in domo viri, non restituuntur nisi qualia reperiuntur tempore quo restituuntur, & in illa bonitate tantum.*
14 *Parafernalia vsu consumpta in domo mariti patiente muliere, non restituuntur.*
15 *Correda quæ bona dicantur.*
16 *Maritus non tenetur pro parafernalibus, quæ mulier sub clave custodita habebat. vbi decis. Senatus.*
17 *Maritus an teneatur ad iocalia, & alia, quæ vxor adduxit in suis archis è domo parẽtũ.*
18 *Maritus an teneatur ad restitutionẽ fructuũ parafernalium, larga distinctio Bart.*
19 *Bart. dicitur iuris lucerna, cæcorum dux, veritatis speculum, & pater.*
20 *Mari. Siliua. fuit magnus Iurisconsultus.*
21 *Casus circa restitutionem parafernalium in Senatu declaratus.*
22 *Parafernalium bonorum fructuum quæstiones, magis dicuntur facti, quàm iuris.*
23 *Fructuum parafernalium extantium, semper datur repetitio.*
24 *Res quæ semel fuit, præsumitur extare.*
25 *Maritus allegando consumptionem fructuum bono-*

bonorum parafernalium què vendieantur vti extantes, abſque alia probatione liberatur.

26 *Negatiua, quòd talis res non eſt in hæreditate, probata manet per oſtenſionem inuentarij, in quo non reperitur.*

27 *Inuentarium. Pro inuentario præſumitur. Negatiua, quòd fructus parafernalium nõ extant, multis modis probari poteſt. ibidem.*

28 *Fructus bonorum parafernalium dicitur extare, ſeu extantes, eum probatur ex pecunia indè proceſſa aliquid emptum fuiſſe, de quo apparet.*

29 *Fructus parafernalium conſumpti de voluntate vxoris, non repetuntur per eandem. Alexandro Raudenſi ſucceſſit exſus notabilis, in quo delegato ſibi, & tribus alijs quodam negotio, prætendit ſuæ potius ſingulari, quàm aliorum concordi ſententiæ forẽ ſtandum. ibidem.*

30 *Doctor, qui libros compoſuit approbatos, præſumitur doctior.*

31 *Alex. Rauden. notatur vanitatis, & arrogãtiæ per Doctorem Marta.*

32 *Maritus an in dubio præſumatur de voluntate mulieris percepiſſe fructus bonorum parafernalium.*

33 *Opinio negans, & pro ea deciſ. Mulierum genus auariſſimum. ibid.*

34 *Opinio affirmans, & pro ea deciſ.*

35 *Cautela Theſauri circa fructus bonorũ parafernaliũ, ne eos maritus teneatur reſtituere.*

36 *Cautela Auctoris in eadem re.*

37 *Maritus facit fructus parafernalium ſuos ex tacita voluntate vxoris, quamuis non ſit expreſſa.*

38 *Voluntas mulieris quòd maritus recipiat fructus parafernalium, & ſuos faciat, probatur coniecturis.*

39 *Vna eſt ex principalioribus, cum maritus multo tempore bona prædicta adminiſtrauit, fructus eorũ receepit, & in vſus domus muliere vidente, & patiente conſumpſit.*

40 *Scientia & patientia inducit conſenſum eius qui poterat contradicere.*

41 *Conſenſus mulieris ex ſcientia & patientia, inducit conſenſum ipſius in parafernalibus, maximè ſi adeſt aliquis actus poſitiuus.*

42 *Qui poſſent eſſe iſti actus poſitiui, declaratur exemplis.*

43 *Fructus bonorum parafernalium ſi probantur conſumpti de voluntate vxoris, præſumuntur donati, nec repeti poſſunt, ſi non eſt factus locupletior. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

44 *Voluntas & conſenſus mulieris in conſumptione fructuum bonorũ parafernalium an præſumantur, an probanda ſint, ſunt opiniones. Opinio Auctoris, quòd ſemper conetur qui partes mariti agit, hanc voluntatẽ, & conſenſum probare. ibidem.*

45 *Quibus modis id probetur.*

46 *Voluntas, & conſenſus mulieris in parafernalibus non eſt probanda circa conſumptionẽ, ſed ſufficit circa perceptionem fructuum ne repeti poſſint.*
Iudex in quæſtionibus dubijs poteſt ex aliqua cauſa, quamuis in animo, in vnã potius quàm in aliam opinionem flecti. ibid.

47 *Maritus præſumitur locupletior effectus ex receptione, & perceptione fructuum bonorũ parafernalium.*

48 *Sed contrarium videtur Auctori.*

49 *Locupletior effectus ex aliqua re, quomodo quis probetur, remiſſiuè.*

50 *Locupletior effectus ſecundum veriorem, & eõ muniorem opinionem non præſumitur bonæ fidei poſſeſſor in dubio.*

51 *Diſtinctio Bart. circa materiam fructuum bonorum parafernalium, impugnatur validè à Theſauro.*
Maritus bona fide pereſpiens, & eum voluntate vxoris fructus bonorum parafernaliũ, non reſtituit eos, ſiue ſint naturales, ſiue induſtriales, & ſiue magni, ſiue parui. ibid.

52 *Bonæ fidei poſſeſſor nullos fructus reſtituit, nec naturales, nec induſtriales.*

53 *Fructus qui dicantur naturales, qui induſtriales, & qui eiuiles, remiſſiuè.*

54 *Maritus an pro parafernalibus poſſit agere abſque vxoris mandato, ſunt opiniones.*

55 *L. maritus, C. de procura. & l. final. C. de pact. conuen. quæ pugnare videntur, concilliãtur. Maritus adminiſtrat ſine mandato, & abſque cautione de rato, quæ mulier ei tradidit & commiſit bona, non ea quæ ſibi retinuit, vel ex poſt obtinerunt. ibidẽ, & num. ſeq. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

56 *Coniũctæ perſonæ quæ ſint quæ poſſunt agere pro coniuncto.*

57 *Mandatum tacitum ſufficit vt maritus agat pro vxore in parafernalibus, & vndè tale mandatum oriatur.*

58 *Mandatum ad agendum ſufficiens pro aliquo oritur ex traditione inſtrumẽtorũ ei factæ.*

59 *Ratificatio vxoris valet pro mandato, & ſuſtinet acta in his quæ maritus pro ea egit.*

60 *Maritus ſi dixit ſe agere vt procurator vxoris in his in quibus mandato non indigebat, ſi de mandato non conſtat, non ſuſtinentur acta ex eo quòd vt coniuncta perſona potuiſſet ea facere.*

61 *Actus factus cum mandato inſufficienti, non ſuſtinetur ex ſufficienti quo vti poterat.*

62 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui. vbi pulchra deciſ.*

63 *Hypoteca competit mulieri in bonis viri pro parafernalibus, ſed non eum prælatione.*

64 *Parafernalia bona quæ dicantur, & quæ inter*

parafernalia enumerentur, remissiuè.

65 *Statutum loquens de fructibus parafernalium an se extendat ad dotales, & è contra. Dotalia, & parafernalia bona, in quibus conueniant. ibid.*

66 *Pretium bonorum parafernalium venditorum per virum & uxorem, præsumitur totū ad maritum peruenisse, nihil ad uxorem.*

67 *Interesse an debeatur marito pro retardatione traditionis parafernorum promissorum ei, sicut pro retardata solutione dotis. vbi decis. Rotæ Romanæ pro negatiuo.*

68 *Parafernalia bona non habent priuilegia dotis, sed ab illis multum differunt.*

69 *Augmentum dotis gaudet priuilegio dotis. Appendicia dotis gaudent priuilegio dotis. ibidem.*

70 *Maritus qui fructus dotis percipit, tenetur ad illius onera persoluenda.*

71 *Intelligitur si quid superet de fructibus deductis expensis.*

72 *Res dotalis non cadit in commissum ob negligentiam viri in solutione canonis.*

73 *Fructus quomodo probentur percepti, & liquidentur, vbi restituendi sunt, remissiuè.*

74 *Fructuum appellatione quæ veniant, remissiuè.*

GLOSSA II. PARS VII.

An maritus faciat suos fructus bonorum uxoris parafernalium, sicut dotalium: vbi larga de istis bonis tractatio.

1 REuertamur ad nostram materiā fructuum, quærentes nunquid sicut dorales facit maritus suos, idē sit in parafernalibus, an etiam fructus eorum similiter suos faciat, si eos recepit, an verò teneatur eos uxori, aut illius hæredibus restituere.

2 Ad quod † supponendum est illud, quod omnes sciunt, nemo ignorat, est tamē multùm vtile ad plures materias, & signanter ad eā, quæ tractanda in præsentiarum est, mulierem vltra bona dotalia, de quibus hucusque egimus, habere etiā posse alia bona extra dotem, quæ extradotalia, seu extra dotē bona dicuntur: quod contingit vel quia mulier dum nubit, licēt plura habeat bona, non vult tamen omnia in dotem viro constituere, sed aliqua tantùm, vel quando post nuptā mulierem cum certa constituta dote, adueniunt aliqua ei bona ex aliqua successione, aut aliàs. Hæc bona extradotalia, siue extra dotē dicuntur; in hoc omnes concordāt,

3 nemo discrepat: sed deinceps, † quia viderunt Doctores nonnullas leges iuris nostri hæc bona, quæ mulier extra dotē habet, appellasse parafernalia aliquando, & aliquando simpliciter extradotalia; ideò bona hęc extra dotalia diuiserunt in parafernalia, &

4 simpliciter extradotalia, ad exēplum † adoptionis, quæ communiter diuiditur in arrogationem, & adoptionem simpliciter in §. adoptio, instit. de adop.

5 Parafernalia † dicuntur esse bona vxoris quæ cùm haberet mulier tēpore contractus matrimonij, noluit tamen ea in dotē adferre viro, in eius ramen domum intulit, custodiam illorum ei committendo, & mandādo, & traduntur ratione proprij vsus ipsius vxoris, vel saltem promiscuè mariti, & vxoris. Extradotalia verò volūt esse Doctores, quorum nihil fuit marito commissum, sed ea mulier secum habet, per se administrat, & ipsa sola eis incumbit. Extradotalia etiā dicunt esse ijdem Doctores, quæ ex aliqua successione obueniunt post contractum matrimonij. Hæc colliges ex glo. in l. fi. de pact. conuent. Menoc. in conf. 56. n. 2. & præsump. 8. lib. 3. n. 1. & præsump. 9. n. 2. Camil. Borrel. in cōs. 56. ex nu. 49. Surd. in conf. 290. nu. 40. & 41. Gail obser. 133. n. 1. lib. 1. Hiero. à Lauren. decis. Aucnion. 18. n. 2. Barbos. in l. 1. par. 1. ex n. 23. ff. sol. mat. Anto. Gom. in l. 50. Tauri nu. 20. Bota in conf. 20. ex nu. 60. Cephal. in conf. 122. & nouissime Anton. Mona. plenissimè de his agens tota decis. Lucen. 68. videē. qui omnes triplicem faciunt bonorum mulieris speciem, dotalium, parafernalium, & extradotalium.

6 Sed hæc † differentia verbalis proculdubio est, & nullo nititur colorato fundamēto: non enim sunt aliæ species bonorū mulieris, quàm dotaliū, & extra dotem, & seu præter dotem: & parafernalia non constituunt aliā speciem diuersam, sed quod latinè dicitur, extra, vel præter dotem, id Grecè dicitur parafernale, à para, quod est præter, & ferna,

7 quod est dos: omnia enim † bona, quæ mulier extra dotem viro tradita habet, siue mobilia, siue immobilia sint, vel extradotalia, vel parafernalia dici possūt, quod clarè probant eędem leges, quæ in hac materia communiter allegantur, scilicet l. si ego §. dotis autem causa ff. de iure dot. l. fin. C. de pact. conuen. l. de his C. de dona. inter vir. & vxo. & l. penul. ff. ad l. falcid. vbi promiscuè Impera. & Iureconsul. respectiuè vtuntur verbo, parafernaliū, & extradotaliū, pro vna & eadē re, elegans est ad propositū l. donationes §. species ff. de donation. vbi loquens I. C. de bonis quæ viro extra dotē ab vxore, seu ab alio tradita, & cōmendata fuerant, quę propriè parafernalia debuissent dici, secūdū su-

prà

ptā tradita,nō vocat ea parafernalia,ſed extra dotem,ſignū euidens,quòd vnū, & idem cēſeat eſſe l.C.parafernale,& extra dotē, id quod pulchrè adnotauit Anton.Theſau.deciſ.187.n.2.& ante eum Fran.Arretti.in cōſ. 159.n.5.Nec negat,ſaltem quod attinet ad noſtrū inſtitutū faciēdi vel nō faciēdi fructꝰ ſuos,Menoc.in cita.præſup.9.n.3.lib.3. Anton.Mona.in cita.deciſ.Lucen.68.n.5. omniū clariùs Borgni.Caual. deciſ. 26. nu. 49.

8 par.3.vbi dicit † in effectu parafernalia dici quęcunq; mulier haber extra dotem, nec eſſe aliā bonorū mulieris diſtinctionem, niſi

9 vel dotalium,vel nō dotaliū,ſolùm eſt † differentia quòd Græcè dicuntur parafernalia, quæ Latinè bona extra dotem,quod meliùs quàm DD.probat Imper.in l. hac lege, C. de pac.cōuen.in illis verbis, *Hac lege decernimus vt vir in his rebus,quas extra dotē mulier habet,quas Græci paraferna dicunt, &c.* oprima eſt ad propoſitū l.Caſtellæ 17.tit.11. *de las dotes* parti.4.quæ eſt concordans cum cita.l.hac lege,quod videtur etiam ſentiſſe Barboſ.cum pluribus quos allegat,& ſequitur,in repetitio.l.a.in prin.n.55.in vetſ.Vel pro concordia ff. ſolu. matri. quatenus dicit

10 † bona parafernalia in duas diſtribui ſpecies,Prima(inquit)eſt qñ parafernalia cōcēduntur in adminiſtrationem marito , & pro quibus ipſe agere poteſt ſine mandato vxoris iuxta l.fi.C.de pac.conuen. Secunda eſt quando bona parafernalia retinētur ſub adminiſtratione & dominio vxoris,& ſunt omnino ſeparata à dote,ita vt pro illis maritus abſq; mādato vxoris nō admitatur l.maritus C.de procura.Id enim dicere non poteſſet ſi in rigore de parafernalibus loqueretur,provt cōſtituunt diuerſam ſpēciem ab extradotalibus, cum in huiuſmodi parafernalibus ſemper ſit adminiſtratio viro cōceſſa,aliàs talia dici nō poſſunt ſecūdū DD. ſuprà citatos,& quod plus eſt , leges prędictæ nō loquūtur expreſſim in ea ſpecie illicta parafernaliū,ſed in genere de extradotalibus, & idcò malè applicarentur ad caſum , ſi pro parafernalibus non eſſet intellectū de extra dotalibus,cōcordat cū Barboſ.in hac diſtinctione Greg.Lop.in l.17.glo.2.tit.11.*de las dotes* parti. 4. vide quæ in inferioribus circa hęc dicentur. Cōſtituēdū ergo eſt quòd non ſit niſi vna ſpecies bonorū extradotaliū;quę potes vel extra dotem bona appellare , vel parafernalia,ſed dicendo extra dotem , loqueris latinè,parafernalia verò Græcè.

11 His poſitis,†veniam' ad quęſtionē noſtrā, quęrentes num maritus horū bonorū parafernaliū,ſiue extra dotem fructus,quos recepit,fecerit ſuos, an verò teneatur eos reſtituere.Hęc quæſtio ſolùm cadit in muliere dotata,& illius reſpectu,nō in indotata, cōcordant enim DD.quòd in iſto caſu fructus prędicti cederent ſine dubio lucro mariti in recōpēſationē onerū matrimonij , quæ ſuſtinet ſine dote , ptęſumuntur enim mulier voluiſſe,quòd fructus prædictos maritus haberet loco dotis,Bal.in conſ.a76.in fin. lib.3. Aym.Craue.in conſ.193.in fi.Roſſental. de feudis c.10.cōclu.5.n.19.Dida. in epito. ad 4.decret.2.par.c.7.§.1.nu.2.Menoc. lib. 3. pręſūp.9.n.21.Hōde.in cōſ.91.n.71.lib.1.

12 Nec etiā † intrat noſtra quæſtio circa proprietatē ipſorū bonorū parafernaliū , & extra dotaliū,ea enim ſemper recuperat mulier ſoluto matrimonio , vel illius hęredes, imò etiā cōſtāte matrimonio ea bona recuperare mulier poteſt ſi voluerit, quantūcūq; enim ea attulerit mulier in domū viri , & ei aliàs illorū cuſtodiā, & adminiſtrationē cōceſſerit,id ſemper intelligitur reuocabiliter durāte volūtate mulieris,quæ poteſt quādocunq; velit ea bona habere à marito,& ei reuocare quod cōceſſerat,etiā conſtāte matrimonio,l.hac lege C. de pac.conuen.l. ſi ego §.dotis,ff.de in.do.l.fi.C.de pac.cōuen.Barboſ.in l.1.par.1.n.29.ff.ſolut.matri.Nar.in conſ.75.num.2.& 3.Meno.præſum.8.num. 5.lib.3.idem Menoch.in conſ.56.n.9. Surd. deciſ.192.num.8.

13 Intellige † quòd in his quę mulier attulit in domū viri,vel adferri paſſa eſt, provt cōtingit in mobilibus,& vtēſilibus , vt ibi ipſa cōſenſiente fetnirent ad cōmunē vſum , non reſtituuntur,niſi eo modo quo reperiūtur tē pore reſtitutionis,ſi atrita,aut aliàs propter

14 vſum deteriora facta fuere,imò ſi †dicto vſu fuerint cōſumpta nō tenetur maritus ad reſtitutionē,Fran.Cremen.in ſingul.142.& latè Tiraq.de retrac.conuentio.ad fi.tit.ex n. 86.Ferrer adGuid.Pap.deciſ.458.in fi.allegāt ad id l.de his C.de dona.inter vir.& vx. & l. plerūq; in prin.ff.de iure dot.ac Bal. in d.l.de his.Caſſan.in cōſue.Burgun.*dez doits*

15 rub.4.§.24.n.8.& 9.qui † ſub extraordinario arrediorū nomine de his loquūtur,quod cū nō ſit Latinis cognitū,nec in hac prouintia vſitatū,quoſdā ex noſtris torquuit valdè quid p nomē iſtud arrediorū,ſignificaretur, ſed occurrit Rauden.deciſ.Piſana.20.n. 26. qui ſubſtulit difficultatē,dicendo quòd Florentini hæc parafernalia appellant corredia, vbi ergo apud DD.Italos,aut Gallos nomē corrediorū repeties,parafernalia intelligere debes , latiùs nomen corredium declarat Molfeſ.ad cōſuetu.Neapol.par.6.de iu. do. q.7.n.18.& 19. vbi de eiꝰ etimologia plura.

16 Supradicta † maximè procedunt in illis bonis , quæ mulier ſub claue cuſtodita ſolebat habere,ea enim non onerantur marito

† provt Senatus *declarauit* optimè corã egregio olim Senatore Pontio Ceſcaſes 24. Ianuarij 1582. vt vidi in archiuo regio inter Angelam Celitrons, & Eliſabethã Annam Pedralbes.

17 Hæc applicari † poterunt quando erit quæſtio ſuper bonis,& iocalibus,quæ mulieres de domo parẽtum ſolent ſecum adferre, cum arcis in domum mariti : ſed oportere exiſtimo quòd multum cauté Iudex in his procedat:cum enim maritus ſit caput mulieris,& dominus in domo, faciliter quamuis claues vxor habeat,poteſt eam decipere,accipiendo, & conſumendo bona vxoris ſuæ prætextu quòd quia ea ſub claue mulier habebat,non tenebitur ad reſtitutionem:oportet cũcta rimari, & nõ ſemper maritum,ſub hoc prætextu abſoluere : ſcimus omnes qui vxores habemus quàm facile nobis ſit eas paupercũlas decipere,etiam in his, quæ ſub mille clauibus cuſtodita illæ habent. Quomodo autẽ probetur in iſto caſu cõſumptio docent ijdem Doctores.Hæc nota, quia milies de hoc interrogaberis, ego ſcio non minimam cauſam de hoc breui tempore mouendã,cui inſudare ego ſine dubio habebo.

Alia de his videbis non ſpernenda infrà dum tractabimus de reſtitutione dotis, vbi habebis qualiter hęc fiant per maritum, aut eius hæredes reſtituenda.

18 Verſabitur † igitur noſtra quęſtio circa fructus tantùm.In qua Bart.in l.penul.nu.3. ff. ad l.falcid.ſic diſtinguit. Aut fructus percepti extant, & debent reſtitui hæredibus mulieris l.ſi ſtipulata §. ſi vxor ff. de dona. inter virum & vxorem, aut ſunt conſumpti, & tunc, aut cõtra volũtatẽ deffunctæ,& maritus debet reſtituere l.de his C. eodem tit. de dona.inter virum & vxorẽ, aut percepti de volũtate deffunctæ,& tũc,aut ſunt fructus induſtriales,& maritus eos luctabitur.l.vlti. cum glo.C.de pact.conuen.ſi verò ſunt fructus naturales magni,& tunc tenetur maritus reſtituere,in quantum eſt factus locupletior,dicta l.ſi ſtipulata §.1.de dona.inter virum & vxo. aut ſunt parui,& non tenetur reſtituere l.ſi id quod §.1.l.vtrum ff.de dona. inter vir.& vxor.& l. omnino ff. de impen.

19 Hæc eſt † diſtinctio Bar. quæ, ſufficit dicere, quòd ſit Bartoli,vt debeat habere magnam auctoritatem, is enim dicitur iuris lucerna, cæcorum dux,veritatis ſpeculũ,veritatis pater,vt dicit Iadoc.Damhauder.in tract.ſubhaſtatio.c.4.nu.1.qui multa de Bar. ad pro-

20 poſitum adducit. Dicit Bart. † quod dictam diſtinctionẽ habuit à Marti.Sili.aliás de Fano, cuius volui videre ſi aliquod veſtigium repetirem poſtquam nulla eius ſcripta habemus,vt ſcirẽ quis ille eſſet,& reperi,quòd Beneuenu.Strac.in tract.de ſpõſio.par.3.n. 5.de eo mentionem fecit, dicens quòd fuit maximus Iuriſconſultus. Hanc diſtinctionẽ eſſe communiter receptam dicit Lara in l.ſi quis à libetis §.ſi quis ex his,nu.70.ff.de libet.agnoſcen.Hierony.à Laurẽ.deciſ.Auenionen.18.n.16.Dida.in epitome ad quartum decretaliũ c.7.§.1.nu.2. Theſau.deciſ. 187.n.3.Matth.de Afflict.deciſ.44.nu. 5.& ibi Vtil.n.4.Menoc.ptæſump.9.n.5. lib.3.

† Iuxta dictã diſtinctionem *iudicaſſe* Senatũ Gratianopolitanum refert Guid.Pap.deciſ.

† 468.n.8.in fine,& *Senatum* Neapolit.vt auctor eſt Afflict. deciſ. 44. provt intellexit Hierony. à Lauren. d.deciſ.Auenionen.18.

† n.13.& *Senat.* Pedemon.apud Theſau. deciſ. 187. n.3.in fin.

21 Repetio quòd † circa rem hanc Senatus noſter raro habuit declarare,quia rarò ſucceſſit in eo caſus diſputandus. Sed ſucceſſit aliquando,in cauſa ſcilicet Angelæ Celitrõs contra Eliſabetham Annam Pedralbes,quæ olim in Senatu ducebatur corã egregio Senatore Pontio Ceſcaſes,de qua ſuprà memini,in qua 24.Ianuarij 1582. hoc modo fuit

† Bar.diſtinctio *approbata*, ram quo ad fructꝰ naturales, quàm etiam quoad induſtriales, de quibus omnibus inibi actũ fuit. Quoad fructus quidem naturales,veluti erant logeria,& pẽſiones domorũ magni valoris, quos receperat maritꝰ nomine vxoris, & vt illius procurator,fuit condemnatus ad reſtitutionem,his verbis, *Attento eõſtat dictũ N. ti procuratorem vxoris ſuæ confeſſum fuiſſe ſe recepiſſe tot quantitates &c. & attento quòd vnuſquiſq; adminiſtrator tenetur de adminiſtratis rationẽ reddere, & reliqua reſtituere, etiam ſi is maritus fuerit,& bonorũ parafernaliũ adminiſtrationẽ geſſerit,& maximè ſi id tum mandato vxoris fecerit, & fructus bonorũ parafernaliũ magni fuerint valoris, & maximè quando illos in proprios, & non promiſcuos vſus ipſius,& mulieris tõuerterit,& ex illis debitor effectui fuerit & c. Ideò &c.*

Quo verò ad fructus cuiuſdam vineę, qui erant induſtriales,quos maritus ſimiliter, & eodem nomine receperat, fuit abſolutus cũ hoc motiuo,*Attento fructus vineæ, quos maritus recepit ſunt induſtriales,& de voluntate vxoris recepti,& in promiſcuos vſus conſumpti,quo caſu certũ eſt maritũ nõ teneri talũ fructuũ nõ extãtiũ rationẽ reddere, ideò &c.*

Ex hac Bartholi diſtinctione ſumpſerunt DD.quicquid boni dixerũt de hac materia, alijs de ſingulis mẽbris diſtinctionis & deciſionis ſingulos caſus faciẽtibus, vt Meno. & Theſau.in locis ſuprà cita. alijs verò cõcluſiones,prout facit Vincen.Hõde. in cõſi. 91.lib.1.quarum ſunt DD. apud quos ſimul

cum

cum Surd.nõ omittẽdo in pleno conſ. 290. lib.2.ac nouiſſimè cũ Anto.Mona.deciſ. Lucen.68.per tot.vberiùs hęc materia explanata manet. Iſti diſcurrunt latè per omnia mẽbra diuiſionis,& diſtinctionis Bar.exami nãdo & cõprobãdo,& taliter vt nihil ſuprà,
22 ibi videas.Solùm ego,† quia hęc quæſtio,vt dicebat Theſau.d.deciſ.187.n.1. & nouiſſimè Anton.Mona.in cita.deciſ.Lucen. 68.n. 40.magis poteſt dici facti,& voluntatis.quã iuris,& eſt verum quia maior pars quæſtionum eſt ſemper ſuper facto,ſi voluit, aut nõ voluit mulier:ſi fructus ſunt conſumpti, aut non ſunt cõſumpti:ſi maritus eſt factus locupletior,vel nõ,& reliqua; ideò quædã faciũ ipſum,& illius probationẽ reſpiciẽtia annotabo,per quę tota hæc materia fiet dilucidior,& ſine quibus vix poſſet dici aliquid eſſe dictũ,& hoc iudico meum eſſe propriũ officiũ & munus,qui tanto tẽpore cauſas duco in palatijs,inſtruere ſcilicet nouiores quo modo ſuos in his clientes adiuuare valeant.
23 Imprimis † dicit Bar.& ſequũtur omnes, quòd ſi extant illi fructus,& nõ ſunt cõſumpti,datur ſemper repetitio, quod dicit Vincen.Hondede.in conſ.91.nu.58. lib.1. procedere in fructibus etiã pendentibus tẽpore mortis,& multò magis in poſt perceptis per illius hæredes.

Quid debeat in hoc caſu facere quæ fructus vult conſequi tamquam exiſtentes, non eſt difficile docere,moſtret vbi ſint,& habebit intentum. Totum negociũ eſt reſpectu mariti,aut illius hæredũ,contra quos prætẽduntur fructus prædicti, qui cogũtur ſe deffendere à prætẽſione.Prætendũtur,inquam, allegando præſumptionẽ illam qua dicitur
24 † quòd res quæ ſemel fuit, præſumitur extare, l,ſi quis ex argentarijs §.fin.cum l.ſeq. de eden. l. teſtiũ cum ibi nota.C. de teſtib. & latè probat Surd.in cõſ.290.n.8. vbi glo. & DD.allegat tenentes, in eiſdẽ noſtris terminis,quòd qui allegat fructũ exiſtentiam, habet præſumptionem pro ſe, & transfert onus probandi in aduerſariũ,vbi videas,nec omittas Euetar.in ſua topi.lega.loco de tẽpore ad tempus,vbi latè de hoc, latè etiam Philip. Maſſin.in 1.cẽtu.ſelec.iuris diſtinct. per tot.diſtinct.14.vbi plura loca cũ Meno. in tract.de præſump.quem in diuerſis locis allegat ad propoſitum coaceruauit, videda.
25 Hæc licèt † vana ſint,nihilq;concludentia contra reum dum non monſtrentur res quæ vendicantur,aliàs poteſt vendicanti dici, accipe tu fructus quos vindicare vis, concedo tibi quòd proptia auctoritate eos capias vbicunq; illos inuenias,cõſulo tamen quòd reus pro ſua parte nihilominùs faciat diligentias, per quas à tam voluntaria prætentione abſoluatur. Illæ erunt quòd fortitet alleget non exiſtentiam fructuum, dicendo quod non extant,ſed ſunt conſumpti, quod cẽſeo ſufficere ad excluſionẽ actoris, niſi cõtrariũ probetur,provt in terminis docet Salice.in l. fin.C.de pac. conuen. vbi dicit ſic tenuiſſe Bart. in l. penul. ad l.falcid.Afflict. deciſ.44.n.5.Surd.in conſ.iam cita.290.nu.
26 27.Conſulo etiã † hæredi quòd oſtẽdat inuentarium de omnibus in hæreditate repertis confectũ,per quod cũ ibi non reperiãtur fructus,remanebit probatũ eos non extare, hoc enim modo probatur negatiua ſecundũ gloſ.cõmuniter approbatã in l. cum de lege
27 de proba.Quia † præſumitur pro inuentario l.fin.§.licentia,vbi glo.& Iaſ.C.de in.delib. Surd.vbi ſuprà,vbi etiã alios modos probãdi negatiuã adducit ex nu.42.cum ſeq. quos tu poteris caſui tuo accõmodare ſi in facto concurrunt. Scilicet ſi iurat hæres ſe dictos fructus non inueniſſe in hæreditate. Itẽ poteſt allegati conſumptio ex ſolo curſu tẽporis ſi à die perceptionis elapſum eſt triẽniũ, cum vltra id tẽpus non præſumãtur durare. Et finaliter ſi maritus nõ erat multùm diues, & habuit magna ſuſtentare onera matrimonij,præſumptio erit quòd fructus in hoc cõ-
28 ſumpſit.Qui autem † fructus ranquã extãtes prętendet,exiſtentiam ptobabit, probataq; dicetur ſi mouſtrauerit quòd aliquid fuerit ex pecunia indè redacta emptum,vt in his terminis docet Theſau. in ſæpè cita. deciſ. 187.n.5.in fi.& poſt eum Mat.Gluth.deciſ. Sicil.89.num.28.vbi dicit,quòd extare fructꝰ dicemꝰ ſi in aliã rem eõuertſos eos cõſtet.
29 Dictum fuit † quòd ſi de volũtate mulieris ſunt recepti,& conſumpti fructus, nõ da-
†† tur repetitio,pro quo ſunt plures *deciſiones* Rotæ Florentinæ,quas allegat Alex. Raud. deciſ.Piſa.1.nu.52.Circa quam deciſionem ſi vis non nihil ridere,malè dixi, meliùs eſt, miſeriæ humanæ doleas,vide Doctorẽ Marta vot.93.vbi videbis qualiter commiſſo, & delegato quodam negocio quatuor Doctoribus,è quorum numero erant Raudenſis,& Marta,& cõcludẽtibus tribus cõtra Raudẽ. & concordantibus eis in vna opinione, ſtãte Rauden.pro contraria, voluit Raudeu. ſuæ potiùs, quàm aliorum trium eſſe ſtandum ſententiæ,& ſuã ipſius ſingularẽ eſſe. ſequẽ-
30 dã cõtra vota maioris partis. Ad quod † inter alia num. 109. adducit pro ratione, quòd eſt doctor celleberrimꝰ ob libros approbatos, quos compoſuit, qui propterea præſumitur doctior,& quòd meliùs intellexit. Id non potuit † tollerare Marta vanitatis & arrogantię ſummæ hominem notans
31 ex num. 25. quaſi attonitus, & ſtupefactus quòd huiuſcemodi homini hæc contigerint,

quòd hæc ſcriptis mãdare voluerit, vt apud homines eſſent, & ab omnibus intelligerentur, quod non poterat fieri ſine magna exiſtimationis illius, alias non parui eo tunc vſq; habitę, iactura; reprehendit etiam eum multùm quòd collegas ſpreuerit, quos (inquit) cognouerat in fractione panis in diſputationibus circularibus Piſanis, vbi omnium doctrina fuit in aperto. Colligamus nos ex his ad noſtri inſtructionem, quàm oporteat homines eſſe humiles, humiliterq; de ſe ſentire, ne in hęc intollerabilis iactãtię plena incidamus, & ſuper omnia Deũm ſuper benedictum, ſine quo nihil poſſumus, & valemus, rogemus cõtinuò vt actiones noſtras ſic ſpirando præueniat, & adiuuãdo proſequatur, vt cuncta noſtra oratio, & operatio ab ipſo ſemper incipiat, & per ipſũ cœpta finiatur, & qui diſcite à me, dixit, quia mitis ſum, & humilis corde, humiles nos faciat, ſic fiet ne labia noſtra in obſcęna aliqua verba prorũpant. Sed hæc omittamus, forſan dices quòd ſatis prædicatorẽ egimus: nihil ipſe moror, det nobis Deus ſuam gratiã, & nihil poſteà timebimus.

32 Et quia † Bart. in dicta diſtinctione omiſit quoſdam caſus enodare, qui quotidie incidunt in diſputationẽ in hac noſtra materia, opportet quòd nos paululum circa eos immoremur. Primus eſt circa voluntatem mulieris: Bar. enim bene docuit quid eſſet quãdo de ea conſtaret, ſed non quid in caſu dubio, quando de ea non conſtat, nunquid ex voluntate mulieris fructus eſſe preceptos iudicabimus, an econtra? De hac quæſtione latè agunt inter alios Fran. de Albergotis inter conſilia Bar. poſt conſ. 125. Meno. præſumpt. 9. ex n. 19. lib. 3. & alij plures, quos in vtrãq; partem adducit Theſau. in cita. deciſ. 187. n. 4. & 5. quibus adde Camil. Borrel. in conſ. 56. & Vincen. Hõde. in conſ. 91. n. 62. lib. 1. ac Ioan. Bot. in conſ. 20. ex nu. 53. qui non eſt omittẽdus, quia multa adducit ex quibus in materiæ cognitionẽ faciliùs deuenies, apud prædictos, alios reperies plures allegatos de eadem re tractantes.

33 Diuiſos † in hoc video DD. alijs volentibus in dubio præſumendum eſſe contra maritum, & concludendũ pro reſtitutione fructuũ, tamqnã contra volũtatẽ mulieris perceptorum, cum ex quo ſit earũ genus auariſſimũ, ideò in dubio quòd cõtra voluntatẽ earum ſint fructus percepti, præſumendum
34 videatur. Alijs † autem deffendẽtibus quòd prædicta opinio eſſet nimis rigida cõtra maritos, & quòd potiùs ſibi quam alteri debebat mulier imputare, ſi nõ fuit proteſtata, ſi liberè permiſit marito fructũ recipere. Quælibet ex dictis opinionib' ſuos fautores habet, quos videbis in relatis ſuprà ſi eos attentè legeris.

Nec deeſt grauiſsimorũ Senatuũ pro vna quaq; ex dictis opinionibus auctoritas. Pro prima enim dicit Hieronymus à Lauren.
† deciſ. Auenio. 18. n. 12. *inclinaſſe* maiorem partem, licèt non fuerit tunc declaratum, cũ
† partes concordauerint. Sed pro marito *ſenſiſſe* in iſto caſu Senatum Neapolita. auctor eſt Matth. de Afflic. deciſ. 44. n. 8. Circa quã deciſ. non video quomodo Meno. in cita. præſum. 9. n. 19. lib. 3. dicere potuerit quòd non loquitur Afflic. de hac quæſtione in d. n. 8. ſed aliam reſoluit, circa quam pro mari to dicit pertranſiſſe Senatum: ego enim video quòd clarè ponit Afflic. quæſtionẽ, num maritus teneatur reſtituere fructus paraferualium per eum perceptorum, quando non conſtat de voluntate mulieris, vel contradictione, ſed ſumus in dubio, & dicit quòd nõ tenetur, & quòd pro hac opinione pertranſiuit Senatus, nec video quid Mennochio poterit dare occaſionem dubitandi in re tam clara, maximè cum omnes hunc Afflic. locũ ita intellexerint, vt patet ex Hieronymo à Lauren. in ſæpè cita. deciſ. Auenionen. 18. nu. 13. & Theſau. allega. deciſ. 187. n. 5.

Diuerſimodè Senatum Pedemontanum
†† circa rem hanc *declaraſſe*, modo vnã, modo aliam amplectendo opinionem, auctor eſt Theſau. in cita. deciſ. 187. num. 5. qui tamen dicit opinionem pro marito ſemper fuiſſe ſibi viſam æquiorem, & contrariã nimis duram, ac mariti præiuditialẽ, & damnoſam, atq; ideò ad euitandam (inquit) diſceptationes, cautela erit vt maritus pactis dotalibus de hoc etiam paciſcatur, ne teneatur ad reſtitutionẽ fructuum, niſi extãtium, & quòd omnia expreſsè illius curæ, & adminiſtratio ni tradantur, aut petat ab vxore declarationẽ, vel donationẽ dictorũ fructuũ quorũcũq;
35 Bona eſt † Theſauri cautela, ſi declaratio prædicta, & donatio poſſunt ab vxore haberi, ſed quando nihil de hoc actũ fuit, qui eſt noſter caſus, in quo diſputamus de reſtitutione quæ petitur cõtra maritũ, vel eius hæredes fructuum receptorum, & cõſumptorũ per illũ, nõ conſtito de mulieris cõſenſu, vel diſſenſu, eſt quæſtio intricata, vt viditi. Mihi licèt placeat multùm opinio, quæ facit pro marito, quàm ſtrenuè deffendit inter alios Theſau. deciſ. ſuperiùs citata, vbi reſpondet argumentis contrarijs, vix enim eſt credẽdũ quod ſi mulier noluiſſet, tanto tempore ta-
36 cuiſſet videns & ſciens. Conſulo tamen † ijs, qui mariti partes agũt, ne quæſtionẽ in nudis terminis iuris diſputabilẽ in manib' iudicũ relinquant, poſſet enim ſuccedere quòd eis magis in puncto iuris placeret opinio diuerſa, quam

quam Doctores dicunt magis communiter receptam, & signantes Anton. Mona. in cita. decisio. Lucen. 68. ante num. 12. Et placeret etiam quòd non pauci dicunt, vt habes apud Bot. in cons. 20. num. 67. Tiber. Decia. respons. 84. num. 18. lib. 2. & Anton. Mona. vbi suprà num. 11. non ita faciliter fore, ex patientia, & taciturnitate vxoris, inducendũ cõsensum, sed imò è contra dissensum ex reuerentia, quã vxor marito debet, quod forsan aliquãdo experti fuerint, sicut multis contigit, quòd si vxores tacent, & non contradicunt, non est quia donare velint, sed quia contradicere non audent, vnde ipse frustratus maneret, qui fructus feciſſe suos prætenderet, sed aliquid ad extra probent, quod saltem tacitam, quæ sufficit, † ad
37 tradita per Thesau. decisio. relata 187. num. 14. Anton. Mona. vbi proximè, & per alios infrà citandos, mulieris volũtatẽ interfuisse iustificent, sic fiet vt in tuto res maneat, euitenturq. plures amaritudines, quæ neglecta diligentia prædicta succedere possent.

38 Dicetur † autem iustificata hęc voluntas ex coniecturis, cum enim in animo consistat recurrendum ad coniecturas erit. Quarum
39 vna † ex principalioribus est quando, sicut communiter & ordinariè succedit, multo tẽpore maritus bona parafernalia administrauit, fructus eorum recepit, & in vsus domus consumpsit, id sciente, vidente, & patiente
40 vxore: hęc patientia † cum taciturnitate consensum proculdubio inducit in casu præsertim nostro, in quo vxor poterat contradicendo actum impedire, glos. magna citca med. vbi Bar. in l. Caius, de pignora. ac. glo. in cap. non ne, de præsump. infiniti relati per Surd. in d. consil. 290. nu. 22. ad quem te remito, ne alienos labores transcribam, non enim est præsumendum, nec verisimile, quòd mulier pateretur maritum tanto tempore administrare bona sua se inuita, vt dicebat Surdus vbi suprà. Bona est coniectura, quia eam
41 communiter Doctores probãt. Sed si † posset probari aliquis actus positiuus per mulierem circa hoc factus, sicut sæpè fit, minorem proculdubio res haberet difficultatem, quia vbi actus positiui concurrerent cũ patientia, tunc tollerantia operaretur sine dubio consensum, clemen. 1. de procura. Abb. in cap. cum mirum in 3. notab. extra de regular. Nat. in cons. 131. num. 3. & 4. & in cons. 589. num. 6. Bec. in cons. 106. num. 42. & deniq. Surd. plures alios coacetuans in sepè cita.
42 cons. 290. num. 26. Isti actus † positiui possent in hac materia esse, quòd vxor venientibus colonis positis per maritum, solueret pensionem, aut fructus ipsamet per absentiam mariti, aut alias debitam pẽsionem vel fructus reciperet pro marito, & illam vel illos postea marito traderet. Item quòd vxor videret poni per maritum colonos partiarios, & eis ipsa per manus suas ministraret semen ex bonis mariti necessarium ad seminandum, vel si alij essent non partiarij positi per maritum coloni, ipsa mulier eis per manus suas victualia ministraret, cum laborarẽt in rebus suis cum marito, & sic de reliquis, quæ cuique facile est considerare, non enim possent sub certa regula poni, sed debent secundum facti contingentiam perscrutari, de quibus nonnulla per Surd. d. cons. 290. num. 25. Hæc iustificarent multùm opinionem, quæ est pro marito, vt vix ab ea recedere liceret. Pro quibus vide vltrà suprà citatos Anton. Moua. in nouissimis decisio. Lucen. tot. decisio. 68. vbi pluribus firmat quod nos suprà diximus, quòd si per multum temporis mulier passa est virum recipere fructus extradotalium, nec vnquam conquesta fuit, eos non potest posteà petere, maximè si accessit illius aliquis actus positiuus,
† atque ita *decisum* in ea Rota in facti contingentia dicit.

43 Si consumptio † fructuũ, aut pecuniæ probaretur etiã de consensu mulieris facta, & in communes, & promiscuos vsus ipsorum, minorem res haberet difficultatem, tunc enim videretur facta donatio, & non teneretur maritus si non esset factus locupletior, l. de his, vbi Bald. & Salicet. C. de dona. inter vir. & vxor. & in terminis Nat. ita docet in cita.
† cons. 75. num. 5. & *approbauit* noster Senatus decisio. suprà adducta anni 1582.

44 Circa quod † quærunt Doctores quis teneatur probare, an maritus quòd de voluntate vxoris consumpsit, an vxor quòd non. Qua in re Nat. in d. cons. 75. num. 5. Socin. sen. in cita. cons. 82. num. 13. vers. Præterea nec vol. 4. Vrsil. ad Afflic. decis. 44. num. 7. Hondede. in cons. 91. num. 64. vol. 1. tenent pro parte mariti id probandum, & iustificandum fore. Sed ex Afflic. in cita. decisio. 44. num. 8. contrarium dicit Hierony. à Lauren. decisio. Auenionen. 18. num. 3. Ego ad fugiendum difficultates cõsulerem, quòd sem per qui partes mariti ageret, facetet suum posse ad hanc voluntatem, consensumq. mulieris, consumptionemq. in promiscuos vsus
45 probandum, de qua probatione † faciendã instruetis à Surd. si eum consuluerit in sæpiùs allega. cons. 290. num. 29. Vbi probat sufficere quòd sint fructus in alimenta familiæ consumpti, & hoc quando aliud non adest, sufficit iustificare probando quòd nõ porerat ita Lautè maritus familiam alere ex suis bonis, nisi in hoc expendisset fructus prædictos, vide Ferrer. in additio. ad Guid. Pap.

decisio.

46 deciſio.468. Sed idem Surd. † in loco citato breuiter ab his ſe expedieus dicit non fore neceſſarium probari in indiuiduo pro parte mariti, & illius hæredum cõſumptionem, & in commodes,& promiſcuos vſus conuerſionem horum fructuum bonorum parafernalium,aſſerens ſe non inuenire quòd id ſit neceſſarium, ſed ſequendam eſſe diſtinctionem Bar.quæ non requirit aliud præter voluntatem vxoris in perceprione, ſolùm diſtinguit inter induſtriales, & naturales fructus, vt primos lucretur maritus ind.ſtinctè ſi de voluntate vxoris percepti fuerint, naturales verò magnos, ſi non eſt ex eis factus locupletior,paruos verò in omni caſu. Vndè ſecundum hoc præſuppoſita voluntate vxoris in perceprione fructuum,ſolùm eſt videndum an illi ſint induſtriales, vel naturales, ſi naturales an magni, an parui valoris, & rurſus ſi magni,an maritus ſit effectus locupletior, vel non: ſi ſunt magni, & factus eſt maritus ex eis locupletior, tenetur in quantum eſt talis effectus,ſecus ſi non eſt effectus locupletior: & ſi ſunt parui fructus,ad nihilum tenetur maritus. Bonum eſt ad tollendas difficultates quòd tenretur ſi poterit probari voluntas mulieris etiam in conſumprione vt diximus,& tunc negocium procederet magis de plano, ego ſemper in hoc ſum quòd probetur quantum poſſit ad fugiendas amaritudines. In ſumma,hæc quæſtio,ſi maritus tenetur reſtituere vxori fructus ab eo perceptos ex bonis parafernalib' illius ſine aliqua ipſius contradictione, non poteſt negari quin ſit obſcura,& dubia, vt exorditur Theſau.in prin.deciſio.187. & Anton. Mona.in ſæpè cita.deciſ.Lucen.68.num.31. ſequitur indè poſſe Iudicem ex quacunque coiectura adhærere opinioni quæ facit pro marito,& è contra ſi aliqua adſit pro muliere,& eius contradictione,& ſeu non animo donandi ex Surd.in conſ.434.num.19.lib.3.& conſ.539.num.1.lib.4.Et in hac propria materia Anton.Mona. in allega. deciſ. Lucen. 68.num.32.& 40.

47 Secundũ, quod Bart. omiſit in ſua diſtinctione,eſt quis debeat probare in illo particulari,quod dixit maritum teneri ad reſtitutionem magnorum fructuum ſi ex eis factus eſt locupletior,num maritus,vel qui eius partes agit, non fuiſſe effectum locupletiorem, an verò molieri, & qui pro ea agunt, quòd fuerit maritus talis effectus. Qua in re Camil.Borrel.in ſæpè cita.conſ.56.num.58. & Alexand. in conſ. 63. col. 2. verſ. Venio ad aliud vol.2. dicũt præſumi quòd maritus fuerit ex his fructibus effectus locupletior niſi contrarium probetur.

48 Sed id ego † exiſtimo repugnare pluſquã manifeſtè diſpoſitioni iam ſæpè allega. l. de his C. de dona. inter virum & vxorem,in qua Bar.dictum fundatur,ibi,*ſiquidem te donante conſumpta ſunt, intelligis* (inquit) *aduerſus hæredes,non, niſi in quantum locupletior fuit,habere te actionẽ*, quæ verba conditionalem proculdubio debitorẽ faciunt maritum,ideſt ſi locupletior factus fuerit, & in ea parte,qua fuit locupletior factus tantùm, vt clariùs quàm ego referre poſſem probat l.fundus eo. tit. C. de dona. inter virum & vxorem, vbi loquens Impera. in alio ſimili caſu,quando vxor tenetur ad reſtitutionem fructuum dotalium per eam patiente marito receptorum,& conſumptorum,dicit,*ſin autem ex his locupletior facta eſt, in tantum poteſt conueniri*, quam conditionem adimpletã fuiſſe clarum eſt incumbere probare ei qui ex debito conditionali agit, vt eſt vulgare.Si autẽ † generaliter quomodo probetur, 49 ac probari debeat quẽ eſſe effectum locupletiorem, & qualiter, & quando debeat talis præſumi,legito Menoc. de præſump. lib. 6. præſump. 27. per tot. & in additionibus in fin.operis poſtria latiſſimè per diuerſos caſus diſcurrendo, & Doctores ferè omnes de hac re tractantes adducendo, materiam explicat lucidiſsimè, Vincen. de Fran. deciſ. 31. num. 2. & deciſ. 319. num.3. Stephan. Gracia.diſcep.foren.101.lib. 1. & pulchriùs diſcep.422.ex num.2.lib.3.vbi benè probat noſtram opinionem,quòd ab allegante locupletationem debeat illa probari, & ſpecies locuplerationis, plenè Mar. Giurba. deciſ. 50 Sicil.89.nu. 15. Vbi dicit † ad propoſitum quòd bonæ fidei poſſeſſor ſecundum veriorem,& hac noſtræ ætate magis receptam opinionem, in dubio factus locupletior non præſumitur, & contrarium aſſerens probare debet, multos in id adducit videndos, per quos inſtrueris quomodo articulare valeas in his cauſis,ſiue locupletationem,ſiue non locupletationem probare velis.

51 Veniamus † ad examinationem differentiæ,quam Bart.in ſua diſtinctione facit inter fructus naturales,&induſtriales,& inter magnos,& paruos,volena quòd ſi fructus ſunt induſtriales, & illi percepri de voluntate mulieris ſuos faciat ſemper maritus,ſecus ſi naturales,nam eos ſi ſunt magni,ac multi valoris,& eſt ex eis maritus effectus locupletior, tenetur ad reſtitutionem,ſecus ſi ſunt parui, & modicæ æſtimarionis. Video quòd communiter iſta differentia à Doctoribus recipitur,& à noſtro Senatu approbatur,vt vidiſti ſupià. Sed Theſauro non placer in cita. deciſ.187. dicenti quòd illud de differentia inter fructus magni, vel parui valoris ridiculum eſt.Illud etiam de diſcrimine inter fru-

ctus naturales, & industriales non esse sustentabile asserit, quia (inquit) si constat de voluntate mulieris, vt fructus istos maritus administret, si illi non extant, quia præsumuntur in communes vsus consumpti, non sunt restituendi, quamuis naturales sint, quia in his nō minor ferè industria requiritur, quàm in ipsis industrialibus, quia ex Dei præcepto omnia sudore nobis paranda sunt, quibus ac cedere videtur Stepha. Gratia. cum multis quos allegat dicepta. foren. 421. num. 3. lib.

52 3. Vbi generaliter † ponit quòd bona fides percipientis fructus operatur, vt illos consumptos non restituat, sive industriales illi sint, sive etiā naturales, & sic nulla inter eos facta differentia. Mihi hæc non videtur multùm deuiare à veritate, tu si casus acciderit, rem cum istis Doctoribus examina. Si vis

53 scire † qui dicantur fructus naturales, & qui industriales, & qui etiam ciuiles, vide Pinel. in 2. part. l. 2. C. de rescin. vendi. cap. 4. nu. 52. per tot. Menoc. de recupe. possess. remed. 15. num 577. & de arbit. iudicib. 2. cas. 210. per tot. Garcia de expen. cap. 23. num. 7. in prin. & latissimè omnium Castil. Sotomaior de vsufruc. cap. 36. ex num. 51. cum sequent Bot. cons. 20. num. 60.

54 Finiamus hæc † quærentes nunquid maritus possit sine vxoris mandato in his bonis parafernalibus, & extradotalibus agere: necessaria est hæc quæstio; post tantam dispu tationem si cum maritus administrauit facit fructus suos iustum est videamus quomodo administrare valeat.

55 Qua in re † pugnare inuicem videtur tex. in l. maritus C. de procura. & l. fin. C. de pactis conuen. in prima enim non aliter admittendum esse maritum dicitur ad agendum pro vxore in illis rebus, præterquàm cum cautione de rato, in secunda verò, imò sine cautione illum admittendum fore conceditur. Sed facilissimā est responsio quòd l. fin. loquitur de illis bonis parafernalibus, quę vxor marito à principio dedetat, vt apud eū loco parafernorum manerēt, atque ita in do tali instrumento scriptum erat, quid mirum si in his admittatur maritus ad agendū absq. alio mandato, illa enim traditio, & commendatio administrationis, locum proculdubio habet satis sufficientis mādati, Lex verò maritus, de bonis quorum nulla administratio est marito concessa, vel quia licèt eā à principio vxor haberet, eam tamen sibi retinuerit, vel quia ex post illi obuenerint, in his cū nihil sit marito commissum, non est dubitandum quòd mandato eget vxoris, vel si sine eo vult admitti, debet tanquam coniuncta persona, & legitimus administrator rerum vxoris, atque curator coniugalis agere cum cautione de rato, clarissimè Bernar. Vvurmser. practicar. toren. lib. 1. tit. 37. obserua. 7. inter practicas obseruat. Harthmā. Harthmā. Ioann. Cephal. in cons. 122. & Ioan. Bot. in cons. 20. vide Andræ. Gail. hæc non male de

clarandē practicar. obseruatio. lib. 1. obserua.

56 133. per tot. vbi docet † qui sint qui hoc nomine coniunctæ personæ possint agere; & quomodo sit concipiendum mandatum si illud isto nomine maritus alteri vult concedere, concordant hæc cum alijs quæ suprà adduximus ex Barbos. & Greg. Lop. Per hęc reperio quòd antiquitùs, die scilicet 30. Septembris 1540. coram egregio tunc Senatore N. Dalmau inter Margaretam Sagarriga, &

† Andream Balle, fuit *anullata* quædam executio, quam maritus sine mandato vxoris, & sine aliqua cautione instauerat pro pensioni bus cuiusdam violarij, quod constante matrimonio vxori aduenerat ex quadam succeſ-

• cesione, nec viro tradiderat, fuit sumptum pro motiuo, *quòd in his non poterat maritus agere sine vxoris consensu.*

57 Sufficit tamen † quandoq. tacitum vxoris mandatum, quod oritur ex tacito eius cōsensu, putà quia marito agenti, vel prosequenti litem tradidit instrumenta ad litem pertinentia, nam si apud acta talia instrumenta reperiantur in vim probationis, aut ad aliū effectum producta, de consensu vxoris dubitare nō oportet, quia de iure communi † ex

58 instrumentorum traditione mandatum de agendo colligitur, per tex. notab. in l. fin. in prin. C. de pact. conuen. & probat pluribus Gail. vbi suprà num. 4. Vvurmser. vbi etiam suprà: conducunt quæ superiùs ex Surd. in cons. 290. & alijs tradidimus circa colligendam vxoris voluntatem, & illius consensum, quæ si probantur, sufficiunt proculdubio pro mandato ad hæc necessario, adde Ioan. Franc. à Ponte in cons. 31. num. 13. Si tamen ma

59 ritus † sine mandato egit pro vxore; & ipsa postea ratificat, tenet iudicium, & sustinetur acta, prout à Ponte vbi suprà, & latissime Mestril. tot. decis. 131. videnda.

60 Sed si maritus † in casibus in quibus poterat agere sine particulari mandato vxoris, dixit se agere cum eo, & vt vxoris procurator cum non esset, non sustinetur actus eo modo quo fieri potuisset, nempe tanquam coniuncta persona, aut alias, de quo puncto sunt duo egregia cons. Ludouici Romæ. 446. & 496. quę dicit Achil. de Graf. decisio 7. de procurator. solitam esse Rotam Romanā, † *tenere & sequi*, Ias. in l. exigendi num. 9. in vers. Et concludit Ludouicus C. de procura-

61 tor. Nō enim † sustinetur actus factus ex mādato insufficienti quāuis haberetur sufficiens; quo quis potuisset vti, prout Doctores

res supradicti probant, quibus adde Hondedé. latè de his agentem in conf. 55. ex nu. 80.

62 vol. 1. Intrat enim † tunc regula quod potuit nolui, quod volui adimplere nequiui,

† vbi dicit in fine *declaratum* actum ad aliam spectantem gestum per aliquem vigore potestatis per me & nomine proprio, ei attributæ, non sustineri ex potestate, quam ego habebam ab illo ad quem spectabat, etiam cum posse substituendi, ex quo dicta facultate substituendi non fueram vsus, qua vti poteram, sed nomine proprio procuratorem constitueram, & in nostris terminis terminantibus vltrà Romam. ita in nostro casu decidit Tiraquel. de retract. Lignagier §. 10. glos. 1. & vni. num. 6. Maran. de ordi. iudic. par. 4. dist. 16. num. 29. & Feder. Scot. respō. 8. num. 14. tom. 1. lib. 5.

63 Vidi circa hæc † dubitatum num ista bona parafernalia habeāt tacitam hypotecam cum prælatione, idelt num pro eis mulier dicam tacitam hypotecam habeat in bonis viri cum prælatione, dixi quòd de tacita hypoteca non est dubium, quòd eam mulier habet, sed non cum prælatione, glos. in l. si ego verbo, condici, de iu. dot. Cremē. Singul. 145. Neguzan. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 63. Gutier. de iura. confirma. 1. part. cap. 46. num. 2. Vrsil. ad Afflict. decisio. 44. num. 6. Barbos. in l. 1. part. 3. num. 31. ff. solu. mat. & Stratil. Pacis. de Saluia. inter dic. in spec. 3. cap. 4. num. 132. & in decis. Rotæ Roma. positis in fine operis decis. 173. qui infinitos allegant.

64 Si vis scire † quę enumerantur inter parafernalia ex his quæ mulier habet, vide polt Iulium Scaligerum, quem allegat, Anthon. Hering. in tract. de fideiussor. cap. 6. n. 236.

65 Tractat circa hæc † bona, Surd. decisio. 191. quæstionem, num statutum de fructibus parafernalibus includat fructus rerum dotalium, quam ego non examino quia nūquam rei facerem finem, ibi videbis ad longum, & reperies in quibus fructus dotales cū parafernalibus conueniant, & è contra an statutum volens maritum lucrari debere certam partem dotis vxore præmortua sine liberis, extendatur ad parafernalia Cagnol. in regula cum principalis num. 4. de regulis iuris, Rolan. de lucro dotis, quæstio. 50. Socin. iunior conf. 97. num. 6. vol. 1. Fanu. de lucro dotis in vers. Dotis & Corre. glo. 1. c. nu. 1. pag. 419. Strac. de adiect. inter tracta. de mercatura 4. par. quæst. 10. num. 23.

66 Tractat † item Anton. Fab. in suo C. lib. 4. tit. 14. de proba. definitione 22. si maritus, & vxor vendunt bona parafernalia vxoris, & ambo confitentur pretium recepisse, nunquid totum pretium præsumatur ad maritum deuenisse, an pro dimidia ad vnum quemque, & resoluit quòd totum ad maritū, ibi videas.

67 Tractat finaliter † Rota Romana, apud Prosper. Farina. in vlt. volum. decis. 72. in nouissimis, num sicut in dote debetur marito interesse ratione retardatæ solutionis, sic etiam debeatur interesse paraferni mulieri vltra dotem promissi si suo tempore non soluatur, vt ecce (quod sæpè contingit) promisit pater, vel frater filiæ, vel sorori certam magnam pecuniæ quātitatem veluti decem millium in dotem, & aliam minorem veluti quingentum, vel sexcentum scutos pro suo paraferno, de quibus ipsa posset disponere, illisq. vti, ac frui ad suum contentamentum,

† *Resoluit* Rota de anno 1602. non deberi interesse pro paraferno non soluto, & quia promissor ratione, & nomine interesse soluerat plures pecunię quātitates, eas Rota cē suit imputādas in sortem debiti principalis dicti paraferni.

68 Ratio est † quia bona parafernalia sunt separata, & distincta à dote, nec gaudēt dotis priuilegijs. Item quia fructus dotis si debentur est, quia illa datur ad supportandum onera matrimonij, & ad id debet deseruire, quod si non fiat culpa promittentis, rectè soluit interesse, quod nō est in isto paraferno, quod est mulieris, quæque illius fructus debet percipere, vt multis hæc Rota probat.

69 Secus ellet in † appenditijs dotis, & in augmento illius, veluti in accontio, & cophanis vestibus & apparatis, quæ dantur ob causam matrimonij, & dotis priuilegijs fruuntur, vt in alijs locis de eis loquens dixi, & probat Rota vbi suprà, & Thesau. quem allegat decis. 195.

70 Redeamus ad † maritum, cuius occasione materiam hanc fructuum incepimus tractare, quærentes nunquid postquam ipse recipit fructus dotis, & illos suos facit, vt diximus, teneatur ad onera rerum dotalium per soluenda. Qua in re die breuiter quòd sic, constante matrimonio, Bar. in l. stipendium de impen. in reb. dotal. fact. vbi dicit id procedere non solum in oneribus realibus, sed etiam in his quæ imponuntur personæ pro rebus, idem Bart. in l. Lucius §. dem respon dit ff. ad municipal. Cephal. conf. 290. ex nu. 1. conf. 636. num. 57. vsque ad fin. conf. 637. à num. 7. Pereg. conf. 50. num. 7. lib. 2. Guidobon. aduoca. 64. nu. 22. Viui. decisio. 197. num. 6. Surd. conf. 146. num. 14. latissimè Ioan. Garcia in tractat. de expen. & melioratio. cap. 13. ex num. 27. vbi loquitur de tributis, pensionibus rerum dotalium, & collectis, quod tamen † est intelligendum si aliquid superest de fructibus deductis expen-

71 sis

sis, prout pluribus probat Capicius decisio. 20. num. 8.

72 Sed aduerte, † quòd si forsan maritus est negligens in solutione canonis, quem res dotalis facit domino directo, non ob id cadit res in commissum, sicut si vxor, vel alius quispiam id fecisset, quia maritus non potest in hoc vxori præiudicare, prout est optima Senatus Portugal. *decisio* 154. per totam, pat. 1. apud Georgium Cabedo, & nos alibi etiam tradidimus.

† 73 Sed vbi fructus † essent restituendi, quomodo illorum perceptio probetur, & liquidetur, hauries ex Ioseph. Ludouic. decis. Perusi. 87. Veral. decisio. 28. 32. & 31. lib. 2. qui varios modos adducunt à suis Senatibus, & Rotis approbatos.

74 Ampliationes † si quæras ad regulã propositam in principio, vt indè finem nostra capiat oratio, vndè sumpsit exordium, qua diximus matrem facere fructus dotis suos, vide Anton. Gomez in l. 50. Tauri ex num. 33. vbi vlteriùs qui in hoc casu dici possint fructus, ac nomine fructuum donari, explicat. De quo etiam puncto latissimè Menochi. in consil. 66. ex num. 1. Guidobon. aduocatio. 64. num. 25. Pater Molina de contractibus disputatione 432. num. 7. & vberrimè Ioannes del Castillo Sotomaior de vsufructu cap. 36. ex num. 50. Video quòd non iniustè feci sem si id ego largiùs hic explicasem: sed non desino etiam videre, quòd si omnia adamussim tradere vellem, nec tempus, nec papyrus sufficerent. Sufficit hęc tetigisse, per quæ ad notitiam reliquorum facilè deuenietur.

SVMMARIA.

1 *Legatum dotis tradendum tempore nuptiarũ an transmittatur ad hæredes, puella innupta decedente.*

2 *Legatum dotis an sit conditionale, vel purum.*
Legatum dotis quando fit fauore, & contemplatione certi, & determinati matrimonij, est conditionale, à quocũque fiat, siue à patre, siue ab extraneo. ibid.

3 *Matrimonium est causa finalis donationis, quæ fit fauore certi, & determinati matrimonij.*
Matrimonio non sequuto condicuntur, & reuocantur donata contemplatione illius. ibidem.

4 *Legatum dotis factum fauore matrimonij contrahendi in genere, est conditionale si à patre est factum, nec distinguitur à legato facto per extraniũ, si aliàs pater aliquid pro legitima filiæ reliquisset.*

5 *Legatum dotis factum à patre filiæ, cui nihil aliud pro legitima reliquerat, purum est, non conditionale, & ideò transmittitur: non sic est si factum est legatum per extraneum. vbi decisiones, & bona huius rei declaratio.*
Legatum quando fit vt quis nubat, id magis importat quandam admonitionẽ, vt indè se nubat, quàm conditionem. ibid.

6 *Legatum dotis si à patre est factum filiæ, amittit propriam naturam, secundum quam deberet esse conditionale.*

7 *Pater præsumitur purè dotẽ filiæ legare, quia tenetur ei legitimam purè relinquere, pro qua dotem ligare censetur.*

8 *Legatum dotis à patre filiæ factum præsumitur purum, quia nec conditionem expressam admitteret cùm sit loco legitimæ.*

9 *Expressè quod fieri non potest, nec tacitè fieri poss., dicendum est.*

10 *Nuptiarum, vel dotis mentio in legato patris, magis est monitio, & consilium, quàm conditio.*

11 *Legatum cùm sit pro iuribus legitimæ, semper sortitur legitimæ naturam.*

12 *Legatum dotis, seu in casum nuptiarum à patre factum, semper est purum, tam in eo qd est intra legitimam, quàm in eo quod excedit, secundum Bart.*
Rationes huius dicti latè adducuntur. ibidem.

13 *Riprehenditur opinio Bart. adducta in præcedenti num.*
Legatum intelligitur purum quando à patre est factum in causã dotis, aut nuptiarũ, in eo quod est intra legitimam, non in eo quod est vltra. ibid. vbi decis.

14 *Legatum à patre relictum loco legitimæ est, & legitima dicitur, in eo quod est intra metas ipsius legitimæ, in reliquo est mera liberalitas.*

15 *Res vna & eadem potest diuerso iure censeri, quando adest diuersa ratio.*

16 *Auctoris opinio circa dicta suprà num. 14. & decis. nostri Senatus.*

17 *Bartholi opinio disfinditur, de qua suprà numero 12.*

18 *Legatum purum potest testator facere conditionale, & è contra.*

19 *Legatum dotis semper est purum quando aliàs legans erat legaturus, quantumuis aliàs esset conditionale.*

20 *Pater quando legauit filiæ, cui aliàs legitimã non reliquerat, præsumitur quòd aliàs erat relicturus.*

21 *Interpretatio debet semper fieri qua omnibus pariformiter conueniat.*

22 *Voluntatis diuisio non est in dubio admittenda.*

Lega-

23 *Legatum ex ſe conditionale ſit, & indicatur ex coniecturis purum.*

24 *Pater præſumitur aliàs ſuiſſe relicturus quãdo legat filiæ pro dote, vel pro nuptijs, non reſpectu certi, & determinati matrimonij, ſed ſimpliciter, & in genere.*

25 *Dos ſuccedit in locum legitimæ, & habet omnia illius priuilegia, quando eſt relictum legatum pro dote, cum clauſula*, pro omni iure, &c.
Maximè ſi titulo inſtitutionis id factum fuit. ibidem.

26 *Dos ſuccedit in locum legitimæ vt purè debeatur ſicut ipſa legitima, quando legitimam pater tenetur filiæ relinquere, & reſpectu dictæ legitimæ, non reſpectu illius quod ſtatutum iubet dari filiabus excluſis propter maſculos.*
Pater non tenetur dare filiæ dotem ante nuptias, quia ei excluſæ propter maſculos ſtatutum dari iubet. ibidem. vbi deciſiones.

27 *Doctores adducuntur qui Bart. defendunt in caſu de quo ſuprà numero 12. & ſequentibus.*

28 *Filiæ ſemper, nullo expectato tempore, petere poteſt legatum à patre factum, etiam ſi ſit pro dote, dum non probetur per aduerſantem quòd excedit legitimam, cuius exceſſus reſpectu poſſet eſſe conditionale.*

29 *Legatum factum filiæ pro dote, vel pro nuptijs pro omni iure legitimæ &c. non debet adimi dari vt tradatur cum filia nubet, ſed vt tradatur ſtatim. vbi notantur quædam deciſiones noſtri Senatus in contrarium facte.*

30 *Secus eſt in legato facto ab extraneo. vbi deciſio noſtri Senatus.*
Auus in Catalonia non habet nepotes in poteſtate, & ideò reſpectu eorum habetur pro extraneo. ibidem.

31 *Legata dotis, ſeu ad opus nuptiarum conditionalia, non poſſunt peti ante contractas nuptias.*

32 *Actio in conditionalibus non oritur niſi conditionibus adimpletis.*

GLOSSA III. PARS I.

De legato ad opus nuptiarum, ſeu pro nuptijs.

An, & quomodo, & quando ſit conditionale, & tranſmittatur ad hæredes, vel non.

1 VIdeamus † oportet de alijs cõſtitutionibus dotalibus, quæ quotidiè fieri contingunt, circa quas non raro egregiæ difficultates ſuboriuntur, ne materiam hanc dotalem ex profeſſò tractantes, quòd aliquid circa eam, quod ſit practicabile, & pulchrũ omiſerimus, notemur. Incipiamus ab illa, quando mulier adfert in dotem centum, vel aliam quantitatem, vel etiam aliam rem, quam vel patet, vel matet, vel alius illi reliquit dandam, & ſoluendam tẽpore nuptiarum. Circa quod licèt quãdo vetè puella peruenit ad ætatem nubilem, & teuera nubit matrimonio carnali, nulla ſit rei difficultas, verùm eſt maxima, prout Doctores omnes qui rem hanc tractant, ſtatim ſtatim multùm extollentes difficultatem, dicunt, ſi decedit antequam nubat, an illud tranſmittat ad hæredes, vel non, quod, vt notum eſt, pendet ex illa quæſtione, num conditionale, an purum ſit dicendum huiuſmodi legatum, vel ſi nuptias carnales non contrahit, ſed ſpirituales, ingrediendo aliquod Monaſterium, an ſatisfeciſſe dicatur voluntati defuncti, vt eodem modo tem legatam habeat ac ſi nuptias carnales contraxiſſet: de his duobus punctis paululùm tractabimus.

2 Quo ad primum † diſtinguendi ſunt duo caſus. Vnus eſt, quando legatum fit pro dote, contemplatione certi matrimonij, tunc conditionale eſt legatum, à quocunque fiat, ſiue à patre, ſiue ab extraneo, inter quos ſolet aliàs eſſe in hac materia notabilis differentia, vt infrà dicemus: doctrina eſt Bart. in l. Titio centum, §. Titio genero, num. 4. de conditionib. & demonſtrationib. qui ad id allegat text. in dicto §. Titio genero, qui in hoc caſu loquitur, Menochi. præſumptio. 146. num. 29. lib. 4. Cuius dicti licèt nullam rationem Bart. adferat in loco citato, tu tamen eam hautire potes ex multis quæ diximus in primo tomo clauſu. 4. gloſ. 1. ex num.
3 50. vbi infinitis probaui, † quòd matrimonium ſit, & dici debet cauſa finalis donationis, quæ pro eo fit, ſi illud ſit certum, & determinatum, non ſi facta ſit donatio fauore matrimonij in genere, talitet quòd in primo caſu reuocatur donatio, & condicuntur donata, ſi matrimonium non ſequatur, tanquam ceſſante cauſa illius donationis; adduxi ibidem num. 59. ad id confirmandum deciſio noſtri Senatus in Aula admodum Reuerendi Cancellarij coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt ſub die 16. Nouembris 1610. factam in cauſa fratrum Roigs, contra Paulum Amat de Zauall, in qua fuit
† *declaratum* vt ſuprà dictum eſt, *Quòd erat locus con-*

conditioni rerum donatarum fauore, & contẽplatione certi matrimonij, ex quo illud sequutũ non fuerat. His addo q̃ ex post in tertia Aula, vbi pendebat caula supplicationis, coram egregio itidem Senatore Francisco Bonet anno 1618. fuit in omnibus dicta † sententia *confirmata*. Hæc clarè demonstrant conditionalia debere dici huiusmodi legata, alias non condicerentur, causa, seu conditione non sequuta, vt palàm est; vide vbi suprà me ipsum allegaui num. 54. & etiam clausu. 4. glo. 3. num. 18. benè ad propositum Gerard. Maynard. decisio. Tholos. 98. num. 1. in vers. Et ratio eius responsi est, lib. 1. Bart. sequitur in hoc Anto. Gom. in l. Tauri 50. num. 29.

4 Secundus casus est, † cùm in genere pro dote fit legatum, non considerando aliquod certum matrimonium contrahendum, cui illa dos deseruire deberet. Circa quod Doctores communiter distinguunt patrem si aliquid filiæ aliàs reliquit pro sua legitima, à se ipso nihil relinquente, vt in primo casu, nolla sit differentia inter patrem, & extraneum, imò si posteà aliquid relinquit eidem pro dote, seu pro nuptijs, legatum est eodem modo condirionale, & retinet propriã naturam; quemadmodum si à quocunque extraneo factum esset, quia tunc non militat fauor legitimæ, nec alia ratio, ob quam à proptia legati natura recedere habeamus, sicut in terminis docent post alios Antonius Gomez. in l. 50. Tauri num. 29. Stepha. Gratian. decisio. prouin. March. 4. num. 65. Menoch. præsumprio. 146. num. 30. lib. 4. quod priùs dixerat Bar. à quo ipsi desumpserunt, in l. Titio centum, & §. Titio genero, de cõditionib. & demonstrationib. Si verò † pater nihil filiæ relinquit pro legitima, tunc eũ communiter Doctores distinguunt ab extraneo, vt in illo, & illius respectu legatum dicarut purum, non conditionale, sicque locus 5 sit transmissioni, si ante nuptias contractas è viuis filia decedat; in hoc verò minimè, nisi in casibus quos explicabimus, Bart. in dicta l. Titio centum, in §. Titio genero, nu. 4. de conditionib. & demonstrationib. vbi dicit, quòd in isto casu apparet quod parer erat aliàs relicturus, quia ad hoc tenebatur, cùm aliàs testamentũ non valeret, & sic (inquit) est magis quædam monitio, vt filia indè se nubat, quàm sit grauamen, l. muto, §. hanc autem, ff. de tutel. in princ. facit l. si extraneus, in princip. ff. de condict. ob causam: quod non est in priore casu, in quo cùm matrimonium sit causa finalis, conflat indè patrem non fuisse aliàs donaturum; ac proindè legatum debet manere non purum, sed conditionale, vt probauimus in primo tomo loco suprà allegato, vbi videndum, Anchar. consil. 123. Didac. Couarru. in cap. 3. nu. 11. versic. Octauò à mente, de testamen. vbi dicit communem, Andreas Molfes. in commẽtar. ad consuetu. Neapolita. par. 4. de succes-sio. ab intella. quæstio. 3. num. 5. Meno. cons. 251. num. 33. lib. 3. & de præsumptio. lib. 4. præsumpt. 146. num. 31. Ladetch. consil. 25. num. 8. & 9. Anar. consil. 10. num. 1. Stepha. Gratia. disceptatio. foren. 275. num. 22. lib. 2. Ioseph. Ludoui. commun. conclusio. 8. illatio. 6. versic. Secundus casus, Camil. Borrell. consil. 96. num. 28. & 29. Gasp. Thesaur. qu. forens. 43. num. 3. & sequentib. vbi dicit hãc opinionem esse magis communem, bona additio ad Magonium decisio. Lucen. 28. n. 24. in litera C. Et pro ista opinione in fauorem filiæ, & suorum hæredum, quando illi † legatum fuerit à patre pro dote factum, *decisum* dicit in Senatu Sebusiano Anto. Fab. in suo Codice lib. 6. tit. 23. de condit. inser. definitio. 9. vbi etiam expressè approbatur distinctio inter patrem dotantem, & extraneum, & Gaspar Anton. Thesaur. idem etiã † in eodem Senatu *declaratum* fuisse de anno 1594. testatur in cirata quæstio. foren. 43. nu. † 6. lib. 1. Idem etiam fuit *decisum* in Senatu Sicil. vti habes ex Mestrill. decisio. 78. nu. 9. iuncto nu. 6. vbi dicitur quòd legatum erat pro dote, & maritagio soluendum, & consignandum tempore nuptiarum legatariæ. E contra, quòd quando legatum pro dote est factum ab extraneo, sit & habetur pro conditionali, nec sit locus transmissioni, † *declarauit* Parlamentũ Tholosanum, vti est apud Gerardum Maynardum decis. 98. lib. 5. quæ licèt non loquatur in legato simplici, tempore nuptiarum dando, & soluendo, sed cũ illa conditione, *dummodo nobili legataria nuberet*, in quo res videtur habere minorẽ difficultatem; verùm nu. 6. dicit idem Auctor, † quòd idem *declarasset* Parlamentum, si clausula illa, *dummodo nobili legataria &c.* adiecta non fuisset.

6 Per quæ dicendum est, quòd † quando à patre factum est legatum, de quo agimus, propriam naturam amittit: esse enim deberet ex se conditionale, si & vbi nuptiæ sequerentur, & non aliàs, vt probat l. Publius Mæuius, in princ. de condirio. & demonstratio. l. si ego, in princ. de iure dotium, & l. tali vel promittendæ, eodem tit. cum similibus, quam naturam conditionalem retinet quando ab extraneo factum est, secundùm distinctionem suprà factam, vt in terminis aducrtit Mestril. in cita. decis. 78. nu. 8.

7 Inquiramus oportet † huius differentiæ, & discriminis rationem. Ea certè non est in effectu alia, quàm quæ adducitur à Bart. in cita.

cita. §. Titio genero, de conditionib. & demonſtrationib. quam ſuprà tetigi, pluribus dilatata verbis per Menochium in conſ. 251. ex num. 33. volum. 3. & in lib. 4. de præſumptionibus præſumptio. 116. num. 31. Anto. Gomez in l. 50. Tauri, num. 29. Meſtril. citata deciſion. 78. num. 8. & Anton. Fab. in ſuo Codice allegata definitio. 9. ſub tit. de conditionib. infer. lib. 6. In patre enim præſumitur dotem purè legaſſe, quia pater tenetur legitimam filiæ relinquere purè, ſicq. ſine conditione l. quoniam in prioribus, C. de inofficio. teſtamen. Cùm autem dos loco legitimæ ſuccedat, & eam pater pro ipſa legitima relinquere dicatur, ſequitur dotē præſumi purè relictam; & in hoc eſt fundata intentio filiæ, donec contrarium probetur per eum qui contra hanc præſumptionem ire voluerit, prout pulchrè aduertit Menoch. in d.
8 conſil. 251. nu. 35. Breuiùs rem † proponit Fab. loco cita. Ex eo (inquit) nullam videtur legatum iſtud quod ſit à patre habere tacitam conditionem, quia nec expreſſam admitteret, cùm loco legitimæ ſit, ad l. quoniã nouella, C. de inofficio. teſtamen. quę nullam conditionem admittit, citata l. quoniam in
9 prioribus. Quod enim † expreſsè fieri non poteſt, nec tacitè fieri poſſe dicendum eſt. Antonius Gomez dicit in loco iam citato rationem eſſe, quia pater præſumitur aliàs relicturus, cùm legitimam filiæ teneatur relinquere vel in vita, vel in morte, & aliter te
10 ſtamentum non valeret; & ſic eſt † magis cõ filium, aut monitio vt filia nubat, quàm gratuitè, argum. l. mutuo, §. 1. de tutel. &c. Hęc cùm non militent in extraneo, nec illius reſpectu, ideò legatum pro dote ab eo factum ſuam retinet, & retinere debet conditionalem naturam.

11 Supradicta † multò minorem habent difficultatem quando (prout ordinariè ſit apud nos) legatum licet ſub mentione dotis, & nuptiarum, ſit tamen pro legitima, & iuribus illius, & ſeu pro omni eo &c. cùm enim tũ legatum ſortiatur plenè naturam legitimæ, vt non ſemel aliàs in hoc opere ad alia poſita diximus, non poteſt dubitari quin puræ debeatur, tranſmiſſionique ſit in eo locus. De quo puncto pulchra eſt deciſ. Rotæ Romanę apud Seraphinum de Olmar. 959. num. 2. ideò non inſito; vide Crauet. in conſil. 84. num. 5. Viui. deciſ. 415. num. 6. lib. 3. Surdus, qui idem probat, in tracta. de alimẽt. tit. 9. quæſt. 21. num. 9. & 10. & optimè etiam Mantica de coniect. vltimar. voluntat. lib. 11. tit. 23. num. 22.

12 Per hanc diſtinctionem, † & ipſa mediã te arbitrantur Doctores ſe rem hanc, alioqui, vt ipſi aiunt, difficillimam, claram, apertam, & manifeſtam reddidiſſe, & ampliùs multum fauoris contuliſſe liberalitati pateręnæ vltra eum, quem legata extraneorum extraneis facta habere ſolent. Sed mihi videtur (parcant, quæſo, termino) nihil egiſſe Doctores iſti circa rem hanc, nec aliquid fauoris contuliſſe filijs circa has paternas libe ralitates, quod non haberent iam aliàs; id ſi non probauero, nolo quòd mihi fides in his aliqua adhibeatur. Ad id aduerto quòd ſtatim poſt hæc tractant quæſtionem Doctores quid dicendum quando eſt à patre plus filiæ pro dote, & in caſum nuptiarum relictũ, quæ ei competere poſſet pro legitima, an in iſto caſu cenſebitur legatum purum in eo quod eſt intra legitimam tantùm, in reliquo verò, in quo pater dicitur exercere liberalitatem, ſicut quilibet extraneus, retinebit ſuam condi tionalem naturam. In iſta quæſtione licèt Bart. in dicto §. Titio genero, num. 4. velit quòd tam reſpectu eius quòd eſt intra legitimam, quàm etiam reſpectu eius quod eſt extra, legatum dici debeat purum, ne idem (inquit) legatum diuerſimodè intelligatur contra l. iam hoc iure, de vulgar. l. eum qui de vſucapion. quem ſequitur Lanar. in citat. conſil. 10. num. 1. Didac. Couarru. in cap. 3. num. 11. verſic. 8. de teſtamen. vbi dicit hanc Bart. opinionem videri eſſe communem, tã etſi Bald. in conſil. 249. lib. 2. teneat contra Bart. Meſtril. dicta deciſio. 78. num. 8. Anto. Gomez in citata l. Tauri 50. num. 29. qui tamen nullam aliam adducit rationem, præter illã, quam ex Bart. tradidimus, Menoc. præſumptio. 146. num. 3. lib. 4. qui alios allegat. Alios in idem adducit magnus noſter Iuris conſultus Iacobus Cancer in 3. part. variarũ reſolutionum cap. 21. de tranſmiſſion. num. 336. Socin. ſenior conſil. 92. num. 8. libr. primo, Graſſ. de ſucceſſio. §. legatum, quæſt. 48. num. 5. & 6. Aliam adducit rationem Gaſp. Anton. Theſaur. quæſtio. foren. 43. nu. 4. verſic. Verum, ex Cyno in l. ſancimus, C. de nuptijs, & Calderin. in conſil. 52. de teſtamen. ac Gabri. in conſil. 116. num. 1. & 6. lib. 1. quia cùm pater videatur totam dotem aſſignare pro legitima portione, & non ſumus in legitima decreta à lege, indè fit quòd ſicut legatum pro legitima purum dicitur, ita & iſtud, quod totum legitimæ inſtar eſt; & ſicut ſtatutum poteſt augere legitimam, & de illa iudicatur vt de legitima iure naturæ debita, ita & pater poterit hoc facere; & nunc intrat benè quòd ne vna & eadem res diuerſo iure cenſetur, hæc capi debet interpretatio.

13 Licèt (inquam) † ſupradictam Bart. teneat opinionem, & non deſint, vt vidiſtis, qui eam ſequuntur, reprobatur tamen commu-

muniter a Doctoribus, vt teſtatur Fabia. in authenri.nouiſſima,quæſt.8.principa. quæſt. 5.num.84.& contra Bar.concludit in terminis Ang.in conſ.134.nu.5. Eam falſam ſine aliquo fuco verborum dicit Hieronym.Gabriel in cirato conſil.116.num.13.lib.1 Menoc.in ſepè cita.præſum.146.num.30.lib.4. Stephan.Gratian.allegata deciſio.4.in.65. & 66. Honde.conſ.63.nu.80.lib. 1.addirio ad Magon.deciſ.Lucen.28.in littera C. Viui.deciſ.484.num.2.Polidor.Rip.obſeruat. 276.num.6. Federi.Scor.reſpon.29.num.9. rom.2.lib.2. Pro eadem diſtinctione contra
† Bart.videtur *inclinaſſe* Senat.Neapol. apud
14 Capie.deciſio.204.nu.4. Nec ad rem † pertinet (inquit Gabr. in loco citato) quòd rota dos inrell'gatur eſſe legitima, & rota deberi diſpoſitione legis, quia hoc etiam falsũ eſt, & verius ſolùm pro concurrenti quantitate legitimę iuris communis eſſe loco legitimæ,& haberi ex diſpoſitione legis, reſiduũ aurem conſequi filiam liberalitate patris ex teſtamento, & propterea poſſe illi parti patrem quodlibet onus apponere, l.final.§.filiæ,de legar.2. & l.ſi arrogaror,§.ſed an impuberi, de adopr. Et hac ratione (pergit vlteriùs) hæc opinio longè grauiores,& multò plures Auctores haber,quos recenſuimus,vt negari nequeat quin veriſſima ſit,& receprif
15 ſima. Ad rationem † Bart.quòd vna & eadẽ res,& ſic vnum & idem legatum non debeat diuerſo iure cenſeri,reſponſum idem Gabr. anteà dederat nu.12. niſi diuerſa ratio aliud ſuadeat, quod multis Doctoribus probat. De quo etiam Cancer in 3.par.var.reſolu.c. 21.de tranſmiſſ.num.339.

16 Nec ego † poſſum dicere, quòd hæc opinio diſtinguens inter illud quod eſt intra legitimam, & illud quod eſt extra eam, mihi non placeat, qui in primo tomo non ſemel, & ſignanter clauſ.4.gloſ.28.ex num.6. & in hoc poſteriori non ſemel etiam multis probaui & Doctorum auctoritatibus,& diuerſorum,ac noſtri etiam Senatus deciſionibus ad varia propoſita otnani; ibi videatur, quia multa pulchra arbirror me dixiſſe in dictis locis,quæ poſſunt in negorijs forenſibus tractandis maximo eſſe adiumento.

Eãdem differentiam inter illud quod eſt intra,& illud quod eſt extra legitimam in ca
† ſu huic noſtro valdè affine *agnouit* olim Senatus 29.Ianuarij 1552.coram egregio tunc Senarore N. Gallarr, inter Aldũciam Puigmido,& Ioannẽ Benedictum Puigmido,vbi *in legato filio facto, diſponendo et volẽdo quòd illud præſtaretur filio cùm eſſet etatis 25.ann. & non ante, & grauando eum in dicto legato certo modo, dictum fuit,quòd ſi filius nolebat illud agnoſcere cum dilatione, & grauamine, erat ei purè,& ſtatim præſtandum loco legitimæ,quatenus tamen appareret legatum prædictum non excedere legitimam,& cum dicta legitima concurrere, & non aliter, & uſque ad concurrentem quantitatem legitimæ tantum tranſmitti ad hæredes legatary ante tẽpus, & non adimpleta conditione defuncti.* Er eſt verũ Ψ dicit Cancin 3.p.var.c.21.de tranſmiſ.n. 340. Senatũ noſtrũ in illa,quam ipſe refert, Monaſterij S.Claræ oppidi Perpiniani,con-
† tra Bernardum Paulet, *approbaſſe* expreſsè contra Bartholũ,diſtinctionẽ ſupradictã:dictum enim fuit,*Quòd in eo quod erat intra legitimam, non erat attendenda conditio nuptiarum,ſub qua legatum relictum fuerat: ſed illud erat ſimpliciter dandum, quamuis nuptiæ non fuiſſent ſequutæ, prout teſtator ordinauerat.* Ego eam deciſionem reperi in Archiuo Regio ſub die 8.Februa.1576. quam Canc. refert ſub die 9.Febr.1579. Eiuſdem deciſ. meminit Micha. Ferrer in 3.p.obſer.c.401. Nec eſt hæc opinio auctoritate Bar.deſtitura,quamuis enim in d.§.Titio genero,diſtinctionem hanc non admittat, admittit tamẽ eam de plano in l.fi.§.filiæ,de legar.2.

Hæc cùm ita ſint,vbi,quæſo,eſt fauor ille, quem Doctores tribuiſſe huiuſcemodi largitionibus paternis arbitrantur, præter eum, quem reliquæ habent, quæ non fiunt à parentibus? In effectu, ſi rem conſideramus,nihil aliud iſti Doctores fecerunt, quàm defendere legitimam liberorum ab oneribus,& grauaminibus,quæ eis à parentibus imponerẽtur. Id ſatis ſecurum,& ſtabile filij habebãt, non erat quòd rantiſper in hoc inſudaretur.

17 Sedcũ magna † apud me ſit,eſſeq.debeat apud omnes Bart.auctoritas:plus enim ipſe ſapuit ſolus, quã mille ex eis,qui poſteà ſucceſſerunt Iureconſulti:dolebam quòd rã malè de illius opinione in caſu occurrenti DD. ſenriſſent,& eum abſque defenſione oẽs reliquiſſent.Id me mouit,vt paulò diligentiùs rem ſpecularer, & num vera Bart.opinio,an falſa,vt communiter exiſtimatur,eſſet,viderem. Et diligentia facta, inclinaui pro opinione Bart.quæ mihi viſa ſine dubio eſt verior, & iuſtior, imò parum, aut nihil habere difficultaris. Audiamus Barrholum: & eius verba,& conceptus id ſine dubio nobis probabunt. Dicit itaque Bart. quæcunque à ſe anteà dicta fuere de legato doris,quòd ſit ex ſe conditionale,limitari,niſi expreſsè apparerer, vel per coniecturas, quòd ille, qui reliquit pro dote, vel dotis nomine,voluit legatum eſſe purũ, vt in dicto §.Titio genero, in verſ.Sed cum ante nuptias,tunc enim purum erit legatum, non conditionale: in quo nemo eſt qui ab opinione Bart. diſcedar, prout euidenter apparet ex Aym.Crauet.in

conſ.101.nu.2 Dida.Couar.in cap.3.nu.11. verſ.Octauo,de teſtamen.Menoch.conſ.60. nu.37.& ſequent.vol.1. Viui.deciſ.484.nu. 7. latiſſimè Illuſtriſſimus Cardinalis Manti. de coniectur.vltimar.volunta.lib.11.tit.23. ſtatim in initio,& per totum, Seraphinus de Olinarijs deciſ.959.nu.1. Ceuallos in commun.contra commun.quæſt.138.nu.15. Didac.Spino in ſpecul.teſtamento.gloſ.14.nu. 41.Michae.Graſſ.de ſucceſſ.§.legatum,qu. 48.num.4.Lara de anniuerſar.lib.1.cap.21.
18 num.22.Poteſt enim † teſtator legatum purum facere conditionale, & è conuerſò legatum conditionale facere purum, & tranſmiſſibile,l.in conditionibus,§.1.de conditioni. & demonſtration. Exemplum dicit Bar.po-
19 teſt poni † quando legans aliàs eſſet legaturus ,tunc enim hoc ſufficit ad iudicandũ legatum dotis purum, quantumuis aliàs eſſet conditionale,vt in l.ſi extraneus,de condic. ob cauſ.Cumque(inquit)quando pater aliàs
20 non † reliquit filiæ legitimam,conſtet quòd erat aliàs relicturus illud,quod in legato pro dote expreſſit, cùm ad hoc teneretur, quia aliàs teſtamentum non valeret,& ſic eſt magis quædam monitio, vt filia indè ſe nubat, quàm ſit grauamen, l.muto,§.hanc autem,ff. de tutel.facit l.ſi extraneus,in princip.ſuprà allega.indè fit quòd purè legaſſe intelligendum eſt, non conditionaliter. Et id quidem fieri Bart. exiſtimat, vt ipſe dicit, non quia remoueatur indè grauamen per l. quoniã in prioribus,C.de inofficio.teſtamẽ.ſed magis quòd ab initio intelligatur ex præſumpta voluntate defuncti. Poſteà ponit,quod tã ægrè ferunt Doctores,intelligi hæc ram in ea quã titate quæ eſt vſque ad legitimam , quàm in ea quæ excedit,ne idem legatum diuerſimodè intelligatur,l.iam hoc iure &c. Hæc Bar. dicit, quæ non video qualiter poſsint,& debeant ab aliquo reprehendi, cùm meram veritatem contineant,nec quæ obijciuntur ſint ad propoſitum, nam ea articulum reſpiciũt poteſtatis,concludendo quòd poterit teſtator in eo quod eſt extra legitimam, & illius reſpectu,conditiones, onera, & grauamina beneviſa ponere , de quo nos non dubitamus, ſed diſputamus de articulo voluntatis, num id voluerit , vel non , & ex coniecturis Bar.colligimus quòd non, ſicuti Bar.expreſſim dicit, vt vidiſti, ſignanter in illis verbis, Et ideò puto q̃ non remoueatur indè grauamen,per l.quoniam in prioribus,C.de inofficio.teſtamen.ſed magis ab initio non inrel ligatur ex præſumpta voluntate defuncti,vn dè conſtat benè applicati rationem Bart. q̃ vnum & idem legatum dependens à mera voluntate defuncti , non debet diuerſo inre
21 cenſeri: ſemper enim † debet fieri interpretatio, quæ omnibus paritor miter conueniat, l.in teſtamento,C.de teſtamen.milit.Aymõ Crauet.in conſ.20.nu.12. Surd.conſ.150.n. 18. quod etiam iuuatur diſpoſitione textus in l.eum qui,in fin. ff.de his quib.vt indign.
22 quo diſponitur † in dubio non eſſe admittendam diuiſionem voluntatis.

23 Additur, † quod Doctores admittunt,nõ dico in patre,ſed in extraneis, quòd legata pro dote,ſeu ad opus nuptiarum,q̃ eſt aliàs vt diximus,ex ſe conditionale,fiat purum,& purè factum cenſeatur,ſi ex coniecturis conſtat de voluntate,vt ptobant ſuprà relati,qui indiſcriminatim de vtriſq.loquuntur,& probat in terminis l.ſi extraneus,ff.de condi.ob cauſ. & vlteriùs reſpectu extraneorũ admittunt ijdem DD. coniecturam,ſi aliàs erat etiam legaturus,per quam dicunt effici,& ſeu cenſeri, & iudicari debere legatum purum, prout apparet ex Viui.in cita.deciſ.484. n. 7.ante verſ.Idcircò,qui ad id allegat Bar.& Crauet.quicquid in contrarium ſine alicuius auctorirate dicat Feder.Sco. reſpon.29.nu. 10.tom.2.lib.2.dicens id quod dicit Bar.in ſæpè cita.§.Titio genero,legatum eſſe purũ in eo, qui alias eſſet daturus, non procedere vbi expreſſum eſt tempus nuptiarum.Multò magis dicere debemus admitti debere reſpectu filiæ , vt cenſeatur legatum purè relictũ abſque diſtinctione aliqua, quando,prout in caſu noſtro, erat pater aliàs relicturus , ne cogamur dicere filiam reſpectu legati paterni deterioris eſſe conditionis , quam ſit extraneus reſpectu alterius extranei legan-
24 tis,quod eſſet abſurdum. Quòd † autem eſſet pater aliàs relicturus, ego,vltra ſupradicta, conijcio ex eo quòd non fauore certi,& determinati matrimonij hæc legata fiunt , quo caſu matrimonium eſſet cauſa finalis , & per conſequens eſſet dicendum , quòd aliàs non fuiſſet relictur*, ſed imò pro matrimonio in genere;quo caſu eſt cauſa impulſiua,quæ cõcedit vt præſumere poſſimus quòd aliàs fuiſſet etiam pater relictnrus:quod quia ego latè in 1.tom.probaui clau.4.glo.1.ex nu.50. & alijs etiam antecedentibus, ideò ampliùs non immoror.

25 Additur finaliter , † quòd regulariter huiuſmodi legata fiunt,ac fieri ſolent pro dote, & pro omni & toto eo quod filia habere poſſet , vel ad eã ſpectare poſſet in bonis ipſius teſtatoris, vel, quod idem eſt,pro omni parte hæreditatis,legitimę,&c.quo caſu dotem ſuccedere in locum legitimæ,& omnia illius priuilegia habere,nõ eſt dubium.Iam ſuprà retulimus qui id probent , non eſt quòd hic repetamus ; quibus adde Hercul.Mareſcot. variarum reſolutionum lib.1.reſolut.73.nu. 5.& ex conſequenti tota quãtitas legata ſor

titur

titur naturam legitimæ, & purè debebitur, pulchre Illustriss. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunta. lib. 11. tit. 23. num. 22. vbi in
†† additio. habes binas Rot. Ro. *decisiones*, quæ in terminis approbant hanc coniecturam, vt ea mediante tota quantitas legata pro dote censeri debeat purè relicta, Mandel. de Alba conſ. 360. nu. 6. totũ de hoc eſt conſ. 53. Hõded. lib. 2. qui ſcripſit expreſſim contra conſ. 694. Rimin. iun. lib. 6. in eadem cauſa editũ; quem Rimin. delectat videre quomodo ſe fatiget, qualiterq. laborer in docendo ſe nõ contradicere his, quæ aliàs ſcripſerat de eadem materia in conſ. 157. lib. 2. quod reuera eſt totum contrarium cõſilio prædicto 694.

Quæ maximè procedunt ſi titulo honorabili inſtitutionis, prout communiter fit, relictum ſit legatum, prout pluribus probat Honded. in cita. conſ. 53. nu. 24. Menoch. in conſ. 251. num. 40. lib. 3.

26 Aduerte tamen ne erres, † quòd non ſemper & in omni caſu quo dos ſuccedit in locũ legitimæ, purè ea debeatur, & ſit purè, ac de præſenti non expectatis nuptijs præſtanda: id enim ſolùm procedit in eo quod filiæ pater relinquit in locum legitimæ, quodq. ſuccedit in locum illius, quam tenetur pater filiæ relinquere: cùm enim eam debeat ſine onere, indè fit vt ſumi poſſit & debeat interpretatio, vt illud relictum, quod in illius locum ſuccedit, debeatur etiam purè: ſed non procedit in eo quod ſtatutum excludens ſeminas proprer maſculos iubet illis dari pro dote, tunc enim cùm dos non poſſit eſſe ſine matrimonio, ideò non poteſt compelli is qui dotare per ſtatutum tenetur, dare dotem ante nuptias contractas. De quo puncto quia egregiæ ſunt binæ deciſſ. Rot. Roma. 538. & 540. in 1. p. diuerſ. quæ latè articulum diſpu
†† rant, ac tandem ita *reſolutum* referũr, et hæc materia eſt impracticabilis in hac Prouincia, vbi ſimilia ſtatuta non vigent, ideò ampliùs non immoramur, in dictis deciſionibus habebis DD. & rationes, quibus hęc benè, ſi oportuerit, reſoluere poſſis; de quibus ſi alia plura videre volueris, recurre ad Mateſcot. var. teſol. lib. 1. reſol. 28. per tot. vbi idem multis declarat, & declarationes varijs Rot. Ro.
†† *deciſionibus* ornat.

27 Ex quibus omnibus † ſatis ſufficienter defenſata manet opinio Bar. à tot Scribentib. iniuriâ tamen, reprobata, vt ſcilicet non obſtante dicta reprobatione, dicere debeamus in caſu legati paterni adducto à Bar. legatũ debere iudicari purũ, tam in eo quod eſt extra legitimam, quàm eriã in eo quod eſt intra. Et ne videamur id nos dixiſſe ſine docto re in terminis, vide Mantic. de coniect. vlti. volun. lib. 11. tit. 23. ex nu. 10. vſque ad 17, & rurſus nu. 22. vbi videbis qualiter ipſe opinionem Bar. defendit, & contrarijs reſpõdet eo modo quo nos ſuprà fecimus; ad quẽ miror, quòd nouiores, qui poſt Manti. ſcripſerunt, non aduerterint: non enim video ꝙ eum allegent, nec de eo tractent, cùm tamẽ multùm ſubſtantialiter, meo iudicio, in præſenti loquatur. De eadem re eſt tota deciſio Vitti. 415. lib. 3. omninò videnda.

28 Et quando † opinio Bar. non placeret, quã tamen ſine dubio placitutam exiſtimo cuiq. vel mediocriter etudito, ſed imò opinio diſtinguẽs inter id ꝙ eſt intra, & id ꝙ eſt extra legitimã magis artideret, cenſeo, ꝙ video à paucis animaduerſum, opus eſſe ꝙ is contrà quem agitur de hoc opponeret, & exceſſum allegaret, & probaret, vt de hoc Iudex rationem habere poſſet, aliàs niſi contra filiam allegetur & probetur exceſſus in legato, quòd ſcilicet illud comprehendat plus quàm ſibi debetetur pro legitima, ſemper ipſa poterit legatum petere, ſemotis conditionibus, & grauaminibus, ac ſi illa poſita nõ fuiſſent, & non expectato tempore nuptiarum, nec adimplemento conditionum, quia idem priuilegium quod filia habet reſpectu legitimę, idem eidem etiam competit reſpectu dotis, quæ in locum legitimæ ſuccedit, & ſubrogatur, dum, vt dixi, non allegetur, & probetur exceſſus; & ſicur filia intentionẽ habẽt fundatam quoad legitimam, vt illã petere valeat ſine grauamine, ſic eſt in dote; nec de allo tenetur filia curare, niſi petere ſuum legatum ſtatim mortuo patre, prætendendo illud ſibi præſtandum fore ſimpliciter, ac purè, & ſine aliqua conditione. De quo puncto totum eſt conſ. Cioſſij 46. lib. 1. benè Menoch. in citato conſil. 251. ex num. 33. volu. 3. vbi ſicut iam ſuprà aduerti, filia, cui fuit legatum à patre pro dote factum in locum legitimæ ſuccedens, fundatam habet intentionem, quòd illud totum ſibi purè debeatur, quemadmodum legitima debetur, cui præſumptioni in faurem filiæ ſtandum (inquit) eſt, donec cõtrarium probetur. Idẽ etiam colligitur ex alijs Doctoribus, quos in diſcurſu citauimus, quibus adiungere poſſumus quæ in principio docuimus, cùm de interpretatione authen. res quæ, C. commu. de legat. egimus, vbi incidenter diſputauimus quando is, in quem per hæredem grauatum eſt facta aliqua alienatio de bonis fideicommiſſo ſubiectis, dicit quòd illa eſt ſuſtinenda pro iuribus legitimæ & Trebellianicæ alienanti competentibus, quis in dicto caſu teneatur probare, an poſſeſſor quòd nihil alienauit anteà hæres, cum quo conſumpſerit hæc iura, an fideicommiſſario quòd imò alienauit.

29 Hæc conſiderans † mirabar quamobrem Senatus in multis cauſis,ſignanter in vna Ioannæ Broquetes domicellæ, contra Sebaſtianum Broquetes,(quam exempli gratia, vti modernâ, adducere volui, reliquas,ne multus fiam , ſciens prætereo) referente egregio Senatore Ioanne Magarola, 26. Aprilis 1606.Scriba Paſtor, noluerit filiæ petenti legatum paternum *adiudicare*, niſi vt ſolueretur io tempore nuptiarum illius, quamuis enim legatum fuiſſet à patre factum in dictũ nuptiarum tempus, tamen quia factum fuerat, vti in eadem ſententia dicitur,pro legitima,& alijs iuribus in ipſius hæreditate cõpetentibus,nec fuerat oppoſitum modo aliquo de exceſſu, videbatur quòd ſimpliciter filiæ legatum illud erat adiudicandũ,non ad tempus nuptiarum ſolutio differenda: quia enim ſuccedebat legatum in locum legitimæ, ideò onus illud nuptiarum reijciendum videbatur: cogita.

30 Quòd reſpectu † horum legatorum, quæ ab extraneo fiunt, has reſolutiones Senatus capiat, condemnandi ad ſolutionem ad tẽpus nuptiarum, tranſeat, cùm illo tantùm tempore videãtur debere ſolui propter conditionem quam continent,ſi ouptiæ ſequantur,& propter claram voluntatem defuncti, quæ videtur fuiſſe quòd eo tantùm tempore † ſoluerentur,non ante,prout ego aliàs *obſeruatum* vidi in cauſa coniugum Maſoliuers, cootra coniuges Maſmijans oppidi Oloti, coram egregio olim Senatore Ioſepho Benac vertenti,in qua die 16.Martij 1601.Scriba Puigferrer, *legata relicta ab auo*, qui in hoc reputatur extraneus,cùm in Cathalonia non habeat nepotes in poteſtate, *à obdormiſcent, id eſt ad opus matrimonij, fuerunt adiudicata vt ſoluerentur tempore quo matrimonium contraheretur*: ſed quòd idẽ obſeruet quando à patre legata ſunt pro iuribus legitimæ, habendo rationem de conditione, & ſeu tempore ſolutionis adiecto in eis, abſque eo quòd probetur per hæredem aliquis exceſſus, dura res videtur, ideò multũ circa hoc imprimis conſiderandum.

31 Nolim tamẽ † (vt & iſtud obiter animad uerſum habeas, antequam ad vlteriora progrediaris) quòd exiſtimes me per ea quæ ſupra dixi cõcedere ꝙ in legatis extraneorum poſſint indiſcriminatim fieri condẽnationes prædictæ:quantò enim liberalis fui circa legata paterna,exiſtimans abſq. alia conſideratione conditionum;& grauaminum, debere ſolui legata filiabus, tantò ſum parcus circa legata extraneorum,tenens ꝙ non ſolùm nõ debent ante nuptias ſolui,ſed nec poſſunt an tea peti vt ſoluantur,cùm debeat legatũ verificari ſequutis nuptijs, & ideò conſequens eſt vt dictũ tẽpus expectetur,prout ex Rom. Guald.Maoti. & ex quadã additio.ad Alex. docet Gratia.deciſ.4.n.64.vbi dicit eſſe cõmunem,Viui.deciſ.484.num.1.in fin. & oos multa ad propoſitũ confereotia tradidimus in 1.tom.clau.4.glo.9.p.5.ex n.26.& n.63. Vbi & iuribus & rationibus,ac Senatus deci
32 ſionibus probauimus in † conditionalibus nõ oriri,nec competere actionem ad petendum & agendũ,niſi demum conditionibus adimpletis: vndè ſicut prima circa legata paterna deciſio non concedens exactionem ante cõtractas nuptias,ſic ſecunda circa legata extraneorum actionem & petitionem permittẽs, quamuis vt ſoluantur tempore nuptiarum, diffi.ultatem habent non modicam.

SVMMARIA.

1 *Legata pro dote, vel pro nuptijs non dicuntur conditionalia, ſed pura, cùm mentio dotis, aut nuptiarum non fit in diſpoſitiuis, ſed in executiuis. vbi deciſ.*

2 *Quod declaratur, vbi certum eſt tempus quod adijcitur legato, non quando incertum, quod exemplis declaratur.*

3 *Tempus nuptiarum adiectum legato, dicitur tẽpus incertum.*

4 *Impugnatur differentia facta nu. 1. ſi mentio dotis, & nuptiarum ſit in diſpoſitiuis, an in executiuis.*

5 *Mentio dotis, aut nuptiarum facta in executiuis, tunc demum deſinit qualificare legatũ cùm fit in alia oratione poſt conceptũ ſemel legatum purè. vbi deciſſ.*

6 *Legatum dotis, ſeu pro nuptijs eſt conditionale, quamuis mentio dotis, aut nuptiarum fiat in executiuis, ſi fit per modum cõditionis, ſecus ſi non per eum modum.*
Dies incerta quando faciat conditionẽ. ibid.

7 *Tempus adiectum in aliqua diſpoſitione an & quando faciat conditionem.*

8 *Legatum factum poſt mortem vxoris, vel alterius, non eſt conditionale.*
Secus eſt in legato facto poſt mortem tamen vxoris, ob aduerſatiuam, tamen. ibidẽ. vbi deciſſ. noſtri, & aliorum Senatuum.

9 *Legatum relictum poſt mortem alicuius, fuit in facti contingentia in noſtro Senatu declaratum conditionale, & ideò non tranſmiſſibile.*

10 *Dies certus facit ſolùm actum conditionalem, cùm per verba importantia cõditionem fuit appoſitus: ſecus eſt in die incerto, qui ſemper facit conditionem.*

11 *Rui. reprehenditur à Moro. ſignanter dicendo quòd non intellexit Bart. in certo caſu de quo agit.*

12 *Moro. reprehenditur circa idem à Theſaur.*

Dies

13 *Dies incertus, & sic nuptiarum fauore filiæ, conditionem non facit.*

14 *Decisio nostri Senatus peroptima circa hanc controuersiam, si dies incertus facit semper conditionem, vel solùm cùm apponitur substantiæ dispositionis.*

15 *Legatum ad cognoscendum an sit conditionale, vel non, maior pars Doctorum vult inspiciendum esse si verba sunt posita substantiæ legati, an executioni.*

16 *Legatum pro nuptijs non audent Doctores dicere purum, & transmissibile ex eo solo q nuptiarum mentio fit facta in executuis, et in præstatione legati, sed ex alijs coniecturis.*

17 *Singula quæ non prosunt, ipsa collecta iuuant.*

18 *Legatum nuptiarum, siue pro nuptijs, si est purum, vel conditionale, totum pendet ex coniecturis.*

19 *Legatum pro nuptijs semper debet iudicari purum, cum mentio nuptiarum non est facta in substantia, nec per modum conditionis, sed per modum dilationis.*

20 *Legatum purum, vel conditionale iudicatur ex obseruantia subsequuta.*

21 *Obseruantia non requiritur præscripta.*

22 *Mutanda minimè sunt quæ certam habuerunt interpretationem.*

23 *Consultatio facta Auctori circa quoddam prætensum vinculum reale, & perpetuum.*

24 *Obseruantia, & consuetudo succedendi in aliqua domo, & in bonis testatoris, vel vt liberis, vel vt vinculatis, facit ius.*

25 *Obseruantia subsequuta declarat melius quàm aliud, quomodo aliquod dubium quod oritur ex aliqua scriptura, sit intelligendum.*

26 *Mens præsumitur fuisse talis, qualem subsequuta obseruantia declarauit.*

27 *Solutio subsequuta declarat quale erat debitum præcedens.*

28 *Promissio talis præsumitur facta, qualis subsequuta fuit solutio.*

29 *Obseruantia subsequuta præbet meliorem coniecturam actus, quàm aliud quippiam præbere posset, & præualet omnibus alijs coniecturis.*
Et generali etiam consuetudini, & statuto præualet. ibid.

30 *Obseruantia subsequuta sola tollit dubietatem dispositionis præcedentis, & est regina omnium interpretationum.*

31 *Manzanedo sacræ Rotæ Romæ. Auditor laudatur.*

32 *Obseruantiæ subsequutæ vis qualiter prosternatur ex titulo vitioso, remissiuè.*

33 *Obseruantia est probanda de tempore dispositionis. vbi decis.*

34 *Obseruantia subsequuta habet vim testium deponentium super veritate facti.*
Causa adæquata præsumitur effectui subsequuto. ibid.
Initia ex obseruatione longa clarificatur. ibidem.

35 *Fideicommissum. Contra fideicommissum est semper in dubio iudicandum.*

36 *Obseruantia subsequuta est optima legum interpres in declaranda dubia voluntate defuncti.*

37 *Consuetudo succedendi iure maioratus interpretatur dubiam scripturam maioratus, vt ita debeat in futurum deferri successio.*

38 *Consuetudo disponendi de bonis tanquam liberis efficit vt libera debeant iudicari.*

39 *Maioratus verbum non habet suam propriã significationem, si in bonis aliud sit obseruatum in ordine ad disponendum de eis tanquam de liberis.*

40 *Obseruantia vt operetur suum effectum, sufficit quòd sit decem annorum.*

71 *Consuetudo immemorialis succedendi in aliqua familia hoc, vel illo modo, regulariter facit ius.*

42 *Idem est in consuetudine viginti quinque, aut viginti annorum.*

43 *Decisio Senatus circa materiam hanc.*

44 *Obseruantia subsequuta efficit vt casus obseruatus censeatur in scriptura comprehensus, etiam si clarè non dicatur. vbi decisio nostri Senatus.*

45 *Legatum factum alicui vt nubere possit, nõ est conditionale, & ideò potest statim peti, & transmittitur ad hæredes.*

46 *Legatum vt nubat Titio, est purum, non conditionale.*

47 *Legatum factum alicui vt indè posset aliquod officium emere, non est conditionale, & trãsmittitur. vbi decis.*

48 *Legatum generaliter ad nuptias non est conditionale, sed purum, & ideò potest statim peti.*

49 *Verba* pro nuptijs, *seu* pro matrimonio, *videntur sonare quædam præparatoria, quæ solent nuptias præcedere.*

50 *Legatum pro nuptijs est ante nuptias dandum, vt indè præparatoria ad nuptias sibi mulier quærat, nec tenetur præstare aliquam cautionem.*

51 *Legatum pro nuptijs non est adiudicandum vt soluatur tempore nuptiarum, sed à principio, vt purum, & in hoc reprehenditur consuetudo Cathaloniæ.*

52 *Fœmina cum dote existente adhuc penès hæredem eius qui illam reliquit, vix inuenit vnquam maritum.*

53 *Lara de anniuersar. impugnatur.*

GLOSSA III. PARS II.

Prosequitur eadem materia legatorum pro dote, vel pro nuptijs factorum.

An & quando dicantur pura; vel conditionalia.

Et signanter agitur latè de coniecturis, quæ huiusmodi legata ex se conditionalia, efficiunt pura.

1 TRanseamus † ad alia. Et quia in superioribus diximus quòd ex coniecturis hæc legata fiũt pura,& vt talia iudicantur,licèt aliàs ex sui natura sint conditionalia,oportet quòd nos particulariter discutiamus, si non omnes, saltem frequentiores casus,in quibus hoc procedat:per quem procedendi modum arbitror futurum quòd materia hæc,aliàs difficilis ab omnibus reputata,multũ clarescat,imò ego existimo vix esse alium modũ,per quem iste effectus conse qui possit,taliter est hæc materia intricata.

Inter alios casus,quem magis practicabilẽ video, quique magis à DD.expẽditur, dicentibus coniecturam in eo esse voluntatis testatoris relinquendi purè, non conditionaliter,illa est, quando verba *pro dote*, & similia, quæ solent efficere legatum conditionale, non apponuntur substantiæ ipsius legati, sed imò illius executioni,& prestationi,Bal. in cons.286.nu.4.lib.3.Crauet.in cons.101. per tot.Steph.Gratian.discept.for.135.nu. 44.& 275.nu.23.Meno.cons.60.n.38.lib.1. & cons.251.nu.53.lib.3.Rimin.iun.in cons. 639.nu.116.lib.6.Honded.cons.53.nu.32. lib.1. Couar.in c.3.nu.11.vers.8.de testam. Mantic.de coniec.vlt.vol. lib.11.tit.18.post nu.19.Io.Bot.cons.19.nu.18.Decia.cons.4. nu.5.lib.3.Peregr.de fideicom.art.37.n.26. Gasp.Thesaur.q.foren.43.nu.7.Socin.seni. cons.92.nu.8.vol.1.Lara de anniuer.lib.1.c. 21.nu.17.Casãna.cons.35.nu.25.Viui.decis. † 484.nu.6.lib.3.vbi ita *decisum* in illo Senatu fuisse asserit. Qui omnes DD.loquuntur in illo casu,quando dictum fuit:*Lego centum Titiæ dandos tempore quo maritabitur*,præter Bal.qui in casu fortiori loquitur,nempè in illo quo dictum fuerat:*Lego puellæ centum quã donupserit*.In quibus casibus,& similibus,qui in prædictos in effectu resoluuntur, prout sunt: *Ita vt non soluãtur nisi cùm peruenerit ad nubilem ætatem*, vel *cùm nupta fuerit*,aut *cum maritabitur*, quos enumerat Gasp.Anton.Thesaur.q.foren.43.nu.7. tenent citati DD.censeri nuptiarum factam mentionem, non in substantia, sed imò in præstatione,& executione,& solutione: & ideò non debere iudicari legatũ conditionale, sed imo purum, & transmissibile, ad quod cõiter allegantur l.ex his verbis, C.quan.dies leg.ced. & l.Seius Saturnin.ad Trebel. ac clemen.1. de præben.& aliæ leges adductæ per Gerar. Maynat.decis.98.nu.3.lib.5.

2 Quæ tamen resolutio † magnam patitur difficultatem ex eo quòd quæ dicta sunt,pro eedere tantùm videntur quando est certum tempus quod adijcitur petitioni,seu præstationi, veluti est tempus certę ætatis,dicẽdo: *Quod præstari volo cum peruenerit ad hãc,vel illam ætatem*,qui est dies certus ex se,cùm sit eum commensurata temporis designatione prolatus, vt benè declarat additio ad Fran. Cremen.in suo singula.112.& Rot.Rom.in illa decis.quam post suam disceptа.for.136. lib.2.nu.59.& 60.ad litteram posuit Steph. Gratia. & idẽ Gratia.ipse d.discep.136.nu. 28.tũc enim verũ est,q illa tpis adiectio nõ efficit legatũ conditionale;& in illo casu loquuntur l.ex his verbis,C.qñ dies legat.& l. Seius Saturni.ad Trebel.quę sunt leges,quę per DD.suptà citatos adducuntur communiter ad probandum hanc puritatem,& simplicitatem legati. Vetùm quando meminit testator in legato de tẽpore incerto,quod potest se habere ad esse,& non esse,tunc siue tẽpus illud adijciatur substantiæ legati, siue etiã illius executioni,prestationi,aut solutioni,semper legatum remanet cõditionale,& intransmissibile, si ante tẽpus decedat legatarius:nulla enim in hoc est differentia in vltimis voluntatibus,per tex.in l.quib.dieb.§. quidã Titio,de condi.& demonstr.l.si quis à filio,in prin.de leg.1.l.si dies,in princ.quando dies lega.ced.d.l.Seius,in fin.& declarat ibi glo.cõiter recepta,& etiam Bar.& alij communiter,quos longa serie refert Hiero.Gabri.in cons.150.nu.3.lib.2.Manti.de coniec. vlti.vol.lib.11.tit.18.nu.20.& 21.& deindè, ac etiam tit.20.nu.3. signanter in additione in fine posita,Peregri.de fideicom.art.31.nu 19.Ludo.Moro.cons.2.nu.7. & in cons.seq. Ste.Gratia.decis.proui.Marc.153.n.6. & discep.for.136.nu.35.vbi de hoc infiniti.

3 Quòd autem † tempus nuptiarũ dicatur, & dici debeat tempus incertum, nemo dubitat: id enim ex se patet plus quàm manifestè,& probat l.sancimus,C.de nup.l.cum testator,C.eod.tit.& l.cum testator,C.de manumiss.l.hęc conditio,in prin.C.de condi.& demonst. Hiero.Gab.in cita.cons.150.n.4. lib.2.post Signorol.in cons.14.col.2.sequitur Hiero.Magon.decis.14.nu.12.

Et

4 Et ne deficiant † Doctores in terminis, hanc opinionem, quòd in hac noſtra propria materia legati pro dote, non ſit facienda differentia in diſpoſitiuis, an in executiuis, tenet (expreſſim contra Bal. in ſuprà cita. cõſil. 286. lib. 3.) & multis defendit Hieron. Gabri. in citato conſil. 150. in legato quod factum fuerat cuidam puellæ, cum conditione *Quòd nuberet, vel fieret monialis, arbitrio executorum ſui teſtamenti, volendo quòd quãdocunque moreretur ſine prole legitima, res legata reuerteretur ad hæredem, & quòd peti nõ poſſit niſi quando maritaretur, vel fieret monialis.*

Eandem etiam opinionem tener, & pluribus defendit Lader. Imol. in conſil. 60. per tot. vbi agit de legato dotis facto filiæ cùm
5 nubet. Qui † num. 7. addit pro ſecunda ratione, q̃ contrarium poſſet procedere quando dies incertus adijceretur diſpoſitioni puræ iã perfectæ, & in alia oratione; ſecùs vbi inſeritur ipſimet diſpoſitioni puræ, prout quando dicitur (ſicut dicit quod dicebatur in ſuo caſu) *Lego decem danda cùm nupſerit*: nam verba illa, *danda &c.* pendent à verbo *lego*, & verè (inquit) in l. ex his, in contrariũ allegata, eſt clauſula ſeparata; atque ita (dicit) declarat ibi Bald. an vna ſit oratio, an duæ. Et in terminis pro legato conditionali, & contra tranſmiſſionem, licèt verba cõditionem importantia eſſent poſita in executiuis, & ſic ſpreta ſupradicta diſtinctione, &
† differentia, *declaraſſe* in facti contingentia curiam Tholoſanam auctor eſt Gerat. Maynar. deciſio. 98. lib. 5. In executiuis erant poſita verba, *quando nupſerint*, in legato per patrẽ filiabus ſuis facto, de quo per Magon. deciſio. Floren. 14. ſuprà cita. & propter hoc ſe defendebant hæredes filiarum, quæ deceſ
† ſerant innuptæ; & tamen *inclinarunt* Senatores pro non tranſmiſſione, vti tellatur idẽ Magon. ibid. & ſignanter num. 11.

6 Quid renendum † in tam contrarijs reſolutionibus? quomodo eas componemus? Ex his colliges quanta ſit opus lucerna ijs qui iſtud ſcribendi munus ſuſcipiunt: non enim hæc fiunt vitam otioſam ducendo, & vicos, & plateas frequentando, & diſcurrendo. Diſtinctione opus in hoc eſſe cenſent plures de neceſsitate, per quam nec totum ſit tuũ, nec totum ſit meum, ſed diuidatur. Eam nobis ſubminiſtraſſe aſſerunt Baldum, cuius dictũ litteris aureis dicit ſcribendum Cremen. in ſuo ſingula. 112. Bal. (inquam) in l. ambiguitatem, nu. 4. C. de vſufruc. Aut enim, inquit, dies incerta apponitur pręſtationi legati per viam conditionis, id eſt, per verba conditionem denotantia, aut non. Primo caſu conditionem ſine dubio facit appoſitio diei incertæ, puta eſt dies nuptiarum, quantũuis prę-
ſtationi, & ſeu ſolutioni, & executioni apponatur. In ſecundo verò caſu minimè. Atque ita prima opinio procedit quando non fuit dies appoſita per modum conditionis: ſecũda verò quando ſic. Sequitur Ruin. in conſ.
7 65. nu. 14. vol. 2. vbi dicit † illud q̃ dicitur, tempus adiectum facere conditionem, tunc demum procedere, & habere locum quãdo tempus eſt adiectum per dictionem quę importat conditionẽ principaliter, vel ſecũdariò, putà per *ſi*, *eum*, vel *niſi*, vt declarat Bar. in l. 1. & l. quibus diebus, §. quidam Tirio, de cond. & demonſtra. & in l. quodcunq. §. fi. vel penul. de verb. obliga. & ibi etiam per alios, Rot. Ro. in illa deciſ. quam Step. Gratia. refert in ſuo 1. tom. diſcep. for. poſt diſc. 136. num. 62. vbi ex eo quòd in caſu de quo inibi agebatur, cuius hypotheſim refert idẽ Gratian. in ſua deciſ. proui. Mar. 153. in init. dies licèt incerta non fuit poſita per modum cõditionis, nec per aliqua verba conditionem importantia, prælationi legati, ſed ſimpliciter, & purè, legati tranſmiſſioni in hæredes legatarij anteà defuncti, locum fore & eſſe,
† fuit *declaratum* poſt magnam diſcuſſionem, non ſolùm in Rot. Ro. in d. deciſ. ſed etiam anteà apud Gratian. in cita. deciſ. 153. Non ergo (inquiũt illi Doctores) ſufficit ſimplex appoſitio diei incerti in caſu occurrenti, ſed eſt vlteriùs neceſſarium quòd per modũ conditionis, & per verba conditionem importãtia: quod omnium latiùs declarat Stephan. Gratian. in cita. deciſ. 153. per tot. & poſteà in allega. diſcep. for. 136. ex nu. 25. cum multis ſeqq. vbi eſt omnino viden. reaſſumire enim materiam eiuſdem caſus, quam diſputauerat anteà, in cita. deciſ. 153.

8 Exemplum † ponunt de vtroq. caſu, quando teſtator dixit ſimpliciter, *Lego Titio poſt mortẽ vxoris, vel hæredis, vel alicuius tertij*, vel *Relinquo poſt mortem tamen vxoris*, dicentes quòd in primo caſu non eſt conditionale legatum, cùm non ſit loquutus teſtator per verba denotantia conditionem: in ſecundo verò ſit, eùm illa aduerſatiua, *tamen*, cõditionẽ importet. Ita ex Cremen. in ſuo ſingul. 112. reprobata opinione additionatoris ibi, qui inter dictos caſus nullam fecit diſtinctionem, nec differentiam, docet Step. Gratia. in d. diſcep. foren. 136. ex n. 25. cum multis ſeqq. Cremenſis doctrinã approbauit expreſsè Ro. Rom. apud Farinac. deciſ. 163. in vlr. vol. loquens de legato relicto poſt mortem, vel cùm moreretur, quod purũ eſſe, non conditionale, & ideò tranſmiſsibile docet,
† atque *declaratum* in ea ſacra Rota de anno 1606. refert. Scio cauſam de hoc agi in noſtro Senatu, inter Michaelem Vila ſparteriũ

ex vna, & Adminiſtratores Bacini pauperũ verecundantium Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pinu huius ciuitatis, partibus ex altera, ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor, Scriba Raphaele Paſtor, vbi agitur de tranſmiſſione legati relicti *poſt tamen obitum vxoris meæ*, cùm ante vxorem legatarius deceſſerit.

9 Vidi concluſionem † in qua iamdiu Senatus ſuam in illis mentem declarauit: cũ enim ageretur num tranſmiſſum diceretur ad hæredes legatarij defuncti ante hæredem in teſtamento ſcriptum ius petendi legatum, ſub hac forma in noſtro vulgari ſermone conceptum: *Item dex à moſſen Gaſpar Oſſello donzell tres centes liures, les quals li ſien pagades apres la mort de dit ſenyor marit hereu meu*, id eſt, *Item lego N. trecentum libras, quæ ei ſoluantur poſt mortem dicti domini viri hæredis mei*, fuit die 29. Iunij 1584. in cauſa inter coniuges Deſprars, & Raphaelem Fiualler, coram egregio olim Senatore Pontio † Ceſcaſes vertenti, *declaratum* non eſſe locũ dictæ tranſmiſſioni, ex eo quia legatum fuit iudicatum conditionale, *Attento* (inquit) *dies mortis poſitus in quacunque diſpoſitione, quantumcunque nihil certius ſit morte, propter incertitudinem de iure importat conditionem, etiam ſi non ſint adiecta relatiua temporis, aliàs importantia conditionem: taliter* (pergit) *quòd non minus eſt conditionale legatum conceptum ſub verbis expreſſis per teſtatorem, quibus dixit ſe legare Gaſpari Oſſello, quæ ſoluerentur poſt mortem mariti ſui hæredis, ac ſi dixiſſet quòd ſoluerentur ſi dictus ſuus maritus moreretur, vel eum moreretur*: addit *quòd fauore, & gratia hæredis dies mortis dicti hæredis dicto legato apparet pro conditione poſitus*. In quibus vides qualiter Senatus noluit tranſire per differentiam, & diſtinctionem ſupradictam; ſed quòd quocunque modo dies mortis hæredis apponeretur legato, illud efficiebat conditionale.

10 Sed habuit † Senatus quos ſequeretur eminentiſſimos viros, qui eandem diſtinctionem in terminis reprobant, & ſignanter Ludouic. Moro. in conſil. 3. per totum, dicens, quòd differẽtia, & diſtinctio prædicta ſolùm accommodatur, ac accommodari poteſt diſpoſitioni, cui non dies incertus, ſed imò certus appoſitus eſt, tunc bene (inquit) cadit, quòd vt iudicemus an conditionalis, vel pura ſit diſpoſitio, conſideremus ſi per verba importantia conditionem loquutus eſt teſtator, vel non: cæterùm quando dies incertus appoſitus eſt, nihil de hoc eſt curandum, ſemper ille facit conditionem, ac actũ conditionalẽ, quamuis in executuis ſit
11 appoſitus. Poſtea † ex num. 4. incipit acriter reprehendere Ruinum, pro eo quod dicit in citato conſil. 65. num. 14. volum. 2. & ſignanter pro eo quod in ſuæ opinionis confirmationem allegauit Bart. in l. 1. & in l. quibus diebus, §. quidam Titio, de conditionib. & demonſtrationib. Dicit enim Morot. quòd Ruin. non intellexit Bart. quia ille non facit differentiam prædictam, reſpectu diei, & tẽporis incerti, ſed imò reſpectu diei, & temporis certi: concludens tandem quod Rui. malè loquutus fuit, & contra communes, receptiſſimasque doctrinas, dum vult tunc demum tempus incertum adiectum præſtationi, facere conditionem, ſi adijciatur per dictionem quæ conditionem importet: nã hoc (inquit) eſt contra gloſſam in dicta l. Seius Saturninus, quam ipſe ſequitur, & cõtra omnes præcitatos, qui volunt ſolam temporis incertitudinem pro conditione haberi. Cõcludit deindè, quòd Ruin. ex ſuo capite dixit ſupradicta contra veritatem, & fundans ſe in Bart. auctoritate, qui eorum contrariũ dixit, & per quam ipſe Ruinus confunditur in ſua opinione.

Idem quod Moro. reſpectu diei & temporis incerti actui executiuo appoſiti, ꝙ ſimpliciter faciat conditionem, tener Hiero. Gabriel in conſil. 128. num. 4. lib. primo. Sequitur Gaſp. Anton. Theſaur. quæſtio. foren. 68. per totam, & ſignanter num. 12. Hæc rem faciunt multùm dubiam, magis quàm ego existimabam cùm cæpi de his agere.

12 Sed non † remanſit Moro. qui controuerſiam mouit, ac litigij fuit cauſa, ſine cenſore: quatenus enim negat in his differentiam, ſi tempus nuptiarum apponitur ſubſtantiæ legati, vel illius executioni, in dicto conſil. 3. & præcedenti, dicit Gaſpar Anto. Theſaur. licèt magis intricatè, & obſcurè, quàm res poſtulabat, loquatur, & licèt poſtea quæſtio. 68. viſus ſit Moro. doctrinam approbare, in ſæpè citata tamen quæſtio. foren. 43. num. 7. contrà ſtare communem Doctorum opinionem, eam diſtinctionem, & differentiam approbantem, de qua per Doctores, quos ſuprà citaui. Si ſupradictis addere velis (reſpectu dotationis filiæ, & ſeu legati pro dote filiæ facti, licèt illud vix vnquam admittat, aut patiatur iſtas controuerſias, cũ alias habeat regulas, quibus regatur, vt in principio docuimus) Si (inquam) ſupradictis addere velis quod Menochi. docet præſumpt. 146. num. 32. verſic. Prætereà, lib. 4. dicens
13 ex † Cardina. Alba. & Soc. ſenio. quòd dies incerta, & ſic nuptiarum fauore filiæ conditionem non facit; iſtud multùm mouebit ad tenendum contra Gabrielem, Morotium, & alios.

14 Si obuiaret † nobis aliqua Senatus deciſio

fio, quæ pacem inter hæc poneret, nobisque monstraret quid in his tenendum, quanti illa facienda esset? Eam habes in promptu accommodatissimam, mea non modica diligentia reperram. Legauerat Iacobus Alos Colom domicellus huius ciuitatis Ioanni Vilat consanguineo suo tres mille libras, *Quas* (inquit) *volo illi dari tempore contractus sui matrimonij, & non antea*. Disputatum in Senatu fuit multùm coram egregio olim Senatore Raphaele Rubi & Coll, si istud legatum esset vt purum iudicandum; an vt conditionale, vt peti posset ante contractas nuptias, vel non peti. In quo negotio † resoluendo, quod fuit *resolutum* 24. Aprilis 1608. Domini fuerunt diuisi. Minor enim pars concludit pro puritate legati, eo expresso motiuo, *Quòd verba*, quæ volo &c. *non fuerant adiecta substantiæ legati, sed imò illius executioni*, & sic per minorem partẽ fuit amplexa opinio distinguens, quam cõmunem diximus suprà. Sed maior pars fuit in contrario voto, quod scilicet conditionale legatũ esset, contrario sumpto motiuo, & approbando, & sequẽdo opinionem Moro. *Quia* (inquit) *præstationi legati fuit adiectũ tempus omnino incertum, contractus scilicet matrimonij, quod siue dispositioni, siue præstationi adyciatur, facit legatum conditionale: & eo magis* (pergit) *quia testator noluit dictum legatum consequi legatarium, nisi tempore contractus matrimonij, & non ante; quo casu, licèt tempus sit certum, legatum censetur conditionale*. Hæc est decisio Senatus, per quam nemo non videt qualiter destruatur communis opinio: sed nisi adiecta essẽt illa verba, *& non antea*, per quæ videmur esse in illo casu, quem suprà ponderauimus, quòd testator per modum conditionis loquutus est, quo casu conditionale fit legatũ, etiam si verba non substantiæ, sed executioni legati apposita sint, sicuti etiam in appositione temporis certi, nempè cùm esset ętatis viginti quinque annorũ, & nõ ante, anteà † *declarauerat* Senatus de anno 1552. in illa illorum de Puigmido, de qua suprà. Nisi, inquam, verba prædicta adiecta fuissent, dubitabilis multùm fuisset decisio, & forsan nõ defuissent qui cum minore parte Dominorũ pro communi opinione stãte concurrissent.

15 Ego legi † attente omnes ferè Doctores, qui de hac materia loquuntur, & tractant, vt viderem an certa, & infallibilis resolutio ex eis capi posset, quæ omnibus casibus occurrentibus valeret deseruire, & accommodari; & reperi omnes ferè trepidantes, & vix in vna certa re pedem figentes, maior proculdubio est numerus renentium pro illa distinctione, an substantiæ legati, an verò executioni illius verba sint posita, quæ conditionatum legatum efficere possent, quàm qui sint qui eam impugnarunt. Sed vix vnus
16 est † ex illis, qui ex eo solo quòd executioni, & præstationi legati sit nuptiarum mentio facta, audeat resoluere illud non conditionale, sed imò purum; & transmissibile? omnes alias ponderant coniecturas, & præsumptiones, vel voluntatis testatoris, vel aliundè resultantes, in suis casibus concurrẽtes, quæ simul iunctæ eos mouent ad respondendum pro puritate, & simplicitate legati,
17 iuuantes † se regula, singula quæ nõ possunt, ipsa collecta iuuant; de qua per glo. in l. instrumẽta, verb. alijs, C. de proba. & per glo. in cap. cum causam, verb. adminicula, extra eodem tit. & per Bart. & alios in l. admonendi, ff. de iureiu. Mantica de coniectu. vltima. volunta. lib. 7. rit. 5. num. 5. Crauett. Menoc. Viui. Hondede. Decia. & similes ex suprà al legatis, & id reperies indubitanter & apud Viuium in sæpè citata decisio. 484. nume. 7. qui postquàm dixit quod nos suprà fundauimus, quando mentio nuptiarum est facta in executiuis, legatum remanet purum, addit coniecturam prædictam esse adeò efficacissimam, atque exploratissimam reddi, vt rei hæc ampliùs controuerti nequeat vllo modo, concurrente præsertim alia quoque coniectura &c. ad quod alias deindè ponderat in suo casu militantes. Ex quibus constat hunc auctorem non confidisse in sola coniectura supradicta; & idem dicunt reliqui, quorum dicta non repeto, ne molestus, & prolixus fiam.

18 Vndè fit † quòd hæc materia sit tota coniecturalis, & ideò certa regula non possit in ea constitui. Sit ergo firma (vt dicebat Lara de anniuersar. lib. 1. cap. 21. num. 22.) resolutio, ex verbis relinquentis legatum, aut aliàs coniecturandum esse, sit ne purum, aut conditionale legatum istud, de quo agimus, quod Lara probat per aliquos ex Doctoribus, quos nos suprà retulimus ad istud propositum in glossa præcedenti ex num. 17. dũ defendi Bart. opinionem circa illud, num paternum legatum pro dote sit purum censendum, nedum in eo quod est intra legitimã; sed etiam in eo quod est extra eam, ideò hic non repeto.

19 Pro coniecturandæ † mentæ defuncti circa puritatem, & simplicitatem legati, multũ faciet quòd non in substantia, sed imò in executione sit mentio nuptiarum facta, maximè si non per modum conditionis, sed imò per modum dilationis, quæ sunt duæ coniecturæ hactenus ponderatæ à nobis in superioribus, quæ quando reuera concurrunt, non video quomodo possit recedi ab opinione tã-

torum

torum Doctorum, qui pro eis & responderunt, & iudicarunt. Dices difficile esse iudicare quando hæc concurrant, fateor libenter, imò totam rei difficultatem in hoc consistere agnosco. Ego te in hoc non possum aliter adiuuare, quam monendo, cùm casus continget, considères Doctores, quos in abundãtia tibi citaui, & videas quomodo hęc intellexerunt, quomodo, & quando in casibus suis arbitrati sunt mentionem nuptiarũ in substantialibus, vel in executiuis factam fuisse, & quomodo, & quando per modum conditionis, & quomodo, & quando non: Ex quibus existimo quòd faciliter habebis materiam, quam casui tuo accommodes, illumque resoluas.

20 Prosequẽdo coniecturas, † ex quibus possumus induci ad credendum mentem testatoris fuisse purè, non conditionaliter legare, dico quod vnam Frsncifcus Viuius adducit optimam in sæpe citata decisio. 484. nu. 7. versic. Ideireo, quam fundat in obseruantia subsequuta, dicens quòd si contingit, q̃ legatarius, vel legataria mittitur statim in possessionẽ rei legatæ, per hæredem non expectato tempore nuptiarum, & per aliquod tempus rem possedit, patiente hærede: hæc (inquit) obseruantia subsequuta hæredis spectatur in sui præiudicium ad interpretationẽ dubiæ voluntatis ipsius testatoris prædefuncti, & exindè percipitur animus hæredis, quòd nunquam existimauerit legatum fuisse conditionale, aliàs nec possideri antea potuisset per legatarium, nec id hæres permisisset. Ad istam coniecturam, & obseruantiæ, in qua fundatur, mirabiles effectus probandos Viuius adducit Tiberi. Decian. Ioseph. Ludoui. Vincent. Hondede. Ludouic. Roman. & alios in locis ibi citatis, quorum aliqui in his nostris terminis terminantibus loquuntur, & signanter Roman. & Cranet. Idem in his terminis sequitur Ludoui.

21 Casana. in cons. 35. n. 22. Posteà † addit idẽ Viu. quod in illa obseruantia non requiritur præscriptio, scilicet quòd longo tempore fuerit obseruatum, sed sufficit quòd aliquo tempore, nec requiritur quòd sit præscripta ea obseruantia. Vide ibi, quia pulchrè.

22 Hæc, & alia, † quæ Doctores adducũt de hac obseruantia interpretatiua, & illius effectibus milli multũ arridenr ad interpretationem cuiuscunque actus, quia semper sum in ea opinione, minimè mutanda esse quæ certam habuerunt interpretationem, iuxtà l. minimè, de legib. & ideo quotiescunquo casus mihi accidit de interpretatione alicuius actus dubij, soleo semper de obseruantia ante alia omnia argumenta opponere, & vim maximã in ea facere, quippe quæ magis quàm alia concludere in omni materia videatur, prout habes in primo huius laboris tomo clausu. 1. ex num. 32. vsque ad finem. Quibus adde Ioa. Fran. à Ponte in cons. 41. vbi latè etiam de hac obseruantia agit.

23 Cõsultus fui † superioribus diebus super meritis cuiusdam causæ, quam quidam nobilis vir in Senatu ducebat contra quosdam creditores, coram egregio Senatore Hieronymo Astor, Scriba Perez, in qua contẽdebat dictus actor vinculum reale, & perpetuũ pro omnibus descendentibus de sua domo fuisse factum, & appositum in testamento cuiusdam sui prædecessoris, de anno 1353. cõdito, propter quod existimabat annullari debere obligationes, & alienationes, quæ erant non modicæ, quas sui prædecessores fecerant. Vidi articulos, quos dictus agens fecerat in dicta causa, & instrumenta quæ exhibuerat in illorum iustificationem: visum fuit mihi ex eis, inter alia, victoriam sibi creditores promittere non iniustè posse: articulabatur enim qualiter per plusquã ducentum & sexaginta annos, per decem generationes, & vltrà, successum fuerat semper in bonis testatoris, quæ vinculata existimabantur, non in vim alicuius vinculi, sed imò in vim testamentorum posteà per successores factorum: quo se suo existimabam iugulasse gladio ipsum agentem: volendo enim probare quòd ipse erat legitimus descendens testatoris, vt indè probaretur ex propria persona compreheusus in vinculo, reperi dictum, & deductum fuisse quòd primus hæres habuit duos filios, quorum primum hæredem instituit, & secundum substituit sub conditione si hæres non esset, vel decederet in pupillari ætate, aut aliàs quãdocunque sine liberis; & quia successit casus, quòd primus decessit impubes, successit secundus, & sic deindè articulatum vidi de reliquis descendentibus, vsque ad agentem in causa, probando particulariter qualiter à primo ad vltimum vnus alteri successit in vim testamenti sui antecessoris.

24 Ex his † dixi probatam remanere obseruantiam, & consuetudinem succedendi in domo prædicta, & in bonis testatoris, non vt vinculatis, sed vt liberis, quæ obseruãtia, & cõsuetudo interpretata proculdubio fuit mentem testatoris, & potens fuit ad declarandum dubium, quod oriebatur ex primo testamento, num in eo intellexisset testator facere vinculum reale, & perpetuũ pro omnibus descendentibus masculis in infinitum, etiam in casu quo primus institutus relinqueret, prout reliquerat, filios masculos, qui etiam cum eis decessetunt, quod ex aduersò ex pluribus coniecturis quæ ex testa-

mento

mento deducebantur, enixè prætendebatur. Contendi ego quòd secùndùm quod obseruatum fuerat, dicere debebamus non intellexisse testatorem vinculum reale, & perpetuum facere, sed temporalè, in illo tantùm casu, qui in testamento expressus fuit, quòd primus institutus decederet sine liberis masculis, & eius liberi etiam sine liberis, &c.

25 Constat enim † quòd si aliquod dubium ex aliqua scriptura oritur, nullo magis modo declaratur, quàm ex obseruantia subsequuta. Ioan. Andr. in additionibus ad Speculatorem in tit. de instrumen. editio. §. nunc dicendũ est, in additio. magna, incip. de argentario, circa finem, versic. Sextum est temporis obseruatio, nu. 44. Cyn. apud Bal. consil. 400. col. 1. vol. 4. Lua. super Oppido de Mula fol. 441. Ioseph. Ludoui. tota conclus. 38. in commu. conclus. Casana. cons. 10. nu. 208.

26 & consil. 45. num. 144. Et talis † præsumitur ab initio fuisse mens disponentis, qualem subsequuta obseruantia declarauit, eleganter Cauet. in consil. 118. nu. 2. Borgnin. Caualcan. decis. 26. num. 36. in 3. par. Casanat. consil. 35. num. 22. Idem Casanate, qui alios allegat quamplures, in consil. 44. num.

27 33. vbi instantias addicit, quòd † scilicet quando solutio est certo modo sequuta, & in certa pecunia, debet intelligi quòd ita erat conuentum inter partes quod fieri de-

28 beret. Item probat, † quòd talis censetur fuisse promissio, qualis est sequuta solutio,

29 & obseruantia. Item, † quòd huiusmodi particularis consuetudo subsequuta, prævalet alijs quibuscùnque coniecturis, imò etiam

30 generali consuetudini, & statuto; & † quòd sola obseruantia subsequuta, tollit dubitationem dispositionis præcedentis, & est regina omnium interpretationum; vbi hæc videantur, quia pulchrè, & ornatè multùm hæc traduntur.

31 Quibus adde † Rotam Romanam in recollectis per Farinacium in penultimo volumine nouissimarum, decisio. 136. quę est admodum Reuerendi Patris Manzanedo Hispani, quem Inquisitorem Apostolicum contra hæreticam prauitatem in hoc Principatu cognouimus, cuius sapientiam admiramur, qui legimus duo hæc vltima decisionũ Rot. Rom. recollecta per Farinac. volumina, cùm expectamus factas per hunc egregium virum esse ex doctioribus, quæ inibi reperiuntur, licet doctæ admodũ omnes sint, hæc vna est ex illis, in qua mirè natura obseruãtiæ interpretatiuæ ad multas materias conducibilis enixè declaratur.

32 Per cã † edocebetis signanter de illo puncto, qui sæpe venit in praxim, quando prætensæ obseruantiæ interpretatiuæ vis prosternatur ex titulo vitioso, qui ei causam dedisse dicitur. Addere etiam poteris eandem Rotam Romanam apud Seraphinum de Oliuarijs decisio. 1410. ex nu. 7. Vbi &

33 alius † etiam punctus necessarius tractatur, si obseruantia est probanda de tempore dispositionis, & resoluitur quòd sic, ex Socin. consil. 6. num. 2. lib. primo. Et ex alia Rotæ † *decisione* alias in simili causa facta, circa quę benè erit videas quæ de ista obsernãtia quoad istum punctum tradit Aym. Craue. in cõsil. 118. nu. 2. & in cons. 201. nu. 12.

34 Additur, † quòd obseruantia subsequuta habet vim testium deponentium super veritate facti, & causa adæquata præsumitur effectui subsequuto, & initia ex obseruatione longa clarificantur, & finaliter vsu inuiolabili cõfirmata destruere est difficillimum, imò inuerrere mundum, prout ex multis Doctoribus latissimè cumulauit, & probauit Casanate in citato cons. 10. ex num. 208. & allegato etiam consil. 45. ex num. 144. De hac obseruantia, & illius miro effectu, infinita penès Alderanum Mascardum de interpretatio. statutor. conclus. 2. ex num. 140. cum multis sequentib.

35 Maximè † cùm agamus contra fideicommissum, contra quod in dubio semper est iudicandum, quia onus est, & quidem maximum, vt est apud omnes perquàm vulgatũ, qua de re est tota compacta præsumpt. Menoch. 67. lib. 4. idem Menoch. cons. 85. num. 39. & num. 50. Lanar. cons. 60. nu. 6. & Peregri. de fideicom. art. 1. nu. 39.

36 Et ne relinquam † rem hanc sine decisionibus in terminis, vltra Viuium, & per eum adductos, qui satis in terminis loquuntur, adduco Iosephum Ludouicum in citata cõmun. conclusio. 38. versic. Inferrur 80. vbi ex Corne. consil. 24. num. 15. lib. 1. dicit, quòd obseruantia subsequuta dicitur optima legũ interpres in declaranda ambigua voluntate testatoris, Ludouicus Moli. in tract. de primogen. Hispanorum lib. 1. cap. 5. n. 39. vers. Nona coniectura, & lib. 2. cap. 6. nu. 57. vbi

37 expressim dicit, † quòd si scriptura maioratus sit dubia, & interpretationem requirit, si simul cum hac scriptura interueniat cõsuetudo succedendi iure maioratus, saltem per decennium, ex hac sola (inquit) decennij consuetudine inducitur scripturæ eiusdẽ interpretatio, vt in bonis in ea contentis iure primogenituræ succedendum sit perpetuò. Sequitur Blasius Flores Diaz de Mena variarum quæstionum lib. 1. quæstio. 17. nu. 43. Hic casus fortior est nostro, ad inducendum scilicet fideicommissum, noster ad illud tollendum, quod fauorabilius proculdubio est multò.

Deindè

38 Deindè † magis in terminis noſtris proprijſſimis Caſanate in iam citato conſil.45. num.144.per totum,ita argumentatur ſicut nos, fundando quòd obſeruantia, & intelligentia ſubſequuta, ſecundùm quam omnes ſucceſſores libere diſpoſuerant de bonis,tãquam de liberis,& nullo vinculo ſuppoſitis, efficit vt bona libera debeant iudicari, nullumque fuiſſe illis appoſitum vinculũ in ſcriptura, in qua appoſitum prætendebatur.

39 Denique † in noſtris etiam proprijſſimis terminis loquitur latiſſimè Burgos de Paz quæſt.ciuil.2.ex num.129. cum multis ſeqq. vbi pluribus probat,quod ſi verba, *facio maioricatum*, non ita amplè fuerint intellecta, ſed potiùs probaretur talia bona libera fuiſſe, & tanquam de liberis fuiſſe de eis diſpoſitum ad libitum, tunc verbum, *maioricatus*, non debet habere largam illam ſignificationem, & vigorem, qui communiter tenetur in maioratibus perpetuis. Rationem prædictorum deducit ex vi obſeruantiæ ſubſequutæ circa interpretacionem diſpoſitionũ omnium, & legum: ibi videatur, quia multùm egregiè. Omnes adducunt rationem, quod minimè ſunt mutanda,quæ certam habuerunt interpretationem, l.minimè,de regulis iuris.

40 Sit eſt notandum † quòd prædicti DD. voluit ſupradicta procedere etiam ſi hæc obſeruantia non ſit niſi decem annorum;quanto magis debet habere locum in noſtro caſu, in quo verſamur circa tempus immemo-

41 rabile, quod de per ſe † ſufficiens eſſe abſq. iuramine alicuius ſcripturæ ad inducendum, quod in aliqua familia hoc, vel alio modo ſuccedatur,docet Molina dicto lib.2.de primogen.Hiſpanorum cap. 6. nu.57. Ioſeph. Ludoui.allegata concluſio.38. verſic.Infertur 64. Optimè † Petegrin.in his eiſdẽ ter-

42 minis in conſil.1.nu.1. volum.5. in caſu quo obſeruantia ſuccedendi ſolùm ætatis viginti, aut viginti quinque annorum, Stepha. Gratian.deciſio.prouin.Marchiæ 43.numer.29. Per hæc ſperabam cum fiducia victoriam in cauſa prædicta, pro qua conſuleram, licèt non deeſſent alia fortia argumenta, rãta eſt vis obſeruantiæ ſubſequutæ ad derlarãdum dubias teſtantium voluntates,ac mẽtes: ſed

43 † non habuit † cauſa prædicta ſucceſſum, quẽ ego putabam: fuit enim *declaratum* pro vinculo, exceptione prædicta non obſtante, & ei fuit reſponſum ad hunc modum: *Nec ex dictis teſtamentis ad iuſtificandum dictum deſcendentium exhibitis, in quibus de propriis bonis tantum illi diſponere potuerunt, nec aliàs conſtat contra hanc diſpoſitionem bona prædicti extra familiam per extraneos, vel aliter fuiſſe poſſeſſa per tempus aliquod, ex quo contraria obſeruantia poterit induci ad prædictum fideicommiſſum ſubuertendum in præiudicium agentis ex propria perſona.* Relator fuit egregius Senator Hieronymus Allor. Sententia lata 15.Iunij 1620. Actuarius Michael Petez. Partes don Ioãnes Terre, & nonnulli creditores. Pendet ab ea cauſa ſupplicationis, ideò ampliùs de prædicta ſententia non loquor. Ad creditores ſpectabit fundamenris prædictis reſpõdere, quod forſan non erit multùm difficile, conſiderãdo quòd in omnibus bonis, quæ nunc prætẽduntur vinculata, ſucceſſum fuit ſemper tanquam in bonis liberis.

44 Tanti faciendam † eſſe obſeruantiam ſubſequutam ad declarandum quid partes antea cenſeriut, & inrellexerint agere, vt repererim quòd cùm in quodam caſu eiuſdem materiæ noſtrorum capitulorum matrimonialium contigiſſet antiquitùs, de anno ſcilicet 1530. diſputari in Senatu ſuper repetitione alimentorum præſtitorum per ſocrum genero, & cuidam filiæ illius poſt diſſolutum matrimonium, quod fuerat inter eos antea contractum, prætenſa per dictam ſocrum ex eo quia illa dicto genero ſuo præſtiterat vltra tenuenra in capitulis matrimonialibus,in quibus tantùm le obligauerat ad dicta alimenta genero, & filiæ ſuæ præſtanda durante vſufructu per eam retento in donatione, quam filiæ ſuæ fecerat, reſeruaro, & conſtante matrimonio inter dictum generum, & filiam luam contracto, & ſic duobus prædictis ſimul concurrentibus, & ſeu ſub duabus conditionibus, in quas dicti ablatini abſoluti In contractu appoſiti reſoluebantur per copulam, &, copulati, cuius natura propria erat & eſt, præſertim in conditionibus, regularitet complementum, & exiſtentiam vtriuſque requirere, & exiſtere, quod non erat in caſu prædicto, tùm per mortem filiæ ſolutum eſſet matrimonium,& ſic ceſſabat vnum, & præcipuum ex dictis duobus requiſitis, & ſeu vna ex dictis duabus requiſitis conditionibus,iuxtà dictam conuentionem neceſſarijs ad obligandum dictam ſocrum ad dictorum alimentorum præſtationem: verùm quia conſtabat ſoluto matrimonio per mortem filiæ continuaſſe ſocrum alimenta præſtare genero, & filiæ illius, & dictæ ſorrus nepti, per longa tempora, & res ſemper eſt interpretanda ſecundùm quod ſemel per partes eſt intellectum, & ex hac longa alimentorum præſtatione præſumitur contrahentes etiam hũc caſum includere voluiſſe in obligatione, ideò fuit † *concluſum* nõ eſſe locũ dictæ prætenſæ alimentorum recuperationi, imò teneri de cæterò eadem alimenta eiſdem genero,& nepti preſtare ſicut

antea

antea. Partes erant Eleonor Meca, & Petrus Galcerandus de Coromines. Relator egregius tunc Senator N. Marti. Conclusio fuit facta 12. mensis Nouembris anni prædicti 1530.

45 Coniecturâ etiam † est (vt ad rem redeamus) quòd non intendit testator conditionaliter relinquere, quando dixit se legare puellæ *ad hoc vt nubere possit*, tunc enim & statim peti legatum posset, & illud mulier transmittit ad suos hæredes, si ante contractas nuptias decedit, vt docet Bald. in consil. 249. incip. Allegatum, versicu. Ecce ergo, volum. 4. Bald. Nouel. in tracta. de dote par. 6. priuileg. 66. sub num. 2. versic. Primus est, & versic. Certè si Titius, & colum. fin. versic. Si autem diceretur, Didac. Couarru. in cap. 3. num. 11. versic. Secundo, de testam. Peregrin. de fideicommiss. art. 37. num. 26. & Cæsar Barzius decisio. Bononien. 79. num. 27.

46 Qui dicunt idē † esse quando dictum fuisset *vt nubat*. Item quando dictum fuisset *vt nubat Titio*: si enim contingeret quod puella decederet ante, vel ipse Titius, transmitteretur quidem legatum, quia non stetit per illam. Rationem dicunt esse, quia verba prædicta non sunt posita in vim conditionis, sed

47 imò in vim modi. Per quæ † dicit Barzius † vbi suprà *declaratum* in ea Rota fuisse legatum de certa pecuniæ quantitate relictum ita vt posset ex ea aliquod officium emere, non esse conditionale, sed imò purum, & ideo transmitti, si antequam officium emeretur decessit legatarius, Petez de Lara in tracta. de anniuersar. lib. 1. cap. 21. num. 17.

48 Et † generaliter ex num. 15. pluribus probat in legato ad nuptias alicuius puellæ, non esse nuptias expectandas, imò posse peti ante eas, cùm possint fieri expensæ necessariæ ante contractum matrimonij, ex quo est putum legatum; nec est attendendum an sit in ætate nubili puella, nec tenetur aliquâ præstare cautionem de nubendo, cum etiam innupta decedens legatum transmittat. Illa

49 enim † verba (inquit) pro ea maritanda, seu matrimonio collocanda, per quæ solent concipi communiter legata hæc, videntur respicere quædam præparatoria, quæ animi cogitatione solent nuptias præuenire, & sonare quòd mediante legato possit puella nubere: quo casu legatum dicitur purū, vt dicit Bal. in suprà citato consil. 249. polt medium, vo-

50 lum. 4. Addit deindè † dandum fore puellæ legatum relictum alicui pro suo matrimonio ante nuptias, absque vlla cautione, quia multis eget præparatorijs pauper puella ad matrimonium; nam eget ornatu suo statui conueniente, vt possit adornari, & peti à futuro viro: nam si sit induta vilibus vestibus, & dirutis, immundisque, ab omnibus spernetur, & idem iudicatur de præparatorijs, quod de præparato, iuxtà principium iuris.

51 Hæc sunt † huius Doctoris verba, quæ sic extensè volui referre, vt per ea iudices num in Cathalonia iudicemus rectè, sicut communiter iudicatur, vt suprà diximus, in illis legatis, quæ communiter fiunt de centum, aut alia quantitate *à obs de casament*, *ad opus matrimonij*, non fore legata soluenda nisi tēpore nuptiarum, taliter quòd fides de nuptijs contractis est facienda ptiùs quàm legata soluantur: videntur enim pura, non conditionalia, huiusmodi legata esse, sicut illa, de quibus Doctores suprà citati, *vt nubat*, *vt nubere possit*, *pro ea maritanda*, *vel matrimonio collocanda*, non video inter ea vllā differentiam.

52 Ex qua dilatione † multum sine dubio miserę puellæ (miserę enim regulariter sunt quibus hæc legata fiunt) damni sentiunt, quia cùm non habeant dotem paratam, sed eam litigare debeant mariti post contractas nuptias cum hærede relinquentis, vix maritum adinueniunt. Si saltem iuberentur exbursare pecuniæ, & in loco tuto poni, vt quādo puella nuberet, eas adinueniret, multùm eius indemnitati esset succursum. Scio causam de hoc puncto agi ad præsens in Senatu: videbimus quod expediens ille in hoc sumpserit, desidero quòd fauorabile nuptijs, vide Bald. in l. generaliter, num. 10. C. de episcop. & cletic. vbi loquitur de legato *ad maritandum*.

53 Scio quòd † contrarium eius quod Lara dixit circa ista legata, tam quod attinet ad transmissionem, quàm etiam ad cautionem, tenet Stephan. Gratian. discceptatio. forens. tomo 2. cap. 254. Sed vereor quòd Bald. vbi enim allegat, in l. generaliter, num. 9. Cod. de episcop. & cler. & Spino in speculo testamē. glos. 10. principa. num. 18. quem etiam adducit, stent, & faciant pro eo: tu videas. Spino enim noliram vltimo loco refert opinionem, ac propterea eam videtur approbare.

SVMMARIA.

1 *Legatum pro nuptijs factum*, si tamen nubere voluerit, & si noluerit, relinquo id quo opus habebit pro religione, *an sit purum, vel conditionale.*

2 *Legatum pro dote factum à patre non est conditionale, sed purum.*

3 *Legata dotis si sunt conditionalia, vel pura, totum dependet ex coniecturis, non potest certa regula constitui.*

Testa-

4 *Teſtator poteſt legatum quod aliàs purum eſſet, facere conditionale, & è contra.*

5 *Legatum dotis ſemper eſt purum, cum conſtat teſtatorem aliàs fuiſſe relictarum, & è cõtra.*

6 *Verba*, ſi tamen nubere voluerit, *appoſita in legato pro dote, vel pro nuptijs, illud efficiũt conditionale.*
Dictio, ſi, *importat conditionem. ibidem.*

7 *Tempus appoſitum per modum conditionis, etiam ſi præſtationi legati, facit illud conditionale.*

8 *Dictiones*, ſi, cùm, *& ſimiles, ſemper faciũt actum conditionalẽ, etiam ſi apponantur in executiuis.*

9 *Dictio*, tamen, *conditionem importat, ſiue apponatur in diſpoſitiuis, ſiue in executiuis.*

10 *Legatum factum cum clauſula*, quod volo præſtandum poſt mortem vxoris, *non eſt conditionale.*

11 *Legatum cum clauſula*, ſed volo quòd præſtetur poſt mortem vxoris, *eſt conditionale.*

12 *Voluntatis conditio purificatur per ſolã illius declarationem.*

13 *Conditio*, ſi volet, *purificatur ex ſola declaratione voluntatis, quòd vult.*

14 *Conditio*, ſi voluerit, *non purificatur ex ſola animi declaratione, cum teſtator vltra voluntatem conſiderauit aliquod factum, vel aliquem effectum etiam.*

15 *Conditio*, ſi voluerit intetuenire negotijs meis, *non purificatur ex ſola voluntate interueniendi, ſed neceſſarium eſt etiam factam.*

16 *Idem eſt de conditione*, ſi voluerit aſcendere Capitolium.

17 *Voluntas quando reſpicit conditionẽ, & aliud extrinſecum, tunc non ſufficit declaratio voluntatis.*

18 *Verbum*, volo, *in actibus non expedibilibus ſola voluntate, non importat diſpoſitionem, vt volo comedere, volo aſcendere arborem, non ſunt aſcendere, & comedere.*

19 *Legatum ad effectum vt poſſit cum aliquo probo copulari, vel Monaſterium ingredi, eſt conditionale, & euentus eſt expectandus.*

20 *Conditio*, ſi velit legibus, *vel* medicinę operam nauare, *non adimpletur ex ſola declaratione animi, ſed opus eſt vt legatum habeat, quòd eis facultatibus operam nauit.*
Verbum, volo, *appoſitum actui momentaneo, differt ab eodem appoſito actui ſucceſſiuo, quoad adimplementum conditionis*, ſi volet. *ibidem.*

21 *Volo nubere, non eſt nubere, nec dicitur contractum matrimonium, ſed facta promiſſio de nubendo.*

22 *Verba debent intelligi cum effectu.*

23 *Conditio*, ſi monialis facta fuerit, *non cenſetur adimpleta niſi facta profeſſione.*

24 *Actio non oritur in conditionalibus, niſi adimpletis conditionibus.*

25 *Actio ad agendum pro legato dotis conditionali, non oritur niſi contractis nuptijs.*

26 *Legatum dotis, ſiue pro nuptijs in eo quod eſt extra legitimam, eſt conditionale. vbi deciſio noſtri Senatus.*

27 *Filia, quæ acceptauit legatum patris cum onere, non poteſt poſtea legitimam petere.*

28 *Filia acceptans cũ onere legatũ quod eſt factũ pro iuribus legitimæ, &c. cenſetur taliter renuntiare, vt non poſſit ad legitimam habere regreſſum, vel ad illius ſupplementum.*

29 *Legatum factum pro dote, ſeu pro nuptijs, debet cum cautione de nubendo adiudicari.*

30 *Intelligitur in legato modali, vt nubat, & ſimilibus, non in conditionali.*

31 *Sententia Senatus ſuper bis lata, de ſoluendo legato, quod conditionale ego iudicabam, cum certa cautione*, ſi quid foret reſtituendum.

32 *Dos relicta non tranſmittitur moriente filia ante nuptias, niſi interpellaſſe hæredem, & ille ſoluere recuſaſſet.*

33 *Conditio habetur pro adimpleta, quando non ſtat per adimplere debentem, ſed per alium.*

34 *Dos dari debet ante matrimonium, vt matrimonium ſequi poſſit.*

35 *Alimenta recepta pendente lite, ſunt compenſanda cum intereſſe condemnato à die litis motæ. vbi deciſio noſtri Senatus.*

36 *Legatum factum in quantitate ſatis declarat voluntatem teſtatoris quòd voluerit in quãtitate illud præſtari.*

37 *Promittens in pecunia aliquid, in pecunia debet ſoluere. vbi deciſio noſtri Senatus.*

38 *Debitor habet optionem ſoluendi pecuniam, vel aliud pro ea, ſi certa requiſita concurrunt.*

39 *Hæres cum beneficio inuentarij poteſt ſoluere in corporibus hæreditarijs, ſi ex eo apparet non eſſe in hæreditate pecuniam numerabilem, ex qua poſſit ſatisfactio debita fieri.*

40 *Inuentarium vt proſit, vt aliud pro alio ſolui poſſit, eſt bona cautela probare in loco vbi reperiri emptores eo modo quo deberent.*

41 *Aliud pro alio ſolui poteſt, cum eſt conſuetudo in loco ita ſoluendi.*
Legitimam hæres poteſt ſoluere vel in pecunia numerata, vel in corporibus hæreditis-

ditarij. ibidem.

42 *Inuentarij, & Statuti beneficium nunquam cenſetur teſtator voluiſſe hæredi ſuo auferre in dubio.*
Teſtator in dubio ſemper videtur velle ſe eũ formare cum Statuto. ibidem.

43 *Teſtator nunquã cenſetur velle auferre hæredi leges in eius fauorem editas.*

44 *Interpretatio in dubio eſt faciendæ fauore hæredis.*

45 *Caſus omiſſus remanet regulariter in diſpoſitione iuris.*

46 *Exceptiones quæ non impugnant ſententiam, ſed tractant de modo, & forma illam exequendi, & ſeu de executione infringendæ, admittuntur in executione.*

47 *Articuli facti in decreto executionis ad probandum aduerſus executionem, ſunt admittendi.*

48 *Articuli licèt non faciant nec ad plenam, nec ad ſemiplenam probationem, ſed ſolum ad indicium, ſunt admittendi.*

49 *Articulus omnis faciens ad cauſam, etiam ſi generaliter, & largo modo, eſt admittendus.*

50 *Niſi eſſet adeò impertinens, vt nullus effectus ſequi poſſet.*

51 *Exitus negotij in hoc articulo, ſi in corporibus hæredetarijs poterat hæres legatum ſoluere.*

52 *Inuentarij beneficium non prodeſt hæredi facienti actum ex perſona propria.*

53 *Debitor, qui in pecunia ſoluere promiſit, non poteſt poſt in pecunia ſoluere. vide deciſ. Rotæ Romanæ.*

54 *Exitus cauſæ ſupplicationis interpoſitæ à prouiſione de qua ſuprà num. 51.*

55 *Legatum in pecunia factum, in pecunia eſt ſoluendum.*

56 *Aliud pro alio ſolui poſſe vix recipitur in Senatu.*

GLOSSA III. PARS III.

Agitur de eadem materia legati pro nuptijs, an ſit conditionale, vel purum.

Et ſignanter tractatur de illo, cùm dictum eſt: Relinquo centum pro ſuo matrimonio, ſi tamẽ nubere voluerit: & ſi nubere noluerit, id quo opus habebit pro religione.

1 SVccessit pulchet caſus † circa hæc diſputandus in Senatu de anno 1619. coram egregio Senatore dõ Petro Soler, in quo quæ ego, qui partes reæ agebã, parauí, ac diſpoſui in ſui fauorem, licèt in effectu collecta, & extracta, ſeu deſumpta ex traditis in ſuperioribus, & ex Doctoribus inibi citatis, arbitror multum lucis, & clatitaris huic materiæ, aliàs multùm diffuſæ, & diſperſæ allatura. Ecce quod teſtator quidã in ſuo teſtamento, duas, aut tres habens filias, poſt inſtitutam hæredem maiorem, ſic dixit! *Ab pacte empero y conditio, que la dita N. hereua mia ſia tinguda y obligada à donar y pagar à N. filla ſegona mia, tres milèa y ſis ecentes lliures moneda Barceloneſa pera ſon caſament, ò matrimoni, ſi empero eaſar ſe voldra: Eſi per cars voldra eſſer Religioſa, vull y man que no tinga obligatio la dita N. hereua de donarli ſino tan ſolament aquella quantitat que per ſon dot y entrada ſera meneſter.* Hoceſt, *Cum pacto tamen & conditione, quòd dicta N. hæres mea teneatur dare & ſoluere N. ſecundæ filiæ meæ, tres mille & ſexcentum libras monetæ Barcinone, pro ſuo maritagio, aut matrimonio; ſi tamen nubere voluerit: Si autem voluerit eſſe Religioſa; volo & mando, quòd non teneatur dicta N. hæres dare ei niſi ſolum illam quantitatem, quæ pro ſua dote, & ingreſſu fuerit neceſſaria.*

In vim huius teſtamentariæ diſpoſitionis dicta legataria in ætate nubili iam exiſtens, ſed innupta adhuc, petebat ab herede dictas tres mille ſexcentum libras pro matrimonio carnali, quod dicebat & declarabat ſe velle contrahere.

2 Fundabat ſuam † dicta actrix prætenſionem ex eo quòd dictum legatum tanquam à patre filiæ factum, quantumuis non ſimpliciter, ſed pro dote, ſeu maritagio, purũ eſt, & non conditionale, atque ira quocunq. tempore, etiã ante nuptias, peti poteſt, ex Bar. doctrina in l. Titio centum, §. Tirio genero, num. 4. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, Ancharan. in conſil. 323. Couarruuias in cap. 3. num. 12. verſic. Octauò à mente, de teſtamentis, Andre. Molfeſ. ad conſuetudin. Neapolitã. par. 4. de ſucceſſ. ab inteſta. quæſtio. 3. num. 5. Menochi. conſil. 251. num. 33. lib. 3. & de præſumptionibus lib. 4. præſumptio. 146. num. 31. Ioann. Baptiſt. Laderchi. Imolen. conſil. 25. num. 8. & 9. Lanar. conſil. 10. num. 1. Theſaur. quæſtio. foren. 43. nu. 3. Meſtril. deciſio. 78. num. 6. & 9. Stepha. Gratian. diſceptatio. forenſ. 275. num. 22. & 23. lib. 2. cum infinitis quos allegant. In quibus locis iſti Doctores patrẽ diſtinguunt ab extraneo;

traneo, vt licèt in extraneo simile legatum esset conditionale, in patre tamen, qui aliàs erat relicturus, cùm non reliquerit aliquid aliud filiæ pro legitima, imò expressè legatum fecit pro ea, purum huiusmodi legatum iudicari debet.

In his, & similibus Doctoribus fundabatur aduersantis prætensio, qui hæc legata in patre faciunt simplicia, & pura, non conditionalia, vt suprà multis probauimus.

Quibus tamen non obstantibus, in casu prædicto, ego, qui, vt dixi, partes reæ agebam, indubitanter censebam legatum, de quo agebatur, conditionale esse, non purum, ac proindè non posse ante nuptias, & matrimonium contractum realiter, & cum effectu, peti.

3 Id vt probarem, † aduertebam circa legata an pura sint, an conditionalia, nó posse dari ceream regulam infallibiliter procedẽtem tam in patre, quàm in extraneo, imò totum pendere ex coniecturis: ex eis enim fit, quòd legata, quæ aliàs essent pura, diei

4 debeant conditionalia, & è contra, conditionalia pura. Potest † enim testator legatum purum facere conditionale, & è cõtra, conditionale purum reddere, & transmissibile, l.in conditionibus, §.primo, de conditionib.& demonstrationib. Bart.in citata l. Titio centum, §.Titio genero, num.4.de cõditionib. & demonstrationib. Ita in terminis terminantibus dicit Lara de anniuersar. lib.primo cap.21.num.22.vbi sic ait: *Sit ergo firma resolutio ex verbis relinquentis legatum coniecturandum esse fuerit ne conditionale*, quod dicit communiter teneri per Doctores: & ante eum idem dicunt Crauet.in cõsil.101.num.2. Couarruui.in cap.3.num.11. versic.Octauo, de testamentis, Menoch.cons. 60.num.37.& sequent.volum.primo, Viui. decisio.484.num.7. Illustrissimus Cardinal. Mantica de coniectur.vltimarum voluntatũ lib.11.tit.18.num.20. & lib.8.tit.5. nu.23. Seraphin.de Oliuar.decisio.959.num.1.Ceuallos in commun.contra commun.quæstio. 138.num.5. Didac.Spino de testamen.glos. 14.num.41. Cras.de successionib.§.legatum quæstio.48.num.4. cum infinitis quos isti allegant. Adde Mocor. qui pulcherrimè loquitur, in consil.2.num.12.& consil.3.num. 1.vbi dicit, *Legatum an sit purum, vel conditionale colligitur ex mente testatoris*, ad quæ multa allegat, & signanter l. Seius Saturnin. ff.ad Trebell.

5 Inter coniecturas † autem à Doctoribus approbatas, illa est singularis, quam Bart. quem regulariter in hoc omnes sequuntur, in dicto §.Titio genero num.4.adducit, nẽpè si testator erat aliàs relicturus, vel non, vt primo casu legatum sit purum, secundo verò conditionale, sine difficultate aliqua.

In isto casu non ex coniecturis, sed ex verbis expressis in eodem testamento, imò in eadem clausula, constat testatorem nõ fuisse aliàs relicturum tam magnam quantitatem, nisi pro nuptijs carnalibus, cùm dicat expressè quod si eas non contrahit filia, eam quantitatem non habeat, sed quod necessũ erit pro ingressu Monasterij: ergo indubitanter istud legatum videtur habendum pro conditionali.

6 Deindè † in isto casu testator postquam dixit se legare, & relinquere filiæ pro suo matrimonio, addit, *si empero cæsar se voldra*, quæ verba quis dubitat quin conditionem importent? Certè nemo. Verbum enim *si*, iam est expeditum, & plus quàm manifestũ quòd conditionem importat, l. 1. §.si quis, de verborum obligationib. Bar.in l.prima, de conditionib.& demonstrationibus, l.qui promisit, de condi.indeb.Menoch.cons.15. num.14.lib.1. Cephal. consil.638.nu.8.lib. 5. plures allegat Vulpel.in tract.de prepos. & aduerb.in dictione Si, Cæsar Barzi.decis. 81.num.15.

7 Id quod † est adeò verum, vt in illa quæstione, nunquid quando tempus nuptiarum, vel aliud incertum apponitur, non substantiæ legati, sed imò illius executioni, & præstationi, faciat legatum purum, vel conditionale, postquam resoluerunt omnes ferè Doctores, quòd non facit illud conditionale, deindè dicunt id non procedere quando tẽpus istud est appositum per verba denotantia, & importantia conditionem: nam tunc conditionale legatum fit propter hoc, quod aliàs esset purum, vt superiùs nó obscurè docuimus, & de hoc est optima doctrina Bal. (cuius dictum litteris aureis dicit scribendũ Cremen.in suo singula.112.) Bal.(inquam) in l.ambiguitatem, numer.4. C.de vsufruct. Aut enim (inquit) dies incerta apponitur præstationi legati per viam conditionis, id est, per verba conditionem denotantia, vel non. Primo casu conditionem sine dubio facit appositio diei incertæ, prout est dies nuptiarum, quantumuis præstationi, & seu solutioni, & executioni apponatur. Secundo verò minimè. Atque ita opinio, qua dicitur posita in executione, & præstatione legati non facere legatum conditionale, procedit quando non sunt posita per verba denotantia, & importantia conditionem.

Alia verò opinio, quòd faciunt actũ conditionalem, procedit quando è contra, adiecta sunt verba importantia condicionem: sequitur Ruin.in consil.65.num.14.volu.2. vbi loquitur quando per dictiones, *si*, *cùm*, & *nisi*,

& *nisi*, est tempus appositum etiã in executiuis, quem in terminis sequitur Step. Gratia. discep. for. 136. nu. 40. & 41. Pulchrè † Barzi. decis. 81. ex nu. 13. vbi post approbatam doctrinam Bal. dicit, quòd quando sunt appositæ dictiones, *si*, *cùm*, & similes, quæ important conditionem, siue dubio legatũ est conditionale, quamuis in executiuis appositæ essent, non in substantia legati, Steph. Gratia. discepta. foren. 136. num. 61. & 62. qui idem etiam pulchrè docet.

8

Cũque in nostro casu vltra illud quod dicitur in legato pro matrimonio, & pro matrimonio, addantur illa verba, *si empero cæsar se voldra; si tamen nubere voluerit*, per illã dictionem, *si*, dubitari non potest quin conditionale sit legatum, saltem ex vi posteriorũ verborum, quæ indifficulter conditionem important, & ex consequenti conditionale legatum efficiunt.

9

Adde † quòd in casu occurrenti vltra dictionẽ, *si*, quæ ex se, vt diximus, importat iã conditionẽ, adest illa dictio aduersatiua, *empero*, quæ Latinè sonat, *tamen*, quæ etiam ex sui natura conditionem importat, & ipsa sola facit actum conditionalẽ, licèt non in substantia, sed in executione, & præstatione apponatur, prout pulchrè ponit Cremens. singul. 112. quem sequitur Gratia. in cita. discep.

10

foren. 136. nu. 34. Vbi dicunt, † quòd legatũ factum alicui, dicendo, *quod volo ei præstari post mortem vxoris*, non est cõditionale, sed purum, quia nulla inibi est dictio quæ condi-

11

tionem importet. Secùs esse dicunt † si apposita est dictio aduersatiua, *sed*, quæ idẽ est quod *tamen*, dicendo, *sed volo quòd præstetur post mortem vxoris*, quia tunc illa dictio aduersatiua, *sed*, legatum facit cõditionale. Multò magis id procedere debet in nostro casu, vbi testator postquam dixit se legare p maritagio, & matrimonio, p duas dictiones importantes conditionem, nempè, *si*, & *tamen*, dicit, *si empero cæsar se voldra*, id est, *si tamen nubere voluerit*.

12

Nec obstat, † si dixeris q̃ esto verba prædicta faciant legatũ conditionale, & importent conditionem, ea iam fuit adimpleta illatim qnòd dicta legataria dixit, & declarauit, prout non semel dixerat, & declarauerat iu causa, se velle nubere, & nuptias carnales cõtrahere: non enim videtur quòd testator posuerit in condirione nisi voluntatem tantùm dictæ legatarię, ibi: *Si empero cæsar se voldra; si tamen nubere voluerit*. Constat enim quòd conditio huiusmodi voluntatis purificatur p solam declarationem legatarię, vt est tex. clarus in l. si ita legatum, §. illi si volet, de leg. 1. l. si ita expressum, de condi. & demonst. Bar. in l. 1. num. 2. vers. Aut dixit si noluerit, ff. de legat. 2. Ruinus consil. 42. num. 11. lib. 2. Ioannes Vincentius Hondedeus consil. 57. nu. 1. lib. 2.

13

Quia respondemus, † prædicta procedere in conditione, quæ consistit in mera voluntate, & aliud non exigitur, prout est nuda conditio, *si volet*, de qua loquuntur iura, & Doctores in contrarium: tunc enim illa per solam declarationem, quòd ita velit legatarius, adimpletur. Verùm quando † testator vltra voluntatem considerauit factum, & illius contemplatione aliquid reliquit legatario, tunc verba illa, *si voluerit*, intelliguntur cum effectu, argumento l. 1. §. hæc verba, ff. quod quis iur. l. certi condictio, §. fin. cum l. sequent. ff. si certum petat. & notat Bal. in l. si quis Sempronium, num. 2. vbi Imolen. num. etiam 2. vers. Quid autem, de hæredib. instituen. In nostro casu clarum est, quòd testator non legauit filiæ sub simplici, & nuda conditione, *si volet*, nec voluntatem eius considerauit respectu ipsius legati, si illud vellet habere; nec etiam considerauit solam voluntatem respectu nuptiarum, id est, solam voluntatem nubendi, sed imò effectũ vt nuberet, atque ita conditio non potest dici adimpleta ex sola voluntate nubendi, & declaratione illius, sed pro eius implemento opus est quòd actu nubat. Et hoc casu ex

14

verisimili mente testatoris, illa verba, *si empero cæsar se voldra; si tamẽ nubere voluerit*, intelligi debent cum effectu, ac proindè nisi postquam cum effectu filia nupserit, non potest habere legatum. Ita in terminis Ruinus in allegaro consil. 41. in vers. Ad quod

15

respondetur, volum. 2. Vbi † verba, *si voluerit interuenire negotijs filiorum meorum*, ex verisimili mente testatoris dicit esse intelligenda cum effectu, & esse perindè ac si dictum fuisset, *si interuenerit*. Et sic (inquit) non sufficit quòd velit, sed requiritur quòd

16

cum effectu interueniat. Idem † (inquit postea num. 12.) est si dictum sit, *si voluerit ascendere Capitolium*, quia ista verba intelliguntur cum effectu, & sic non sufficit quòd isto casu dicat velle ascendere. Rationẽ red-

17

dit † Ruin. quia in isto casu voluntas respicit conditionem, & aliud extrinsecum, ideò non sufficit declaratio voluntatis, sed requiritur qnod velit cum effectu. Hæc Ruinus, vbi vlteriùs alia similia exempla ponit plura, iuribus, & rationibus comprobata, quæ sunt videnda.

18

Pulcherrimè etiam † Pater Thomas Sanchez in tractatu de matrimonio lib. 6. disputatio. 22. numer. 10. vbi tractans materiam quando per declarationem animi censeatur quis fatisfeciſſe, hæc verba profert: *Si verbum*, volo, *iungatur infinitiuo importan-*

ti actum non expedibilẽ sola voluntate, sed requirentẽ factum aliquod, non importat dispositionem, vt volo ascendere arborẽ, vel comedere, non enim importat me ascendere, vel comedere, sed desiderium. Regula (inquit) *est manifesta, & eã tradant glo. in l. vendentis, verb. in vendentis, C. de contra. emp. Bar. in l. 1. n. 3. et ibi Ias. in 2. lect. n. 17. C. de fum. Trinita.* Hæc Sanchez, quem nõ video clariùs potuisse loqui in casu occurrenti, Meno. cons. 60. n. 46.

19 in casu fortiori, quo † quia fuerat factũ lega tũ non simpliciter pro dote, sed fuerat dictũ *ad effectũ vt posset cum aliquo probo copulari, vel monasterium ingredi*, propterea asserit in eo casu dicendum esse euentum ipsius futuri matrimonij vel carnalis, vel spiritualis, habi tum fuisse in consideratione, & ideò esse cõ-

20 ditionale: allegat Bar. & Soci. Deniq. Hõde. in cons. 57. n. 27. lib. 2. vbi agens de quodã legato filijs facto, *si vellent legibus, vel me dicinæ operã nauare*, ait conditionẽ prædictã non censeri adimplectã ex sola declaratione animi, q̃ volunt ita facere, sed opus esse vt legatum habeant, q̃ actu eis facultatibus operam nauent, ex ratione quã iam adduximus, quia vltra voluntatem testator consideravit factum, & illius contemplatione fecit illud. Prætered cùm verbum, *volo*, apponitur actui successiuo, non momentaneo, qui sola voluntatis declaratione explicatur, necessariũ est factum, vt conditioni paritum esse dicatur, vt declarãt Rui. cons. 184. n. 5. vol. 2. & Marza. cons. 36. n. 19. qui oẽs leges adductas, quæq. adduci possunt in contrarium, intelligunt in actibus momentaneis, quando eis apponitur verbum, *volo*; tunc (inquiunt) potest in eis verificari quòd sola declaratio animi sufficiat, non in actibus successiuis.

21 Hęc propriè accommodantur casui quem tractamus, in quo nõ sumus in actu expedibi li sola voluntate: non enim volo nubere est nubere, nec per ea verba dicitur contractum matrimoniũ, sed promissio de contrahendo, vt est cõis DD. opinio, referente Couarr. de sponsal. p. 2. c. 4. §. 1. n. 4. Meno. de arbit. iud. cas. 496. nu. 23. Sed requiritur aliud factũ, q̃ patenter testator consideravit cùm apposuerit aliũ casum, *si nuptias temporales cõtrahere noluerit*, minùs ei in dicto casu relinquendo, indè fit q̃ conditioni, *si velit nubere*, nõ erit paritum per solam declarationem voluntatis

22 quòd nubere legataria vult. Accedit † his (& hæc est ratio omnium supradictorum) quia verba debent intelligi cum effectu, l. 1. §. hæc verba, quod quis iur. cum infinitis allegatis per Sur. decis. 303. nu. 5. vndè verba, *si nubere voluerit*, intelligenda erunt cum effectu, id est, si cum effectu nupserit.

23 Finaliter † pro his facit quòd conditio, *si monialis facta fuerit*, non censetur adimpleta nisi facta professione, quo tempore reuera, & cum effectu nuptiæ spirituales contrahuntur, Surd. rota decis. 303. n. 5. Gratia. discepta. foren. 481. nu. 37. Similiter ergo nec adimpleta dici debet conditio, *si nupserit*, seu *nubere velit*, nisi contractis cum effectu nuptijs carnalibus, vt contrariorum eadem sit, prout esse debet, disciplina.

24 Ex his † sequi dicebam, præsupposito cõditionale esse legatum, vt probabam, non potuisse illud peti, nedũ vt prætaretur iã de præsenti, sed nec vt squeueretur suo tpe nuptijs contractis, quia in conditionalibus non oritur, nec cõperit actio ad petendũ, & agendum, nisi demum conditionibus adimpletis, prout est in iure clarũ, & ego in 1. to. clau. 4. glo. 9. par. 5. n. 26. & n. 63. pluribus probatu, & decisiones adduxi, in quibus actores fuerunt repulsi à limine iudicij, nec fuerunt auditi, quia petebant ante conditionem impletam id quod eis sub conditione debebatur.

25 Et in nostris terminis † q̃ non nisi nuptijs sequutis sit aperta via ad agendũ, docent Gratia. decis. 4. n. 64. vbi post Roman. Gualden. Manti. & alios, dicit communem, Viu. decis. 484. num. 1. in fine.

26 Addebã, † quòd si supradictis non mouebatur Senatus ad declarandum in fauorem mei clientis, saltem debebat distinctionẽ facere, quam Senatus alias fecerat in illa Monialium S. Claræ oppidi Perpiniani, contra Paulet de anno 1579. de qua supra, *distinguẽ do inter id quod est intra legitimam, et id quod est extra, vt rel pectu eius quod erat intra legitimam, factret puram & simplicem condemnationẽ de soluendo de phti, tanquã purè debitũ: reſpectu verò reliqui, iudicaret saltem legatum conditionale, liquidatione reſeruata*, sicut in su

† pradicta causa *factum* extitit, licèt per partẽ non fuisset petitum, sicut nec in nostro casu. Cẽsuit enim Senatus in supradicta causa potuisse ita declarari, prout ibi dicitur, in vim clausulæ, *peto iuſtitiam miniſtrari*, per quam visa fuerat pars petere quod sibi magis expe

27 diebat. Verùm hęc † ego non dicebam quia mihi multũ placerent, sed vt vel vno, vel alio modo clientulũ meũ iustitiam in principali, meo iudicio, foueremus iuuarem, imò summè displicebant, nec in casu occurrenti eam distinctionem fieri posse mecum ipse arbitrabar, ex quo filia legatum cum onere acceptauerat, & ideò non poterat legitimam, etiam si voluisset, postea petere; quantò magis in nostro casu, in quo eã non petebat, sed legatum, quod erat factum prò iuribus legitimæ, & omni eo &c. Includitur † enim in

28 ea acceptatione quædam tacita renuntiatio, quæ impedit regressum ad legitimã, vel

sup-

ſupplementum illius, de quo eſt pulcher locus apud Ioannem Petrum Surdum in conſ. 357.num.30. verſicul.Dubitatur etiam,cum ſequentib. lib.3. qui latiſſimè iſtud probat, vbi videas.

29 Neque etiam † obſtare dicebam aliud q̃ opponebatur, dicendo quòd ſaltem cũ cautione de nubendo debebat quantitas adiudicari legatariæ, ex doctrina Didac. Spino in ſpecul.teſtamentorum gloſſ.10.principali num.18. & Stephan.Gratian.diſceptatio. foren.254. num.32. Quia † reſpondebam,
30 Docteres prædictos loqui in legato modali concepto per verba importantia modum, vti dicendo, *vt nubat*,& ſimiliter, de quibus latè per Cæſarem Barzium deciſion. Bononien.79.ex num.26. non in legato conditionali, quando dictum eſt, *ſi nupſerit*, vel aliàs loquutus eſt teſtator per verba importantia conditionem, prout in caſu noſtro.

31 Per hæc † ego exiſtimabam ius mei cliẽtuli ſine dubio fore ſaluum, nec poſſe illum condemnari nuptijs nõ contractis: ſed prodijt ſententia, & declaratio die 24. menſis † Octobris 1619.in qua *fuit* facta condemnatio de ſoluenda quantitate, vnà cum intereſſe, á die litis motæ, præſtita idonea cautione de reſtituenda dicta quantitate, caſu quo ex illa de iure aliquid reſtituendum fuiſſet ob ingreſſum religionis legatariæ, vel aliàs. Sũptum fuit motiuum ſequens ad ita declarãdum. *Attento conſtat dictam N. eſſe in ætate nubili conſtitutam, ſuamque declaraſſe voluntatem ſe nubere velle, & ad dictum effectũ dictum legatum petiſſe: conſtat etiam ex depoſitionibus teſtium, &c.* (erant duæ moniales ex quodam Monaſterio vbi legataria morabatur, quæ aliquid, licèt parùm concludenter, dicebant) *aliquos milites illam in vxorem accipere recuſaſſe eo quòd prædicta dos ſibi ab eius patre conſtituta & legata, nõ fuiſſet ſibi ſoluta, ſed illa penès hæredẽ hodie extitiſſet, &c.* Actuarius erat Iacobus Agramunt. Relator egregius Senator don Petrus Soler. Partes Angela Iorda, & nobiles coniuges Mecas ciuitatis Dertuſæ.

32 Allegabat pars aduerſa, † vt ſententiã hoc modo conſequeretur, quandam doctrinã Alber.Bru.de ſtatu.art.11.nn.32.vol.2.tracta. nonior.quam forſan ſeqnotus eſt Senatus ita declarando, imò ſequutum fuiſſe indicant ſatis clarè verba ſententiæ: ſed meo exiguo iudicio, ſalua pace, ea doctrina non accommodabatur noſtro caſui. Audi verba Alberici Bruni. *Et dicit* (inquit) *Ang. ſequendo Bar. quòd dos iſta aſſignata, ſeu relicta, non tranſmittitur ſi filia ante matrimonium contractũ decedat, cum deficiat conditio, ſub qua debetur dos, ſequendo in hoc ſententiam Bar. ſuprà relatam. Quod dicit verum, niſi hæres fuerit in mora, vt quia puella nubilis volens nubere, interpellauit hæredem maſculum vt dotem aſſignaret & traderet, & ille non tradidit, propter quod matrimonium non eſt ſequutum; quia*
33 *conditio † habetur pro impleta, ex quo ſtetit per hæredem, l. iure ciuili, ff. de condit. & demonſtra. iunctis his quæ dixit Bar. in d. §. Titio genero, in fin. commen. volens † dotem dari*
34 *etiam ante matrimonium, vt matrimonũ ſequi poſſit.* Hæc ſunt Bruni verba, de quibus neſcio an idem quod ego & tu facies iudicium, quòd non erant, nec ſunt applicabilia ad caſum occurrentem, vbi non fuerat meus clientulus aliter requiſitus pro aliquo matrimonio certo, & ex conſequenti non poterat in eo aliqua mora culpabilis conſiderari: Expectabam aliquando exitum cauſæ ſuppli cationis, quæ pendet in alia Aula corã egre. Senato. Ioſepho Ferret: ſed puella interim nupſit, ob quod pars condemnata deſtitit.
35 In hac cauſa † fuit practicatum, & per ſentẽ-
† tiam *declaratum* quod docuimus in 1. tomo clan.4.glo.18.par.4.n.89. alimenta recepta pendente lite fore compenſanda cum fructibus, ſeu intereſſe quantitatis condemnatæ á die litis motæ adiudicatis.

36 Deuenimus † deindè ad executionem dictæ Regiæ ſententiæ, circa quam non minor fuit inter partes contentio, quàm circa principale; quod te non pœnitebit legiſſe, licet incidenter veniat: volebat enim eam actrix præcisè in pecunia numerata, ex quo legatũ, & ſententia loquebantur de quantitate pecuniæ, etiam cum adiectione illius qualitatis *monetæ Barcinone*, quæ erant verba id ſuo iudicio impottantia, ex doctrina expreſſa in terminis Io. del Caſtillo Sotomaior quotid. controuerſiarum iuris lib.2.cap.14.ex num. 17.cum multis ſequentib.& ſignanter num. 29. vbi clarè dicit in iſto caſu clarè conſtare de voluntate teſtatoris, qui legans quantitatem pecuniæ ſatis apertè oſtendit eius voluntatis eſſe vt velit in pecunia legatũ præſtari, aliàs corpora hæreditaria legaſſet, aut ſi aliter voluiſſet, id expreſſiſſet; qua voluntate extante, nihil proficere hæredi arbitratur is Doctor quòd confecerit inuentarium.
37 Quam † doctrinam *amplexus* noſter Sena-
† tus paulò anteà fuerat in terminis terminantibus, prouiſione facto verbo in Regia Audientia per egregium Senatorem Iolephum Roca facta die 30.menſis Auguſti anni 1619. in cauſa coniugum Planellas, contra nobilem Raymundum de Calders, Scriba Mallol, qua fuit prædictus nobilis Raymundus excluſus á beneficio inuentarij, quod allegabat, imò & Conſtitutionibus Cathaloniæ de optione hæredis ſoluendi legi-

timas fratribus, & ſororibus vel in pecunia numerata, vel etiam in corporibus hæreditarijs, ex quo promiſsio erat facta de ſoluẽdis, pro iuribus legitimæ, & alijs, &c. ſex mille libris monetæ Barcinonæ. *Ex qua* (inquit) *verborum conceptione liquet voluiſſe dictam dominam Magdalenam dictas ſex mille libras in pecunia ſolui, & non in corporibus hæreditarijs; quo in caſu cum de voluntate diſponentis conſtet, nihil amplius eſt curandum, ſed tenetur hæres inſequendo volantatẽ defuncti ſoluere dictam legitimã non in corporibus, ſed in pecunia numerata, prout diſponens iuſſit, maximè cum ex meritis proceſſus conſtet dictam hæreditatem ſoluendo eſſe, & inea reperiri cenſualia, & plura bona immobilia, ex quorum venditione facilè poterit pecunia comparari.* Fuit (quòd plus eſt) hæc prouiſio confirmata in alia Aula, referente egregio itidem Senatore Ioſepho Ferrer, 11. Februarij 1620.

38 Hæc habebat † noſtra actrix pro ſe, quæ tunc recẽs in eadem Aula in eadem fermè facti ſpecie reſolutã fuerant in ſui fauorem: ſed non propterea dimiſimus animum, quin in noſtro caſu fore dandam nobis optionem ſoluendi vel in pecunia numerata, vel in corporibus hæreditarijs prætenderemus. Ad quod tria curauimus iuſtificare. Primum, q̃ eramus in caſu, in quo dicta electio nobis cõpetebat. Secundum, quòd non poterat dici voluiſſe teſtatorem iſtud beneficium hæredi auferre, quantumuis pecuniam monetę Barcinone, & ſic numerabilem, viſus fuiſſet legare. Et denique tertium, quòd iſta exceptio non impugnabat modo aliquo, ſicuti ex aduerſo prætendebatur, ſententiã, qua meus clientulus ad ſolutionem quantitatis legatæ trium mille & ſexcentarum librarum monetæ Barcinonę, vnà cum illius intereſſe, fuerat condẽnatus, & ex conſequenti potuerat opponi in executione.

39 Quoad primum, † allegabam primò beneficium inuentarij, quo mediante hæres admittebat hæreditatem, quod exiſtimabam ſufficere vt poſſet in corporibus hæreditarijs ſoluere, præſuppoſito quòd ex ſerie, & tenore eiuſdem inuentarij conſtabat non fuiſſe, nec eſſe in hæreditate pecuniam numerabilem, ex qua poſſet eſſe ſatisfactum legata-
40 rijs. Et vt effugerem † controuerſias, & diſſenſiones Doctorum ſuper alijs requiſitis vt beneficium inuentarij in hoc profit, de quibus latè per Doctores quos refert Sotomaior in citato cap. 24. articulaui (quod conſulo omnibus faciendum, ſi negotiũ benè pro ſuo clientulo dirigere volunt) quòd in loco vbi bona erant ſita non reperiebantur emptores, qui vellẽt iuſto pretio emere, & ſine euictione propriorum bonorũ hæredis; qua ſaltem probatione facta, exiſtimabam non poſſe denegari beneficium inuentarij, prout apparet ex Surd. in deciſ. 30. nu. 15. & deciſ. 318. in fine, cum infinitis quos allegat, quicquid in contrarium videatur velle, & cõcludere Sotomaior in toto illo cap. 24. ſup. cit.
41 Et addebam, † ne aliquid mihi deficeret, cõſuetudinem eſſe in loco ſoluendi legitimas, legata, & dotes, tam in conſtitutione, quàm in reſtitutione, nõ in pecunia numerata, quæ vix inibi reperiebatur etiam in magnis, & opulentis hæreditatibus, ſed in corporibus hæreditarijs. Addebam finaliter, quòd legatum erat pro legitima, quam hæres poterat in corporibus hæreditarijs ſine dubio ſoluere, ex conſtitut. fin. ſub tit. de legiti. &c.
42 Quoad ſecundum, † quòd teſtator legando, etiam ſi dixerit, tantam quãtitatem monetæ Barcinone, noluerit propterea auferre hæredi beneficium inuentarij, & ſtatuti noſtri, ſeu conſtitutionis, imò in dubio cenſeatur ſe velle conformare cum diſpoſitione ſtatuti, probant tradita per Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 4. ff. ad Trebell. cum aliis citatis per Seraphin. de Oliuár. deciſ. 1216. nu. 3. Surd. deciſ. 30. nu. 3. Et in terminis, addebat alius doctus Aduocatus ad negotium
43 applicatus, † quòd teſtator viſus non ſit velle auferre hæredi leges in eius fauorem editas, not. Fulgoſ. in conſ. 63. in fin. Et hæc erãt
44 recipiẽda, † cũ tenderent in fauorẽ hæredis, pro quo eſt ſemper interpretatio facięda, l. apud Iulianũ, §. Seio, & l. ſi ita relictũ 43. de leg. 2. l. nũmis 75. de leg. 3. & not. Deci. & Cagno. in l. in obſcuris, de reg. iu. Et certè † nihil
45 minùs teſtator cõſiderauit, quàm id quod eſt ſi ſolueretur quod ipſe relinquebat in pecunia numerata, vel in corporib' hęreditarijs: intentio ipſius clarè fuit taxare ſolùm quantitatem quam volebat filiæ dandam per hęredem de bonis ſuis: ſed quomodo eſſet id poſteà per eum ſoluendum, non fuit curæ ipſius diſponere; id remanere debet in diſpoſitione iuris, & iudicandum ſecundùm quod iura diſponunt: aliàs, ſi ita voluiſſet, facile ei erat exprimere, vt dicit Crauet. in conſ. 187. num. 6. ibi: *Nam ſi teſtator voluiſſet ſolutionẽ tantùm in bonis fieri, &c.*
46 Quoad tertium, † quòd hæc exceptio poſſit ad executionem opponi, ex eo manifeſtè patet, quia non impugnat ſententiam modo aliquo, ſed tractat de modo & forma illam exequendi tantùm, ſcilicet ſi in pecunia numerata, vel in corporibus hæreditarijs eſt exequenda: conſtat autẽ ſine difficultate, q̃ exceptiones, quæ non infirmant ſententiam, ſed effectum earum reſtringunt, executionem ipſam dumtaxat infringentes, poſ-

ſunt

ſunt opponi etiam poſt rem iudicatam in ipſa executione, prout eſt doctrina gloſſæ, & Bart. in l. prima, C. de iur. & fact. ignorant. & ibi etiam latè Padil. ex num. 36. vbi particulariter enumerat exceptiones huius generis, & inter alias num. 40. ponit exceptionem inuentarij, dicens eam poſſe in executione opponi, laſ. optimè in ead. l. 1. nu. 17. C. de inr. & fact. ignor.

47 His ſuppoſitis, † dicebamus non poſſe dubitari de admiſſione articulorum, quos fecèramus ad probandum exceptiones ſupradictas: ſi enim erant de meritis exceptionum, quæ poterant opponi in executione, fiebat vt illarum admiſſioni non poſſet contradici modo aliquo, maximè cùm negari non poſſet quin deducta in articulis ad intentũ principale, ſi hæres habebat optionem ſoluendi in pecunia numerata, vel in corporibus hæreditarijs, prodeſſe poterant. Quo ſtãte,

48 etiam † ſi ad plenam, vel ſemiplenam probationem facere non videantur articuli, ſed ſolũ ad indiciũ, vel aliud quodliber adminiculũ inducendũ, admitti per Iudicem debẽt, l. indicia, C. de rei vendicatio. Bal. in l. ordinarij, C. eod. tit. benè Aſflict. deciſin. 7. num.

49 2. & ibi Vrſill. num. 3. Vbi † ex Dec. in conſil. 517. num. 2. dicit, quòd omnis articulus faciens ad cauſam, etſi generaliter, & largo modo, recipi debet. Cum quo concordat Aymon Cravetta in conſil. 5. num. 18. Vbi

50 limitat, † niſi articuli eſſent adeò impertinentes, ex quibus nullus effectus ſequi poſſet. Sequitur Anto. Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 3. vnde vi, de fin. 39.

51 Hunc exitum † negotiũ habuit, quod die

† 17. Decembris 1619. *prouidit* cauſæ Relator executionem eſſe faciendam Regiæ ſententiæ iuxtà illius ſeriem, & tenorem, vendendo de bonis proprietatis quæ ad id eſſent neceſſaria, non obſtantibus in contrarium deductis, & repulſis articulis, tanquam impugnantibus Regiam ſentẽtiam, vt fuit ibi expreſsè dictum.

In cauſa autem ſupplicationis, referente egregio Senatore Balthaſare Morell, ſentẽ-

† tia lata 20. Martij 1620. hoc modo *moderauit* Senatus dictam prouiſionem, ſequentia addendo, poſt illius confirmationẽ: *Hoc intellecto* (inquit) *quòd executio Regiæ ſentẽtiæ prouiſa fiat vſque ad concurrentem quantitatẽ in dicta Regia ſententia contentam, in cenſualibus, & alijs proprietatibus dicta hæreditatis in inuentario pro parte dictorum coniugũ N. & N. exhibito continuatis, eligendis per dictã N. dictam executionem inſtantem, dummodò non eligat proprietates pretioſiores dicta hæreditatis, & cenſualia, & proprietates eligendæ vendantur iuſto pretio.*

Cum his, licèt multùm fauorabilibus, habito reſpectu ad priorem prouiſionem, non conquieuit animus condemnatorum, qui volebant vt declararetur punctus crudus, ſi poterãt ſoluere in corporibus hæreditarijs, vel non, dando parti in ſolutum aliquas proprietates vſq. ad concurrentem quantitatẽ iuſto pretio æſtimatas: quod diuerſum erat, & eſt ab eo quod Senatus, referente Morell, reformando priorem prouiſionem, vt imò declarauerat. Ad id conſequendum, tanquam à captire nouo præiudiciali, ſupplicauit iterùm pars ad aliam Aulam, vbi cùm hæc ſcribebã cauſa pendebat indeciſa, Relatore egreg. Senatore Ioſepho Ferrer, prætendendo vel vt ſecundùm merita proceſſus eſt declarandum pro optione hæredis, vel ſaltem admittẽda pars ad probandum articulos, ex quorũ probatione reſultare debebat iuſtitia ipſius clara, & manifeſta. Infrà dicam quid Senatui in alia Aula placuerit.

52 Ad exemplar † quod allegabatur de illa cauſa, quę coram egregio Senatore Ioſepho Roca fuerat declarata pro coningibus Planellas dicebamus, quòd licet motiua viderentur inferre tam ad hãc, quàm ad illam cauſã, reuera tamen caſus erat diuerſus, quia hæres abſq. allegatione beneficij, per cõtractum proprium, & propriam obligationẽ ſe obligauerat in capitulis matrimonialibus legatariæ, quæ quantitatem legatam attulerat viro in dotem, ſoluere eandẽ; & poſteà allegabat beneficium, quod non videbatur ſibi licere, forſan quia non prodeſt inuentarij beneficiũ hæredi qui facit actum ex perſona propria; de quo per Sur. in conſ. 365. n. 17. qui allegat Ang. conſ. 31. col. penul. Deci. cõſ. 496. n. 12. Fanu. de inuen. par. 6. n. 110. Rolan. in eodẽ tracta. §. beneficiũ inuentarij, nu. 1. fol. 154.

53 Et poterat † huic negotio accõmodari quod

† Rot. Ro. *decidit* deciſ. 42. in penul. vol. ex recollect. per Farinac. debitorem qui promiſit ſoluere in pecunia, non poſſe pro debito aſſignare bona ſtabilia.

54 *Declarata* † poſtmodũ fuit cauſa ſupplicationis, referente Ferrer, quam ſuprà dixi interpoſitam fuiſſe à prouiſione facta referẽte Morell, 14. Iulij 1620. Noli ſcire ſucceſſum: ille modicus fauor, qui nobis datus fuerat referente Morell, fuit referente Ferrer nobis ſublatus, prouidendo vt reducerentur negotiũ ad terminos prouiſionis factæ per nobilẽ Petrum Soler, me tamen, & altero Aduocatis multùm licèt reclamantibus. Solent hæc ita ſæpè ſuccedere, vt in cauſis quas iuſtiores eſtimamus, ſuccumbamus non rarò; fœliciter è contra ſuccedant nonnullæ, in quibus modica erat in nobis ſpes obtinendi, ita ſunt hominum diuerſæ ſententiæ.

55 Forsan iſte noſter caſus † idem ille fuit, qui de anno 1615. deciſus extitit in Rota Romana, prout habetur deciſio. 696. in recollectis per Farinacium in penultimo vol. vbi agitur de legato in pecunia, in eadē pecunia ſoluendo, quamuis in bonis teſtatoris legantis pecunia non reperiatur: ſed tamen ibi non ſucceſſit tam infœliciter cogitationibus noſtris, quia plures inuenies apud illud ſacrum Auditorium approbata ex his, quæ nos in confirmationem noſtræ opinionis in ſuperioribus adduximus; & ſignanter illud quod diximus de beneficio inuentarij, & legis concedentium debitori optionem in ſoluendo.

56 In ſumma, † quod ego ex multis annis, quos in cauſis in Senatu ducendis conſumpſi, aſſeuerare, ac teſtari poſſum eſt, malè recipi regulariter in eo debitores, qui aliud pro alio ſoluere, etiam ex cauſa, ſuis crediroribus volunt, quia nunquam, aut rarò iudicantur venire ſatis guarentigiati, cùm ad id requiſitis, ſiue id prætendatur in vim authenti. hoc niſi debitor, Cod. de ſolutionib. ſiue etiam ex beneficio inuentarij; de quibus ego non ago ampliùs, quia ſunt alterius inſtituti. Redeamus igitur ad rem noſtram.

SVMMARIA.

1 *Legatum factum alicui*, ſi nupſerit, *eſt ſine dubio conditionale.*

2 *Metus pœnæ non poteſt quis ad matrimonium induci, ſed benè ſpe lucri allici.*

3 *Legatum conditionale ante impletam conditionem non poteſt peti.*

4 *Actio non oritur in conditionalibus ante conditionis implementum.*

5 *Legatum factum alicui*, ſi nupſerit tali, *eſt conditionale, & niſi id adimpleuerit, non habebit legatum.*

6 *Legatum*, ſi nupſerit, *vt ſit conditionale, non eſt neceſſarium quòd deſignetur certa perſona, cui ſit nubendum.*

7 *Legatum*, ſi nupſerit, & cùm nupſerit *æquiparantur.*

8 *Legatum relictum puellæ pro maritagio, dandum eſt hæredi illius, ſi antequam nuberet decedit.*
Verba prædicta modum inducunt, non conditionem. ibid.

9 *Legatum* vt nubat, *vel* vt nubat Titio, *eſt modale, non conditionale, niſi legataria ſit impubes.*

10 *Legatum* ſi nubat, *eſt conditionale: ſed* pro dote, vt nubat *ſimpliciter*, *vel* vt nubat Titio, *eſt modale.*

11 *Legatum quando dicatur, & dici debeat conditionale, & quando modale, remiſſiuè.*

12 *Legatarius ſub conditione nubendi, debet nubere intra triennium, quod computari debet vt hic: nec poteſt mora purgari, ſecundùm vnam opinionem.*

13 *Deciſio Senatus noſtri approbans hanc opinionem.*

14 *Conditio*, ſi monachabitur, *eſt adimplenda intra triennium.*

15 *Auctor refellit hanc opinionem, & doctrinam.*

16 *L. 2. §. ad filiorum, quand. & quib. quar. pars, lib. 10. Cod. interpretatur.*

17 *L. conditionem in futurum, in fi. ff. de condi. & demonſtra. declaratur.*

18 *L. hæc conditio filiæ, ff. eodem tit. interpretatur.*

19 *Conditio poteſt quandocumque adimpleri, cùm tempus non eſt præfinitum.*

20 *Iudex poteſt præfigere tempus vt quis adimpleat quod ſibi per teſtatorem iniunctum eſt.*

21 *Iudex qualiter ſe habere debeat in dicta temporis præfinitione.*
Legatarius non debet priuari legato ſibi facto, ſi nupſerit, *quamuis intra triennium non nupſerit, niſi aliqua culpa ei imputari poſſit. ibidem.*

22 *Conditio*, ſi nupſerit, *an requirat vt dicatur adimpleta ad effectum petendi legatum, conſummationem matrimonij per copulam, remiſſiuè.*

23 *Conditio*, ſi nupſerit tali, *non eſt adimplenda ad habendum legatum ſub ea relictum, tum decenter, & honeſtè adimpleri non poteſt. & num. ſequenti. vbi deciſio noſtri Senatus.*
Indigno non tenetur quis nubere vt habeat legatum relictum ſi nupſerit tali. *ibid.*

24 *Conditio de nubendo indigno admittitur in vidua, non quòd præciſè teneatur ei nubere, ſed quòd alias non contrahat nuptias.*

25 *Indignum quæ efficiat aliquem, ne cum eo quis nuptias decenter contrahere valeat.*

26 *Indignus quoad nuptias dicitur is, cui non poteſt quis ſine dedecore nubere, ſecundùm mores ciuitatis.*

27 *Præceptum de nubendo alicui indigno, dicitur impoſſibile, & ideò reijciendum.*

28 *Indignitas mariti, ne mulier teneatur ei nubere, fuit per Senatū conſiderata reſpectu morum, quia ille erat ſimplex, ſtultus, &c.*

29 *Filia tenetur de honeſtate requirere patris conſenſum in nuptijs, aliàs non dicitur honeſtè nubere.*

30 *Mulier non amittit legatum ſub conditione*, ſi tali nupſerit, *ſi pater non vult eas nuptias contrahendas.*

Sed

31 *Sed reuocatur iſtud in dubium à multis.*

32 *Legatarius ſub conditione, ſi nupſerit, non amittit legatum, ſi non ſtat per ipſum quominus nubat.*

33 *Interpellatus ſi quis non fecerit id ad quod tenetur, ſtetiſſe per eum dicitur quominus ſit factum.*

34 *Legatarius ſub conditione, ſi nupſerit, ſi interpellatus noluit nubere, non poteſt deinde mo ram purgare.*

35 *Mora purgatio non admittitur in conditionalibus adimplendi.*

36 *Conditionis implementum tendit ad acquirendam actionem.*

37 *Legatarius ſi non paret conditioni nuptiarum ſibi iniunctæ, excuſatur, ſi habet aliquam iuſtam cauſam.*

38 *Legatarius qui non paruit conditioni nuptiarū ſibi iniunctæ, excuſatur ob minorem ætatem.*

39 *Legatario qui non paruit ſimili conditioni, admittitur excuſatio quòd metu paterno fuit impeditus.*

40 *Deciſio noſtri Senatus valdè pulchra, qua probantur quæ in præcedentibus numeris dicta fuere.*

41 *Requiſitus aliquid facere, ad quod tenetur vigore alicuius ſcripturæ, non conſtituitur in mora niſi ſcriptura oſtendatur. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

42 *Conditionis de nubendo certæ perſonæ cenſebitur paritum, cùm perſona illa requiſita noluit nubere.*

43 *Conditioni de nubendo vni ex filiabus alicuius an cēſeatur paritum per requiſitionē vnius, an debeant omnes interpellari.*

44 *Doctores fuerunt in hoc in contrarijs ſententijs.*

45 *Electio cenſetur conceſſa legatario cui vellet nubere, cum appoſitum eſt ei gratiamen nubēdi cum vna ex filiabus ſecundum Mareſco.*

46 *Oddus tamen contrarium tenet.*

47 *Electio eſt legatarij cùm aliquid ei relinquitur ſub duplici conditione alternatiuè: quod quomodo intelligatur, declaratur.*

48 *Auctoris opinio, quòd legatarius teneatur omnes filias nequirere, vt probet ſi aliqua velit curā ipſe nubere, quando ei iniunctum eſt quòd vni nubat.*

49 *Legatarius cum conditione, vt tali nubat, an habeat legatum, ſi erant iam vocati in vita teſtatoris.*

50 *Legatum pro dote, debetur etiam maritatæ in augmentum dotis.*

51 *Legatum relictum pro maritanda, non debetur maritatæ, ſi teſtator ſciebat eſſe maritatam, prius illo matrimonio, ſecus pro alio. Secus ſi ignorat, nam tunc debetur. ibidem.*

52 *Legatum relictum pro filia maritanda per patrem, vel matrem factum, debetur iam maritatæ, ſiue pater ſciret, ſiue etiam ignoraret.*

53 *Legatū in genere factum pro virginibus maritandis, non comprehendit iam maritatas.*

54 *Legatarius, cui relictum eſt ſub conditione, ſi nuberet tali, quam conſtat eſſe conſanguineam illius, & diſpenſatione opus eſſe, an teneatur eam procurare, & nuptias adimplere.*

55 *Opinio Auctoris, quòd debeat iſta conditio adimpleri, non reijci.*

56 *Conditio nubendi cum aliquo conſanguineo, ni dicitur impoſſibilis, cùm poſſit præcedente diſpenſatione Apoſtolica adimpleri.*

57 *Legatarius ſub conditione nubendi conſanguineo, tenetur facere diligentiam ad obtinendum diſpenſationem, & ea mediante, nuptias contrahere; & ſi non poteſt eam obtinere, liberabitur à conditione adimplenda.*

58 *Senatus tamen noſter in facti contingentia quadam conditionem de nubendo conſanguineo, ſimpliciter dixit impoſſibilem.*

GLOSSA III. PARS IIII.

Proſequitur eadem materia legatorum, quæ pro dote, ſeu pro nuptijs fiunt, an ſint pura, vel conditionalia.

Et ſignanter quando dicitur: Lego Titiæ centum, ſi nupſerit.

Item, ſi nupſerit tali, tam quando ille non eſt aliqua conſanguinitate coniunctus, quàm quando talis reperitur eſſe.

1 SEd ſi dixiſſet † teſtator, *Lego Titiæ centum, ſi nupſerit*, clarū eſt quòd conditionale eſſet legatum, nec tranſmitteretur ſi nuptiæ nō fuerint ſequutæ. De quō puncto cùm ſint plures leges expreſſæ, quas refert fideliter Mantica de coniect. vlti. volun. lib. 11. tit. 18. nu. 11. vbi dicit, † quòd licet non poſſit quis ad matrimoniū inuitari metu pœnæ, poteſt tamen ſpe lucri ad illud alici, ideò ampliùs non inſiſto. Ex conſequē-

2 ti † non poterit legatum peti, niſi contractis demum nuptijs, Bald. in l. generaliter, nu. 9. C. de epiſc. & cler. per tex. in l. ſancimus, C. de nupt. & l. cum fuerit, de condit. & demō. ſtrat. Spino de teſtam. glo. 10. principal, n. 13.

4 Eſt ratio, † quia ante conditionis implemen tum actio non eſt orta, l.cedere diem, ff. de verborum ſignificatio. vbi Scribentes, Cæſ. Barz.deciſ.63.nu.11.

5 Idem eſt † ſi dictum ſit, *ſi nupſerit tali*, & teneatur legatarius nuptias prædictas contrahere, aliàs non habebit legatum, Mantica ex multis in tribus, vbi ſuprà num. 2. 3. & ſequentib. Aymon Crauetta conſil. primo, num. 5. Motot.conſil.97.num.19. Hercules Mareſcot.variarum reſolutionum lib.primo

6 cap.73.num.9. Verùm † ad hoc, vt conditio nuptiarum ſuſtineatur, & efficiat legatũ conditionale, non exiſtimes neceſſum fore quòd deſignetur certa perſona,cui ſit nubẽdum: ſed ſufficit in genere dicere, *ſi nubet*, vel *nupſerit*, quod contra nonnullos defendit Federic.Scot.reſpon.27.tom.1.libro 1.

7 Vbi etiam † æquiparat conditiones, *ſi & cùm nupſerit*.

Videnda eſt ad hanc materiam deciſ.Senatus Portugaliæ apud Melchiorem Phœbũ 11.in ordine,vbi explicando laré materiam

† hanc, dicit illum Senatum *reſoluiſſe* ſequen-

8 tia. Primò, † legatum relictum puellæ *pro ſuo maritagio*, dandum eſſe illius hæredi; quando decedit innupta, quia (inquit) verba prædicta modum inducunt, non conditionem. Secundò, † quando dicit, *vt nubat* ſimpliciter, vel *vt nubat Titio*, legatum etiã eſt modale, *pera cæſar*, vel *pera ſon teſtament*, niſi legataria (inquit) ſit impubes. Tertiò,

10 ſi † dicit teſtator, *ſi nubat*, eſt conditionale: ſi verò *nomine*, vel *pro dote*, *vt nubat* ſimpliciter, vel *vt nubat Titio*, eſt conditionale.

11 Tota eſt † deciſio Seſſe 31. ad dignoſcendũ generaliter quando legatum ſit conditionale, vel modale.

12 Sed intra † quantum tempus debeat legatarius nubere in ſuprà relato caſu, quo legatum eſt factum ſub conditione *ſi nuberet*, vt legatum habeat, opinio eſt Bart.in l.2.§.ad filiorum, C.quando & quibus quarta pars, lib.10.quòd niſi intra triennium, connumerandum à die mortis teſtatoris, ſi pubes legatarius erat, vel à die affectæ pubertatis, ſi impubes erat, nupſerit, perdit legatum, ſine ſpe illud habendi vnquam, etiam ſub prætextu quòd velit moram purgare. Sequuntur Ioann.de Plat. Caſtren. Iaſ. Socin. Man.Mar.Mut.Luc.de Pen.Thob. Nonius, Guillerm.Benedict. Addentes ad Baldum, Menoch. & alij citati per Stephan.Gratian. qui & eos ſequitur,diſceptatio.foren.lib.1. cap.137.num.9.& ſequen. & lib.2.cap.254. ex num.1. vbi eãdem materiam, quam tractauerat in primo libro iterùm ex profeſſò diſcutit,quia (inquit) inibi reſoluta reuocata fuerant per aliquos in dubium. Adde Mareſcot.variarum reſolutio. lib.1,cap.73.nu. 12. & 13.

Fundaot omnes ſuam intentionem in citato §.ad filiorum ,vbi habetur ad quartam partem curiæ debitam, ſi curialis ſine filijs maſculis deceſſerit,& filiæ alicui ex curialibus non nubant, admitti curiam ſi filia impubes intra triennium à die pubertatis,pubes verò à die mortis patris curiali non nubar. Per quem textum Bart.& reliqui ſuprà relati notarunt conditionem nuptiarum,ſub qua quis vocatur,debere impleri intra trien nium poſt pubertatem ab impubere,& à die mortis à pubete, & ſi non implearur,haberi pro defecta, & bona aſsignari ei, qui in

13 defectum nuptiarum vocatur.Cum qua opi-

† nione † reperio quòd quandoque cùm caſus ſucceſſiſſet, *pertranſiuit* Senatus 15.Septembris 1584. coram egregio olim Senatore N. Tamarit, inter Raymundum Colell, & Margaritam Baſſols, & Ioannem Morato Notarium de Sancta Pace, vbi cùm de hoc fuiſſet oppoſitum, datum ſd fuit pro conſtã

14 ti, licèt ex alio allegans non fuerit auditus. Extendũt id † ad nuptias etiam ſpirituales, vt conditio, *ſi monachabitur*, ſit etiam adimplenda intra triennium, vt eſt apud Stepha.Gratian.diſcep.foren.lib.2.cap.254.ex num.11.

15 Hæc opinio, † licèt de ea dicat Illuſtriſſ. Cardinalis Mantica in tractatu de coniectu ris vltimarum voluntatum lib.11.tit.18.nu. 23. verſicul.Ego autem puto, quòd propter auctoritatem tantorum Doctorum hoc dictum fortè obtineret in foro, quæ ſunt verba, quæ Mantica mutuauit à Socino in l.hæc conditio,num.2. de conditionib.& demonſtrationibus, quæ tamen licentioſiùs multò, quàm prædicti loquuti ſint, ſumpſit, & retulit Gratian.dicta diſceptatio. foren. 137. num.10.lib.1. licèt etiam de eadem re tractans Emanue.à Coſta in l.cum tale, §.ſi arbitratu,in verſic. Vltimò legis ſententia,nu. 29.ff.de conditionib.& demonſtrationibus, id quod ſuprà de triennio dictum eſt, ferè receptius eſſe aſſeueret,mihi nullatenùs placere poteſt, ex eo quòd non videtur habere vel textum,vel rationem congruentem,quibus

16 comprobetur. Quamuis enim † ad hoc communiret allegetur ſuprà citata l. 2. in §. ad filiorum,C.quando & quibus quarta pars lib.10.ea tamen nihil concludit, cùm contineat ius ſpeciale, in quo lex ipſa terminum præfigit conditioni implendæ,qui in caſu de quo agitur præfixus non reperitur, L quãdiu, vbi gloſſ.& Doctores,ff.de acquiren.hæredi. Bar.in l.ſuus,§.ſed ſi filio, & in l.ſi quis inſtituatur,§.1.de hæred.inſtituẽ. Sic reſpondet Gabr.in conſil.131.num.16.lib.1. Mantica

in

in citato lib.11.de coniectur.vltim.voluntat.18.num.25.& 26.vbi poſt oſtenſum quòd in caſu ſpeciali loquitur dicta l.2.& poſt declaratum quomodo,dicit quòd cùm ille text. loquatur diſpenſatiuè, & in caſu ſpeciali,nõ debet trahi ad caſum propoſitum, nec extra terminos poteſt extendi, l.minimus, §. cùm autem tertio grãdu,C.de legitim.hæredi.cũ ibi notatis per Baldum num.3. & l.quod verò contra,ff.de legi.Emanuel à Coſta in l.cũ tale, §.ſi arbitratu, in verſicul. Vltimò legis ſententia, num.29. ff.de conditionib.& demonſtrationib. & Ioan.Gutier.in conſil.17. num.14.qui omnes contra dictam receptam opinionem tenent. Et vlteriùs dicit Mantica in loco citato, in puncto iuris videri valdè dubiũ quod de triennio dictum fuit. Ab eadem recepta opinione videtur receſſiſſe Caſtren.in l.conditioni, C.de inſtitu.& ſubſtit. non tamen meretur facere numerum,cũ contrarium expreſsè dixerit in l. hæc conditio filiæ meæ 10.num.2.ff.de conditionib.& demonſtrationib.Socinus tamen in dicta l.hęc conditio,num.2.clarè contra communem tenet, & dictæ l.2. in ſuperioribus citatæ eodem modo reſpõdet quo reliqui Doctores.

17 Et prętered † ea opinio manifeſta habet iura repugnantia,imò contrarium expreſsè diſponentia, nempè l.conditionem in futurũ, in fin. de conditionib. & demonſtrationib. vbi dicitur, quòd hæc conditio, *ſi nupſerit*, extenditur ad tempus infinitum, quandocunque nupſerit, ergo non debet reſtringi ad

18 triennũ. Textus † etiam in l.hæc conditio filiæ,eodem tit.idem etiam demõſtrat,quatenùs diſponit conditionem, *cum nupſerit*, talem eſſe, vt qui teſtatus eſt, impleri ſolũmodo voluerit, non etiam ſatis exigi quando. Igitur (inquit Mantica loco ſupra citato, de his agens) quandocunque etiam poſt

19 triẽnium poteſt impleti: nam † cùm tempus non ſit præfinitum, debet intelligi imperpetuum, vt notatur in l.ſine præfinito,ff. de pœnis.

Sequatur qui voluerit Bar.& aliorum do-

20 ctrinam, ego iſtis legibus adhæreo, & † niſi videam culpã in adimplere debente, veluti inter alia quia requiſitus noluit nubere, vel quia noluit intrà tempus à Iudice præfixum ad inſtantiam vel creditorum,vel ſubſtituti, vel alterius intereſſo in hoc habẽris.(In qua

21 præfixione temporis † quomodo ſe debeat habere Iudex, & quantum ſit iuſtum dare in re tam ardua, docet Bald.in conſil.131.lib. primo, viden.) vel etiam quia perſona cum qua cõtrahere debet mortua fuit antequam ille procuraret matrimonium;quæ ſunt quæ in hoc puncto conſiderat Caſtrenſ. in citata l.conditioni, de conditionib. & demonſtrationib. & adducit Gratian. in ſæpè allegata diſceptatio.foren.137.num.10. lib.primo, vel aliam culpam in nubere debente inuenirem, nunquam eum legato priuarem, ex eo quòd intra triennium non nupſit.

22 Sed an ad hoc † vt dicatur adimpleta cõditio, petique poſſit legatum,requiratur copula carnali conſumatum matrimonium, nõ eſt quòd latè diſcutiamus, cùm rarò contingat quòd poſt contractas nuptias per verba de præſenti, differant mariti huiuſmodi conſummationem: ſed ſi id videre volueris, reperies quòd Menochi.præſumptio.147. nu: 9.lib.4. & Andreas Fachineus controuerſiarum iuris lib.5.cap.49.& noſter Molinus de ritu nuptiarum,& pactis in matrimonio conventis lib.3.quæſtio.6.num.42. de hac re latè tractant, & reſoluunt contra Baldum, & Rolandum, non eſſe neceſſarium quòd copula carnali matrimonium ſit conſumatum vt legatum peti valeat: nuptias enim non concubitus, ſed conſenſus facit, l.nuptias 31.ff. de regul. iur. vt ad hoc propoſitum dicebat Iuriſconſultus in l.cùm fuerit 25.de conditionib.& demonſtrationib. Item coitus matrimonium non facit, ſed naturalis affectio, vt dicebat alius Iuriſconſultus in l. cum hic ſtatus, §.ſi diuortium, ff.de donat. inter vir. & vxorem.

23 Procedunt † quæ ſuprà dicta ſunt de obligatione nubendi cum certa perſonâ; ſi decenter,& honeſtè is,cui aliquid relictum fuit ſub conditione, *ſi nuberet tali*, poteſt cõditionem adimplere, id eſt, ſi decenter & honeſtè poteſt nuptias cum ea perſona contrahere, & celebrare, aliàs non nubendo non amittitur legatum, veluti ſi indigna perſona eſſet cui nubendum foret, prout eſt textus expreſſus & manifeſtus in l.cum ita legatum de conditionib.& demonſtrationib. & probatur etiam l.2.C.de inſtitutionib.& ſubſtitutionib.latè Cardinalis Mantica in tractat. de coniecturis vltimarum voluntatum libro 11.tit.18.num.5.qui ad id Bart. Paulum, & Socinum allegat. Adde patrem Sanchez de matrimonio lib.primo,diſputatio.33.num. 11. qui alios etiam citat: & adducit in hac re differentiam inter viduam, & virginem,

24 dicens † quòd in vidua admittitur conditio de nubendo indigno,non quòd teneatur nuptias cum eo contrahere, ſed tenetur obedire præcepto teſtatoris, in quantũm tacitè ſibi prohibet alias nuptias, Oſaſco,deciſio.254.num.21.

Succeſſit de hoc tractari in noſtro ſemper egregio Senatu de anno 1518. coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, in cauſa Mariannæ Calbet,contra Balthaſarem Pardina,& ſeu ſuos ſucceſſores; in qua, ſententia

lata

lata 7. Iulij, fuit hæc doctrina approbata.

† Fuit eum *dictum* excuſandam fore mulierē, ſi viro, cui iniunctum fuerat vt nuberet, ſub pœna amiſſionis bonorum, quæ ei relinquebantur, non nupſiſſet, cùm repertus fuiſſet vir ille, cui erat nubendum, indignus, cum quo decenter nuptias contrahere puella legataria poſſet. Actua. Simone Font.

25 Cauſas indignitatis † non eſt quòd in præſenti explicem, Bart. in ſuprà citata l. cū ita, num. 2. de conditionib. & demonſtrationib.

26 regulam ad id tradit, dicens † illum dici indignum, cui non poteſt quis ſine dedecore nubere, ſecundùm mores ciuitatis, conſiderata qualitate natalium. Ad quod allegat l. 3. §. ſi emancipatus filius, de contra tab. Sequitur Oldrad. in conſil. mihi 16. incipiente Thema tale eſt, in tit. de teſtament. num. 2. & Stephanus etiam Bertrand. in conſil. 148.

27 num. 11. Qui dicunt, † quod ſi nuptiæ dedecori ſint ipſi mulieri, & eius conditioni, ſiue ſtatui non conueniant, dicendum eſt præceptum illud inhoneſtum, ac per hoc impoſſibile, & ideo reijciendum. Nos latè de hoc puncto egimus in principio huius operis clauſula 5. glo. prima, par. prima, ex num. 83. cū multis ſequentibus, dum de obligatione patris circa dotandam filiam tractauimus, etiā nuptam, ſi viro digno nupſerit, quò recurres pro limitatione quę communiter in hac materia adducitur, quòd mulier quæ aliàs nubit digno, non luit pœnas, quas pater appoſuit filiæ, ſi certæ perſonæ non nuberet. De quo etiam infrà videbis.

28 Senatus noſter † indignitatem in ſuprà relato caſu conſiderauit reſpectu morum, quia ſcilicet repertus homo fuerat eſſe ſimplex, ſtultus, vitioſus, mentecaptus, & prodigus, vt ex meritis proceſſus reſultabat, & ex articulis partis aduerſæ, ad quos ſe Senatus retulit, nolens (ſeruando ſolitam modeſtiam) ſupradicta ſpecificare.

29 Ex hac declaratione † inferunt alij, quòd cū filia teneatur de honeſtate requirere patris conſilium in nuptijs, licèt non de neceſſitate, vt in primo tomo latè docuimus, taliter quòd non dicatur honeſtè aliàs nube

30 re, non amittit † legatum ſub conditione, *ni maritæ perſonæ nubat*, quamuis ei non nupſerit, ſi id fecit vt patri obediret, qui tales nuptias contrahendas noluit. De quo puncto eſt totum compactum conſilium Bertrandi 148. lib. primo, quem ſequitur Oddus in conſ. 79. num. 40. & conſil. 92. num. 12. vbi dicit hanc ſolam conſiderationem ſufficere ad victoriam. Sequuntur etiam Mantic. de cōiecturis vltimarum voluntatum lib. 11. titul. 18. num. 46. Molina de primogenijs Hiſpanorum lib. 2. cap. 13. num. 22. Gratian regul. 83. num. 9. Sanchez de matrimonio lib. primo diſputatio. 33. num. 13. Magna quidem

31 limitatio † eſt, ſi vera, ni ipſe videto, ego parùm in ea conſiderem, ſi aliud quo mulierem contra præceptum teſtatoris venirem defenderem, non haberem. De hac limitatione loqoens Didac. Couarru. in epitome de ſponſalib. 2. part. cap. 3. §. 8. num. 2. licèt dixerit ſe non mirari quod Steph. Bertran. hanc limitationem poſuerit; poſteà tamen addit ſe nihil quod certum ſit tunc aſſenerare poſſe de eius reſponſi veritate, Mieres de maiora. prima par. quæſtio. 50. num. 8. in prima editione, & in ſecunda ex num. 57. dicit hoc magis eſſe pium, quàm tutum, quia hinc facilè foret eludere vltimas teſtantium voluntates.

32 Procedūt † item ſupradicta ſi ſtat per nubere debentem quominùs nubat, aliàs ſi nō ſtat per eum quominùs conditio adimpleatur, non amittit legatum ſub conditione, *ſi*

33 *nupſerit tali*, relictum. Dicitur † autem ſtare per eum, cui legatum relictum eſt, quām primū interpellatus noluit illi nubere, Pau. de Caſtro in l. prima num. 4. Cod. de conditionib. & demonſtrationib. Stepha. Gratia. diſceptatio. foren. 137. num. primo, libr. pri-

34 mo. Adeò vt ſi † poſteà velit moram purgare, ei non liceat: conditio enim quę ſemel deficit in iſta materia, non poteſt ampliùs adimpleri, & cùm euanuerit, non reuiuiſcit, l. cum vxori 4. C. quando dies lega. ced. Socin. iunior conſil. 57. num. 3. Stepha. Gratia. in ſæpè citata diſceptatio. foren. 137. libro primo, num. primo, cum ſeq. vbi dicit, quòd cùm de hoc apud eum diſceptaretur, verius eſſe dixit, quòd mulier, cui relictum ſit aliquid ſub conditione, *ſi Titio nupſerit*, priuetur legato cùm primùm interpellata recuſat illi nubere, quamuis poſteà pœnitētia ducta offerat ſe paratam nuptias cum eo cō

35 trahere. Ratio (inquit) eſt, † quia in conditionibus adimplendis non eſt licita purgatio moræ, eriam incontinenti, Dec. in l. prima num. 7. & 8. C. de inſtitutionib. & ſubſti-

36 tutionib. Implementum † enim conditionis tendit ad acquirendam actionem, & in fauorem actoris non purgatur, Bart. in l. ſi inſulam, colum. penultim. vbi Iaſon num. 39, Ripa quæſtio. 115. de verborum obligation. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 11. tit. 18. num. 42. Alia ad idem poſteà idem Gratian. adducit videnda. Quod Se-

† natus noſter expreſſis verbis *dixit* in ſuprà relata deciſione cauſæ inter Raymundum Colell, & Margaritam Baſſols, & alios, coram egregio tunc Senatore N. Tamarit 15. Septembris 1584.

37 Fallit † niſi aliquam excuſationem habe-

ret

ret is qui recusauit requisitus obedire præcepto testatoris, tunc excusaretur sine dubio, & ad legatum nihilominùs admitteretur, & ad moræ purgationem, si integra res esset, & fieri posset quòd nubere valeret, sicut iusit testator; de quo puncto plenum est Oddi consil. 79. lib. primo, ibi multas excusationes adducit per totum, signanter duas, quas vidi in facti contingentia in pulchris causis approbatas in nostro Senatu. Prima,

38 quando † erat minor, & allegabat se nuptias non contraxisse, vel contrahere nolle respondisse, librico ætatis, & sexus fragilitate, petitque ad cautelam restitutionis in integrum beneficium aduersus læsionē in-

39 dē sibi contingentem. Vel etiam † dicit, quòd metu reuerentiali paterno inducta id fecit potiùs quā spontanea voluntate; quod pluribus argumentis Oddus vbi suprà probat, Pater Sanchez de matrimonio libr. primo disputatio. 33. num. 15.

40 Singularis † casus successit de hoc in Senatu disputandus in suprà proximè relata causa Raymundi Colell, & Margaritæ Bassols, & aliorum. Pater donationem fecerat filiæ in tenella ætate constitutę, fauore & cō templatione matrimonij, de quadam proprietate, cum hoc, quòd certæ personæ teneretur nubere, reseruando sibi quòd si id non faceret, posset ad suas voluntates de re donata disponere. Cùm filia deuenisset ad ætatem nubilem duodecim annorū, cupiens pater quòd proprietas donata reuerteretur ad suam liberam dispositionem, certiorando filiam de dicta donatione, & de conditione in illa appositā, requisiuit eandē quatenùs cum dicto N. nubere, prout debebat, si volebat proprietatem donatam habere, aliàs protestabatur quòd liberè de ea disponeret, ac si donatio facta non fuisset, prout in donatione sibi reseruauerat. Filia fortè sciens patris intentum, nolens ei displicere, respondit se nolle dictas nuptias contrahere; quo facto statim ipse proprietatem vendidit. Fuit dubitatum, cùm deinceps filia nupsisset post mortem patris personæ adiectæ in conditione, num posset, & deberet ha

† bere proprietatem, & *resolutum* fuit quòd sic. Ad quod fuit considerata minor ætas puellæ, & quòd renuntiatio erat fraudulenta, quia iudicatum fuit quòd pater non fecerat requisitionem filiæ bono animo, sed vt extorqueret ab ea restitutionem, & relaxationem donationis, vt posset liberè res donatas vendere, & ideò filia fuit per patrem enormissimè decepta, & quòd si dixit se nolle nubere, non id dixit quia sibi displicerent nuptiæ, sed lubrico ætatis, & sexus fragilitate seducta, & reuerentia, seu metu paterno compulsa. Elegans decisio pro eo quòd aliquādo etiam in hoc opere diximus, quòd non semper parentes capiunt bonum consilium pro filijs, ad cuius in meritis comprobationem benè Morotius consil. 97. num. 4. & 23. vbi pluribus probat huic mulieri non esse restitutionis in integrum beneficium de negandum.

41 Secunda excusatio † quam adducit Odd. in citato consil. 79. num. 26. quam vidi in nostro Senatu amplexam, est quando mulieri factū nescienti fuit facta interpellatio sine ostensione instrumenti, in quo continetur id super quo interpellatur: tunc enim per eam interpellationem non constituitur in mora is qui fuit sic requisitus, nec incidit in pœnā si non facit id pro quo interpellatur. Ad q̄ allegat Cardinalē Zabarella consil. 25. nu. 7. Sed ego plures alios in primo tomo clausula 4. glossa 17. ex num. 90. Hanc excusationem in terminis istis Senatus noster *admisit* in iam suprà relata causa Mariannæ Calbet, contra Balthasarem Pardina, corā egregio Senatore Hieronymo Senjust, die 7 Iulij 1618. dicendo, *Quòd mulier quæ erat facti nescia, debebat de eo legitimè certiorari per notificationem, & exhibitionem instrumē torum, quibus constabat de obligatione contrahendi nuptias, pro quibus requirebatur.*

† 42 Vidimus † quando dicatur stare per nubere debentem quominùs conditio adimpleatur: videamus quando non dicatur stare, & sic excusetur quis si præceptū testatoris, & conditionem per eum in relicto appositam non seruet; clarum erit, quòd si dicitur stare per eum quando interpellatus nō luit nubere, vt probauimus, dicetur per eum non stare, si persona cui nubere debeat, interpellata noluerit cum eo matrimonium contrahere, vt contrariorum eadem sit disciplina, vt egregiè declarat Sfor. Odd. in cōsil. 92. num. 1.

43 Aliquando † dicitur non *si nupserit tali*, sed *si vni ex filiabus N. nupserit*, quo in casu si plures dictus N. habuerit filias, dubitatur an vt non dicatur per legatarium stare quominùs conditio impleatur, necessum sit quòd omnes requirantur, & neutra ei nubere velit, an vero sufficiat quòd vnam interpellauerit, & ipsa recusauerit. Difficultas est maxima, quam ad me hoc loci non pertinet adamussim discutere: dabo tibi duo singularissima loca, vbi quæstionem ad partes exactissimè disputatā videbis. Primus est apud Sfortiam Oddum in consil. 73. in consil. 79. & latiùs in consil. 92. ex num. 13. cum seqq. quæ tria consilia is Auctor pro eodem negotio, & causa, ac pro eadem etiam persona conscripsit; & edidit: Secundus locus est apud

apud Herculem Marescottum variatum resolutionum toto cap.44.lib.primo. Qui ra-
44 men Doctores † in contrarias ex diametro repugnantes iuerant sententias. Matescotto placuit dicendum esse non steriſſe pet legatarium,dummodo vnã requisiuetit,ſi illa nubere ei recusauerit. Fundamentum eius est,
45 quòd † concessa cẽsetur electio legatario nubendi cum qua voluerit: vndè cùm ipse vnã elegerit, & requisiuerit, ipsaque nuptias recusauerit,pet legatarium non stetisse dicendum esse existimat is Doctor,quinimò conditioni paruisse per modum supradictũ. Cæ-
46 terùm † in contrarium totus est Oddus,qui multis modis respondet his,quæ de electione hæredis dicta fuere. Duo signanter dicit elegantissima in ptoposito, in dicto consil. 92.num.13.in fin.& num.17. Primum,quòd quando sunt duæ filiæ,benè quidem dici potest per legatarium non stetisse quominùs natu maiori, quàm requisiuit, non nuberet, & debiras cum ea diligentias fecisse: sed simul etiam potest dici, quòd pet eum stetit,quominùs cum secunda nuberet, postquam nullas cum ea diligentias fecit:vndè cùm potuerit cum vna illarum nubere, aut saltem non constet quòd noluerit, dicendum est per eũ stetisse quominus cum vna illarum nuberet.
47 Vndè (inquit) non † intrat regula l. iure ciuili, de regu.iur.cum similib. secundùm quã si legatario aliquid sub duplici conditione alternatiuè est relictum, dicitur benè quoad hoc ei data electio vt quam illarum impletevelit, implear, prout loquitur l.si hæredi plures,de condi. institut.cum similibus. Sed quoad hoc, vt si vnam illarum non possit implete, quia aliundè impediatur,nõ teneatur propterea implere aliam,in qua cessat impedimentum, hoc est falsum, vt est text. in l. cum pupillo, §.1.de conditio.& demonstra. Vide alia perpulchra quæ is Doctor ad pto-
48 positum docet. Ex quibus † non arbitror necesse esse quòd clariùs tibi apetiam cuius ego sim opinionis: satis enim claré me pro hac secunda declaraui. Vlteriùs dico,quòd licèt Marescо.multa ad fundandum contrariam adduxerit, omnia censeo minùs cõcludentia, quàm debeamus per ea ab opinione Oddi recedere.
49 Sed ti iam † erat adimpleta conditio cõtrahendarum nuptiarum cum certa muliere, vel cum aliqua ex filiabus alicuius,in forma superiùs adducta posita in legato, quia scilicet iam essent maritus, & vxor in vira testaroris, quos ipse maritum, & vxorem voluit esse, quæritor an habeat nihilominùs legatarius legatum. Vide quos longa serie referunt Didac.Couarru.in cap.officij, num.9. & 10. de testament. Didac.Spino in specul. testamentorum glo.14. num.152. Ceuallos in commun.contra commun.quæstio.138.n. 6. Ludouic.Casañate consil.35. ex num.10. Pater Thomas Sanchez de matrimo.libr.1. de sponsalib.disputatio.33. num.32. versic. Tandem,Petrus Caball.consil.61. Mandell. de Alba consil.52. Feder.Scot.responso 27. tom.1.lib.1.Molfes.in consuetud.Neapoli. par.4.quæstio.3. num.10. Lara de anniuers. lib.1.cap.21.num.30. Gamma decis.Portugal.125.& ibi Additionar. Qui post multos
50 adductos,qui de hac re tractant, dicit † communem resolutionem esse, quòd quando legatur, aut promittitur pro dote, debetur etiam matitatæ in augmentum dotis: si verò
51 pro † matitanda, & testator sciebar esse maritatam, non debetur pro illo matrimonio, secùs pro alio: si verò ignoret, debetur ex e-
52 quitate. Si tamen † qui legat, aut promittit, parer, vel mater sit,siue sciat,siue ignoret, debetur legatum, & reijcitur conditio. Hæc, vt dixi,docet, Additionator ad Gam. vbi sup. ad quæ allegat eundẽ Gamma in eadem decisio.125. quem vltetiùs dicit idem
53 etiam dicturum in alio extraneo. Hoc † tamen (inquit) intelligitur quando legatur p matrimonio cum certa persona,& certæ personæ; secùs verò si legatum fiat pro maritãdis virginibus, tunc enim non debetur iam maritatis, latissimé vltra supradictos nostet Cancet in 3.par.variarum cap.20.de legatis ex num.175.
54 Quid si † consanguinea legatario est muliet intra secundum, vel quartum gradum, cui legararius iussus est nubere per testatorem,taliter quòd sine dispensatione Romani Pontificis nuptiæ prædictæ contrahi non possint, dubitatur an cõditionem legatarius adimplete teneatur, si vult legato potiri, an verò à legato talis conditio reijciatur tã quam impossibilis, ex quo honestè sine dispensatione Pontificis adimpleri nõ potest, tam abundè,pet omnes tam antiquos,quàm modetnos Doctores discurrendo,pertracta runt doctissimus Couatry. in epitom.ad 4. Decretalium 2.pat.cap.3.num.9.Molin.de ptimogenijs Hispanorum lib.2.cap.13. Io. Gutiertez canonicarum quæstionum c.22. pet totum lib. 1. & in consil. 18. etiam per totum, Pater Thomas Sanchez de sponsal. lib.5.disputatio.5.Ioannes del Castillo Sotomaior controuersiarum iuris lib.3.cap.7. per totum, Marta voto 50.etiam per totũ, vt nihil oporteat quòd nos vlteriùs dicamus. Solùm aduertо, quòd ex tribus opinionibus, quæ in hoc circumferuntur, prima simpliciter reijciens hanc conditionem, secunda eam simpliciter admittens, tertia distinguens inter difficilem & facilẽ dispensario-

sationis impetrationem propter proximiorem, aut remotiorem consanguinitatis gradum, aut aliàs, vt in primo casu, tanquam impossibilis reiiciatur conditio: in secundo vero tanquam possibilis admittatur.

55 Ex † his (inquam) opinionibus verior, & receptior est, quòd simpliciter admitti debeat conditio, siue faciliter, siue cum difficultate iudicetur posse dispensationem im-
56 petrari, quia † quantacunque difficultas in impetratione consideretur, nunquam dicetur impossibilis conditio, quod signatèr pluribus comprobat Io. del Castillo Sotomaior vbi sup. in initio.

57 Incumbet † igitur legatario petere dispensationem, & diligentiam ad eam obtinendam necessariam adhibere, quod si impetrare non poterit, cùm tunc non stet per eum, poterit legatum habere, quamuis mulieri non nubat cui testator voluit, ex multis quæ nos in superioribus circa hæc diximus, & in terminis plures allegat in proposito idem Sotomaior dicto cap. 7. num. 21. & num. 22.

58 Vidi tamen † quòd in quadam causa nobilis Bernardi de Mendoça, contra nobiles coniuges Torrellas, Relatore egregio olim Senatore N. Tamarit 23. Iulij 1586. cùm hæc quæstio incidulet in Senatu tractanda, † simpliciter prima opinio fuit *amplexa*, dicendo, *Quòd conditio de nubendo eum suo consobrino tertio gradu prohibito, in quodam testamento apposita, non solum erat potestatiua, sed etiam de iure reputabatur impossibilis.* Tu tamen considera benè, quæ nos suprà proximè diximus.

SVMMARIA.

1 *Conditio, quòd nubat de consensu, aut licentia talis, reiicitur de legato.*

2 *Discordantibus tutoribus, & curatoribus circa naptias pupillorum, adiri potest Prorex.*

3 *Legatarius cum conditione quòd nubat de eò consensu, & licentia alterius, potest impunè nubere nullum consensu, & licentia non obtentis, sed nec petitis.*

4 *Conditio, si nupserit de consensu, & licentia alicuius, ipso iure reiicitur de legato, & habetur pro non apposita.*

5 *Consensus alicuius vbi est necessarius, si denegatur sine iusta causa, habetur pro præstito.*

6 *Enarratur casus pro patria mea charissima oppida Oloti.*

7 *Consensum præstare vbi recusat ille, à quo petitur, adiri potest Superior vt eum compellat, aut sine consensu actum expediat.*

8 *Pulcher casus, in quo in Senatu condemnatus fuit inexpensis qui sententiam obtinuit pro se, quia scilicet petijt, quod necessarium non erat, declarari, posse se sine consensu alterius nubere, non obstante præcepto testatoris.*

9 *Senatus noster superegregius laudatur de summa prudentia in causis iudicandis, & decidendis.*

10 *Christus est in medio eorũ, qui in nomine eius congregati sunt.*

11 *Expensæ quas quis facit in aliqua lite ad sui tantùm commodum, recuperari non possunt.*

12 *Consensum præstare debens, si recusat consentire, datur licentia ad actum faciendũ sine dicto consensu. vbi decisio nostri Senatus.*

13 *Conditio nubendi de consensu, & licentia patris, de iure sustinetur, secundùm aliquos.*

14 *Commissio facta alicui per patrem, vt de illius consensu debeant filij nubere, non valet, nec tenentur filij ei parere. vbi decisio nostri Senatus.*

15 *Conditio à matre, vel ab alio apposita de nubendo de consensu patris, an sit seruanda.*

16 *Conditio nubendi de consensu alterius valet, si est substituta causa pia. vbi decisio nostri Senatus.*

17 *Relictum pauperi, censetur in causam piam relictum. vbi decisio nostri Senatus.*

18 *Relictum consanguineo pauperi, consanguinitatis potiùs intuitu, quàm pietatis censetur relictum.*

19 *Actus vt valeat potiùs quàm pereat, iudicandum est.*

20 *Relictum præsumitur potiùs intuitu pietatis, quàm consanguinitatis, quando aliàs induceretur nullitas actus. vbi decisio nostri Senatus.*

21 *Relictum consanguineo pauperi coram duobus testibus, censetur relictum ad pias causas, & ideò sustinetur testamentum eũ isto paruo numero testium.*

22 *Præsumptio pietatis potiùs quàm consanguinitatis, non debet iuuari in dispositione pœnali.*

23 *Interpretatio quæ odium exeludit, præfertur illi quæ facit valere actum.*

24 *Interpretatio quæ odium exeludit dicitur fauorabilis, licèt inutilis reddatur dispositio.*

25 *Pœna est & dicitur quicquid coercendi heredis, aut legatarij gratia fit.*

26 *Pœnalis dicitur dispositio, qua substitutus est datus, casu quo hæres nollet parere captatoriæ*

riæ diſpoſitioni.

27 Diſpoſitio an fauorabilis, an odioſa ſit, ex principali intentione diſponentis, quæ eſt attendenda, elicitur ſi in odium, vel in fauorem principaliter facta fuit.

28 Diſpoſitio dicitur pœnalis & odioſa, etiam quando in caſu contrafactionis eſt ſubſtituta cauſa pia.

29 Diſpoſitio ad ſuſtinendum actum præſumitur potiùs pietatis cauſa facta, quàm conſanguinitatis, quando eſt fauorabilis, ſecùs quando odioſa.

30 Anto. Fab. definitio pulcherrima in hac materia intentum probans.

31 Actus ſub prætextu ſui validitatis non poteſt trahi ad id, de quo nec teſtator ſenſit, nec cogitauit.

32 Relictum ſi eſt magnæ quantitatis ſemper præſumitur potiùs conſanguinitatis intuitu, quàm paupertatis.

33 Clauſula codicillaris an operetur quòd ad ſuſtinendum actum, diſpoſitio generalis intelligatur pietatis intuitu potiùs facta, quã conſanguinitatis gratia.

34 Clauſula codicillaris non operatur niſi vbi teſtamentum non poteſt valere iure teſtamẽti, vt valeat iure codicillorum.

35 Filiorum fauor prævalet regulariter fauori cauſæ piæ.

36 Fauor eccleſiæ, ſeu cauſa pia, non poteſt eſſe maior, quàm fauor filiorum.

37 Specialia non ſunt multiplicanda.

38 Priuilegiatus contra pariter priuilegiatum nõ vtitur priuilegio ſuo.

39 Relictum filiæ pauperi, cenſetur in cauſam piam, & ſeu pietatis intuitu relictum.

40 Legatum relictum in fauorem piæ cauſæ, non interpretatur latè, ſicut ſolet, cùm à cauſa pia hæredi eſt prælatandum.

41 Monaſterium quod ingreditur inſtitutus excludit ſubſtitutum.

42 Fallit ſi ſubſtitutus, eſt etiam Monaſterium, vel cauſa pia.

43 Vnum altare non debet diſcoperiri, vt aliud cooperiatur.

44 Falcidia non detrahitur, nec Trebellianica per cauſam piam contra aliam cauſam piam.

45 Legatum rei alienæ valet, ſi coniuncta perſonæ eſt factum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter.

46 Fallit ſi alia coniuncta perſona eſt hæres inſtituta.

47 Legatum rei alienæ vt valeat, vel non valeat, nihil facit conſiderare ſi illa erat coniuncta perſonæ, vel non.

48 Cauſæ dotali non faueмus contra aliã cauſam dotalem.

49 Filia nubens digno, licèt ſine conſenſu eius cui relictum eſt, liberatur ab omni pœna ei in caſu contrafactionis impoſita.

50 Statuta prohibentia filij nuptias ſine conſenſu parentum non habent locum vbi quis nubit digno.

51 Filia nubens ſine conſenſu eius cui pater commendauit, quamuis indigno nubat, non incurrit pœnam priuationis à patre impoſitam.

52 Filia quando nubit digno, non requiſito conſenſu, facit vtiliter quod facere pater debebat. vbi deciſio noſtri Senatus. & num. 54.

53 Subſtitutus vulgariter, vel per fideicommiſſũ alicui, non cenſetur ſubſtitutus in caſu quo non ſit paritum conditioni appoſitæ hæredi, ſi in eo caſu non erat ſubſtitutus expreſsè datus. vbi deciſio noſtri Senatus.

54 Filia maior vel viginti quinque, vel viginti quatuor annorum, impunè poteſt nullius requiſito conſenſu nubere.

55 Conditio, ne nubat tali, de iure eſt obſeruanda, alias incurritur pœna appoſita.

56 Teſtibus deponentibus voluntatem teſtatoris fuiſſe prohibere ne nuptiæ contraherentur cum tali, an credatur, ſi legitur in teſtamẽto quòd ſolùm fuerunt prohibitæ nuptiæ ſine conſenſu talis.

57 Teſtes tot requiruntur ad probandum voluntatem defuncti extra teſtamentum, quot in ipſo teſtamento.

58 Teſtes minores numero quàm in teſtamento ſufficiunt ad declarandam voluntatem defuncti.

59 Teſtes dicuntur deponere de noua voluntate teſtatoris, non de declaratione alterius, eũ tractant de mutanda voluntate alio modo quo ſcripta reperitur.

60 Teſtatorem probare, voluiſſe diſponere, nihil eſt, ſi non diſpoſuit.

61 Voluntas patris in teſtamento inter liberos, duobus teſtibus probatur.

62 Declaratur, niſi præceſſerit aliqua ſolemnis voluntas in fauorem alicuius filij, quæ non poteſt tolli alia minùs ſolemni.

63 Teſtamenta ſolemnia facilè tolli non debent.

64 Teſtator ſi aliquid ad partem cum alio inſtrumento dixit contra contenta in teſtamento, nihil valet.

65 Declaratio diſpoſitionis teſtatoris, duobus probatur teſtibus.

66 Reprobatur, quia imò requiruntur ſeptem teſtes, ſi voluntas inutilis ſit, & per declarationem confirmatur.

67 Scientia actus prohibiti qualis requiratur vt pœna incurratur.

68 Scientia actus prohibiti ad incurrendum pœnam, neceſſum eſt quòd habeatur per lectu-

ram

ram instrumenti, in quo de eo constet.

70 *Vel saltem coram testibus explicari eidem.*

71 *Interpellatio verbalis ad incursum pœnæ non sufficit in his quæ nobiscum acta non fuere, sed est necessaria ostensio scripturarum.*

72 *Credere nemo alteri tenetur, nisi fiat sibi fides per testes, vel instrumenta.*

73 *Debitor non tenetur parere protestationi sibi verbaliter factæ ne soluat suo creditori. vbi decisio nostri Senatus.*

74 *Bannitus, qui impunè potest occidi, quamuis dicat se habere remissionem, non facit quòd occidens incidat in pœnam, nisi simul id quod dicit ostendat, & probet.*

75 *Filia, cui dicitur patrem prohibuisse ei certas nuptias sub certa pœna, non tenetur id credere, nisi legitimè ostendatur ei. vbi decisio nostri Senatus.*

76 *Confessio scientiæ alicuius rei non nocet, si non probetur eam habitam fuisse eo modo quo debebat.*

77 *Confessionibus iuris constitutio non mutatur.*

78 *Confessio partis quòd contractus sit vsurarius nihil facit ad probationem vsuræ.*

79 *Confessio nihil facit in his quæ sunt iuris.*

80 *Præsentia in aliquo actu non præsupponit intelligentiam, nec probata præsentia, indè cessetur intelligentia probata.*

81 *Testis loquens de præsentia alicuius, non ex eo probat de intelligentia.*

82 *Intelligentia actus nunquam inducitur ex præsentia, quando pars non fuit præsens toto tempore quo actus fiebat.*

83 *Conditio*, vt nubat de consilio alicuius, *apposita in legato, tenet & valet, & si ei non paruerit legatarius priuabitur legato.*

84 *Conditio ista non est impeditiua matrimonij, tum consilium licèt sit petendum, non tamè sequendum.*

85 *Conditio*, si nupserit de consensu talis, *vel* de consilio talis, *multùm differunt, & in quo consistant differentiæ, remissiuè.*
Item si est apposita vtraque conditio, quæ præualeat, remissiuè.

GLOSSA III. PARS V.

De relicto sub conditione, vt nubat de consensu, aut licentia talis, *an & quando valeat, & eam seruare teneatur legatarius, aut hæres.*

Et de conditione, ne nubat tali.

Et denique de conditione, vt nubat de consilio talis.

1 SEd si dictum sit † *quòd nubat de consensu, aut licentia talis*, cõmunis resolutio est quòd non tenet conditio, imò reijcitur sine dubio á legato, & legatarius illud consequitur etiam si sine dicta licẽtia, & consensu nubat, ne nuptijs impedimẽtum inferatur. Habet hæc resolutio textus expressos quibus confirmetur in l. cum tale, §. si arbitrarij, aliás incipit rescriptum, de cõditionib. & demonstrationib. & l. filiæ, eodẽ tit. Habet infinitorum penè Doctorum eã sequentium auctoritatem, quorum magnam cæterùam adducunt præ alijs nostrates Molin. & Cancer. ille in tractatu de rit. nuptiar. & pact. in matrimon. conuen. libr. 3. cap. 29. ferè per totum, hic verò variarum resolutio. par. 3. cap. 7. de pact. ex num. 279. & 291. & cap. 20. de legat. num. 385. Additio ad Gammam decisio. 316. aliás 317. latè don Garci. Mestril. decisio. 233. ex numer. 2. lib. 3. Vbi

2 vlteriùs tractat † casum, quando plures ex tutoribus, & curatoribus, quorum arbitrio, & seu de quorum consensu fuit relictum quòd hæres nubere deberet, discordes sunt circa istas nuptias, & dicit quòd tunc adiri potest Prorex, vt quod magis pupillo, vel pupillæ expedierit, decernat. Habet finaliter multo-

†† rum Senatuum *consensum*, quo illustratur.

†† Nonnullas nostri *decisiones*, refert Canc. vbi

† suprà. *Aliam* fui Senatus Francisci Vinius

† decisio. 480. lib. 3. *Aliam* Senatus Sebusiani adducit Anton. Faber in suo Codice libr. 6. titu. 23. de conditionib. insert. definitio. 18.

† *Aliam* Rotæ Romanæ de anno 1585. corã bon. memo. Clemente Octauo posteà Pontifice Maximo, commemorat Hercules Marescot. variarum resolutionum libro primo cap. 73. factam, Riccius in collectan. decisio. par. 4. collecta. 1351. vbi eandem Ror. Rom. decis. refert, & per eadem ferè verba loquitur, quibus Marescott. taliter quòd vnus ab alio mutuasse dicendum sit, vel ambos ab eodem fonte aquam hausisse, de necessitate fatendum. Et Anton. denique Gam. decisio.

† 314. *decisionem* Senatus Portugaliæ adducit, reuocantem aliam in contrarium factam declarationem. Non est quòd vlteriùs in hoc confirmando immoremur, in quo nullus ferè discrepat nec Doctor, nec Senatus. Videnda est Rota Romana apud Farinacium in nouissimè recollect. volum. vltim. decisio.

† 91. vbi licèt videatur *resoluere* contrarium, materiam tamen benè explicat in casu quo facta fuerat donatio cum pacto quòd nubetet

ret de donatoris consensu, & scientia.

3 Poterit igitur † in isto casu impunè nubere legatarius absque dicto consensu, & licentia, & sine aliqua requisitione, & interpellatione consentire debentis, nec propter hoc poterit priuari legato, sicut Doctores præcti docent, & in factorum contingentijs, de
†† quibus scribunt, *observantia* fuisse, & decisum tradunt. Ratio est clara, † quia conditio prædicta, & grauamen reijciuntur ipso iure, & habentur, & haberi debent pro non appositis, ergo non est quòd fiat aliqua requi
5 sitio, & interpellatio: solùm † ea necessaria foret vbi necessarius esset consensus, nec cõditio reijceretur, & adhuc si requisitus illum præstare recusaret sine iusta causa, haberetur ille pro præstito, vt docet Hercules Marescot. in citato cap. 73. nom. 8. vbi multis probat, & ante eum Menoch. de arbitrar. iudic. cas. 182. num. 11. Rolan. cons. 56. numer. 16. volum. 4. Surdus decisio. 220. nu. 55. Stepha. Gratian. discept. forens. 43. num. 41. lib. 1. Gonçalez ad reg. 8. Cancella. gloss. 43. nu.
6 20. & gloss. 47. num. 53. Quæ fuit † mihi pulchra, & accommodata doctrina ad resoluendum quod de anno 1619. disceptabatur in patria mea charissima oppidi Oloti circa cõcordiam quæ tractabatur cum Abbate Riuipulli domino illius oppidi, nam esset satis cautum Vniuersitati dici in concordia quòd teneretur Abbas, & tenerentur sui officiales Vniuersitati bis in anno pro toto anno licẽ tiam petenti pro tenendis consilijs, eã concedere, ne per denegationem, si forsan de facto fieret, haberet Vniuersitas abstinere se
7 à dictis consilijs tenendis, donec † recursus ad superiorem haberetur pro compellendo Abbate ad licentiam concedendã, vel pro ipsa concedenda propter Abbatis contumaciam, vel denique vt declararet superior esse actum sine dicta licentia celebrandum, attenta dicta denegatione, iuxtà ea quæ latè tradit Hieronymus Gonçalez in regul. 8. Cancellariæ gloss. 47. ex num. 37. quod esset graue damnum, ingeusq. Vniuersitatis præiudicium. Dixi (inquam) per prædictam doctrinam non esse quòd timeret Vniuersitas, quia ea attenta, si Abbas recusaret sine causa dictam concedere licentiam, ex quo eam tenetur concedere, haberetur procul dubio pro concessa, & consilia possent continuari sicut antea; & per hæc nos liberauimus ab aliquibus amaritudinibus, quas negotium hoc habebat inter partes, circa modum, & formam concipiendi pactum, quod de hoc fiebat in concordia.

8 Vndè ego † in facti contingentia mirabar cùm consultus post factum fuissem, cur quædam equestris ordinis fœmina huius Principatus, cui legatum relictum fuerat cum hoc, quòd teneretur cum consensu certæ personæ nubere, aliàs si absque dicto consensu, & cõtra voluntatem illius nuberet, priuaretur legato, & alteri, qui in dicto casu substitutus erat, applicaretur. Cur (inquam) matrimonium contrahere volens cum suo æquali, nõ fuerit id ausa facere sine interpellatione, & requisitione consentire debentis, & vlteriùs (quia requisitus consentire noluerat) sine Iudicis declaratione, qua diceretur licere sibi sine dicta licentia, & consensu nubere, absq. metu incursus pœnæ. Ad id causam in Senatu introduxit contra consentire debentem, vbi docuit de suis diligentijs, reo tamen nũquam comparente, & tandem per sententiã
† obtinuit quod desiderabat; *declaratum* siquidem fuit licere ei matrimonium prædictum contrahere absque dicto consensu sine metu pœnæ per testatorem impositæ: sed luit alias, quas testator non imposuerat, huius scilicet infructuosæ diligentiæ, quia prouisum simul fuit quòd ipsa soluetet litis impensas omnes, etiam eas quæ solent inter actorem & reum communiter diuidi, prout sunt salarium Iudicis, quod in ea causa fuit maximũ, & alia; nec id quidem mirum (licèt non defuerint qui quomodo id fieri posset, quòd condemnaretur in expensis qui obtinuit sicut petierat & prætenderat, capere non poterant) ex ratione supradicta, quia si infructuosa erat diligentia, sine qua poterat mulier suum matrimonium contrahere, & in ea facienda non poterat considerari nisi sola timiditas præsensa ad sui maiorem securitatem, non fuisset iullum quòd alterius expensis, qui nõ potuit obligari per defunctum vt nuptijs consentiret, vel non consentiret, id fieret, sed eius qui ita fieri voluit. Laudaui
9 sæpè † nostri Senatus in decidendis causis summam prudẽtiam, nec vnquam desinam laudare simul & admirari, quia continuò motiua nobis dat ad id nedum sufficientia, sed & compellentia. Quis prudentiùs rem hanc tractasset? Quis ad hoc animaduertisset? Aliquid diuinitatis habere debent istæ congregationes, quas Deus in terra instituit pro ministranda iustitia, vt quæ iusta sunt & æqua semper iudicent, & arbitrentur. Sed
10 quid mirum? attestante † Domino Matth. 18. *Vbi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*. Bonum initium habet congregatio Senatorum nostrorum in singulos dies: in nomine Domini fine dubio congregantur cum pijs precibus, de quibus apud nobilem nostrum Ludouicũ à Peguera in sua prax. c. 1. n. 9. Multa præterea scitũt Principes, & Iudices, quæ alij ignorant, vt ad alia instituta non semel dixi.

Verum

11 Verum eſt, † quòd in hoc omnes ſcimus Doctorum reſolutionem, quæ negotio applicari valet, quòd non poſſint recuperari expenſæ, quas in lite quis facit, aut facere debebat ad ſui tantùm, non alterius cõmodum, & pro ſe, non pro alio, l. ex parte, ff. famil. herciſcun. Relator erat egregius Senator Hieronymus Aſtor. Partes Emanuel de Sandionis, vt pater, & legitimus adminiſtrator Victoriæ filiæ ſuæ, & Petrus Montalt. Scriba Hieronymus Boſch. Cauſa fuit deciſa 15. Februarij 1619.

12 Reperi † quòd ſucceſſerat iam antiquitùs idem caſus de anno 1572. in Senatu diſputandus. Relictum erat quoddam filiæ legatum, cum pacto, & conditione, quòd teneretur nubere de expreſſis conſenſu, & voluntate matris, quæ cùm noluiſſet conſentire certis nuptijs, recurſus fuit habitus ad Suam Excellentiam, & Regiam Audientiã, & euocata cauſa, & inſtructo proceſſu, fuit † *declaratum* cõcedendam fore licentiam per Suam Excellentiam, loco matris renitentis, prout concedebatur, filiæ petenti ad dictas nuptias contrahendas. Et hoc amplius fecerat Senatus, quòd ſequeſtrauerat priùs puellam, & à poteſtate matris extraxerat, ne nuptias filiæ impediret. Ita fuit declaratum 12. Ianuarij dicti anni 1572. referente egregio tunc Senatore N. Sala, inter Eliſabetham, & Hieronymam Llops: ſed non fuit filia in expenſis condemnata, vt in priori ſentẽtia, quamuis hæc mulier, ſicut prior, ad ſui ſecuritatem, declarationem hanc procuraſſet, non audens ſine ea nubere.

13 Limitat † Additionator ad Gamm. in citata deciſio. 316. aliàs 317. quando conſenſus, de quo in conditione, debet eſſe proprij patris legatariæ, quæ nubere debet: tunc enim cenſet ſeruandam conditionem, nec aliquo modo reijciendam, quia reſpectu patris (inquit) iuſtiſſima, & honeſtiſſima eſt, quia lex plurimùm de patre confidit, & iniuſtum iudicat filium, qui abſque conſenſu patris, imò ſi ſine cauſa faciat, delictum exiſtimat committere, & non eſt credẽdum quòd ipſe ſibi matrimonium decens impediat, & cùm filius multa decentia poſſit inuenire cũ conſenſu patris, non dicitur ſimpliciter à matrimonio impeditus, nec ſibi libertas iuſta aufertur, ſed iniuſta, & contra leges. Ad quod allegat Anton. de Prat. in conſil. 135. in 1. tomo conſiliorum ad vlti. volunta. quem dicit ita tenere in terminis, Manti. Menoch. Cephal. & Sfor. in locis ibi citatis. Sed decipitur, quia iſti Doctores hunc caſum non tra-
14 ctant, ſed illum, an † commiſſio facta per patrem alicui vt de illius conſenſu teneantur filij nubere, valeat; in quo multis conatus eſt idem Anton. de Prato affirmatiuam pro validitate commiſſionis iuſtificare, cui aſſentire videtur Manica loco per Additionatorẽ ad Gammam citato, nempè de coniectu. vltimarum voluntatum lib. 11. tit. 18. num. 8. in fin. quam tamen opinionem periculoſam dicit idem Additionator in loco ſuprà addu-cto, prout reuerà eſt: non enim diſtinguere debemus inter patrem, & alium quemcumque, cùm ita per appoſitionem conditionis per vnum atqui per alium fiat impedimentum libertati nuptiarum. Et Doctores, qui de hac materia tractant, indiſcriminatim loquuntur de quacunque perſona: & de patre, qui conditionem appoſuerat, loquitur expreſsim Antonius Faber in citata deſin. 18. ſub tit. de conditionib. inſer. Iam aliquando fuit hic caſus in noſtro Senatu tractatus, vbi pater erat qui conditionem, & onus appoſuerat, & ſignanter in cauſa Frãciſci de Oris contra nobilem Angelam de Blanes, de qua Cancer variarum reſolutionũ dicto cap. 7. de pact. nu. 298. de qua nos inferiùs loquemur. In hac cauſa, licèt opiniones fuerint diuerſæ, nam aliter in prima inſtãtia in vna Aula fuit declaratum, & aliter in ſecunda in
† ſtantia & in alia Aula, verùm in hoc *concordarunt* ambæ, quòd quamuis pater eſſet qui conditionem appoſuerat, nihilominùs apponi non potuerat.

15 Quoad alterum † verò caſum, de quo Additionator ſuprà relatus loquitur, quãdo pater eſt qui cõſenſum præſtare debet, reperio quòd eſt ei contrarius de directo Gamma cũ Senatu Luſitano in d. deciſ. 314. vbi conditio filię fuerat appoſita à matre de cõſẽſu patris in matrimonio filiæ requirendo, & tamẽ reijciendam fore & eſſe fuit *declaratum*. Contrarij etiã ſunt quos longa manu refert Cãc. in d. c. 7. de pact. n. 295. Et contrarij denique ſunt quicunque adducti fuerunt in 1. to. claus. 4. glo. 2. num. 11. ad probandum non valere ſtatutum ne filij ſine conſenſu parentum nubant, & alij, quos notiſsimè ad id allegat Auguſtinus Barboſa in remiſsionib. ad ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 24. de reform. matrimo. cap. 1. nu. 2.

† Idem etiam notiſsimè *declarauit* idẽ Senatus die 12. Maij 1618. referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, in cauſa coniugum Derdeñas contra Onophrium Fornes aurifabrũ huius ciuitatis, vbi legata fuerat filiæ certa quantitas per matrem, cũ hoc quòd teneretur nubere de conſenſu & volũtate patris, aliàs priuabat eam legato, & ſolùm relinquebat, & relinquere ſe ei dicebat decem libras, non amplius. Nupſit filia non ſolùm ſine conſenſu patris, imò eo contradicente, quidam probo viro, non indigno

perſona vxoris, declaratum fuit debere patrem ſoluere illi legatum, his nuptijs ſic contractis non obſtantibus. Actuarius erat Martialis Reig.

16 Limitatur ſecurè † quãdo eſt cauſa pia ſubſtitutæ: tunc enim niſi conditionẽ, *ſi nupſerit arbitrio*, & ſeu *cum conſenſu alterius*, adimpleat legatarius, priuabitur legato, & applicabitur cauſæ piæ ſubſtitutæ: quemadmodũ enim libertatis fauor fauori præfertur nuptiarum, vt in l. Titio vſusfruct. §. fi. de cõdit. & demonſtrat. ſic fauor religionis, ad tex. in l. ſunt perſonæ, cum ſimil. lib. de reli. & ſumpſtuner. Tiraquel. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 18. Mantica de coniectur. vltima. volun. lib. 11. tit. 18. num. 9. cum alijs adductis per noſtrum Moli. de ritu nupt. & pact. in matrimonio conuent. lib. 3. cap. 29. num. 24. Adde Cioff. conſ. 30. num. 7. vol. 2. & Viui. deciſio. 480. num. 10. libr. 3. quos vlteriùs allegauit noſter Cancer, eandem rem tractans, in 3. p. variar. reſol. cap. 7. de pactis num. 305. & c. 20. de lega. num. 385. qui dicunt opinionem
†† communem, & cum hoc *tranſiuit* bis Senatus in prima, & ſecunda inſtantia in illa Frãciſci de Oris contra nobilem Angelã de Blanes, de qua ibi Cancer.

17 Et cùm † quod relinquitur pauperi, cenſeatur in cauſam piam relictum, l. id q̃ pauperibus, & l. ſi quis ad deliberandũ, C. de epiſcop. & cler. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſ. in præfatio. in verſicul. Item relicta pauperibus, vbi plures allegat, Menoc. præſumptio. 115. num. 6. lib. 4. Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 1. num. 3. Ioſeph. de Ruttic. ad l. cum auus lib. 2. cap. 2. num. 101. de condit. & demonſtrat. Indè fit quòd quando in caſu contrafactionis eſt vocatus aliquis pauper, tunc valet diſpoſitio, & niſi filia nubat de cõſenſo ſicut diſpoſitum eſt, perdit relictũ. Ita
† *Senatus* noſter in ſupradicta cauſa Blanes, & Oris coram egregio Senatore primario Ioanne Gallego.

18 Extenditur, etiam † ſi conſanguineus, & ſimul pauper eſſet is qui in caſu contrafactionis vocatus eſt, licèt enim regulariter quod relinquitur conſanguineo pauperi in piam cauſam relictum non iudicetur, cùm conſanguinitatis potiùs cauſa, quàm paupertatis, & ſic pietatis intuitu relictum præſumatur, iuxtà textum in cap. requiſiſti, extra de teſtam. vbi poſtquam dixit Romanus Pontif. quòd extraneus legans Epiſcopo, præſumitur pro redemptione animæ ſuæ id feciſſe, non pro commodo illius, aliud eſſe reſpondendum aſſerit vbi à propinquo ſic legatum, his pulchris verbis: *Si verò relinquatur illud Epiſcopo à propinquo, præſumitur eſſe relictum non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ, niſi fortè contrarium probaretur*, Menoch. de præſumptionib. præſumptio. 112. num. 3. 4. & 5. & præſumptio. 115. num. 9. lib. 4. Pater Sãchez de matrimonio lib. 1. diſpu. 4. num. 9. noſtet Cancer, qui alios allegat, variarum reſolut. par. 3. cap. 20. de legat. num. 386. Adde Sur. de alimen. tit. 8. priuileg. 1. num. 13. & deciſio. 322. nu. 16. qui id multis inſtantijs pro-
19 bat. Licèt † (inquam) ita ſit de iure regulariter, verùm quando actus non poteſt aliàs ſuſtineri, niſi præſumptionem pietatis accipiamus, prout hic, tunc vt actus potiùs valeat, quàm pereat, propter magnum fauorem, qui regulariter tribuitur cuicunque diſpoſitioni, vt actus ſuſtineatur, iuxtà l. quoties, & ibi communiter omnes, ff. de reb. dub. tunc
20 præponderat † pietas ipſi conſanguinitati, id eſt præſumimus, & præſumere debeamus quod paupertatis, & pietatis intuitu potiùs quàm conſanguinitatis legatum factum eſt, prout ex Tiraquell. Bald. Fulgoſ. Iaſon. & Imol. probat Menoch. in citata præſump. 115. num. 9. circa finem lib. 4. & alij adducti
† per Cancer cap. 20. de legat. nu. 387. Ita *Senatus* in dicta cauſa Blanes & Oris, coram egregio Senatore Decano Io. Gallego, vbi licèt nepos eſſet teſtatoris is qui in caſu contrafactionis etat vocatus, & nepos nominatus in teſtamento, nulla paupertatis, aut pietatis mentione facta, quia tamen actus nõ poterat aliter ſuſtineri, fuit capta præſumptio pietatis ad ſuſtinendũ actum, ex quo pauper ille nepos in proceſſu probatus poſteà fuit.

21 Additur in corroborationem † quod docent Iaſ. in conſ. 183. col. 2. verſ. 7. aliàs verſ. Accedit, volu. 2. Cephal. in conſ. 216. nu. 24. cum ſequentib. & Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 18. relictum conſanguineo pauperi coram duobus teſtibus, cenſeri relictum ad pias cauſas, ex eoq. fauorabilis coniectura colligitur vt ſuſtineatur teſtamentum, quod aliàs nõ ſuſtineretur ex omiſſa ſolemnitate teſtium ad teſtamẽti validitatem neceſſariorum, quorum tantus numerus non requiritur in teſtamento ad pias cauſas, ſed ſufficiunt duo de iure canonico, cap. relatum, vbi Scribentes, de teſtam. Exemplaris multùm fuit hæc cauſa, quia varia puncta fuerũt in ea deciſa.

22 Mihi de his † conſulto (ſalua pace) hæc placere non potuerunt: licèt enim regulariter ſit verum præſumptionem eſſe capiendã pro validitate actus, & ſic pietatis, per quã valere poteſt, non conſanguinitatis, per quã corrueret, attamen vbi diſpoſitio eſt odioſa & pœnalis, non fauorabilis, ſicut hic, id procedit, ad quod multos adducit Iacobus Menoch. in tract. de præſumptio. præſumpt. 10. nu. 26. lib. 4. & præſumpt. 4. nu. 53. lib. 6.

dicentes

23 dicentes † interpretationem,& præſumptio nem,qua odium excluditur,preferri illa,quę facit valere actum.Ponunr exemplum in exhęredatione, de qua in l.2. ff.de lib.& poſthum.vbi ſi teſtator plures habens liberos,dixerit, *filius meus exhæres eſto*, exhęredatio non valet: nam cùm odioſa ſit exhęredatio, ſumitur interpretatio, & coniectura neminē eſſe rxhęredatum, atque ita teſtatorem actū nullum agere voluiſſe. Accedit elegans doctrina Manti.de coniectur.vltimar.voluntat. lib.12.tit.17.num.15.vbi dicit † fauorabilē
24 dici illam interpretationem, quę odium excludit, licèt inutilis reddatur diſpoſitio teſtatoris, per d.l.2. & ibi notata per DD. & maximè Imol.& Aretin.num.2. & Alex.nu. 4.ff.de liber.& poſthu.Idemque dicit Mantica probari per l.cum quidam, & quod ibi notar Iaſ.num.6.eod.tit.

25 Quòd autem † hęc de qua loquimur diſpoſitio odioſa eſſet & pęnaſis,non exiſtimo eſſe qui dubitare voluerit. Pœna enim eſt & dicitur quiequid coercendi hęredis, vel legatarij gratia fit, vt ille aliquid faciat, vel non faciat, §.fin.vbi omnrs,inſtit.de legat. Pul-
26 cherrimè Surd. qui † hoc argumento, & aliis ſeptem huic noſtro caſui multùm applicabilibus, pleniſſimè probat pœnalem eſſe diſpoſitionem, qua teſtator aliquem hęredi ſubſtituit, caſu quo parere recuſaret diſpoſitioni captatorię ſibi factę. Surd.(inquam)
27 deciſio. 7. per totam, Nec fauorabilis † ex eo eſt dicenda quia contineat fauorē ſubſtituti, nam ad dignoſcendum an aliqua diſpoſitio ſit fauorabilis, aut odioſa, principalis intentio diſponentis eſt attendenda, ſi principaliter facta fuit in fauorē vnius, tunc enim licèt conſequenter vergat in odium alterius, dicitur nihilominùs fauorabilis, quia ſemper attenditur quod principaliter agitur, & e contra odioſa,& pœnalis diſpoſitio indicatur, quę principaliter in odium alicuius facta fuit,licèt in conſequentiam redundet in fauorem alterius, prout optimè docent Bart.& Paulus de Caſtro,& communiter Scribentes in l. qui exemprionem, ff. de condictio.indebi. Tiraquell.de retractu lignagier.§.30 .gloſſ.prima numer.5. Molina de primogen.Hiſpanorum lib.primo c.18. num.3.Menochi.omninò videndus,de recuperan.poſſeſſion.remed.primo à num.17.cū multis ſequentibus,Caſanate conſ.54.num. 16. Peregrin.de fideicommiſſis artic.primo num.24.Alderanus Maſcard.de interpretatione ſtatutorum concluſio.4.num.146.qui ad id addncit plura exempla videnda.In noſtro caſu conſtat ſubſtitutionem factam filię non fuiſſe factam per teſtatorem principaliter in fauorem ſubſtituti, ſed imò in odium dictę filię, caſu quo eius voluntati non obedirer dicenda ergo eſt pęnalis & odioſa diſpoſitio prædicta.

28 Id in terminis, † etiam quando cauſa pia eſt inſtituta in caſu quo hæres contraſecerit voluntati teſtatoris, quòd pœnalis & odioſa ſit, & dici debeat diſpoſitio,vtpotè magis in odium hæredis adimplere nolentis voluntatem teſtatoris, quàm in fauorem animæ, & cauſæ piæ facta, docet Sim.de Pret.de interpret.vlt.vol.lib.4.interpret.vlti. dubitatio. 1.num.8.

29 Ex quibus † conciliātur ſine dubio dicta Doctorum in hac materia. Illud enim qnod dicitur quòd ad ſuſtinendum actum præſumitur potiùs pietatis cauſa,& intuitu, quàm cō ſanguinitatis diſpoſitio facta, intelligitur in diſpoſitione fauorabili, non verò in odioſa, & pœnali, in qua minus inconueniens eſt, ꝙ actus remaneat inualidus,vt odium excludatur,quàm quòd illud admittatur, vt actus ſuſtineatur,vt dicūt DD.ſuprà relati. Et id qnidem tantò magis admittendum eſt, ſi conſideraueti mus quod DD.qui pro validitate actus præſumptionem pietaris eſſe faciendā dixerunt, non loquuntur in diſpoſitionibus odioſis,ſicut hæc noſtra,ſed in fauorabilib', velut i in legato, & relicto alicui conſanguineo pauperi, nulius in diſpoſitione odioſa, ſicut hæc noſtra, in qna in pęnam eſt vocatus conſanguineus: in ea enim reſpondemus potiùs pro excluſione odij,& pœnæ, quā pro ſuſtentatione actus,vt docent DD. ſuprà relati,qui non habent in hoc contradictorem: vide Tiraquel.Menochi.& Carro. cum alijs quos ipſi allegāt, quos ad propoſitum refert Cancer in 3.par.variar.c.10.de legat.n.387. & reperies qualiter illi loquuntur in diſpoſitione fauorabili nemini odioſa, & pœnali, dum dicunt coniecturam pietatis ad ſuſtinēdum actum eſſe accipiendam.

30 Noraui ad propoſitum † huius diſtinctionis ſingularem Anto.Fab.deſin.39.in ſuo C. lib.4.tit.14.de proba.& præſump. in qua rā clarè pro dicta diſtinctione mihi viſus eſt reſpondiſſe & reſoluiſſe Senatus Sebuſianus, vt nihil ſuprà. Prætetierat quidam teſtator quendam in ſuo teſtamento filium quem habuerat, ſed neſciebatur an viuus eſſet, vel mortuus, non tamen efluxerant centū anni à die illius natiuitatis; vt præſumi deberet mortuus,inx.l.fin.C.de ſacroſanct. eccleſijs. Quæſitum fuit an teſtamentum iudicandum eſſet nullum propter præteritionem filij,qui non probabatur mortuus,ſed præſumi debe-
† bat adhuc viuere,& dicit Fab.*reſolutum* fuiſſe potiorē eſſe præſumptionē,quæ facit ꝙ validitatē actus, maximè teſtamēti, ꝙ publicè intereſt vt valeat potiùs,& ſuum effectū ſortiatur,

tiatur, l. vel negare, ff. quemadmodum testament. aperian. quàm præsumptio vitæ filij, in qua debet fundari nullitas. Cæterùm (inquit) si eo testamento cęteris quoque fratribus facta iniuria proponatur, tali casu præsumemus, & præsumi debemus pro vita filij exhæredati, nec curamus de sustentatione testamenti, aliàs de iure ram priuilegiata: vincit enim odij aliorum fratruum exclusio, fauorem validitatis actus. Ecce qualiter quando dispositio non est odiosa sumitur interpretatio pro validitate actus, secùs quando odium continet.

31 Deindè † interpretatio pro validitate actus nunquam sumitur, nec sumi potest respectu eius, de quo testator nec sensit, nec cogitauit, id est, non possumus trahere actum vt valeat ad id de quo nec testator sensit, nec cogitauit, prout Surdus dicebat in citata decisio. 7. num. 27. hic autem multis modis colligimus testatorem de prætensa paupertate substituti nec sensisse, nec cogitasse: Primò, quia nihil de eo dixit, nec minùs cõstat ipsum sciuisse si diues erat, vel pauper. Item, in casu prædicto testator expressérat consanguinitatem, non paupertatem, nominando substitutum nepotem suum. Item, casu quo dictus substitutus non viueret tempore contrafactionis, vocauerat per vulgarem suos dicti substituti, qui erant testatori non noti, & sicut potetant esse pauperes, sic poterant esse diuites.

32 Et finaliter † voluerat eum, qui in dicto casu succederet, debere sumere nomen, & arma testatoris: relictum prætered erat excessiuum, valoris nempè decem mille librarum, á quo excluditur omnis præsumptio pietatis in concursu consanguinitatis, aut alterius causæ. Hæc vbi concurrunt, videntur suadere testatorem non cogitasse de dicta prætensa paupertate, imò nec cogitare potuisse, sed alijs causis, & rationibus inductũ fuisse ad vocandum dictum substitutum, & suos. Quo præsuppositio, dicendum de necessitate est non esse interpretationem faciendam in casu prædicto pro validitate actus, quia necessarium foret quòd diceremus testatorem existimasse relinquere intuitu paupertatis, & consequenter pietatis, quod esset trahere eius mentem ad id de quo non cogitauit, nec secundùm coniecturas suprà relatas cogitare potuit.

Hæc ratio poterat multùm extendi, multisque confirmari, sed id omittamus, quia notissimus Iurisconsultus noster Iacob. Cãcer, qui fuit Aduocatus dictæ nobilis Angelæ de Blanes, multum in id tempus consumpsit de hac eadem causa scribens, in 3. parte variarum resolutionum cap. 20. de legatis, ex num. 388. cum multis sequentibus, vbi est omninò videndus, quia pulcherrimè, & eleganter loquitur ad propositum.

33 Sed quid † si in testamento apposita sit, quæ semper solet apponi, clausula codicillaris, cuius natura est facere valere testamentum omni meliori modo? an validitatem dispositionis pœnalis, de qua agimus, operabitur, faciendo quòd intuitu pietatis, cuius respectu valet, censeatur facta? Respondet Iacobus Cancer vbi suprà nu. 405.

34 nihil prodesse dictam clausulam, quia † ea non operatur nisi vbi testamentum non potest valere iure testamenti, tunc operatur vt faciat dispositionem valere iure codicillorum, aut aliàs, omni meliori modo &c. verùm vbi valet vti testamentum, cessat clausulæ effectus, nec aliquid potest operari: cùmque in casu de quo agimus non dubitemus de validitate testamenti, valet enim & sustinetur iure testamenti sine dubio aliquo, ideò non est amplius de dicta clausula curãdum, nec aliquis illius effectus quærendus, & inuestigandus modo aliquo. Hæc quia latè probat Cancer, ideò ego, ne repetam, omitto.

35 Solùm aduerto † in fauorem filiæ, cuius partes huc vsque ago, si filia est, vt ferè semper contingit, cui apposita est conditio nubendi de consensu, & licentia alterius, considerandum esse quòd in isto casu pugnat fauor liberorum cum fauore prætensæ causæ piæ, talliter quòd quæcunque arbitrabimur in fauorem dictæ prætensæ piæ causæ, necesse est auferre filiæ, & omnia in illius odium, non alicuius personæ extraneæ, redundant. Nunc sic, de iure habemus, secũdùm multorum opinionem, quòd fauor liberorum prævalet proculdubio fauori causę piæ, prout habes ex Tiraquell. in tractat. de priuileg. causæ piæ priuileg. 118. vel saltem

36 (quod mihi ad propositum sufficit) non † potest de iure maior esse ecclesiæ, vel pauperum, & sic causæ piæ fauor, quàm filiorum, prout ex Bald. in l. prima, Cod. de sacrosanctis eccles. docet Antonius Faber in suo Codice lib. primo, eodem titul. de sacrosanctis ecclesijs definitio. 6. Si hoc ita est, quomodo, quæso, in odium propriæ filiæ testatoris potest sumi interpretatio in fauorem eius dispositionis, quam adhuc non constat esse causam piam? Si verè causæ piæ denegatur fauorabilis interpretatio, quando simul cum ea concurrit fauor proprtiorum liberorum, quomodo, quæso, concedetur, aut concedi debebit ei quod adhuc causam piam esse non constat? Hoc † est multiplicate sine dubio specialia in odium liberorum: primò, faciendo causam piam illud

quod

quod non eſt 1 ſecundò, poſtquam cauſam piam effecerint, ronredere ei priuilegium, quod valeat illa diſpoſitio pœnalis, ſi ſine matris conſenſu, & licentia nupſerit, quod non eſt permiſſum, l.1.cum ſimilibus, C.de dor.promiſſio.cum vulgaribus. Abſtinendũ ergo eſt ab illis laxis interpretationibus, maximè in odium liberorum, qui ſi non ſunt magis priuilegiati, quàm cauſæ piæ, ſaltem ſunt æqualiter priuilegiati, ſecundùm eiratos Do
38 ctores, & priuilegiatus † contra pariter priuilegiatum, ſecundùm jus noſtrum vulgatiſſimum, non vtitur priuilegio ſuo, l.verum, §. item quæritur, de minor.cum ſimil.

39 Item, ſi filia † eſt etiam pauper, prour cõmuniter contingit, ſicut is cui eſt appliranda pœna, taliter quòd nihil habeat præter id quod parer ei relinquit, tunc cùm in cauſam piam, & pietatis cauſa relictum ſimiliter dici debeat quod à patre ſuo relinquitur ei, ſicut dictum eſt de relicto ei cui pœna applicari deber, nulla enim adeſt diuerſitatis ratio, pugnabit proculdubio vna cauſa pia cõtra aliam cauſam piam. Quo in caſu quando duæ cauſæ piæ concurrunt, conquaſſantur priuilegia, & intrat regula ſuprà propoſita ſine dubitatione aliqua, priuilegiatus cõtra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo, ex ſupradicta l.verum, §. item quæritur de minor.ib. Infinita de hoc habemus in iure exempla: nonnulla ego adducam ad maiorẽ
40 huius rei corroborationem. Inter ea † illud eſt in materia ſingulare, quòd licèr legatum in fauorem piæ cauſæ latiùs debeat interpretari, fallit, niſi à pia cauſa hærede inſtituta fuerit relictum: nam cùm ab vtraque parte fauor piæ rauſæ locum habeat, priuilegium ceſſat, & ius commune ſeruari deber, iuxtà textum in §. ſed & hoc præſenti, in authentic.de ſanctiſſimis Epiſcopis, & in cap.in præſentia, de probationib. Benedict. Capra in conſil.3.num.9. Illuſtriſſ. Cardina. Mantica de coniectur. vltimarum voluntatũ lib.6.tit.3.num.36.verſicul. Secundò debet reſtringi.

41 Item palàm eſt, † quòd Monaſterijũ quod ingredirur inſtitutus, excludit proculdubio ſubſtitutum, ex ſupra proximè allegato §. ſed & hoc præſenti, & cap. in præſentia.
42 Sed ſi ſubſtitutus † eſſet etiam cauſa pia, ceſſaret priuilegium, quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum, &c. Mantica, qui dicit quòd communiter Doctores concordant, de conie.vlti.volun.lib.11.tit.7.n.12.

† quod poſtea *canonizatum* fuiſſe in Rota Roma. docet deciſio moderna 32. num.2. apud eundem Mantic. Peregrin. de fideicommiſſ. art.28.num.84. Ruſtic. ad l.cum auus lib.1. cap.1.num.84. qui infinitos adducunt, dicentes, quòd cùm id ſit inductum in fauorẽ Religionis, & pietatis, non deber locum habere aduerſus aliam cauſam piam, quia
43 † vr dicebat Bal. in authent. niſi rogati, in 1.notab. C.ad Trebell. non debemus vnum altare cooperire, & aliud diſcooperire, Molfeſi. ad conſuet. Neap. 4.par.q.65.num.28. & conſ.
44 13.num.21. Præterea † rauſa pia non detrahit Falcidiam, aut Trebellianicam aduerſus aliam cauſam piam, ſicut aduerſus priuatos, iuxtà tex. in authen. ſimiliter, C.ad l.Falcid. Peregri. de fideicom. art.3.ex nu.69. ad ſeq. & art.28.num.84.

45 Finaliter, † vt finem fariam, habemus de iure, quòd priuilegium tribuitur coniunctæ perſonæ in l.cum alienam, C.de legat. quòd legatum rei alienæ eius fauore factũ valeat, & in æſtimatione ſit ſoluendum, ſiue ſciẽter, ſiue ignoranter. Verùm id fallit ſine dubio,
46 ſi † aliqua coniuncta perſona eſt hæres inſtituta, quæ legatum præſtare debet: tũc enim non procedit priuilegium d.l.quod in fauorem perſonæ coniunctæ introductum eſt: ſed tunc ſequendum eſt ius commune, & diſcuriè dum ſi ſcienter, vel ignoranter legatum factum eſt, vt diſponitur in principio dictæ l. quia priuilegiatus contra pariter priuilegiatum &c. Ioannes de Aretio, Bald. & Imol. in l.cũ pater, §. cuictis, de legat.2. relati per Socin.iunior. qui eos ſequitur, in conſil.74.nu. 21.vol.1. De quo puncto non omittas videre Aluar. Velaſc. de patririo. cap.37.nu.15.

47 Non dico † ſi res legata erat alterius perſonæ coniunctæ, vt voluerunt parùm rem hanc intelligentes, quos expreſsè refellit Viuius deciſio.417.num.14. lib.3. quia rùm ei non fiat, nec fieri poſſit aliquod præiudicium, nõ eſt quòd coniunctus in hoc caſu alleget aliquod priuilegium, ſed loquor quando hæres, à quo æſtimatio eſt extorquenda, eſt etiam coniuncta perſona, tunc procedũt quę ſuprà dicta ſunt ad vitandum præiudicium, quod ei aliàs inferretur.

48 Simile eſt † quod dicimus de duabus eaſis dotalibus, vt vni non faueamus in præiudicium alterius, gloſſa in l.aſſiduis, Cod.qui potior.in pignore habea.quia priuilegiatus cõtra pariter priuilegiatum &c. Peregri. de fideico.art.3.nu.70. & art.28.ex n.84. Hæc probant quod prætenſæ piæ cauſæ, quæ conſiderarur in relicto conſanguinei pauperis, non debeat concedi priuilegium quod aliàs habere in hac materia poſſet, contra propriam filiam teſtatoris, in qua non minor eſt conſideratio cauſæ piæ, quàm in dicto legatario, maximè cùm dictus legatarius agat de lurro captando, dicta autem filia de dano vitando, ad latè tradita per Caldas Pereyra in repetit. l.ſi curatorem, verb. læſis, nu.169.

eum alijs, quos allegat Meſtrill.deciſio.44. in fine.

49 Eſt & alius modus, † & ille quidem facilis, liberandi filiam ab incurſu huius pœnæ, quamuis demus cenſeri in cauſam piam factam diſpoſitionem, & ſic illam tenere & valere, & conſequenter obnoxiam fuiſſe filiam obſeruare patris voluntatem, taliter quòd ſi nuberet ſine illius matris conſenſu, & licẽtia requiſitis per patrẽ, priuari deberet legato: liberatur enim filia à pœna, ſi probet ſe digno nupſiſſe, quamuis ſine conſenſu, & licẽtia matris nupſerit. Ratio eſt, quia omnes iſtæ diſpoſitiones pœnales de nubendo de cõſenſu alterius limitantur, & non habent locum quando mulier nubit digno, ſed quãdo indi

50 gno. Ita inſtatutis † prohibẽtibus filijs, vel filiabus ne matrimonium cõtrahant abſq. parentum conſenſu, limitant omnes, niſi nupſerint perſonæ dignæ. De quo puncto iam in hoc opere in principio, & etiam in primo tomo multa diximus, non eſt quòd reperamus: viden. Cancer in 3.pat.variar.cap.7.de pactis, ex num.295. & cap.11.de ſponſal.num. 6. & ego ipſe tom.1.elau.4.gloſſ.2.num.28.

†† vbi noſtri, & aliorum Senatuũ *deciſiones* adduxi. Adde Plotũ in l.ſi quando, C.vnde vi, à num.329. vſque ad num.368. Barboſ.in l. 1.par.4.num.38.ff.ſolu.matrimo. Menochi. de præſumption.lib.4.præſumpt.189. num. 60. Ceuall.in commun.contra commun. q.5.

51 & Cæſar Barzi. deciſ. 29. licèt † id neceſſarium non eſſet; quamuis enim indigno nuberet filia, nihilominùs pœnam priuationis non lueret à patre appoſitam, ſecundùm Fa-

† bri, & Senatus Sebuſiani *ſententiam* in Cod. Fabriano lib.6.tit.23.de conditioni.inſert. definitio.18.

52a Et eſt ratio rationis, † quia tunc filia nihil mali admiſit, ſed quod pater facere tenebatur, filia vtiliter fecit, iuxtà l.vlt.de in re verſo. Et in noſtris terminis terminantibus quãdo à teſtatore fuiſſet mulieri iniunctum ſub certa pœna, vt cum conſenſu alterius nube-

†† ret, vidi Senatum eam *abſoluiſſe* non ſemel à pœna, quæ prætendebatur incurſa propterea quòd ſine illo conſenſu nupſiſſet, ex eo q̃ viro digno nupſerit. Vnum caſum refert Cãcer in dicto cap.7.de pact.n.298. ad relatio nẽ egregij Senatoris Hieronymi Aſtor die

† 23. Auguſti 1597. *declaratum* in cauſa coniugum Subirats contra pupillos Palomas. Aliũ

† nuper idem Aſtor *declarauit* caſum ſub die 15. Februarij 1619. in cauſa Emmanuelis de Sandionis, contra Petrum Montalt, Scriba Hieronymo Boſch, in qua cùm tractaretur de eadem materia conditionis appoſitæ in relicto, de nubendo de cõſenſu alterius, ſub pœna priuationis, fuit dictũ non eſſe neceſſarium quòd mulier pareat conditioni, dum modò nubat digno.

Idem etiã anteà fuerat in Senatu expreſ-

† ſis verbis *declaratum* 5. Maij 1555. in cauſa Antici Barril, & coniugum Olujas, Relatore egregio olim Senatore N.Serra.

Idem ſimiliter 23. Iulij 1586. referente egregio itidẽ Senatore N. Tamarit fuit *de-*

† *claratum* in cauſa nobilis Bernardini de Mẽdoça contra nobiles coniuges Torrellas, in qua fuit mulier excuſata à pœna, quamuis patris præcepto non obtẽperaſſet, ex quo nupſerat digno.

53 In hac † vltima concluſione notabis, pro

† re ſingulari, *declaratum* ſimul fuiſſe quòd vbi teſtator expreſsè in caſu contrafactionis alium non vocaſſet, ſed ſolùm filiam inſtituere ſe dixiſſet, ſub conditione q̃ nuberet, ſeu teneretur nubere tali, faciẽdo ei ſubſtitutiones ordinarias, *ſi hæres non eſſet, vel eſſet, & decederet quãdocunque ſine liberis, &c.* tunc contrafactionis nullas poſſet alias luere pœnas, ex quo in dicto caſu nullus fuiſſet datus ſubſtitutus, ſed in alio, à quo non fit extenſio ad eum qui contigit, qui eſt diſſimilis, & pœnalis, &c. Ibi vide, quia pulchra ſunt quæ ponuntur ad confirmandum iſtud inſtitutũ. Alia de hoc dixi in principio circa dotationem filiæ, quæ nupſit ſine conſenſu patris.

Adde aliam nouiſſimam de eodem caſu

† factam *deciſionem* in terminis terminantibus de anno 1618. referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, quam ſuprà retuli nu. 15. vbi fuit expreſsè ſumptum motiuũ pro abſoluenda filia à pœna, q̃ digno nupſerat.

54 Ex his † oritur concludentiſſimum argumentum in fauorem filiæ, quæ viro digno, vt fieri cõmuniter ſolet, nupſit: habemus enim quòd in caſibus in quibus quis tenetur de cõſenſu alterius nubere, ſufficit quòd nubat digno, per hoc excuſatur à pœna: ergo quamuis demus tot ſpecialia, prout ſuprà diximus, quòd ſcilicet diſpoſitio cenſeatur facta in fauorem piæ cauſæ, & pietatis intuitu, taliter quòd pietatis, & paupertatis reſpectus etiam ſi non conſideratus, præponderet eõſanguinitatis reſpectui per teſtatorẽ expreſsè conſiderato, & quòd fauore piæ cauſæ teneat hęc conditio nubendi de conſenſu, & licentia alterius, adhuc in caſu iſto non poteſt filia priuari relicto, quamuis condicioni nõ paruerit, poſtquam nupſit perſonæ dignæ.

55 Et ſi † filia eſſet maior viginti quinque annorum, ſecundùm ius commune, & viginti quatuor, ſecundùm ius municipale, minorẽ tes ſine dubio difficultatem haberet: eſſet enim quòd tunc parentibus potiùs, qui in tantam ætatem filiæ nuptias, & matrimoniũ diſtulerunt, imputaretur, quam ipſi filiæ,

prout

prout aliàs & in hoc tomo, & in primo latè docuimus.

56 Sed quid † si dictum fuisset per testatorẽ, se nolle quòd filia nuberet cũ certa persona quam nominaret? tunc non est dubiũ quòd talis particularis prohibitio valeret, & sustineretur sine difficultate; de quo sunt iura expressa in l. hoc modo 68. cum l. præcedenti, & l. hoc genus 105. ff. de condi. & demonstr. Moli. de primog. Hispa. lib. 2. c. 13. num. 28. Steph. Gratia. disceptat. foren. 5. nu. 9. Et est ratio, quia non impedit libertatem matrimonij quoad alias.

57 Hæc de p'ano procedunt † vbi clarè testator fuit loquutus, prohibendo nuptias certæ personæ. Sed cõcingit aliquando quòd propter honorem personæ, & ne eius fama offendatur, non loquitur ita clarè testator, sed loco particularis prohibitionis de non nubendo tali, quam facere intendit in sua volũtate, facit illam generalem, *ne nubat sine cõsensu talis*, sub certa pœna, iniungendo ei cui commissum est, ne licentiam concedat filiæ ad illas nuptias sibi odiosas: & declarando hanc esse suam volũtatem coram testibus testamentarijs, quorum aliqui de hoc postea deponunt in iudicio contra filiam, quæ illas nuptias prohibitas in volũtate testatoris coram testibus declarata, contra voluntatem eius cui commissum erat, contraxit.

Quæritur de duobus. Primò, an ex dictorum testium depositionibus dicatur cõstare satis ad effectum de quo agimus de volũtate testatorĩs. Secũdò, præsupposito quòd de ea cõstaret, qualis notitia, & scientia requiratur in filia, vt ex contrauentione priuari hæreditate debeat. Hæc puncta disputata fuere in illa causa Thomæ de Oris contra nobilẽ Angelam de Blanes coram egreg. Sena. primario Io. Gallego, cuius supra meminimus. Super eis scripsit latè Canc. dictæ nobilis fœminæ & aduocatus, in 3. p. var. c. 20. de lega. ex n.

58 407. Dicẽs quoad primum † in suo casu non potuisse dici constare de volũtate testatoris circa dictam particularem prohibitionẽ, quę ex aduersò allegabatur, quia de ea nõ deponebant tot testes quot requirebãtur, nempè septem, qui ad testamenti validitatem sunt necessarij: solũm enim deponebant de dicta voluntate tres, aut quatuor ex testibus testamentarijs, simul cum Notario. Nec (inquit)

59 releuat dicere, † quòd id quod faciũt dicti testes est deponere non de noua voluntate testatoris, sed imò de declaratione voluntatis illius, in qua non est opus tot testibus; quia

60 imò † constabat de contrario, cùm testes deponerent ad validandum voluntatẽ, quæ nulla erat vti iacebat, inualida, & à iure reprobata, mutando eam de generali expressa ad particularẽ non expressam, quod non est declarare voluntatem, sed probare aliã voluntatem, quàm quæ in testamento apparet: nec materia declarationis in isto casu cadebat, vbi nullũ erat verbum debium à iure validũ,

61 quod egeret interpretatione. Item † dicit, quòd testes prædicti non poterant dici probare nisi quòd testator ita voluit disponere, quod non sufficit si non disposuit, prout reue

62 ra nõ disposuerat. Et finaliter † dicit nõ obstare quòd essent in testamẽto inter liberos, & sic quòd videretur ad parentis volũtatem probandam duos testes sufficere, iuxtà l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.

63 quia (inquit) id † non procedit vbi præcessit solemnis dispositio in fauorẽ alicuius filij: nam tũc id illi tolli non potest aliqua minùs solemni dispositione, etiam in fauorem alterius filij. Ex quibus concludit is Doctor non posse dici quòd ex depositionibus dicto rum testium esset recedẽdum à dispositione testamentaria solemni, & ab his, quæ inibi scripta erant. Videantur, quęso, quæ in dicto loco per Cancer in comprobationem huius puncti adducuntur, quia pulchra sunt, & ea hic multùm accommodata.

64 His ego addo, † quòd in casu quem disputamus non potest dici adesse testamentum perfectum, & omnibus suis numeris absolutum, in quo prohibitio nuptiarum solùm reperitur facta hæredi hoc modo, *ne nuberet sine licentia, & consensu matris*, & quod ex aduersò prætenditur est in effectu contradicere huic solemni testamentariæ dispositioni, dicendo non fuisse voluntatem testatoris prædictam generalem dispositionem facere, sicut scriptum erat, sed particularem, *ne nuberet tali*. Hoc suppositò, non video quomodo cum depositionibus triũ, vel quatuor testium possit prætẽdi infringi debere dicta solẽmen testatoris voluntatem. Hoc si per mitteretur, facilis esset inuenta via tollendi testamenta solemnia, contra tex. in §. ex eo autem, quib. mod. testa. infirmẽ. prout docet Farina. cons. 105. ex n. 11. 2. vol. cõss. vbi vult

65 nec † per instrumentum ad partem factũ per testatorem, valere quicquam contra ea, quæ in testamento scripta leguntur, & ad infringendum ea, sed necessarium esse aliud testamentum, vel codicillos, vbi res esset quæ per codicillos mutari valeret, per rationem superiùs adductam, quòd sic facilis adinuenta esset via tollendi testamenta solemnia, quod

66 non debet permitti. Et quia † tota vis sit in isto casu, quia id de quo agimus non est dispositio noua, nec noua voluntas, sed dispositionis declaratio, pro qua duo sufficiũt testes, vt passim Doctores scribunt post Bartholũ in l. hæredes palam, §. si quid post,

67 ff. de teſtamentis, dico quòd † etiam ſi talis eſſet, quod tamen non eſt, vt multis probat in his noſtris terminis Cancer in loco ſuperiùs citato, nihilominùs talis prætenſa declaratio non poſſet minore teſtium numero probari, quàm requiſitorum in teſtamento, ex doctrina Bart. in dicta l. hæredes palàm, in dicto §. ſi quid, num. 4. de teſtamen. quam ſequitur Paulus de Caſtro ibidem num. 13. eſt eiuſdem ſententiæ Oldra. in conſil. 297. num. 7. & Surd. qui hos omnes refert, in conſil. 129. num. 28. lib. 1. vbi dicunt, quòd etiã quando agitur de voluntate declaratoria ſeptem requiruntur teſtes, ſi ea inutilis ſit, & per declarationem confirmatur, pluribus aliis auctoritatibus, & dictis Doctorum idem copioſiùs multò probat Surdus videndus loco citato. Sic punctualiter ſuccedit in iſto caſu de quo agimus, vbi videmus diſpoſitionem inutilem, niſi eam intelligamus pro vt dicunt teſtes iam dicti, ſiue ergo id accipiatur in vim nouæ diſpoſitionis, ſiue etiam voluntatis declarationis, ſemper erit dicendum quod niſi probetur per totidem teſtes, nunquam dicetur voluntas, vel voluntatis declaratio probata.

68 Circa ſecundum, † qualis notitia, & ſciẽtia requirantur vt filia contraueniens incidat in pœnam priuationis, diſputatum latè fuit in ſupra citata cauſa domnę Angelę Blanes, in qua tandem Senatus, referente egregio, ac primario Senatore Ioanne Gallego,

† habuit pro conſtanti, & *reſoluit* ſufficientem fuiſſe quandam ſcientiam, & notitiam, quam quidam teſtes, ferè omnes ſingulares, dicebant habitam fuiſſe à matre, cui commiſsũ fuerat vt licentiam nubendi concederet, & ab alijs, inter quos hæc dicebantur. Sed ego

69 conſultus † contendi eam notitiam, & ſcientiam voluntatis teſtatoris nullo modo potuiſſe facere cadere filiã in pœnam: ad id enim debebat de hoc inſtrumentum eſſe cõfectum, & poſteà legi, & oſtendi filiæ: vel

70 ſaltem † coram teſtibus explicata per patrẽ eius voluntas, aliàs non tenebatur alijs ſibi id dicentibus credere modo aliquo, iuxtà textum in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſ. clemen. cauſam, de electio. vbi declarans Rom. Pont. quando aliquid dicatur, & dici debeat legitimè intimatum, ſic ait: *Porrectio videlicet ſibi ſub ſcriptura authentica, vel perlectio illius tenore, & copia modo conſimili (ſi petita fuerit) indè facta.* Bart. in l. quod te

71 num. 15. ff. ſi certum petat. vbi in his † quæ nobiſcum geſta non ſunt, non ſufficit verbalis interpellatio, ſed notificatio ſcripturarũ eſt neceſſaria. Sequitur Surd. conſil. 22. num.

72 12. & 13. vbi dicit † neminem teneri alij credere, niſi fiat ſibi fides per teſtes idoneos, ſeu publicum inſtrumentum. Idem Sur. deciſio. 341. ex numer. 10. in 2. volum. optimè Bart. in l. non ſolùm, §. morte, num. 34. &

73 ſequent. de nou. oper. nuncia. vbi dicit † debitorem non teneri parere proteſtationi, quæ ſibi fit ne ſoluat creditori, niſi veritas cauſæ, propter quam eſt prote ſtatus, illi oſtenderetur, ſubdit nu. 35. indè video practicã, quòd vbi quis debitori dimittit ne ſoluat creditori ſuo, ei legat inſtrumentum, vel per copiam dimittat, in quo apparet illum creditorem ſibi debere. Alias inſtantias adducit ad propoſitum videndas Surd. loco cita. to, & in deciſion. 240. ex numer. 10. cum ſequentibus.

† Per quæ ego in caſu pulchro *obtinui* contra Notarios Aulæ Regiæ non poſſe procedi per regaliam in vim vſati. Iudicium in curia datum, aduerſus eos, qui non fuerant in cauſa, ex ſola interpellatione contra eos facta cum denunciatione ſententiæ Regiæ in interpellantium, & proteſtantium fauorem latæ, & executorialium indè emanatorum, *Quia* (inquit Regia ſententia in dicto caſu lata referente egregio Senatore Ioſep. Ferrer 17. Maij 1611.) *debebat interpellatis oſtẽdi mandatum, & oſtendi etiam Regia ſententia, & aliæ ſcripturæ, in quarum vim fiebat proteſtatio, & interpellatio, & dari illorum copia, aliàs non poſſunt dici incidiſſe in pœnã, nec fuiſſe in mora conſtitutos.* Hæc, & alia ego retuli in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 17. num. 90. Adde nunc Iulium Clarum de homicidio nu 62. verſic. Sed quid ſi, vbi dicit,

74 quòd † quamuis bannitus, qui impunè poteſt occidi, proteſtetur priùs quàm occidatur, quod habet gratiam, ſi eã non oſtendit, poteſt occidi, quia nemo tenetur ei credere de gratia, niſi oſtendatur. Et eundem Surdum in conſil. 425. num. 43. lib. 3. Adde etiã Sfortiam Oddum in conſil. 79. num. 26. in

75 terminis loquentem † quando alicui ſub pœna erat iniunctum, quòd cum certa perſona nuberet, ſub pœna amiſſionis relicti, dicit enim & reſoluit quòd etſi interpelletur, ſed non oſtenditur ei id in quo continetur dictũ præceptum, non tenetur credere, nec cõtrafaciendo incidit in pœnam. Et in his terminis terminantibus † *ſequutus* hanc doctrinã fuit Senatus noſter, referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, in cauſa Mariamæ Calbet contra Balthaſarem Pardina 7. Iulij 1608. Scriba Simon Font, vbi declarauit dicendo, *Quòd mulier debebat legitimè de hoc certiorari per notificationem, & oſtenſionem inſtrumentorum, quibus conſtabat de obligatione contrahendi nuptias, pro quibus requirebatur.* Nihil ergo prodeſt quòd mater dixiſſet filiæ, & explicuiſſet quod dicebat.

vo-

voluntatē patris, nec quòd filia audita fuiſſet dicere ſe prohibitionis paternæ conſciã fuiſſe, & eſſe, cùm huiuſmodi ſcientia, & notitia ſic á matre, & á quocunque alio habita, non potuerint eam conſtituere in mora, nec facere incidere in pœnam, ex defectu oſtenſionis, & iuridicæ notificationis alicuius certi huius rei teſtimonij, cui deberet credere, & fidem adhibere.

76 Nec ſciẽtia † ſufficiens probabatur ex eò quod dixiſſet filia, ſicut dicebant teſtes, ſe non poſſe nubere ei cui nupſerat, quia ſciebat ſibi prohibitum fuiſſe per patrem, vel quid ſimile, quia ſi id dixit, fuit non quia re uera ſciret eo modo quo ſcire debuiſſet, ſed quia ita audiuiſſet à matre, vel ab alijs; quo caſu intrat quod dicit Philoſophus: *Propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil ponitur*
77 *in re*, & confeſſionibus † iuris conſtitutio nõ mutatur, l. confeſſionibus, de interrogator. action. vndè huiuſmodi filiæ dictum de ſua ſcientia, non faciebat illam legitimam, ſi talis non erat, nec impediebat quominùs poſſet de illius illegitimitate opponi, ſicut opponebatur. Ita in terminis reſoluit Surdus in pulchro conſil. 425. num. 41. verſic. Simi-
78 liter, cum ſequent. lib. 3. vbi † agens de quadam confeſſione per aliquem facta de quodam contractu à ſe celebrato, quòd eſſet vſurarius, dixit quod nos ſuprà diximus, eam confeſſionem non potuiſſe facere contractũ vſurarium, ſi talis non erat, nec facere delictum vbi non eſt, & quòd propter noſtrum affirmare, vel negare, nihil ponitur in re, & quòd quia id dictum fuerat propter quandã aſſertionem, ſeu munitionem ab aliquo ſibi factam, cui non tenebatur credere, niſi veritas aſſertionis alitet ſibi oſtenſa eſſet, ideò nihil ea cõfeſſio prodeſſe potuit; & alia denique is Doctor dicit omninò videnda ad propoſitum. Videndus idem Surd. in conſ. 403. ex num. 76. eodem lib. 3. vbi dicit † in
79 his quæ ſunt iuris nihil facere partis confeſſionem. Sic punctualiter procedit in caſu quem tractamus, in quo ſi quid filia dixit, fuit ex atteſtatione matris, & aliorum; quibus non tenebatur credere, nec ex eis dici poruit habuiſſe talem ſcientiam qualis requirebatur.

80 Neque etiam † exiſtimo eſſe alicuius conſiderationis ad dictam ſcientiam neceſſariã ad actum de quo agimus, ſi probaretur, prout eſt contingibile, quòd filia aliquando ingrediebatur cubiculum vbi erat teſtator dũ teſtamentum faciebat, & auſcultabat quæ ibi gerebantur, quia etiam ſi dixiſſent teſtes, quòd erat ibi præſens toto tempore, adhuc non probaſſent ſcientiam, nec quòd dicta filia intellexiſſet quæ dicebantur, quia poſſunt ſimul ſtare quòd fuiſſet præſens, & non aduertiſſet ad ea quæ dicebantur, & potuit caſu, & aliud agens adfuiſſe, vndè præſentia non infert intelligentiam, l. t. §. fina. vbi Bart. de auctor. tuto. Bald. in l. 2. §. final. ff. ſoluto matrimo. Crauett. conſil. 281. col. 4. in princip. Granimati. conſ. crim. 19. nu. 2.
81 & ideò cùm † teſtis dicit aliquem fuiſſe præſentem, non probat quòd intellexerit, quia vbi de alicuius tertij præſentia agitur, non infertur ad intelligentiam, vt poſt Crotum, Alciatum, & alios, ponit Butig. in l. t. §. quo præſens, num. 7. de verborum obligat. latè Surd. conſil. 425. num. 46. Quibus adde Io. de Arnono in ſuo ſingular. 5. qui idem in terminis multùm extenſè probat, quòd ſcilicet ex præſentia non inducatur intelligentia, ſed requiritur vtriuſque rei probatio, maximè quod vix probatur vnquam præſentia continuatà toto tempore confectionis teſtamenti, nec intelligentia prohibitionis ſpecificè, & agitur ſemper de materia pœnali. Sequitur indè, & ſequi viderur concludendum non fuiſſe ſcientiam, & intelligentiam neceſſariam ad effectum de quo agitur, priuandi filiam relicto, probatam per ſupra dictos probandi modos.

82 Dixi † non fuiſſe probatam præſentiam continuatam toto tempore teſtamẽti, quod eſt maximæ conſiderationis, quia ex hoc minùs infertur, aut infetri poteſt intelligentiæ actus, cùm non ſciamus ſi illo tempore quo mulier fuit præſens, geſtus, & factus fuit: hoc enim eſſet multiplicare ſpecialia, primò inducendo præſentiam ad tempus quo fiebat prohibitio, & deindè ex illa præſentia intelligentiam, quod non licet, l. vni. C. de dot. promiſſ. cum ſimilib. Atque hæc de his ſatis.

83 Vidimus hucuſque † de conditione appoſita relicto vt nubat de conſenſu, & licentia alicuius; quam diximus apponi non potuiſſe, nec poſſe: videndum nunc eſt, num idem ſit de conditione, *vt nubat cum conſilio alicuius*. Qua in re communiter reſoluunt Doctores, quòd non ſit idem dicendum de iſta conditione atqui de illa, imò hanc conditionem optimè adijci poſſe relicto, & ſi ei non paruerit legatarius, priuabitur legato. Rationem dicunt eſſe, † quia iſta conditio non
84 eſt impeditiua matrimonij, cùm conſilium licet debeat petere legatarius, illud tamen non tenetur ſequi, ptout poſt antiquos latè probant Cened. collecta. 58. num. 6. ad Decretal. Doctor Marta voto 50. Mareſcotus variarum reſolutio. lib. 1. cap. 73. num. 3. vbi † *denſio* Rotę Romanæ, & omnium latiùs noſter Molin. de ritu nuptiar. & paſt. in matrimonio conuen. par. 3. toto cap. 29. vbi latiùs multò

multò quàm alij per ampliationes, limitationes, & declarationes rem hanc declarat, qui eſt in propoſito videndus. Ibi videbis
85. differentias maximas † inter hoc quod eſt dicere, *ſi nupſerit de conſenſu talis*, vel *de conſilio talis*, & quid ſi ſimul dictum ſit, *de conſilio, & voluntate talis*, vbi vult præualere illud quod fuit dictum de conſilio, & idē dicendum eſſe de dicta diſpoſitione ac ſi dictum tantùm fuiſſet, *de conſilio talis*, nec adiectum fuiſſet, *& de voluntate &c.* Ibi etiā videbis quaſdam allegationes, quas ibi de verbo ad verbum Auctor inſeruit, factas pro quadam cauſa, in qua ipſe fuerat Aduocatus, & ego nunc ſum pro vna parte; ex quibus haurire poteris quæcunque ad propoſitū erunt ſcitu digna, & neceſſaria.

SVMMARIA.

1 *Monaſterium ingrediens, conſequitur legatū ſibi relictum ſi nupſerit, ac ſi naptias carnales contraxiſſet.*

2 *Nubere dicitur qui Monaſterium ingreditur.*

3 *Monaſterium ingrediens non dicitur ſine liberis decedere.*

4 *Fontanella familia eſt in Italia multum nobilis, & valdè præſtans.*

5 *Nuptiæ ſpirituales non veniunt appellatione nuptiarum, nec ſpiritualiter nubendo quis ſatisfacit, cùm expreſsè, aut tacitè conſtat teſtatorem de nuptijs carnalibus intellexiſſe.*

6 *Teſtator poteſt dicere ſe legare pro nuptijs carnalibus, & non pro ſpiritualibus, & quòd non vult, ſuccedant religioſi, & obſeruandum eſt.*

7 *Ratio quæ aliqui dicunt non valere diſpoſitionem primantem bonis eos qui religionem ingrediuntur, ne retrahantur à vita ſpirituali, reprobatur.*

8 *Ingredientes Monaſterium non attendunt ad diuitias ſeculi, nec ob eas mouentur in aliquo.*

9 *Monaſterium, & religioſos poſſe excludi expreſsè per teſtatorem à ſua ſucceſſione & bonis, eſt hodie communis opinio, & de cōſuetudine Chriſtiana Reipub.*

10 *Teſtator cenſetur expreſsè voluiſſe excludere Monaſterium, quando dixit*, pro matrimonio carnali *tantùm, tacitè autem alijs modis.*

11 *Teſtator cenſetur & præſumitur loquutus de matrimonio carnali, cùm dixit*, ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus decederet. *vbi deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum.*

Idem eſt quando dixit, ſi ſine liberis ex ſuo corpore legitimè procreatis. *ibidem. vbi deciſ.*

Idem quando dixit, ſi ſine liberis ex legitimo matrimonio. *ibid. vbi deciſ.*

12 *Deciſiones aliæ in contrarium.*

13 *Mors religioſi an ſit expectanda antequam ſidei cōmiſſarius & ſubſtitutus admittatur, remiſſiuè.*

14 *Teſtator ex pluribus coniecturis multò magis cenſetur loquutus de nuptijs carnalibus, quàm ex vna ſola. vbi deciſio noſtri Senatus.*

15 *Teſtator cùm voluit remotioribus relinquere, tam pro matrimonio ſpirituali, quàm pro carnali, cēſetur idem voluiſſe reſpectu proximiorum.*

16 *Teſtator quod in vno caſu voluit, dixiſſet & in alio ſi voluiſſet. & num. 20.*

17 *Vſus communis loquendi quomodo probetur, remiſſiuè.*

18 *Matrimonium. Verba de matrimonio loquentia, ſecundùm communem vſum loquendi, intelliguntur de carnali, non de ſpirituali.*

19 *Legatum quando eſt magnum non præſumitur factum fauore cauſæ pie.*

21 *Conſeruandi bona in familia animus eſt magna coniectura quòd non intellexit teſtator de nuptijs ſpiritualibus, cùm de nuptijs meminit. vbi deciſ.*

22 *Teſtator cenſetur de nuptijs tantùm carnalibus intellexiſſe, cùm dixit*, ſi nupſerit tali.

23 *Teſtator relinquens ſub conditione negatiua*, ſi non nupſerit, *cenſetur intellexiſſe de nuptijs carnalibus.*

24 *Filius ingrediens Monaſterium, licèt amittat legatum ob prohibitionem teſtatoris, non tamen amittit legitimam.*

25 *Conditio negatiua*, ſi non nupſerit, *reijcitur in virgine, ſed non in vidua. vbi deciſiones.*

26 *Promittens ſub certa pœna non nubere, non tenetur adimplere promiſſionem.*

27 *Nuptiarum mentio non cenſetur facta de ſpiritualibus vbi eſt ſtandum chartæ. vbi deciſiones.*

28 *Interpretatio ex coniecturata mente defuncti non admittitur vbi eſt ſtandum chartæ.*

29 *Nuptiarum mentio non iudicatur facta de ſpiritualibus, vbi filius eſt ſubſtitutus.*

30 *Nec item cùm eſt dictum*, ſi nupſerit de preſenti. *vbi deciſ.*

31 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione*, ſi ſine liberis, *in contractibus.*

32 *Cardinalis Mantica ſicut multùm laborauit*

in

in tractatu de coniecturis vltimar. volunt. pro Monaſterio, ſic in tract. de taci. & ambig. conuentio.

33 *Verba in contractibus proprius, & ſtrictius accipiuntur, quàm in vltimis voluntatibus.*

34 *Conditio, ſi caſtè vixerit, optimè adimpletur ingrediendo Monaſterium.*

35 *Conditioni, ſi vitam vidualem ſeruauerit, cenſetur paritum per Religionis ingreſſum.*

36 *Ingrediens Monaſterium, caſu quo poſſit habere legatum ei relictum pro dote, non poteſt illud transferre in alium, ſed opus eſt queri Monaſterio vt illud poſſit habere.*

37 *Legatum rei alienæ valet, ſi ſcienter factum eſt à teſtatore, non ſi ignoranter, quia ſi ſciuiſſet forſan non feciſſet.*

38 *Scientia teſtatoris in legato rei alienæ eſt per legatarium probanda, aliàs ignorantia præſumitur.*

39 *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ tenet, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter factum ſit.*

40 *Legatum rei alienæ factum fauore animæ, de iure valet, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illud factum ſit.*

41 *Legatum dotis iudicatur legatum pium, ſi eſt pauperi factum.*

42 *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ, vel cauſæ piæ, tunc demum valet quando ignoranter factum eſt cum in totum eſt res aliena legata, ſecùs quando pro parte eſt teſtatoris, quia tunc valet in illa parte ſolùm.*

43 *Etiam ſi ius quod in re legata teſtator habet, eſſet morte ipſius periturum.*

44 *Legatum rei alienæ quando quis eſt ſolùm vſu fructuarius, vel bæres grauatus, ſolùm valet in & pro illo iure, quod habebat legans.*

45 *Ratio quare legans rem prorſus alienam, videtur legare totam ipſam rem, ſecùs verò legando rem in qua habet aliquod ius?*

46 *Teſtator cenſetur voluiſſe legare totam rem, nedum partem, quam in ea habet, cùm vtitur verbis generalibus, & vniuerſalibus, ex quibus mens coniecturari poſſit.*

47 *Teſtator quando poſſidet totam rem, quæ partim eſt ſua, partim altena, non cenſetur legare niſi ius quod habebat in ea, quantumuis verbis vniuerſalibus, & generalibus vſus ſit.*

48 *Locum alienam, C. de legat. non procedit cùm teſtator poſſidet rem illam alienam, quam legauit.*

49 *Lex prædicta non procedit cùm ille cuius res legatur, eſt etiam coniunctus teſtatoris ſicut legatarius.*

50 *Declaratur quomodo intelligantur ſupradicta.*

51 *Legata ſunt ſtrictè interpretanda.*

52 *Fallit quando legatum eſt factum coniunctæ perſonæ, quia tunc eſt fauorabile; & plèniùs interpretatur.*

53 *Sublimitatur, cùm coniuncta perſona eſt ſimiliter, bæres à quo legatum eſt præſtandum.*
Interpretatio lata remouetur ex pari affectione. ibid.

54 *Deciſio noſtri Senatus probans contenta in num. præcedenti.*
Et alia deciſio eiuſdem Senatus infrà numero 59.

55 *Contrarium fuit in alijs Senatibus ſæpiùs declaratum.*

56 *Deciſio noſtri Senatus facta circa legatum rei alienæ.*

57 *Teſtator cùm legat rem communem ſibi & bæredi, cenſetur totam rem legare, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter.*

58 *Euictionis iudicium inſtituens, quæ probare tentatur, remiſſiuè.*

60 *Maritus in reſtitutione dotis non poteſt opponere de iure tertij, remiſſiuè.*

61 *Periculum rei dotalis cum nomina debitorũ, vel annui reditus ſunt conſtituta in dotem, cuius ſit, an viri, an vxoris, remiſſiuè.*

62 *Maritus an faciat fructus ſuos bonorum primi mariti vxoris ſuæ, eùm illa conſtituit ei in dotem tenutam quam habebat in bonis dicti primi viri ſui, remiſſiuè.*

63 *Maritus an faciat fructus ſuos annuorum reddituum per primum virum vxori pro alimentis relictorum, & per eam in dotem ſecundo allatorum, remiſſiuè.*

64 *Maritus an faciat fructus ſuos eùm ipſe allato certo axouario ingreditur domum vxoris, & in ea viuit ex bonis eiuſdem mulieris.*
Axouar, *quid ſignificet. ibidem.*
Maritum ingredi vxoris domum, magnum eſt triſtitiæ ſignum. ibidem.
Maritus qui ingreditur domum vxoris, vt ibi ex illius bonis viuat, non dicitur ipſe traducere vxorem, ſed imò ipſe dicitur ab vxore traductus. ibidem.

65 *Maritus an faciat fructus bonorum vxoris ſuos pro ſuo axouario, donec illi reſtitutum ſit, ſicut vxor eos facit ſuos bonorum viri pro ſua dote, remiſſiuè.*

GLOSSA III. PARS VI.

Monaſteriũ ingrediens an & quando con-

perſona vxoris, declaratum fuit debere patrem ſoluere illi legatum, his nuptijs ſic contractis non obſtantibus. Actuarius erat Martialis Reig.

16 Limitatur ſecundò † quãdo eſt cauſa pia ſubſtituta: tunc enim niſi conditionẽ, *ſi nupſerit arbitrio*, & ſeu *cum conſenſu alterius*, adimpleat legatarius, priuabitur legato, & applicabitur cauſæ piæ ſubſtitutæ: quemadmodũ enim libertatis fauor fauori præfertur nuptiarum, vt in l. Titio vſusfruct. §. fi. de cõdit. & demonſtrat. ſic fauor religionis, ad tex. in l. ſunt perſonæ, cum ſimilib. de reli. & ſumpt. funer. Tiraquel. de priuileg. pię cauſæ priuileg. 18. Mantica de coniectur. vltima. volun. lib. 11. tit. 18. num. 9. cum alijs adductis per noſtrum Moli. de ritu nupt. & pact. in matrimonio conuent. lib. 3. cap. 29. num. 24. Adde Cloſſ. conſ. 30. num. 7. vol. 2. & Viui. deciſio. 480. num. 10. libr. 3. quos vlteriùs allegauit noſter Cancer, eandem rem tractans, in 3. p. variar. reſol. cap. 7. de pactis num. 305. & c. 20. de lega. num. 385. qui dicunt opinionem
†† communem, & cum hoc *tranſiuit* bis Senatus in prima, & ſecunda inſtantia in illa Frãciſci de Oris contra nobilem Angelã de Blanes, de qua ibi Cancer.

17 Et cùm † quod relinquitur pauperi, cenſeatur in cauſam piam relictum, l. id q; pauperibus, & l. ſi quis ad deliberandũ, C. de epiſcop. & cler. Tiraquell. in tract. de priuileg. piæ cauſ. in præfatio. in verſicul. Item relicta pauperibus, vbi plures allegat, Menoc. præſumptio. 115. num. 6. lib. 4. Surd. de alimen. tit. 8. priuileg. 1. num. 3. Ioſeph. de Ruttie. ad l. cum auus lib. 2. cap. 2. num. 101. de condit. & demonſtrat. Indè fit quòd quando in caſu contrafactionis eſt vocatus aliquis pauper, tunc valet diſpoſitio, & niſi filia nubat de eõ caſu ſicut diſpoſitum eſt, perdit relictũ. Ita
† *Senatus* noſter in ſupradicta cauſa Blanes, & Oris coram egregio Senatore primario Ioanne Gallego.

18 Exrenditur, etiam † ſi conſanguineus, & ſimul pauper eſſet is qui in caſu contrafactionis vocatus eſt, licèt enim regulariter quod relinquitur conſanguineo pauperi in piam cauſam relictum non iudicetur, cùm conſanguinitatis potiùs cauſa, quàm paupertatis, & ſic pietatis intuitu relictum præſumatur, iuxtà textum in cap. requiſiſti, extra de teſtam. vbi poſtquam dixit Romanus Pontif. quòd extraneus legans Epiſcopo, præſumitur pro redemptione animæ ſuæ id feciſſe, non pro commodo illius, aliud eſſe reſpondendum aſſerit vbi à propinquo ſic legatum, his pulchris verbis: *Si verò relinquatur illud Epiſcopo à propinquo, præſumitur eſſe relictum non intuitu Eccleſiæ, ſed perſonæ, niſi fortè contrarium probaretur*, Menoch. de præſumptionib. præſumptio. 112. num. 3. 4. & 5. & præſumptio. 115. num. 9. lib. 4. Pater Sãchez de matrimonio lib. 1. diſput. 4. num. 9. noſter Cancer, qui alios allegat, variarum reſolut. par. 3. cap. 20. de legat. num. 386. Adde Sur. de alimen. tit. 8. priuileg. 1. num. 13. & deciſio. 322. nu. 16. qui id multis inſtantijs pro-
19 bat. Licèt † (inquam) ita ſit de iure regulariter, verùm quando actus non poteſt aliàs ſuſtineri, niſi præſumptionem pietatis accipiamus, prout hic, tunc vt actus potiùs valeat, quàm pereat, proprer magnum fauorem, qui regulariter tribuitur cuicunque diſpoſitioni, vt actus ſuſtineatur, iuxtà l. quories, & ibi communiter omnes, ff. de teſt. dub. tunc
20 præponderat † pietas ipſi conſanguinitati, id eſt præſumimus, & præſumere debeamus quòd paupertatis, & pietaris intuitu potiùs quàm conſanguinitatis legatum factum eſt, prout ex Tiraquell. Bald. Fulgoſ. Iaſon. & Imol. probat Menoch. in citata præſump. 115. num. 9. circa finem lib. 4. & alij adducti
† per Cancer cap. 20. de legat. nu. 387. Ita *Senatus* in dicta cauſa Blanes & Oris, coram egregio Senatore Decano Io. Gallego, vbi licèt nepos eſſet teſtatoris is qui in caſu contrafactionis erat vocatus, & nepos nominatus in teſtamento, nulla paupertatis, aut pietatis mentione facta, quia tamen actus nõ poterat aliter ſuſtineri, fuit capta præſumptio pietatis ad ſuſtinendũ actum, ex quo pauper ille nepos in proceſſu probatus poſteà fuit.

21 Additur in corroborationem † quod docent Iaſ. in conſ. 183. col. 2. verſ. 7. aliàs verſ. Accedit, volu. 2. Cephal. in conſ. 216. nu. 24. cum ſequentib. & Mantica de coniectur. vlt. volunt. lib. 6. tit. 3. nu. 18. relictum conſanguineo pauperi coram duobus teſtibus, cenſeri relictum ad pias cauſas, ex eoq. fauorabilis coniectura colligitur vt ſuſtineatur teſtamentum, quod aliàs nõ ſuſtineretur ex omiſſa ſolemnitate teſtium ad teſtamẽti validitatem neceſſariorum, quorum tantus nnmerus non requiritur in teſtamento ad pias cauſas, ſed ſufficiunt duo de iure canonico, cap. relatum, vbi Scribentes, de teſtam. Exemplaris mul-
† rùm fuit hæc cauſa, quia varia puncta fuerũt in ea deciſa.

22 Mihi de his † conſulto (ſalua pace) hæc placere non potuerunt: licèr enim regulariter ſit verum præſumptionem eſſe capiendã pro validitate actus, & ſic pietatis, per quã valere poteſt, non conſanguinitatis, per quã corruerer, attamen vbi diſpoſitio eſt odioſa & pœnalis, non fauorabilis, ſicut hic, id procedit, ad quod multos adducit Iacobus Menoch. in tract. de præſumptio. præſumpt. 10. nu. 26. lib. 4. & præſumpt. 4. nu. 53. lib. 6.

dicentes

23 dicentes † interpretationem,& præſumptio nem,qua odium excluditur,præferri illa,quę facit valere actum.Ponunt exemplum in exhęredatione, de qua in l.2. ff.de lib.& poſthum.vbi ſi teſtator plures habens liberos,dixerit, *filius meus exheres eſto*, exhęredatio non valet: nam cùm odioſa ſit exhęredatio, ſumitur interpretatio, & coniectura neminẽ eſſe exhęredatum, atque ita teſtatorem actũ nullum agere voluiſſe. Accedit elegans doctrina Mantı.de coniectur.vltimar.voluntat. lib.12.tit.17.num.15.vbi dicit † fauorabilẽ
24 dici illam interpretationem, quę odium excludit, licèt inutilis reddatur diſpoſitio teſtatoris, per d.l.2. & ibi notata per DD. & maximè Imol.& Aretin.num.2. & Alex.nu. 4.ff.de liber.& poſthu.Idemque dicit Mantica probari per l. cum quidam, & quod ibi notat Iaſ.num.6.eod.tit.

25 Quòd autem † hęc de qua loquimur diſpoſitio odioſa eſſet & pœnalis,non exiſtimo eſſe qui dubitare voluerit. Pœna enim eſt & dicitur quicquid coercendi hęredis, vel legatarij gratia fit, vt ille aliquid faciat, vel non faciat, §.fin.vbi omnes,inſtit.de legat. Pul-
26 cherrimè Surd. qui † hoc argumento, & alijs ſeptem huic noſtro caſui multùm applicabilibus, pleniſſimè probat. pœnalem eſſe diſpoſitionem, qua teſtator aliquem hęredi ſubſtituit, caſu quo parere recuſaret diſpoſitioni captatorię ſibi factę. Surd.(inquam)
27 deciſio. 7. per totam, Nec fauorabilis † ex eo eſt dicenda quia contineat fauorẽ ſubſtituti, nam ad dignoſcendum an aliqua diſpoſitio ſit fauorabilis, aut odioſa, principalis intentio diſponentis eſt attendenda, ſi principaliter facta fuit in fauorẽ vnius, tunc enim licèt conſequenter vergat in odium alterius, dicitur nihilominùs fauorabilis, quia ſemper attenditur quod principaliter agitur, & e contra odioſa,& pœnalis diſpoſitio iudicatur, quę principaliter in odium alicuius facta fuit,licèt in conſequentiam redunder in fauorem alterius, prout optimè docent Bart.& Paulus de Caſtro,& communiter Scribentes in l. qui exemptionem, ff. de condictio.indebi. Tiraquell.de retractu lignagier.§.30 .gloſſ.prima numer.5. Molina de primogen.Hiſpanorum lib.primo c. 18. num.3. Menochi.omninò videndus,de recuperan.poſſeſſion.remed.primo à num.17.cũ multis ſequentibus,Caſanate conſ.54.num. 16. Peregrin.de fideicommiſſis artic.primo num.24.Alderanus Maſcard.de interpretatione ſtatutorum concluſio.4. num.146. qui ad id adducit plura exempla videnda.In noſtro caſu conſtat ſubſtitutionem factam filię non fuiſſe factam per teſtatorem principaliter in fauorem ſubſtituti, ſed imò in odium dictę filię, caſu quo eius voluntati non obediret: dicenda ergo eſt pœnalis & odioſa diſpoſitio prædicta.

28 Id in terminis, † etiam quando cauſa pia eſt inſtituta in caſu quo hæres contrafecerit voluntati teſtatoris, quòd pœnalis & odioſa ſit, & dici debeat diſpoſitio,vtpotè magis in odium hæredis adimplere nolentis voluntatem teſtatoris, quàm in fauorem animæ, & cauſæ piæ facta, docet Sim.de Pret.de interpret.vlt.vol.lib.4.interpret.vlti. dubitatio. 1.num.8.

29 Ex quibus † conciliãtur ſine dubio dicta Doctorum in hac materia. Illud enim quod dicitur quòd ad ſuſtinendum actum præſumitur potiùs pietatis cauſa,& intuitu, quàm cõſanguinitatis diſpoſitio facta, intelligitur in diſpoſitione fauorabili, non verò in odioſa, & pœnali, in qua minus inconueniens eſt, ꝙ actus remaneat inualidus,vt odium excludatur,quàm quòd illud admittatur, vt actus ſuſtineatur,vt dicũt DD.ſuprà relati. Et id quidem tantò magis admittendum eſt, ſi conſideraverimus quod DD.qui pro validitate actus præſumptionem pietatis eſſe faciendã dixerunt, non loquuntur in diſpoſitionibus odioſis,ſicut hæc noſtra,ſed in fauorabilib', velut in legato, & relicto alicui conſanguineo pauperi, nullius in diſpoſitione odioſa, ſicut hæc noſtra, in qua in pœnam eſt vocatus conſanguineus: in ea enim reſpondemus potiùs pro excluſione odij,& pœnæ, quã pro ſuſtentatione actus,vt docent DD. ſuprà relati,qui non habent in hoc contradictorem: vide Tiraquel.Menochi.& Carro. cum alijs quos ipſi allegãt, quos ad propoſitum refert Cancer in 3.par.variar.c.10.de lega.n.387. & reperies qualiter illi loquuntur in diſpoſitione fauorabili nemini odioſa, & pœnali, dum dicunt coniecturam pietatis ad ſuſtinẽdum actum eſſe accipiendam.

30 Notaui ad propoſitum † huius diſtinctionis ſingulatem Anto.Fab.defin.39.in ſuo C. lib.4.tit.14.de proba.& præſump. in qua tã elarè pro dicta diſtinctione mihi viſus eſt reſpondiſſe & reſoluiſſe Senatus Sebuſianus, vt nihil ſuprà. Prætierat quidam teſtator quemdam in ſuo teſtamento filium quem habuerat, ſed neſciebatur an viuus eſſet, vel mortuus, non tamen effluxerant centũ anni à die illius natiuitatis, vt præſumi deberet mortuus,iux.l.fin.C.de ſacroſanct. eccleſijs. Quæſitum fuit an teſtamentum iudicandum eſſet nullum propter prætitionem filij,qui non probabatur mortuus,ſed præſumi debe
† bat adhuc viuere,& dicit Fab.*reſolutum* fuiſſe potiorẽ eſſe præſumptionẽ,quæ facit ꝙ validitate actus, maximè teſtamẽti, ꝙ publicè intereſſit vt valeat potiùs,& ſuum effectũ ſor-

tiatur, l. vel negate, ff. quemadmodum testament. aperian. quàm præsumptio vitæ filij, in qua deber fundari nullitas. Cæterùm (inquit) si eo testamento cæteris quoque fratribus facta iniuria proponatur, tali casu præsumemus, & præsumi debemus pro vita filij exhæredati, nec cutamus de sustentatione testamenti, aliàs de iure ram priuilegiata: vincit enim odij aliorum fratruum exclusio, fauotem validitatis actus. Ecce qualiter quando dispositio non est odiosa sumitur interpretatio pro validitate actus, secùs quanpo odium continet.

31 Deindè † interpretatio pro validitate actus nunquam sumitur, nec sumi potest respectu eius, de quo testator nec sensit, nec cogitauit, id est, non possumus trahere actum vt valeat ad id de qno nec testator sensit, nec cogitauit, prout Surdus dicebat Incitata decisio. 7. num. 27. hic autem multis modis colligimus testatorem de prætensa paupertate substituti nec sensisse, nec cogitasse: Primò, quia nihil de eo dixit, nec minùs cõstat ipsum sciuisse si dives erat, vel pauper. Item, in casu prædicto testator expresserat consanguinitatem, non paupertatem, nominando substitutum nepotem suum. Item, casu quo dictus substitutus non viueret tempore contrafactionis, vocauerat per vulgarem suos dicti substituti, qui erant testatori non noti, & sicut poterant esse pauperes, sic poterant esse diuites.

32 Ex finaliter † voluerat eum, qui in dicto casu succederet, debere sumere nomen, & arma testatoris: relictum prætereà erat excessiuum, valoris nempè decem mille librarum, à quo excluditur omnis præsumptio pietatis in concursu consanguinitatis, aut alterius causæ. Hæc vbi concurrunt, videntur suadere testatorem non cogitasse de dicta prætensa paupertate, imò nec cogitare potuisse, sed alijs causis, & rationibus inductũ fuisse ad vocandum dictum substitutum, & suos. Quo præsupposito, dicendum de necessitate est non esse interpretationem faciendam in casu prædicto pro validitate actus, quia necessarium foret quòd diceremus testatorem existimasse relinquere intuitu paupertatis, & consequenter pietatis, quod esset trahere eius mentem ad id de quo non cogitauit, nec secundùm coniecturas suprà relatas cogitare potuit.

Hæc ratio poterat multùm extendi, multisque confirmari, sed id omittamus, quia notissimus Iurisconsultus noster Iacob. Cãcer, qui fuit Aduocatus dictæ nobilis Angelæ de Blanes, multum in id tempus consumpsit de hac eadem causa scribens, in 3. parte variarum resolutionum cap. 20. de legatis, ex num. 388. cum multis sequentibus, vbi est omninò videndus, quia pulcherrimè, & elegantet loquitur ad propositum.

33 Sed quid † si in testamento apposita sit, quæ sempet solet apponi, clausula codicillatis, cuius natura est facere valere testamentum omni melioti modo? an validitatem dispositionis pœnalis, de qua agimus, operabitur, faciendo quòd intuitu pietatis, cuius respectu valet, censeatur facta? Respondet Iacobus Cancet vbi suprà num. 405.

34 nihil prodesse dictam clausulam, quia † ea non operatur nisi vbi testamentum non potest valere iure testamenti, tunc operatur vt faciat dispositionem valere iure codicillorum, aut aliàs, omni melioti modo &c. verùm vbi valet vti testamentum, cessat clausulæ effectus, nec aliquid potest operari: cùmque in casu de quo agimus non dubitemus de validitate testamenti, valet enim & sustinetur iure testamenti sine dubio aliquo, ideò non est amplius de dicta clausula cutãdum, nec aliquis illius effectus quærendus, & inuestigandus modo aliquo. Hæc quia latè probat Cancet, ideò ego, ne tepetam, omitto.

35 Solùm aduerto † in fauotem filiæ, cuius partes huc vsque ago, si filia est, vt ferè semper contingit, cui apposita est conditio nubendi de consensu, & licentia alterius, considerandum esse quòd in isto casu pugnat fauor liberorum cum fauore prætensæ causæ piæ, talitet quòd quæcunque arbitrabimur in fauotem dictæ prætensæ piæ causæ, necesse est auferre filiæ, & omnia in illius odium, non alicuius personæ extraneæ, redundant. Nunc sic, de iure habemus, secũdùm multorum opinionem, quòd fauor liberorum præualet proculdubio fauori causę piæ, prout habes ex Tiraquell. in tractat. de priuileg. causæ piæ priuileg. 118. vel saltem

36 (quod mihi ad propositum sufficit) non † potest de iure maior esse ecclesiæ, vel pauperum, & sic causæ piæ fauor, quàm filiorum, prout ex Bald. in l. prima, Cod. de sacrosanctis eccles. docet Antonius Faber in suo Codice lib. primo, eodem titul. de sacrosanctis ecclesijs definitio. 6. Si hoc ita est, quomodo, quæso, in odium propriæ filiæ testatoris potest sumi interpretatio in fauorem eius dispositionis, quam adhuc non constat esse causam piam? Si vetæ causæ piæ denegatur fauorabilis interpretatio, quando simul cum ea concurrit fauor propriorum liberorum, quomodo, quæso, concedetur, aut concedi debebit ei quod adhuc cau-

37 sam piam esse non constat? Hoc † est multiplicate sine dubio specialia in odium liberorum: primò, faciendo causam piam illud

quod

quod non eſt : ſecundò, poſtquam cauſam piam effecerint, concedere ei priuilegium, quòd valeat illa diſpoſitio pœnalis, ſi ſine matris conſenſu, & licentia nupſerit, quod non eſt permiſſum, l. 1. cum ſimilibus, C. de dot. promiſſio. cum vulgaribus. Abſtinendũ ergo eſt ab illis latia interpretationibus, ma ximè in odium liberorum, qui ſi non ſunt ma 38 gis priuilegiati, quàm cauſæ pię, ſaltem ſunt æqualiter priuilegiati, ſecundùm citatos Do ctores, & priuilegiatus † contra pariter pri- uilegiatum, ſecundùm ius noſtrum vulgatiſ- ſimum, non vtitur priuilegio ſuo, l. verum, §. item quæritur, de minor. cum ſimil.

39 Item, ſi filia † eſt etiam pauper, prout cõ- muniter contingit, ſicut is cui eſt applicanda pœna, taliter quòd nihil habeat præter id quod pater ei relinquit, tunc cùm in cauſam piam, & pietatis cauſa relictum ſimiliter di- ci debeat quod à patre ſuo relinquitur ei, ſi- cut dictum eſt de relicto ei cui pœna appli- cari debet, nulla enim adeſt diuerſitatis ra- tio, pugnabit proculdubio vna cauſa pia cõ- tra aliam cauſam piam. Quo in caſu quan- do duæ cauſæ piæ concurrunt, conquaſſantur priuilegia, & intrat regula ſuprà propoſita ſine dubitatione aliqua, priuilegiatus cõtra pariter priuilegiatum non vtitur priuilegio ſuo, ex ſupradicta l. verum, §. item quæritur de minor ib. Infinita de hoc habemus io iure exempla: nonnulla ego adducam ad maiorẽ 40 huius rei corroborationem. Inter ea † il- lud eſt in materia ſingulare, quòd licèt lega- tum in fauorem piæ cauſæ latiùs debeat in- terpretari, fallit, niſi à pia cauſa hærede in- ſtituta fuerit relictum : nam cùm ab vtraque parte fauor piæ cauſæ locum habeat, priui- legium ceſſat, & ius commune ſeruari de- beat, iuxtà textum in §. ſed & hoc præſenti, in authentic. de ſanctiſſimis Epiſcopis, & in cap. in præſentia, de probationib. Benedict, Capra in conſil. 3. num. 9. Illuſtriſſ. Cardina. Mantica de coniectur. vltimarum voluntatũ lib. 6. tit. 3. num. 36. verſicul. Secundò debet reſtringi.

41 Item palàm eſt, † quòd Monaſteriũ quod ingreditur inſtitutus, excludit proculdubio ſubſtitutum, ex ſupra proximè allegato §. ſed & hoc præſenti, & cap. in præſentia. 42 Sed ſi ſubſtitutus † eſſet etiam cauſa pia, ceſſaret priuilegium, quia priuilegiatus con tra pariter priuilegiatum, &c. Mantica, qui dicit quòd communiter Doctores concor- dant, de coniec. vlti. volun. lib. 11. tit. 7. n. 12. † quod poſteà *canonizatum* fuiſſe in Rota Roma. docet deciſio moderna 32. num. 2. apud eundem Mantic. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 28. num. 84. Ruſtic. ad l. cum auus lib. 11. cap. 1. num. 84. qui infinitos adducunt, dicen tes, quòd cùm id ſit inductum in fauorẽ Re- ligionis, & pietatis, non debet locum habe- re aduerſus aliam cauſam piam, quia † vt di 43 cebat Bal. in authent. niſi rogati, in 1. notab. C. ad Trebell. non debemus vnum altare co opetire, & aliud diſcoopetire, Molineſ. ad conſuet. Neap. 4. par. q. 65. num. 28. & conſ. 44 13. num. 21. Præterea † cauſa pia non detra- † hit Falcidiam, aut Trebellianicam aduerſus aliam cauſam piam, ſicut aduerſus priuatos, iuxtà tex. in authen. ſimiliter, C. ad l. Falcid. Peregri. de fideicom. art. 3. ex nu. 69. ad ſeq. & art. 28. num. 84.

45 Finaliter, † vt finem faciam, habemus de iure, quòd priuilegium tribuitur cooiunctæ perſonæ in l. cum alienam, C. de legat. quòd legatum rei alienæ eius fauore factũ valeat, & in æſtimatione ſit ſoluendum, ſiue ſciẽter, ſiue ignorantet. Verùm id fallit ſine dubio, 46 ſi † aliqua coniuncta perſona eſt hæres inſti tuta, quæ legatum præſtare debet : tũc enim non procedit priuilegium d. l. quod in fauo- rem perſonæ coniunctæ introductum eſt: ſed tunc ſequendum eſt ius commune, & diſcutiẽ dum ſi ſcienter, vel ignoranter legatum fa- ctum eſt, vt diſponitur in principio dictæ l. quia priuilegiatus contra pariter priuilegia tum &c. Ioannes de Aretio, Bald. & Imol. in l. cũ pater, §. enictis, de legar. 2. relati per So cin. iunior. qui eos ſequitur, in conſil. 74. nu. 21. vol. 1. De quo puncto non omittas vide re Aluar. Velaſc. de partitio. cap. 37. nu. 15. 47 Non dico † ſi res legata erat alterius perſo- næ coniunctæ, vt voluerunt parùm tem hanc intelligentes, quos expreſsè refellit Viuius † deciſio. 417. num. 14. lib. 3. quia cùm ei non fiat, nec fieri poſſit aliquod præiudicium, nõ eſt quòd coniunctus in hoc caſu alleget ali- quod priuilegium, ſed loquor quando hæ- res, à quo æſtimatio eſt extorquenda, eſt eriam coniuncta perſona, tunc procedũt quę ſuprà dicta ſunt ad vitandum præiudicium, quod ei aliàs inferretur.

48 Simile eſt † quod dicimus de duabus cau ſis dotalibus, vt vni non faueamus in præiu- dicium alterius, gloſſa in l. aſſiduis, Cod. qui potior. in pignore habea. quia priuilegiatus cõtra pariter priuilegiatum &c. Peregri. de fideico. art. 3. nu. 70. & art. 28. ex n. 84. Hæc probant quod prætenſæ piæ cauſæ, quæ con- ſidetatur in relicto conſanguinei pauperis, non debeat concedi priuilegium quod aliàs habere in hac materia poſſet, contra pro- priam filiam teſtatoris, in qua non minor eſt conſideratio cauſæ piæ, quàm in dicto le gatario, maximè cùm dictus legatarius agat de lucro captando, dicta autem filia de dãno vitando, ad latè tradita per Caldas Pereyra in repetit. l. ſi curatorem, verb. læſis, nu. 169.

eum alijs, quos allegat Meſtrill.deciſio.44. in fine.

49 Eſt & alius modus, † & ille quidem facilis, liberandi filiam ab incurſu huius pœnæ, quamuis demus cenſeri in cauſam piam factam diſpoſitionem, & ſic illam tenere & valere, & conſequenter obnoxiam fuiſſe filiam obſeruare patris voluntatem, taliter quòd ſi nuberet ſine illius matris conſenſu, & licētia requiſitis per patrē, priuari deberet legato: liberatur enim filia à pœna, ſi probet ſe digno nupſiſſe, quamuis ſine conſenſu, & licētia matris nupſerit. Ratio eſt, quia omnes iſtæ diſpoſitiones pœnales de nubendo de cōſenſu alterius limitantur, & non habent locum quando mulier nubit digno, ſed quādo indi-

50 gno. Ita in ſtatutis † prohibētibus filijs, vel filiabus ne matrimonium cōtrahant abſq. parentum conſenſu, limirant omnes, niſi nupſerint perſonæ dignæ. De quo puncto iam in hoc opere in principio, & etiam in primo tomo multa diximus, non eſt quòd repetamus: viden. Cancer in 3.par.variar.cap.7.de pactis, ex num.295. & cap.11.de ſponſal.num. 6. & ego ipſe tom.1.clau.4.gloſſ.1.num.28.

†† vbi noſtri, & aliorum Senatuū *deciſiones* adduxi. Adde Plotū in l.ſi quando, C.vnde vi, à num.329. vſque ad num.368. Barboſ.in l. 1.par.4.num.38.ff.ſolu.matrimo. Menochi. de præſumption.lib.4.præſumpt.189. num. 60. Ceuall.in commun.contra commun. q.5.

51 & Cæſar Barzi. deciſ. 29. licèt † id neceſſarium non eſſet; quamuis enim indigno nuberet filia, nihilominùs pœnam priuationis non lueret à patre appoſitam, ſecundùm Fa-

† bri, & Senatus Sebuſiani *ſententiam* in Cod. Fabriano lib.6.tit.23.de conditioni.inſert. definitio.18.

52 Et eſt ratio rationis, † quia tunc filia nihil mali admiſit, ſed quod pater facere tenebatur, filia vtiliter fecit, iuxtà l.vlt.de in re verſo. Et in noſtri termini terminantibus quā do à teſtatore fuiſſet mulieri iniunctum ſub certa pœna, vt cum conſenſu alterius nube-

†† ret, vidi Senatum eam *abſoluiſſe* non ſemel à pœna, quæ prætendebatur incurſa propterea quòd ſine illo conſenſu nupſiſſet, ex eo q̄ viro digno nupſerit. Vnum caſum refert Cācer in dicto cap.7.de pact.n.298. ad relatiō egregij Senatoris Hieronymi Aſtor die

† 23. Auguſti 1597. *declaratum* in cauſa coniugum Subirats contra pupillos Palomas. Aliū

† nuper idem Aſtor *declarauit* caſum ſub die 15. Februarij 1619. in cauſa Emmanuelis de Sandionis, contra Petrum Montalt, Scriba Hieronymo Boſch, in qua cùm tractaretur de eadem materia condicionis appoſitæ in relicto, de nubendo de cōſenſu alterius, ſub pœna priuationis, fuit dictū non eſſe neceſſarium quòd mulier pareat conditioni, dum modò nubat digno.

Idem etiā anteà fuerat in Senatu expreſſis verbis *declaratum* 6. Maij 1555. in cauſa

† Antici Barril, & coniugum Olojas, Relatore egregio olim Senatore N.Serra.

Idem ſimiliter 23. Iulij 1586. referente egregio itidē Senatore N. Tamarit fuit *de-*

† *claratum* in cauſa nobilis Bernardini de Mē doça contra nobiles coniuges Torrellas, in qua fuit mulier excuſata à pœna, quamuis patris præcepto non obtēperaſſet, ex quo nupſerat digno.

53 In hac † vltima concluſione notabis, pro

† re ſingulari, *declaratum* ſimul fuiſſe q̄nòd vbi teſtator expreſsè in caſu contrafactionis alium non vocaſſet, ſed ſolùm filiam inſtituere ſe dixiſſet, ſub conditione q̄ nuberet, ſeu teneretur nubere tali, faciēdo ei ſubſtitutiones ordinarias, *ſi hæres non eſſet, vel eſſet, & decederet quādocunque ſine liberis, &c.* tunc contrafactionis nullas poſſet alias luere pœnas, ex quo in dicto caſu nullus fuiſſet datus ſubſtitutus, ſed in alio, à quo non fit extenſio ad eum qui contigit, qui eſt diſſimilis, & pœnalis, &c. Ibi vide, quia pulchra ſunt quæ ponuntur ad confirmandum iſtud inſtitutū. Alia de hoc dixi in principio circa dotationem filiæ, quæ nupſit ſine conſenſu patris.

Adde aliam nouiſſimam de eodem caſu

† factam *deciſionem* in terminis terminantibus de anno 1618. referente egregio Senatore Hieronymo Senioſt, quam ſuprà retuli nu. 15. vbi fuit expreſsè ſumptum motiuū pro abſoluenda filia à pœna, q̄ digno nupſerat.

54 Ex his † oritur concludentiſſimum argumentum in fauorem filiæ, quæ viro digno, vt fieri cōmuniter ſolet, nupſit: habemus enim quòd in caſibus in quibus quis tenetur de cōſenſu alterius nubere, ſufficit quòd nubat digno, per hoc excuſatur à pœna: ergo quamuis demus tot ſpecialia, prout ſuprà diximus, quòd ſcilicet diſpoſitio cenſeatur facta in fauorem piæ cauſæ, & pietatis intuitu, taliter quòd pietatis, & paupertatis reſpectus etiam ſi non conſideratus, præponderet cōſanguinitatis reſpectui per teſtatorē expreſsè conſiderato, & quòd fauore piæ cauſæ teneat hęc condicio nubendi de conſenſu, & licentia alterius, adhuc in caſu iſto non poteſt filia priuari relicto, quamuis conditioni nō paruerit, poſtquam nupſit perſonæ dignæ.

55 Et ſi † filia eſſet maior viginti quinque annorum, ſecundùm ius commune, & viginti quatuor, ſecundùm ius municipale, minorē tes ſine dubio difficultatem haberet: eſſet enim quòd tunc parentibus potiùs, qui in tantam ætatem filiæ nuptias, & matrimoniū diſtulerunt, imputaretur, quam ipſi filiæ,

prout

prout aliàs & in hoc tomo, & in primo latè docuimus.

56 Sed quid † si dictum fuisset per testatorẽ, se nolle quòd filia nuberet cũ certa persona quam nominaret? tunc non est dubiũ quòd talis particularis prohibitio valeret, & sustineretur sine difficultate; de quo sunt intra expressa in l. hoc modo 68. cum l. præcedenti, & l. hoc genus 105. ff. de condi. & demonstr. Moli. de primog. Hispa. lib. 2. c. 13. num. 28. Steph. Gratia. discepta. foren. 5. nu. 9. Et est ratio, quia non impedit libertatem matrimonij quoad alias.

57 Hæc de plano procedunt † vbi clarè testator fuit loquutus, prohibendo nuptias certæ personæ. Sed cõtingit aliquando quòd propter honorem personæ, & ne eius fama offendatur, non loquitur ita clarè testator, sed loco particularis prohibitionis de non nubendo tali, quam facere intendit in sua volũtate, facit illam generalem, *ne nubat sine cõsensu talis*, sub certa pœna, iniungendo ei cui commissum est, ne licentiam concedat filiæ ad illas nuptias sibi odiosas: & declarando hanc esse suam volũtatem coram testibus testamentarijs, quorum aliqui de hoc postea deponunt in iudicio contra filiam, quæ illas nuptias prohibitas in volũtate testatoris coram testibus declarata, contra voluntatem eius cui commissum erat, contraxit.

Quæritur de duobus. Primò, an ex dictorum testium depositionibus dicatur cõstare satis ad effectum de quo agimus de volũtate testatorĩs. Secũdò, præsuppositò quòd de ea cõstaret, qualis uoritia, & scientia requiratur in filia, vt ex contrauentione priuari hæreditate debeat. Hæc puncta disputata fuere in illa causa Thomæ de Oris contra nobilẽ Angelam de Blanes coram egreg. Sena. primario Io. Gallego, cuius suprà meminimus. Super eis scripsit latè Cane. dictæ nobilis fœminæ Aduocatus, In 3. p. var. c. 20. de lega. ex n.
58 407. Dicẽs quoad primum † in suo casu non potuisse dici constare de volũtate testatoris circa dictam particularem prohibitionẽ, quę ex aduersò allegabatur, quia de ea nõ deponebant tot testes quot requirebãtur, nempè septem, qui ad testamenti validitatem sunt necessarij: solùm enim deponebant de dicta voluntate tres, aut quatuor ex testibus testamentarijs, simul cum Notario. Nec (inquit)
59 releuat dicere, † quòd id quod faciũt dicti testes est deponere non de noua volũtate testatoris, sed imò de declaratione voluntatis illius, in qua non est opus tot testibus; quia
60 imò † constabat de contrario, cùm testes deponerent ad validandum voluntatẽ, quæ nulla erat vti iacebat, inualida, & à iure reprobata, mutando eam de generali expressa ad particularẽ non expressam, quod non est declarare voluntatem, sed probare aliã voluntatem, quàm quæ in testamento apparet: nec materia declarationis in isto casu cadebat, vbi nullũ erat verbum dubium à iure validũ,
61 quod egerer interpretatione. Item † dicit, quòd testes prædicti non poterant dici probare nisi quòd testator ita voluit disponere, quod non sufficit si non disposuit, prout reue-
62 ta nõ disposuerat. Et finaliter † dicit nõ obstare quòd essent in testamẽto inter liberos, & sic quòd videretur ad parentis volũtatem probandam duos testes sufficere, iuxtà l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam.
63 quia (inquit) id † non procedit vbi præcessit solemnis dispositio in fauorẽ alicuius filij: nam tũc id illi tolli non potest aliqua minùs solemni dispositione, etiam in fauorem alterius filij. Ex quibus concludit is Doctor non posse dici quòd ex depositionibus dictorum testium esset recedẽdum à dispositione testamentaria solemni, & ab his, quæ inibi scripta erant. Videantur, quęso, quæ in dicto loco per Cancer in comprobationem huius puncti adducuntur, quia pulchra sunt, & ea hic multùm accommodata.

64 His ego addo, † quòd in casu quem disputamus non potest dici adesse testamentum perfectum, & omnibus suis numeris absolutum, in quo prohibitio nuptiarum solùm reperitur facta hæredi hoc modo, *ne nuberet sine licentia, & consensu matris*, & quod ex aduersò prætenditur est in effectu contradicere huic solemni testamentariæ dispositioni, dicendo non fuisse voluntatem testatoris prædictam generalem dispositionem facere, sicut scriptum erat, sed particularem, *ut nuberet tali*. Hoc suppositò, non video quomodo cum depositionibus triũ, vel quatuor testium possit prætẽdi infringi debere dicta solemnem testatoris voluntarem. Hoc si permitteretur, facilis esset inuenta via tollendi testamenta solemnia, contra rex. in §. ex eo autem, quib. mod. testa. infirmẽ. prout docet Farina. cons. 105. ex n. 11. 2. vol. cõs. vbi vult
65 nec † per instrumentum ad partem factũ per testatorem, valere quicquam contra ea, quæ in testamento scripta leguntur, & ad infringendum ea, sed necessarium esse aliud testamentum, vel codicillos, vbi tes esset quæ per codicillos mutari valeret, per rationem superiùs adductam, quòd sic facilis adinuenta esset via tollendi testamenta solemnia, quod
66 non deber permitti. Et quia † tota vis sit in isto casu, quia id de quo agimus non est dispositio noua, nec noua voluntas, sed dispositionis declaratio, pro qua duo sufficiũt testes, vt passim Doctores scribunt post Bartholũ in l. hæredes palam, §. si quid post,

67 ff. de teſtamentis, dico quòd † etiam ſi talis eſſet, quod tamen non eſt, vt multis probat in his noſtris terminis Cancer in loco ſuperiùs citato, nihilominùs talis prætenſa declaratio non poſſet minore teſtium numero probari, quàm requiſitorum in teſtamento, ex doctrina Barr. in dicta l. hæredes palàm, in dicto §. ſi quid, num. 4. de teſtamen. quam ſequitur Paulus de Caſtro ibidem num. 13. eſt eiuſdem ſententiæ Oldra. in conſil. 297. num. 7. & Surd. qui hos omnes refert, in conſil. 129. num. 28. lib. 1. vbi dicunt, quòd eriã quando agitur de voluntate declararoria ſeptem requiruntur teſtes, ſi ea inutilis ſit, & per declarationem confirmatur, pluribus aliis auctoritatibus, & dictis Doctorum idem copioſiùs multò probat Surdus videndus loco citato. Sic punctualiter ſuccedit in iſto caſu de quo agimus, vbi videmus diſpoſitionem inutilem, niſi eam intelligamus prout dicunt teſtes iam dicti, ſiue ergo id accipiatur in vim nouæ diſpoſitionis, ſiue etiam voluntatis declarationis, ſemper erit dicendum quòd niſi probetur per totidem teſtes, nunquam dicetur voluntas, vel voluntatis declaratio probata.

68 Circa ſecundum, † qualis notitia, & ſciẽtia requirantur vt filia contraueniens incidat in pœnam priuationis, diſputatum latè fuit in ſuprà citata cauſa domnę Angelę Blanes, in qua tandem Senatus, referente egregio, ac primario Senatore Ioanne Gallego,

† habuit pro conſtanti, & *reſoluit* ſufficientem fuiſſe quandam ſcientiam, & notitiam, quam quidam teſtes, ferè omnes ſingulares, dicebant habitam fuiſſe à matre, cui commiſsũ fuerat vt licentiam nubendi concederet, & ab aliis, inter quos hæc dicebantur. Sed ego

69 conſultus † contendi eam notitiam, & ſcientiam voluntatis reſtatoris nullo modo potuiſſe facere cadere filiã in pœnam: ad id enim debebat de hoc inſtrumentum eſſe cõfectum, & poſteà legi, & oſtendi filiæ: vel

70 ſaltem † coram teſtibus explicata per patrẽ eius voluntas, aliàs non tenebatur alijs ſibi id dicentibus credere modo aliquo, iuxtà textum in l. ſi quis inficiatus, ff. depoſ. clemen. cauſam, de electio. vbi declarans Rom. Pont. quando aliquid dicatur, & dici debeat legitimè intimatum, ſic ait: *Porrecto videlicet ſibi ſub ſcriptura authentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo conſimili (ſi petita fuerit) indè facta*. Bart. in l. quod re

71 num. 15. ff. ſi certum petat. vbi in his † quæ nobiſcum geſta non ſunt, non ſufficit verbalis interpellatio, ſed notificatio ſcripturarũ eſt neceſſaria. Sequitur Surd. conſil. 22. num.

72 12. & 13. vbi dicit † neminem teneri alij credere, niſi fiat ſibi fides per teſtes idoneos, ſeu publicum inſtrumentum. Idem Sur. deciſio. 341. ex numer. 10. in 2. volum. optimè Barr. in l. non ſolùm, §. morte, num. 34. &

73 ſequent. de nou. oper. nuncia. vbi dicit † debitorem non teneri parere proteſtationi, quæ ſibi fit ne ſoluat creditori, niſi veritas cauſæ, proprer quam eſt proteſtatus, illi oſtenderetur, ſubdit nu. 35. indè video practicã, quòd vbi quis debitori dimittit ne ſoluat creditori ſuo, ei legat inſtrumentum, vel per copiam dimittat, in quo apparet illum creditorem ſibi debere. Alias inſtantias adducit ad propoſitum videndas Surd. loco citato, & in deciſion. 240. ex numer. 10. cum ſequentibus.

† Per quæ ego in caſu pulchro *obtinui* contra Notarios Aulæ Regiæ non poſſe procedi per regaliam in vim vſati. Iudicium in curia darum, aduerſus eos, qui non fuerant in cauſa, ex ſola interpellatione contra eos facta cum denuntiatione ſententiæ Regiæ in interpellantium, & proteſtantium fauorem latæ, & executorialium indè emanatorum, *Quia* (inquit Regia ſententia in dicto caſu lata referente egregio Senatore Ioſep. Ferrer 17. Maij 1611.) *debebat interpellatis oſtẽdi mandatum, & oſtendi etiam Regia ſententia, & alia ſcriptura, in quarum vim fiebat proteſtatio, & interpellatio, & dari illorum copia, aliàs non poſſunt dici incidiſſe in pœnã, nec fuiſſe in mora conſtitutos*. Hæc, & alia ego retuli in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 17. num. 50. Adde nunc Iulium Clarum de homicidio nu 62. verſic. Sed quid ſi, vbi dicit,

74 quòd † quamuis bannitus, qui impunè poteſt occidi, proteſtetur priùs quàm occidatur, quod habet grariam. ſi eã non oſtendit, poteſt occidi, quia nemo tenetur ei credere de gratia, niſi oſtendatur. Et eundem Surdum in conſil. 425. num. 43. lib. 3. Adde etiã Sfortiam Oddum in conſil. 79. num. 26. in

75 terminis loquentem † quando alicui ſub pœna erat iniunctum, quòd cum certa perſona nuberet, ſub pœna amiſſionis relicti, dicit enim & reſoluit quòd etſi interpelletur, ſed non oſtenditur ei id in quo continetur dictũ præceptum, non tenetur credere, nec cõtrafaciendo incidit in pœnam. Et in his ter-

† minis terminantibus *ſequutus* hanc doctrinã fuit Senatus noſter, referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, in cauſa Mariannæ Calbet contra Balthaſarem Pardina 7. Iulij 1608. Scriba Simon Font, vbi declarauit

76 dicendo, *Quòd mulier debebat legitimè de hoc certiorari per notificationem, & oſtenſionem inſtrumentorum, quibus conſtabat de obligatione contrahendi nuptias, pro quibus requirebatur*. Nihil ergo prodeſt quòd mater dixiſſet filiæ, & explicuiſſet quod dicebat

vo-

voluntatē patris, nec quòd filia audita fuisset dicere se prohibitionis paternæ conscią fuisse, & esse, cùm huiusmodi scientia, & notitia sic á matre, & á quocunque alio habita, non potuerint eam constituere in mora, nec facere incidere in pœnam, ex defectu ostensionis, & iuridicæ notificationis alicuius certi huius rei testimonij, cui deberet credere, & fidem adhibere.

76 Nec sciētia † sufficiens probabatur ex eo quod dixisset filia, sicut dicebant testes, se non posse nubere ei cui nupserat, quia sciebat sibi prohibitum fuisse per patrem, vel quid simile, quia si id dixit, fuit non quia re uera sciret eo modo quo scire debuisset, sed quia ita audiuisset à matre, vel ab alijs; quo casu intrat quod dicit Philosophus: *Propter nostrum affirmare, vel negare, nihil ponitur*
77 *in re*, & confessionibus † iuris constitutio nō mutatur, l. confessionibus, de interrogator. action. vndè huiusmodi filiæ dictum de sua scientia, non faciebat illam legitimam, si talis non erat, nec impediebat quominùs posset de illius illegitimitate opponi, sicut opponebatur. Ita in terminis resoluit Surdus in pulchro consil. 425. num. 41. versic. Simi-
78 liter, cum sequent. lib. 3. vbi † agens de quadam confessione per aliquem facta de quodam contractu à se celebrato, quòd esset vsurarius. dixit quod nos suprà diximus, eam confessionem non potuisse facere contractū vsurarium, si talis non erat, nec facere delictum vbi non est, & quòd propter nostrum affirmare, vel negare, nihil ponitur in re, & quòd quia id dictum fuerat propter quandā assertionem, seu munitionem ab aliquo sibi factam, cui non tenebatur credere, nisi veritas asserrionis aliter sibi ostensa esset, ideò nihil ea cōfessio prodesse potuit; & alia denique is Doctor dicit omninò videnda ad propositum. Videndus idem Surd. in cons. 403. ex num. 76. eodem lib. 3. vbi dicit † in
79 his quæ sunt iuris nihil facere partis confessionem. Sic punctualiter procedit in casu quem tractamus, in quo si quid filia dixit, fuit ex attestatione matris, & aliorum; quibus non tenebatur credere, nec ex eis dici potuit habuisse talem scientiam qualis requirebatur.

80 Neque etiam † existimo esse alicuius considerationis ad dictam scientiam necessariā ad actum de quo agimus, si probaretur, prout est contingibile, quòd filia aliquando ingrediebatur cubiculum vbi erat testator dū testamentum faciebat, & auscultabat quæ ibi gerebantur, quia etiam si dixissent testes, quòd erat ibi præsens toto tempore, adhuc non probassent scientiam, nec quòd dicta filia intellexisset quæ dicebantur, quia possunt simul stare quòd fuisset præsens, & non aduertisset ad ea quæ dicebantur, & potuit casu, & aliud agens adfuisse, vndè præsentia non infert intelligentiam, l. 1. §. fina. vbi Bart. de auctor. tuto. Bald. in l. 2. §. final. ff. soluto matrimo. Crauetr. consil. 281. col. 4. in princip. Grammati. cons. crim. 19. nu. 2.
81 & ideò cùm † testis dicit aliquem fuisse præsentem, non probat quòd intellexerit, quia vbi de alicuius tertij præsentia agitur, non infertur ad intelligentiam, vt post Crotum, Alciatum, & alios, ponit Butig. in l. 2. §. quo præsens, num. 7. de verborum obligat. latè Surd. consil. 425. num. 46. Quibus adde Io. de Arnono in suo singular. 5. qui idem in terminis multùm extensè probat, quòd scilicet ex præsentia non inducatur intelligentia, sed requiritur vtriusque rei probatio, maximè quod vix probatur vnquam præsentia continuata toto tempore confectionis testamenti, nec intelligentia prohibitionis specificè, & agitur semper de materia pœnali. Sequitur indè, & sequi videtur concludendum non fuisse scientiam, & intelligentiam necessariam ad effectum de quo agitur,
82 priuandi filiam relicto, probatam per supra dictos probandi modos.

Dixi † non fuisse probatam præsentiam continuatam toto tempore testamēti, quod est maximæ considerationis, quia ex hoc minùs infertur, aut inferri potest intelligentiæ actus, cùm non sciamus si illo tempore quo mulier fuit præsens, gestus, & factus fuit: hoc enim esset multiplicare specialia, primò inducendo præsentiam ad tempus quo fiebat prohibitio, & deindè ex illa præsentia intelligentiam, quod non licet, l. vni. C. de dot. promiss. cum similib. Atque hæc de his latis.

83 Vidimus hucusque † de conditione apposita relicto vt nubat de consensu, & licentia alicuius; quam diximus apponi non potuisse, nec posse: videndum nunc est, num idem sit de conditione, *vt nubat cum consilio alicuius*. Qua in re communiter resoluunt Doctores, quòd non sit idem dicendum de ista conditione atqui de illa, imò hanc conditionem optimè adijci posse relicto, & si ei non paruerit legatarius, priuabitur legato. Ratione dicunt esse, † quia ista conditio non
84 est impeditiua matrimonij, cùm consilium licet debeat petere legatarius, illud tamen non tenetur sequi, prout post antiquos latè probant Cencd. collecta. 58. num. 6. ad Decretal. Doctor Marta voto 50. Marescottus variarum resolutio. lib. 1. cap. 73. num. 3. vbi † *dentio* Rorę Romanæ, & omnium latiùs mul-
ter Molin. de ritu nuptiar. & pact. in matrimonio conuen. pat. 3. toto cap. 29. vbi latiùs multò

multò quàm alij per ampliationes, limitationes, & declarationes tem hanc declarat, qui eſt in propoſito videndus. Ibi videbis
85 differentias maximas † inter hoc quod eſt dicere, *ſi nupſerit de conſenſu talis*, vel *de conſilio talis*, & quid ſi ſimul dictum ſit, *de conſilio, & voluntate talis*, vbi vult prævalere illud quod fuit dictum de conſilio, & idē dicendum eſſe de dicta diſpoſitione ac ſi dictum tantùm fuiſſet, *de conſilio talis*, nec adiectum fuiſſet, *& de voluntate &c.* Ibi etiā videbis quaſdam allegationes, quas ibi de verbo ad verbum Auctor inſeruit, factas pro quadam cauſa, in qua ipſe fuerat Aduocatus, & ego nunc ſum pro vna parte; ex quibus haurire poteris quæcunque ad propoſitū erunt ſcitu digna, & neceſſaria.

SVMMARIA.

1 *Monaſterium ingrediens, conſequitur legatū ſibi relictum ſi nupſerit, ac ſi nuptias carnales contraxiſſet.*

2 *Nubere dicitur qui Monaſterium ingreditur.*

3 *Monaſterium ingrediens non dicitur ſine liberis decedere.*

4 *Fontanellæ familia eſt in Italia multum nobilis, & valdè præſtans.*

5 *Nuptiæ ſpirituales non veniunt appellatione nuptiarum, nec ſpiritualiter nubendo quis ſatisfacit, cùm expreſsè, aut tacitè conſtat teſtatorem de nuptijs carnalibus intellexiſſe.*

6 *Teſtator poteſt dicere ſe legare pro nuptijs carnalibus, & non pro ſpiritualibus, & quòd non valet, ſuccedant religioſi, & obſeruandum eſt.*

7 *Ratio quæ aliqui dicunt non valere diſpoſitionem priuantem bonis eos qui religionem ingrediuntur, ne retrahantur à vita ſpirituali, reprobatur.*

8 *Ingredientes Monaſterium non attendunt ad diuitias ſeculi, nec ob eas mouentur in aliquo.*

9 *Monaſterium, & religioſos poſſe excludi expreſsè per teſtatorem à ſua ſucceſſione & bonis, eſt hodie communis opinio, & de conſuetudine Chriſtiana Reipub.*

10 *Teſtator cenſetur expreſsè voluiſſe excludere Monaſterium, quando dixit*, pro matrimonio carnali *tantùm, tacitè autem alijs modis.*

11 *Teſtator cenſetur & præſumitur loquutus de matrimonio carnali, cùm dixit*, ſi ſine liberis legitimis, & naturalibus decederet. *vbi deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum.*

Idem eſt quando dixit, ſi ſine liberis ex ſuo corpore legitimè procreatis. *ibidem. vbi deciſ.*

Idem quando dixit, ſi ſine liberis ex legitimo matrimonio. *ibid. vbi deciſ.*

12 *Deciſiones aliæ in contrarium.*

13 *Mors religioſi an ſit expectanda antequam fideicōmiſſarius & ſubſtitutus admittatur, remiſſiuè.*

14 *Teſtator ex pluribus coniecturis multò magis cenſetur loquutus de nuptijs carnalibus, quàm ex vna ſola. vbi deciſio noſtri Senatus.*

15 *Teſtator cùm voluit remotioribus relinquere, tam pro matrimonio ſpirituali, quàm pro carnali, cēſetur idem voluiſſe reſpectu proximiorum.*

16 *Teſtator quod in vno caſu voluit, dixiſſet & in alio ſi voluiſſet. & num. 20.*

17 *Vſus communis loquendi quomodo probetur, remiſſiuè.*

18 *Matrimonium. Verba de matrimonio loquentia, ſecundùm communem vſum loquendi, intelliguntur de carnali, non de ſpirituali.*

19 *Legatum quando eſt magnum non præſumitur factum fauore cauſæ pie.*

21 *Conſeruandi bona in familia animus eſt magna coniectura quòd non intellexit teſtator de nuptijs ſpiritualibus, cùm de nuptijs meminit. vbi deciſ.*

22 *Teſtator cenſetur de nuptijs tantùm carnalibus intellexiſſe, cùm dixit*, ſi nupſerit tali.

23 *Teſtator relinquens ſub conditione negatiua*, ſi non nupſerit, *cenſetur intellexiſſe de nuptijs carnalibus.*

24 *Filius ingrediens Monaſterium, licèt amittat legatum ob prohibitionem teſtatoris, non tamen amittit legitimam.*

25 *Conditio negatiua*, ſi non nupſerit, *reijcitur in virgine, ſed non in vidua. vbi deciſiones.*

26 *Promittens ſub certa pœna non nubere, non tenetur adimplere promiſſionem.*

27 *Nuptiarum mentio non cenſetur facta de ſpiritualibus vbi eſt ſtandum chartæ. vbi deciſiones.*

28 *Interpretatio ex coniecturata mente defuncti non admittitur vbi eſt ſtandum chartæ.*

29 *Nuptiarum mentio non iudicatur facta de ſpiritualibus, vbi filius eſt ſubſtitutus.*

30 *Nec item cùm eſt dictum*, ſi nupſerit de præſenti. *vbi deciſ.*

31 *Monaſterium non excludit ſubſtitutum ſub conditione*, ſi ſine liberis, *in contractibus.*

32 *Cardinalis Mantica ſicut multùm laborauit*

in

in tractatu de coniecturis vltimar. volunt. pro Monaſterio, ſic in tract. de tacit. & ambig. conuentio.

33 *Verba in contractibus proprius, & ſtrictius accipiuntur, quàm in vltimis voluntatibus.*

34 *Conditio, ſi caſtè vixerit, optimè adimpletur ingrediendo Monaſterium.*

35 *Conditioni, ſi vitam vidualem ſeruauerit, cenſetur paritum per Religionis ingreſſum.*

36 *Ingrediens Monaſterium, caſu quo poſsit habere legatum ei relictum pro dote, non poteſt illud transferre in alium, ſed opus eſt queri Monaſterio vt illud poſſit habere.*

37 *Legatum rei alienæ valet, ſi ſcienter factum eſt à teſtatore, non ſi ignoranter, quia ſi ſciuiſſet forſan non feciſſet.*

38 *Scientia teſtatoris in legato rei alienæ eſt per legatarium probanda, aliàs ignorantia præſumitur.*

39 *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ tenet, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter factum ſit.*

40 *Legatum rei alienæ factum fuore animæ, de iure valet, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter illud factum ſit.*

41 *Legatum dotis indicatur legatum pium, ſi eſt pauperi factum.*

42 *Legatum rei alienæ factum coniunctæ perſonæ, vel cauſæ piæ, tunc demum valet quando ignoranter factum eſt cum in totum eſt res aliena legata, ſecùs quando pro parte eſt teſtatoris, quia tunc valet in illa parte ſolùm.*

43 *Etiam ſi tus quod in re legata teſtator habet, eſſet morte ipſius periturum.*

44 *Legatum rei alienæ quando quis eſt ſolùm vſu fructuarius, vel hæres gratuitus, ſolùm valet in & pro illo iure, quod habebat legans.*

45 *Ratio quare legans rem prorſus alienam, videtur legare totam ipſam rem, ſecùs verò legando rem in qua habet aliquod ius?*

46 *Teſtator cenſetur voluiſſe legare totam rem, nedum partem, quam in ea habet, cùm vtitur verbis generalibus, & vniuerſalibus, ex quibus mens coniecturari poſſit.*

47 *Teſtator quando poſſidet totam rem, quæ partim eſt ſua, partim aliena, non cenſetur legare niſi ius quod habebat in ea, quantumuis verbis vniuerſalibus, & generalibus vſus ſit.*

48 *Locum alienam, C. de legat. non procedit cùm teſtator poſſidet rem illam alienam, quam legauit.*

49 *Lex prædicta non procedit cum ille cuius res legatur, eſt etiam coniunctus teſtatoris ſicut legatarius.*

50 *Declaratur quomodo intelligantur ſupradicta.*

51 *Legata ſunt ſtrictè interpretanda.*

52 *Fallit quando legatum eſt factum coniunctæ perſonæ, quia tunc eſt fauorabile; & plèniùs interpretatur.*

53 *Sublimitatur, cùm coniuncta perſona eſt ſimiliter, hæres à quo legatum eſt præſtandum.*
Interpretatio lata remouetur ex pari affectione. ibid.

54 *Deciſio noſtri Senatus probans contenta in num. præcedenti.*
Et alia deciſio eiuſdem Senatus infrà numero 59.

55 *Contrarium fuit in alijs Senatibus ſæpiùs declaratum.*

56 *Deciſio noſtri Senatus facta circa legatum rei alienæ.*

57 *Teſtator cùm legat rem communem ſibi & hæredi, cenſetur totam rem legare, ſiue ſciens, ſiue ignoranter.*

58 *Euictionis iudicium inſtituens, quæ probare teneatur, remiſſiuè.*

60 *Maritus in reſtitutione dotis non poteſt opponere de iure tertij, remiſſiuè.*

61 *Periculum rei dotalis cum nomina debitorũ, vel annui reditus ſunt conſtituta in dotem, cuius ſit, an viri, an vxoris, remiſſiuè.*

62 *Maritus an faciat fructus ſuos bonorum primi mariti vxoris ſuæ, cùm illa conſtituit ei in dotem tenutam quam habebat in bonis dicti primi viri ſui, remiſsiuè.*

63 *Maritus an faciat fructus ſuos annuorum redituum per primum virum vxori pro alimentis relictorum, & per eam in dotem ſecundo allatorum, remiſsiuè.*

64 *Maritus an faciat fructus ſuos cùm ipſe allato certo axouario ingreditur domum vxoris, & in ea viuit ex bonis eiuſdem mulieris.*
Axouar, *quid ſignificet. ibidem.*
Maritum ingredi vxoris domum, magnum eſt triſtitiæ ſignum. ibidem.
Maritus qui ingreditur domum vxoris, vt ibi ex illius bonis viuat, non dicitur ipſe traducere vxorem, ſed imò ipſe dicitur ab vxore traductus. ibidem.

65 *Maritus an faciat fructus bonorum vxoris ſuos pro ſuo axouario, donec illi reſtitutum ſit, ſicut vxor eos facit ſuos bonorum viri pro ſua dote, remiſsiuè.*

GLOSSA III. PARS VI.

Monaſteriũ ingrediens an & quando con-

do conſequatur relictum ſub conditione, ſi nupſerit. Vbi lata manu explicatur an & quando appellatione nuptiarum veniant ſpirituales.

Et de legato rei alienæ pro dote facto.

Et denique de alijs rebus in dotem conſtitutis.

1  Ed quando † Monaſterium ingreditur cui relicta eſt, vel donata certa quantitas pro dote, vel pro nubendo, dubium eſt an illam conſequi debeat ac ſi nuptias carnales, ſeu carnale matrimonium contraxiſſet. Communiter tenent Doctores aſſerunt quòd ſic, fauore Religionis, quia
2 ſatis † dicitur nubere qui Monaſterium ingreditur, per vulgarem illum text. in §. ſed & hoc pſici, in authenti. de ſanctiſſ. Epiſcop. collat. 9. & in authentic. ingreſſi, C. ad Trebellian. Ex quibus Doctoribus multos, ac potiores, tam Theologos, quàm Iuriſperitos, allegat Pater Thomas Sanchez in tract. de matrimonio lib. 1. de ſponſalib. diſputatio. 33. nu. 29. ſcilicet Socin. Felin. Nat. Fulgoſ. Bal. Nouel. Sylueſt. Loaz. Couar. Colla, Manti. Gutier. Meno. Did. Perez, Pat. Molina, & Ludoui. Lop. Alios idem tenentes citat Perez de Lara in tracta. de anniuerſa. lib. 1. cap. 21. num. 24. & ſignanter Capici. decis. 204. Adde Surd. conſil. 192. volum. 2. & Decia. reſpon. 5. lib. 3. Tota de hoc eſt *deciſ.* Senatus Siciliæ apud Nicol. Intrigliol. 30.

3 Idem eſt † de conditione, *ſi ſine liberis*, quemadmodum enim non dicitur ſine nuptijs deceſſiſſe, qui ſpirituales contrahit, ſic non dicitur ſine liberis decedere qui Monaſterium ingreditur, & ideò non eſt mirandū, quòd inter Doctores quos allegamus, & alij allegant ad probandum de conditione nuptiarum, de qua tractamus, ſint multi qui de conditione exiſtentiæ liberorum loquūtur: parificantur enim ad iſtud propoſitum, vt in terminis terminantibus docet Eſſe deciſio. 44. num. 26. & deciſio. 45. num. 42. videdus. Ad idem etiam multa ſcribit Hippoly. Riminal. in conſil. 20. num. 3. lib. 1.

4 Quod conſilium, † & ſequens valdè lætatus ſum dum inueni, propter multùm honorificam mentionem, quam de quadam nominis mei Fontanellæ familia inibi facit, appellans eam multùm nobilem. Scripſit enim prædicta duo conſilia contra quādam, quām nobilem matronam vocat, Paulam Fontanellam, vxorem Comitis de Seſſis iā tunc vita functi, & matrem ſucceſſoris. De eiuſdem familiæ magna nobilitate ſcribunt Ruin. in conſil. 203. lib. 2. Corn. conſil. 146. lib. 2. Gozadin. conſil. 102. Riminald. ſenior conſil. 326. lib. 2. & Alexan. Raudenſ. qui ſupradictos omnes refert, in conſil. 36. nu. 56. libro primo. Et non ſolùm in iſtis familijs nominis mei fuerunt, & ſunt qui magna nobilitate claruerunt, ſed & qui in litteris fuerunt percelebres: reperiuntur enim inter conſil. criminal. diuerſorum quædam cuiuſdā Fontanellæ, quæ ſæpè citantur à Farinac. in ſuis operibus criminalibus, quæ non ſunt alijs inferiora: vtinam nos ei in doctrina aſſimilaremur.

5 Id tamen † non procedit quando vel tacitè, vel expreſsè conſtat de voluntate relinquentis, vel donantis, quòd noluerit niſi pro carnalibus nuptijs vel relinquere, vel donare. Ratio eſt clara, quia id quod dictū eſt in fauorem Religionis, inititur voluntati præſumptæ teſtatoris, quia ſcilicet præſumitur quòd eodem modo reliquiſſet, ſi caſum nuptiarum ſpiritualium conſideraſſet, vt volunt Doctores ſuprà citati, & ſignanter Sanchez, qui plures allegat. Ergo quando conſtabit de contraria voluntate, contrarium erit dicendum. Ita Doctores prædicti. Adde Oſaſch. deciſiō. 126. nu. 11. Vincen. de Franch. deciſio. 29. num. 5. Gaſp. Anton. Theſaur. quæſtio. foren. 60. num. 18. lib. 1. Additio. ad Gamm. deciſio. 319. Ioſeph. Seſſe deciſio. Regni Aragon. 30. nu. 53. Anton. Fab. in ſuo C. lib. 1. tit. 2. de ſacroſ. eccleſ. definit. 42.

† 6 Nec eſt facienda † vis in eo, in quo vidi nonnullos dubitaſſe, & ſignanter nouiſſimè Marta in tracta. de iuriſdictio. par. 4. centur. 1. cap. 80. per totum, ſi teſtator poteſt dicere, quòd pro nuptijs carnalibus tantùm, non pro ſpiritualibus, legatum facit: poteſt equidem, imò & ordinare ne bona ſua deueniāt ad Eccleſiā: non enim tribuitur tantum fauoris Monaſterio, vt voluntatem teſtatoris tollat, aut impediat, vt latè rem hac tractans extendit Alexan. Ambroſin. deciſio. Peruſia.
7 30. num. 21. par. 2. Et eſt ridiculum † quod dicitur ab aliquibus, non poſſe teſtatorem id facere, vt excludatur Monaſterium, quia per hoc retrahitur filius, vel filia à vita contemplatiua: huiuſmodi enim retractum ego non video, & cuique exiſtimo fieri manifeſtum, non eſſe alicuius conſiderationis, ſi re-
8 tē rem conſiderauerit. Non enim † ad hoc attendunt qui ſpiritu Dei ducuntur ad renū tiandum mundo, & illius diuitijs, & ad vouendum

uendum paupertatem, & obedientiam, vt bene conſiderarunt Oſaſch.deciſ.126.num. 21. Menochi. præſumpt.83.num.17.libr.4. Ambroſin.in cirata deciſio.30.num.25.cum alijs infinitis,Gaſpar Anton. Theſaur.queſt. foren.60.num.18. qui anteà nu.14. ad propoſitum dixerat opinionem contra Monaſterium eſſe hodie magis communem, veriorem, & æquiorem teſtamento fauẽtem, & conſuetudine totius Chriſtianæ reipublicæ confirmatam, Peregrin.de fideicommiſſ. art.28.num.70.Seſſe deciſio.30.numer.53.

10 Expreſsè conſtaret, † quando expreſsè diceret ſe legare, aut donare pro matrimonio carnali tantùm. Tacitè autem multis modis, de quibus paſſim per Doctores: ego de nonnullis agam, quos vidi approbatos in noſtro Senatu.

11 Ac imprimis, † ille non eſt omittendus, quem adducit noſter Michael Ferrer in 3.p. obſeruantiarum cap. 401. quòd quando teſtator ſubſtituit legatario, *ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus decedit*, tunc intelligitur, quòd in legato quod voluit præſtari eidem tempore collocationis matrimonij intellexit de nuptijs carnalibus, non de ſpiritualibus, quia id important verba illa, *ſine filijs*

† *legitimis, & naturalibus*. Atque ita *deciſũ*, & concluſum in Senatu fuiſſe de anno 1576. docet Auctor prædictus. Sunt & alij Senatus, qui eandem opinionem ſequuti fuere,

† nempè Pedemontanus, in caſu quo *dictum* fuerat (quod idem eſt) *ſi ſine liberis ex ſuo corpore legitimè procreatis decederet*, vti eſt videre apud Oſaſc.deciſio.126. Neapolitanus, in caſu quo *dictum* fuerat, *ſi ſine liberis*

† *ex legitimo matrimonio deceſſerit*, qui nõ eſt diuerſus à caſu noſtro, vti apparet apud Vincentium de Franch.deciſio.29. Plures aliorum gratiſſimorum Senatuum *deciſiones*

†† reperies apud Borgnanum Caualeanum deciſ. 1.ex.num.31.par.3. latiſſimè videndus don Garcias Meſtril.deciſio.153.per tot.libr.2.

12 vbi aliæ *deciſiones*. Verum eſt † quòd ibi-

†† dem multa adducuntur in contrarium, verùm tu ſcies diſcernere bonum à malo. Nec

† etiam me latet quin apud Gammam ſit *deciſio* contraria, quæ eſt in ordine 317. Sed ego nihilominùs cum alijs ſuprà adductis in cõtrarium conuenio, & ſum ſemper huius opinionis, quòd paucæ coniecturæ ſufficiant ad præſumendum mentem teſtatoris erga matrimonium carnale tantùm, cùm ſemper vſus communis omnium his ſuffragetur, nec deſint alia, quæ mentem hanc teſtatoris faciunt claram. Nonnulla de his dixi in pri-

13 mo tomo clau.4.glo.2.ex num.35. Sed † an ſtatim admittatur ſubſtitutus quòd hæres ingreditur Monaſterium, & facit in eo profeſſionem, an ſit expectanda mors naturalis ipſius monachi, tractaui, & reſolui in eodẽ primo tomo clauſul. 4. gloſſ. 2. ex num.37. vbi noſtri, & aliorum Scoatuum adduxi *de-*

†† *ciſiones* in terminis.

14 Si hæc ſola † coniectura, (vt ad propoſitum redeamus) quòd de filijs legitimis, & naturalibus loquutus ſit teſtator, ſufficiens eſt ad præſumendum voluntatem defuncti quòd de nuptijs carnalibus, & non de ſpiritualibus intellexerit, multò magis id procedet vbi plures iunctæ ſimul concurrent. Succeſſit de hoc pulcherrimus caſus in Senatu noſtro diſputandus de anno 1608. coram egregio tunc Senatore Raphaele Rubi & Coll inter Matthiam Vilar, & Hieronymam Colom, & alios. Legauerat Iacobus Alos Colom Ioanni Vilar tres mille libras, quas ei dari volebat tempore quo contraheret matrimonium, & non anteà. Ingreſſus fuerat legatarius Religionem, & petebatur legatum. Dubitatum fuit an deberetur. Difficultas conſiſtebat in coniecturanda voluntate teſtatoris, num intellexiſſet tam in caſu nuptiarum ſpiritualium, quàm carnaliũ legare, an verò in carnalium tantùm. Concordabat enim Senatus ſine difficultate ſtãdum eſſe præſumptioni mentis teſtatoris, quæ magis vigeret, vel pro vtriſque nuptijs, vel pro carnalibus tantùm, & habebat pro conſtanti, vti ex deciſione ſuper eo caſu facta deprehenditur, quòd ex ſola coniectura, & tacita voluntate teſtatoris circa nuptias carnales, excludebatur Monaſterium, & excludebantur nuptiæ ſpirituales, nec dubitabat aliquo modo ſi id potuerat facere, habuit enim pro conſtanti quòd ſic, & tacite, & expreſsè. Vna pars Senatorum (diuiſi enim fuerunt) dicebat ſtandum eſſe regulę, quòd caſus matrimonij conſideratus, comprehendebat tã ſpirituale, quàm carnale, quia non aderant coniecturę, quę pro matrimonio tãtùm carnali concluderent, & à regula genetali recedere facerent, quinimò aliquas conſiderabant, quę pro nuptijs ſpiritualibus, & in illarum fauorem faciebant, & ſignanter quòd teſtator alia anteà legata quibuſdam ſuis conſanguineis mulieribus, & illis quidem remotioribus in gradu parentelę, fecerat, quibus dicta legata expreſſim tradi, & dari voluit tam pro matrimonio carnali, quàm etiam pro ingreſſu Religionis. Sicut

15 enim † illis remotioribus in vtroque caſu conſulere voluit teſtator, & legatum relinquere, ita dicendum eſt (dicebant iſti Senatores) dicto Ioanni Vilar in vtroque etiam caſu voluiſſe teſtatorem legare, ne deterior ipſe ſit cęteris, maximè remotioribus. Quo argumento ad propoſitum vſi fuere magni

no-

nominis viri, Menoch. in conſil. 555. quod per errorem citat idem Menoch. in præſumptione quæ mox allegabitur 556. num. 11. lib. 6. & de præſumptionibus lib. 4. præſumptio. 148. num. 16. Roland. à Valle in conſil. 35. num. 6. lib. 3. don Garcias Meſtrill. deciſ. 153. num. 16. & num. 34. vbi alij adducuntur, latè noſter Cancer in 3. par. variar. reſolutionum cap. 20. de legat. ex num. 377. cum ſequentibus.

16 Altera verò † Senatorum pars exiſtimabat coniecturas adeſſe ſufficientes in caſu occurrenti, ex quibus mens teſtatoris elicieba-
tur contra nuptias ſpirituales. Conſiderabant id idem, quod ex aduerſò fuerat ponderatum, quòd teſtator in alijs legatis expreſſerat caſum nuptiarum ſpiritualium, in hoc verò non, ſignum erat quòd nolebat omnia pari paſſu ambulare: prudens enim erat teſtator, qui ſi voluiſſet, ita in hoc, ſicut in alijs legatis expreſſiſſet, vt in terminis dicũt Doctores ſuprà dicti, alios referentes, qui in his hoc vſi fuere argumento. Conſiderabant
17 item † communem vſum loquendi, quem probatum exiſtimabant (probari autem in hoc caſu, vltra alios, docet Menochi. dicto conſil. 555. num. 15. ſi ſeruentur quæ ipſe ibi
18 tradit) ſecundùm quem † communiter verba poſita in ſimilibus legatis de matrimonio loquentia, intelligunrur de carnali, non de ſpirituali. A quo quidem communi vſu loquendi plures argumentantur in hac materia, vt eſt videre apud Menochium in dicto conſil. 555. num. 3. & in citata præſump. 148. num. 13. lib. 4. qui tamen non vult eſſe alicuius conſiderationis hanc coniecturam, quando alia fortior repugnat. Conſiderabant finaliter, quòd militabat non modica diuerſitatis rario inter hoc legatum, & alia priora, quia illa facta fuerant puellis innuptis de parua quantitate, qua opus habebant non ſolùm ſi matrimonium carnale contrahere volebant, ſed eriam ſi ſpirituale, & ſic ingredi Religionem; ideò non mirum ſi prudens teſtaror vtrumquè caſum expteſſerat, & pro vtroque ſe puellis conſulere dixerat. Non ſic erat in hoc legato, de quo agimus, quod imprimis factum maſculo erat, qui pro matrimonio ſpirituali, ſi illud contrahere volebat, nulla indigebat pecunia, & prærereà erat illud maximum, magoeque quantitatis,
19 quæ magnitudo † legati excludit proculdubio præſumptionem animi erga cauſam piã, ad quod plures allegat Cancer in citat. cap.
† 20. de lega. num. 398. Hæc opinio *præualuit* in hac cauſa, & ſecundùm illã fuit lata ſententia, quia tres ex quinque Doctoribus eã ſequuti fuerunt. Nec mirum, cùm tot præſumptiones adeſſent pro coniecturanda mẽte teſtatoris, quòd de nuptijs carnalibus, nõ de ſpiritualibus inrellexerat. Nec viſum fuit obſtare quod argumentum, quod deducebatur ex alijs legatis anteà factis per eundem teſtatorem, tam pro nuptijs ſpiritualibus, quàm carnalibus, quandoquidem cùm militaret valdè diuerſa ratio, vt diximus, prædictum argumentum nihil valere dictum fuit,
20 imò præualere † aliam regulam, quòd ſi voluiſſet teſtator, expreſſiſſet in hoc legato, ſicut in illis. Ita Cancer de hac eadem cauſa ſcribens dicto cap. 20. de legatis num. 380. Si vis alios Doctores de hac materia tractãtes, vltra allegaros, vide Aucharan. in conſil. 108. & quæſtio. familia. 20. Nat. in conſil. 296. Surd. conſil. 69. Decian. conſil. 5. lib. 3. Maluaſ. conſil. 21. Emman. Rod. de regular. tomo 2. quæſt. 127. art. 1. Sfort. Odd. conſil. 19. Craſ. de ſucceſſion. §. legatum, quæſt. 50. Cioff. conſil. 144. num. 2. lib. primo, Azeued. conſil. 16. & conſil. 34. Baeça de non melio. dot. ratio. filiab. cap. 14.

21 Si monſtraret † teſtator ſe habuiſſe, & habere voluntatem & affectionem vt bona cõſeruarentur in familia, tunc multò magis cẽſeretur, & diceretur intellexiſſe de nuptijs carnalibus tantùm, non de ſpiritualibus, quando de nuptijs, & matrimonio mentionem faceret: non enim voluntarem teſtantis habere videri poteſt is, per cuius perſonam fieri nequit vt bona in familia conſeruentur. Ita pulchrè Anton. Faber in ſuo Codice lib. 6. tit. 20. de fideicommiſſis definit.
† 25. vbi ita *deciſum* docet in Senatu Sebuſiano, Vincent. de Franch. deciſio. Neapol. 29. num. 7. Petegrin. de fideicommiſſ. artic. 28. num. 76. nouiſſimè Illuſtriſſ. Cardi. Mantica deciſ. 32. num. 3.

22 Item, ſi dicitur, † *quòd nubat tali*, ſignum eſt euidens, licèt in quadam facti contingẽtia per aliquos dubitatum viderim, quòd teſtator intellexit de nuptijs carnalibus, quare Religionem ingrediẽdo legatum nõ conſequetur legatarius, Didac. Couarruuias in cap. 3. num. 11. verſic. Sextò ex proxima, de teſtamen. Coſta in l. cum tale, §. ſi arbitratu, limitatio. 6. num. 2. de conditionib. & demonſtrationib. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 11. tit. 18. num. 26. Menochius de præſumptionibus lib. 4. præſumptio. 148. ex num. 2. Ioannes Gutierrez in canon. quæſtionib. lib. 1. cap. 32. num. 17. Sanchez de matrimonio lib. 1. de ſponſalib. diſp. 33. num. 30.

23 Item, ſi negatiuè † dictum fuerit, *ſi non nupſerit*, intelligitur de nuptijs carnalibus tantùm: non enim eſt veriſimile, quòd intellexerit teſtator de nuptijs ſpiritualibus, id eſt, quòd voluerit teſtator ne monachus

fieret

fieret legatarius, vel monialis legataria, imò ad id eum, & eam inuitare videtur, prohibẽdo eis ſimpliciter nuptias, cùmque hæc omnia fundamentum habeant in tacita mente, & voluntate teſtatoris, vt diximus, & hic videatur clara, indè ſit vt dicere debeamus nõ amitti legatum per ingreſſum Religionis, Mantica vbi ſuprà, Menoch. dicta præſumptio. 148. num. 6. Sanchez loco etiam citato num. 30. in fine. Eſſe deciſio. 45. num. 26. & 30. cum ſequent. Ratio eſt, quia iura quę diſponunt pro Monaſterio ſunt exorbitantia, ideò non extendantur ad hũc caſum, de quo non loquuntur, Eſſe vbi ſup. nu. 31.

24 Nota tamen, † quòd id quod aliàs competit legatario pro legitima, non poteſt ab eo auferri, ex eo quod ingrediatur Monaſterium, imò relinqui debet, quod eſt plus quã tertiorum, & in terminis adnotauit Capi. in citata deciſ. 204.

25 An autem † valeat prædicta conditio negatiua, *ſi non nupſerit*, reſolutum eſt quòd in virgine reiſcitur, non ſic in vidua, authen. cui relictum, C. de indic. vidui. tollen. qua de re latè per Sanchez de matrimonio lib. primo de ſponſalibus diſputatio. 34. ex nu. 29. cum ſequentib. Eſſe deciſio. 30. ex num. 49. Et ita videmus in Cathalonia legata fieri vxoribus, ſi, vel donec non nupſerint, & nomen teſtatoris ſeruauerint, & approbata eſſe talia legata apud omnes inconcuſsè, optima deciſio Senatus Neapolita. apud Vincentium de Franchis 231. vbi mulierem cui relictum erat à viro legatum, ſi lectũ viduale ſeruare vellet, primandam eſſe legato, eò quòd nupſiſſet, quia verba prædicta ſunt † idem quod ſi non nupſerit, *deciſum* tradit. † Et aliam ſimilem *deciſionem* Rotæ Florentiæ refert Caualca. de vſufructu mulieri relicto numer. 117.

26 Circa hanc conditionem † de non nubẽdo, fuit nõ diu eſt de pulchro caſu conſultus. Quidam pater viduus filiam vnicam quam habebat, nuptui tradidit, & eãdem hæred. tulit: ſed timens genter ne deindè matrimonium ſocer contraheret, & filios haberet, per quod donatio vxori facta diminueretur, fecit quod ſocer promitteret ſub certa quingentorum aureorum pœna, non nubere. Quæſitum eſt num valeret promiſſio: volebat enim ſocer nihilominùs nubere, ſed timebat pœnam. Dixi, quòd nuberet in Domino abſque metu pœnæ, quia matrimonia ſunt adeò libera, vt huiuſmodi pœnales promiſſiones non admittantur: dedi ad id duo conſilia in terminis, alterum Marci Antonij Eugenij Perufini 18. vol. 1. & aliud Fabij de Anna 141. in 2. volum. per tot.

27 Vbi † etiam ex ſtatuto eſt ſtãdum chartæ, ibi Monaſterium non admittitur, nec fit interpretatio, quòd diſpoſitio habeat locum ita in nuptijs ſpiritualibus, quemadmodum haberet in carnalibus. Eſſe deciſio. 44. nu. 28 23. vbi *deciſiones*, quia † cùm id veniat ex †† interpretatione, & coniecturata mente defuncti, quæ non admittuntur vbi eſt ſtandum chartæ, indè ſit quod diximus, Eſſe loco ſuperiùs citato.

29 Deindè † contra filium ſubſtitutum iſtæ interpretationes in fauorem Monaſterij nõ admittuntur, Eſſe allegata deciſione 45. numero 45.

30 Finaliter † coniectura eſt quòd teſtator non ſenſit de matrimonio ſpirituali, ſi dixerit, *ſi contraxerint de præſenti*, Eſſe dicta deciſio. 45. num. 43. & ibi *deciſio* Senatus Aragonenſis in fine deciſ. Memini quod aliis ſuprà in hoc eodem tomo de hoc puncto ad aliud propoſitum verba feci.

31 Suprà dicta omnia † Doctores tradunt in relictis in vltimis voluntatibus. Sed dubiũ eſt, an ſi in contractu, veluti ſi, prout ſæpè fit, in capitulis matrimonialibus, quæ eſt noſtra propria materia, donetur aliquid alicui, & ibi fit mentio nuptiarum, & matrimonij, vel apponitur conditio ſimplex, *ſi ſine liberis &c.* intelligatur tam de nuptijs ſpiritualibus, quàm carnalibus; & num Monaſterium excludat ſubſtitutum ſub dicta conditione, *ſi ſine liberis*, datum. Qua in re communis Doctorum opinio concurrit vnanimiter contra Monaſterium, prout eſt videre apud Capicium deciſion. 204. num. 3. vbi facit diſtinctionem inter vltimam voluntatem, & contractum, & multùm conſiderat ad excludendum Monaſterium quòd in contractu fuerat de matrimonio mentio facta, & hoc (inquit) erat fortè motiuũ propter quod motus fuit Senatus, latiſſimè Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. conuentio. tom. 32 2. lib. 13. tit. 46. per totum. Et licèt † ipſe, qui in teſtamentis, & materia vltimarum voluntatum in illo de coniecturis vltimarum voluntatum multùm pro Monaſterio laborauerat & inſudauerat, idem etiã in hoc tractatu facere voluerit in materia contractũ: verùm poſteà clarè dicit communem opinionem contra Monaſterium eſſe, quia ſtrictius, † & propriùs verba in contractibus 33 accipiuntur, quàm in vltimis voluntatibus, & non tam lata in illis, ſicut in iſtis, fit interpretatio.

34 Sed videamus † quid è contra ſit dicendum ſi mulieri aliquid legetur, *ſi non nubit*, an ingrediendo Religionem perdat legatũ. Ponamus caſum vbi conditio viduitatis nõ ſpernitur, vt propriè loquamur. Ecce quòd maritus reliquit vxori centum, *ſi caſte, & bonæ*

honestè vixerit, ac vitam viduälem seruauerit, videndum est an ingrediendo Religionẽ amittat legatum. Breuiter, si non fuisset dictum nisi *si castè, & honestè vixerit*, nulla foret dubitatio: clarum est enim quòd in sanctimoniali hæc conditio magis quàm
35 in alijs verificatur. Solùm † est dubium quando additur, *& vitam viduälem seruauerit*, cùm ingrediendo Religionem videatur mulier nubere. Sed in contrarium est veritas, tum quia reuerà quoad mundum dicitur nihilominùs vidua, tum etiam quia per hoc magis satisfit intentioni testatoris. Ita respondebam in facti contingentia ex Bald. in l. Deo nobis, num. 9. C. de episcop. & cler. & nostro Marquil. in vsat. viduæ fol. 372. col. 1. ibi: *Sed quid si per virum.*

36 Pro finali † huius materiæ enucleatione oportet pulchrum dubium enodare. Ponamus quòd legatum sit factum puellæ pro dote in illo casu quo conditionale à Doctoribus iudicatur, & ponamus quòd ei debeatur etiam si non contrahat carnales nuptias, sed spirituales, quia nulla adsit coniectura quæ eas nuptias excludat, quæro si est necessariũ vt debeatur legatum, illud Monasterio quæri, an verò puella quæ efficitur monialis possit illud in alium transferre. Vidi enim quę volebat Monasterio dare dumtaxat illud ꝙ dari solet pro ingressu, & de reliquo aliter disponere. Breuiter dic, quòd legatum dotis vbi debetur etiam ingredienti Monasterium, tunc demùm debetur si illud Monasterio quæratur, ita vt non possit per legatariũ in alium transferri, pulchra est Rotæ Rom.
†† decis. 428. quæ ita pluries *definiuit* sic vt diximus, in vltimo volum. recollect. per Farinacium, vbi videas, quia latè hæc materia inibi tractatur.

37 Aliquando contigisse † video, quòd mulier attulerat in dotem viro quandam rem, quæ ab alio sibi legata fuerat, repertumque erat non fuisse propriam ipsius testatoris, & ob id quæsitum extitit, an posset maritus in vim dictæ constitutionis dotalis petere æstimationem ab hærede illius, qui legatum fecit. Qua in re, vt materia (quæ aliàs intricata est) perfectiùs intelligatur, censeo imprimis per regulam generalem esse procedendum, & deindè per illius ampliationes & limitationes, sic fiet vt materia perfectè intellecta maneat. Regula igitur est in materia legati rei alienæ, quòd illud valet, & est res legata, vel illius æstimatio per hæredem legatario præstanda, si scienter factum sit à testatore legatum, non si eo ignorante rem alienam fuisse, quod forsan, si sciuisset, ita non legasset, textus est in §. non solum, in versic. Quod diximus, instituț. de legatis, l. vnum ex familia, §. si rem tuam, de legat. 2.

38 Et in hoc † scientia testatoris est per legatarium probanda, aliàs ignorantia præsumitur, vt explicant latè Mantica de coniectur. vltimarum voluntatum lib. 9. titu. 9. num. 1. & 2. Anton. Gomez variarum resolutionum tomo primo cap. 12. ex nu. 13. Grass. de succes. §. legatum quæst. 14. num. 2. Franc. Viui. decisio. 417. lib. 3. Menoch. de præsumptio. lib. 4. præsum. 116. per tot. Marescot. variar. resolu. lib. 2. cap. 105. num. 7. Gaspar Anton. Thesaur. q. 55. nu. 1. lib. 1.

39 Fallit † quando tale rei alienæ legatum est factum coniunctæ personæ, quia tunc siue scienter, siue ignoranter testator legauerit, fauore coniuncti præsumptio est quòd in omni casu legasset, ideò valet legatum, & in vtroque casu debetur æstimatio, l. cum alienam, Cod. de legat. & tradunt quotquot Doctores sunt suprà allegati. Adde Ioseph. Ludouic. qui concordantes adducit, decis. Perusina 23. num. 37.

40 Et cùm † fauore animæ eadem præsumptio debeat esse quæ pro coniuncto, ideò regula etiam fallit quando pro anima, & sic pro aliquo loco pio factum est legatum, tũc enim siue scienter, siue ignoranter factum, illud semper valebit, & debebitur æstimatio, Tiraquell. de priuileg. causæ piæ priuileg. 66. Menoc. dicta præsumptio. 116. n. 30.

41 Ex quibus decidi † facilè posse quæstionem propositam dixi, quòd scilicet æstimatio rei legatæ debebatur, & poterat peti, nulla facta differentia an testator sciebat, vel ignorabat rem legatam esse alienam, quia arbitrabar esse, & dici debere legatum pium, vtpotè in causam dotis mulieri pauperi factũ, iuxtà aliàs tradita suprà par. 5. ex num. 45. & in terminis probat Aluar. Velasc. consultat. 108. num. 17. Memini quòd de legato dotis quando debeat dici pium, vel non, multa dixi in primo tomo claus. 4. gloss. 21. part. 2. num. 12. & 16.

42 Sed est aduertendum, † quòd regula prædicta, etiam fauore personæ coniunctæ, & ex consequenti fauore causæ piæ, quæ coniunctæ personæ priuilegio in his fungitur, & seu potitur, procedit tantùm quando res legata erat prorsùs & in totum aliena, non quando aliquod in ea ius testator habebat, nam tunc ius illud quod habebat, tantùm legasse censendus, & iudicandus est, etiam ꝙ
43 dictum ius † morte ipsius extingueretur, & sic legatum omninò redderetur inutile; potiùs enim id tolleratur, quàm quòd voluerit testator grauare hæredem ad præstandam
44 æstimationem. Exemplum † ponunt Doctores quando testator solùm esset rei quam legat vsufructuarius, aut hæres grauatus de resti-

restituendo, per text. in l. quod in rerum, §. si vsufructum, vbi Bar. Bald. & alij hoc not. & in l. si domus, §. fin. de legat. 1. & est text. in l. vxor patruo, vbi gloss. Cynus, Bartholus, Baldus, & Angelus, C. de legar. & est communis opinio, Peregrin. de fideicomm. art. 33. num. 28. Anton. Gomez tomo primo variarum resolutionum tit. de legat. nu. 15.

45 vbi dicit † rationem esse, quia quando legatur res penitùs aliena, non potest animus defuncti magis applicari ad vnam partem, quàm ad aliam: sed quando habet ius, vel partem in ea, ad illud tantùm adaptatur, & applicatur mens, & voluntas eius, Vincent. Carrocius decisio. seu cas. 31. num. 7. Capra consil. 146. colum. 2. Stephan. Gratia. discept. atio. foren. 237. num. 22. & decision. 56. num. 23. Hercul. Marescot. variarum resolution. lib. 2. cap. 104. num. 1. & 3. Iacobus Cancer, qui

† *decisio.* Senatus adfert in 3. parte variarum resolutionum cap. 20. de legatis, ex nu. 289. late Peregrin. de fideicommiss. art. 6. ex nu. 9. qui dicit se ita defendisse in facti contingentia in quadam, quam appellat valdè so-

†† lemnem quæstionem, & *obtinuisse* duabus cõformibus sententijs.

Propter quæ in quadam causa Reuerendi Rectoris Collegij Beatæ Mariæ de Bethlé Societatis Iesu præsentis ciuitatis, contra nobilem Monserratũ de Guardiola Regentem in supremo Aragonum Cõcilio, coram egregio Senatore Iosepho Ferrer, in Senatu ego de anno 1619. defendebam, quòd cùm in casu, de quo ibi, essemus in testatore qui in re ius habebat, nempè quarram illius partem rei legatæ ad suas voluntates, & in reliquis tribus ius illud habebat dum viueret, quod hæredes grauati de restituendo habere solent, licèt ipsius morte extinguibile, indè fieri existimabam esse dicendum, quòd illud ius testator voluit legare non aliud, quam quartam testatoris partem cùm iam Collegium haberet, imò & duas alias partes habuisset ab hæredibus testatoris, qui hæreditatem illius adierant; indè iurè dicebam fieri ne posset aliquid aliud vltrà petere. Actuarius causæ erat Ioannes Prats.

45 Non procedunt † tamen supradicta prout in terminis nobis opponebatur in relata causa, quando ex coniecturis apparet testatorem noluisse se in legando restringere ad ius solum quod habebat, sed imò voluisse totam rem legare, veluti si verbis vniuersalibus, *omnia*, aut *vniuersa*, & alijs similibus vsus est testator, vel si aliquod onus legatario imposuerit: tunc enim, inquiunt Doctores, nedum ius quod testator habebat censebitur legatum, sed etiam & tota res ipsa, Illustrissimus Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum dicto lib. 9. tit. primo num. 18. versic. Sed Ruinus, Vincent. Carroc. decisio. seu casu 31. nu. 12. Stephanus Gratianus, qui plures allegat, decisio. 56. num. 23. Hercules Marescottus, qui latissimè probat, dicto lib. 2. variarum resolutionum cap. 104. numer. 8. idem Stephanus Gratianus discceptatio. forensi 237. num. 30. libr. 2. Docebat autem aduersans de multis verbis vniuersalibus, & generalibus, quibus in legando vsus fuerat testator, ex quibus eliciebat intentionem ipsius fuisse legare non ius tantùm quod habebat, sed imo totam rem ipsam, quæ hic ego non refero, quia non expedit.

In hoc contrario diluendo consistebat meo iudicio, tota causæ difficultas, & ex eius intelligentia dependet magna ex parte exacta materiæ, satis aliàs ex le intricatæ, & perplexæ, cognitio: nam si ex coniecturis, quæ oriantur ex eodem testamento, apparet testatorem voluisse totam rem legare, non est quod vlteriùs disputemus: ipse enim erat rei suæ liber moderator, & arbiter, & potuit grauare, & onerare hæredem, qui voluit adire hæreditatem, ad quodcunque onus sibi benevisum. Hoc argumentum strìngebat, & strìngit multùm, & nisi contrarijs coniecturis ex eodem testamento desumptis, constaret de contraria mente, & voluntate testatoris, vix esse quòd illius vim, & efficaciam subterfugere posset pars quam ego defendebam, existimabam. Ad quod multùm laboraui, considerans signanter sequentia.

47 Considerabã † igitur ad id pro contraria coniectura, quod testator cùm testamentum condiderat totam rem possidebat, propter quod si legatũ fecerat de tota re (etto quòd verba prædicta id sonarent) ideò fecisse dicendum erat, quia existimabat totam rem fuisse suam: cùm repertum postea fuisset nõ ita esse, ideò non videbatur posse simi coniectura quòd fuerit intentionis testatoris to tam rem legare, si non foret tota sua. Ad quod allegabam Bartholum in l. cum pater, §. cuictis, num. 3. ff. de legat. 2. vbi pulcherrimè, & eleganter dicit † in isto casu, quan-

48 do tota res possidetur à testatore, non procedere l. cum alienam, suprà allegatam, sed quando ab extraneo. Sequitur Illustrissimus Cardinalis Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 9. tit. 9. num. 4. versicul. Et hoc sanè, vbi dicit hanc esse magnam, & singularem limitationem ad dictã l. cum alienam. Addens postea idem videri probari per l. Sticho, de vsufruct. legat. per quẽ text. iuncta l. Sempronius 42. de lega. 2.

& l.vnum ex familia, §.si rem, ff.eodem tit. dicit eleganter Antonius Fab.in suo Codice lib.6.tit.17.de legatis definitio.13. circa finem, in versi.Certè, quòd cùm is qui solùm vsum fructum habebat, cùm proprietatem plenam habere existimaret, fundum legauit, fauor hæredis facit, vt id potiùs quod habere se crederet, quàm quòd onerare hęredem vellet, legasse videatur, vndè proprietatis æstimatio legatario non debetur, Battholum sequitur Viui.in sæpè cita.decisio.417.num.11.

Ex his sequi videbatur quòd & si testator vsus esset verbis sonantibus vniuersalitatem & integritatem rei, nihilominùs non valeret legatum pro tota re, nec deberetur illius æstimatio.

49 Aliam limitationem † adducunt Doctores, dicentes non procedere, si is cuius res legatur, est etiam coniuncta persona ipsius testatoris, sicuti legatarius: tunc enim cessant omnes præsumptiones, quæ aliàs essent pro legatario coniũcto in hac materia, ex regula priuilegiatus cótra pariter priuilegiatũ non vtitur suo priuilegio, l.sed & milites, de excusatio.tutor.& l.fina.§.exceptio, qui potior.in pignore habe. prout in indiuiduo hãc opinionem tenent Corneus consil.155. columna prima, volum.3. Ioseph.Ludouic.decisio.Perusi.23. num.37. & Francisc.Viuius decisio.417.num.7.& 14. Hoc etiam argumentum ego adducebã in suprà narrata causa Patrem Collegij Societatis Iesu: in eo enim casu coniunctæ personæ erant dominæ rerum legatarum, nempè sorores testatoris, in quibus expressè ponunt exempla Doctores suprà citati, ergo cessare debebat contra eas omnis præsumptio.

50 Verum est, † quòd limitatio prædicta in terminis, in quibus eã ponunt Doctores, nullius est considerationis, quia ex eo quòd rem coniuncti testator leget, non venit, nec venire potest aliquod incommodum possessori, & domino, ex quo ab eo inuito res ipsius auferri non possit, vt optimè aduertit Viuius dicto num. 14. Verùm in casu suprà relato, vbi hæredes erant eædem sorores, quarum damno, & incommodo negotium succedebat, si faciebamus interpretationem quòd testator voluit totam rem legare, ex quo ipsæ tenebantur æstimationem soluere, ideò optimè applicari videbatur limitatio, quòd in isto casu non debeamus præsumere contra personas tam coniunctas, mentem testatoris fuisse totam rem voluisse legare. Et in his terminis quando hæres est etiam coniuncta persona, quòd non præsumatur pro legatario, sed conquassentur priuilegia, docent Ioannes de Are. Baldus, & Imola in l.cum pater, §. euictis, de legatis 2. relati per Socinum seniorem, qui eos sequitur, in consil.74. num.21. volum.primo. Memini quòd hæc etiam suprà adduxi ad aliud propositum, hac eadem glos. par.5. num.46. & 47.vbi videas.

51 Potuissem hic † multa cumulate de legato strictè ex sui natura interpretando, prout probat l.apud Iulianum, in §. scio, de legat.primo, & l.nummis, de legatis 3. Et di-
52 cere † quòd licèt id fallat vbi est factum cõiunctæ personæ, quia tunc est fauorabile, & pleniùs intelligitur, l.Aurelius, §.Titius, v-
53 bi Bart.de libertatio.legat. Id tamen † sublimitatur, quando etiam hæres est æquè coniuncta persona, & æquè priuilegiata, vt in casu de quo tractamus, quia tunc par affectio remouet latam interpretationem, l. nõ solùm, §.primo, de titu nupriarum. Sed quia legati rei alienæ materia est multùm lata, in quàque diuersimodè Doctores loquuntur, secundùm facti speciem, quam tractãt, ideò illam omitto discutere in sua generalitate: sufficit nobis habere Doctores, qui in terminis his nostris legati rei alienæ expressim loquuntur, prout sunt Corne. Ludouic. & Viui.suprà allegati: cuius Cornei, qui primus fuit, doctrina, licèt in alia differenti materia, vsus fuit Io.Petrus Surd. in consil. 207.num.18.

54 Habet hæc † opinio, quæ est pro hærede paritet coniuncto contra legatarium, opinionem nostri semper egregij Senatus, qui in causa vertenti inter nobilem Petrum de Llupia, & don Iacobum de Llupia eius fratrem, ad relationem egregij Senatoris Francisci Gamis, Actuario Hieronymo † Bosch, de anno *1619. dixit*, legatum dubium in fauorem hæredis esse interpretandum, quia semper est capienda interpretatio vt minùs quàm fieri possit hæres grauetur. Pulcher erat casus, in quo duo fratres contendebant, si legatum minori ex eis factum comprehendetet plus, vel minus respectiuè quàm ipsi putabant, quem ego desidero dari occasionem (quam non denegabit aliquando Deus) vt possim latè proponere, & examinare, & fuit declaratum aduersus legatarium, & pro hærede, ex rationibus pau-
55 lò ante adductis. Cótra quod † tunc in dicto casu, antequam declaretur pro dicto dõ Petro, ego allegabam in terminis Barzi. decis. 12.n.36. Amat.decis.44.n.26. Surd.in cons. 112.à n.72. Castil.decis.4.n.4. Marescot.var. resol.lib.2.c.105.ex nu.29. vbi pro legata-
†† rio fuit pluries *decisum*.

Hæc cùm ita essent, non videbatur esse opus quòd particularitet discuteretur si ex verbis legati poterat, & debebat inferri quòd voluisset

voluiſſet teſtator nedum ius quod habebat, ſed & totam ipſam rem etiam legare, cùm alia haberentur, quæ rem determinabant contra legatarium.

56 Declarata † tandem fuit cauſa ſuprà mẽtionata Patrum Societatis Ieſu contra Regentem Guardiola, die 11. menſis Maij an-
† ni 1619. in qua *reſolutum* fuit in fauorem actorum pro æſtimatione ſoluenda rei alienæ legatæ. Sed nullum fuit factum verbũ, nec ſumptũ motiuũ de his, quę in ſupetioribus dixi facere contra prætenſionem dicti Regentis, cuius partes ego agebam. De quo fui nõ parùm mitatus, cùm maior, meo iudicio, in eis conſiſteret difficultas, & ſeu ea etant quæ magis mihi videbantur ſtringere contta nos: neſcio ſi proptet reſponſiones, quas nos prædictis dabamus, deſijt Senatus in illis ſe fundare.

57 Solùm fuit † habita tatio de alia exceptione, & limitatione, quæ etiam allegata fuerat, quòd res legata etat communis teſtatori cum hætede, quo caſu legatum rei alienæ in totum valet, ſiue ignoranter, ſiue ſcienter ſit factum, nec tunc ad id quod erat proprium ipſius teſtatoris teſtringitur legatum, ſed ad omnia extenditur, ex eo quia ratio dictorum in ptæcedentibus tunc ceſſat, videlicet quòd non ſit vetiſimile teſtatorem voluiſſe grauate hętedem ad redimẽdam rem legatam: nam quando eſt ipſius hæredis, non eſt opus quòd redimat, l. vnũ ex familia, §. ſi tem, ff. de legat. 2. vbi gloſſ. & Bart. & de communi Doctorum opinione atteſtatur Antonius Gomez tom. ptimo variarum reſolut. tit. de legat. num. 14. Caro, in citata deciſio. 31. num. 11.

Hoc motiuo vſus Senatus fuit, vt totam rem adiudicaret Collegio petenti, in ſententia ptædicta. Scriba Prats. Diſſentiebat tamen quidam ex Dominis, quia non videbatur ei poſſe huic caſui applicari doctrinã de re communi teſtatori cum hætede, quoniam licèt verum eſſet, quòd inſtitutus erat hæres á teſtatore ille, cuius pars, & portio fuetat Collegio relicta: verùm ne ipſe petderet dictam partẽ, & portionẽ, ex qua exiſtimabat maius commodũ, & maiorem vtilitatem ſe repottaturum, quàm ex hæreditate teſtatoris, noluerat adire hæreditatem, imò illam repudiauerat: vndè ſucceſſetat quòd legatarius nõ potuerat habere dictam partem, & portionem: indè videbatur dici non poſſe valuiſſe legatum de tota te, quia præſuppoſita dicta tepudiatione, res legata non erat hæredis, ſed alterius, á quo debebat hæres illam habere, vel in ſpecie emendo ipſam, vel in æſtimatione. Et ſic ceſſabat tatio ſuprá adducta, quæ conſideratur á Doctoribus, cùm res eſt hæredis, vel hæredi, & teſtatori communis.

58 Addebam † ego, forſan non inutiliter, q tota res legata iam fuerat tradita per hæredem Collegio ptædicto in vim legati, quam Collegium paſſum fuerat ſibi auferri in vim cuiuſdam ſententiæ contra ſe latæ, declarando vinculum in fauorem agentis, reuocatoriæ alterius ſibi fauotabilis, abſque eo quòd vel litem hæredi, contra quem poſteà voluit pro æſtimatione habere tecurſum, notificaſſet, vel á ſententia ſupplicaſſet: vndè videbatur, quòd partes non erant in caſu materiæ legati rei alienæ, ſed imò in caſu euictionis, pto qua videbatur non poſſe agere dictum Collegium, cùm in neceſſarijs defeciſſet, de quibus nos aliás in hoc eodẽ opere laré egimus, ſignanter ſuprà clauſu. 5. gloſſ. 8. par. 14. vndè videbatur ei imputandum, ſi dictam partem perdiderat, nec poterat tegreſſum habere contra hæredem, cùm in his neceſſarijs ad agendum de euictione defeciſſet. Sed his non obſtantibus, per maiorem partem Dominorum fuit declaratum vt dixi.

59 Tractatum poſteà † fuit negotium in alia Aula in cauſa ſupplicationis, ad telationem egregij Senatoris Ioſephi Roca, & ſententia fuit lata curtẽti anno, quo hæc ſcribimus 1620. quæ licèt in omnibus, & pet omnia
† *confirmauerit* ſeutentiam primitiuam, addidit tamen (licèt præter ſtylum, quia non ſolet in confirmatorijs ponete motiua, ſignum quòd poſita in priore non fuerunt viſa ſufficientia) motiua ſequentia, quibus comptehendit quæcunque oppoſita fuerant, & ſignanter illa, de quibus ego ſuprà mitatus fui fuiſſe prætermiſſa. *Maximè* (inquit) *cum dictus N. rem propriam hæredum ab eo ſcriptorum potuerit ſiue ſcienter, ſiue ignoranter legare prædicto Collegio. Et ex conſecturis ex eiuſdem legati ſerie reſultantibus, eliciatur quòd voluerit idem teſtator hæreditatem, & domum de Granollers cum dictis hæredibus communem, totam, & vniuerſam, excepto iure de la poſa, & non ſolam partem, quam in ea habebat, eidem legare Collegio. Et conſequenter eiuſdem teſtantis hæredes, ſeu ſucceſſores teneri ad ſoluendum legatario præfato æſtimationem totius rei legatæ, aut ad legatam rem in ſpecie.* Cogita ſuper his, materiam motiua ſententiarum ſi conferantur cum his, quæ nos ſupetius docuimus, tibi tradent.

60 Sed ſi non † legatum rei alienæ adduxiſſet mulier in dotem, ſed imò tem alienã á ſe poſſeſſam aliquo titulo habili ad præſcribendum, & dorauerit matrimonium per tãtum tempus quòd contra dominũ poſſit dici

res præſcripta : dubium eſt , an mulieri petenti dotem poſſit maritus opponere de iure tertij , & dicere quòd ipſe rem ſibi præſcripſit contra dominũ tanto tempore poſſidens . Iſtud dubium incidit in materia reſtitutionis dotis, ideò illuc illud relegamus tractandum.

61 Contingit etiam non rarò † quòd mulier adfert in dotem viro nomina debitorum vel aliquem cenſum annuum, quem nos cenſuale mortuum communiter dicimus, & euenit quòd illa euincantur , vel debitores fiant non ſoluendo : dubium eſt cuius periculo id accidat, an mulieris, vel viri . Circa hæc iã ego aliqua tradidi ſuprà clauſul. 5. gloſſa 8. par. 13. vbi de re æſtimata, vel non æſtimata tradita in dotem egi. Reliqua vide apud Beccium conſil. 105. lib. primo, Surd. conſil. 22. num. 11. don Garcias Meſtril. deciſ. 179. Vincent. de Franchis, qui eſt viden. deciſio. 108. & omnium latiùs Gaſpar Rodericus de annu. reditib. lib. 2. quæſt. 21. per totam, vbi infiniti alij.

62 Item euenit, † quòd aliquando mulier, quæ nubit eſt vidua, quæ pro ſuis dote, & ſponſalitio poſſidet bona primi mariti, cum facultate , & iure faciendi fructus ſuos pro dictis iuribus ſuis, in vim notæ conſtitutionis noſtræ incipientis Hac noſtra, ſolut. matrimo. Hæc mulier adfert in dotem ſecundo viro dictum ius, quod habet in bonis primi viri , quod nos tenutam dicimus . Quæritur an maritus faciat etiam fructus ſuos in vim dictæ conſtitutionis dotalis bonorum primi viri , ſicuti faciebat vxor ? Hæc quæſtio eſt de materia prędictæ conſtitutionis Hac noſtra, quam in inferioribus declarabimus: ibi dictam quęſtionem tractabimus, vbi videas.

63 Ibi etiam docebimus multis , an † ſi mulier portat in dotem certos fructus ei per primũ virum annuatim pro ſuis alimentis relictos , faciat eos ſuos maritus, an verò teneatur illos reſtituere.

64 Accidit finaliter , † quòd non mulier ingreditur domum mariti , ſed imò maritus domum vxoris , portando ei cerram pecuniæ quantitatem , putà centum, aut quingẽtum , quod nos communiter *Axouarium* appellamus . De quo quid ſignificet ſi ſcire cupias, vide Hieronymum Portoles ad Molin. in 4. par. obſeruatio. prima, num. 15. pag. 558. Ingreditur (inquam) maritus domum vxoris, quod dicunt Doctores eſſe magnum triſtitiæ ſignum , Franciſ. Cremenſis ſingul. 66. Nicolaus Boer. conſil. 6. numer. 3. & alij citati per Rolandum à Valle in tractatu de lucro dotis quæſtio. 16. num. 4. Alexan. Ambroſin. deciſio. Peruſi. 31. num. 7. lib. primo, & nolter Deſpujol ad Micres in additio. ad conſtitutio. Hac noſtra, num. 136. quia tunc non dicitur maritus duxiſſe vxorem, ſed imò ipſe dicitur ab vxore traductus , vt dicebat Portius Imolen. in conſil. 21. num. 84. Quæritur an faciat fructus ſuos bonorum vxoris. De hoc iam dixi in ſuperioribus hac eadem clauſol. 6. gloſſ. 2. par. 2. num. 38. quòd non , cùm non ab ipſo , ſed imò ab vxore onera matrimonij ſuſtinentur, niſi mulier bona ſua portet viro in dotem, ſicut communiter fieri ſolet , & ipſe onera ſuſtinet , tunc non eſt dubium quin fructus faciat luos; ſecùs tamẽ eſt quoad lucra dotis , quæ iure municipali viris deferuntur, quæ ſemper lucrantur viri, vt ibi probauimus.

65 Maius dubium, † quod in his verſatur, eſt circa tenutam, an eam habeat in bonis vxoris, cum beneficio faciendi fructus ſuos quouſque in dicto axouario ſit ſatisfactus , ſiue quia ita pactatũ ſit , ſiue in vim alicuius vel communis , vel municipalis iuris , ſicut eam habet mulier pro ſua dote , & an bona quæ reperiuntur in domo vxoris , præſumantur mariti, an vxoris. Sed hæ quæſtiones nõ ſunt huius loci, ſed imò incidũt in tractationẽ cõſtitutionis Hac noſtra : expecta quòd illuc perueniamus , & tunc rem hanc neceſſariam multò, explicabimus.

SVMMARIA.

1 *Scriptura priuata ſufficit pro plena probatione ad condemnandum.*

2 *Etiam ſi non ſit tota ſcripta manu illius, qui ſe obligauit , ſed ſolùm ſubſcripta.*

3 *Subſcribens videtur virtualiter ſcribere omnia contenta in ſcriptura, quam ſubſcribit.*

4 *Subſcriptio per ſcribere neſcientem facta per aliquam notulam , qua ſolitus ſit in ſimilibus uti , ita obligat ſicut ſi reuerà ſubſcripſiſſet alio modo.*

5 *Scriptura priuata vt probet , quomodo verificanda, & recognoſcenda ſit.*

6 *Scriptura priuata duobus modis ſolet recognoſci, vel per comparationem litterarum, vel per teſtes.*

7 *Comparatio litterarum in recognitione ſcripturæ priuatæ qualiter fiat.*

8 *Scriptura priuata, cum qua pro probatione, & verificatione alterius ſit comparatio, non eſt neceſſarium quòd ſit trino teſte ſubſcripta.*

9 *Eſt tamen neceſſe quòd aliàs indubitanter, & ſine hæſitatione conſtet de veritate ſcripturæ predictæ.*

Com-

10 *Comparatio litterarum ad verificandum ſcripturam priuatam, eſt remedium ſubſidiarium.*

11 *Comparatio litterarum fragilis dicitur modus verificandi ſcripturam priuatam.*

12 *Comparatio litterarum nunc non practicatur cum omnibus illis requiſitis, quæ ſunt de iure communi.*

13 *Scriptura priuata quandoque verificari ſolet per teſtes deponentes eſſe conſcriptam manu talis.*

14 *Sed hoc eſt in duplici differentia, quia quandoque ſunt teſtes qui dicunt ſe id ſcire quia viderunt eam ſcripturam ſcribi, aliquando verò quia habent notam ſcribentis manum.*

15 *Scriptura priuata melius verificatur per teſtes dicentes ſe interfuiſſe confectioni ſcripturæ, quàm deponentes de nota manu, quia illi faciunt plenam fidem, iſti verò nõ ſemper.*

16 *Scriptura priuata in magnis quantitatibus nõ habetur pro plenè comprobata ad condemnãdum per teſtes deponentes de nota manu, propter periculum quod verſatur ne teſtes decipiantur.*
Secùs eſt in quantitatibus modicis, in quibus non verſatur magnum intereſſe. ibidẽ. vbi deciſſ.

17 *Deciſiones noſtri Senatus non admittentes cõprobationem ad eõdemnationem ex teſtibus deponentibus de nota manu.*

18 *Scriptura priuata cenſetur plenè recognita per teſtes qui ei ſe ſubſcripſerunt, deponentes de confeſſione partium quòd illa erat ſcriptura talis, licèt non dicant ſe vidiſſe illam ſcribi. vbi deciſ.*

19 *Scripturis priuatis non debemus noſtras facultates committere, ſed ſemper contrahere per publica inſtrumenta, quæ paucas admittunt exceptiones.*

20 *Scriptura priuata comprobata per teſtes deponentes de nota manu, probant etiam in magnis quantitatibus, vbi adſunt alia adminicula.*

21 *Probatio imperfecta fit perfecta ex adminiculis.*

22 *Adminicula non ſufficere ſi ſunt ab extra, docet Granut. ex quadam deciſio. Rotæ Romanæ.*

23 *Sed contrarium eſt verius ex alijs eiuſdem Rotæ Romanæ deciſſ.*

24 *Conſtitutio dotalis probatur in ſcriptura priuata per teſtes de nota manu cum alijs adminiculis. vbi deciſ. Rot. Rom.*

25 *Scriptura priuata recognita per teſtes deponentes de nota manu, plenam facit probationem vbi eſt conſuetudo. & numero ſequenti.*
Hanc conſuetudinem dicunt plures eſſe in alma vrbe Roma. ibid.

26 *Quod tamen non eſt verum, niſi in verificatione inſtrumentorum publicorum venientium de partibus, in vrbe, vbi non poſſunt reperiri teſtes, qui viderint ea ſcribere.*

27 *Scripturam priuatam ſunt qui dicant de conſuetudine totius orbis cenſeri probatam per teſtes deponentes ſolùm de nota manu, & ſe vidiſſe ſæpiſſimè iudicari.*

28 *Quod tamen Senatus noſter noluit admittere in cauſis ſuprà relati, licèt allegaretur conſuetudo inconcuſsè in ea hucvſque obſeruata.*

29 *Conſuetudo vrbis Romæ circa comprobationẽ ſcripturæ priuatæ, non extenditur ad alia loca.*

30 *Scriptura priuata non cenſetur plenè recognita per teſtes deponentes de nota manu, etiam ſi adſit conſuetudo.*

31 *Litteræ cambij verificantur per teſtes deponẽtes de nota manu tantùm.*

32 *Partes poſſunt facere quòd aliqua ſcriptura habeat vim litteræ cambij, & inſtrumenti publici.*

33 *Sed non per hoc admittitur quòd pro plenè recognita habeatur, ſicut haberetur ſi foret littera cambij. vbi deciſio noſtri Senatus.*

34 *Scriptura priuata multis alijs modis poteſt recognoſci, remiſſiuè.*

35 *Cõſtitutio dotalis probari poteſt per teſtes vbi nulla facta eſt ſcriptura.*
Luerum dotis eodem modo competit marito ſi probat conſtitutionem dotalem per teſtes, atqui ſi per ſcripturam. ibid.

36 *Conſtitutio dotalis probatur per indicia, & præſumptiones, & per quæ. vbi deciſiones.*

37 *Conſtitutio dotis non requirit ſcripturam.*

38 *Marta in hoc reprobatur, volens neceſſariũ eſſe quòd conſtitutio dotis probetur teſtibus.*

39 *Probatio per teſtes faciẽda in noſtra materia conſtitutionis dotalis in multis caſibus, illiſque diuerſis, eſt neceſſaria.*

40 *Conſtitutio dotalis probatur teſtibus cùm nulla de ea eſt confecta ſcriptura. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

41 *Teſtibus ſingularibus an & quomodo probetur conſtitutio dotalis, & an ſit ſufficiens ad condemnandum, maximè cùm non probatur facta parti, ſed abſenti, ſine nuntio, & epiſtola. vbi deciſio Senatus Portugaliæ.*

42 *Obligatio, & ſubſtantia debiti poteſt teſtibus probari, cùm inſtrumentum eſt deperditum.*

43 *Etiam ſi teſtes non ſint inſtrumentarij.*

44 *Nec sint periti.*
45 *Nec quod deponant de amissione instrumenti.*
46 *Scripturam esse deperditam est probandum, cùm agitur de probando tenore instrumẽti. vbi de ratione.*
47 *Tenor instrumenti deperditi est probandus eũ die, & loco, & substantialibus illius. Instrumentum non est nisi adsint substantialia. ibidem.*
48 *Signum Notarij est etiam probandum, cùm agitur de probando tenore instrumenti deperditi.*
49 *Testes fuisse in instrumento, cuius postquam fuit deperditum probatur tenor, est probãdum. Testes sunt de substantia instrumenti. ibidem.*
50 *Testium qui erant in instrumẽto deperdito, nomina etiam sunt probanda, cùm agitur de probando tenore.*
51 *Credendum non est plus tenori instrumẽti deperditi relato per testes, quàm ipsi instrumento, si reperiretur.*
52 *Instrumentum cum mentione testium non probat, nisi sint in eo expressa nomina, & cognomina eorum: vbi late ponuntur inconuenientia, quæ indè resultarent.*
53 *Tenor instrumenti non censetur probatus, nisi etiam deponant testes illud fuisse authenticum, non abolitum, nec cancellatum.*
54 *Vitia, & suspitiones falsitatis instrumenti nõ probantur facilster.*
55 *Testes probantes tenorem instrumenti deperditi, debent deponere quòd nullam habebat maculam.*
56 *Testes deponens de tenore instrumenti deperditi, debent esse periti.*
57 *Testes huiusmodi quidam volunt debere esse Aduocatos, vel saltem notabiles tabelliones, non tabelliones simpliciter.*
58 *Veritatem ad indagandam maxima subtilitas adhibenda est.*
59 *Falsitas quando detegitur propter sui magnam difficultatem, reuelata potius dicitur, quàm patefacta.*
60 *Probitas magna requiritur in testibus deponentibus de tenore instrumenti deperditi, vt fidem faciant.*
61 *Detisiones facta contra probationem tenoris instrumenti deperditi, ex defectu substantialium.*
62 *Tenor instrumenti deperditi difficillimè probatur, propter multa quæ ad id requiruntur, ideò consulendum est aliud remedium.*
63 *Executiue non potest agi quando instrumentum in quo est guarentigia, est deperditum, quamuis probetur illius tenor cum requisitis.*
64 *Decisio Senatus nostri facta pro opinione relata in præcedenti num.*
65 *Debiti substantia contenti in instrumento reprobato, & fidem alias non faciente, potest testibus probari ad condemnationem.*
66 *Instrumento reprobato, non censetur reprobatus contractus in instrumento contẽtus, nec è contra.*
Instrumentum aliud est, & aliud contractus, sicut aliud est continens, & aliud contentum. ibidem.
67 *Instrumentum, non contractus substantiam, sed scripturam respicit.*
Contractus nomen significat veritatem, nomen verò instrumenti significat continentiam, & tenorem. ibid.
68 *Instrumento annullato, ex forma statuti non annullatur contractus.*
69 *Instrumentum, & eius substantia consistit in his quæ pertinent ad Notarium, contractus verò & eius substantia in his quæ partibus incumbunt.*
70 *Confessio partis quòd contenta in instrumento nullo sunt vera, probat & sufficit ad condẽnandum.*
71 *Contractus probatus manet sufficienter ad condemnandum quando adsunt testes deponentes se interfuisse firmæ instrumenti, & vidisse firmatum illud fuisse per partes, quamuis deficiant in eo aliquæ solemnitates, ob quas illud nullam fidem faciat vti instrumentum.*
72 *Relatiò ad instrumentum per testes facta, idẽ est, ac idem operatur quòd si testes deposuissent de veritate facti.*
73 *Referre se in sententia ad acta certam quantitatem continentia, idem est atqui eã quantitatem exprimere.*
74 *Testes deponentes de tenore instrumenti deperditi, non probant factum, sed instrumentũ, et instrumentum sic probatũ probat factũ.*
75 *Constitutio dotalis concepta per verba de futuro, idem operatur quod constitutio facta per verba de præsenti.*
76 *Constitutio dotalis interta non valet, nec aliquid operatur.*
77 *Mulier non censetur constituisse omnia bona sua in dotem, si de constitutione nõ constat. Mulier an possit compelli ad se dotandam, & si id non facit, possit è domo expelli. ibid. remissiuè.*

GLOSSA III. PARS VII.

De probatione constitutionis dotalis, quæ fit per scripturam priuatam.

Et quando illa recognoſci debeat, & manus ſcribentis probari vt fidē faciat.

Item de probatione quæ fit per teſtes circa eandem conſtitutionem dotalem, ſiue quia ſine ſcriptura ſit facta, ſiue quia quæ facta eſſet, deperdita ſit.

Et finaliter de alijs conſtitutionibus dotalibus, præter enarratas in ſuperioribus.

1 HAc vſque loquuti † fuimus de conſtitutione dotali, quæ fit per publicum inſtrumentum in capitulis matrimonialibus per aliquem tabellionem, vti publicam perſonam, in forma ſolita receptis, quæ alia probatione non indigent: eſt enim inſtrumentum publicum probatio probata, vt vulgò dicitur. Sed difficultas eſt quid ſuturum ſi ipſa conſtitutio dotalis, & reliqua pacta matrimonialia apparerent in aliqua ſcriptura priuata, an fidem dicta ſcriptura faceret, & ei ſtandum eſſet eodem modo ac ſi eſſet publica.

Qua in re tenendum eſt, & reſoluendum affirmatiuè, quòd dicta ſcriptura probet, & ſit ſuffic iens ad condemnandum, ſi probetur eo modo quo debet ſcripta manu eius, qui ſe in dicta ſcriptura obligauit, l. publia, ff. de poſ. & §. ſi quis igitur, in authentic. de inſtrumen. caute. & fide. Infinitos id probātes addducunt Ioan. Petrus Surd. deciſio. 265. num. 27. Hieronymus Magonius deciſ. Lucen. 25. num. 10. Cæſar Barzius deciſio. Bononien. 21. num. 8. Triuiſan. deciſio. 41. numer. 3. lib. primo, & Stephan. Gratia deciſ. 111. num. 11.

2 Quod procedit † etiam ſi non ſit tota ſcriptura ſcripta manu illius, qui ſe obligauit, ſed ſubſcripta tantùm, Surdus dicta deciſio. 265. num. 26. Cæſar Barzius in citata deciſio. 21. num. 6. plenè Hercules Ma. eſcot. variarum reſolutionum lib. primo cap. 79. nu.

3 10. Subſcribens enim † virtualiter videtur ſcribere omnia contenta in ſcriptura, quā ſubſcribit, & ideò ſicut ſcribens obligatur, ſic ſubſcribens. Ita Surdus & Barzius locis ſupra citatis.

4 Idem etiam † procedit vbi quis, vtpotè litterārum ignarus, non ſubſcripſiſſet quidem ſcripturam, in qua de eius obligatione tractatur, ſed loco ſubſcriptionis aliquam notulam propria manu adſcripſiſſet, vt ſolent facete quidam ruſtici litterarum prorsùs expertes, prout ego vidi in quodam, qui licèt ſcribere & legere neſcitet omninò, certis tamen characteribus in ſuo libro vtebatur, quibus continuabat in eo quæcunque volebat, & poſteà ita legebat, ſicut ſi quacunque alia optima ſcripturæ forma eſſent ſcripta: facta enim recognitione harum notularum, ſic ex eis obligatus manet iſte, ſicut ſi totum ſcripſiſſet, vel ſubſcripſiſſet, prout in terminis docet Antonius Fabet in ſuo Codice lib. 4. tit. 16. de fid. inſtrumentorum definitio. 23.

5 Hæc plana ſunt, † & modicæ, aut nullius prorsùs difficultatis: ſed eſt maxima, quomodo iſta recognitio, & comprobatio ſcripturæ ſit facienda, vt probet, ſufficiatque ad condemnandum.

6 Dicendum eſt, † ne terminos confundamus, ſicut multi faciunt, quòd duobus modis. Primò, per comparationem litterarū, adhibendo peritos, qui ſuper hoc iudicent, & ſeu teſtetant. Secundò verò per recognitionem faciendam per teſtes, prout diſtinguit Gaſpar Anton. Theſaur. quæſtio. foren. lib. 1. quæſt. 24. num. 5.

7 Comparatio ſit iſta forma, † quòd oſtenditur petitis alia ſcriptura eiuſdem perſonæ, de qua tamen non ſit dubium quin ſcripta ſit propria manu illius, & iſti dicunt ſi ſecundùm characteres, & formam litteræ vnius, & alterius ſcripturæ, eſt iudicandum fuiſſe ſcripturam de qua agitur, conſcriptam manu eius perſonæ, quæ aliam eis oſtenſam

8 ſcripſit. Nec eſt † neceſſarium quòd ſcriptura, cum qua fit comparatio, ſit tribus teſtibus ſubſcripta, ad modum l. ſcripturas, Cod. qui potior. in pignore habe. prout nonnul-

9 li Doctores voluerunt, quia ſufficit † quod aliàs, indubitanter tamen, & ſine hæſitatione conſtet de veritate ſcripturæ prædictæ, ſicuti in terminis terminantibus probat Gaſpar Anton. Theſaurus quæſtione foren. 24. †† num. 6. vbi dicit ita bis *deciſum* fuiſſe in Senatu Pedemontano de annis 1575. & 1588.

10 De quo † probandi, & recognoſcendi ſcripturam priuatam modo, quia ſubſidiarius eſt, nec eo vtimur niſi in ſubſidium, quando nō adſunt aliæ probationes, & ſeu vbi alij probandi modi deficiunt, vt dicunt Bal. per illum tex. in l. comparationes, C. de fid. inſtru. & Natta in conſil. 632. in fin. libro 3. Quē

11 probandi † modum fragilem appellat Portius Imol. in conſil. 4. nu. 59. Ideò de eo amplius non ago, cōtentus remittere lectorem ad Doctores infraſcriptos, qui latiſſima manu, & ex propoſito de hac materia tractarūt,

ſignanter Ioannes Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar.remed.7.per totum, Gaſp.Anton. Theſaur.tota quæſtione forenſi 24. lib.primo, & Hercul.Mareſcot.variarum reſolut. cap.80.per totum lib.primo. In quibus locis materiam hanc cum ſuis requiſitis pleniſſimè tractatam reperies,ad quos recurres cũ caſus acciderit. De eadem re tractant fusè ſatis Affict.deciſio.181.per totam, Menochi.de arbitrar.iudic.toto caſu 114. Aluarus Velaſc.conſultatio.67.num.15.vbi dicit ad
12 vnguem † non ſetuari quæ ad comparationem faciendam de iure communi requiruntur.Multas *deciſiones* de comparatione ſcripturarum factas in diuerſis Senatibus refert Aloyſius Riccius collectan.19.par.1.& collectan.350.

13 Alter † & ſecundus modus recognoſcendi, & comprobandi, ac verificandi ſcripturam priuatam, eſt per teſtes, qui dicant eſſe illam conſcriptam manu talis perſonæ. Et
14 iſta † quidem verificatio eſt in duplici differentia. Alia enim eſt quæ fit per teſtes, quæ non interfuerunt ſcripturæ conſcriptioni, & confectioni,ſed dicunt,& deponunt eſſe ſcriptam per talem perſonam, quia habent notam illius manum, & litteram, ex quo plures illum ſcribere viderunt. Alia verò eſt quæ fit per teſtes,qui confectioni ipſius ſcripturæ interfuerunt, & verificantes litteram dicunt eam eſſe manu talis perſonæ conſcriptam, quia viderunt eam conſcribi, & præſentes illius confectioni fuerunt.

15 Ex his † duobus modis probandi, & verificandi per teſtes ſcripturam priuatam, nõ eſt dubium quòd melior, & ſecurior, & omni difficultate carens, eſt vltimus ſuprà poſitus, quando adhibentur teſtes, qui dicunt ſe interfuiſſe confectioni ſcripturæ,qui faciunt plenam fidem, & ſcripturam comprobant plenè,ſufficiuntque ad condemnandum,ſiue ſimus in magnis quantitatibus, ſiue in minimis, quia in hoc nulla poteſt eſſe deceptio.

16 Alius verò † probandi modus per teſtes, qui ſolùm dicant ſe habere notam manum, & modum ſcribendi alicuius, imperfectus iudicatur in magnis quantitatibus,& non ſufficiens ad condemnandum, propter magnũ periculum ne iſti teſtes decipiantur in iudicando litteram vnius perſonæ, quæ poteſt per aliam eſſe falsò fabricatam; & ſimiliter materia eſt hæc in qua facilè poſſunt teſtes ſimilitudine manus falli. Secùs eſt in minimis,& paruis quantitatibus, in quibus non agitur de magno partis intereſſe. De hoc eſt pulchra deciſio Senatus Neapolita.apud
† Thomam Grammaticum 84. vbi *deciſum* tradit quoad hunc ſecundum modum probandi, quòd non ſit ille ſufficiens ad condẽnandum, Vrſil.ad Affict.deciſ.181.plenum de hoc eſt votum Doctoris Martæ 45. Granut.theorem.15.per totum, Gaſpar Anton. Theſaur.in citata quæſtio.foren.24.num.5.
† vbi adfert quandam *deciſionem* Rotæ Lucenſis ſimilem illi,quam adducit Grammatic.in allegata deciſione 84. & infinitos præterea Doctorrs allegar in eandem rem Menoc.de arbitrar.iudicum.caſu 114. num.22.Ioſeph. Ludonic.deciſio.Peruſi.7.ex num.17.vbi di
† cit ita *deciſum*, & iſtam opinionem non habere contradictores, late Hercul.Mareſco. variarum reſolutionum lib.primo cap.79.& 80.per totum,qui plures de hac materia refert etiam Rotæ Romanæ *deciſiones*, qui infinitos adducunt.

17 Magnum vidi † de hac re in Aula Admodum Reuerendi Cancellarij coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt conflictum, in cauſa Hieronymi Canyelles Legum Doctoris, contra don Alexium de Albert, & ſeu ſuos ſucceſſores. Quia parùm hæc practicabantur in Prouincia,pauci curabant & curant de teſtibus adhibendis in ſcripturis priuatis, qui videant eas conſcribi. Prærendebantur in dicta cauſa per actorem quatuor mille & octingentum libræ, vigore cuiuſdã ſcripturę priuatæ de dicta quãtitate per tertium confectæ, & per ipſum debitorem, vt prætendebatur,ſubſcriptæ. Fuit negata ſubſcriptio.Curauit eam probare actor per plures teſtes,qui dicebant ſe notam habere manum,& ſcripturam illius, cuius nomine erat ſubſcripta; nullus tamen dicebat ſe fuiſſe præſentem illius confectioni: ob quod, licèt nihil in contrarium fuiſſet probatum con
† tra id quod teſtes dicebant, *fuit* impoſitum ſilentium actori, & data pro non ſufficienti probatione quæ per dictos teſtes facta fuerat, his pulchris verbis: *Quia tamẽ* (inquit) *ex meritis proceſſus nõ conſtat eo modo quo conſtare debet ſubſcriptionẽ prætenſam in calce dicti chyrographi continuatam manu dicti N. ſcriptam fuiſſe, cùm nec deponant fuiſſe præſentes quando dicta ſubſcriptio facta fuit, nec reperiantur in dicta ſcriptura firma teſtium, qui fuerint præſentes tempore confectionis illius, quorum alterum ſaltem erat neceſſarium ad probationem legitimam verificationis dictæ priuatæ ſcripturæ non approbatæ per dictum N. reum, &c. ſed potius negatæ, & continentis tam magnã pecuniæ quantitatẽ, &c.* Facta fuit iſta declaratio ſub die 25.Februarij 1619.Scriba Michael Perez Regius Scriba mandati.

In eodem proceſſu eſt inſerta alia ſimilis
† *declaratio* facta 11.Ianuarij 1591.referente egregio olim Senatore Guillermo Sunyer, inter Petrum Rondo, & Catherinam Montarnau

tarnau & Pujalt, his verbis, quæ ferè ſunt ſimilia poſitis in præcedenti declaratione: *Verum* (inquit) *quia non conſtat eo ſaltem modo quo conſtare debet, dictum chyrographū, nec epiſtolam, ſiue litteram miſſiuam ſub chalendario &c. in corroborationem dicti chyrographi manu dicti N. conſcripta fuiſſe, nec teſtes ſuper veriſicatione dictarum ſcripturarū deponunt fuiſſe præſentes quando dictæ ſcripturæ fuerunt conſcriptæ, &c. Et depoſitiones aliorum teſtium atteſtantur ſcripturas prædictas manu dicti N. conſcriptas fuiſſe, earatione adiecta, quia habent notam manum &c. Attento etiam quòd quantitas mille librarū contenta in dicto chyrographo & epiſtola eſt magna, & proinde dictæ ſcripturæ priuatæ nō probant, cùm in paruis tantum quantitatibus his ſcripturis, legitimè tamen comprobatis, fides conſueuerit adhiberi.* Hæc ſunt verba vnius & alterius Regiæ declarationis, quæ mirè probant intentum. Noluiſſem tamen quòd in vltima forent appoſita illa verba poſteriora, *cùm in paruis tantùm quantitatibus his ſcripturis, legitimè tamen comprobatis, fides conſueuerit adhiberi.* Si enim legitimè ſunt comprobatæ, nullus dubitauit, vel ſaltem iurè dubitare poteſt quin ſit eis plena fides adhibenda, etiam in magnis quantitatibus, vt comprobatur per Doctores ſuperiùs adductos, & ſignanter per Mareſcot. in cita. cap. 79. libro primo variarum reſolutionum num. 9. Verùm ſenſus verborum, licèt verba non omnino reſpondeant, iam ex ſe patet manifeſtè eſſe quòd voluerit Senatus facere differentiam in ſcripturis priuatis comprobatis per teſtes deponētes dumtaxat de nota manu, inter cauſas magnæ quantitatis, & modicæ.

18 Sed ſi † inuenientur teſtes ſubſcripti in aliqua ſcriptura priuata, cum ſubſcriptione illius qui prætenditur obligatus in ea, & interrogati teſtes num viderint illam ſubſcriptionem fieri per illum cuius nomine ipſa cantat, dicant quòd non, ſed quòd fuerunt rogati ab eo ſe ſubſcriberent ei ſcripturæ, quā dicebant debitor, & creditor eſſe ſubſcriptam manu debitoris, quæritur an iſtud probet eodem modo ac ſi dixiſſent teſtes ſe vidiſſe per debitorē ſubſcriptionē fieri? Reſponde quòd ſic, quia parem vim habet confeſſio debitoris dicentis ſe ſubſcripſiſſe in præſentia teſtium, ſicut ſi teſtes vidiſſent eū ſcribere. Facit & illud quia ſi producitur priuata ſcriptura facta à tertio, non ſubſcripta à partibus, ſed à teſtibus, ſi tamen teſtes deponant de partium voluntate & mandato quòd ſcriptura ſic à tertio confecta, ſufficit vt probatio inducatur, cùm patia debeant cenſeri de partium voluntate conſtare per earum ſubſcriptionē, vel per teſtium depoſitionem. Ita pulchrè Afflict. deciſio † 104. qui ita *deciſum* in facti contingentia in Senatu Neapolitano aſſerit. Idem etiam tenet Vrſil. in additio. ad dictam deciſionem, vbi illam defendit ab impugnatione Aym. Cravett. in tracta. de antiquita. tempor. fol. 49. num. 75. qui inibi reprobauerat Afflict. in hac deciſione, licèt in conſil. 73. nu. 1. videatur concordare cum eo, vbi dicit ſufficere teſtes, qui de partium confeſſione atteſtentur quòd de eatum voluntate ſcriptura eſt ſcripta.

19 Ex his moneberis, † ne, quantùm fieri poſſit, in magnis quantitatibus tuas facultates, ac tuum patrimonium committas periculo harum priuatarum ſcripturarum, ſed ſemper contrahas coram tabellione per publica inſtrumenta, vel, ſi aliud fieri non poteſt, cures vt vel ſe ſubſcribant teſtes, qui viderint conſcribi ſcripturam per debitorem, vel quòd ſint aliàs aliqui extra ſcripturam, qui de hoc deponere in caſu neceſſario valeant, aliàs iam vides quot periculis erūt res tuæ expoſitæ: caue ab illo ſempiterno ſilentio ſuprà relatarum noſtrarum Regiarum declarationum.

20 Fallit † quod diximus de inſufficientia primi modi probandi veritatem ſcripturæ priuatæ, qui erat quando ſolùm deponūt teſtes de nota manu, & littera, vt non procedat vbi concurrunt alia adminicula: tunc enim ea probatio ſufficeret. ad condemnandum. ex regula cap. cum cauſam, extra de proba.

21 vbi habetur, † quòd imperfecta probatio, cū adminiculis perfecta efficitur, & ad propoſitum noſtrum eſt textus in l. inſtrumenta domeſtica, de probatio. vbi eſt text. expreſſus, quòd ſcriptura priuata, quæ ſola ad probationem non ſufficeret, ſi alijs adminiculis iuuetur, ſufficit. Ita tradunt omnes ferè Doctores ſuprà citati, & ſignanter Granu. cita. theorem. 15. à num. 10. vſque ad 14. vbi adminicula adducit, quæ hanc probationem iuuare poſſunt, & plures in id in Rota Roma-

†† na facta *deciſiones*, Mareſcot. dicto lib. primo variarum reſolutionum cap. 79. num. 6. Rota Romana deciſ. 303. & deciſio. 330. in recollectis per Farinacium in penult. volum. deciſionum.

22 Circa quod † notandū eſt, requirere Granutium in citato theorem. 15. num. 22. quòd dicta adminicula non ſint ab extra, ex cap. cum dilectus cum ſua materia, de ſucceſſ. ab

† inteſta. & ex quadam etiam *deciſ.* Rot. Rom. quam ibi allegat.

23 Quod tamen † confundi videtur ex traditis per Rotam Romanam deciſio. 813. part.

† 1. diuerſorum, vbi *data* fuit fides ſcripturæ

pri-

priuatæ recognitæ vt sup. per testes de nota manu, cum alijs adminiculis ab extra. Et in
24 nostris † propijs terminis probandæ constitutionis dotis contentę in scriptura priuata per testes de nota manu &c. eam probationem Rot. Roma. *admisit* cùm adminiculis ab extra, prout refert Seraphin. de Oliuar. decisio. 1221. Propter quæ ego non admitterem Granutij doctrinam: non enim video cur non debeant adminicula adiuuare vndecunque veniant.

25 Fallit item † de consuetudine vrbis Romæ, & de stylo curiæ illius, secundùm quem sufficit q̃ testes deponant se habere notam manum scribentis, licèt nõ fuerint præsentes, Vestrius in praxi lib. 6. cap. primo num. 8. Rot. Rom. diuersorum decis. 124. num. 2. par. 2. Maresc. dicto cap. 79. variarum resolutionum num. 4. eadem Rota Romana in prima par. diuersor. decisio. 553. Marta in citato vot. 45. num. 3.

26 Quam tamen † consuetudinem, & q̃nem stylum vidi negasse Rotã Ro. esse nisi in verificatione, & recognitione scripturæ instrumenti publici quod venit de partibus, quia non possunt repetiri in vrbe testes, qui dicant se vidisse illum scribere: secùs asserentẽ esse in scriptura priuata, & apocha: nisi enim adsint testes qui dicant se interfuisse dũ scriberentur, nihil probatum erit. Rota (in-
† quam) Romana id *dixit* decisio. 54. ex recollectis prt Statilium Pacificum post suum de Saluiano interdicto tractatum. Vel nisi adsint alia adminicula, vt ait eadem Rota Romana in cita. decis. 303. num. 1. in penult. volum. Farinac.

Idem erit vbicunque talis viguerit consuetudo vt per solos testes deponentes de nota manu censeatur plenè probata, & verificata scriptura priuata, prout etiam de ciuitate Genuæ, vbi viger similis consuetudo, tuadit decis. Genuæ 16. num. 12. vbi vlteriùs dicit quòd cùm sit vniuersalis & notoria, nõ eget probatione.

27 Quam consuetudinem † generalem in orbe facere videntur Aluar. Velasc. consultat. 67. num. 14. & Nicol. Gen. de scriptu. priua. lib. 2. cap. 11. num. 956. & 970. vbi dicũt ita communiter in praxi obseruari, quòd sufficiat ille primus probandi modus. Addit Velasc. se scire quòd in praxi non seruatur illa tam stricta iuris censura, vt ad probandum scripturam priuatam manu alicuius scriptã fuisse, vt ex ea obligari possit, necessarium sit quòd testes deponant se vidisse illam scribi à Titio: rarò enim (inquit) vocantur testes ad videndum huiusmodi priuatas cedulas scribi, & peribit iustitia partium propter illam difficiliorem probationem. Vnde ptaxis admittit testes deponentes illam esse litteram illius, quia viderunt eum fæpissimè scribere, & quia habebant notam illius litterã, & characteres &c. Atque ita postea
†† dicit se vidisse fæpissimè *iudicatum*. Viden. Granu. dicto theorem. 15. num. 23.

28 Hæc allegata † fuere, & magna in eis vis facta in supra relata causa Canyelles contra Albert, deducendo quòd in Cathalonia videbatur esse etiam notoria ea consuetudo: sed nulla habita fuit ratio. Non vult Doct. Marta in citato voto 45. num. 3. extendendam
29 † consuetudinem vrbis Romæ, & stylum illius curiæ ad alias partes, & ad alia lo-
30 ca. Plus † dicit Thesaur. in citata quæstio.
† foren. 24. num. 5. fuisse in Rota Lucen. *decisum* non sufficere hanc probationem, etiam si adesset consuetudo.

31 Fallit † finaliter in litteris cambij: in eis enim sufficit supradicta probatio, vt tradunt fere omnes supra relati, & vltra eos Mascar. de probationibus conclusio. 988. nu. 4. Burs. consil. 103. num. 9. Pulchra de hoc articulo, & de tota hac fermè materia est moderna decisio Portugalię Gabrielis Peteyra 97. per totam.

32 Sed † quamuis dicant Doctores posse facere partes per mutuum consensum vt scriptura aliqua merè priuata habeat vim litteræ cambij, & seu instrumenti publici, Decia. respon. 11. num. 158. vol. 1. Riminal. consil. 612. num. 34. volum. 6. Ruginel. in practicis quæstionib. cap. 7. per totum, Mascar. de probationib. conclusio. 1295. num. 14. Grat. cõsil. 122. num. 5. volum. 2. & Farinac. decisio. 98. in secũdo volumine decisionum per eum recollectarum. Et in illa † causa Canyelles
33 & Albert dictum fuisset quòd partes voluerant in scriptura quòd illa haberet vim litteræ cambij, & idcò debebat ista probatio sufficere, non tamen fuit de hoc habita aliqua
34 ratio. Vide † circa hæc Sigismund. Scacci. de iudic. cau. ciuil. lib. 2. cap. 11. nu. 933. vbi septem alios modos, quibus recognitio scripturæ priuatæ fieri potest, adducit. Atque hæc de hoc articulo probationis scripturæ priuatæ.

35 Restat pro finali resolutione † huius materiæ, vt postquam de constitutione dotali huc vsque latè egimus, de qua cõstat vel per scripturam publicam, vel per priuatam, videamus de ea quæ nec per vnam, nec per aliam scripturam potest probari, sed allegatur verbo facta, & vult eam pars testibus probare. Quæritur an id fieri possit. Istam quæstionem tractat in terminis Peregri. decisio. 34. ex num. 3. ad effectum vt videret si mulier quę constitutionẽ dotalem volebat testibus probare, posset prætendere lucrũ

dotis

dotis, ſicuti ſi cum ſcriptura illam probaret,
36 & reſoluit quòd ſic. Imò non ſolùm † per teſtes, ſed etiam per indicia, & præſumptiones eodem modo probari poſſe aſſerit, dicens eſſe caſum in l. cum te, vbi not. Bal. C. de iur. dot. allegat Marſil. Marzar. Nat. Bal. Calca. Abb. & Fanu. viden. Poſtea tradit qui bus coniecturis, & præſumptionibus probari poſſit, atque ita fuiſſe *deciſum* dicit. Latè vtrumque probat Mantica, & coniecturas, & præſumptiones tradit in tracta. de tacitis & ambig. conuentio. lib. 12. tit. 10. 13. & 14.
†† apud quem etiam de his *deciſiones* Rotæ Romanæ, Srephan. Grátian. diſceptatio. foren. 362. num. 7. vbi etiam alia Rotæ Romanæ *deciſio*, quòd ex coniecturis dos probata maneat, & ſeu dotis conſtitutio, Hondede. in conſil. 83. num. 34. lib. primo, Surd. in conſil. 94. num. 18. lib. primo, vbi pleniſſimè etiam coniecturas adducit, & præſumptiones, Maſcard. de probationibus conclu. 567. 568. & 569. Rota Romana deciſ. 188. par. prima diuerſorum, Seraphin. de Oliuar. deciſion. 1221. num. 2. vbi etiam docet non ſolùm teſtibus, ſed etiam coniecturis, & præſumptionibus poſſe dotis conſtitu
37 tionem probari. Ratio eſt, † quia ad conſtitutionem dotis ſcriptura non eſt neceſſaria, quia ſine ſcriptis dos dari, & promitti poteſt, l. vnica, §. & vt plenius, verſic. Nemo potest, C. de rei vxor. actio. l. ad actionem, de dot. promiſſ. Mantic. in citato lib. 12. tit. 10. nu. primo, verſic. Neque, Peregri. etiam vbi ſupra num. 4.
38 Vndè cauendum † eſt à Marta voto 181. num. 6. in fine, vbi dicit, quod niſi per ſcripturam conſtet de præcedenti dotis promiſſione, ipſa non probatur conſtituta, quia id non eſt verum, vt probatum fuit, nec id dicit Afflictis, quem ſolum allegat Marta, in deciſio. 402. Sufficit enim quocunque modo conſtare de conſtitutione, & promiſſione dotis. Nec verba Afflict. & aliorum, qui frequentioris vſus gratia loquuntur de conſtitutione dotis contenta in capitulis matrimonialibus, ſunt tenaciter, & ita ad litteram intelligenda, quaſi excludat omnem aliam conſtitutionem, & promiſsionem, de qua aliàs conſtare valeat. De quo puncto alia forſan dicam in inferioribus, dum de hypoteca vxoris agam, & de illius prælatione in ordine ad alios creditores mariti.
39 Cóting it autē † nos opus habere illa per teſtes probatione conſtitutionis dotalis, aut quia nulla de ea ſit confectum inſtrumentū, nullæque inter contrahentes ſint celebrata capitula matrimonialia, ſicut communiter fieri ſolent, aut quia licèt confecta fuerit ſcriptura, ea tamen non reperitur, quia ſit deperdita, aut quia licèt reperiatur, ea tamē fidem non facit, & ſeu ei fides non adhibeatur, quia non recepta per perſonam ad id legitimam habentem poteſtatem, aut quia ex aliqua alia cauſa prohibetur per ſtatuta Prouinciarum ſimilibus ſcripturis certis ſolemnitatibus carentibus, fidem dari, ac tribui, prout ſunt multi caſus in noſtris conſtitutionibus. In iſtis caſibus ſolemus ad probationem teſtium recurrere, quibus contractū iuſtificemus. Videamus quomodo id ſit faciendum, quæ eſt materia multùm neceſſaria ac multùm practicabilis.
40 Ac imprimis † quando nulla de contractu eſt confecta ſcriptura, quia in ſcriptis nō fuit contractatum, tunc nulla eſt dubitatio quin ſit ſufficiēs probatio quæ fit per teſtes, qui de conuentione, & contractu deponant. In quo tùm clariſsimum ſit, & ſuprà plenè confirmatum, ampliùs non immoramur.

Accipe, ſi vis, ad id vlteriùs iuſtificandum deciſionem Senatus factam 7. Iulij 1574. inter Ioannem de Rejadell, & Clementem Scarrer, referente egregio olim Senatore
† N. Sabater, vbi clarè fuit *dictum* conſtitutionem dotalem poſſe teſtibus probari, & per eos cenſeri probaram. Vidi concluſionem in Archiuo Regio.
41 Sed an † teſtes ſingulares ad id ſufficiant, putà cùm, vt ſæpiſſime fit, vel pater, vel mater, vel alius dixerint mediatoribus, & negotiatoribus marrimonij ſe promittere dare mulieri, ſeu genero tantā pecunię quātitatē, nō tamen ſimul, ſed cuilibet de per ſe, & ipſi hoc referūt mulieri, & genero, & eis qui ex parte illius ſunt, cum quo concluditur matrimonium, nulla tamen de dotis conſtitutione, & promiſſione facta ſcriptura, dubitatio eſt non leuis, tum quia præſupponimus prōmiſſionem non fuiſſe factam parti præſenti, & acceptanti, vndē videtur ſolùm eſſe pollicitatio, cùm promiſſio fiat abſenti, ſine nuntio, aut epiſtola. Et ex alia parte teſtes, vt dixi, ſunt ſingulares, qui regulariter non probant. Sed quia hæc quæſtio rarò incidit in praxim, ideò eam omittimus. Aduertimus tamen tam contigiſſe in facto in Regno Portugaliæ, & illius Senatu diſputandā de anno 1616. & *reſolutā* pro mulie
† re, & genero, ſtantibus tamen aliquibus adminiculis pro teſtibus ſingularibus, prout refert Gabriel Pereyra de Caſtro in nouiſſimis illius Senatus deciſionibus, deciſio. 54. qui benè explicat totam ſingularium teſtiū materiam, quomodo & quando coniungi poſſunt, vel non, quæ tam intricata eſt vt omnes ſciunt, & ego multa aliàs dixi in hoc eodem opere clauſula 5. gloſſa 5. par. prima, ex num. 58.

Quando

42 Quando autem † de contractu, & conuentione partium fuit scriptura confecta, quæ non reperitur, duplici via potest esse consultum partibus, vel probando obligationem, & substantiam debiti per testes, vel probãdo etiam per testes tenorem instrumenti; quod de dicta obligatione, & debito confectum fuerat.

Quoad primùm, non est dubiũ quòd perdito instrumento, potest obligatio, & substantia debiti probari per testes, vt est tex. in l. testium, in fi. C. de testib. l. sicut iniquũ, C. de fide instrumen. & cap. cum olim 1. de testib. Benè Surd. in consil. 144. num. 15. vbi citat Castren. Alexand. Dec. & Neuizan. Et
43 pluribus docet † non esse necessarium quòd isti testes sint instrumentarij, id est, illi, qui descripti fuerant in instrumento, sed sufficiunt quicunque negocio interuenerint, ac
44 veritatem intellexerint. Nec quòd † sint periti, sicut necessarium dicemus quando agitur de probando tenore instrumenti, ex particulari ratione quæ hic non militat, vt
45 videbis. Nec etiam † quòd deponant de amissione instrumenti, prout in casu quando tractatur de tenore probãdo: sed eodem modo poterit pars procedere in probatione contractus, & obligationis per testes facienda ac si nullũ fuisset vnquam de hoc confectum instrumentum. Hæc clarè ibi habẽtur, non est quòd transcribamus.

46 Quoad secundum, † quod attinet ad probationem tenoris instrumenti deperditi, Doctores tradunt pro regula sequentia fore probanda.

Primò, quòd scriptura sit deperdita, quia non est facilè credẽdum conquerentibus de casu scripturæ amissæ, d. l. sicut iniquum, C. de fide instrumen. Posset perditio fraudulẽter allegari ne deprehenderetur falsitas in instrumenti, Surd. dicto cons. 144. num. 1.

47 Deindè † probandus est tenor instrumẽti, & sub hoc requisito comprehenditur etiã dies, & locus instrumenti, cum aliis substãtialibus illius: nam non est instrumẽtũ nisi adsint substantialia, vt in authent. vt præpona. nom. Impera. in princip. & cap. Abbate sanè, de re iudi. l. si vnus, C. de testamen. Panormita. in cap. cum olim 1. num. 8. de re iudi. qui allegat gloss. ibidem in fin. & hoc requisitum, & alia etiam, quæ postea traden tur, satis colligi ex illo textu dicit. Sequitur Afflict. decisio. 274. num. primo, & ibi Vrsil. num. etiam primo in additio. & decis. 302. num. 5. Alexand. in consil. 196. num. 11. lib. 2. Marcel. Cala de modo articulan. glo. vni. §. 2. num. 252. fol. 97. Alexan. Trentacinqui. variatum resolutionum volum. primo lib. 2. tit. de fide instrumen. resolutio. 4. cir. princi. benè Anton. Gomez in l. 41. Tauri num. 3.
48 & ibi Additionator, qui ponit † etiam signum Notarij esse probandum, & benè etiã Surdus in citato consil. 144. num. primo, qui
49 addit † necessarium etiam esse probari de testibus, quòd scilicet illi essent scripti in instrumento, quia de illius substantia etiam sunt testes, ex doctrina Abba. communiter approbata, ad quãque communiter Doctores recurrunt cùm de substantialibus instrumenti tractant, & præsertim ad nostrũ propositum suprà citati. Abba. (inquam) in c. 1. num. 3. versic. 9. testes, extra de fid. instrumentorũ. Hæc requiruntur vt possit iudicari an dicant verum, ex sententia Bart. in l. testium, num. 12. C. de fid. instrum.

50 Vidi prætensum † in quadam causa, de qua infrà dicemus, & nõ malè succesisse, prosuit enim cum alijs ad victoriam, quæ obrẽta fuit. Vidi (inquam) prætensum non sufficere quòd testes dicerent in genere, quòd in instrumento erant scripti testes, sed esse necessarium quòd exprimerentur eorum no
51 mina, ne plus † concedatur tenori instrumẽti deperditi à testibus relato, quàm ipsi originali, si verè, & realiter existeret; vt dicebat Abb. in sæpè citato cap. cum olim num. 8. ibi: *Si enim instrumentum exemplatum non facit fidem sine solemnitatibus, fortius de positiones testium*. Sequitur Afflict. in citata
52 decisio. 274. num. 3. Constat autem † quòd non probaret instrumentum, si ostenderetur absque expressione nominum, & cognominum testium, sed cum sola relatione, & attestatione Notarij in genere quòd testes interfuerunt instrumento, vt est notorium, & latè prosequitur Bartholom. Bertazzol. in tract. de clausu. in proœm. num. 11. & latiùs clausu. 2. glo. 2. latim in initio. Aliàs si nomina, & cognomina testium non ponerentur in instrumento, quomodo verificaretur, & verificari posset doctrina communis Doctorum, quòd testes instrumentarij faciunt cessare fidem instrumenti, si ei contradicũt, de qua per Doctores suprà proximè citat. & per Bertazzol. in allegata glo. 2. ex nu. 21. Certè inanis esset prædicta resolutio, quę nõ descriptis nominibus, & cognominibus testium non posset verificari, nec in aliquo casu habere locum. Et non ponere, aut dicere nomina, & cognomina testium, esset cautela manifesta, ne ipsi, instante aduersa parte, examinati, possent instrumento contradicere, per quam contradictionem illius vitus extingueretur, iuxtà tex. in c. tertio loco, extrà de proba. cap. tam literis, extra de testib. Trentacinq. de fid. instrumen. resolu. 6. num. 1. Farinac. de falsita. & simula. quæst. 58. num. 4.

Requi-

53 Requiritur etiam † quòd teſtes deponãt circa auctoritatem inſtrumenti, nempè quod eſſet abſque macula, & vitio falſitatis, non abolitum, vel cancellatum, nec in aliqua parte ſuſpectum, prout in terminis docent Panormitan. Alexan. Afflict. Vrſil. Surd. Trentacinq. & Cala vbi ſuprà. Adde Matcar. de probatio. concluſio. 909. num. 10. ex tex. expreſſo in ſæpè citato cap. cum olim 1. de priuileg. ibi: *Quod ſine reprehenſione apparebat*, & ibi gloſſa notabilis, quia (inquiunt) in fraudem poſſet dici deperditum inſtrumentum, quod eſſet falſum, vt in principio dicebamus, Anto. Gomez in citata l. 41. Tauri num. 3.

54 Ex quo † requiſito, & ſubſtantiali dimanat & aliud: cùm enim debeant, vt dictum eſt, deponere teſtes ſi adſint, vel non, vitia aliqua, & ſuſpitiones falſitatis, quod nõ poteſt probari ſine magna difficultate, propter ex Abba. dicit Surd. in citato conſil. 144.

55 num. 2. circa medium. Tam exacta † enim, & concludens debet eſſe depoſitio, ſecundũ Salycetum in l. ſicut iniquum, C. de fide inſtrumen. quem ſequuntur Felin. in cap. ſicut, de re iudica. & Surd. vbi ſuprà, vt debeant teſtes deponere quòd circumſpectis à ſe partibus inſtrumenti, nullam in eo inuenerunt

56 maculam. Indè fit † quòd in hac materia nõ ſufficiunt quicunque teſtes, ſed debent eſſe periti, vt Aduocati, vel practici tabelliones, qui poſſint cognoſcere quoſcunque defectus inſtrumentorum; in quo puncto concordant quotquot fuerunt in ſuperioribus ci

57 tati Doctores. Aduocatos, † vel notabiles tabelliones, non tabelliones ſimpliciter requirit Vrſillis ad Afflict. deciſio. 274. num. primo, qui id dicit declarare text. in dicto c. cum olim, & velle Deciam in conſil. 82. col. 2. Viſo proceſſu. Anton. Gomez in ſæpè allegata l. 41. Tauri num. 3. teſtes iſtos debere eſſe peritos litterarum, vt Doctores, Aduocati, Tabelliones, vel Notarij, quia ſi eſſent alij, tantùm probarent ſemiplenè, docet. Adde in idem Matienç. in l. prima tit. 7. lib. 5. recopilationis gloſſ. 5. in fine. Teſtes magnæ auctoritatis ex Bart. in authent. ſi quis in aliquo documento, C. de eden. neceſſarios eſſe ait Panormitan. in ſæpè citato cap. cum olim 1. num. 8. circa finem. Doctores iuris, aut notabiles Notarios, ex eodem Bart. in alio loco debere eſſe teſtes dicit Alexan. in conſil. 196. num. 11. in fin. lib. 2. Peritos Aduocatos, vel Notarios requiri teſtes, dicit Anton. Sola in conſtitutio. Sabaud. titul. de probationib. glo. 8. num. 2. ſicut in praxi videmus obſeruari, quòd quando tractatur de aliqua falſitate alicuius inſtrumenti, eliguntur peritiſſimi viri, imò totum Collegium

58 peritiſſimorum virorum, quia † ad veritatem indagandam maxima ſubtilitas adhibenda eſt, l. final. vbi Bald. not. C. de fideiuſſ. Adeò

59 vt † propter diſſimilitatem agnoſcendi falſitatem, quando illa detegitur, reuelata potiùs dicatur, quàm patefacta, Boſ. tit. de indi. & conſideratio. num. 178. Farina. in conſ. 11. num. primo, volum. primo. Addit Trentacinq. † in citata reſolutio. 4. tit. de fide inſtrumen. num. primo, huic requiſito in termi

60 nis noſtris, vltra magnam illam peritiam, & experientiam, quam diximus requiri in teſtibus illis, addit (inquam) probitatem, dicendo, quòd requiritur eos eſſe idoneos, probos, & peritos. Bonos viros eſſe oportere dicit Maſcard. de probatio. concluſio. 909. num. 6.

61 Iis his defectibus † dicit Afflict. in citata

† deciſio. 302. in fin. non *fuiſſe* in Senatu Neapolitano, in quo ipſe ſedebat, habitam rationem de quibuſdam teſtibus ſuper tenore inſtrumenti receptis, quam deciſionẽ in hoc multùm celebrat Surd. in allega. conſil. 144. num. 2. circa medium.

De his defectibus oppoſitum fuit, me Aduocato, pro parte Fratruum Cartuſianorum Monaſterij Montis alacris in hoc Principatu, Michaeli Frigola prætendenti (cùm non potuiſſet veritatem facti, & ſubſtantiã rei) probare per teſtes tenorem cuiuſdam donationis vxoris ſuæ in ſui fauorem factæ, quæ non apparebat, & bene ſucceſſit, licèt multa feciſſet dictus Frigola, multùmque inſudaſſet pro ſe. Cauſa erat in Tribunali San-

† ctæ Inquiſitionis, quæ *deciſa* fuit de anno 1618. cum conſilio trium Doctorum huius ciuitatis.

62 Difficillima † igitur res eſt velle probare per teſtes tenorem inſtrumenti deperditi, imò ferè impoſſibilis, vt vidiſti: conſentiendum ergo eſt noſtris, ne niſi cùm aliud non poſſint, hunc probandi modum eligant, ſed perquirant teſtes, qui de veritate facti depo nant, qui facilior eſt proculdubio probandi modus, & magis ſecurus. Vide vltra hæc vſque ſuprà allegatos in hac materia probandi tenorem inſtrumenti deperditi, Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſtio. foren. 94. per totã, libro 2.

63 Sed dubium † eſt, (quod pro finali huius articuli tractatione oportet nos diſcutiamus) num præſuppoſito quòd probetur tenor inſtrumenti deperditi cum omnibus requiſitis, an tantùm valeat inſtrumentum ſic probatum, quantùm ſi reperiretur authenti cum, id eſt, an creditor poſſit idem facere in vim inſtrumenti ſic probati, ſicut in vim veri inſtrumenti, veluti ſi inſtrumentum foret cum guarentigia, an executiuè, vel ſaltẽ ſu-

mm-

ſummariè probato legitimè tenore, poſsit procedi ſicut ſi verum, & legitimum inſtrumentum appareret, an verò ſit via ordinaria agendum. Negatiuam tam latè, & abundè probat Roderi. Suarez in l. poſt rem iudicatam, tota limitatio. 3. ff. de re iudicata, quæſtionem ad partes pulcherrimè diſputans, vt iniuria tam egregium Doctorẽ afficere omnibus videret, ſi vellẽ eius dictis aliquid addere. Mihi impoſsibile videtur quòd poſſet practicari iſtud de via executiua, cũ priùs ſubſtantia debiti eſt probanda, ſeu inſtrumenti tenor, quia hoc via ordinaria eſſet priùs faciendum, & ex conſequenti citata parte, cuius argumenti vis non latuit Suar. loco citato, vbi etiam pluribus docet, in quibus patificantur ſcriptum, & non ſcriptum, & in quibus non, & ſignanter quòd non patificantur qoaad executionem pluribus confirmat.

64 Nec etiam † noſtrum perſpicaciſsimũ Senatum hæc ſubterfugerunt: contigit enim de hoc caſu diſputari in eo de anno 1527. ſi tenore inſtrumenti guarentigiati deperditi probato per teſtes eo modo quo debet, cõpeteret priuilegium ſummariæ cognitionis, vel proceſſus executiuus, quibus vti poſſet creditor ſi inſtrumentum haberet, & fuit *eſ-*
† *clusum* die 5. Decembris referente egregio tunc Senatore N. Marti, quòd non, ſed erat procedendum via ordinaria per ſententiam. Partes erant Ioannes Pons, contra don Ioannem de So. Vidi concluſionem in Archiuo Regio.

65 Veniamus † ad vltimum caſum ſuprà poſitum. Diximus ſtatuta eſſe in multis mũdi partibus, ne quibuſdam inſtrumentis, niſi ſint hoc, vel illo modo confectis, aliqua adhibeatur fides. Quæritur an pars, cuius intereſt, poſsit aliàs veritatem facti, & ipſum contractum, & ſubſtantiam obligationis probare, & iuſtificare vt ſequi valeat condemoatio ac ſi inſtrumentum oſtenderetur ritè, & rectè receptum. Qua in re affirmatiuè fore & eſſe reſoluendum, tam certum eſt, quàm quod certiſsimum, quia regula eſt,
66 reprobato † inſtrumento, & illo annullato, non cenſeri reprobatum contractum, qui in eo continetur, nec è contra, quia aliud eſt inſtrumentum, & aliud contractus, ſicut aliud eſt continens, & aliud contentum, l. non figura, de actionib. & obligationib. declarat Bart. in l. ſi quis legatum, num. 2. verſic. Ad-
67 uerte, de falſ. Inſtrumentum enim † nõ contractus ſubſtantiam, ſed ſcripturam reſpicit, l. contrahitur, de pignor. & nomen contractus ſignificat veritatem, nomen verò inſtrumenti ſignificat continentiam, & tenorem, vt inquit Bal. in l. fin. n. 2. verſic. Item not. C.

68 de falſ. cau. Et ideò annullato † ex forma ſtatuti inſtrumento, non annullatur contractus in eo ſcriptus, ſecundùm Imol. Raphael. Caſtren. & Alexand. in l. ſeruum, in §. eum qui chyrographum, de legat. 1. quia inſtrumen-
69 tum, † & eius ſubſtantia conſiſtit in his quæ pertinent ad Notarium, contractus verò, & eius ſubſtantia in his, quæ partibus incumbunt, & poteſt eſſe nullum inſtrumentum, & validus contractus, & è conuerſo, quia in diuerſis, & ſeparatis, non infertur de vno ad aliud, l. Papinianus exuli, de minor. Ita Surdus, qui latè diſcurſum extendit, in ſæpè citato conſil. 144. ex num. 13. & deciſio. 277. in princip. Idem facit Natta in conſil. 609. ex num. 21. optimè Rolan. à Valle in conſil. 43. ex num. 10. cum ſequentib. volum. 3. tenent plures quos refert noſter Cancer in 2. par. variarum reſolutionum cap. 3. de inſtrumento guarentig. num. 29. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 77. num. 28. Theſaurus deciſio. 66. num. 4. verſic. Tota difficultas, Oſaſc. deciſio. 39. num. 32. verſic. Prætered, qui duo † vltimi loquuntur etiam, quando pars confitetur contenta in inſtrumento
70 nullo eſſe vera.

71 Hæc vulgaria † ſunt, in quibus rarò vidi fieri difficultatem: vidi tamen maximã ſubortam in facti contingentia, quando non reperiebantur teſtes, qui poſſent deponere de veritate facti, quia nullus erat qui conuẽtioni, quæ facta fuerat inter partes interueniſſet, nec qui de ea qualis eſſet, tam reſpectu quantitatis, quàm pactorum, ſpecificè recordaretur. Sed aderant teſtes, qui cùm interfuiſſent firmæ inſtrumenti reprobati, dicebant, & deponebant reuerà illud firmatum fuiſſe inter partes. Dubitatum fuit an id ſufficeret ad condemnandum ad contenta in in ſtrumento reprobato, ad quod ſe teſtes referebant abſque ſpecificatione ſubſtantiæ contractus. Defendi, ac tenui, quòd ſic ſi-
72 ne difficultate aliqua, quia idem eſt † referre ſe ad inſtrumentum, in quo debitum continetur, atteſtando illud reuerà inter partes fuiſſe firmatum, atqui veritatem ipſius facti enarrare, per text. in l. 1. §. ait prætor, de re
73 iudicata, cum ſimilibus, vbi † paria ſunt in ſententia certam quantitatem exprimere, vel eius verba ad acta certam quantitatem exprimentia referre, atque ita in terminis tenent Alexand. in conſil. 184. lib. 7. & Nat.
74 in conſil. 509. ex nu. 21. Rationem † iſtorũ pores haurire ex his quæ docet Feli. in cap. ſicut num. 2. de ſentent. & re iudica. vbi loquens de probatione tenoris inſtrumenti de perditi, de qua nos ſuprà latè loquuti ſumus, dicit quòd quando teſtes deponunt in hac materia, non probant factum, ſed pro-

bant

bant inſtrumentum, & inſtrumentum ſic probatum probat factum, vndè fit quòd idem ſit probare inſtrumentum, ſicut in noſtro caſu probant teſtes, qui dicunt illud fuiſſe reuerà firmatum, quòd probare factum.

Corrigit de hoc diſputati in Senatu de anno 1619. me Aduocaro, coram egregio Senatore Ioſepho Ferrer, in cauſa don Hieronymi de Barutell contra Iacobum Baptiſtam Baſſols Notarium oppidi Oloti, Scriba Coſta, ratione cuiuſdam obligationis per dictum Baſſols dicto de Barutell firmatę in poſſe cuiuſdam ſcriptoris, qui non commorabatur in domo Notarij, cuius nomine inſtrumentum receptum fuerat, quo caſu nullam probationem faciebat, iuxtà noſtram conſtitutionem 23. ſub tit. de Notar. Probari per teſtes, & per confeſſionem partis inſtrumentum fuiſſe verè firmatum, non tamẽ veritatem facti, quia nulli erant qui de ea ſpecificè deponere valerent, imò dicebant omnes verum eſſe, inſtrumentum quod impugnabatur, fuiſſe inter partes firmatum, ſed non recordabantur de qua quantitate: contendi id ſufficere ex ſopradictis, quia etiam in caſibus Alexan. & Nat. teſtes qui ſe ad inſtrumentum referebant, dicebant idẽ, quòd non recordabantur de quantitate. Cauſa nõ fuit declarata, ſed concordata, quia reus timebat ſiniſtrum ſucceſſum.

Ex his omnibus habes qualiter ſi inſtrumenta nuptialia non interuenerint in aliquo matrimonio, vel interuenerint quidem, ſed deperdita ſint, poſſis, & debeas hanc, de qua agimus, conſtitutionem dotalem, & alia pacta probare.

75 Sed ſi conſtitutio † dotalis non fuit facta per verba præſentis temporis, ſed imò per verba futuri, veluti dicendo, *Promitto conſtituere*, dubium eſt an id ſufficiat pro conſtitutione, & eundem effectum operetur. Hanc quæſtionem tractant in terminis Aſſict. deciſio. 61. & Vrſill. ibidem, vbi multis †† *deciſionibus* Senatus Neapolitani probant idem proculdubio importare promiſſionẽ conſtituendi, ac ſi reuerà ipſa conſtitutio facta fuiſſet ad virandum inutiles circuitus, ad exemplum promiſſionis de donando, quæ idem operatur quod donatio; de quo nos plura diximus in primo huius operis tomo claus. 4. glo. 9. par. 4. num. 34. vbi videas. Reſpondet Vrſil. ad Grammati. deciſ. 103. vbi contrarium videtur tenere.

76 Solent in his Doctores tractare † quid futurum, ſi non certa quantitas, nec certa res, aut ſpecies ſit in dotem conſtituta, ſed ſimpliciter ſit dictum, & in inſtrumento ſcriptum quòd quis promiſit dotem, an valeat huiuſmodi dotis conſtitutio, & promiſſio. Communis tenet quòd non, ex l. prima, de dot. promiſſion. ſiue pater ſit ille qui dotem conſtituit, ſiue alius, propter incertitudinẽ, prout docent Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 6. de dotis promiſſio. definitio. 2. vbi ita † *deciſum* in ſuo Senatu aſſerit, & Illuſtriſſimus Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. conuentionib. lib. 12. tit. 12. per totum, qui quãdam concordiam inter has opiniones excogitauit, de quibus ego ampliùs agere non curo, nec oportere arbitror, quia vix eſt in praxi hic caſus contingibilis: vbi enim eſt viſum, aut auditum, quòd dos ſit promiſſa cum tanta incertitudine, prout in caſu quem propoſuimus? ſi tamen ille contingeret, Doctores prædicti materiam tibi ſubminiſtrant, qua illum decidere, & reſoluere poſſis faciliter.

77 Hue vſque † tractauimus quæſtiones incidentes ſuper conſtitutionibus dotalibus, quas mulieres faciunt viris, quando cum eis contrahunt matrimonia. Reſtat videamus quid faciendum quando mulier nullam attulit viro dotem, habet tamen bona quæ potuiſſet portare: ſolet tunc quæri an omnia bona cenſeatur attuliſſe in dotem? Hanc quæſtionem pro opportunitate materiæ tractaui iam latè in hoc eodem opere ſuprà clauſu. 5. glo. 7. ex num. 25. vbi illam negatiuè reſolui, & probaui etiam quòd nec ad ſe dotandum ex poſt poteſt compelli, ſed ſibi debet maritos imputare, ſi ſine aliqua dotis conſtitutione mulierem accepit. Ibi videas rem benè declaratam. Vbi etiam tractaui an poſſit mulier à viro expelli, quæ nec dotem à principio dedit viro, nec poſteà dare vult, licèt habeat vndè poſſit. Et cum his finitur hæc clauſula conſtitutionis dotalis, & gloſſæ illius.

CLAVSVLA VII.

Item dictus N. filius, & dicti N. & N. parentes illius, conſtituentes ſe pro dicto filio ſuo principaliter, & inſolidùm obligatos, faciunt, & firmant chartam dotalem, ſiue ſponſalitium dictæ N. domicel-

micellæ, &c. de dictis tribus mille libris, &c. Et pro illis, &c. faciunt ei ſponſalitium, &c. de mille & quingentum libris, &c.

SVMMARIA.

1 *Quæ ſint in hac clauſula 7. tractanda.*
2 *Augmentum dotis, donatio propter nuptias, & ſponſalitia largitas quid ſignificent, & in quo differant, remiſſiuè.*
3 *Sponſalitium, ſiue* ſcreix *quid ſit in Cathalonia.*
4 *Et appellatur quandoq. ſponſalitium, quandoq.* ſcreix, *& quandoque donatio propter nuptias in noſtris Conſtitutionibus, & iuribus municipalibus.*
5 *Sponſalitium noſtrum non poteſt propriè appellari augmentum dotis.*
6 *Donatio propter nuptias ſit ex parte viri vxori.*
Augmentum dotis ſit per vxorem viro; & ex vxoris parte. ibid.
7 *Donatio propter nuptias ſecundùm noſtrum inſtitutum, ſignificat quamcunque donationem, & largitionem, quæ propter nuptias ſit, non illam donationem, quæ olim dicebatur donatio propter nuptias.*
8 *Sponſalitium noſtrum, ſiue* ſcreix, *qualiter nominetur in aliis mundi regionibus, & prouincijs.*
9 *Sponſalitium, ſiue* ſcreix *dicitur fieri in premium amittendæ virginitatis, & pudicitiæ.*
10 *Arras dari in premium virginitatis negat Rodericus Suarez, & deridet eos, qui id dicunt.*
11 *Donatio propter nuptias, quam nos* ſcreix *vocamus, quæ datur in premium virginitatis, frequentatur etiam in multis alijs mundi prouincijs.*
12 *Sponſalitium hoc noſtrum quod datur in premium virginitatis, & pudicitiæ, erat iam de iure communi cognitum.*
13 *Sponſalitium illud appellatur pretium ſanguinis mulieris.*
14 *Sponſalitium iſtud de quo loquimur, vndè habuit initium in Cathalonia.*
Dicunt aliqui quòd ex quadam Barcinone conſuetudine, vbi ſolebat frequentari. ibidem.
15 *Sponſalitia fiunt in tota ferè Cathalonia.*
16 *Sponſalitium niſi ſit pactatum, & conuentum, nullum debetur, nec quidē in ciuitate Barcinone. vbi deciſio noſtri Senatus.*
17 *Conſuetudo nulla eſt in ciuitate neceſſaria de ſponſalitio, niſi illud ſit pactatum.*
Auctor libenter emendat quæ poſteà melius informatus comperit aliter ſe habere. ibidem.
18 *Cōpēſatio non fit de legato quod vir facit vxori cum ſponſalitio, ex quo eſt debitum voluntarium, & num. ſeq. vbi pulchra Senatus noſtri deciſ.*
19 *Compenſatio non fit cum debito partim à lege procedente, partim à contractu.*
20 *Sponſalitium in dotibus ordinarijs fieri ſolet pro medietate dotis, ſed in magnis alio modo, ne deſtruantur domus in reſtitutione.*
21 *Sponſalitium non eſt certum ex ſe, ſed prout erit pactatum in capitulis matrimonialibus exigetur.*
22 *Idem eſt in alijs etiam prouincijs.*
23 *Sponſalitium exigitur actione ex contractu, non condictione ex lege, aut ſtatuto.*
24 *Sponſalitium in partibus Sabaudiæ licèt communiter ſit ad medietatem dotis vt in Cathalonia, verum in magnis dotibus non ſic, ſicut apud nos etiam practicatur.*
25 *Sponſalitium non fit, nec datur viduis, quæ renubunt.*
26 *Sponſalitium non lucratur corrupta mulier, nec in foro conſcientiæ poteſt retinere. & numero ſequenti. vbi deciſio noſtri Senatus.*
27 *Argumentum ab arris Regni Caſtellæ ad noſtrum ſponſalitium, non rectè procedit.*
Arræ in Regno Caſtellæ dantur etiam viduis. ibidem.
28 *Sponſalitium ſtatim amiſſa virginitate acquiritur mulieri, licèt ſolutio differatur ad mortem viri.*
29 *Sponſalitium an lucretur mulier ſi matrimonium non conſumatur ob aliquam cauſam.*
30 *Negatiuè reſoluit noſter Mieres, & idem etiā reſoluunt alij.*
31 *Sponſalitium qualiter acquiratur vxori poſt mortem viri, num ſit in eius electione illud habere totum de vita ſua in vſufructu, an medietatem in proprietate, dubium eſt in noſtra Cathalonia.*
32 *Electio, ſecundùm aliquos, datur mulieri, ſi vult totum ſponſalitium habere de vita in vſufructu, an medietatem in proprietate.*
33 *Alij negant, dicentes conſuetudinem eſſe quòd mulieri acquiratur ſponſalitium in vſufructu de vita ſua, præſtita cautione de reſtituēdo poſt mortē: illud verò de medietate habēda procedit ſi concordauerit cum heredibus.*

Et

34 Et hanc opinionem plures ex noſtris atteſtantur ſeruari in Senatu.

35 Hæc opinio placet Auctori, & probatur multis Regiæ Audientiæ deciſionibus. Vide num. 44.

36 Electio in Prouincia Pedemontana eſt vxorie ſi vult totum ſponſalitium in vſufructu, vel medietatem in proprietate.

37 Deciſiones Senatus noſtri, quibus probatur nõ dari electionem in ſponſalitio.

38 Electio, vbi eam habet mulier, ſi velit totum ſponſalitium, an medietatem illius, an tranſeat ad hæredes.

39 Eligendi ius tranſmittitur ad hæredes.

40 Declarandi voluntatẽ defuncti ius non tranſmittitur ad hæredes.

41 Electio, vbi competit mulieri ſi velit ſponſalitium hoc, vel illo modo, tranſit ad hæredes.

42 Ius non agnitum non tranſmittitur in vniuerſalibus, ſecus in his, quæ iure particulari competunt.

43 Declarandi ius non tranſit ad hæredes, cum ſubſtantia diſpoſitionis confertur in voluntatem alicuius, ſecus cum ſola executio, ſeu exercitium diſpoſitionis.

44 Reſpondetur quidam deciſioni Senatus, quæ videtur facere contra ſuprà dicta de negata electione mulieris in ſponſalitio.

45 Electio & ſeu ius eligendi non intrat quando res non eſt integra.

46 Electio totius ſponſalitij in vſufructu, aut medietatis in proprietate, vbi ea competit mulieri, intra quod tempus fieri debeat.

47 Conſuetudo Catalonia circa ſponſalitium, quomodo acquiratur mulieri.

48 Conſuetudini Catalonia circa ſponſalitium an cenſeatur derogatum per pacta quæ ſolẽt fieri in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum.

49 Sponſalitium cum filije eſt ſtipulatum, non poteſt tractari de habenda medietate per vxorem in proprietate.

50 Mulier volens vti ſui ſponſalitio, tenetur pro eo cauere, vbi deciſiones noſtræ Senatus.

51 Mulier pro habendo ſponſalitio de vita, tenetur idonee cum fideiuſſoribus cauere. vbi deciſ.

Cauere ſimpliciter obligatur, ſatisfacit faciendo nudam promiſſionem ſine fideiuſſoribus. ibidem.

52 Mulier in ſponſalitio eſt verè vſufructuaria, & vt talis iudicatur.

53 Vſufructuarius tenetur pro ſuo vſufructu idonee, id eſt cum fideiuſſoribus cauere.

54 Cautio curatoria regulariter non ſufficit in vſufructu. vbi deciſio noſtri Senatus.

55 Fallit ex cauſa. vbi declaratur quomodo & quando id fieri poſſit.

56 Mulier an ſufficienti bonorum hæreditatis reſpondere ei de legitimo intereſſe, & vſuris ſponſalitij penes eis remanentis, teneatur contentari.

57 Vſufructuarius non poteſt cogi per proprietarium vt contentetur intereſſe, & vſuris rei, cuius habet vſumfructum, per proprietarium ei dandis. vbi deciſio Senatus Dolani.

58 Sponſalitium, ſi non adeſt pecunia in hæreditate ex qua ſoluatur, poterit per hæredem ſolui reſpondendo mulieri de intereſſe, & vſuris illius annuatim.

59 Sponſalitium non debetur, niſi mulier ſuperuiuat viro.

60 Antefatum in Regno Neapolis habet taciram conditionem, ſi mulier ſuperuiuat.

Idem obſeruatur in Ducatu Sabaudiæ. ibidem.

61 Filij an habeant ſponſalitium in fauorem ipſorum ſtipulatum, quamuis mater ipſorum præcedat marito.

62 Ratio dubitandi.

63 Propter vnumquodque tale, & illud magis.

64 Deciſiones Senatus in fauorem filiorum quòd filij habeant ſponſalitium, licèt eorum mater præcedat viro.

65 Pactum, & conuentio, quòd filij ſuccedant in ſponſalitio, interpretationem recipere debẽt ex conſuetudine.

66 Conſuetudo eſt optima legum, & contractuum interpres.

67 Filij, ſecundum alios, non habent ſponſalitiũ, vbi mater præcedit viro. Vbi deciſio Senatus Sebuſiani.

68 Donatio facta alicui, & ſuis hæredibus, non poteſt habere locum in hæredibus, ſi propter aliquod impedimentum in primo donatario non potuit habere locum.

69 Conſtitut. final. ſub tit. ſoluto matrimon. expenditur.

Mulier, & eius filij, citra aliquam conuentionem videntur poſſe prætendere ſponſalitium, vigore conſtitut. fin. ſub tit. ſolut. matrimo. &c.

70 Conſtitutio prædicta declaratur magis, magisque.

71 Supponere non eſt diſponere, imo aliud eſt diſponere, aliud ſupponere.

72 Conſtituendi facultas ut conſtetur procuratori data ex quo ſit dictum in mandato quod ipſum procuratorem, & eius ſubſtitutos conſtituens velut abſit interuenire.

73 Præſuppoſitum in ſtatuto debet verificari vt diſpoſitio habeat locum.

74 Ius in tranſmiſſione ſponſalitij ad eos à matre antea mortua, non habent inconcuſſam

fundatam in conſtitutione finali, ſub titu. ſoluto matrimonio &c. ſicut aliqui putarunt.

75 *Filij qui ſe opponunt pro ſponſalitio eis pertinenti in vim donationis eis factæ in capitulis matrimonialibus, executioni quæ fit contra bona parentum, an habeant priuilegium optionis.*

76 *Sponſalitium quòd habeant filij mortua matre ante patrem, probatur quodam argumẽto ducto ex pacto in fauorem eorundem concepto.*

77 *Sponſalitium lucrantur hæredes mulieris beciſæ à viro.*

78 *Sponſalitium non perdit mulier ob tranſitum ad ſecunda vota intra annum luctus.*

79 *Pœnæ appoſitæ mulieribus tranſeuntibus ad ſecundas nuptias intra annum luctus, ſunt ſublatæ omnes, præter illas, quæ ſunt in fauorem filiorum.*

80 *Sponſalitium debetur regulariter ex cauſa oneroſa.*
Don Garcias Meſtrillus laudatur: ibidem.

81 *Sponſalitium non amittit mulier ob fornicationem.*

82 *Sponſalitium ſolet paciſci inter partes vt illud habeat mulier cum marito, & ſine marito.*

83 *Deciſiones noſtri, & aliorum Senatuum, quòd per tranſitum ad ſecunda vota mulier non perdit ſponſalitium.*

GLOSSA I. PARS I.

De augmento dotali, quod nos ſponſalitium, ſiue Icreix *vocamus, & de illius natura.*

1 HAec clauſula † vna eſt ex principalioribus, & ſcitu dignioribus quam ſit in illis capitulis matrimonialibus: includit enim in ſe materiam tam neceſſariam, & proficuam, vt vix dici poſſemus eg ille nos aliquid cum omnibus quæ huc vſque, non ſine magno labore, circa varias materias, quæ occurrerunt, tractauimus, ſi quæ in hac clauſula includuntur, & ſecundum ſubiectam materiam venunt de neceſſitate tractanda, omitteremus

Hæc enim eſt tractanda materia ſponſalitij, ſiue *ſereix*, & reſtitutionis dotis, tam conſtante matrimonio propter vergentiam matrimonij ad inopiam, aut alias, quàm matrimonio ſoluto, ac obligationis ad id parentum, & mariti. De priuilegijs tenendi, & poſſidendi bona poſt mortem mariti, cum facultate faciendi fructus ſuos, dum non reſtituitur dos, & ſponſalitium. Et ſimiliter de oppoſitionibus dotalibus, quas vxores faciunt, & facere poſſunt in bonis maritorum, ſi forſan conſtante matrimonio, vel eo ſoluto fit in illorum bonis executio pro aliquo debito, eſt etiam agendum, cum mille alijs incidentibus, & emergentibus. De eis omnibus quanta poterimus diligentia, & ſolicitudine, Deo concedente, tractabimus: Suæ Maieſtati placeat votis noſtris benigne annuere.

Incipiamus † à tractatione, & examinatione materiæ noſtri ſponſalitij, ſiue *ſereix*, de quo noſtra clauſula loquitur. Circa quam licèt potuiſſem multùm me extendere, adducendo varias vſurpationes, & ſignificationes verbi, augmenti dotis, donationis propter nuptias in genere ſumptæ, & ſponſalitiæ largitatis, quidque inter ſe differant. Verùm quia de hoc latiſſimè, & ad ſatietatem vſque agunt Conſtantin. Roger. in tractat. de dote, in cap. dotis acceſſiones finitæ, fol. 427. Ioannes Baptiſta Coſta in tractat. de portione tata quæſtione 111. & omnium latiùs Vincentius Carrocius deciſ. ſeu caſ. 119. per totum, vbi omnes ferè Doctores, & Scribentes, qui de hoc tractarunt adducit, neque multùm neceſſarium id eſt ad noſtræ ſponſalitiæ largitatis materiæ, quam tractaturi ſumus intelligentiam, ideò ſola remiſſione ad Doctores prælegatos, ex quibus habebis perfectam, & exactam ſupradictorum cognitionem, contentus, ad alia pertranſeo.

3 Appellamus in Cathalonia † *ſponſalitiũ*, & *ſereix*, quaſdam donationes, quas ſponſi ſolent in capitulis matrimonialibus facere ſponſæ ſuæ, ſi virgines ſunt, in præmium pudicitiæ, & virginitatis, quam amiſſuræ ſunt per contractum matrimonij. Et dicuntur in noſtris capitulis, & appellantur † his tribus nominibus, & appellationibus, *ſponſalitiũ*, *ſereix*, & *donatio propter nuptias*; quia per iura noſtra municipalia in diuerſis locis his nominibus donantur. Imprimis *ſponſalitij* verbo vtitur vſat. viduæ, & blnæ etiam conſtitutiones ſeqq. ſub tit. *diſolt lo matrimoni quin dret &c.* Eodem vocabulo vtitur vſat. ſi autem mulieres, qui eſt §. vſat. ſimiliter de rebus, ſub titul. *de homens propris*. Et cap. 58. priuileg. recognouerunt proceres, in titul. *de conſuet. de Barcelona*, in volum. pragmaticar. Et ſimiliter pragmatica prima, & ſecunda ſub tit. *de priuil. dotalis*. Verbo *ſereix* vtitur conſti. r. ſub tit. *de pupil. y altres ſubſt.*

Et

Et denique nerbo, *donatio per noces*, vtitur eadem conſtitut. prima, ſub tit. *de pupil. y altres ſubſtit.* Idem cap. 56. priuileg. recognouerunt proceres iam allega. Et finaliter priuilegium Regis Iacobi Secundi, quod eſt in volum. pragmatic. ſub tit. *de priuileg. dotali*, & incipit Pro parte.

Appellantur etiam per eadem noſtra iura municipalia illę donationes, ſen largitiones, *augmenta dotium*, prout eſt videre in conſtitutio. 7. incipien. *E ſi cas fera*, ſub tit. de executio. cenſuat. & eo nomine paſſim Doctores, quos citabimus, nominant, licèt † multùm impropriè, & minùs verè, cùm aliud ſit donatio propter nuptias, cum ſpecies eſt noſtrum ſponſalitium, & aliud augmentum dotis. Donatio † enim propter nuptias fit ex parte viri, augmentum antè dotis ex parte vxoris. Sic ex Campec. declarat noſter Molin. de rit. nuptiar. & pact. in matrim. conuen. lib. 3. q. 34. ex nu. 2.

Vſurpantur autem † iſta ſponſalitij, & donationis propter nuptias nomina, non quatenùs ſignificant illam donationem, quę antea propter nuptias dicebatur de iure communi, ſicut docui in primo huius operis tomo clauſu. 4. gloſſ. prima, ex num. 7. ſed quatenùs ſignificant quamcunque donationem, quæ propter nuptias fit, ſicut ſponſalitium, ſeu ſponſalitia largitas, de quibus in tit. C. de donatio. ante nupt. vel propter nupt. & ſponſali. quæ proprié noſtro *ſireix* conueniunt, quia ex illis proculdubio eſt.

Et ſi vis ſcire † qualiter illæ donationes in quacunque ferè parte mundi denominentur, vide noſtrum Molin. vbi ſupra lib. 3. q. 1. ex num. 171. vbi in Regno Caſtellæ eas nominari *Arrhas* dicit. In Aragonia *Hereditamentum maritorum*. Ego addo, quòd *Firma dotis*, vt infrà probabo, ſolent etiã aliàs inibi appellari. In noſtra Cathalonia *Sponſalitium*, ſeu *Dotalitium*, vulgò *Sireix*. In Regno Valentiæ *Creix* appellatur materno ſermone, ſicut in noſtra Cathalonia appellatur etiam, vt habes apud egregium ſupremi Coronæ Aragonum Concilij Conciliarium, don Franciſcum Hieronymum Leo, in nouiſſimis deciſionibus Regni Valentiæ, deciſio. 9. & 17. In Gallia *Donayre*. Neapoli *Donatiuum*, aliàs *Donum*. Ego addo, quòd aliàs *Antipbatum*, vt videbis infrà probatum. Apud Longobardos *Mogum*. Diligentia eſt non ſpernenda hæc adduxiſſe: ſed nos non intendimus in his inſiſtere. Non enim cenſemus vtile eſſe ad aliquid facere vim in nomine.

Dixi fieri † in premium pudicitiæ, & virginitatis amittendæ iſtas noſtræ donationes, quia ita ſolet communiter dici in capitulis matrimonialibus, licèt ſit in noſtris omiſſum & quia etiam ita dicit iam allegata conſtitut. prima, ſub titul. *de pupil. y altres ſubſt.* t. ibi: *Item declarà la dita conſtitutio, que en donationi de noces, o per eſcreix (lo qual es degut à la mare per rabo de la ſua virginitat) per noſtra conſtitutio la mare no ho perda, &c.* Mieres in conſtitutio. hac noſtra, ex numer. 118. fol. 153. in primo tomo. Egregius olim Senator noſter Anton. Oliba in ſe. unda relect. §. fuerat, num. 41. inſtitut. de actionib. Ego ipſe in primo tomo clau. 4. gloſſ. 1. nn. 6. 11. & 12. Ex hoc principio aliqua in inferioribus in commodiori loco inſeram ſcitu digniſſima, & ſignanter quòd propter ea nõ dantur viduis, & reſoluetur etiã quæſtio ex eodem principio, ſi non ſoluta tota dote debetur totum ſponſalitium, vel pro rata dotis tantum.

De hoc noſtro ſponſalitio † nõ deridebit Roder. Suar. noſtros tabelliones, nec nos etiam, quòd dicamus promitti in premia virginitatis, & pudicitiæ, dicendo eſſe vulgarũ opinionem, ortum habentem à verbis tabellionum, qui ita apponere conſueuerunt in capit. matrimonialib. ſicut reſpectu arrharũ, quæ in Regno Caſtellæ frequentantur, facit Auctor prædictus in tit. *de las arrhas*, verſic. Aliæ ſunt arrhæ, quem refert Aluar. Velaſc. conſultation. 2. num. 4. dicens merito prædicta a Suarez impugnari, ac reprobari, quia nullo iure fundantur. Non (inquam) hęc de noſtro ſponſalitio dicentur, cum legem expreſſam habeamus, quę in premium virginitatis illud dari docet.

Hęc donatio † eſt multùm in vſu in noſtra Cathalonia, vix in ea fiũt capitula matrimonialia, in quibus non fiant illæ donationes. Sed non eſt noſtræ Prouinciæ proprium, ſed aliis etiam eſt commune, prout de Ducatu Sebuliano teſtatur Anto. Fab. in ſuo Codice lib. 5. tit. 1. de donatio ante nupt. definit. 3. & tit. 6. de iure dotium, definit. 1. De Regno Siciliæ Meſtril. deciſ. 73. par. 1. & deciſ. 283. par. 3. De Regno Neapol. Vinc. de Fran. de deciſ. 182. nu. 9. & Molfet. ad conſuet. Neapol. par. 7. de iur. quar. q. 8. nu. 1. Et de aliis etiã Regnis & Prouinciis atteſtatur Gaſp. Anto. Thelau. q. ſer. 9. lib. 2. & Coſta de port. rata q. 111. In Regno Aragonum hæc etiam frequentantur, vt docet Seſſe deciſ. 52. nu. 1. & Caſana. conſ. 54. n. 53. Et finaliter in Regno Valentiæ, vt atteſtatur don Ioan. Valero in tract. de differen. inter vtrumque for. verbo matrimonium, different. 12. licet in vtraque Prouincia ſuo particulari nomine ab aliis diuerſo nominetur, prout nos iam ſupra retulimus ex probatis Auctoribus, quorum vnuſquiſq. de ſua Prouincia loquitur.

12 Imò & de iure † communi videtur fuisse iam hæc donatio cognita, & vsitari solita, prout habes in l. res vxoris, C. de dona. inter vir. & vxo. ibi: *Quia pudicitiæ premio cessit*, vbi dicit Bald. non inueniri alibi alium tex. similem. Eum ad propositũ post Milanen. allegat Me-
13 stril. decis. 73. nu. 14. Vbi etiam dicit † sponsalitium hoc esse pretiũ sanguinis mulieris, sicut etiam posteà dixit in 3. par. allega. decisio. 283. num. 66. Cognouerat & hanc etiam donationem Iuuenal. satyr. 6. in illis verbis: *Nec illud quòd prima pro nocte datur, &c.*

14 Principium † huic sponsalitio, & donationi propter nuptias in nostra hac Prouincia nonnulli ex nostris tribuerunt certę consuetudini ciuitatis Barcino. quæ est caput Prouinciæ, quam inibi viguisse, ac vigere asserũt hanc donationẽ mulieribus faciendi, de qua visus est attestari noster Mier. in constit. hac nostra, quæ est Regis Petri III. in cur. Perpi. colla. 6. rubr. de iur. dot. nu. 118. fol. 153. col. 3. ibi: *Nota quòd communiter in Barcin. de cõsuetudine non fit donatio propter nuptias, sed si vxor est virgo lucratur superuiuens de bonis mariti tertiam partem dotis, hoc est, de duobus mille solidis dotis* (voluit dicere de tribus mille) *habet mille solidos, & hæc tertia pars vocatur augmentum dotis, siue sponsalitiũ, quod tenet vxor post viri obitũ, &c.* Et clarius idẽ dicit noster etiam Oliba in 5. tuerat, in 2. resect. nu. 42. ibi: *De sponsalitio quod ex consuetudine Barcin. fuit introductum propter virginitatẽ mulieris, non est certa diffinitio in Catalonia, &c.* Illam consuetudinem ciuitatis Barcinone debuerũt DD. desumere ex cap. 56. priuileg. recognouerunt procetes, subtit. de consuet. in vol. pragma. in quo sunt recopilatæ, & in scriptis redactæ antiquæ consuetudines Barcinone, vbi hæc verba leguntur: *Item quando instrumentum dotalitium fit in hæc verba*, Ego talis do tibi tali vxori meæ tantum pro dote tua, & sponsalitium, *quòd intelligatur tertia pars ipsius quantitatis esse donatio propter nuptias.*

15 Hæc consuetudo † extensa iam est per totam Cathaloniã, nullus enim est fere locus, in quo istæ donationes non fiant, non tamen vniformiter, sed prout partes conueniunt, & idem etiam practicatur in ciuitate Barcino. vt docet Oliba vbi suprà.

16 Sed non existimes † quòd nisi sit pactatũ sponsalitium, etiã in ciuitate Barcinone, debeatur vllum, sicut nec in alijs partibus Cathaloniæ debetur aliquid pro sponsalitio, prætextu alicuius consuetudinis, nisi illud de quo conuentum fuerit inter partes. Atq. ita videmus practicari, & semper audiuimus à maioribus, & videtur innuere Mier. in const. hac nostra, nu. 119. in vers. Et secundum vsum Barcino. in illis verbis: *Non tamen est consuetudo necessaria*, Molin. noster de ritu nupt. & pact. in matrim. conuen. lib. 3. q. 1. n. 237. Et
† *declarauit* in terminis Senat. 30. Iunij 1588. Relatore egregio tunc Senatore, posteà in supremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, dõ Ioanne Sabatet, inter Ioa. Petrum Boygues, & Annam Boygues viduam, dicendo: *Nam augmentum dictum* creix *non debetur nisi inter coniuges contrahentes fuerit actum, & conuentum, &c.*

17 Per quæ corriges † (non pudet emendare quæ melius informatus comperio aliter se habere) quæ in 1. to. clau. 4. glos. 1. nu. 11. d xi esse in ciuitate Barcinone consuetudinẽ quòd deberetur medietas dotis pro augmento, etiam si non constituatur.

18 Hinc percipies † quamobrẽ dicamus non intelligi maritum legantem aliquid vxori, voluisse compensare cum isto sponsalitio per eum debito, nisi expressè dicatur, prout signanter
† ita Senatus *dixit* 22. Maij 1582. Relatore egregio tunc Senatore Pontio Cescases, inter Franciscum Bolet, & Yolantẽ Garbi, quia scilicet cum non debeatur ex legis dispositione, sed ex contractu, maritus dicitur in hoc debitor voluntarius, qui non compensat, l. creditorẽ, ff. de leg. 2. l. vni. §. sciendum, C. de rei vxo. actio. plene Sur. præ alijs in cons. 112. ex nu. 42. vbi nu. 43. addit, quòd
19 nec † legatum compẽsatur cum debito, pro parte procedẽte à lege, & pro parte à cõtractu. Audi verba Senatus in sup. relata causa: *Debitor augmẽti dicitur debitor volũtarius ex contractu, non ex legis dispositione, ideò legando creditori suo non censetur legasse animo cõpensandi cum augmento, nisi expressè dixerit.* Alia infrà videbis circa illas compẽsationes in materia constit. hac nostra.

20 Fiunt communiter † sponsalitia in dotibus paruis, & mediocribus, ac ordinarijs, pro medietate dotis, vt in nostra clausula. vbi verò dotes sunt excessiuæ, prout decem, viginti, & triginta millium librarũ, non solent fieri sponsalitia ad tantã quantitatem, ne destruantur domus in restitutione, sed solet p partes cõueniri de certa moderata quantitate, nõ habita ratione ad ipsam dotẽ. Vidi ego constitutionem dotis triginta mille libr. cum solo
21 sponsalitio quatuor mille. Atq. ideò † in his standum erit cõuentionibus partiũ, & prout conuentũ reperietur in capit. matrimo. exe-
22 quetur. Prout alias † in his terminis loquens docet Fede. Scot. resp. 39. n. 7. to. 2. lib. 3. dicens antifara, & donationes propter nuptias non deberi, nisi appareat homines se constituisse debitores in dotalibus instrumentis,
23 vndẽ (inquit) exiguntur † actione ex cõtractu, non condictione ex lege, vel statuto.

Et

24 Et quod attinet † ad moderandū ſponſalitium vt non ſit dimidia pars dotis quando illa eſt magna, vt diximus, dicit ad propoſitū Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 1. de donat. ante nup. defi. 3. q̄ in ſua patria de conſuetudine ſolet eſſe ſponſalitium ad rationē medietatis dotis, etiam ſi nihil dicatur, excepto ſi dos eſt maxima, veluti omnium bonorum mulieris, quæ ampliſſimæ ſunt æſtimationis, quia tunc, inquit, iniquum eſſet tantum, tamque incertum onus maritū ſubire, cuius intē græ facultates augmento præſtando fortaſſe non ſunt ſuffecturæ. Quo caſu dicit ſolitum ibi eſſe, quòd certa quantitas augmenti nomine conſtituatur, aliàs nihil debetur: non enim obſeruatur conſuetudo dimidij in his dotibus magnis.

25 Dixi † quod ſiunt, & dantur iſta ſponſalitia in premium virginitatis amiſſæ, vt intelligatur quòd viduis, quæ iam corruptæ ſecundis viris traduntur, illa non fiunt, nec dā tur in noſtra Prouincia, vt dicit noſter Marquil. in vſat. Si autē mulieres, fol. 294. col. 4.

26 Vt etiam intelligatur, † quòd mulier corrupta, quæ vt virgo ducitur, non poteſt in fo ro conſcientię ſponſalitium petere, nec retinere, prout pluribus probat nouiſſimè don Io. Valero Religioſus Carthuſianus in tract. de differen. inter vtrumq. for. verb. matrimo ninm, differē. 12. vbi loquitur in terminis de ſponſalitio, ſiue *ſcreix*, quod etiam in regno Valentiæ, ſicut in Cathalonia, datur in premium virginitatis, & pudicitiæ, ibi plures allegat qui idē tenent & probant. Quibus ad de Parrē Vaſquez in ſuo opuſcu. de teſtam.

27 c. 7. §. 1. Et quamuis † Parer Thom. Sanchez de matri. lib. 6. diſp. 27. nu. 3. to. 1. de arrhis regni Caſtellæ loquens contrarium tenere videatur, non cenſeo tamen quòd id dixiſſet in noſtro caſu, vbi præcisè, & expreſsè in premium virginitatis, & non aliàs, fiunt iſtæ donationes, adeò vt nihil donetur viduis, imò ex eiis ſcriptis apparet de cōtrario: ſuſtinet enim opinionem contrariam in arrhis, quia illæ dantur non ſolùm ob iſtam cauſam pudicitiæ, ſed ob alias etiam, & dantur etiam viduis, quod nō eſt in noſtro *ſcreix*. Viden. noſter Moli. de rit. nup. lib. 3. q. 1. n. 195. vbi idē tenet q̄ nos ſuprà diximus, non poſſe mulierem, quæ corrupta erat, in foro conſciētiæ re tinere iſtud ſponſalitium, nec poſſe illud in foro exteriori conſequi, ſi corruptio probetur, dicitque n. 197. ita aliquando, & benè in

† noſtro Senatu *declaratum*. Aliquas poſtea limitationes adducit videndas.

28 Et finaliter † vt intelligatur quòd amiſſa virginitate ſtatim eſt acquiſitum ſponſalitiū vxori, quamuis dilatio ſolutionis differatur poſt mortē viri, l. res vxoris, C. de donat. int. vir. & vxor. vbi, vt iam aliàs ſuprà retuli, Bal. dicit non inueniri alibi tex. aliū ſimilē, Molf. ad conſue. Neap. par. 7. de iu. quar. q. 8. nu. 1.

29 Sed quid ſi matrimonium † non eſt conſumatum, nec ſequuta copula, nec oſculū, quia anted deceſſit alter ex coniugibus, vel ſteterit per virum, aut alterum ex ipſis, quominùs ſu pradicta fierent, an mulier lucretur ſponſalitium? Quia hæc rarò contingunt, ſufficit re remittere ad Molfeſ. ad cita. conſuetu. Neapo. par. 7. de iur. quart. q. 8. per tot. vbi infinitos

†† DD. idem tractantes adducit, & infinitis *deciſſ.* ſuas reſolutiones ornat. Vide etiā Boer. deciſ. 224. nu. 33. cum ſeqq. vbi ſufficere aſſerit quòd mulier ſit traducta ad domum viri, vel quòd ibi, vel alibi vir cum ea cubuerit, licet ab eo ob naturæ illius frigiditatem, vel ob aliquam deuotionem carnaliter cognita non fuerit. Adde etiam Anto. Fabrū de hac re pulchrè agētem, in ſuo Cod. lib. 5. tit. 7. de iur. dot. in ſchol. ad defin. 1. Noſter Mie

30 tes † in conſti. hac noſtra nu. 119. fol. 113. ſimpliciter reſoluit non acquiri mulieri, niſi ſequuta fuerit copula. Idem in Aragonia dicit Seſſe deciſ. 52. nu. 2.

31 Qualiter autem † mulieri iſtud ſponſalitiū acquiratur poſt mortem viri ſi quæras. Dico diſcordes eſſe noſtros Doctores Cathalanos qui de hoc ſcribunt: omnes referunt quandā conſuetudinem circa rem hanc, ſed diuerſimodè multùm. Alij dicunt † conſuetudinem

32 eſſe in Cathalonia, quod mulier poteſt frui, & gaudere toto ſponſalitio de vita ſua poſt mortem viri, cū cautione de reſtituendo hæredibus mariti, vel ei cui ipſe ordinauerit, & ſi iſtud elegerit, nihil habebit in proprietate de ipſo ſponſalitio. Poteſt etiā, ſi vult, habere mediam ſponſalitij partem, & in iſto caſu poterit de ea ad libitū diſponere. De hac conſuetudine atteſtātur noſtri practici DD. Marquil. in vſat. vidua, cir. fin. Micha. Fetret in 3. p. obſer. c. 51. referendo tamen, non concordādo cum Marquil. huius rei auctore, Cācer in 3. p. var. c. 9. de dot. & dona. prop. nup. nu. 47. Deſpujol in addi. ad Mier. ſuper cōſti. hac noſtra n. 180. referendo tamen, ſicut Fetrer, opinionem Marquil. non eam ſequēdo, & nouiſſimè Franciſc. Molinus in tractat. de ritu nuptiar. & pact. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſt. 64. nu. 8. qui in libertate, ſeu libera facultate, & voluntate mulieris ponūt ſi velit vel totum ſponſalitium de vita ſua in vſufructu, vel medietatem illius in proprietate, abſque eo quòd eligenti mulieri vnum, vel aliud poſsint electioni contradicere hæredes viti.

33 Alij verò, † vt Mier. in dicta conſtitutio. hac noſtra num. 118. & egregius olim Senator Oliba in citato §. fuerat, num. 42. in 2. re

par.5.num.12. Adde quæ latè de his tradit Caldas à Percy.de nomina.emphy.quæſt.9. ex num.27.& nouiſſimè Stepha.Gratian.diſcept.444.n.20. Sed imò ius declarandi voluntarem, quod eſt tam † perſonale, vt perſonam declarare debentis, nullo modo trãſgrediatur, l.idem Pomponius,§.final.de tei vendica.gloſ.in l.inter ſtipulantem §.1.vbi Bart.& alij de verbor.obligat. Cagnol.in l. edita,vbi etiam alij, de eden. Rimin.iun.in conſil.591.num.12.& 13.lib.5.Atque ita dicit Cancer ſe ſuſtentaſſe contra tres Doctores Barcinonenſes, qui contrarium acriter
† defendebant, & pro ſua opinione *concluſum* fuiſſe in Senatu de anno 1595. coram egregio tunc Senatore, poſteà in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, don Ioanne Sabaret.

41 Sed poſt † Cancer ſcripſit Gaſp. Anton. Theſaur.citata quæſ.foren.49.quem poſteà ſequutus eſt Deſpujol in additio.ad Mieres in conſtit.hac noſtra num.180.vbi contrariũ omninò tenet, docens iſtud ius, & hanc facultatem tranſmitti ad hæredes, ſi electione non facta cõtingat mori mulierem, id quod ſex fundamentis probat, & totidem ex aduerſò adductis reſpondet cumulatiſſimè, & ſignanter ad argumentum q̃ fortiùs ſtringere poſſet, de iure non agnito non tranſmitteodo, reſpondendo nume.14. verſicul. Ad quintum, referendò ſe ad id quod anteà di-
42 xerat q̃, ꝛ2.& meliùs n.8.dicit † illud procedere quando ſumus in his, quæ iure hæreditario, vel vniuerſali deferuntur, ſecùs in his, quæ iure particulari ex conſuetudine, vel pacto, ex Lup.in c.per veſtras, §.62. de donat. inter vir.& vxor. quam reſponſionem etiam adducit Deſpujol in additio.ad Miet.in cõ-
43 ſtitut.hac noſtra num.180. Deindè † ex Iaſ. in l.poſt dotem, num.49. & 50. dicit, quòd quando ſubſtantia diſpoſitionis confertur in voluntatem alicuius, tũc quia finita eſt illius voluntas per mortem, etiam finitur diſpoſitio, & ideò non tranſit ad hæredes; & ita in iſto caſu propriè loquitur tex.in l.centeſimis §.fi.de verb.obli.quæ communiter allegatur in contrarium ſecùs eſt quãdo ſola executio, ſeu exercitium diſpoſitionis confertur in voluntatem alterius, tunc enim tranſit in hæredes ius declarandi, vt eſt rex.optimus in l.fi. ff.qui ſine man.ad libe.perue. Hæc Iaſon,& Theſaur.ad propoſitum, apud quos alia videas, quæ ego omitto, ne nimius ſim in ſcribendo. Opinionem Theſauri approbat noſter Molin.de ritu nupt.& pact.in matrimo. conuent.lib.3.quæſtio.64.num.9.

44 Circa hanc quæſtionem † ego non habeo multa quæ dicã, quia infructuoſa mihi videtur omninò in noſtra Cathalonia, in qua conſuetudo non eſt prout Marquil.& Cancer eã faciunt, vt diximus,& ideò exiſtimo ſecundũ conſuetudinem Cathaloniæ non poſſe in praxi ſuccedere quòd de dicta quæſtione diſputetur, quia, vt dixi, non datur electio liberæ mulieri hoc, vel illud eligendi. Et ſi dixeris, cur ergo in illa cauſa, quam refert Cancer in loco citato, coniugum Llaſſeras contra Franciſcum Ximenis, declarata de anno 1595.
† diſputatum fuit de hac re,& *declaratum* contra hæredes, quòd non cõpetebat eis ius declarandi, ſeu explicandi, quod defuncta habebat. Reſpondebo cum eadem concluſione Senatus, quã vt certò reſponderẽ, volui particulariter in originali in Archiuo Regio recondito videre, quòd ideò quia in capitulis matrimonialibus fuerat dictum, quòd in caſu reſtitutionis poſſet mulier vel totũ ſponſalitium habere, vel medietatem, prout ſibi magis placeret, ideò nihil mirum ſi de quæſtione tractatũ fuit, ſi ius eligendi, aut declarandi tranſierat ad hæredes, vel non: verùm vbi ea facultas mulieri non datur in capitulis matrimonialibus, ſed negotium eſt tractãdum ex conſuetudine obſeruata in hac Prouincia, ea quæſtio non cadit, vt palã eſt: fruſtrà enim diſputaremus ſi mulier tranſmiſit ad hæredes id quod ipſa non habebat.

45 Cæterũ ſi vis ſcire † quid mihi in ea quæſtione in abſtracto ſumpta videatur, dico, q̃ vbi res eſſet integra, id eſt in eodem ſtatu in quo erat ante mulieris mortem, taliter quòd materia eſſet capax electionis, veluti ſi diſponeret conſuetudo quòd mulieri darẽtur centum, aut domus, prout ipſa vellet, ſeu eligeret, & declararet, placeret proculdubio magis opinio Theſau.& Senatus Pedemontani, quàm aduerſa. Verùm cùm videam in occurrenti caſu non poſſe cadere propriè electionem, quia poſt mortẽ molieris id non poteſt eligi quòd ipſa fruatur, & gaudeat ſponſalitio toto tempore vitæ ſuæ, quod erat vnũ ex extremis electionis, & ſic nõ eſt res integra, prout (licèt ad aliud propoſitum) dixi in 1. tom.clau.4.glo.9.par.4.n.131. nõ poſſum in fauorem hęredũ concludere, quia ipſi iã non habent inter quæ eligant, & mulieris voluntatem declarent. Bonum eſſet q̃ poſtquam gauiſa eſt mulier ſecurè toto tempore vitæ toto ſponſalitio, venirent poſt mortem hęredes peteutes medietatẽ in proprietate, quaſi eligentes eã in caſu quo nulla cadit electio? Iſtud idem quod hic ego circa rem hãc dixi,
† viſus eſt mihi *voluiſſe* dicere Senatus in illa declaratione, quam Cancer pro ſua opinione refert, de quaq. nos ſuprà loquuti ſumus, vbi vidi ſimpliciter dictum, *Quòd mortua muliere iam non erat locus electioni, nec poterat hæres petere medietatem ſponſalitij.*

ita omnes condemnationes inconcusse fiũt, dum mulier priùs caueat de restituendo eis quibus restituendum est in vim pacti. De hoc sunt infinitæ declarationes in Senatu factæ: binas ex eis ego referam. In causa tutorum,& curatorum nobilis Ioannis de Cardona,contra nobilem Praxedem de Cardona, Relatore egregio tunc Senatore Celidonio Valencas, 16. Septembris 1596. † *declaratur* sponsalitium in fauorem mulieris, *Hoc intellecto, quòd quantitas illius deponatur in tabula cambiorum communium huius ciuitatis, dicta & scripta mulieri, ad soltam Relatoris, ad effectum idoneè cauendi pro eo*: Est sententia hæc, & declaratio in processu dictæ nobilis Praxedis contra don Galceradum de Cardona, & postea don Michaelẽ, Scriba Simone Font, Relatore nunc egregio itidem Senatore Balthasare Morell.

† Idem in terminis *dixit* postea Senatus, Relatore egregio etiam Senatore Hieronymo Senjust, 13. Februarij 1617. in causa nobilium coniugum Semmanats,contra nobilem Hieronymum Vila. Scriba Reig.

51 Et hæc cautio † debet esse idonea, cum fideiussoribus idoneis, licèt regulariter verbum, *cauere*, & verbum, *cautio*, id non requirant,cùm obligatus cauere satisfaciat faciendo nudam promissionem absque fideiussoribus, & pignore, quæ ob id vocatur nuda cautio, iuxta l. sancimus, C. de verborum significatio. gloss. in cap. qua fronte, in verbo cautione, de appellationib. latè declarat Petrus Barbosa videnda in l. diuortio, §. interdum, à num. 22. ff. soluto matrimonio, Cevallos in practic. commun. contra commun. quæstio. 66. in principio, Castillo Sotomaior in tracta. de vsufructu lib. primo cap. 18. nu. 3. prout insinuant *declarationes* Senatus supra relatæ, quatenùs dicunt idoneè cauere. †† Sicuti etiam in alia causa Magini,& Michaelis Pujalt, Relatore egregio Senatore Hieronymo Allor, de anno 1595. expressè post adiudicationem sponsalitij factam in fauorem mulieris, † *dictum* fuit: *Hoc intellecto, quòd teneatur idoneè cauere, &c.* Et clariùs † illa alia *declaratio*, quam supra retulimus, facta 5. Octobris 1587. in causa Carbo cõtra Carbo, vbi fuit expressè dictum, quòd *ista cautio debet esse cũ fideiussoribus idoneis*, & hoc iure vtimur intrepidè.

52 Fundari potest † ista obseruantia in eo quòd reuerà mulier in illo casu est sponsalitij vsufructuaria, & vt talis iudicanda, Guido Pap. decisio. 525. cum alijs adductis per Ioannem Griuellium decisio. Dola. 42. num. 53 3. Constat autem † quòd vsufructuarius tenetur cauere de vtendo, & fruendo, salua rerum substantia, &c. idque cum fideiussoribus idoneis, prout plenissimè omnes citans de hoc loquentes, probat Ioannes del Castillo Sotomaior dicto cap. 18. numer. 6. 54 Adeò vt non sufficiat † regulariter iuratoria, vt pluribus probat idem Sotomaior loco citato, ad quem recurras quoties casus occurrerit. Et Senatus noster, Relatore egregio Senatore Decano Ioanne Gallego, in causa Ioannis Creus, contra Ioannam Roure, † ita expressim *declarauit*, dicendo, *teneri mulierem vsufructuariam cauere idoneè cum fideiussoribus, nec sufficere iuratoriam cautionem, eo quòd bona erant mobilia, & poterant occultari, vel minui.*

55 Dixi regulariter, † quia ex causa benè posset Iudex & in quolibet vsufructuario, & in nostra muliere vsufructuaria sponsalitij dispensare circa istã cautionẽ, contentando se vel de iuratoria, vel quòd relinqueretur pecunia penès proprietarium, vel res quia mulier vti frui debebat, qui ei responderet certum quid annuatim, vel saltem (quod ego tutius iudico) faciendo deponi pecuniam apud honestum mercatorem, qui de honesto lucro vsufructuario responderet; vel aliquo alio remedio, quo vsufructuario cautum esse posset, ne ob suam inopiam amitteret vsumfructum, dum id fieret citrà damnum proprietarij. De his latè tractat Sotomaior vbi supra, qui est consulendus in facti contingentia. Elegans est ad propositum decisio Surd. 141. vbi his remedijs subuentum † *fuit* mulieri in Senatu Mantuano, quæ ob suam ægestatem fideiussores reperire non poterat. Sed hæc omittamus, quæ non sunt nostri instituti. Non pœnitebit tamen te, recurrere cum de his disputare habebis, ad latè de hac materia per nos tradita in primo tomo claus. 4. gloss. 18. part. 4. num. 74. cum seqq.

56 Sed nuper fui † de noua sicut pulchra quæstione scitatus, num si dicant hæredes se nolle pecuniam sponsalitij viduæ dare, sed ei singulis annis cum legitima cautione respondere de legitimis vsuris, putà in Cathalonia, prout communiter fieri solet, ad rationem viginti mille pro millenario, & seu ad rationem vnius solidi pro libra, quæ vsuræ seruiãt pro vsufructu, an sint 57 hæredes audiendi? Dixi regulariter † quod non, quia cùm vidua sit, & esse debeat vsufructuaria huius sponsalitij, titulumque vsufructus in eo habeat, vt probauimus, nullo iure permittitur quòd isto modo coarctetur ei, & limitetur iste vsusfructus, prout optimè probat Ioan. Griuel. qui quæstionem in terminis ponit, decis. Dola. 42. per tot. vbi † ita *decisum* refert.

58 Sed si non foret † in hæreditate pecunia sufli-

ſufficiens ad iſtud ſponſalitium ſoluendum, admittetem hæredem ad ſolutionem legitimarum vſurarum cum legitima cautione, præſuppoſito quòd id eſt ad ipſum reuertſurũ, anteqnam ad venditionem bonorũ proea pecunia habenda procederem, ex tex.in authent.ſed ſi aurum, C.de'ſecund.nupt.vbi hæc verba habentur: *Sed ſi aurum fuerit in donatione propter nuptias ſcriptum, cautio vſurarum exponitur, non autem aurum exigitur, niſi fortè viri ſubſtantia habeat aurum, & cætera quæ ſcripta fuere.* Idem in authen.de non eligend.ſecundò nuben. in §.aliud verò quidam, vndè deſumpta authen.fuit. Atque
† ita dicit Griuel. vbi ſuprà *ſentiſſe* Senatores Dolanos in illa cauſa, niſi conſuetudo illius terræ repugnaſſet. Cogita.

59 Dicitur communiter, † quòd ad hoc, vt ſit locus huic ſponſalitio, & illius acquiſitioni, & exactioni, opus eſt quòd mulier ſuperuiuat viro, aliàs mulier præmortua non lucratur ſponſalitium, quia ita cenſetur promiſſum, & aſſignatum, ſi vxor marito ſuperuiuat, vt tener Mier.in cita.conſti.hac noſtra nu.118.& in hoc nullum verſatur dubiũ. Ita intrepidè in Prouincia obſeruatur. Quod
60 idem obſeruari † io antefato, quod frequentatur in Regno Neapolis, huic noſtro ſponſalitio ſimili, vt eius acquiſitio, quæ fit poſt conſumatum matrimonium, habeat tacitam conditionem, ſi vxor ſuperuiuat, docet Andre.Molfeſ.ad conſuetud.Neapolita.par.7. de iure quar.quæſt.10.num.1.& Vincent.de Franch.deciſio.182.num.4.noſter Molin.de ritu nupriar.& pact.in matrimon.conuentis lib.3.quæſtio.1.num.245. Et in Ducatu Sabaudiæ idem etiam de conſuetudine obſeruari teſtatur Anro.Fabet in ſuo Cod. lib.5. titul.1.de donatio.ante nupt.definitio.6. in augmento dotali conſuetudinatio, quod ibi frequentatur.

61 Eſt tamen dubium perpulchrum, † nunquid ſi remanent filij, quorum fauore fuit ſponſalitij facta donatio poſt mortem mariti, prout in noſtra clauſula, an iſti non obſtãte quòd mater prædeceſſerit marito, poſſint petere, & prætendere dictum ſponſali-
62 tium. Qua in re † totam difficultatem in hoc verſari arbitror, quòd præſuppoſito q mulier non ſuperuixit marito, nullum eſt ſponſalitium, ſecundùm hanc doctrinam: ſi nullum eſt, non videtur poſſe peti. Nõ adduco inſtantias, quas poſſem infinitas. Mit-
63 to quòd † indè fieret mulierem eſſe deterioris conditionis quàm filij, quod non debet permitti, cùm per matrem, & ipſa cauſante, quæ ſe, ſuumque corpus marito tradidit, ſuamque pudicitiam ei proſtituit, pudorẽq. paſſa fuit dum corpus ſuum viro tradidit, & non aliàs, filijs in his ius acquitatur, & ideò ſuccedit regula brocardica, proptet vnumquodque tale, & illud magis, de qua in l.in pecudum, in fi.ff.de vſur.cum ſimil.

64 Iſte articulus † fuit multùm diſputatus in Senatu noſtro de anno 1614.inter Hietonymum Salauert, & alios, & Baudilium Pedrales, coram egregio Senatore Franciſco Mi-
† jauila & Franqueſa, & tandem 17.Inlij *reſolutus* in fauorem filiorum matris præmortuæ patri, Scriba Vilella. Quod idem te-
† perio anteà etiam *declaratum* in eodem Senatu de anno 1596.23. Nouembtis, in alia Aula, coram egregio itidem eiuſdem Senatus tunc Senatore, poſteà in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, don Ioanne Sabatet, inter pupillos Trullols, & creditores eorum, in qua fuit magis teddita ratio declarationis, & reſolutionis captæ, quã in præcedenti, per larga motiva, quibus videtur ſatisfactum rationibus in contrarium adductis. Ea ſunt: *Quia* (inquit) *ſponſalitium iſtud competit filijs ex ſtipulatione in ipſorum fauorem facta, & ſic iure proprio: vndè non conſideratur num mater prædeceſſerit, vel ſuperuixerit, cum vtroque caſu pariter filijs ex matrimonio naſcituris in vim dictæ ſtipulationis debeatur.* Hæc Senatus. Per quæ dubito, quòd, ſicut exiſtimatur, ſint diſſolutæ difficultates propoſitæ. Poteſt enim
65 forſan † ſine magno labore, reſpondeti argumento ducto ex ſtipulatione facta in fauorẽ filiorum, cui reſolutio Senatus innititur, q ea conuentio interpretationem accipere debet ex conſuetudine, quæ non vult ſponſalitij acquiſitioni aliter locum eſſe, quàm ſi mu-
66 lier ſuperuixerit. Optima enim † ſicut legum ita & contractuum interpres eſt conſuetudo, l.ſi de interpretatione 37.ff.de legib. iuncta l.quod ſi nolit 31.§.qui aſſidua, ff. de ædil.edict. vndè non ſuperuiuente muliere, nullum eſt ſponſalitium, & ex conſequenti illud non competit filijs.

67 Et ſi quæris † an habeam aliquem Doctorem, qui ita in terminis ſentiat, dicam quòd & Doctorem inter doctiſſimos ſapientiſſimum, & Senatum inter egregios multæ, magnæque æſtimationis, Antonium Fab. dico, in ſuo Codice lib.5.tit.1.de donation.ante nupt.definit.6. vbi in terminis terminantibus ita interpretatur huiuſmodi cõuentiones, & ſtipulationes in hac materia, & ſic Se-
† natum Sebuſianum *ſentiſſe* teſtatur.

Deindè iſtæ ſtipulationes factæ in fauorẽ filiorum de iure locum habere poſſe non videntur, niſi poſtquam in matre ſint ſemel ſortitæ effectum: ſi autem nõ poſſunt ex aliquo impedimento, vtpotè quia mater, vt hic, præmoriatur, non poſſunt filij quicquam præ-

prætendere. Optima ſunt ad id probandum duo conſilia duorum grauiſſimorum Doctorum, alterum Decij 470. ex num. 12. & alterum Alciati 3. ex num. 17. in verſicu. tertio,
68 lib. 8. vbi † plura de donationibus alicui, & ſuis hæredibus, quod ſi propter aliquod impedimentum primi donatarij non potuerit in eo habere locum, nec habebunt illum in hæredibus. Ego niſi interceſſiſſet Senatus noſtri in vtraque Aula auctoritas, cui multũ deferendum ſemper exiſtimaui, forſan adhæſiſſem potiùs opinioni contrariæ filijs, quàm alteri, quam ſcio multùm contra reliquos in Senatu defendiſſe vnum ex egregijs Senatoribus, qui interueniebant in deciſione cauſæ ſuprà relatæ Salauert cõtra Pedralbes: ſed cùm non ſemel, ſed bis, & forſan aliàs pluriès Senatus ità intellexerit vt dictũ eſt, minimè videntur mutari poſſe quæ certam interpretationem habuerunt.

69 Animaduerti † poſt hæc ſcripta diſpoſitionem conſtitutionis finalis ſub tit. ſoluto matrimonio &c. quæ videtur totam machinam ſuperiùs ſtructam vnico verbo deſtruere. Ex ea enim colligi videtur quòd mulier non ſuperuiuens lucratur ſponſalitium, & quòd filij illius hæredes, vti hæredes, poſſunt illud prætendere, & petere, ſine aliqua conuentione, quæ ſit in fauorem illorum facta. Patet, quia ibi in declaratione conſtitutionis præcedentis, quæ concedit viduæ tenutam in bonis mariti cum facultate faciẽdi fructus ſuos pro ſuis dote & ſponſalitio, do nec in eis ſit ſatisfacta, dicit, quòd ſi forſan prius moritur vxor, & relinquit liberos, quos fecit hæredes, & maritus alteri nubat, & poſteà decedat relictis filijs dicti matrimonij, & vxore ex ſecundo, filij primi matrimonij præferuntur in tenuta, vti hæredes matris, *Fins* (inquit) *ſien integrament ſatisfets de la dot, y ſponſalici de llur mare*, id eſt, quouſque ſint integrè ſatisfacti in dote, & ſponſalitio illorum matris. Et ne videar extra propoſitum hanc conſtitutionem adduxiſſe, aduerte quid dicat Guillermus Sunyer olim Regius Conſiliarius in annotatione manuſcripta ad eam conſtitutionem: *Per iſta* (inquit) *verba*, de la dot, y ſponſalici de llur
† mare, &c. *fuit* declaratum *in Regia Audientia*, *referente Olsba*, *in cauſa quæ ducebatur inter viduam Pelegri vxorem relictam N. Pelegri Legum Doctoris quondàm*, *ex vna*, *& Dionyſium Mena & Senjuſt*, *quòd ſi inſtrumentis dotalibus maritus conſtituit augmentum*, *ſiue ſponſalitium vxori ſuæ*; *& illud ſtipulatum fuit vxori*, *& eius filijs*, *quòd licèt vxor præmoriatur*, *filij lucrantur illud. Antiquitus tamen ante hanc conſtitutionem*
† *contrarium* deciſum *fuit per Michaelem Miralles in cauſa fratrum Vilalbas*, *quòd ſicut vxor præmortua nõ lucratur ſponſalitium*, *ita nec eius filij*, *quantumuis ipſis fuerit ſtipulatum*; *ſeruata tamen deciſionem Rotæ*, *quæ procedit de mente conſtitutionis*. Hæc Sunyer, quibus videtur Senatum in vim huius conſtitutionis pro filijs reſpõdiſſe, & mutaſſe ſententiam. Ecce quòd præſupponit conſtitutio matrem mortuam ante maritum lucratam fuiſſe ſponſalitium, & illud tranſmiſiſſe in hæredes.

70 Ego, vt liberè dicam † quod ſentio, arbitror quòd ſi in noſtris conſtitutionibus, & in ſtatutis patriæ poſſet dici aliquid poſitum, & ſcriptum per errorem, & inaduertentiam, hoc eſſet dicendum in noſtro caſu de verbo *y ſponſalici*; qui error accidiſſe dici poſſet ex eo quòd hæc conſtitutio, vt dixi, facta fuit ad declarationem præcedentis, & extendendo priuilegia matris ad filios, & ſicut cùm cõſtitutio præcedẽs loquebatur de matre, dixit q̃ teneret & poſſideret donec in dote, & ſponſalitio eſſet ſatisfacta, ſic conſtitutio quæ ſequuta fuit, extendendo priuilegia matris ad filios quoad tenutam, vſus eſt eiſdẽ verbis, quibus vſa fuerat conſtitutio extenſa, & declarata, non quòd aliquid voluerit diſponere circa acquiſitionem ſponſalitij. Clarum enim eſt quòd de hoc non fuit cogitatum, & principalis intentio, quæ ſemper eſt attendenda, & non aliud, alia fuit, atque alia. Sed contenemur dicere, ne tam iniuſtè de noſtris legibus ſentiamus, quòd ex cõſtitutione prædicta non poteſt aliud colligi, quàm quòd præſupponit id quod diximus in fauorem hęredum mulieris reſpectu ſpõſalitij: ex qua præſuppoſitione non poteſt
71 dici quòd id diſponat, quia † aliud eſt diſponere, aliud verò ſupponere, l. ex facto ff. de hæred. inſt. vbi verba quæ aliquid ſupponunt, non dicuntur illud idem diſponere, Rota deciſ. 346. incip. Nota ſi in procuratorio,
72 in antiq. vbi † ſi in mandato nihil dictum ſit de facultate ſubſtituendi, & in generalibus ſubijciatur quòd dictum procuratorem, ſeu eius ſubſtitutum releuat &c. non per hoc licebit procuratori alium ſubſtituere, Crauetta conſil. 186. num. 3. conſil. 920. num. 2. conſil. 542. num. 16. & conſil. 566. num. 10. Marſil. ſingula. 60. Ruminal. in conſil. 158. num. 25. & Surd. deciſio. 195. num. 8. & 9. Idem Surd. deciſio. 59. num. 1. deciſio. 122. num. 14. deciſio. 276. num. 1. & deciſio. 289. num. 4. In
73 quibus locis probatur † præſuppoſitũ à ſtatuto deberi verificari vt habeat locum diſpoſitio illud præſupponens, & vbi non poteſt verificari, non poteſt habere locum diſpoſitio. Nihil ergo noſtra conſtitutio dici debet diſpoſuiſſe circa rem hanc, de qua quæ-

rimus,

rimus, & ita esse, signũ est videre, quòd nunquam est ita practicatum, nec minùs præten sum, vt in constitutione diximus præsupponi, quòd mulier præmortua lucretur sponsalitium, & quòd illud eius nomine competat hæredibus illius vti hæredibus.

74 Quid dicemus † ad tradita per Sunyer ex mente Senatus? Quòd ego non vidco qualiter ex illa constitutione eliciatur quòd in vim stipulationis, & pacti, sponsalitium, & in matre non potuit habere locum, illum habeat in filijs; imò si quid ex ea posset inferri, esset quòd in filios, vti matris hæredes, de quibus loquitur, ius illud trãsmitteretur, quo nihil esset absurdius.

75 Sed mouearis † ex mente constitutionis, vel ex pacto, dum opinionem pro filijs sequaris, quam toties sequitus Senatus fuit, nihil interest, dicebat mihi quidam benè eruditus: Cui ego respondebam, imo multùm interesse, dando casum, qui decidi non poterat absque distinctione huius dupliciś succedendi modi, & absque eo quod vno sprcto, & dimisso, alter expressè amplectatur. Ecce quòd veniunt filij opponentes se pro sponsalitio matris prædefunctæ executioni, quæ fit in bonis patris, & petũt in vim iurium patriæ optionem sibi concedi, & interim in executione supersederi, vel etiam prætendunt in suo casu se fore præferendos in tenuta lecundæ vxori, & filijs eius, in vim constituti. hac nostra, & facere fructus hæreditatis paternæ suos. Quid ad hæc dices? Diuidere de necessitate habebis modũ succedendi filiorum in hoc sponsalitio. Si enim vt hæredes matris dicimus eos successisse, cõpetent procudubio eis hæc priuilegia, quæ competissent matri si viueret, vt in proprijs tractatibus harum materiarum in hoc tomo diximus. Si verò eos successisse dicimus iure proprio, in vim stipularionis, & donationis in ipsorum fauorem factæ in capitulis matrimonialibus, tunc non suffragabũtur priuilegia, quæ non dantur filijs non succedentibus matri, sed aliundè eam quantitatem, quæ pro dote, vel donatione propter nuptias fuerat assignata, acquirentibus, vt palàm est. Sanè sequendo sententiam Senatus, qui in illis primis decisionibus dicit filios succedere, nõ vt hęredes matris, sed imò iure proprio, & ex propria persona, quæ videtur iustior, denegare debemus filijs illa priuilegia. Expecta declarationem Senatus ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Senjust, coram quo ventilatur primus casus de filio, qui pro illo sponsalitio se opposuerat executioni, quæ fiebat in bonis patris, volens gaudere priuilegio pragmaticæ, fiendam. Partes sunt domna Isabela de Castellbell, & don Alexander de Lentorn, Actuarius Pla.

76 Et postquam † filios iuuare volumus, applica quod diximus in hoc sponsalitij pacto, vbi post donationem illis de eo factam, & dictum, quod in casu recuperationis illius perueniat ad filios, additur quòd si non existunt, reuertatur ad patrem, si viuit, sin minùs ad illius hæredem, &c. Quod præsupponit clarè posse esse debitum sponsalitiũ præmortua vxore viro, aliàs enim non posset reuerti ad virum viuentem, vt de se patet. Verum est quòd ego iudico inaduertenter, & sequendo potiùs formularia, quæ tabelliones habent, in quibus ille error fuit captus, quã ex ordine, & voluntate partium, pactũ prædictum concipi modo prędicto esse solitum, atque ita non oportet in eo facere fundamẽtum. Transeat cum alijs Notariorum erroribus, qui miseros quotidiè homines inextricabilibus implicant litibus.

77 An autem † si maritus occidisset vxorem, eius hæredes lucrarentur, & petere possent sponsalitium, ac si superuixisset marito, nullo etiam existente pacto, quod est quærere, an mulier occisa à viro lucretur illud lucrũ, ac si marito superuixisset. Pulchra est quæstio; quam in facti contingentia *decisam* fuisse, & resolutam in Senatu Neapolitano referunt Franciscus à Ponte decisio. 24. Andr. Molfes. in consuetud. Neapo. in 7. par. de iure quar. quæstio. 13. per totam, & nouissimè omnium, qui rationes ad longum adducit, Philip. Paschal. de virib. patriæ potestat. par. 1. cap. 5. ex num. 84. cum pluribus sequentib. vbi videas, si casus iste lugubris aliquando, quod Deus auertat, successerit. In quibus locis pro hæredibus ipsius mulieris non semel †† *iudicatum* repeties. Hic est vnus casus expeditus, in quo citra pactum factum in fauorem filiorum, sponsalitium acquiritur hæredibus vxoris, ea ante virum decedente.

78 Deindè dubitatum vidi, † an si mulier intra annum luctus secundas contraheret nuptias, perderet statim istud ius vtendi, & fruẽdi sponsalitio de vita sua, aut illud retineret. Qua in re resolutiuè teneo non perdere. Ra-

79 tio est, † quia pœnæ impositæ mulieribus cõtrahentibus secũdas nuptias intra annum luctus, sublatæ sunt omnes de iure canonico, præterquàm quæ sunt impositæ ad fauorem filiorum primi matrimonij, prout latè suprà probauimus, dum de quarta authent. præterea egimus, clausul. 5. glos. 8. par. 11. statim in initio, cum multis numeris sequentib. de quorum numero non reperitur quòd sit pœna ista amissionis huius lucri, maximè cùm illud debeatur ob causam particularẽ amissionis virginitatis, & pudicitiæ, vt diximus:

& sic

80 & ſic ex † cauſa oneroſa, vt abſùdè probat egregius Senator Regni Siciliæ, de noſtra iuriſprudentia multis modis cum ſuis doctiſsimis operibus benemeritus, qui magis quàm alij naturam huiuſce ſponſalitij penetraſſe mihi viſus eſt, don Garcias Meſtril. deciſio. 212. ex num. 3. lib. 3. propter quod ſtatim fit de patrimonio illius amiſſâ virginitate, ac proinde nihil mirum ſi non cadat illud lucrum ſub diſpoſitione iurium loquẽtium de aquiſitione lucrorum nuptialium ob ſecũdas nuptias.

81 Habemus etiam † in Cathalonia & alind particulare motiuum, ob quod dicamus nõ amittere mulierem per contractum ſecundarum nuptiarum illud lucrum, quia inra noſtra voluerunt hanc acquiſitionem eſſe mulieri multùm firmam, adeò vt expreſſa diſpoſitione vſatici vidua, ſub tit. ſolut. matri. caueatur ne etiam per fornicationem ſponſalitium illud, & lucrum eius amittat, ſed illud ſibi retineat dum viuit. Ita tenet, & declarat Mier. in citata conſtitutio. hac noſtra, num. 75. & 76. Si per fornicationem non amittit mulier ſpõſalitium, multò minùs per ſecundas nuptias, quæ non debent eſſe deterioris conditionis ipſa fornicatione, & turpi vita mulieris.

82 Finaliter habemus † in Cathalonia, quòd particulariter paciſci ſolet de ſponſalitio tenendo, & habendo, ac vtendo, tam ſine marito, quàm cum eo, vt in noſtra clauſula. Quibus omnibus attentis, nihil mirum ſi dicamus in noſtra Cathalonia mulierem non amittere vſumfructum quem habet ſponſalitij, per tranſitum ad ſecundas nuptias. Atque ita tenendum dicit egregius quondàm Senator noſter Anton. Oliba in ſæpè citato §. fuerat, in 2. relectio. num. 42. licet nihilo probet. Nec exiſtimo exaudiendum eſſe Gaſpar. Anton. Theſaur. quæſtio. forenſi 28. num. 15. vbi contrarium tenet in donatione propter nuptias.

83 Succeſsit in Senatu noſtro † diſputandus hic caſus ex propoſito in illa cauſa cõiugum Semmanats contra don Hieronymum Vela, de qua ſuprà, in qua, licèt vidua nupſiſſet † ante annum, *dictum* fuit non eſſe propterea priuandam vſufructu ſponſalitij. Sumitur motiuum, *Attento ſponſalitium debebatur illi nobili mulieri ex pacto inter partes inito*, eo modo quo continetur in noſtra clauſula.

Idem etiam quoad vſumfructum in ſponſalitio cõſuetudinario Tholoſano dicit Gerar. Maynar. deciſio. 90. lib. 3. fuiſſe *declaratum* † in curia Tholoſana. Et *idem* in Senatu Sebuſiano teſtatur Antonius Faber in ſuo Codice lib. 5. titulo 5. de ſecundis nupt. definitio. prima.

Idem etiam plutiès in Regno Valentiæ, quòd per tranſitum ad ſecundas nuptias non † amittat mulier ſponſalitium, fuiſſe *declaratum* nouiſsimè multò poſt hæc ſcripta, docuit egregius ſupremi Coronæ Aragonum Concilij Conſiliarius, don Franciſcus Hieronymus Leo deciſio. 17. ex num. 4. vbi pulchris vtitur rationibus ad iſtud probandum. Atque hæc de hac prima parte.

SVMMARIA.

1 *Sponſalitium an ſit æquè priuilegiatum atque ipſa dos.*

2 *Spõſalitium quod in noſtra Cathalonia frequẽtatur, non eſt illa donatio propter nuptias, de qua fit mentio in iure communi.*

3 *Sponſalitium, et donatio propter nuptias an in aliquibus conueniant, & in quibus, rem ſtatue.*

4 *Augmentum dotis propriè eſt quod conſtante matrimonio fit ab vxore.*

5 *Augmentum dotis quod conſtante matrimonio datur ab vxore, an pari paſſu proceda eum dote à principio per eam conſtituta, remiſſiuè.*

6 *Sponſalitium quod in noſtra Cathalonia frequentatur, non regulatur in omnibus cum antefato Italiæ.*

7 *Sponſalitium noſtrum non idem eſt quod arrhæ Regni Caſtellæ.*

8 *Sponſalitium an æquiparetur doti, & eadem priuilegia habeat.*

9 *Mulier vxorata idem priuilegium habet pro ſponſalitio quando ſe opponit executioni quæ fit in bonis mariti, atque pro dote.*

10 *Mulier cùm maritus vergit ad inopiam, eodem modo repetit ſponſalitium, quo dotẽ. vbi deciſiones.*

11 *Vidua pro ſolo ſponſalitio habet beneficium conſtitut. hac noſtra, vt habeat tenutam in bonis viri, &c.*

12 *Bona fideicommiſſo ſubiecta an ſint pro dote, ſic pro ſponſalitio poſſint alienari.*

13 *Dos, & ſponſalitium in præcipuis priuilegiis legum noſtrarum munerpalium par paſſu ambulant.*

14 *Sponſalitium non ſemper eſt tam priuilegiatũ ſicut dos.*

15 *Mulier ſub prætextu quòd remanet indotata, agens ad reſciſſionem firmæ per eam in aliquo contractu factæ, non recuperat ſponſalitium.*

16 *Mulier non poteſt dici remanere indotata, quamuis ei non reſtituatur ſponſalitium.*

17 *Deciſio quadam noſtri Senatus in hac materia facta impugnatur.*

18 *Mulier ſe opponens executioni quæ fit contra virum*

virum, eodem modo recuperat sponsalitium, quemadmodum dotem.

19 Sponsalitium non graduatur aqualiter cum dote, vbi bona mariti non sufficiunt pro omnibus. vbi decis. nostri Senatus.

20 Priuilegiatus qui agit de damno vitando, præfertur pariter priuilegiato agenti de lucro captando.

21 Mulier creditrix existens in pari gradu cum fisco, & alijs, præfertur.

22 Creditor ex causa onerosa, etiam posterior, præfertur creditori anteriori ex causa lucrativa.

23 Contrarium.

24 Creditor ex causa onerosa benè præfertur anteriori creditori ex causa lucrativa etiam anteriori, si iste non habet hypothecam, ille verò sic.
Sponsalitium non habet priuilegium prælationis quod habet dos. ibid.

25 Filij non imputant in legitimam lucra quæ eis obueniunt beneficio legis, statuti, aut consuetudinis ex re patris.

26 Filij non imputant in legitimam lucrũ quarte authenti. præterea, C. vnde vir & vxor, quod obuenit eis in certis casibus post mortem matris.

27 Filij non imputant in legitimam lucrum quòd eis obuenit ex antifato.

28 Filij non imputant in legitimam lucrum quod eis obuenit ex l. hac edictali, C. de secundis nuptijs.

29 Filij non imputant in legitimam nisi quod immediatè ex substantia patris, vel matris ad eos peruenit.

30 Sponsalitium nõ ex vi alicuius consuetudinis, legis, aut statuti, sed ex largitione paterna immediatè filijs obuenit.

31 Filij non imputant in legitimam donata eis inter viuos.

32 Filij imputant in legitimam donata eis ob causam.

33 Sponsalitium non fore imputandum in legitimam, quia fuerit iudicatum obuenire ex donatione simplici, non ob causam, declarauit Senatus.

34 Auctor tenet contrarium, existimans omnes donationes, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus fore donationes ob causam, non simplices.

35 Mater tenetur reseruare filijs primi matrimonij sponsalitium quod ex eo matrimonio habuit. vbi binæ decis.

36 Pactum de lucrando sponsalitio appositum in fauorem mulieris in capitulis matrimonialibus, intelligitur secundùm ius commune, si non transit ad secundas nuptias, vel filios non habet.

37 Etiam si dictum esset quòd sponsalitium haberet mulier, quamuis transiret ad secundas nuptias.

38 Decisio pulchra in hoc casu in nostro Senatu facta.

39 Sponsalitium totum potest exigi ab vxore cum tota dos est soluta, sed pro parte tãtùm cum pro parte dos fuit soluta. vbi decis.

40 Sponsalitium non soluitur integrum, etiamsi cum iuramento sit promissum, quando dos integrè non fuit soluta.

41 Intelligitur in muliere se dotante. vbi decisio.

42 Vxor quæ nihil ex dote viro præstitit, nihil ipsa mortuo viro percipere debet ex bonis illius.

43 Sponsalitium integrum lucratur mulier, etiã si tota dos non sit soluta, cum ab extraneo est promissa.

44 Sponsalitium an debeatur totum integrè cum pater promisit dotem, nec eam soluit.

45 Pater dicitur dotare filiam, quamuis ipse non promittat dotem genero, sed donet certam filiæ quantitatem, quam ipsa deinde adfert in dotem viro suo.

46 Causa prima inspicitur, & causa causæ.
Actus tribuitur ordinanti, non exequenti. ibidem.

47 Sponsalitium integrum non posse exigi cum tota dos non est soluta quando prouenit à patre, sunt qui tenent.

48 Contrarium tenent alij. & num. seq. vbi plures decis.

49 L. si extraneus, ff. de iure dotium, declaratur.
Maritus non tenetur ad dotem non exactã, cum à patre promissa est, vel ab alio donatore, sciat eum ab extraneo. ibid.

50 Actio solum datur muliert contra virum pro parte dotis receptæ, si tota non est recepta, cum à patre fuit promissa.
Sed non est idem in sponsalitio, quod semper recuperatur integrum.

51 Sponsalitium non recuperatur in Cathalonia integrè, sed pro parte tantùm dotis solutæ, cum à patre promissa dos fuit. vbi decis. nostri Senatus.

52 Auctoris opinio.

53 Exemplaria supremi Senatus licèt non habeant vim legis, solent tamen multùm valere apud Iudices.

54 Exemplis licèt non sit iudicandum, non tamè malè faciet Iudex, nec errabit, qui illa sequetur.

55 Iudicandi consuetudo inducitur ex binis actibus.

56 Auctor curauit semper, quantùm potuit, suas lucubrationes auctoritate Senatus Cathalonici munire.

57 Sponsalitium non tam propter dotem, licèt ex dotis

dotis comparatione, quàm propter deflorationem, & in virginitatis premium datur.

58 *Argumentū de donatione illa propter nuptias antiqua, quæ non debetur niſi pro rata dotis ſoluta, non procedit ad noſtrum ſponſalitium.*

59 *Sponſalitium quòd debeatur tantum ad ratam dotis ſolutæ, iam à principio contradictionē habuit.*

60 *Nec ex poſt vſque ad noſtra tempora defuit eadem contradictio.*

61 *Tabelliones inſtruuntur qualiter debent concipere pacta quæ fiunt circa ſponſalitia, vt ceſſent difficultates ſi totum debetur, vel nō, cum tota dos non eſt ſoluta.*

62 *Pactō fieri poteſt vt totum ſponſalitium ſoluatur, licèt tota dos ſoluta non ſit.*

63 *Pacto effici poteſt vt in omnem euentum totū ſponſalitium ſit mulieris.*

64 *Conciliatio opinionum ſi tota dote non ſoluta debetur totum ſponſalitium, vel non.*

65 *Sponſalitij materia includit in ſe plures quæſtiones, quæ ſunt videndæ apud Doctores, qui hic referuntur.*

66 *Sponſalitium totum an mulier lucretur cùm maritus decedit tota dote non ſoluta, quia non venerat dies ſolutionis illius, remiſſiua.*

67 *Michael Perrer Auctor obſeruantiarum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ laudatur.*

68 *Sponſalitium totum lucratur mulier, licèt tota dos non ſit ſoluta, cùm conceſſa eſt dilatio patri. Vbi deciſio noſtri Senatus.*

69 *Idem fuit deciſum in Senatu Valentino.*

70 *Sponſalitium non debetur cum ſolutio dotis nō probatur alias quàm per confeſſionem factam in teſtamento viri.*

71 *Confeſſio facta in teſtamento non probat numerationem, ſed fideicommiſſi, aut legati petitionem inducit. vbi deciſio noſtri Senatus.*

72 *Confeſſio de dote recepta facta in teſtamento, non habet priuilegia dotis.*

73 *Vidua non gaudet beneficio conſtitut. hac noſtra, cum ſolum habet confeſſionem dotis factam in teſtamento per virum. vbi deciſio noſtri Senatus.*

GLOSSA I. PARS II.

Proſequitur eadem ſponſalitij materia.

Et de priuilegijs illius.

Ac etiam de diuerſitate ſponſalitiorum, quæ in Cathalonia frequentantur.

1 AN etiam † iſtud noſtrum ſponſalitium, de quo agimus, habeat priuilegia dotis, id eſt, an ſponſalitium ſit ita priuilegiatum quemadmodum dos, vidi perſæpè dubitatum, & deductū in controuerſiam. Dubitandi occaſionem maximam mihi tribuerunt † quædam verba poſita in *deciſione* Senatus facta 7. Martij 1600. referente egregio de noſtro tempore Senatore Ioanne Caſtello, in cauſa Franciſci Guarino, contra Pontiam Maig & Solera, vbi ſic formaliter dicitur: *Licèt mulier ſit priuilegiata admodum in dote ſua, non tamen eſt æquè priuilegiata in dotis augmento.* (ſumitur dotis augmentum pro ſponſalitio) Hanc quæſtionem ego non duxi declarandam in terminis iuris communis, id eſt per regulas, quas ponunt Doctores, & reſolutiones, quas faciunt in illa quæſtione, an dos, & donatio propter nuptias à pari procedant, & eiſdem priuilegijs potiantur: quia notum eſt † hoc noſtrum ſponſalitium non eſſe, nec dici poſſe donationē illam propter nuptias, quæ fiebat de iure communi æqualis dotī, vti colligere licet ex multis, quæ huc vſque de natura dicti ſponſalitij tradidimus, ac etiam ex illis, quæ docuimus in primo tomo clauſu. 4. gloſſ. 1. ſtatim in initio, cum aliquibus numeris ſeqq.

2 3 Si autem ſcire vis † an conueniant, & in quo dos & donatio prædicta, vide Doctores quos ibi adduxi, & eis adde noſtrum Franciſcum Mulinum in nouiſſimo tractatu de ſitu, nuptiar. & pact. in matrimonio conuen. lib. 3. quæſtio. 34. per totam, qui alios multos adducit.

4 Neque etiam † tractabo rem hanc per ea, quæ dicunt Doctores de augmento dotis, ſumpto illo in propria ſignificatione, quando poſt dotem conſtitutam, & taxatam, augetur dos ex parte vxoris, quod propriè dicitur augmentum dotis, vt ſuprà docuimus.

5 An autem † quod in dote ſtatuitur, idem etiam in iſto augmento cenſeatur ſtatutum, vide per Steph. Gratia diſcept. forenſ. lib. 2. cap. 54. ex num. 60.

6 Nec etiam regulandam † in omnibus fore hanc noſtram ſponſalitij materiam cum materia illius antefati, quod frequentatur in Italia, de quoque, & de eius natura multùm latè ſcripſit Andreas Molfeſ. in commentar. ad conſtitut. Neapolit. par. 7. de iur. quartæ, per ſexdecim quæſtiones, quia non in omnibus eſt eiuſdem naturæ cum noſtro ſponſalitio, vti combinaris per nos huc vſque tra-

ditis,

dictis, cum adductis per Molfesium vbi sup. fit manifestum. Si autem vis scire an æquiparentur dos, & antifatum prædictum, vide Vtsil. ad decis. Afflict. 291.

7 Et finaliter † non regulabo hanc nostram materiam cum materia arrharum, quæ frequentantur in Regno Castellæ, quia nō omninò idem sunt, quod nostrum sponsalitiū, prout habes ex Doctoribus quos citaui in primo tomo claulu. 4. gloss. 1. statim in init. cum numeris sequentibus, & ex his, quæ in hoc discursu de sponsalitio facto suprà adduximus.

8 Solùm igitur tractabo † de isto nostro spōsalitio pro æquiparatione cum dote, secundùm quod habetur in nostro iure patriæ, & in obseruantijs Senatus. Cùm enim sit ius à nostris solùm inuentū, & in hac Prouincia vsicatum eo modo quo concipitur, & de eo plures constitutiones loquantur, & plures super eo captæ sint in Senatu resolutiones ad propositum de quo quærimus, iustum est, quod secundùm hæc de his agamus, per quę intelligemus quid in his sit sequendum, & obseruandum.

9 Quarin re video † quòd in multis sunt adæquata priuilegia dotis, & huius nostri spōsalitij, in alijs vidi contrarium obseruatum: vnum, & aliud in sequentibus videbis. In primis si fit executiō in bonis mariti ad instantiam creditorum, idem priuilegium cōceditur mulieri, vt debeat prius satisfieri in sponsalitio, atqui in dote, & idem illud ius optandi ex bonis mariti, in quibus velit satisheri in dote, conceditur eidem pro sponsalitiō, vt habetur in volūm. pragmaticarū tit. de priuileg. dot. per tot. & idem etiam conceditur in const. incip. *E si cas fera*, tit. de execut. censual.

10 Deindè quemadmodum † dos repetitur per mulierem, quando constante matrimonio vir vergit ad inopiam, iuxtà dispositionem l. si constante, ff. soluto matrimonio, sic etiam sponsalitium. De quo puncto licèt non habeamus constitutionem, sicut in alijs, habemus tamen decisiones Senatus nostri, quibus ad probetur. Fuit enim ita expressim *declaratum* in illa Salauert contra Pedralbes, de qua suprà. Et in *alia* antiquiori 18. Iunij 1531. in causa Aldunciæ Cornet cō tra curatores bonorum eius viri decocti, coram egregio tunc Senatore N. Smyer. Item in *alia* Elilabethæ Viues contra eius virum, referente egregio itidem Senatore Pontio Cescales, 12. Ianuarij 1582. In quibus de repetitione dotis, & sponsalitij agebatur, ob vergentiam mariti ad inopiam. Qua de re latiùs in inferioribus agemus, antequam materiā huius sponsalitij absoluamus, vbi videas. *Alia* exemplaria de eadem re refert Michael Ferrer obseruantiarum par. 3. cap. 50. Et quòd iuxtà debeat istud etiam sponsalitium in isto casu repeti, pluribus probat Mar. Muta decis. Sicil. 23. num. 26.

11 Finaliter illud † magnum, & maius, (vt verbis vtar constitutio. 2. tit. solut. matrim. quod ius &c.) priuilegium quod habent mulieres vt possint tenere, & possidere bona mariti, & facere fructus suos donec in suis dotibus satisfactæ sint, competit etiam eisdem pro sponsalitio, adeò vt si soluetetur dos, & non sponsalitium, eodem priuilegio mulier gauderet, & frueretur, iuxtà celebtē constitutionem hac nostra, sub dicto titul. soluto matrimo. &c.

12 Sed an † quemadmodum pro dote restituenda, est permissum alienare bona fideicommisso subiecta, sic sit licitum pro soluendo sponsalitio mulieris, videbis infrà in materia restitutionis dotis.

13 In hæc tria, aut quatuor † priuilegia resoluitur totus fere mulierum fauor pro suis dotibus recuperandis: idem sine dubio competit pro recuperando sponsalitio: & sic in his, quæ præcipua sunt in hac Prouincia priuilegia dotis, pari passu siue dubio ambulāt dos, & sponsalitium hoc nostrum.

14 Quod attinet † ad casus, in quibus sponsalitium per nostras constitutiones, & iura municipalia, vel etiam per declarationes nostri Senatus haberi debeat pro non tam priuilegiato, & æquali ipsi dotі, dico me perpaucos vidisse. Est vnus, qui contigit declarandus in causa Ioannis Guarino, contra Pontiam Maig & Solera, referente egregio tūc Senatore Ioāne Castello. Agebatur executiuè instante certo creditore contra maritum, & vxorem, qui quoddam instrumētum illi firmauerant cum guarentigia. Opponebat vxor de sua dote, & sponsalitio, dicendo se non posse, nec debere remanere indotatam, & ideò debere vtrumque sibi remanere saluum. Fuit *repulsa* eius pretēsio quo ad sponsalitium, hoc expresso motiuo: *Quia licèt* (inquit) *mulier sit priuilegiata admodū in dote, non tamen æquè est priuilegiata in dotis augmento, cum in isto agatur de lucro captando, in dotis verò conseruatione de damno vitando.* Et ideò fuit prouisum quòd continuaretur executio contra ambos obligatos, cū hoc quòd pecunia deponeretur in tabula, ad effectum quòd si constaret mulierem remanere indotatam, tunc fieret ei satisfactio † in dote tantùm. Fuit hæc sententia *confirmata* in alia Aula, referente egregio tunc Senatore, nunc verò in supremo Coronæ Aragonum Concilio Regente Michaele de Salba & de Vallsecca 11. Martij 1606. vidi has senten-

ſententias auctẽticas in proceſſu cauſę Mõ-ferrati Cros contra Hieronymum Beltran coram egregio Senatore Hieronymo Seuſt,Scriba Perez.

15 Ecce qualiter † in hoc caſu ſponſalitium eſt deterioris conditionis quàm dos, valet enim & ſuſtinetur firma quo ad ſponſalitiũ, non verò quoad dotem,ſi mulier remanet indotata,atque ita mulier ex hac cauſa recuperat dotem,& eam ſaluat,non ſponſalitiũ.

16 Poteſt eſſe rario,† quam in vero augmento dotis,quando ſcilicet conſtituitur, & fit ex parte mulieris,adducunt Manti. de tati. & ambig. conuen. lib. 12. tit.26. num.7.& 8. Stepha.Gratia.diſcep.foren.254. num.61. & 64.lib.2. quia quamuis non ſoluatur mulieri ſpoſalitium non poteſt propterea dici remanere indotata, & ſic in ſponſalitio ceſſat illatio, quæ fauore dotis recipitur, & ſic nõ eſt eadem ratio vnius atq; alterius, nec propter rationem diuerſitatis poteſt de vno ad aliud argui, & in terminis terminantibus quòd in iſto caſu nulla ſit habenda rario ſponſalitij ſi illud recuperat mulier, vel non,tenet Theſau. deciſ.223. num. 14. vbi eiſdem rationibus ad id vtitur, quibus noſtri Senatus reſolutio.

17 Per quæ ego † cõſultus ſuper quadã regia ſententia,quæ 31.Mat.1610.fuerat lata referente nobili Petro Soler pro Catherina Real,contra BaudiliũSerra,& alios,Actuar. Sacares, dixi contineri in ea grauamen in damnum creditorum ex quo in computatione ſi bona quæ remanebant marito ſufficiebant ad ſoluendum vxori:fuit *dictum* quòd † ex quo non ſufficiebant ad dotem, & ſponſalium,quę erãt ibi æqualia,mulier dici debebat indotata, & ex conſequenti iudicatæ fuerunt nullæ obligationes, & firmę illius, quod erat cõtra ea quę ſuprà diximus,quęq; Senatus aliàs declarauerat. Vide alia infrà in maceria reciſionis obligationis mulieris propter metum.

18 De alio caſu † citra hoc idem fui conſultus,nempe ſi quando mulier ſe opponit executioni,quæ fit contra virũ nõ ſolùm pro dote,ſed etiã pro ſpõſalitio, an graduetur in eodẽ loco pro ambobus,an verò fiat aliqua differentia inter vnum & aliud. Dixi quòd cum proficiſcantur ambæ obligationes ex eodem fonte,nempe ex eiſdẽ capitulis matrimonialibus, nõ video qualiter poſſit aliqua diuerſitas inter hæc cõſiderari, maximè cum conſtitutiones noſtræ, tam in mareria oppoſitionũ, quàm in mareria cõſtitutionis hac noſtra,æqualiter diſponant in fauorem ſponſalitij atq; in fauorem dotis.

9 Hæc non habent † difficultatem quando mariti bona ſufficiũt ad vtrumq; & vtrumq; eſt exigendum per eandem mulierem, verũ ſi contigeret bona mariti non ſufficere, & eſſent diuerſæ perſonę,quæ ad hæc iura agerent,veluti hæredes vxoris pro dote, hæredes verò filiorũ quibus ſtipulatum erat, pro ſponſalitio,difficultas eſt an ſimul, & in eodem loco deberent omnes graduati, & ſatisfieri ſimul in quantum ſufficerent bona, an verò primò debitum dotis deberet ſolui, & ſatisfieri integrè. Caſus eſt quem reperi qui diceret contigiſſe io Senatu diſputandũ de anno 1532.in cauſa N.Daroca, & hæredis vxoris Ioan.ThomæFerrer coram egregio tunc Senatore N.Albanell, & fuiſſe *reſolutum* 19.Mar.in fauorem agentiũ pro dote & contra agentes pro ſpõſalitio,cũ eiſdem motiuis quę retulimus in illa cauſa de Guarino ſuprà proximè, *quia* (inquit) *hæredes filij agunt de lucro captando, vxoris verò de damno vitando.*

† Nõ vidi hãc deciſionẽ in Archiuo Regio, quia forſan non fuit facta de ea cõcluſio,ſed facto verbo capta reſolutio. Inueni tamen eam in quodam libro deciſionum antiquo recopilato per quendan antiquum Senatorem,à quo eſt certum quòd non decipimur.

20 Id quod † videtur de iure procedere, in quo ex duobus pariter priuilegiatis ſemper præfertur ille, qui agit de damno vitãdo ei qui de lucro captãdo,vulga.l.verũ §. itẽ quæritur.ff.de minor. multa ego dixi de hoc brocardico in 1.tom.clau.4.glo. 12. ex n.104.ſatis ad propoſitũ Meno.de præſuoi. lib.2.præſump.72.ex nu.12.21.& 22.

21 Conducunt plura † quæ ex probatis auctorib⁹ docet Statil.Pacifi.de Saluia. interdict.inſpec.3.c.2.ex n.482.ſignãter n. 487. in codicib.additione.vbi ,pbat quòd ſi mulier eſt in pari gradu cũ alio creditore, etiã ſi fiſcus ille foret,præfertur ſine dubio, & ante eum Meno.lib.2. præſumpr.72.num.18.

22 Huic etiam rei † vidi accõmodari quòd creditor etiã poſterior,multò ergo magis ſi eſt eiuſdẽ tẽporis, ex cauſa onoroſa præfertur creditori etiã anteriori,multò ergo magis æquali ex cauſa lucratiua; prout ſimpliciter ſic reſoluunt Capi.deciſ.78.n.7. Aziu. de execu.§.7.c.47.Ioan.Gutier.de iure. cõfirma.par.3.c.15.n.19.& ſeq. ac Don Ioan. Franciſ.del Caſtillo deciſ.Sicil.72.nu.1.qui omnes citãr Cuma.in quo ſe fundãt in l. priuilegia ff.de priuileg.creditor.ſed nõ habẽt rationẽ † quia imò creditor anterior,etiaſi ſit ex cauſa lucratiua præfertur ſine dubio creditori poſteriori ex cauſa onoroſa,prout optimè probant Antho.Gab.de emptione, & venditio.cõclu.2.n.29.Manti. de tacit. & ambig.cõuen.lib.11.tit.22.n.23.& Statil. Pacifi.de Saluia.interdic.inſpectio.3.c.2.n.

24 469. Qui etiam contrarijs † reſpondent loqui de creditoribus ex cauſa lucratiua abſq; hypoteca bonorum, ſed perſonalem tantùm actionem habentibus, quibus nihil mitum ſi poſteriores cum hypoteca præferuntur: ſecùs eſſet vbi creditores ex cauſa lucratiua eſſent etiam hypotecarij.

Sed quod dos ſit magis priuilegiata quàm ſponſalitium, quia in illa agitur de damno vitando, in hoc verò de lucro captando, non poteſt negari, cùm id tradant communitet Doctores reſpectu prælationis, per textum expreſſum in l. aſsiduis, vbi gloſſ. & Doctores Cod. qui potior. in pignor. habe. Neguſant. de pignor. par. 2. membr. 4. num. 64. cù alijs adductis per Franciſcum a Ponte conſ. 80. num. 8. lib. 1.

25 Dubitatum etiam vidi, † num iſtud lucrũ, quod ex iſtis ſponſalitijs obuenit filijs, ſit eis in legitimam imputandum, neo ne. Si ſine aliquo pacto, & conditione, ſed ex alicuius legis, aut ſtatuti, ſeu conſuetudinis diſpoſitione illud lucrum acquireretur filijs, plana res foret, nec haberet difficultatem, q imputationi non ſubiaceret, prout eſt in
26 ſimili † de lucro quod filijs obuenit beneficio legis ex quarta matri competenti, ſi indotata eſt, poſt illius mortem, in proprietate ſcilicet dictæ quartæ, quam mater ſolùm habuit in vſufructu, iuxta latè tradita á nobis in ſuperioribus clauſul. 5. gloſſ. 8. part. 9. cum alijs ſequentibus, vbi fuſiſsimè de hac materia egimus. Ita per textum in authen. præterea, C. vnde vir & vxor, docet expreſsè Andreas Molfeſ. in commentar. ad conſuet. Neapolita. par. 3. de ſucceſsio. ex teſtamen.
27 quæſtio. 16. num. 5. Et in antefato † etiam, quod frequentatur in Regno Neapolis ſimili noſtro ſponſalitio, idem etiam dicit ibidem idem Molfetius, quòd ex quo ex conſuetudine ſcripta acquiritur filijs, ideò illud
28 in legitimam non imputant. Et de † lucro etiam quod filijs obuenit ex l. hac edictali, Cod. de ſecundis nupt. tradit Surd. deciſio. 169. num. 5. & ſequenti, vbi aliàs inſtantias
29 adducit. Neceſſum enim eſt, † quòd ex ſubſtantia patris, vel matris immediatè proueniat quod in legitimam imputari volumus, vt dicit Surdus loco ſuperiùs citato. Verùm
30 in caſu occurrenti † iſtud lucrum non ex lege, nec ex ſtatuto, vel conſuetudine, ſed imò á patre vigore donationis, quæ fit per eum filijs, eis obuenit, idque immediatè, cùm ipſe ſit qui donat, & per eius donationem filijs acquiritur, vnde fit ne ex eo quod dicitur de ſuprá relatis caſibus poſsimus noſtrum determinare, ſed ex his, quæ communiter Doctores tradunt de largitionibus parentum circa has imputationes.

31 In his regula eſt, † quòd donata inter viros non imputantur in legitimam, l. ſi quando, & authenti. nouiſsima, Codice de inofficioſ. teſtamento, Craſſ. de ſucceſsionibus, §. legitima, quæſtio. 22. num. primo, Surdus
32 in citata deciſio. 169. nu. 7. niſi ſint † donationes ob cauſam: hæ enim imputantur, nõ ſimplices, prout ego multis auctoritatibus, & rationibus probaui in primo huius laboris tomo clauſul. 4. gloſſ. prima, numero 48. Si hæc de qua agimus eſt ſimplex, non imputabitur in legitimam, ſi verò ob cauſam, ſecùs erit.

33 Accidit iſte caſus † diſputandus in noſtro ſuperegregio Senatu de anno 1529. coram egregio tunc Senatore Hieronymo Dalmau in cauſa Syndici Maioricarum contra nobilem Bernardum de Pinos, vbi pro non im-
† putatione fuit capta *reſolutio* die 7. menſis Decembris, ex quo fuit habita pro donatione ſimplici, his verbis: *Non tamen tenetur imputare in dictam legitimam augmentum dotis materna, ſeu illius portionem in perſona quorumcunque prædictorum fratris, & ſororis dictæ Beatricis competentis, cum ſit dictum augmentum dictis filijs in caſu mortis matris ſtipulatum, & ſic cenſeatur as alienum paternum, quod eo viuente exiuit patrimonium ſuum, & donatione valida inter viuos ſimplici, reſpectu ipſorum filiorum ſit eis donatum.* Vidi in Archiuo Regio.

34 Ego tamen, † qui illas donationes, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, & propter nuptias, certas, & determinatas, feci veras donationes ob cauſam, non ſimplices in ſuprà citata gloſſa prima, clauſula 4. tomo primo, non poſſum huic Senatus reſolutioni, quæ donationem hanc facit ſimplicem, adhærere. Nec credo tranſijſſe reſolutionem hanc in Senatu ſine magna difficultate, vt colligi poteſt ex verbis, quæ in
eadem reſolutione poſt ſupradicta motiua ſequuntur: *Et attentis etiam ſententijs Regijs aliàs in ſimili caſu latis, & aliàs*, quæ denotant obſeruantiam allegatam multùm mouiſſe vt prædicta reſolutio caperetur, quę non ſolet attendi, niſi in caſibus dubijs. Cogitare igitur multùm in his oportet, cùm accidet caſus, quia res eſt in qua facilè errare poſſumus, & iura partium notabiliter lędere, & defraudare.

35 Contigit etiam, † & contigiſſe vidi, quòd ſponſalitium non erat ſtipulatum filijs in quodam caſu particulari, ſed dictum quòd illud haberet, & lucraretur mulier ad omnes ſuas voluntates. Habuit filios ex eo matrimonio, & deindè ſecundas, ſicut poterat, contraxit nuptias mulier: cùm de ſponſalitio quæreretur, dubitatũ fuit an illud eſſet

set mulieris totum in proprietate, iuxtà pactũ, an verò filiorum, iuxtà illud q̃ mater tenetur reseruare filijs primi matrimonij lucra ex eo habita per l.hac edictali, & l.fœminæ, C.de secun.nup. Hanc quæstionem tractat in terminis noster Mier.in constitu. hac nostra, nu.121.vbi in fauorem filiorum resoluit, & pro filijs se bis vidisse *pronuntiari* dicit,& be-
†† 36 nè. Rationem dicit esse,† quia dictum pactũ debet intelligi,& interpretari secundùm ius cõe,iuxtà quod superuiuens lucratur ad suas voluntates,etiam quoad proprietatem,si nõ connolauerit ad secunda vota,vel etiã si connolauerit, in casu non existentium liberorũ, at (inquit) vbi secundò nupserit, & filij prioris matrimonij supersint,tunc tantummodò habet vsumfructum, sed proprietatem post eius obitum tenetur reseruare,& restituere, iuxtà l.hac edictali,cum simil.C.de sec.nup.
37 Hæc Mier. Quibus posteà addit † ea procedere, etiam si in pacto dictum expressè esset quòd mulier lucraretur sponsalitium ad omnes suas voluntates,quamuis secundò nuberet; vel dictum esset,non obstante l.hac edictali: dicit enim quòd per huiusmodi pactũ non posset præiudicare filijs,quibus inra dederunt illam proprietatem in vltionem suæ iniuriæ, ad quod dicit viden.Bart.in l.si quis in princ.testamen.in vlt.quæst.de leg.3.Cõducunt quæ ad propositum adducit Maynar.
38 decis.90.lib.3.Successit iste casus † punctualiter disputandus in Senatu de anno 1572. Relatore egregio tunc Senatore,deindè Regente,Adriano Vilana,inter Ioãnam Simona, & Eleonoram de Monserrat. Et erat casus,quòd in primis nuptijs erat factũ mulieri sponsalitium de quatuor centum libris, cum pacto quòd de ducentis posset liberè disponere,& reliquæ ducentũ restituerentur filijs procreandis ex dicto matrimonio. Contigit natos fuisse filios ex eo matrimonio,& mortuo marito vxor contraxit secũdas nuptias, & petijt sponsalitium eo modo,quo pactatũ fuerat, nempè ducentum libras in vsufructu,
† & alias ducentum in proprietate, fuit *declaratum* die 10. Ianuarij cõtra mulierem,& in fauorem filiorum primi matrimonij, contra quos agebatur,declarando *non posse mulierẽ habere dictas ducentum libras ex dicto sponsalitio in proprietate, sed tanquam processas de bonis primi viri debere applicari filijs, non obstante pacto prædicto.*
39 Restat tractemus † aliam quæstionem in praxi quotidiè contingibilem,quam promisimus. An sponsalitium in casu restitutionis exigatur,& exigi possit totum integrum,siue soluta sit dos in totum, siue in parte, siue nõ sit aliquid prorsùs solutũ, an verò exigatur, & exigi debeat ad ratã dotis solutæ. Qua in re cõiter tenent DD. & resoluunt, q̃ si tota dos est soluta, totum sponsalitium debetur, sed si pars tantùm, pars etiã sponsalitij solũ debetur, ad quod possem tot, tantosq.DD. adducere, vt multas membranas implere valerem,sufficiant sequentes,apud quos alios videbis,qui licèt non loquantur pũctualiter in nostro sponsalitio, verùm loquuntur in alijs similib.Guid.Pap.cum addentib.decis.274. decisio.430.& decisio.565.Ioannes Baptista Costa de portio.rat. q.88.per tot. & q.111. Molsesad consuetu.Neapolit.par.7.de iur. quartæ quæst.6.per tot. Velasc.consultat.3. per tot. Additionator ad Gammam decisio. 373. Pater Sanchez de matrimonio lib.6.disputatio.37.per tot. Pater Molin.de iustit.& iur.tract.2.de contract.disp.431. per tot. & noster Molin.de rit.nuptiar.lib.3.q.1.ex nu. 213.cum multis seqq.& q.64.nu.8. Pro ista
† opinione *declarasse* in facti contingentia Senatum Dolanum de anno 1600.refert Ioan. Gruel.Sequan.decis.41.nu.46.
40 Extenditur † etiã si in promissione restitutionis dotis fuerit appositum iuramẽtum, adhuc eo non obstante potest opponi exceptio non solutæ integrę dotis,vt docent prædicti DD. Ratio est,quia dictæ promissioni, & iuramento inest tacita conditio,si promissa sementur, & sic si fuerit soluta dos, procut post Guido. Pap. & alios docet Costa dicta quæstio.88.num.3.
41 Intelligitur † in muliere dotante: si enim ipsa dotem non soluit,nõ potest totum augmentum prætẽdere,punitur enim mora mulieris in non soluendo dotem,vt ex illius retardatione lucrum cõsequi non possit,vt prædicti DD.dicunt, & ad id multorum grauis-
†† simorum Senatuũ *decisiones* perpulchras adducit Molin.d.q.1.nu.214. Fundatur præcipuè id in dispositione text.in l.pollicitatione,ibi:*Quia maritum in dote fefellit*,C.de donat.ante nup. & frangenti fidem (cõmuniter dicitur) fides frangatur eidem. Accedit tex.
42 in † authẽo.sed quæ,C.de pact.conuen. quæ habet vxorem, quæ nihil ex dote conscripta præstitit,nihil viro mortuo percipere debere ex donatione,& quæ minus quàm promisit dedit,pro quantitate præstita lucrum debere sentire dumtaxat.
43 Id non procedit † quando alius dotat mulierem,& pro ea dotẽ promisit, de extraneo loquor,de patre posteà dicã: quando extraneus dotat,tũc quia non est culpa mulieris si maritus totam dotẽ,aut partem non habuit, non defraudatur ipsa in suo sponsalitio,imò totum eodem modo habet,& habere debet ac si tenerã tota dos soluta foret. In hoc null' ex suprà relatis Doctoribus discrepat, præter Gam.in cita.decisio.371.num.2. cu-

ius opinionem iniquam esse dicit noster Molin. vbi sup. num. 217.

44 In patre controuersum est, † an quàdo ipse donat, & non soluit totam dotem, vel deficit in parte, possit totum sponsalitium mulier petere, sicut si extraneus dotasset, vel partem, secundùm quod fuit de dote solutum, sicut si mulier ipsa dotem promisisset.

45 Dicitur autem † patet dotare (& idè est de extraneo, de quo mox loquemur) ne in hoc aliquando trepides, licèt ipse non det directò dotem marito, nec illi eã constituat, sed faciat sicut in nostris capitulis, & sicut fieri solet semper, quòd ipse priùs dotem filiæ donet, vel certam quantitatem in capitulis matrimonialibus, quam in eisdem posteà eadẽ filia constituit sponso in dotem: inspicitur enim

46 † prima causa, & causa causæ, & actus tribuitur ordinanti, non exequenti, quod quia pluribus probat Sur. consil. 255. nu. 21. & noster Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 60. num. 20. ideò ampliùs non insillo.

47 Sed dico, † quòd in quæstione proposita sunt qui tenent idem iudicandum esse, ac si eadem ipsa mulier dotem promisisset, & sic habendam fore rationem dotis receptæ, & recuperatæ ad spõsalitij exactionem, in quo habent textum, quem dicunt expressum, in quo se fundant, in l. si extraneus, versi. Sed si pater, ff. de iur. dot. vbi dicitur non posse mulierem imputare culpam marito, si dotem à patre non exegit: *Nec enim* (inquit) *quisq. Iudex ex proprijs auribus audiet mulierem dicentem, cur patrem, qui de suo dotem promisit, non vrserit*. Si igitur nec culpa, nec mora in marito potest considerari si dotem non exegit à socero, iniustum videtur, quòd sine eis puniretur in hoc quòd spõsalitium deberet soluere. Si in extraneo id obseruatur, diuersa est ratio, quia in eo cessat pietatis intuitus, quam Doctores considerant in marito non exigente à patre vxoris: & in summa, sufficere videtur quòd Iurisconsultus differẽtiam inter patrem, & extraneum faciat in d. l. si extraneus, ff. de iur. dotium. Huius opinionis communitet auctorem faciunt Boerium decisio. 22.

48 Alijs autem placet † quòd non sit differentia inter patrem, & extraneum dotantẽ, sed eodem modo mulierem lucrari totum sponsalitium quando patet dotauit, quemadmodùm quando extraneus, quamuis in totum non sit soluta dos. Respondent allegatæ l. si extraneus, in eo textu † non agi de lucro dotis, sed de illius periculo, quod ad maritum spectat, si non exegerit eam, quod tamen non habere locum docet I.C. cùm pater dotem constituerit, vel alius donationis causa, quia non potest pater, vel donatarius

49 cõueniri nisi quatenùs facere potest; & quia mulier audienda non est, si marito opponat cur patrem, aut donatarium ad solutionem non vrserit, vndè ex eo textu solùm desumitur, quòd maritus quando pater dotat non tenetur nisi ad dotem exactam, quod nihil infert ad sponsalitium. Hæc est opinio Guid. Pap decis. 565. & ibi Matthe. In additio. qui citat *arresta* Parisiensia ad id facta. Idem Matthe. in additio. ad decis. 430. latè Franc. Ferrer in additio. ad eundem Guido. Pap. decis. 274. omninò viden. qui latiùs multò quàm alij hanc opinionem fundat, & plura *arresta* Franciæ pro ea adducit, & contrariam opinionem falsam dicit, & Doctores refert grauissimos, qui dicunt se mirari quosdam esse, qui negent vxorem non lucrari dotis augmentum si pater constituerit dotem: hoc enim absurdum est &c. Pro eadem opinione *declaratum* in Senatu Sebusia. de ãno 1588. refert Anto. Fab. in suo Cod. lib. 5. de iur. dot. defin. 1. Vbi respectu † dotis à patre constitutæ solùm datur actio mulieri pro parte recepta, respectu autem sponsalitij, ad † totum. Quod idem iterùm *resolutum* fuisse de anno 1591. in eodẽ Senatu refert posteà idem Fab. in eodem loco defin. 16. Hæc docent Doctores exteri, videamus quid nostri, quidque in sacro Senatu obseruetur.

51 De hac quæstione, † & difficultate scripsit latè egregius olim Senator Micha. Ferrer in 3. par. obser. c. 48. per tot. & post eum Iaco. Canc. in 1. par. var. resol. c. 9. de dot. & dona. prop. nupt. ex num. 82. & Sigismundus Despujol in additio. ad Mier. super constitu. hac nostra, n. 152. qui oẽs differẽtiam constituũt respectu augmenti, eandem quam Iureconsultus fecit respectu dotis, inter patrẽ, & extraneum, vt quando ille fuit dotans, non exigatur spõsalitium nisi pro rata dotis solutę, secùs verò quando extraneus, atque ita dicunt fuisse *resolutum* in Senatu, atque ita in eo obseruari docent inconcusse. Ista obseruãtia est indubitata in Senatu, de qua & nos testari possumus, qui per tot annos in eo causas duximus. Vide ad id, si vis, *declarationes*, & *conclusiones* sequentes: Vndecimo Maij 1513. inter Ptiorem & Conuentũ Monasterij S. Augustini villæ Ceruariæ, & Margaritã Sampso, referente Vbach. Quarto Ianuarij 1556. inter Heuricum de Malla, & Guiomarem de Malla, referente Serra. Quarto Nouemb. 1572. inter Antoniam Casas, & Mariã Annam de Malla, referente Sabater. Duodecimo Ianuar. 1582. inter Elisabethã Viues, & Ioannem Viues, & alios, referente Cescases. Et denique 13. Martij einsdẽ anni 1582. inter Sperantiam de Requesens, & Anastasiam de Requesens, referente Balle.

In

In quibus concluſionibus quas repetes in archiuo regio, vbi ſolent cuſtodiri, probatur diſtinctio ſupradicta inter patrē, & extraneū, & in patre ſine difficultate fuit ſemper concluſum deberi dumraxat ſponſalitiū pro rata dotis ſolutæ. Vidi aliam declarationem factam per magnificos Hieronymum Torner Regentem, & Hieronymum Aitor Regium Conſiliatium in quadam cauſa arbitrali eis commiſſa inter nobilē Conteſinam de Queralt, & curatores egregij Comitis de Queralt ſub die 20. Feb. 1607.

† qua fuit expreſsè *dictum* totum ſponſalitiū deberi quamuis tota dos non eſſet ſoluta, ex quo promiſſa illa fuerat per fratrem, & ſic per perſonā extraneam. Scriba dictæ cauſæ erat Micha. Perez nunc Scriba mandati.

52 Solùm reſtat † quòd meum ego in his proferam iudiciū. Certè, niſi auctoritas Senatus intercederet, qui per tam magnum tēporis diſcurſum hanc opinionem aplexus fuit, à qua vix poſſumus in iudicando recedere;

53 tùm quia exemplaria † ſupremi Senatus licèt non habeāt vim legis, ſolent tamē, & debent multùm valere apud Iudices, vt dicebat Menoch. in conſ. 264. num. 46. & Regens Seſſe deciſ. 187. n. 10. Et licèt etiā

54 exemplis † non ſit iudicandum, verùm non malè facient Iudices, nec errabunt ſi ſententiam Senatus ſequantur, Rebuf. in procemi. concorda. verſ. 23. Cabedo tot. deciſ. 212. & ſignanter num. 7. par. 1. Gam. deciſ. 228. Velaſc. conſulta. 148. num. 26. & 27. lib. 2.

55 tùm etiam quia † conſuetudo ſic iudicandi inducitur ex eo quòd bis ita ſit iudicatum Vincen. de Franc. deciſ. 94. num. 16. Batiſ. deciſ. 98. nu. 12. & Cabedo vbi ſuprà, quam conſuetudinem vix licèt infringere. Niſi, inquam, tāta Senatus auctoritas intercederet,

56 quam ego † pluſquàm alij, non lædere ſum adſtrictus, qui omnes meas lucubrationes auctoritate prædicta illuſtrare ſemper curaui, & nihil ferè dicere, niſi quod à Senatu approbatum vidi, magis proculdubio placeret cōtraria opinio, tùm propter rationes, quas Ferrerius adducit loco ſuprà citato, & qui ab eo allegantur, tùm etiam propter eam, quam tetigit Antho. Fab. in cita. defin. 1. de

57 iur. dot. Vbi poſtquàm † dixit in caſu quo à patre tota dos non fuit exacta, non teneri maritum ad eam integram reſtituendam, addit non ſic eſſe in dotis augmento, de quo loquimur, quod totum debebitur nihilominùs, *quia* (inquit) *non tam propter dotem* (licèt ex dotis *comparatione*) *quàm propter defloration*ē, *vt aiunt, & in virginitatis premium debitum.* Hæc ratio conuenit proptiè noſtro ſponſalitio, quod in merum premiū virginitatis fit, nullum ad aliud habēs reſpectum, vt diximus, & ſolēt ſtipulari in fauorē

58 filiorū in proprietate, nec quicquam † habet commune cum donatione propter nuptias, quæ eſt de iure communi, ex qua & ſeu ex his, quæ iura circa dictam donationem diſponūt, ne ſoluatur pro rata dotis ſolutæ, DD. arguunt ad illud, quod augmentū dotis vnusquiſq; in ſua prouincia vocat. Quæ cum ita ſint, non videtur quòd debeat diminui ſub prætextu quòd tota integra dos non ſit ſoluta, nec ius quæſitū per ſtipulationem vxori, & filijs auferri poſt cauſam iam ſequutam, & adimpletam, amiſſam ſcilicet virginitatem, propter quam facta fuit ſpōſalitij donatio. Nec videtur verum quòd in noſtro caſu, & in noſtro ſponſalitio habeat locum, & procedat quod ſuprà diximus hanc ſtipulationem habere in ſe tacitam condirionē ſi tota dos ſoluatur, id enim nullibi probatur.

59 Et ſi antiquus † eſt Senatus ſtylus contrarium iudicandi, ex anno ſcilicet 1513. & ſic centum ab hinc annis, & vltra, vt vidimus in prima deciſione ſuprà relata, antiqua etiam eſt contradictio in eodem Senatu: reperio enim quòd iam tunc fuit qui opinioni contradiceret: Frāciſcus enim de Valleſi. a, qui tunc vnus erat ex Regijs Senatoribus contrariæ fuit opinionis volens, quòd licèt tota dos non eſſet ſoluta, totum tamen augmentum nihilominùs debebatur, prout fuerat promiſſum & ſtipulatum, *cum debeatur* (inquit) *in premium virginitatis, & pudicitiæ vxoris, & ex pactis nuptialibus, & nō proſecuritate dotis, & non ſolum fauore mulieris, verùm etiam filiorum, & alias.* Ecce noſtras cogitationes per hunc grauiſſimum Doctorem approbatas. Ecce quod nos de anno 1619. quo hæc ſcribimus, excogitauim' quæ ille de anno 1513. meditatus eſt.

60 Nec ex poſt † defuerunt etiam in Senatu qui ſuprà dictis contradicerent: ſcio enim vnū eſſe qui adhuc viuit, qui extremè in certa facti cōtingētia hanc defendit opinionē, & in ea adhuc fortiter ſtat, & perſeverat.

Pro qua etiam opinione multùm latè ex poſt ſcripſit Mar. Giurb. in conſue. Meſſan. cap. 13. gloſ. 2. p. 1. num. 29.

Iuxta quæ ſolùm vnus reſtat caſus quo ſponſalitium deberetur in parte tantū propter dotem in parte dūtaxat ſolutā, videlicet quādo vxor dotem promiſiſſet, nec eam ſoluere voluiſſet, ne enim ex ſua mora & remitentia fallendo virum, commodum reportaret, iuſtum eſt quòd ad modū dotis ſolutæ ei ſoluatur ſponſalitium.

Tu hæc cum magna attentione animi cōſiderabis, & quod iuſtius videbitur, ſequeris.

61 Bonum eſſet † quòd tabelliones, qui hæc inſtrumēta recipiūt, nos ab his difficultatib'

liberarent, ſicut poſſent faciliter, explorando voluntatem contrahentium, ſi erat quòd dote ſoluta, & non ſoluta, in omni caſu deberetur, & poſſet peti ſponſalitium, quod
62 fieri poſſe † ducet Guido Pap. in citat. deciſ. 274. num. 1. per textũ in l. 1. §. proculdubio, C. de rei vxor. actio. & in l. fin. ibi: *Pacta ſeruari oportet*, Cod. de donatio. ante nupt. Imò
63 generaliter † paciſci poteſt inter contrahentes, quòd in omni caſu & ſemper ſit tota dotatio propter nuptias vxoris, Surdus conſil. 164. num. 14. lib. 2. Molin. de ritu nuptiar. & pact. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſt. 1. num. 240. Vel ſi erat voluntas contrahentiũ quòd ad proportionem, & pro rata dotis ſolutæ tantùm deberetur ſponſalitiũ, & continuata voluntate, & intentione contrahentium & tabelliones, prout eis declaratum eſſet, ceſſarent torturgia, & contentiones, quæ vniuerſum mundum deſtruunt propter ignorantias, & defectus Notariorum, maximè in explicanda benè voluntate contrahentium.

64 Et ſi, relinquẽdo † rem in ſtatu in quo hucvſque fuit, vis conciliare opiniones, vide Cãpeg. in tract. de exactio. dot. q. 77. quem ſequitur Moli. in ſæpè relata quæſt. 1. nu. 216. qui docent, quòd aut pater, qui dotem promiſit erat ſoluẽdo, & ſine magno illius incõmodo poterat ſoluere, neque exegit maritus, & tunc eſſe in culpa videtur, quæ vxori nocere nõ debet, ſi poſteà effectus ſit nõ ſoluendo, ſin minùs, vbi ſoluendo non erat, vel cum maximo illius incommodo, imputari marito culpa non debet. Bonæ conſiderationes hæ ſunt, ſed non modicùm difficiles ad præticandum.

65 Plures aliàs quæſtiones † adducunt Doctores in hac materia, & circa eam, quas ego omitto, vel quia ſi ſuprà factam reſolutionẽ æquiparationis patris dotãtis cum extraneo amplecteris, vix illis opus habebis, vel quia quando illam non ſequaris, reſolutas omnes prædictas quæſtiones habebis apud tres Doctores noſtræ prouinciæ ſuprà adductos, nẽpè Ferrer, Canc. & Molin. ad quos cùm caſus occurrerit, recurras, ibi habes omnia, quæ in his requirere poſſes. non eſſet niſi repetere, ſi aliquid dicere vellem.

66 Et ſignanter eſt notandum † cap. 48. ſuprà cita. obſeruan. Michae. Ferrer in 3. part. vbi diſputat de caſu magis in his frequenti, qui eſt, quando pater promiſit dotem, & non ſoluit ſtatim, ſed promittit in certis terminis ſoluere, & de hoc firmat obligationem, & deindè moritur maritus tota dote nõ accepta, vel quia non potuit habere à patre, vel quia nondum venerant termini, vbi videbis quid ſeruet Senatus circa exactionẽ ſponſalitij, ſi non vis ſequi aliam opinionem, quã ſuprà propoſuimus de toto eo lucrando in omni caſu.

67 Circa quod † cap. 48. multùm inſudauit noſter Molinus in eo reprobando, neſcio an multùm fœliciter, qui Ferrerium noſtrum, quem omnes in magna æſtimatione habemus, dixit non ſemel infœlicem fuiſſe in negotijs tractandis, forſan idem ei nunc contingit in explicando illud idem, quod dicit Ferrerium loco citato ſubobſcurè tractaſſe. Molin. (inquam) in cita. tract. de ritu nuptiar. & pact. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſtio. 1. num. 225.

68 De hoc puncto † eſt expreſſa deciſio Senatus facta 23. Auguſti 1563. Relatore egregio olim Senatore N. Serra, inter Mariã Annam de Malla, & Antoniam Caſas, vbi fuit
† *dictum*, quòd quando maritus accepit à parentibus vxoris promiſſionem, & obligationem de dote illi ſoluenda, dilata ſolutione ad tempus, tali caſu ſoluto matrimonio per mortem viri, vxor recuperat dotem, & augmentum à bonis viri, etiam ſi vir ipſam dotem non exegerit ab obligatis, *Quia* (inquit) *illa confeſſio, recognitio, & obligatio erat in ſolutum dotis*. Alia videbis de iſtis recognitionibus infrà, vbi tractabimus de dote confeſſata.

69 Idem *ſequitur* † Senatus Valentinus, vti
† habes nouiſſimè poſt hæc ſcripta, apud egregium ſupremi Concilij Coronæ Aragonum Conſiliarium, don Franciſcum Hieronymũ Leo, deciſ. 17. ex num. 1. cum ſequentib. In ſumma, dempto caſu quando pater conſtituerat dotem, de quo iam ſuprà dixi, quotieſcunque non poteſt imputari culpæ mulieris quod dos non ſit ſoluta, aut exacta, ſemper mulier habet, ſeu habere debet ſponſalitium. Ita pulchrè eiſdem his verbis Senatus
† *dixit* Relatore egreg. olim Sena. Celidonio Valencas die 16. Septemb. 1596. inter tutores & curatores pupilli don Io. de Cardona, & nobilem Praxedem illius matrem. Actuarius Fontana.

70 His omiſsis, † quorum apud Doctores ſuprà allegatos faciliter poteſt haberi reſolutio, ego ſolùm pono nouam quæſtionem, quã à nemine tractatam vidi, nunquid ſi de numeratione dotis, aut partis illius non conſtat aliter, quàm per confeſsionem mariti factam in teſtamento, debeatur noſtrum ſponſalitium totũ, ac ſi per veras probationes aliàs de ea conſtaret, vtpotè per apocham de recepto, quæ in vita facta fuiſſet. Loquor in terminis quando amplecteretur ſententia Senatus, quòd pro modo dotis ſolutæ tantùm deberetur ſponſalitium, vt ſuprà dixi; nam aliàs non intrat, nec intrare poteſt hæc quæſtio. In qua ego breuiter,

& reſo-

& reſolutiuè teneo non deberi ſponſalitium niſi pro parte, qua dos probabitur aliàs ſoluta, & ſi nihil aliud eſt præter hanc confeſſionem in teſtamento factam, nihil proculdubio habebit mulier de ſponſalitio. Moueor,
71 quia † dicta confeſſio non probat dotis numerationem, ſed ad ſummum importat legatum, & vt tale poteſt exigi, iuxtà latè tradita per Surd. tota deciſio. 285. & eſt deciſio
† noſtri Senatus, quæ ita *declarauit*, facta die 2. Octobris 1566. Relatore egregio tunc Senatore N. Ros, inter Hieronymum Vila, & Antonium Polir, qua idem declaratum fuit quod in Senatu Mantuæ apud Surd. in citata deciſio. 285.
72 In tantùm † quòd propterea quia ſolùm prædicta confeſſio ſuſtinetur in vim legati, non habet priuilegia dotis, prout reſoloit noſter don Ludouicus à Peguera deciſio. 149. per tot. dicens ſecundùm prædicta ſolitum eſſe *iudicari* in Regia Audien-
†† 73 tia. Et in illo caſu † quo mulier non habet aliam probationem dotis, quàm quæ ſuſtinetur ex confeſſione facta in teſtamento, non gaudet beneficio conſtitutionis hac noſtra, quod maximum eſt priuilegium mulierum in noſtra Cathalonia, vt alibi diximus, Mier. in d. conſtitutio. num. 19. Deſpujol in additio. ad eundem num. 34. & Cancer in 1. par. variar. reſolut. cap. 9. de dot. & donatio.
† prop. nup. nu. 27. Et *declarauit* Senatus Relatore egregio Senatore Hieronymo Sẽjuſt die 5. Iunij 1606. in cauſa Eliſabethæ Ioannæ Vbac viduæ, contra Onophrium Llobet oppidi Perpiniani, Scriba Maſdeu.

Si hæc ſunt vera, prout ſunt, ergo nihil eſt probatum de ſolutione dotis, ergo nihil de ſponſalitio erit ſoluendum, ſecundùm opinionem illorum, qui ad proportionem dotis volunt ſponſalitium fore ſolummodò ſoluendum, viden. eſt authen. ſed quæ, C. de pactis cõuen. vbi habetur vxorem, quæ nihil ex dote conſcripta prætitit, nihil marito mortuo percipere debere ex donatione.

De iſtis confeſsionibus quæ fiunt in teſtamento, vide alia infrà in materia conſtitut. hac noſtra, in materia reſtitutionis dotis, circa interpretationem authent. res quæ, C. cõmun. de lega. & circa apocham dotis, vbi fuſiſsimè declarauimus hanc materiam cõfeſſionis dotis factæ in teſtamento.

SVMMARIA.

1 *Pactum quòd ſuperuiuens acquirat ex bonis coniugis præmorientis certam quãtitatem, frequentatur in Regnis Caſtellæ, & Franciæ, & in Ducatu Sabaudiæ.*
2 *Capitula matrimonialia quando dicantur in oppido Perpiniani fieri ad vſum & conſuetudinem de caſtell. vbi deciſ. noſtri Senat.*
3 *Pactum quòd ſuperuiuens lucretur aliquid ex bonis cõiugis prædefuncti, valet de iure, propter reciprocationem, & æqualitatẽ pacti. vbi deciſ. noſtri Senatus. (licitum.*
4 *Incertitudo, & æqualitas faciunt contractum*
5 *Pactum ſuperuitæ debetur mulieri totum, etiã ſi tota dos non ſit ſoluta, ſi mulier viro ſuperuiuit. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
6 *Mulier an pro quantitate promiſſa in caſu ſuperuiuentiæ, præferatur aliis maritꝰ creditoribus. remiſsiuè.*
7 *Superuiuentia eſt ſoluenda ex illis, quæ dicuntur propria bona præmorientis, non de bonis patris.*
8 *Superuiuens quomodo & quando æquirat in proprietate, vel in vſufructu tantùm illud quod pactatum eſt. vbi deciſſ.*
9 *Pactum non valet quòd lucrum ex primo matrimonio prouenient, non acquiratur filijs.*
10 *Sponſalitium quod frequentatur in Diœceſi Gerundæ, communiter appellatur tantundem.*
11 *Sponſalitium quod frequentatur in diœceſi Gerundæ eſt illa donatio propter nuptias, quæ de iure communi fiebat æqualis doti ad illius ſecuritatem. & num. ſeq. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
12 *Donatio propter nuptias, quæ ſolebat fieri de iure communi ad ſecuritatem dotis, adhuc frequentatur in diœceſi Gerundæ.*
13 *Sponſalitium quod frequentatur in diœceſi Gerundæ redit ad maritum ſoluto matrimonio. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
14 *Pactum quod ſponſalitiũ tantundem dictũ; ſit vxoris poſt diſſolutum matrimonium, eſt de iure validum.*
15 *Pactum quod ſponſalitium quod tantundem in diœceſi Gerundæ appellatur, ſit filiorum, de iure tenet, & valet, & per illud acquiritur ius filijs irreuocabile.*
16 *Sponſalitium tantundem dictum, & ſeu illius conſtitutio quid importet.*
17 *Notarij increpantur, quod ſequendo potiùs formularia, quàm explorando voluntatem partium, ſæpè inſtrumenta conſcribant.*
18 *Sponſalitium tantundem dictum operatur eoſdem effectus quos antiqua donatio propter nuptias.*
19 *Donatio propter nuptias quos effectus operatur, remiſsiuè.*
20 *Donationis propter nuptias dominium nõ trãſit in vxorẽ, ſaltem cum effectu aliquid operandi, nec eius fructus vxor facit ſuos.*
21 *Mulier in caſu vergentiæ mariti ad inopiã recuperat nedum dotem, ſed etiã ſponſalitium tantundẽ ſicut propriã, & verã donationem propter nuptias. Sed contrarium num. 25.*
22 *Atqui ita obſeruatur in diœceſi Gerundæ:*

23 Cauere an debeat mulier pro habendo iſto ſpõ ſalitio tantundem vocato, cùm vir vergit ad inopiam.
24 Cauere debere mulierem pro habenda donatione propter nuptias cum vir vergit ad inopiam, iura non definiunt.
25 Mulieri in Senatu denegatum fuit poſſe ex bonis viri vergentis ad inopiam detrahere donationem propter nuptias cum dote.
26 Id tamen non placet Auctori.
27 Mariti etiam cùm ingrediuntur domum vxoris ſolent facere iſtud ſponſalitium tantundem vocatum, & quid illud importet. vbi deciſio noſtri Senatus.
28 Filij quibus eſt ſtipulatum ſponſalitium, ſuccedunt æqualiter abſque eo quòd pater poſſit in fauorem vnius, aut alterius gratificare. vbi deciſ. noſtri Senatus.
29 Filij etiam de iure communi, ſecluſo omni pacto, ſuccedunt æqualiter in ſponſalitio. vbi deciſio.
30 Deciſio quædam Senatus Gratianopolitani in hac materia ſucceſſionis æqualis filiorum in primo tomo addu&ta, hic iterum perpenditur.
31 Franciſcus Ferrer Ilerdenſis notatur.
32 Filijs filiorum vocatis in aliqua donatione nullum acquiritur ius, niſi ſint parentum hæredes, defendit latè Andre. Molfeſ. qui tamen reprobatur.
33 Electione inter filios patri conceſſa tacitè, vel expreſsè, filij omnes non ſuccedunt, ſed qui eligitur ſolum.
Electio reſeruata, vel conceſſa inter liberos tacitè, vel expreſsè quando dicatur, & quãdo facta. ibidem, remiſſiuè.
34 Electione non facta per eligere debentem inter filios, omnes ſuccedunt æqualiter.
35 Filij quo titulo ſuccedant, cùm pater habẽs inter eos electionem eligere non curat.
36 Franciſcus Ferrer notatur quòd dixerit filios poſitos in conditione quãdo adſunt coniectura vocationis, ſuccedere ab inteſtato.
37 Filijs poſitis in conditione cùm non adſunt cõiectura, cenſetur reſeruata ſucceſſio ab inteſtato.
38 Filij omnes veniunt ex fideicommiſſo, quando pater, qui eligere poterat, non elegit.
39 Electione non facta, quæ fieri debet inter eos qui ſunt de familia, omnes ſuccedunt.
40 Deciſio Senatus noſtri probans quòd electione non facta, filij ſuccedunt titulo quo ſuccedebat pater, cui cum facultate eligendi aliquid donatum fuerat.
41 Hieronymus de Cevallos notatur.
42 Vſufructu prohibito an cenſeatur prohibita adminiſtratio, & è contra.
43 Doctores referuntur, qui tenent vſufructu prohibito non cenſeri prohibitam adminiſtrationem.
44 Deciſio Senatus noſtri in hac materia.
45 Vſufructu prohibito non cenſetur prohibita patri adminiſtratio, quando non prohibetur ex aliqua ſuſpitione vſufructus, ſed ex aliqua alia ratione.
46 Pater priuatur adminiſtratione bonorum filij ex malis moribus ſuis.
47 Pater an eo ipſo quòd priuatur vſufructu bonorum filij per legem, vel per hominem, cenſeatur priuari eo quòd ſit ſuſpectus, aut aliàs, & quia de eo diffideat teſtator.
48 Doctores non obſtante quòd prohibitio facta fuerit à lege, vel ab homine, adhuc diſputãt ſi ex eo quòd ſuſpectus viſus eſſet, vel aliàs.
49 Ad idem adducuntur Surd. Sotomaior, & alij qui benè probant.
50 Adminiſtratione bonorum filij patri prohibita, an cenſeatur prohibitus etiam vſusfructus. vbi deciſio noſtri Senatus.
51 Fideicommiſſa appoſita in contractibus multùm differunt ab appoſitis in vltimis voluntatibus.
52 Conſanguinei ex parte patris ſuccedunt filio in ſponſalitio ei acquiſito cùm decedit inteſtatus. vbi deciſio noſtri Senatus.
53 Cauſa mediata, an immediata vndè bona prouenerunt in ſucceſſione pupilli, ſit attendida, remiſſiuè. 3
54 Linea effectiua quæ dicatur, & quæ cõtentiua, remiſſiuè.
55 Mater habet legitimam in bonis filij impuberis deceſſi in pupillari ætate, ex parte patris proucnientibus.
56 Mater an excludatur à dicta legitima ob ſubſtitutionem pupillarem filio à patre factã.
57 Conſtitut. Ios impubers, in eo quod loquitur de ſubſtitutione pupillari, declaratur.
58 Deciſiones Senatus noſtri quòd per ſubſtitutionem pupillarem mater excluditur à legitima filij impuberis.

GLOSSA I. PARS III.

De eadem ſponſalitij materia, & de varijs illis ſpeciebus.

Ac alijs etiam in ea materia contingentibus quæſtionibus.

1 MOdus ordinarius † faciendi donationes propter nuptias vxoribus eſt is, qui ſcriptus eſt in noſtris capitulis, de quoq. tanta diximus huc vſque. Sed ſũt loci in Cathalonia non pauci, in quibus hæ donationes ſponſalitia appellata, non frequentantur, ſed pacta ſuperuiuentiæ dicta, æqualia

æqualia inter ipſos contrahentes, quibus ſibi ipſis inuicem promittũt certam quãtitatem acquirendam ei qui ſuperuixit ex bonis præmortui. Frequentãtur hęc in Regno Caſtellæ, & dicuntur pacta reciproca lucrandi, de quibus per Barboſ. in l. 2. in princip. part. 1. num. 164. ff. ſoluto matrim. In Regno Franciæ, prout in terminis eſt de eo tota deciſio Guido. Pap. 565. Et in Sabaudia, vt auctor eſt Anton. Fab. in ſuo Codice lib. 8. citu. 34. definit. 10. Et in noſtra Carhalonia, præſertim in oppido Perpiniani, & terra Roſſilionis & Ceritaniæ: & tunc dicuntur † fieri nuptialia ad vſum, & conſuetudinem vulgariter dicta *de caſtell*, cum ſpolio, & donatione propter nuptias de certa quãtitate lucrãda per ſuperuiuentem ex bonis præmorientis, quæ ſunt verba formalia poſita in quadã Senatus concluſione facta inter Requeſens, & Requeſens 13. Martij 1582. de qua infrà dicemus. Et ego, qui mulierem Perpinianenſem duxi in vxorem, pactum iſtud feci cum ea in noſtris capirulis matrimonialibus.

Circa quæ pacta, † præſuppoſita illorum validitate, prout eam præſupponunt Docto res prædicti, & noſter Senatus pro ea in terminis *declarauit* 13. Martij 1582. Relatore egregio quondam Senatore N. Balle, inter nobilem Sperantiam de Requeſens, & nobilem Anaſtaſiam de Requeſens, in qua fuit dictum, quòd per dictum pactum reciprocũ quæritur actio ſuperſtiti ad conſequendum quantitatem promiſſam, *Quæ* (inquit) *conuentio ratione incertitudinis ſuſtinetur, & ex pari conuentione nulla alterius libertas, neque læſio conſiderari poteſt*. Ecce qualiter † propter reciprocationem pacti, & æqualem ſpẽ lucri, & damni hæc ſuſtinentur, quod eſſe ita de iure ego pluribus probaui in primo tomo elaoſu. 4. glo. 18. par. 3. ex num. 103. pro ſuſtinendis aliis ſimilibus pactis, & conuentionibus. Omiſſo † (inquam) quod attinet ad validitatem conuentionis, de qua nõ videtur poſſe dubitari; quod dubitari poteſt circa rem hanc eſt, an non ſoluta dote, vel minùs integrè ſoluta; debeatur iſta ſuperuita quando mulier ſuperuinit, an pro ratã tãtùm dotis ſolutæ, quemadmodùm in alijs ſimilibus donationibus propter nuptias, & in noſtro etiam ſponſalitio, (præſuppoſito quòd ea opinio tibi placeat) ex approbatis Doctoribus ſupra tradidimus.

Hanc quæſtionem tractat in terminis his Guido Pap. in citata deciſio. 565. quam reſolait in fauorem mulieris, dicens quòd ſemper debetur integra quantitas promiſſa, ad quod iuſtificandum adducit quinque fundamenta, quæ ego omitto, quia magis accommodantur materiæ aliarum donationũ propter nuptias, quæ fiunt ſoli vxori à marito, de quibus huc vſque egimus, quam ei de qua nunc tractamus. In noſtro etiã Senatu eadẽ quæſtio in terminis fuit tractata in ſuprà relata cauſa de Requeſens, & fuit ſimiliter † *reſoluta* pro muliere, quòd indiſcriminatim debeatur, ſiue dos ſit ſoluta, ſiue non, & ſiue in totum, ſiue in parte, idque ex alijs motiuis magis proprijs. Dicitur enim in ea declaratione expreſsè, *Quòd quamuis aliæ donationes propter nuptias, ſeu ante nuptias, quæ futuris vxoribus fieri ſolent, quæque ſecundum diuerſitatem regionum, prouinciarum, ciuitatum, & locorum diuerſis nominibus appellantur, & quæ diuerſis ex cauſis elargiri dicuntur, aut propter onus dotis dandæ, aut ob laudabilem futurarum vxorum virginitatem, aut propter futurorum maritorum meram liberalitatem, non ſoleãt regulariter perfectum ſortiri effectum niſi perfecto matrimonio, dote promiſſa, integriterque ſoluta, aut tantum pro ea parte, quæ ſoluta fuit marito, veruntamen in his reciprocis; & viciſſitudinarijs pactis ſola matrimonij perfectio conſideratur, licèt de ſolutione dotis non appareat*. Hæc pulchrè Senatus.

Aliud etiam † circa eandem donationem oritur quandoque & mouetur dubium, nunquid mulier in hac re ſibi donata per maritum in caſum ſuperuiuentiæ, præferatur omnibus mariti creditoribus poſterioribus, licèt contraxerint ante conditionis caſualis euentum. Quam quæſtionem hic non tracto, quia commodior locus erit cùm de iuribus vxoris, & illius prælatione aduerſus creditores agemus in ſequentibus, ibi videda hæc expecta.

Notabis etiam † huiuſcemodi pacta ſuperuiuentiæ ſolita eſſe fieri hoc modo, quod ſuperuiuens lucrerur certam quantitatẽ ſuper bonis præmorientis, quæ conceptio verborum tollit facilè dubium quod nõ diu eſt, vidi ſuſciratum, ſi quantiras pactata erat ſoluenda viro qui ſuperuixerat ex ea parte dotis, de qua filiæ pater conceſſerat poſſe liberè diſponere in caſu qui ſucceſſerat quòd decederet abſque liberis, an verò ex ea parte, quæ reuerrebatur ad parrem, quia cùm marirus eſſet hæres vxoris, & ſic iam haberet hunc tirulum ad illam partem dotis, de qua mulier porerat teſtari, volebat ſuperuiuentiam aliundè habere. Sed reſpondi inciuilem eſſe ſuam ipſius prætenſionem, cùm repugnet pactum, quod lucrari ſuperuitã vult in bonis præmorientis, quæ in iſto caſu conſiſtunt in iſta parte dotis, de qua mulier poteſt teſtari, non in bonis patris, & ſeu quę ad patrem reuerſura ſunt. Cùmque verba expreſſa pacti tollant dubitationẽ, exiſtimaui non

non esse aliud quærendum. Si partes nõ concordant, sicut forsan cõtinger, in causa nobil. Ioannis de Vilanoua contra nobilem Raymundum de Guimera, coram egregio Senatore primario Ioanne Gallego, Actuario Ioanne Payssa, hic punctus erit de necessitate tractandus, & decidendus, vbi videre poteris. Bonum esset quòd Notarij animaduerterent partibus vt declararent si volebãt solui superuitam debere ex hoc, vel ex illo, qui foret & est facilis tollendi difficultates modus.

8 Quærunt finaliter non raro nostri † circa istam superuiuentiam, an illa acquiratur superuiuenti in proprietate in omni casu, siue habeat liberos, siue non: Quibus respondebreuiter sic, quòd si superuiuens decedit absque liberis, vel cum eis, absque eo tamen q̃ transisset ad secundas nuptias, id quod pro superuiuentia in sui fauorem stipulatum est, acquiritur ei sine dubio in proprietate. Sed si ad secundas nuptias transit habẽs filios ex primo matrimonio, solùm habebit vsumfructũ de vita, reseruata filijs proprietate eorũ bonorum tanquam lucri prouenientis ex primo matrimonio, ex l. hac edictali, cum alijs, C. de secun. nupt. Sic pulchrè noster Mieres in constitut. hac nostra, num. 126. in vers. Sed iuxtà hoc quæro, in 1. par. sui operis, fol. 153. colum. 4. Quæ opinio magnam habet auctoritatem ex eo quòd posteà dicit se pluries
†† ita consuluisse, & pro filijs vidisse bis *prontitiari*, & benè (inquit) vt credo. Nec aliquid
9 asserit † profuturum pactum, si fierçt, quòd superuiuens haberet lucrum ad suas voluntates, etiam si secundò nuberet, & ex primo matrimonio haberet filios, vel etiam renuntiaretur l. hac edictali, quia non posset per hoc præiudicari filijs, quibus iura dederunt illam proprietatem in vtrionem suæ iniurię, ad quod allegar Bar. in l. si quis in principio testamenti, in penultima quæstione. Atque de his satis. Recurre ad Mier. si casus acciderit, qui bene rem declarat. Nec pœnitebit videre pro hac materia ea quæ depœnis secundò nubentium nos tradidimus suprà clau. 5. gl. 8. par. 11. per tot.

10 In diœcesi Gerundæ † aliud vsitatur, non enim solent fieri, nec promitti sponsalitia, sine *sereix*, nec pacta superuiuentiæ, sed dicit maritus quòd portat tantundem vxori in valore de bonis suis, quantum illa attulit illi in dotem. Circa quod quæsitum de pluribus vidi, ac imprimis quid sit istud tantundem, & cuius naturæ, & deindè cui acquiratur soluto matrimonio.

11 Quoad primum, † habemus nostrum Thomam Mieres, ac ipsum quidem Gerundensem, qui ei quæsito satisfacit in constitutio. hac nostra, num. 118. & 120. dicendo quòd
12 ista donatio est illa donatio propter nuptias, quæ de iure communi frequentabatur, æqualis doti, ad securitatẽ illius inuenta, de qua ego nonnulla dixi, saltem quæ sufficiunt ad illius cognitionem, in primo tomo claus. 4. glo. 1. à num. 1. cum sequentib. & signanter num. 7. Vbi adduxi, † quòd licèt communiter dicatur donationem illam propter nuptias, quæ erat de iure communi, abijsse in desuetudinem, non tamen in ciuitate, & diœcesi Gerundæ, vbi adhuc viget, & fit in ista forma. Eiusdem donationis naturam, præter à me allegata in loco suprà citato, explicat etiam latè nouissimè noster Molin. in tract. de ritu nupriar. & pact. in matrimo. conuen. lib. 3. quæst. 21. ex num. 6. & quæstio. 43.
† per totam. Atque ita in terminis *declarauit* Senatus 30. Iunij 1588. inter Petrum, & Annam Boygues, Relatore egregio tunc Senatore, postcà in supremo Coronæ Aragonum Concilio Regente, don Ioãne Sabater, dicendo *multùm differre hanc donationem, quæ fieri solet in diœcesi Gerundæ, ab ea quæ appellatur* sereix, *quia est in effectu illa donatio propter nuptias, quæ fiebat de iure cõmuni ad taitionem, & securitatem dotis, &c.* Elegans, & multùm docta, & laborata conclusio, non paucos elegantes decidens casus in hac materia, omninò videnda, & notanda in Archiuo Regio.

13 Ad secundum, facilis † est responsio. Presupposito enim quòd sit donatio illa, quæ de iure communi dicitur & appellatur propter nuptias, clarum est, quòd redire debet post mortem ad maritum, vel eius hæredes, sicut redit dos ad vxorem, & eius hæredes. Hæc enim est natura harum donationum, & dotiũ respectiuè, l. fin. C. de donatio. ante nuptias, Anton. Gomez in l. 50. Tauri, num. 9. noster Mieres in sæpè citata constitutio. hac nostra
† num. 120. Et *dixit* expressè Senatus in sup. citata causa illorum Boygues, declarando ex dicta ratione *non competere mulieri ius ad dictam donationem post mortem viri, quæ prætendebat illam ad se pertinere, sicut si esset sponsalitium promissum in premium virginitatis*. Vtinam hanc decisionem ego habuissem, dum cum illo Assessore, de quo in primo tomo clausu. 4. glos. 1. num. 9. contendebam, si mulier pro ista donatione, & illius ratione poterat post viri obitum tenere bona mariti, & fructus illorũ suos facere donec donata sibi soluerentur, quemadmodũ pro sponsalitio, *esterix* vocato, illud ei conceditur: cum hac enim declaratione, vltra ibi tradita, monstrassem ei qualiter decipiebatur in regulando hanc donationem cum dicto sponsalitio, & *esterix*, quo vtimur in

ferè

ferè tota Cathalonia.

14 Fallit † niſi per pactum alitet dictũ fuiſſet, quòd nec dos rediret ad vxorem, ſicut debet, nec donatio propter nuptias ad virũ, valeret ſiquidem tale pactum ſine dubio, vt probant Guido Pap. deciſio. 147. num. 3. in verſic. Quia illud, Tepat. in variar. ſentenr. iur. compend. lib. 2. tit. de donat. prop. nup. cap. 10. verſic. Quod dicitur, qui allegat glo. in cap. 4. extra de emption. & venditio. latè Vincen. Carroc. qui plures in id allegat, deciſ. ſeu caſ. 110. nu. 6.

15 Fallit item, † ſi factum fuiſſet pactum, & eſſet poſt coniugum mortem, filiorum, prout ſæpiſſimè fit, dicendo, *Ita vt dictam dotem, & donationem nos dicti cõtrahentes teneamus, & poſſideamus dum vixerimus, & poſt noſtri obitum ſit infantium ex nobis procreand rum*, tunc enim propter iſtud pactum ſtipulatum in fauorem filiorum, non redeunt bona donata ad hæredes matiti, ſed imò ad filios, quibus donata fuere, prout in terminis dicit noſter Marquil. in vſat. de inteſtatis quæſt. 38. fol. 354. colum. 4. verſi. Quæro 38. & fol. 355. colum. 1. in reſponſione ad quartum, & quintum argumentum, dicens per hæc pacta fieri filios proprietarios, & parentes vſufructuarios, taliter quòd nullo modo poſſint de rebus comprehenſis in dicta donatione diſponere, cùm iam illa dederint an † teà filijs illius matrimonij. Ita *declarauit* Senatos de anno 1607. referente egregio Senatore Ioſepho Ferrer, in illa cauſa fratrũ Anfoſos oppidi Biſulduni, cuius ego aliàs meminì in primo huius laboris tomo clauſ. 4. gloſſ. 1. num. 8.

16 Sed ſi nullum † adeſt pactum quòd cuiquam acquiratur iſtud noſtrum ſponſalitium de quo agimus, ſed ſtat, prout ſæpè fit, in nudis terminis cõſtitutionis, illo modo quo diximus, quòd maritus portat tantundem vxori ſuæ de bonis ſuis, cum claulula, *Vt dictam dotem, & donationem propter nuptias teneamus & poſſideamus ambo quamdiu vixerimus.* Quæſitum vidi non rarò quid hoc im-

17 portet. Remittendi † ad Notarios forent qui id quærunt, pro huiuſce rei explicatione, qui ſequendo formularia potiùs antiqua, quæ habent, quàm voluntatem contrahentium eis declaratam, hęc ex ſtylo ponũt. Ego id explicabo, poſtquam hanc materiam ſum ſubingreſſus.

18 Hoc ſpõſalitium † dixi eſſe donationem illam ante nuptias, ſiue ptopter nuptias de iure quidem digeſtorum incognitam, ſed de iure Codicis adinuentam: ſequitur ergo & operabitur illis effectus quos donatio propter nuptias de iure opetatur, cùm fit in aliquo matrimonio.

19 Sed qui ſunt † iſti effectus? Noli illos ſcire, quia nihil tibi vnquam proficient ad praxim: ſi tamen eos videre volueris, lege Anto. Gomez, & noſtrum Molinum in locis ſuprà citatis, qui multùm temporis in hoc explicando conſumpſere, ac poſt eos non omittas Gerardum Maynardum deciſ. Tholoſa. 56. lib. 4. & Ioan. Vincentium Honde. conſ. 48. lib. 1. vbi plenitſimè de hoc. Nec e-

20 nim † tranſit in dominium vxoris, ſaltem cũ effectu vt mulier hac donatione vti valeat, ſed remanet ſemper penès maritum, & ideò cenſetur potiùs conſtituta, quàm tradita: nec vxor luctatur huius donationis fructus, ſicut ſtatuitur in dote, quod poſſet eſſe alicuius conſiderationis, vt declarant Beccius in conſil. 43. num. 13. & noſter Molin. in tracta. de ritu nupt. & pact. in matri. conu. lib. 3. q. 43. num. 5. & 10.

21 Solùm in hoc eſt vtile † iſtud ſponſalitiũ, quod donatio propter nuptias dicitur, quòd ſi vir vergit ad inopiam, & mulier vult ob id ſicut poteſt, recuperare dotẽ remedio l. vbi adhuc, C. de iure dot. recuperabit etiam, & recuperare poterit iſtam donationem, vt ſe, maritum, & filios alere poſsit, Anto. Gomez in citata l. Tauri 50. num. 10. verſic. Tertius eſt, Franciſc. Bec. conſil. 43. num. 19. Viuius deciſio. 538. num. 8. Gail obſeruatio. 83. nu. 2. lib. 2. Molin. vbi ſup. nu. 19. cum alijs latè adductis pet Marium Giurba in conſuet. Meſſanen. cap. 13. glo. 2. par. 1. nu. 20. & dicam infrà glo. 2. par. 2. numer. 60.

22 Hæc, vt audio, obſeruantur † inconcuſsè in diœceſi Gerundenſi, vbi iſta ſponſalicia frequentantur. Opponit enim ſe mulier ſimul cum dote pro dicto ſponſalitio, & adjudicatur ei de bonis mariti, vel mobilibus, vel immobilibus, quantũ æſtimatum ſufficit ad ſoluendum vtrumque, ſicut ſolet fieri pro vero ſpõſalitio in alijs Cathaloniæ partibus vbi frequentatur, vt explicabimus in inferioribus, dum de oppoſitionibus mulierum agemus.

23 Vnum tamen † reperi obſeruari ſimul in eadem diœceſi in iſto ſpõſalitio, quòd ſi eſt liberandum vxori in pecunia numerata, cõpellitur ad præſtandum cautionem de eo re ſtituendo ſoluto matrimonio, quo tempore, vt diximus, reſtituendum eſt, & ſeu ad maritum redire debet, quod eſt tribuere ei aliquid de ſponſalitio vero, in quo, vt vidiſti in ſuperioribus, exigitur iſta cautio de reſtituendo, ſi non ſoluto matrimonio, mortua muliere.

24 Sed † cùm l. vbi adhuc, cum authenti. quæ poſt eam ſequitur, C. de iure dotium, quæ permittunt hanc dotis, & donationis exactionem in caſu vergentiæ mariti ad inopiã,

non

non requirant aliquam cautionem, dubitare meritò poterit quilibet quo iure in diœceſi Gerunden. ad eam obligatur mulier. Die quòd ex duplici capite, nempe vel ex conſuetudine, quæ ſine dubio ibi debet de hoc vigere, quæ multùm in his poteſt, vel etiam ex eo quòd quaſi vſufructuaria in hoc caſu cõſiderari poteſt, quo nomine teneri ad cauendum nemo dubitat, provt reſpectu veri ſponſalitij probauimus ſuprà hac eadem clau. 7. gloſ. 1. par. 1. ex. nũ. 50. vbi hoc etiã medio defendi praxim obligandi mulierẽ ad cauendũ de reſtituẽdo poſt obitum verũ ſponſalitium, quod recipit.

Non dico quòd non aſſecuretur iſta donatio propter nuptias cum in iſto caſu exigitur, quia imò aſſecurari debet ne alienetur, & conſumatur, ſed deſeruiat pro oneribus matrimonij, & idem eſt de dote, vt habes inferiùs glo. 2. par. 2. ex num. 52.

25 Dixi ſuprà dicta † obſeruari in diœceſi Gerundæ, vt viro vergente ad inopiam mulier recuperet nedum dotem, ſed etiã hanc donationẽ propter nuptias tantundem appellatam. Sed vidi in Senatu idem prętenſum, ſed non *conceſſum*, imò pars quæ ex eo grauamen prætendens ſupplicauerat à prouiſione, qua ſola dos fuerat adiudicata, condemnata fuit in expenſis, prouidendo ſtandum eſſe in prouiſis, prouiſione facto verbo facta 27. Auguſti 1621. Relator erat egregius Senator Ioſeph. Ferrer. Actuar. Sebaſt. Coſta. Partes Paulinus Negre cultor de Corſa, & Petrus Suñer cultor etiam de Par-

26 lana. Verũ † ſalua pace, ego in diuerſa ſum ſententia, quod ſatis ſufficienter iuſtificatũ manere ex ſuprà traditis exiſtimo, attenta natura donationis propter nuptias, qualem hanc eſſe & Doctorum, & noſtri Senatus auctoritate ſuprà probauimus, quam poſſe cũ dote repeti à marito vergente ad inopiam indubitatum eſt, vti infallibili legum teſtimonio in ſuperioribus etiam docui.

27 Aliã ſpeciẽ † donationis propter nuptias vidi etiam in certo loco vſitatã, quæ multis cauſauit laborem in iudicando quid illud eſſe quod contrahentes dicere voluiſſent. Intrauit maritus domum vxoris cauſa nuptiarum, & poſt conſtituta per eam omnia bona ſua in dotem viro, is ita dixit. *Et ſimiliter ego N. do adfero, conſtituo, & aſſigno in donationem meam, & nomine donationis meæ propter nuptias vobis dictæ N. ſponſæ meæ & veſtris, & quibus volueritis perpetuo totum manſum meum N. ita vt hanc donationem meam propter nuptias habeamus, & teneamus nos ambo inſimul dum vixerimus provt decet inter virum & vxorem, & poſt nos, infantes noſtri legitimi & naturales per me in vos procreandi &c.* Et cum de hoc cõtigiſſet tractari in Senatu corã egregio Senatore Franciſco Gamis in cauſa Hoſpitalis Generalis ſanctæ Crucis huius Ciuitatis contra Ioannem Sola de Batet, binis concluſionibus propter binas cauſas factis, quarum vna fuit 5. Octob. 1613. Scriba Vilella,

†† idem *iudicauit* Senatus de hoc caſu, atqui de præcedenti iudicauerat, ex doctrina Marquil. ſuprà relata, *adiudicando manſum filijs in vim pacti in eorum fauorem appoſiti.*

28 Intellige quod iſtud † ius acquiritur iſtis filijs, tam in hoc, quàm in præcedenti caſu, æqualiter, & pro æquis partibus & portionibus abſque eo quòd poſsint poſteà parẽtes gratificare in fauorẽ vnius, vel alterius, provt in regijs ſententijs, quarum memini-

†† mus fuit æqualiter *adiudicatum*, quod quomodo eſſe de iure probetur, non eſt quòd hic referam ſatis multa dixi in 1. tom. clau. 4. glo. 9. par. 1. ex num. 7. cum multis ſequẽtibus.

29 Quibus non † pœnitebit addidiſſe doctiſsimum Don Garciam Meſtril. in nouiſſima deciſ. 212. nu. 39. lib. 3. vbi ex auctẽ. lucrum, C. de ſecund. nup. & Gom. in ſæpè cita. l. 14. Tau. nu. 3. in fin. dicit de iure cõmuni nõ poſſe matrem, etiam ſecluſo pacto, dare plus vni, quàm alteri filiorum de ſpõ-

† ſalitio, & ſe ita *iudicaſſe*.

30 Solùm aduertã † oportet me loco citato num. 8. circa fin. in iuſtificationem eius, quod dixeram, quòd in his, & alijs ſimilibus vocationibus filij veniebant æqualiter vocati, nulla data aut conceſſa patri electione, adduxiſſe vltra deciſiones noſtri Senatus, quãdam etiam deciſionem Senatus Gratianopolita. de hoc factam de anno 1559. quam refert Rabo. in additio. ad Guid. Pap. in cita. deciſ. 184. in verſ. Credo quòd ſic, qua dixi

† *declaratum* fuiſſe pro mea opinione. Pro-

31 dierunt poſt † ea ſcripta, cõmentaria ſuper conſtitutione *los impubers* elaborata, docta ſanè, ac ſuo Auctore digna, & non parùm noſtris, cum de iure noſtro municipali tractent, conducibilia, quæ Franciſcus Ferrer Iuris Conſultus Ilerden. nuper in lucem emiſit, cui Doctori hæc opinio non placuit, & quia auctoritas Senatus prædicti multùm vrgebat multumq; auctoritatis opinioni tribuebat, curauit eam è medio tollere, dicendo ſe admittere non poſſe, quòd dixerim addirionem ad Guid. Pap. meam ſequutam fuiſſe ſententiam, *imò* (inquit) *cõtrariã tenet, & deciſio, quam refert Fanel. facta de anno 1529. pro mea nõ pro ſua declarauit*, ſed deceptus manifeſtè fuit, quia clarè ex verbis huius auctoris conſtat de contrario. Quod vt habeas perſpicuum, & manifeſtum

nifeſtum, nota verba Gui.Pap.in dicto loco n.3. *Sed* (inquit) *an hoc caſu, in quo liberi videntur ſubſtituti, vel inuitati, remanet patri inſtituto facultas eligendi quẽ ex dictis liberis voluerit, ita vt ſufficiat, & voluntati teſtatoris ſit ſatisfactum, dum tamen ad aliquem—, vel aliquos dictorum liberorum hæreditas perueniat? Credo quòd ſic, per l.filius famil. &c.* Intrat nũc Reboc.in additio.poſt verba hæc vltima,& dicit: *Imò cõtrarium decidunt Bar. &c. & ita per illum text.fuit iudicatum per curiam anno 1529.die 16.Decemb. &c.* Ego non video clariùs potuiſſe Additionatorem loqui, vt quid ſentiret, aperiret. Supernenit poſteà N. Boneton, qui aliam ſimilẽ additionem ad Guid.Pap.fecit, & ſuper eiſdẽ verbis, *Credo quòd ſic*, adducendo eandem deciſionem, ita ait: *Adde Berengar. Ferdin. &c. Sed contrarium* (inquit) *verum exiſtimo, per l.cum pater. &c. & ita iudicauit curia 16.Decembr. &c.* Ille Auctor clarè etiã loquitur. Et ſi nobis nolebat Ferrer credere, credidiſſet Maynardo, qui forſan, vti Gallus, meliùs quàm nos Hiſpani Latinitates Gallicas intelligebat: is Doctor in ſuis deciſionibus lib.5.deciſio.68.num.3.eãdem deciſionem Rabotij refert,& clarè dicit fuiſſe eam factam pro noſtra opinione. Sed hęc omittamus,quia non eſt dubium quòd is Doctor veritatem inuenire contendens, & nemini æmulari volens, dixit ſupradicta.

32 Oh, quale feſtum † fieri potuiſſet, ſi dum hæc ſcribebãtur, obuiam factũ fuiſſet quoddam cuiuſdam grauiſsimi viri conſiliũ, quod cum contraria opinione conueniebat. Dicam illud? Etiam, ſi gratias pro eo agere paratus ſis: Ita facies, non moror. Illud eſt conſil.2. Andreæ Molfeſ. poſitum poſt ſuos commentarios in conſuetudines Neapolit. quod eſt totum ad probandum in iſtis donationibus factis filio,& filijs ex eo naſcituris, non acquiri aliquod ius filijs, niſi ſint hæredes patris: & hoc ampliùs in conſequentiã, quòd ſi filius primus donatarius contrahit poſteà debita, creditores ſunt filijs potiores. Quinquaginta duos numeros is Doctor conſumit in hoc probando: ſed ego vellem videre ſententiam, quæ lata in ea cauſa, in qua ipſe ſcribebat, fuit, & interim perſilto in dictis, quæ non iudico indigere alia confirmatione.

33 Niſi vel tacitè, † vel expreſsè facultas eligendi inter filios reſeruata eſſet, tunc non omnes æqualiter,ſed imo qui eligeretur,ſuccederet: de quo cùm multa dixerim in primo tomo clau.4.gloſ.9.par.5.ſtatim in init. per multos numeros, vbi etiam declaraui quomodo tacitè, & quomodo expreſsè cenſetur reſeruata electio, & per quæ verba dicatur facta, & alia ſimilia in hac materiã, ideò hic non repeto.

34 Si autem,quãuis † reſeruata eſſet electio, ea facultate pater vſus non eſt, tunc eodem modo ſuccedunt omnes æqualiter,ac ſi nulla fuiſſet reſeruata,de quo multa dixi loco proxime citato, quæ hic ſunt omittenda, ne repetamus.

35 Solùm nunc † addo quæſtionem, quomodo iſti filij ſuccedant, aut ſuccedere habeãt, & dicantur, id eſt quo titulo. Eam ego in primo tomo omiſeram, quia non exiſtimabam futurum quemquam qui circa hoc dubi-
36 taret vnquam. Vidi tamen † nouiſsimè Franc.Ferrer ſupra cita.in comment.ad cõſtitutio.los impub.dicta glõſſa 5. num.98.& 99.qui tractans quæſtionem,quando filij poſiti in conditione cenſentur vocati, ſi omnes vocati æqualiter intelligi debẽt, an is quem pater elegerit,& poſt reſolutam quæſtionem pro electione,ſtatim dicit quod nos ſuprà diximus, quod non facta electione, omnes ſuccedunt æqualiter: ſed per duas vices repetit *ab inteſtato*, quod ſcilicet iſti filij dicuntur ſuccedere in illo caſu ab inteſtato. Res noua viſa eſt, & inaudita: ſi præſupponit is Auctor filios vocatos in vim primæuæ diſpoſitionis, quomodo dicere poterat poſteà quod
37 ſuccedunt ab inteſtato? Hanc † ab inteſtato ſucceſsionem gloſ.in l.Lucius,verb.liberos, reſeruat ſolùm filijs in conditione poſitis, quando non ſunt vocati, non quando vocati.
38 Deindè, † id eſt contra textum expreſſum in l.cum quidam, ff.de legatis 2. vbi loquens Iurisconſultus in hoc proprio caſu, quando pater, qui eligere poterat, non elegit,dicit omnes venire vigore fideicommiſſi, & diſpoſitionis in ipſorum fauorem factæ, non ab inteſtato, ibi: *Idem ait ſi neminem eligat, omnes ad petitionem fideicommiſſi admitti videri*. Idem dicit Iurisconſultus in l.vnum ex familia, §.rogo, eodem titulo, *Rogo* (inquit) *fundum cum moriens, reſtituas ex libertis, cui voles. Quod ad verba attinet.ipſius erit electio: nec hoc petere quiſquã poterit, quãdiu præferri poteſt alius: defuncto eo, prius, quã eligat, petent oẽs: itaque euenit, vt quod vni datum eſt, viuis pluribus vnus petere non poſſit: ſed omnes petant, quod non omnibus datum eſt, & ita demum petere poſſit vnus, ſi ſolus moriente eo ſuperfuerit*. Hæc bonum eſſet imprimis in nobis examinaremus, quàm faciles que ſit hominem labi conſideraremus, antequam alienos quos exiſtimamus defectus,in medium adduceremus. Sed ad rem. Percontor, ſi ius eligendi fuiſſet conceſſum non ex filijs eligere debentis,ſed ex filijs alterius perſonæ, & is cui conceſſum eſſet, nõ eligeret, quomodo, quæſo, ſuccederent illi filij?

filij? nunquid ab inteſtato? Percontor etiã,
39 ſi grauatus † eſſet quis reſtituere vni de familia,quem grauatus eligeret, eo ſine electione mortuo qui ſuccederent? Reſpõdet Moll.de primoge.Hiſpan.lib.2.cap. 4. nu. 41.quòd omnes de familia, nec ſoli proximiores,& in proximiori gradu exiſtẽtes,ſed remotiores cũ proximioribus,dũmodo ſint de familia.Iſtud eſt ſignum manifeſtũ quòd non darur hic ſucceſſio abinteſtato,quia ſi id foret,ſoli proximiores ſuccederent, qui in ſucceſſionibus ab inteſtato (nemo ignorat) remotioribus præferuntur. Eſſet nunquã facere finem velle hæc vlteriùs comprobare. Bonum eſſet filijs,ab auo vocaris poſt patrẽ cum facultate eligendi patri conceſſa, quòd ipſo nõ eligente dicerentur patri ſuccedere ab inteſtato,nõ auo,ſicq; ſi parer aliqua alie naſſet de bonis aui, nõ poſſent nepotes reuocare?

40 Et ſi ex his † diſpoſitionibus textualibus non es ſatisfactus, lege famigeratam illam deciſionem Senatus factam 3.Februa.1594. referente egregio tunc Senatore, poſteà in Supremo Arag.Regẽte Don Ioãne Sabatet inter tutores pupillorũ Deſcallars, & Alemãdũ Tort,cuius nõ ſemel in primo tomo meminim⁹ in materia hæreditamẽtorũ, vbi
† clarè reperies *declaratum*,quòd quando pater decedit electione nõ facta,filij ſuccedũt æqualiter titulo donationis & hæreditamẽti in eorum fauorem,electione reſeruata fãti,nõ aliãs.Vide in Archiuio Regio.

41 Terruit me † loquẽdi modus quo io hac materia vſus eſt Hierony.de Ceuallos notiſſimus I. C. aliãs de noſtra iuriſprudentia tam benemeritus vti eius induſtriola opera demõſtrãt. Is in 1. par.cõmu.cõtra cõmu.q. 94.ſic formar quæſtionem.Vtrùm filius poſitus in conditione,cenſeatur vocatus ex teſtamento ad hæreditatem,an tacitè ſubſtitutus.Poſtea in principio quæſtionis ſic ait, Filij poſiti in conditione non cenſentur vocati ex teſtamento ad hæreditatem, ſed cenſentur tacitè ſubſtituti.Sanè lapſus eſſet ingens,& præcipitatio magna,nec inferior ſuperioribus, niſi crederemus (nec aliud eſt poſſibile) errorem in calchographo,qui loco dictionis,nec,poſuit,ſed,dicendo nõ cenſentur vocati ex teſtamento,ſed cenſentur tacite ſubſtituti,cum debuiſſer dicere, non cenſentur vocati ex teſtamento,nec cenſentur tacitè ſubſtituti,provt ita loquitur Doctiſſimus Anton. Gom.multorum magiſter variar.reſolu.to.1.c.5.de ſubſtitu.fideicom. nu.42.in verſ.Sed his non obſtantibus: aliãs quomodo ſe compateretur,& quid ſignificaret dicere,filij in conditione poſiti non ſunt vocati,ſed ſunt tacitè ſubſtituti?

42 Iſtorũ occaſione † quæ hic noſter Ferrer dixit de ſupradicta mea opinione, liber referre,quia forſan alius non daretur accommodatus locus in hoc opere de hoc agendi, ac ei ſatisfaciendi, quòd idem ipſe in eadẽ ſua repetitione conſti.gloſ.4.num. 240. reprobauit & aliam opinionẽ, quam ego tenui in eo.1.rom.clau.4.glo.7.par.3.a n.27. dum æquiparaui prohibitionẽ vſusfructus reſpectu adminiſtrationis,cum prohibitione adminiſtrationis reſpectu vſusfructus,vt ſicut per prohibitionẽ adminiſtrationis non cẽſetur prohibitus vſusfructus, ſic per prohibitionem vſusfructus non cenſeatur prohibita adminiſtrario:admitit enim primum caſum,ſed non ſecundum, multùm egre ferens, quòd ita ego renuerim. Quod dedit occaſionem ampliùs ſuper negocio meditandi,& deſideraſſem inuenire quo inducerer ad deponendum opinionem, vt moderno ſcribenti egrè,vt dixi,eam ferenti complacerem,ſed non fuit poſſibile, conuincor enim ex his quæ in cita. loco adduxi pro mea opinione,& adhuc dico me non capere quomodo fieri poſſit quòd debeat priuari pater,alias non ſuſpectus, bonorum filij adminiſtratione,ex eo quòd á teſtatore,aut aliãs ſit vſufructu priuatus. Deſiderabat Ferrer quòd aliquis ante me id dixiſſet credẽs
43 nullum reperiundum, ſed prodijt † nuper Mari. Giurba qui expleuit eius deſiderium in conſuetu.Sena.Meſſan.cap.7.gloſ.3.par. 1.num.35. is enim ad hanc opinionem, vltra me,quem nõ fuit dedignatus inter alios numerare, allegat quatuordecim alios Doctores,nempè Corne. Cagno. Beroi. Fran. Fab.Ruin.Ponte,Reyger.Caſſil.Tuſc. Cephal.Milanen.Burſa.& Arerin. qui dicunt, quod per prohibitionem vſusfructus non cenſetur prohibita patri volenti adminiſtratio. En quomodo ego in his nõ ſim loquutus ſine aliqua aliorum auctoritate cum tot allegẽtur pro hac opinione, ex quibus iam ego aliquos in d.1.tom.in cita. loco adduxeram,quę diligentia Giurbam forſan iuuabit (idq; non modicùm ſicut eius ſcripta demonſtrant) vt materiam haberet tam latè de his agẽdi:ex his enim, quos ego allegani,deſumpſit præcipuè quę io dicto loco de hac materia tractar.

44 Audi vlteriùs.† Diſputata fuit in Senatu de anno 1596. in Aula magnifici Regentis Cãcellariam, quędam cauſa inter quendam Petrum Modoleli,& Ioannem Paulũ Abril, in cuius concluſione,quæ fuit facta 19. Decembr.vnus ex egregijs Senatoribus in ſuo voto poſuit hęc formalia verba. *Et eſt de iure, prohibita patri adminiſtratione bonorum aduentitiorum filij non cenſetur prohibitus vſusfru-*

vſufructus eiuſdem patris, ſicut nec è contra prohibito patri vſufructu bonorum aduentitio rum, cenſetur prohibita patri legitima adminiſtratio eorundem bonorum aduentitiorum filij, &c. Verum eſt q̃ nõ præualuit eius vo tum, ſed non ex reprobatione iſtorum, ſed
1 ex coniecturis fuit *declaratum* prohibitũ fuiſ ſe vſumfructum ex prohibitione adminiſtra tionis, qui erat caſus de quo diſputabatur. Eneandem æquiparationem de vno caſu ad alium, quàm ego feceram. Non ergo occa ſionem dederam quòd quiſpiam commoue retur, ex eo quòd ſcripſeram prohibito vſu fructu, non cenſeri prohibitam adminiſtra tionem, poſtquam ſunt tot Doctores, qui idẽ ante me tenuerunt.

45 Et licèt pro contraria opinione, 1 ſimpli citer ſumpto negotio, non deſint etiam Do ctores, illique non pauci, quos adducit idem Giurba vbi ſuprà num. 36. quod & ego iam aduerteram in primo tomo in citato loco n. 27. Verùm in caſu in quo ego loquebar vix vnus eſt qui contradicat, quando ſcilicet non propterea quòd ſuſpectus teſtatori pater vi deretur, priuatus fuit vſufructu, ſed proprer merum filij fauorem; vt iſte potiùs quàm pa ter illum haberet, tunc adminiſtrationẽ non fore prohibitam, ſi eam vult patet habere, declarando antea tradita, dixi num. 35. verſ. Bene eſt, & pluribus probat Giurba vbi ſup. ex num. 37. cum ſequentib. & ſignanter nu. 40. vbi reprobat Meſtril. in hoc diſſentientẽ, dicens iſtud verius. Id quod etiam, vltra al legaros per Giurbam, probant elegantiſſi mè, ac expreſsis verbis Ruin. in conſil. 24. num. 7. lib. 3. Surdus in conſil. 116. num. 74. in fin. lib. 1. Cattillo Sotomaior de vſufruct. cap. 3. num. 59. Stepha. Gratian. diſceptatio. foren. 365. num. 50. & 55. par. 2. & Vincent. de Franch. deciſio. 10. ex num. 8. Vbi id totũ
46 quod 1 eſt priuare patrem adminiſtratione, tribuit malis moribus illius, & ſiniſtræ ſuſpi tioni, quæ de eo haberetur.

47 Solũ eſt difficultas, 1 ſi eo ipſo quòd quis vel ab homine, vel à lege priuatur vſufructu, cenſeatur priuari ex eo quòd ſit ſuſpectus, & de eo diffideat teſtator. Plures tenent quòd ſic, volentes in vno ſolùm caſu prohibito v ſufructu non cenſeri prohibitam adminiſtra tionem, qui eſt quando pater ſponte nõ vult habere vſumfructum ſibi competẽtem, quos adducit lata manu Giurba in loco iam cita to. Quod ſi ita eſt, in vanum laboramus, ſem per erit prohibita adminiſtratio prohibito vſufructu, cùm ſemper ferè ſimus in caſu, quo vel à lege, vel ab homine vſufructus prohi beretur, & hic eſt ordinarius caſus, qui à nobis diſputatur. Verùm cùm etiam poſsit fieri quòd lex & teſtator prohibeant vſumfructũ patri, abſque eo quòd eum ſuſpectum habe ant, ac de eo diffidere videãtur, ſequitur q̃ etiam quando ſumus in caſu prohibitionis homicis, vel legis, ad hoc vt iudicemus num per id voluerint etiam priuare patrem admi niſtratione, examinare debeamus an expreſ sè, vel tacitè ex coniecturis conſtet, propter id quia ſuſpectus pater haberetur id fuiſſe fa ctum, vel ob filij fauorem, aut alterius, vt eis acquiratur potiùs quàm patri, quod in du bio videtur magis præſumendum: cogita cũ caſus occurrerit, ad quod materiam tibi præ ſtabit ſatis accommodatam Rui. in cita. cõſ.
48 24. num. 7. lib. 5. Vbi in caſu, 1 quo prohibi tus à teſtatore fuerat vſusfructus patri, diſpu tat is Doctor num etiam cenſeatur ei admi niſtratio prohibita, & ad id iudicandum cõ ſiderat ſi propter ſuſpitionẽ patris, aut aliàs fuit facta prohibitio; & quia viſum eſt ei q̃ non propter ſuſpitionem patris, ſed volens fauere vxori, cui illum reliquit, cenſuit non fuiſſe prohibitam adminiſtrationem.

49 Adiuuabit 1 ad idem Surdus in conſ. 116. num. 74. in fin. lib. 1. vbi ſic ait: *Nam pater quando tanquam ſuſpectus priuatur à lege, vel à teſtatore vſufructu, vt quia alienet, tũc non eſt filiorum legitimus adminiſtrator.* Ad idem videbis Ioa. del Caſtillo Sotomaior in tract. de vſufruct. cap. 3. num. 59. cum multis quos allegat, in quibus reperies quòd adhuc quando eſt facta vel ab homine, vel à lege prohibitio vſufructus, relinquitur locus exa minandi ſi propter ſuſpitionem patris, vel aliàs eſt facta, vt iudicemus ſi ea prohibitio inducit etiam prohibitionem adminiſtrationis. Sed quia hæc non ſunt de materia, quam hic profequi debeo, ideò ſubſiſto.

50 Solùm volebã 1 aliquid dicere ad ea, quæ Giurba excogitauit in dicto cap. 7. gloſſa 3. par. 1. ex num. 31. in illa quæſtione, quam in locis ſuprà citatis ego tractaueram, ſi prohi bita adminiſtratione, cenſetur patri prohi bitus vſusfructus: ſed ne ei fierẽ moleſtus, qui eſt valdè bene de me meritus, cuique fateor me multùm debere, ex quo aliàs mei, nullis exigentibus meritis, tam honorificam alibi mentionem fecit, qualem poſſet de quocun que doctiſsimo viro, ideò ſubticeo; tu cùm caſus ſuccedet, negotium examinabis vlte riùs: doctus eſt auctor, docta eius ſcripta, ip ſe te docebit multa, quæ forſan ignoras. Sed tamen à reſolutione quam tenui in loco cita to, quòd per prohibitionem adminiſtratio nis non cenſeatur prohibitus vſusfructus ne recedas, cùm ſit benè ibi & Doctorum au ctoritatibus, & noſtri perſpicaciſsimi Senat.
†† *deciſionibus* corroborata. Quibus adde nunc *aliam* idem probãtem, quòd regulariter per prohibitionem adminiſtrationis non cenſe-

tur

tur prohibitus vſusfructus, quæ fuit facta relatore egregio olim Senatore Antonio Oliba 12. Septembris 1538. inter adminiſtratores aſsignatos per quendam Ludouicũ Triſtany, & Franciſcum Ioannem de Monrodõ, in Archiuo Regio.

51 Reuertamur ad noſtrum Ferret: † poſtquã enim in eum incidi non poſſum non aduertere te, ne ex eius relatione decipiaris, & ego tutus in conſcientia maneam quòd ei ſatisfecerim in omnibus, quę viſa fuerunt expedire, quòd in cirato ſuo opere commentar. ad conſtitution. Ios impub. glo. 1. nu. 205. in fin. refert me dixiſſe (ſi de me loquitur, an de Cancer, quod vix ex eo colligi poteſt) in 1. tomo clauſu. 4. gloſſ. 24. num. 18. nullam diuerſitatis rationem conſiderari poſſe inter fideicommiſſa conſtituta in contractibus, & inter conſtituta in vltimis voluntatibus, de qua aſſeueratione dicit ſe miratum fuiſſe, cũ manifeſta (inquit) ſint in iure diſcrimina, quæ vt perciperes, adducit tibi exemplum reſpectu tranſmiſsionis, quæ fit in fideicommiſsis conditionalibus contractuum, non in fideicommiſsis vltimarum vuluntatum, & alia ſimilia, in quibus reperitur diſcrepantia. Benè eſſet nobis, quòd edoceri nunc in noſtra ſenectute deberemus, ſi ſunt, vel nõ ſunt differentiæ inter has duas ſpecies fideicommiſſorum, eas ſatis aperrè agnnuimus ambo in noſtris operibus. In aliquibus caſibus particularibus quis negabit æquiparationem? & ſignanter in illo quem propoſui in loco p Ferrer allegato, circa vocationem filiorum poſitorum in conditione ex coniecturis: non enim video quæ poſsit in hoc articulo conſiderari diſcriminis ratio: nõ erat ergo quòd in aliquam quiſpiam ob id admirationẽ duceretur. Sed de his ſatis.

52 Finem facio † huic ſponſalitij materiæ, à qua occaſionari paululùm diuertimus, quærens de pulchra quæſtione, quæ apud nos ſæpè in praxi vſuvenit, vt ecce. Succedont filij in iſtu ſponſalitio, decedunt poſtea in pupillari ætate, relictis conſanguineis ex vtroque parente. Quæritur cùm conſtitutio noſtra *dels impubers* vulgò appellata, ſucceſsionem in iſto caſu deferat proximioribus ex parte patris vſque ad quartum gradum, in his quę impuberibus ex linea paterna obuenerunt: proximioribus verò ex parte matris ex diuersò, ſi ex ea linea: quibus, quęro, hoc noſtrũ ſponſalitiũ acquiretur? Rñdemus faciliter quæſtionem pendere ex illo articulo, ſi ſponſalitium iudicandum eſt prouenire ad filios ex parte patris, vel ex parte matris. Cùmque reſoluerimus in ſuperioribus non ſemel obuenire filijs ex patre iſtud lucrum, ſuccedereq. ipſos ex propria perſona in eo, fateri etiam oportebit, quòd proximiores ex parte patris vſque ad quartum gradũ ſuccedent, non proximiores ex parte matris. Iam fuit iſte caſus in Senatu quandnque deciſus, die nempè 28. Ianuarij 1544. inter Paulam, & Angelam Llananeras, vbi cùm ageretur de ſucceſsione cuiuſdam impuberis, qui habebat in bonis patris dotem matris ſuæ, & ſponſalitium, ac conſanguineos † ex vtroque parente, fuit *declaratum* in dote quæ clarè ex parte matris ei obuenerat, ſuccedere debere conſanguineus ex linea materna, in ſponſalitio verò, quod fuit iudicatum prouenire ex linea paterna, conſanguineos ex ea.

53 Nec intrare † in hoc articulo, & reſpectu huius ſponſalitij conſiderationem cauſæ mediatæ, aut immediatæ, quam quidam in certa facti contingentia applicare volebat, iudicabam: attenta enim vera, & propria ſponſalitij natura, totũ ſemp filij habẽt ex patre, nihil ex matre, vt vidiſtis. Si tamen quæſtionẽ ſcire velis ſi quoad conſtitutionem noſtrã eſt inſpicienda cauſa mediata, aut immediata vndè bona prouenerunt, quod diſputare neceſſe eſt non rarò in grauiſsimis cauſis, vide latè nouiſsimè per Franciſc. Ferret ſuper dicta conſtitut. Ios impubers glo. 2. ex num. 11. vbi inter alios adducit locum ordinariũ Gammæ in illa deciſio. Portugal. 9. tu adde illius Additionatorem Blaſ. Flores Diaz de Mena, qui latiſsimè etiam de hoc tractat. Adde etiam nouiſsimè Ioan. Gtiuel. deciſio. Dolana 109. pet tut. qui ſatis propriè ad noſtram conſtitutionem in caſu cuiuſdam alterius ſimilis in ſua regione vigentis conſuetudinis, articulum diſputat, & diſcutit. Vbi 54 videbis etiam † quid ſit linea effectiua, & quid contentiua, quod expediet ad multa: ſed latiùs apud Mar. Giurbam in conſuetudin. Meſlanen. cap. 12. gloſſ. 3. & 4. per tot. qui multis rem examinat ex propoſito, Nec eſt omittendus noſter Canc. qui abundè etiam de hoc agit, variarũ reſolutionũ par. 1. cap. 1. de ſubſtitutio. ex num. 21. quod ego omitto, tum quia non eſt huius materię, tum etiam ne prejudiciũ vni, aut alteri parti faciam in binis quæſtionibus, quæ de hoc articulo in Senatu nuper & eodem tempore moræ fuere, & indeciſæ pendent: vna inter nobilem Beatricem Vila & de Guimera, & frattem, & alios conſanguineos nobilis Hieronymi Vila eius quondàm viri: & altera inter nobilem Ludouicum Deſcallar, & Alexandrum de Carrella de Folgons: ſufficit loca indicaſſe vbi hæc reperiri poſſunt cum facilitate. Videre poteris, ſi vacat, ad materiã huius conſtitu. quæ ego dixi in 1. tom. clauſ. 4. glo. 7. par. 3. ex num. 6n.

Verum

55 Verum eſt, vt nihil omittas † quod proficere poſsit ad declarationem huius practicabilis materiæ, non excundo à materia ſpõ ſalitij, quam tractamus, quòd mater, ſi ſuper uiuit filio in pupillari ætate defuncto, acquirit in bonis illius ex parte patris ei prouentis, legitimam, prout eadem conſtitutio *dels impubers* diſponit, in quo nulla eſt diffi-
56 cultas. Vidi tamen fieri maximam, † ſi ab ea excluditur, ac excluſa cenſetur mater per ſubſtitutionem pupillarem expreſſam per patrem filio factam. Oritur iſta dubitatio ex eo quòd videamus dictam cõſtitutionem meminiſſe vtriuſque caſus, tam quando filius decedit cum ſubſtitutione, quàm quando ſine ea, & tandem dicit legitimam debere reſeruari matri, ergo &c. Verùm obti-
57 nuit † quòd illa conſtitutio non corrigit ius commune, quo per pupillarem expreſſam excluditur mater etiam à legitima in bonis filij, iuxtà l. precibus, Cod. de impuberũ, cum ibi notaris. In caſu enim legitimæ reſeruandæ matri ſolùm loquitur quando pupillus moritur inteſtatus, id eſt, ſine ſubſtitutione pupillari, quod eſt illius teſtamentum, licet quoad alia meminerit ſubſtitutionis: vndè caſus ſubſtitutionis, quoad legitimam, tanquam improuiſus, remanebit in diſpoſitione iuris communis, vt rectè, & egregiè docet noſter Mieres in dicta conſtitutione numer. 6.

58 Ita in terminis † in matre, quæ ex eo q ſuperuixerat filio, cui per patrem facta erat ſubſtitutio pupillaris, legitimam petebat in ſponſalitio, in quo per ſtipulationem factam in fauorem filij, ipſe ſucceſſerat, *de-*
† *ciſum* fuit in Senatu noſtro oculatiſsimo ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor die 5. menſis Octobris 1619. in cauſa Monſerrati Duran contra Cathatinã Colls, dicendo excluſam fuiſſe matrem à dicta legitima per ſubſtitutionem pupillarem filio factam, Actuar. Ioſep. Cortes.

Idem, quòd non intret conſtitutio *los impubers* quoad legitimam, quando eſt datus pupillo ſubſtitutus pupillaris, ſed quòd ſequatur, & ſequi debeat ius commune, per
† quod excluditur mater à dicta legitima, *declarauerat* etiam antea Senatus Relatore egregio Senatore Ioanne Magarola, die 3. menſis Aprilis anno 1610. inter Ioannem Formaguera & Guirart, & Bernardũ Pons, prout habes in Archiuo Regio. Vide ad hæc omnia noſtrum Franciſcum Fetrer Ilerdenſem in commentar. ad dictam conſtitutio. los impubers gloſſ. prima, num. 125. & gloſſ. 4. num. 7. qui pluribus ea confirmat.

† Et nouiſsimè idem etiam *declaratum* fuit in Senatu, referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt die 6. menſis Decembris 1621. in cauſa tutorum & curatorum pupillæ Puig Xotiguer contra Franciſcum Ventallola, Actuar. Cortes. Atque hæc ſatis de hac ſponſalitij materia.

SVMMARIA.

1 *Hypotecæ etymologia, remiſſiuè.*
2 *Hypotheca tacita quæ dicatur.*
3 *Hypoteca tacita competit pro dote, tam in fauorem mariti, quàm vxoris.*
4 *Hypoteca tacita an competat pro alimentis debitis per virum vxori.*
5 *Et an pro vſuris dotis competat eadem tacita hypoteca.*
6 *Hypoteca tacita vxoris pro dote in bonis mariti eſt cum prælatione, ſecus in tacita mariti aduerſus vxorem.*
7 *Fideiuſſores pro dote ſoluenda viro poſſunt dari, non pro reſtituenda vxori.*
8 *Maritus poteſt matrimonium non contrahere, niſi ſtatim ſibi dos ſoluatur, ſed mulier nõ poteſt ſtatim ſolutam recuperare.*
9 *Pactum non valet, quòd bona mariti non ſint hypotecata pro dote reſtituenda.*
10 *Mulier ratione tacitæ hypotecæ pro dote præfertur alijs creditoribus anterioribus ſimilẽ hypotecam habentibus.*
11 *Prælationis priuilegium conceſſum vxori pro dote reſpectu creditorum anteriorum habẽtium tacitam hypoteeam ſicut vxor, iniquiſſimum ab aliquibus appellatur.*
12 *Mulier ratione ſuæ tacitæ hypotecæ quam habet pro dote, nõ præfertur alijs anterioribus creditoribus habentibus expreſſam. vbi deciſſ. contrariæ.*
Præfertur tamen poſterioribus, etiam ſi ex preſſam hypotecam habtant, ibidem.
13 *Hypoteca tacita pro dote parum eſt in vſu, eũ ferè ſemper conſtituatur cum ſcriptura, in qua continentur expreſſa, quæ eſt pinguior, & vtilior.*
14 *Hypoteca tacita quandoque pinguior eſt, & vtilior expreſſa.*
15 *Obligatione generali omnium bonorum mobilium, & immobilium, non veniunt nomina debitorum.*
Nomina debitorum faciunt tertiam bonorum ſpeciem diſtinctam a mobilibus, & immobilibus. ibid.
16 *Nomina debitorum veniunt in obligatione, et hypoteca tacita pro dote.*
17 *Mulier, non obſtante expreſſa hypoteca dotis, poteſt redire ad tacitam à lege, vbi hæc eſt pinguior, & vtilior. vbi deciſ.*
18 *Prouiſio hominis non ſemper facit ceſſare prouiſionem legis, maximè in expreſſa hypoteca accepta pro dote.*

19 *Dotis conditio non fit deterior per acceptationẽ hypothecæ ſpecialis pro dote.*

20 *Specialis hypoteca an tollat generalem, remiſſiuè.*

21 *Hypoteca expreſſa dicitur contrahi quando ex preſsè bona obligantur alicui.*

22 *Hypoteca expreſſa eſt duplex, alia generalis, alia ſpecialis.*

23 *Hypoteca generalis dicitur quando bona debitoris generaliter obligantur.*

24 *Hypoteca ſpecialis dicitur cum vna res particulariter obligatur creditori.*

25 *Pignus ſpeciale pro dote poteſt ſine dubio dari, remiſſiuè.*

26 *Pignus ſpeciale pro dote habere, an in aliquo profit mulieri plus quàm generale aduerſus alios creditores, remiſſiuè.*

27 *Hypoteca expreſſa dotis incipit ex die promiſſionis, & ſeu ex die ſoluti matrimonij, retrotrahitur tamen ad diem promiſsionis in præiudicium creditorum medio tempore contractorum.*
Idem procedit in hypoteca tacita. ibid.

28 *Idem procedit reſpectu pecuniæ receptæ conſtante matrimonio ex alienatione fundi dotalis.*

29 *Hypoteca pro dote nõ incipit ex die promiſſionis cùm matrimonium ſtatim non contrahitur. & num. ſeq. vbi deciſ.*

30 *Mulier non præfertur pro ſua dote creditoribus cõtractis inter promiſsionem dotis, quæ fieri ſolet in die ſponſalitiorum, & matrimonij conſummationem. vbi deciſſ.*

31 *Etiam ſi dos ſuiſſet tempore promiſsionis ſoluta.*

32 *Hypoteca dotis incipit, ſecundùm alios, ex die promiſsionis, etiam ſi tunc non eſſet contractum matrimonium. & num. ſequenti. vbi deciſiones.*

33 *Retractio in conditionibus caſualibus, aut mixtis, fit ad tempus contractus, licèt aliud ſit in poteſtatiuis.*

34 *Dotis cauſa ſemper & vbique debet eſſe præcipua.*

35 *Senatus vnus & idem quandoque reperitur in eodem facto in diuerſas iuiſſe ſententias.*

36 *Auctoris opinio quòd ex die promiſsionis incipiat hypoteca dotis, quamuis matrimonium non eſſet contractum, quæ in Cathalonia obſeruatur intrepidè.*

37 *Beecius impugnatur circa hanc materiam.*

38 *Conciliatio harum diſsidentium opinionum.*

39 *Hypoteca dotis, & pro dote incipit ex die promiſsionis, etiam ſi poſteà non ſequatur matrimonium. vbi deciſ.*

40 *Dos deſtinata, licèt non ſit verè dos, verùm dos dicitur, & priuilegijs dotis fruitur in fauorabilibus.*

41 *Mulier an pro dote data ſine expreſſa hypoteca, matrimonio declarato nullo, præferatur alijs viri creditoribus poſterioribus, remiſſiuè.*

42 *Hypoteca generalis qualiter regulariter conſpiatur.*

43 *Bona futura veniunt etiam in obligatione, quamuis dictum ſolum ſit*, obligo omnia bona mea.

44 *Bona futura non veniunt in donatione, quæ dictum ſolum fuit*, dono omnia bona mea.

45 *Donatio vniuerſalis eget reſeruatione ad ſui validitatem.*
Differentiæ ratio inter obligationem, & donationem, quare vna comprehendat plura quàm alia. ibid.

46 *Donatio. In donatione agitur de maiore præiudicio, quàm in obligatione.*

47 *Minor an pro dote conſtituenda poſsit obligari abſque ſolemnitatibus.*

48 *Hiero. Gabr. & Iacob. Menoc. contrarij in hac quæſtione in eodem facto fuere.*

49 *Affirmatiuam quòd teneat obligatio de reſtituẽda dote per minorem ſine ſolemnitatibus tenet Auctor. vbi deciſ.*

GLOSSA II. PARS I.

De hypoteca dotis. Quotuplex illa ſit, & à quo die contrahatur.

1 EXplicatis à nobis † primis noſtræ clauſulæ verbis, reſtat agamus de hygoteca dotis, & ſeu obligatione mariti, & foceri pro ea reſtituenda, de qua tractant verba, quæ poſtea ſequuntur. Pro cuius materiæ elucidatione, omiſſa etymologia vocabuli, quam adducunt Bertazzolus de clauſul. inſtrument. clauſu. 12. gloſſ. 2. nu. 5. & egregius Senator Montaner in additio. ad Olib. par. 2. lib. 1. c. 29. n. 9. qui dicunt eã dici ab hypos, quod eſt ſub, & theſis, quod eſt poſitio. His (inquam) omiſsis, quia parùm ad praxim conducunt, præſupponendum eſt hypotecam eſſe duplicem, aliã quæ dicitur tacita, & aliam quæ expreſſa hypoteca nuncupatur, & rurſus expreſſa diuiditur in generalem, & ſpecialem. De omnibus paululùm agemus, vt materia noſtra clarior reddatur, quantũ ſcilicet capiet noſtrum inſtitutum.

2 Hypoteca tacita dicitur † quæ à lege, ſeu ſtatuto, vel conſtitutione non aliter à partibus expreſſa, introducta eſt, nec de ea aliqua mentio in conuentione facta fuit, de qua

de qua habetur in toto tit. ff.& C.in quibus caus. pign. tacit. contra. de qua inter alios agit late Negusantius in tractat.de pignorib. in 4.membr. 2.par. egregius Senator noster Hippolytus Monraner in additio. ad Olib. incitata par.2.lib.primò,cap.29.num.9. de actionib.& latius multò Statil.Pacifi.de Saluiano interdicto inspectio. 3. cap.4. num.2. & num.47.

3 Hæc tacita hypoteca † inducitur in multis casibus de iure, in quibus non est à partibus prouisum de expressa, quos enumerant Doctores suprà relati, eos tamen nos omittimus, quia sunt extra propositum. Solùm dico, quòd dos habet tacitam hypotecam à lege ex vtroque latere, vt air Romanus Imperator in lege inferiùs statim ciranda, id est tam in fauorem mariti contra bona vxoris pro exactione dotis promissæ,quàm etiã in fauorem mulieris aduersus viri bona pro dotis ei solutæ recuperatione, etiam si nihil conuentum de hoc sit,& pactatum inter partes, prout probat l.vnica, §.& vt pleniùs,C. de rei vxor.actio. §.fuerat, institu.de actio. Surdus in tracta.de aliment.priuileg.50.nu. 3. post Negusant.de pignorib.in 4.membro 2.par.num.25.late Barbosa in l.1.par.3.nu. 4 27.versi. Tertium igitur. Vbi pluribus † disputat, an id extendatur ad alimenta vxori debita per maritum,vt pro eis competat illi etiam eadem tacita hypoteca. Et etiam an † pro vsuris dotis, Statil. Pacific. de Saluiano interdicto inspectio.3.cap.4.num.56. 5 vbi per multos numeros plures adducit ampliationes,& limitationes videndas, Surd. in tract. de alimentis tit.primo,quæstio.42. num.44.

6 Sed est differentia † in hoc inter virum & vxorem, quia huic cum prælatione competit hypoteca, illi verò sine illa. Cuius differentiæ ratio † potest assignari, quia uiro, 7 si velit, consultum est per fideiussores, quos potest recipere pro dote sibi soluenda,l.cum dotis, ff.de iure dotium,quod non potest vxor, quæ non potest velle fideiussores, nec recipere pro dote restituenda, l. prima, C. 8 ne fideiussor.dot.den. Item quia † maritus potest nolle ducere vxorem nisi incontinenti dos detur, sed mulier non potest hoc obijcere viro vt statim dos restituatur, cùm debeat oneribus matrimonij deseruire. Cogitationes sunt hæ non contemnendæ Polidor. Ripa obseruat.264.num.6. Quando autem incipiat ista hypoteca tacita, videbis infrà dum de expressa agemus.

6 Hæc hypoteca est † tam debita doti, vt non valeat pactum si fiat inter maritum, & vxorem dantem dotem, quòd bona mariti non sint sibi obligata pro restitutione, vt post Baldum, Salicetum; Alexandrum, & alios dicit Negusantius de pignorib. 4. membro 2.par.num.88.Lupus in cap.per vestras §.13.in princ. de dona.inter vir.& vxorem, Surd.cons.78.num.13.lib.1.

10 Ratione huius tacitæ hypotecæ † mulier præfertur alijs creditoribus, etiam anterioribus, similem hypotecam habentibus,prout disponitur in l.assiduis, Cod.qui potio.in pigno.hab. Anton. Fab.in suo Cod.lib.8.tit. 8.qui potior.in pigno.habe.definit.16. Qui 11 tamen dicit † apertissimè iniquum esse illud priuilegium prælationis.

12 Dixi † similem tacitam hypotecam habentibus,quia non præfertur habentibus ex pressam anteriorem,prout dicit glos.in d.l. † assiduis, atque ita *decisum* in Capella Tholosana refertur in eius decisionibus, decisio. 218. In eadem autem Curia Tholosana hodiernis temporibus contrariam opinionem † *seruari*,quòd imò & creditoribus expressam hypotecam habentibus anteriorem, mulier pro sua tacita hypoteca præferatur,atque ita pluries inibi decisum docet Gerar.Maynar. decisio.51.lib.2. Vbi tamen dicit, quòd cõtrarium in Senatu Parisiensi † *obseruatur*, & declararur. Idem etiam quòd non præferatur mulier pro ista tacita hypoteca alijs creditoribus habẽtibus expressam,latè probat Anto.Gomez in l.50.Tauri num.39. Et id est quod obseruatur, atque ideò excusari potuisset diligentia quam adhibuit nouissimè Camil.de Larata in pleno consil.111.ad probandum contrarium.

Sed præfertur mulier sine dubio pro tacita hypoteca posterioribus creditoribus,etiã si habeant expressam hypotecam,secundùm communiter Doctores in l.assiduis,Cod.qui potior.in pigno.hab. Negusanr. de pignor. memb.4.par.2.num.97.& 98. Dida.Couarru.variar.resolutio.lib.1.cap.7.num.1.versi. Quarta conclusio,Gurier.in pract.qq. lib.3. q.100.nu.9.& Trentacinq.var.resol.tom.1. lib.3.tit.de pignor.& hypo.resol.9.num.8.

13 Hæc tacita hypoteca † pro dote parũ hodie est in vsu, hoc est parùm practicatur,quia cùm constitutiones dotales,& promissiones dotis soleant.semper.fieri in scriptis,vbi sẽp prouidetur de hypoteca expressa,quæ regulariter pinguior, & vtilior est ipsa tacita, indè fit vt nos qui quæstiones vsufrequentes quærimus, non tractemus ampliùs de ea: & vbi de illa tractãdum sit,& de illius viribus, supradicta sufficere existimo.Sed ad expressam sermonẽ conuerramus,si priùs ramẽ ad- 14 uertam †q non inconsideratè dixi expressã regulariter tacita esse vtiliorem,& non dixi semper, quia potest dari casus in quo vtilior multò erit hypoteca tacita, quàm expressa.

15 Pone enim † quòd in expreſſa dictum tantùm ſit pro reſtitutione dotis *Obligo omnia bona mobilia, & immobilia*, certum eſt, quòd non veniunt nomina debitorum, cùm illa faciant terriam ſpeciem, l. à diuo Pio, §. in venditione, de re iudicata, cum ſimilib. & proindè in vim huius expreſſę hypotecæ nõ poterit mulier agere aduerſus iſta nomina debitorum, tunc vtilius ſibi erit racita hy-
16 poreca, quæ etiam † nomina debitorum cõptehendit, & pro ea poterit facere quod nõ poreaat per expreſſam. Ita ex gloſſ. in l. fin. Cod. de pact. conuent. verſicu. Conuentum, docet Baldus Nouell. de dote pat. 6. priui-
17 leg. 68. Vbi per † dictam gloſſam dicit ſibi contigiſſe diſputari de caſu à nobis paulò ſu prà adducto, in quo dubitabatur, ſi in eo, non obſtante expreſſa hypoteca, & promiſſione hominis, poterat redire mulier ad ta-
† citam à lege, & refert fuiſſe *declaratum*, q̃ ſic. Sequitur Alexand. in conſil. 58. num. 3. volum. 7. Neguſanr. de pignoribus 4. membro 2. par. num. 83. & 84. & Ioan. Petr. Surd. in tractar. de alimentis tit. primo, quæſt. 42.
18 num. 44. Per quæ † reſoluitur dubium à multis ventilatum, nunquid hæc expreſſa hominis, & conuentionalis promiſsio faciat ceſſare tacitam à lege inductam, & an per promiſsionem, & acceptationem expreſſæ, cenſeatur renunciatum tacitæ: per prædicta enim ſit quod non, ſi tacita eſt in aliquo caſu vtilior futura ipſa expreſſa, quod idem tenet Antonius Fabet in ſuo Codice lib, 5. tit. 8. de rei vxor. actio. definitio. 3. ne alioqui
19 ſpecialis † conuentio pignoris fecerit deteriorem dotis condirionem, quam debuit facere meliorem, vt docet idem Fab. ibidem definitio. 23. Vide multa de hac difficultate,
20 & de alia etiam † ei ſimili, an & quando ſpecialis rollat generalem, & è contra, apud Alexandrum Raudenſem de analog. lib. 1. cap. 33. à num. 1. cum alijs ſequent. Veniamus ad expreſſam.

21 Expreſſa hypoteca, † præſuppoſito quòd tacita, vt diximus, ſit quando ex vi, & poteſtate legis ſine conuentione aliqua bona ſunt obligata, erit quando è contrario expreſsè bona obligantur eo modo quo in noſtra clauſula, vt de ſe manifeſtè patet, & dicit egregius Senator Hippolytus Montaner in addition. ad Olibam par. 2. libr. primo, cap. 29. num. 9. & latiùs probat Garcias de Gironda de priuileg. & exemptionũ explicatio. quæſtio. 74. num. 369. per rexrum in l. final. Cod. quæ res pigno. obliga. poſſ. Rebuff. ad reg. conſtitutio. gal. 2. tom. tit. de conſtit.
22 reddit. arti. 1. glo. 14. num. 3. Atque † hæc quidem expreſſa hypoteca duplex eſt, alia quę dicitur generalis, alia quę ſpecialis. Ge-
23 neralis dicitur † quando partium conuẽtione generaliter bona obligantur, de qua loquitur. texrus in §. item Seruiana, inſtitut. de actionib. & tot. tit. ff. & Cod. de pignorib. latè explicat Neguſan. de pignor. in 1. membro 2. par. & latiùs Starilius Pacific. de Saluiano interdicto inſpectio. 3. cap. 2. per totũ, & Senator Montaner in additio. ad Olibam par. 2. lib. 1. cap. 29. nu. 9. qui infinitas quæſtiones de hac materia mouent, quæ nõ ſunt huius loci.

24 Specialis autem hypoteca dicitur † quando particulariter vna res obligatur, vt eſt textus in l. prima, de pignorib. iuncta gloſſa in verb. recepta, vbi Doctores, Neguſan. de pignorib. in 3. membr. 3. par. in principio, & latiſsimè Statil. Pacific. de Saluia. inrerdicto inſpectio. 7. cap. 3. per totum, Senator Montaner ad Olibam loco ſuprà citato, vbi infinitæ quæſtiones de materia huius ſpecialis hypotecæ videndæ.

25 Ex his hypotecis, † quæ frequentarur in noſtris capitulis matrimonialibus eſt generalis, nunquam aut rarò ſpecialis, non quòd non poſsit, quia ram de iure communi, quàm de iure noſtro municipali permitticur dari aliquod pignus pro dote, vt habes latè probarum in inferioribus, vbi de dandis, vel nõ dandis fideiuſſoribus dotium agimus. Ideò de generali tantùm agemus, de ſpeciali aliqua diximus in primo tomo non ſpernẽda.
26 Caſum ponit † Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 7. de iure dotium, definitio. 40. in quo ſibi prouiſerat mulier de ſpeciali hypoteca pro reſtitutione dotis, ad quidque ſibi profuerit pro tuitione dotis aduerſus alios creditores dum maritus vergerit ad inopiam, ibi tractar etiam.

27 Hæc expreſſa hypoteca † incipit ſine dubio à die huius promiſsionis, quam facit maritus de dote teſtituenda, ſub obligatione bonorum ſuorum, vel (quod idem eſt) incipit à die ſoluti matrimonij, quo iucipit obligario dotis reſtituendæ, & oritur actio ad eam recuperandam, retrotrahitur tamen ad rempus promiſsionis, etiam in præiudicium creditorum medio tempore conrractorum: ambobus enim modis Doctores loquuntur, qui allegabuntur, l. prima, ff. qui poriot. in pignor. hab. Neguſantius dę pignorib. 3. membr. 8. par. num. primo, Anton. Gomez in l. 50. Tauri, num. 38. latè Petrus Barboſa in 3. part. l. 1. ex num. 32. ff. ſoluto matrimonio, Antonius Faber in ſuo Codice lib. 5. tit. 7. de iure dotium, definitio. 15. Ioannes Baprilla Colta in tracta. de rerrotractio. caſu 31. in cap. 8. num. primo, Matt. de Afflict. deciſio. 402. num. 3. Ioſep. Ludouic. deciſio. Peruſ. 66. num. 28. Theſaur. quę-

ſtio.

ſtion.foren.34.num.3.lib.2. qui dicunt non eſſe attendendum quando dos fuit ſoluta. Idem procedere in hypoteca tacita docet ex multis Petr. Barboſ. loco ſuperiùs citato numer.34.

28 Id quod procedit † nedum in caſu quando pecùnia promiſſa fuit in dotem, ſed etiã & quando fundus inæſtimatus, ſi contingat poſteà illum alienari etiam per mulierem cum marito, ex quo enim totum prætium præſumitur deuenuiſſe ad maritum, & pretium ſuccedit loco rei, idem operatur hypoteca ad fauorem mulieris pro recuperatione huius pecuniæ proceſſæ ex fundo dotali, q̃ operaretur pro alia quacunque pecunia in dotem conſtituta. Quod quia late in inferioribus comprobauimus in materia oppoſitionis, & optionis mulieris, ideò hic aliud non dicimus, ibi videas.

29 Intelligo † ſi fuit contractum matrimonium eo tempore, quo promiſſio dotis fuit facta, in iſto caſu cenſetur incipere hypoteca à die promiſsionis, & ſeu ad illum diem fit retrotractio, ſecùs ſi ex poſt fuit contractum, quia tunc non ex die promiſsionis, ſed imò ex die matrimonij contracti incipit hypoteca, quia cùm agatur de dote, & illa ſine matrimonio non poſsit ſubſiſtere, l. 3. de iure dotium, l. ſi conſtante, ff. ſoluto matrimonio, nulla poteſt cenſeri obligatio ratione dotis, Baldus Nouel. de priuileg. dot. 10. par. num. 37. Anton. Neguſan. in tracta. de pignorib. 4. membro, 2. par. num. 79. Petrus Barboſ. in citata 3. par. l. 1. num. 34. ver ſicul. Poſtremo, ff. ſoluto matrimonio, Polidor. Ripa obſeruat. 263. Illuſtriſsimus Cardinalis Mantica de tacitis & ambiguis conuentionibus lib. 11. tit. 19. num. 12. Borgninus Canalcanus deciſio. 15. num. 14. parte 4. Franciſcus à Ponte in conſil. 80. num. 5. Alexander Trentacinquius variarum reſolutionum volum. primo, lib. 3. titul. de pignorib. & hypote. reſolutio. 9. num. 26. Stanilius Pacific. in tracta. de Saluiano interdicto inſpectio. 3. cap. 4. num. 43. & Franciſcus Beccius

30 in conſil. 114. num. 66. lib. 2. Vbi ex † Bal. Nouel. loco ſuperiùs citato, infert in practica, quòd ſi eſſet factum inſtrumentum dotis tempore ſponſaliorum, putà anno vno ante conſumationem matrimonij, cum expreſſa hypoteca, & poſt annum ſequutum fuerit matrimonium, ſi maritus poſt inſtrumẽtum dotale, ante tamen contractum matrimonium, aliqua debita contraxiſſet, & cum expreſſa hypoteca ſatisfacere promiſiſſet, mulier non præferretur hiſce creditoribus, ſed tantùm his, qui poſt matrimonium contraxiſſent. Et ſubdit † idem procedere ſi dos

31 fuiſſet ſoluta tempore ſponſaliorum, quia eo tempore non erat dos: Hæc Beccius, qui vbertiùs citat Neguſan. de pignorib. 2. parte memb. 4. quæſtio. 3. ſub num. 86. verſic. Quæ

† tamen concluſio. Et pro iſta opinione *deciſum* in Senatu Dolano fuiſſe refert nouiſsimè Io. Griuel. deciſ. 67.

32 Sed contrariam † opinionem alij tenent, volẽtes quòd ex die promiſsionis, quamuis fiat ante contractum matrimonium, hæc expreſſa hypoteca incipiat, adeò vt ſi medio tempore inter promiſsionem, & cõtractum matrimonij alia contrahantur debita, potius ſit iſtud dotis creditum. Quæ opinio, licèt nõ videamus pro ea tot Doctores, quot p priore (Baldũ Nouell. & Neguſan. illius antecignanos, & primos auctores, ſicut graues ſequẽtes) citauimus, verũ verior proculdubio eſt,

33 quia † habet firmum fundamentum in retrotractione, quæ ſine dubio fit ad tempus contractus conditionalis conditione caſuali aut mixta, qualis eſt hic noſter, cùm conditio diſſoluendi matrimonij, & reſtituendæ dotis pendeat à caſu, licet ſecùs ſit in conditionibus poteſtatiuis, vt optimè declarant Stephan. Gratian. diſceptatio. foren. cap. 53. ex num. 1. cum ſequentib. & Ioan. Baptiſta Coſta in tracta. de retrotract. caſu 31. in cap. 8. ex num. etiam 1. Quæſtionem hanc principalem, ſi iſta hypoteca incipiat ex die promiſsionis, an ex die contracti cum effectu matrimonij, tractat lata manu don Andreas Molfeſ. in conſuetudin. Neapolita. par. 6. de iure dot. quæſtio. 2. ex num. 16. & latiùs Ioannes Griuel. tota deciſio. Dolana 133. qui ambo hanc opinionem tenent, & Griuel. poſt eam latè fundatam, & reſponſum argumentis contrariæ, tandem n. 17. dicit q̃ hãc opinionem tãquam veriorem, & doti magis

33 fauorabilem, cuius cauſa † ſemper, & vbique debet eſſe præcipua, l. prima, ff. ſoluto

† matrimonio, tandem *ſequutus* eſt Senatus, reiecta ſententia Baldi Nouelli, & Neguſantij. Ibidem † etiam excuſat eundem Senatum quòd contrarium dixerit, & iudicauerit in ſuperiùs allegata deciſione 67. per eum recopilata in eodem libro. Idem videtur tenere Gaſp. Anton. Theſaur. quæſt. for.

34 34. lib. 2. circa fin.

35 Mihi magis proculdubio † arridet hæc poſterior opinio, quàm diuerſa, ex ratione fundata in retrotractione ſuprà conſiderata, & quia fauorabilis eſt doti. Deciſionem noſtri ſuperegregij Senatus non vidi vllam, in qua hic punctus particulariter vel diſputatus, & tractatus, vel deciſus fuerit, præter illas tres, quas adduxi in inferioribus gloſſa 2. par. 4. ex numer. 25. ad probandum quòd pro pretio rei doralis per virum, & vxorem alienatæ, quòd præſumitur totum

ad maritum peruenisse, vt ibi dixi, bona viri sunt vxori obligata nedum ex die alienationis, sed ex die constitutæ dotis: sed ibi particulariter non video tractatum, si id esset intelligendum quamuis matrimonium tunc non contraheretur, sed ex post, circa quod vetsatur difficultas quam tractamus. Verùm arbitror ipsum non recessurum ab hac opinione, vtpotè moribus vtentium in Cathalonia huc vsque approbata: hic enim semper fiùt promissiones dotium antequam contrahatur matrimonium, nempè in capitulis matrimonialibus, quæ ordinariè solèt præcedere ipsum matrimonium per multos dies, & quandoque menses; & cùm tractantur quæstiones inter mulierem creditricem pro dote, & alios viri creditores, semper in eis ad probandum anteriotitatem exhiberi solent capitula, & ex die firmæ illorum sumi principium hypotecæ dotis. Dorum esset hunc stylum velle mutare. Sed nõ defuit qui id proximis diebus hoc anno 1621. tentauit. Mota enim nuper fuit in Senatu causa inter Elisabetham Regas viduam, & N. Castellvi, in qua quidam nuptui tradidit quandam sororem suam, & ei promisit dotem, sed tamen non soluit, nec ex multis diebus, vel mensibus effectuatum fuit matrimoniũ, medio tempore nupsit ille frater, & accepit dotem, prius que matrimonium ipse cum effectu contraxit, quàm ipsius soror, cui nõ est adhuc tota dos soluta; quæstio est inter istas duas mulieres, vidua prætendente se potiorem pro recuperatione suæ dotis viro tradi tæ, sorore verò pro recuperatione suæ adhuc non solutæ. Si retrotractio fit ad diem promissionis, licèt tunc non esset contractũ matrimonium, soror fouebit iustitiam, è cõtra verò, si est necessarium quòd matrimonium esset iam contractum; ibi videbis quid Senatui placuerit, si causa declarabitur. Iudex est egregius Senator don Petrus Soler. Actuar. Sebastia. Costa.

37 Nec illud † quod Franciscus Beccius, extendendo principalem resolutionem, dixit vbi supra, procedere supradicta etiam si post promissionem sequuta fuerit dotis solutio ante contractum cum effectu matrimonium, remánsit sine solutione. Dicit enim Gaspar Antonius Thesaurus in citata quæstione forensi 34. in fin. id non posse sustineri, imò tũc sine difficultate retrotractio fieret ad tẽpus promissionis, & solutionis.

38 Vide si potes conciliare † has dissidentes opiniones ex traditis per Illustris. Cardin. Manticam decisio. 166. in recollect. nouissimè per eum, vt prior opinio negans ortum hypotecæ, nisi ex die contracti matrimonij, intelligatur cùm stipulatio, & promissio est facta in omnem casum soluti matrimonij dumtaxat. Posterior verò cùm nõ solùm in eum casum, sed in quemcunque alium etiam, ex pulchris considerationibus, quas Rota fecit in causa quæ inibi declarata fuit, dicens, & citans expressè aliquos ex Doctoribus pro prima opinione allegatis, quòd loquantur in dicto primo casu, non in secundo: & signanter ibi sic respondet Surdo, qui in consil. 131. latè de hoc casu, & de enarrato in sequenti numero agit. Sed quia apud nos nunquam contingit de primo casu disputare habere, cùm, vt in nostris capitulis habes, semper stipulatio, & promissio concipiatur in omnem casum, quo sit dotis restitutioni locus, non restrictiuè ad casum soluti matrimonij, ideò ampliùs non ago de dicta distinctione, nec disputo.

39 Solùm dico, † quòd eadem Rota Romana in dicta decisio. 166. extendit nostram opinionem vt procedat etiam si matrimoniũ non sit postea propter aliquod impedimentum sequutum, cùm stipulatio, & promissio est, vt dictum fuit, facta in omnem casum, quamuis videarur ea facta in eo casu, quo matrimonium fuerit subsequutum, sine quo dos non potest consistere, l. 3. C. de iure dotium, cum similib. Quia (inquit) licèt † sine 40 matrimonio dos vere dici non possit, tamen dos appellatur, quia est destinata dos, & in his, quæ respiciunt fauorem mulieris, habet etiam priuilegium dotis, vt est casus in l. 2. §. primo, cum duabus legibus sequentibus, de priuileg. creditor. Socinus seni. in rubr. ff. soluto matrimonio num. 3. & Socin. † iunior num. 24. & sequentib. Atque ita *decisum* in facti contingentia dicit in illo sacro Consistorio.

41 Si autem dos data esset, † nulla sequuta expressa hypoteca, & matrimonium postea annullatur, an retrotractio similiter fiat ex die promissionis, taliter quòd mulier præferatur omnibus alijs creditoribus, declarat lata manu Gasp. Anton. Thesaur. citata qu. foren. 34. per tot. lib. 2.

42 Concipitur regulariter † hæc generalis obligatio, & hypoteca, prout in nostra clausula, dicendo: *Obligo omnia bona mea mobilia, & immobilia, præsentia, & futura, vbique habita, & habenda, iura, & actiones, &c.* Isto modo, cùm tot vniuersalia verba sint adiecta in obligatione, omnia sine dubio comprehenduntur. Sed non existimes ita oportere de necessitate quòd concipiatur obligatio cum tanta vniuersalitate, & 43 specificatione: quamuis enim † dictum solùm esset: *Obligo omnia bona mea*, veniret etiam futura, l. final. Cod. quæ res pignor. oblig. poss. Neguss. de pignor. 2. mem. 1. par. num.

num.1.& sequentib. Andre.Molfes.consil.3. posito post suos commentarios ad consuet. Neapolitan. num.40. Statilius Pacificus de Saluiano interdicto inspectio.3.cap.7.num.
44 3. Quod diuersum est in donatione, † in qua tãtùm dictum est, *Dono omnia bona mea*, solùm enim veniũt præsentia, non futura, Surd.decisio.233.per totam, Thesaur.decis.199. & plures alij, quos ego adduxi in primo huius operis tomo clausu.4.glos.21.par.2.nu.
45 23. Quia cùm † donatio vniuersalis egeat reseruatione ad sui validitatem, alias sit nulla, si ea quæ sit indefinitè de omnibus bonis intelligeretur vniuersaliter facta, & sic quòd comprehenderet etiam futura, nulla iudicaretur, & iudicanda esset, si reseruationem non contineret. Ne ergo id fiat, iudicamus ne bona futura comprehendat: quod cùm non militet in obligatione, quæ absque reseruatione aliqua tenet, indè fit quòd quæ est de bonis omnibus simpliciter, comprehendat nedum præsentia, sed etiam futura, prout Surdus insinuat in loco superiùs cita-
46 to. Vel dicamus † cum eodem Surdo num. 23. quòd quia in donatione agitur de magno præiudicio, cùm in ea transferatur dominium, in obligatione autẽ de modico, ideò non est mirum quòd plus comprehendat obligatio, quàm donatio.
47 De validitate † huius obligationis factæ per maritum circa restitutionem dotis, vidi dubitatum, si ille erat minor viginti quinq. annorum, & dictam obligationem fecit sine solemnitatibus à iure, aut statuto requisitis ad bona minorum alienandum, aut obligandum, non secùs atqui vidimus suprà in fine tractationis personarum, quæ tenentur ad dotationem, clausu.5.glos.7.num.24.dubitatum per Doctores, si obligatio pro constitutione dotis poterat fieri à minore, vel ab eius curatoribus sine solemnitatibus. In hac
48 quæstione reperio † quòd in causa graui Hieronym.Gabr.notæ eruditionis vir, in consil. 20.libro 2. consulnit contra obligationem, multis probans non potuisse fieri absque solemnitatibus. Sed in eodem casu, & causa reperio etiam quòd consuluit Iacob. Menochi.vir æquè doctus, in consil.242.lib.3.pro validitate, respondendo latè omnibus Ga-
49 brielij fundamentis. Veritas est, † quòd licèt in constitutione dotis non teneat obligatio bonorũ minoris sine solemnitatibus, quia in hoc non reperitur dos priuilegiata, vt probaui ego latè loco suprà adducto, & fusè etiam confirmat Hieronym.Gabri. qui in illo casu loquitur, in citato consil.20. verùm in restitutione priuilegiatam dotẽ Doctores communiter faciunt, ne requirantur solemnitates, contra Bart. in l.si constante, ff.solut.matrim.vbi Iaf.in 1.lectu.num.210. & seqq.Negusan.de pignor.2.par.4.memb. num.75. Bald.Nouel.de dot.par.6.priuile. 58.idem Gabr.consil.29.nu.38.lib.2. Atque
† ita in terminis *tenuit*, & declarauit Ro.Romana de anno 1614. prouti habetur in vlti. volum.recollect.per Farinac.decis.511.

SVMMARIA.

1 *Soceri bona sunt obligata pro restitutione dotis.*

2 *Bona reseruata per patrem in donatione, quam filio fecit in contractu matrimonij, an veniant in obligatione generali quam idem pater fecit in fauorem nurus de dote restituenda.*

3 *Quæstio hæc est multum difficilis, quia non reperiuntur Doctores, qui eam tractent in terminis.*

4 *Auctoris opinio quòd obligata bona reseruata censeantur sicut reliqua.*

5 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

6 *Donator potest de reseruatis disponere, & si non disponit, succedunt venientes ab intestato.*

7 *Intestatus decedens censetur voluisse disponere in venientes ab intestato.*
Venientes ab intestato succedũt donatori in reseruatione, de qua non disposuit, vbidem vbi deciss.

8 *Donator nõ præsumitur in eodem actu, in quo sibi aliquid reseruat ad liberè testandum, voluisse illud idem iam ex tunc obligare.*

9 *Inuerisimile non est præsumendum, nec venit in generali sermone.*

10 *Verisimile est in omni materia sequendum.*

11 *Verisimilitudo est cognata naturæ.*

12 *Obligationes generales non veniunt ea, quæ quis verisimiliter non esset obligaturus.*

13 *Interpretatio est sumenda ex præsumpta voluntate illius, qui actum facit, quando ille dependet ex vnius voluntate tantum, vt in vltimis, secùs verò quando ex voluntate duorum, vt in contractibus.*

14 *Contractus ex voluntate duorum, vel plurium consistunt.*

15 *Pacta in capitulis matrimonialibus apposita, non ex vnius consensu, sed omnium qui matrimonio intruenlunt, procedere dicuntur.*
Et pactum quodlibet instrumenti dotalis, respicit commodum vtriusque coniugis.ibi.

16 *Interpretatio mentis non est facienda in his, quæ sunt in capitulis matrimonialibus scripta, ex mente vnius dumtaxat.*

17 *Interpretatio quandoq. fit ex consensu vnius, etiam in his quæ fiunt inter duos.*

18 *L. obligatione generali, de pignorib. non procedit quando bona omnia obligantur cum signo vniuersali, sed quando indefinitè bona obligantur sine aliquo signo.*

19 *Quod tamen reprobatur communiter per Doctores.*

20 *Donator qui se ad aliquid obligat in actu donationis, verisimile est voluisse obligare reseruationem, cùm aliud non habeat, ne inanis sit obligatio.*

21 *Obligatione generali veniunt etiam ea, quæ alias non esset quis obligaturus, cùm nisi id fieret, obligatio foret inanis.*

22 *Venalia bona veniunt in obligatione generali, cùm is qui bona obligat aliud non habet.*
Filia censetur iura dotalia cessisse alicui, qñ cessio non potest in alio verificari, cùm aliud non haberet. ibid.

23 *Obligationem, quæ fit in capitulis matrimonialibus pro restitutione dotis, præsumendi est quòd contrahentes voluerunt esse de omnibus omninò bonis, sine exceptione aliquorum.*

24 *Contractus non sunt interpretandi secundùm mentem vnius ex contrahentibus, sed secundùm intentionem vtrorumque.*

25 *Donatorem statim in eadem donatione obligare reseruationem, nullum est inconueniens.*

26 *Obligatio pro dote facta potiùs est extendenda, quàm restringenda.*

27 *Donator an illud quod reseruauit, & à donatione exceptuauit, censeatur etiam exceptuasse ab obligatione in eodem instrumento facta.*

28 *Repetitioni potest esse locus vbi militat eadem ratio, non aduersa.*

29 *Diuersitas rationis, diuersitatem iuris arguit.*

30 *Reseruatio in donatione ideò fit, ne sine ea eorum donatio, tanquam auferens liberam testandi facultatem.*

31 *Obligatio quantumuis generalis, non eget aliqua reseruatione ad sui validitatem.*

32 *Repetitio nunquam fit vbi aliquod sequeretur absurdum.*

33 *Clausula absolutè posita non refertur ad omnia capitula, prout est ipsius natura, cum sequeretur induci iurium correctionem, vel absurditatem aliquam, vel etiam repugnantiam.*

34 *Obligatio plus comprehendit, quàm donatio.*

35 *Repetitio in dubio non est admittenda, nec pro ea præsumendum.*

36 *Decisiones nostri Senatus, quòd bona reseruata in donatione veniunt in obligatione in eadem donatione facta, inuicem contrarie.*

37 *Casus enarratur pulcher, qui in Senatu disputatur circa harum reseruationũ obligationem.*

38 *Destinatio habetur pro facto.*

39 *Destinatum non acquiritur tertiæ personæ, pro qua destinatum fuit.*

40 *Donatio sustinetur ex reseruatione destinata in fauorem alicuius tertij.*
Donatio facta cum reseruatione de eo quod videretur pro altero filio, non valet, tanquã carens reseruatione libera. vbi decis. nostri Senatus. ibid.

41 *Destinatum non habetur pro facto vbi requiritur essentia facti.*

42 *Habetur tamẽ pro facto quoad declarationem voluntatis.*

43 *Destinatum non habetur pro facto.*

44 *Destinatum trahitur retrò cum destinãs perseuerat in eadem voluntate, & facit illud ad quod reseruationem destinauerat.*

45 *A primordio tituli posterior formãtur euentus.*

46 *Destinans esse religiosum, & cum hoc ingredi tur religionem, habetur pro religioso antequam faciat professionem.*

47 *Prius & posterius non dantur in eadem scriptura, sed omnia in ea contenta eodem instanti & momento temporis perficiuntur vltimo verbo partium, & numero sequenti.*

48 *Sententiæ clausulæ omnes simul concludũtur, nec datur in eis prius, & posterius.*

49 *Reseruatio in donatione facta nunquam potest dici fuisse libera, cùm in eadem donatione donator obligauit ad aliquid bona sua.*

50 *Minorum bona possunt obligari in actu acquisitionis absque solemnitatibus.*

51 *Destinata dicuntur obligata eodem momento quo destinata fuere, cùm in eodem instrumento fit destinatio, & obligatio.*

52 *Destinare, & seu reseruare pro vno, & obligare pro alio in eadem scriptura, non sunt incompatibilia.*

53 *Causæ duæ cum exprimuntur, quænam ex ipsis prævaleat.*

54 *Causa matrimonij geminatè expressa in donatione, effecit vt ob eam causam facta illa censeatur, non simpliciter, quamuis semel dictum sit donatione simplici &c.*

55 *Verba pluries repetita præponderant illis de quibus semel dictum est, cùm contrariantur inter se se.*

56 *Verba triplicata plus operantur quàm alia, & magis declarant enixam voluntatem, quàm duplicata.*

57 *Geminatio nihil operatur cùm est facta incontinenti, non ex interuallo.*

58 *Quod intelligitur in geminatione actuum, non in geminatione verborum.*
Verba non debent stare sine effectu aliquid ope-

operandi. ibidem.

59 *Causa, seu clausula, quæ solet apponi de stylo Notariorum, censetur abundare, non ea quæ non nisi de partium consensu.*

60 *Causa principalis est amplectenda potiùs quàm minùs principalis, & quæ apponi solet de stylo, imò hæc est reijcienda.*

61 *Donatio facta cum reseruatione pro dotandis alijs filijs, an teneat.*

62 *Interpretatio non est sumenda pro inualiditate actus.*

63 *Clausulæ duæ in eadem scriptura positæ cùm non possunt stare, reijcitur vltimò posita, tanquam per errorem posita.*

64 *Notarij instruuntur qualiter deberent exquirere voluntatem partium in reseruationibus quas faciunt ad testandum in donationibus vniuersalibus.*

65 *Socer an maneat obligatus pro dote nurus, & pro eius sponsalitio, ex solo consensu præstito nuptijs filij.*

66 *Socer solùm obligatus censetur pro dote nurus cùm consentit nuptijs filij in sua potestate constituti.*

67 *Filij in Cathalonia per contractum matrimonij liberantur à potestate patris, si illud ëtrahunt de illius voluntate, & consensu.*

68 *Soceram esse obligatum pro sponsalitio nurus iura non dicunt.*

69 *Socer obligatur nurui cùm iussu ipsius dos soluitur filio.*

70 *Filij non liberantur à potestate patris per ëtractum sponsalium, sed per contractum matrimony per verba de præsenti.*

71 *Patris pacientia quòd dos soluatur filio cùm posset impedire, habetur pro iussu illius. vbi decis.*

72 *Socer obligatur nurui pro dote restituëda cùm pater expressè consensit quòd filius illam recipiat. vbi decis. nostri Senatus.*

73 *Filius non tenetur pro dote quam recipit pater. vbi decis.*

GLOSSA II. PARS II.

Prosequitur eadem materia hypotecæ dotis.

Et signanter respectu bonorum soceri.

Et reseruationis per eum in donatione filij factæ ad testandum, an sit etiam pro dote obligata.

1 DIximus de † obligatione, & hypoteca bonorum viri. Restat dicamus de obligatione, & hypoteca bonorum soceri. Et quidem in nostro casu dubitari non potest quin sic hæc sicut illa maneant obligata, & hypotecata mulieri pro restitutione dotis, quia non tantùm maritus, sed & socer etiam bona obligatur, & in hoc nullum est dubium, cùm sint in nostra clausula verba clara id dicentia. An idem esset si expressè non diceretur, habes in fine huius glossæ.

2 Sed est maximum † respectu reseruationis per patrem factæ in donatione facta filio nubenti, prout in nostris capitulis, & alijs quibuscunque in nostra prouincia sit intrepidè, an id etiam quod reseruatum fuit, censeatur pro restitutione dotis nurus obligatū, vt ecce. Pater primo fecit donationem filio fauore matrimonij de omnibus bonis suis præsentibus, & futuris, retenta sibi certa quantitate ad testandum super bonis donatis, vel aliqua alia re: deindè in eisdem capitulis obligat se, suaque bona omnia præsentia, & futura pro restitutione dotis: quãdo est restitutioni dotis locus agit & seu agere vult mulier contra bona per socerum reseruata penès alium ex relicto illius antequam moreretur, aut aliàs exiltentia, quia ponamus, inopia mariti, aut aliud impedimentum efficit ne ab eò dos exigi possit, & ad bona soceri apud alium exiltentia propterea datur recursus. Quæritur, si socer nõ relinquit alia bona præter ea quæ sibi reseruauerat in donatione, an aduersus ea detur actio exigendi dotem, tanquam obligata in hac obligatione quam hic facit socer, & pater respectiuè nurui: an vero tanquam relet tuata ab obligatione, sicut reseruata expressè fuerunt a donatione, habeat ea præcipuà illius successor.

3 Quæstio est multùm difficilis, † de qua vidi multoties in Senatu tractatum, & disceptatum, tam variè, vt ferè dicere valeamus, tot esse sententias, quot capita, ex eo (vt arbitror) quia non reperimus casum in terminis apud Doctores tractatum: sed notè per argumenta, & regulas communes est decidendus. Scio causam in Senatu duci multis ab hinc annis, in qua ex quo incidit iste articulus disputandus & resoluendus, propter illius difficultatem, ea remanet adhuc sine expeditione, licèt multùm, & infinitè sollicitata.

4 Nollem ego meum † in illa proferre iudicium, sed aliòs imprimis audire, sed est necessarium postquam de his tractare incæpi. In hac ego difficultate post multum laborem

horem in veritate inueſtiganda conſumptũ, ac etiam poſt multas vigilias, quibus attentè rem iſtam præmeditaui, ac conſideraui, compellor reſidere potiùs in opinione confurni litteræ noſtræ obligationis, quàm per argumenta, quæ mihi viſa fuere inutilia, & parùm concludentia, à proprietate verborum, & ab eo quod hiſce oculis video in ſcriptura, & ore proprio lego in ea, recedere ad quod non fore neceſſe quòd multùm argumentemur exiſtimo, ſed quòd conſideremus ſequentia.

Videmus enim quòd in ea ſocer nihil excipit, aut reſeruat, ſed generaliter loquitur, omnia & quæcunque bona ſua præſentia & futura, iura, & actiones obligando, neque ergo nos excipere aliquid à dicta obligatione debemus, ſicut † vbi lex non diſtinguit, nec nobis diſtinguere licet, vulga. l. de pretio. de public. in rem act. Socer iſte noſter, vt dixi, pro reſtituenda nurui dote obligauit omnia bona ſua præſentia & futura, habita atque habenda: conſtat autem quòd bona illa reſeruata enumerantur, & enumerari debent inter bona, cùm de eis † licitum ſit ſine difficultate poſſe diſponere, vti in reſeruatione habetur, ſed etiam quia caſu quo de eis non eſſet diſpoſitum, ſuccederent venientes ab inteſtato, ſicut in reliquis alijs bonis, cùm in eos diſpoſuiſſe † de reſeruatione cẽſeri debeat qui inteſtatus decedere voluit, iuxtà l. conficiuntur, ff. de iure codicill. & in terminis terminantibus noſtræ reſeruationis † reſoluit Vincent. de Franch. ex *deciſione* Senatus Neapolitani, deciſio. 45. & 600. quem †† plures, ac alij etiam Senatus *ſequuti* fuere, quos ego largè allego in primo tomo clauſ. 4. gloſſ. 23. num. 11. maximè cùm non ſit facta reſeruatio per cum modum *Reſeruo mihi facultatem diſponendi de tot libris*, vel *de tanta quantitate*, ſed imò *Reſeruo mihi hanc quantitatem ad teſtandum*, quo in caſu in opinione Senatus Neapolitani relata per Vincentium de Franch. & circa eam nullus vnquam dubitauit, licèt dubitauerint aliqui in primo caſu, vt conſtat ex Theſau. deciſ. 97. qui tamen in hoc à Franch. reprehenditur loco citato, ergo concluditur quòd reſeruata venerunt & veniunt in obligationem, cùm ſint patrimonium obligantis.

Sed quia ex diſſolutione obiectionũ, quæ in contrarium fieri poſſunt, meliùs ipſa veritas apparebit, ideò circa id aliquantulùm immorabimur, vndè ſperamus futurum vt res hæc clarior reddatur, & veritas patenter eluceſcat.

8 Eſt igitur prima obiectio, † ac illa quidẽ multùm apparens, & nimis fortis, quaque omnes ſtatim vtuntur, qui contrariam opinionem defendunt, & ex ea ſola vidi contra hanc opinionem declararum, vt infrà habebis. Eſt (inquam) prima obiectio, quòd nõ ſit veriſimile eum, qui in donatione quam facit, ſibi aliquid præcipuum reſeruat, de quo liberè teſtari valeat, voluiſſe incontinẽti, & in eodem actu illud pro reſtitutione dotis nurus, aut aliàs obligare, ſic enim fieret quòd iam illud liberè ſibi addiſponendum, prout reſeruare intendit, non remaneret, vt palàm eſt. Hæc inueriſimilitudo efficit ne dicere valeamus quòd reſeruata ve-
9 niant in obligatione. Quod † enim non eſt veriſimile non eſt præſumendum, nec venit in generali ſermone, Riminal. ſenior in con-
10 ſil. 214. numer. 7. Et quod † veriſimile eſt, in omni materia eſt ſequendum, Neuiza. conſ.
11 66. num. 55. Veriſimilitudo † enim eſt cognata naturæ, Bald. in conſil. 180. lib. 3. Crauert. conſil. 28. Cephal. conſil. 287. num. 13. & latè proſequitur Ludoui. Caſana. in conſ. 56. num. 46.

12 Additur elegans, † & in hac proxima materia ſingularis diſpoſitio l. obligatione generali, de pignorib. vbi habetur in generali obligatiune non venire ea, quæ quis nõ fuiſſet veriſimiliter obligatus, de quo puncto late Cardina. Mantica de tacit. & ambig. conuentio. lib. 11. tit. 4. nu. 2. 4. & 14. Statili. Pacif. qui multa allegat, & rationem adducit, in tracta. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 2. num. 8. & eſt optima deciſio Rotæ Romanæ 425. aliàs 426. num. 2. par. 1. diuerſorum, & antè eos lata manu mea reliam d. l. obligatione generali tractat Antoni. Gabri. de regu. iur. concluſio. 12. per tot. in ſuis commu. opinionibus.

13 Nec euitabis iſtud contrarium, † dicendo, quòd quando agimus de interpretando actu, qui ex vnius tantùm voluntate pendet, quique pet vnum ſolùm ex ſua mera, & libera voluntate ſine alicuius alterius dependẽtia expediri ſoler, prout cõtingit in actibus vltimarum voluntarum, colorem poſſet habere prætenſio, quòd ſcilicet interpretandus actus eſſet, qui magis conueniret menti præſumptæ, & veriſimili ipſius agentis, cæterùm cùm agamus de acto non dependente ex voluntate vnius, ſed imò duõrum, & plurium etiam perſonarum, inter quas negotium geſtum fuit, ſi de interpretatione tractetur, mens non vnius, ſed omnium intereſſe habentium eſt attendenda, & niſi ſit interpretatio omnium intereſſentium menti conformis, non eſt illa capienda, prout in terminis videtur probare text. in l. non ſolùm 30. de actionibus & obligationibus in illis verbis: *Quia in ea re, quæ ex duorum, pluriumve conſenſu agitur, omnium voluntas ſpectatur, non*

vnius


image
not
available

quæ non habens nisi iura dotis in bonis patris, cedit iura quæ habet in illius bonis, certè & bona venalia, & iura dotis in his dispositionibus, & obligationibus venient, quamuis alias non venissent in obligatione generali.

23 Et est considerandum, † quòd si tractatū fuit inter contrahentes antequam matrimonium fieret, quòd pater filij bona sua omnia quæ tunc habebat, quæque habere sperabat, donaret, tractatum etiam fuit inter eosdem de omnibus dictis bonis, quæ ipse; & filij illius habebant, quæque habituri erant, obligandis pro restitutione dotis, absque reseruatione, & exceptione aliqua, sequitur ergo ꝙ defraudata mulier remaneret, si aliquid à dicta generali obligatione excideretur præter mentem contrahentium.

24 Denique est aduertendum, † quòd semper pungit illud quod dictum fuit de interpretanda obligatione non ex sola voluntate & præsumpta mente eius, sed omnium inter quos negotium fuit gestum: sunt enim plura adducta quibus id probetur. Ex quibus remanet satis iustificatum non censeri reseruatum, & exceptum ab obligatione ꝙ reseruatum est in donatione, & sic non obstare obiectionem.

25 Finaliter † ego non reperio aliquod absurdum quòd qui reseruat obliget statim, sicut esset quòd qui reseruat, statim donaret, aut aliàs alienaret, & maius, imo intolerabile esset, quòd socero fieret etiam constitutio dotalis, sicut fit, & ipse dotem reciperet, & nihil obligaret, vel aliquid præter solitum ab obligatione exciperet, aut excepisse dicendus esset.

26 Mitto quòd hic adsit † favor dotis, cui ad dendum potiùs est, quàm detrahendum de obligatione, ad tradita per Surdum in cita decisio. 233. num. 25. & Molfes. in cita. consil. 3. num. 38.

27 Secundùm quod obijcitur, † seu obijci potest contra nostram opinionem est, quòd sicut in donatione reseruationem fecit donator, nolens bona reseruata in ea comprehendi, sic idem voluisse facere in obligatione dicendum est, vt sicut nullum in eis acquiritur, nec acquisitum censetur ius filio donatario in vim donationis, sic nec aliquod acquiratur, seu acquisitum censeatur nurui in vim obligationis, postquam & donatio, & obligatio fuerunt in eodem instrumento facta, nec diuersitatis ratio considerari potest in eo, qui aliquid sibi reseruare voluit, de quo liberè posset testari: non enim libera reseruatio foret, si affecta obligatione esset statim facta. Sed respondemus, † quòd quatenùs obiectio prædicta fundatur in præsa repetitione reseruationis, volendo quòd quæ facta fuit in donatione, repetita censeatur in obligatione, quæ postea subsequitur, nullius potest esse considérationis, quia repetitioni benè quidem potest esse locus vbi militat eadem ratio, & diuersa considerari non potest, sed quando contrarium contingit, secùs procul dubio est, cessat enim tunc

29 repetitio, quia † diuersitas rationis diuersitatem iuris arguit, l. interpositas, C. de transactio. ibi: *Alia ratio iuris reformat*, & l. à Tio, ff. de verbor. obligatio. & l. aut, ff. ad l. Aquil. cum similib. prout latè probat Peregr. in tractat. de fideicommiss. art. 16. num. 38.

30 In casu † autem occurrenti inter donationē, & obligationem, quoad reseruationem diuersa quidem militat à notorio ratio, quandoquidē si in donatione fit reseruatio, ideò fit ne corruat donatio, tanquam auferens liberam testandi facultatem.

31 Sed id non † est necessarium in obligatione, tenet enim quantumuis sit generalis absque reseruatione, imo insolitum est, ac prorsùs iniustatum obligationes limitatas facere, reseruando ab eis aliqua bona, quæ nolint contrahentes comprehendi in obligatione: non est ergo quòd supplendo insolita, & iniustata deinus istam imaginariam repetitionem, vbi ea opus non est, imò resultaret notoria absurditas, quòd scilicet daremus per hanc repetitionē voluisse contrahē tes hæc bona ab obligatione eximere, ꝙ nul

32 lus fecit vnquam, quæ † absurditas efficit ne possit repetitio fieri, Bar. in l. talis scriptura §. fin. de conditio. & demonstratio. per text. in l. si idem cum eodem, §. fina. de iurisdict.

33 omn. iudi. Vbi † glos. Bart. & Doctores omnes notarunt, quòd clausula absolutè posita, quæ ad omnia capitula pro sui natura solet referri, non refertur ad ea, per quæ inducetur iurium correctio, vel absurditas, aut repugnantia aliqua, latè probat Peregri. de

34 fideicommiss. art. 16. num. 39. Nec † est nouum, quòd plus comprehendat obligatio, quàm donatio, sicut suprà diximus, vbi probauimus in obligatione simplici omnium bonorum venire futura, sed non in donatione, ex ratione diuersitatis ibi assignata. Adiungimus † quòd in dubio non est capienda interpretatio pro repetitione, prout probat Peregri. art. 16. num. 53.

35

36 Ille casus † successit in Senatu disputandus de anno 1613. me Aduocato, inter nobilem Ioannem, & Iosephum de Terreros, coram egregio Senatore Francisco Mijauila & Franquesa, in casu quo pater fecerat donationem de omnibus bonis suis in capitulis matrimonialibus primo filio masculo ex eo matrimonio nascituro, retentis, & sibi reseruatis

uatis ex bonis donatis mille frutis, de quibus teſtari poſſet, & in eiſdem capitulis, ſicut fieri ſolet, bona ſua obligauerat in lata forma, ſicut in his noſtris, & de menſe Apti
† lis concluſione in Senatu facta, fuit *declaratum* dictam reſeruationem fuiſſe obligatam pro ſolutione dotis, imò eam ſolam: non enim voluit Senatus aliquid tangendum de bonis romprehenſis in donatione pro dotis ſolutione, ſed ſolùm de reſeruatione, Scriba erat Bartholomeus Balle.

Idem articulus incidit de anno 1617. ſub die 18. Martij coram egregio Senatore Ioſepho Roca, in cauſa nobilis Franciſci Taqui contra nobilem Bernardum Doms oppidi Perpiniani, ſuper quadam liquidatione ſententiæ Regiæ inter dictas partes latę, qui fuit per dictum Rora ſolum, diuerſimodè
† *declaratus* ab eo quod Mijauila eius cognatus in alia aula cum conſluſione totius Senatus derarauerat, direndo reſeruationem nõ venire in hac obligatione, ſumẽdo pro motiuo, *Quia non fuit intentionis in dicta obligatione comprehendere bona reſeruata, cùm aliàs* (inquit) *ſtatim & in eodem actu ſemetipſum correxiſſet, & reſeruando, actum feciſſet inutilem, & fruſtratorium, ſi ea obligaſſet pro dote, aut ſponſalitio, quia reſeruatio prædicta nihil fuiſſet operata, &c.* Scriba erat Benedictus Sacares. Quòd deindè in cauſa ſupplicationis, referente egregio Senatore Balthaſare Morell, fuit per totam aulam approbatum, qui, ſaltem quantum ad hoc, prouiſionem confirmauit.

Alia cauſa ducitur coram eodem Roca inter nobilem don Ioſephũ de Barthomeu, & Ioſephum Spuny, Scriba eodem Sacares, in qua idem ventilatur articulus, ſed nõ eſt adhuc declaratus.

37 Et alia ſimiliter † in aula admodum Reuerendi Cancellarij, in qua derlarata fuerat cauſa illorum de Terreros, duritur etiã cauſa coram egregio Senatore Ioſepho Ferrer, inter nobilem Mariam de Llordat, & conjuges Ceſcaſes, in qua multis ab hinc annis tractatur de eodem artirulo, ſed præ materiæ difficultate non potuit adhuc reſolutionem in negotio capere Senatus, Scriba eſt Ioannes Prats. In qua cauſa eſt aliud quippiam partirulare, per quod qui pro libertate reſeruationis erant, exiſtimabant ſaluam rem fore, quando non poſſent ex alijs argumentis ſuprà adductis in fauorem eius opinionis obtinere, quod eſt valdè ſcitu dignũ. Caſus erat, quòd donator in donatione quã fererat filio fauore matrimonij, quod tunc contrahebat, non fecerat ſimpliriter reſeruationem pro teſtando, & ad ſuas liberas voluntates faciendo, ſed cum hoc additamento, *& pro collocandis reliquis filijs ſuis*, his verbis: *Retinet etiam ſibi donator, & reſeruat ad teſtandum, & collocandum alios filios ſuos, & aliàs facere ſuas liberas voluntates, de & ſuper bonis donatis octo mille libras, de quibus poſſit diſponere ad omnes ſuas liberas voluntates.* Mortuo donatore, donatarius filius illius nuptui tradiderat quandam ſoro rem ſuam, filiam etiam donatoris, cui in tatam dotis per ipſum promiſſæ, vendiderat, & rreauerat frater quoddam renſuale mortuum penſionis annuæ rentum librarum, & cùm ſoror inſtaret executionem contra fratrem pro nonnullis penſiouibus ex dicto rẽ ſuali debitis, ei ſe oppoſuit vxor obligati p̃ ſuis dote, & ſponſalitio, prætendens ſibi obligata fuiſſe & eſſe tam bona ſoreri, qui fit mauerat capitula, quæ conſiſtebant in reſeruatione, quàm etiam bona mariti, quæ conſi tebant in bonis, quæ habuerat à patre donatore, & in alijs propria induſtria acquiſitis: direbat ſoror, quòd in reſeruatis nihil poterat vxor prætendere, quia non erat veriſimile voluiſſe donatorem ea incontinenti obligare, vt ſuprà dximus. Maximè (& hoc erat particulare in illa cauſa) rùm reſeruatio fuiſſet facta deſtinando quantitatem reſeruatam pto collocatione aliorum liberorum, quam deſtinationem exerutioni vſus fuerat fratet demandare, dum ſororem nuptui tradens, dotauit eam: quicquid enim ſit (dicebant) in reſeruatione ſimpliri, certè in hac, quæ fit deſtinando iam ex tunc, nempè ex tempore donationis, & reſeruationis quã titatem reſetuatam pto colloratione filio-
38 rum, aliud videtur direndum, quia † deſtinatũ, ſeu deſtinatio habetur pro facto, l. & ſi non ſunt, §. infeſti autem, ff. de auro & argento legato, & l. fundi, §. fin. de actio. empr. & l. fin. in princip. rum gloſ. in verſi. Dederit, C. de dot. promiſſ. Alexand. in conſil. 97. num. 2. lib. 3. infinitos in id allegat Antonius Gabriel in rommun. roncluſ. tit. de præſumptio. ronrluſio. 12. ſtatim in initio. Quemadmodum ergo ſi ex tunr iam pater donaſſet filijs, non poſſet nurus quirquam ptætendere, quia iam tunc reſeruatum exiſſet à dominio donatoris, & ſir impoſsibile eſſet quòd veniret in obligationem factam pet ſocerũ; ita dicendum eſt quandu reſetuatum deſtinauit iam tunc pro filijs, cùm illa donatio habeatur, vt dictum eſt, pro facto.

39 Et quando opinio † amplecteretur, quæ ſine dubio eſt verior, & communior, quòd reuerà deſtinatum non habeatur pro facto, & ſic q̃ per deſtinationẽ non acquiratur ius tertiæ perſonæ, in cuius fauorem fuit facta, ar ſi reuerà res ei donata ſimpliciter fuiſſet; vti appatet ex eiſdem Doctoribus ſuprà ritatis,

citatis,& vlteriùs ex Vincen.de Fran.deciſ. 594.

40 Propter quod † donatio ſuſtinetur cum eiuſcemodi reſeruatione,quæ aliàs nulla foret ſi in certum,præciſum,& neceſſarium caſum reſeruatiu facta fuiſſet, prout in pulchro caſu,in quo facta extiterat reſeruatio de eo quod ſibi videretur pro altero filio

† ſuo *declarauit & reſoluit* Senatus 18.Ianuarij 1563, inter Margaretam Calueta,& Raphaelam Montaner referente egregio tunc Separore N.Iofre,vbi fuit dictum, *donationem eſſe nullam,quia facultas teſtandi reſeruata,reſtricta fuit in dicto caſum dumtaxat.* Sultinetur (inquam) & ſuſtineri debet donatio facta cum reſeruatione certæ quantitatis deſtinatæ ſic in genere pro collocádis aliæ filijs cum tali reſeruatione non obſtáte remanear libera donatori de reſeruatis diſpoſitio,vt dictum eſt.

Verùm videtur certum ad iuſtitiam partis in caſu occurrenti non eſſe neceſſe quòd ius eſſet acquiſitum illi tertiæ perſonæ contemplatæ,ſed ſolùm quòd cõſtaret de mẽte donatoris non fuiſſe,vt illa quantitas reſeruata veniret ſub obligatione nurus, & quòd dicta mens donatoris fuiſſet nota dictæ nurui,& hoc operatur dicta deſtinatio dictæ reſeruationis dictæ tertiæ perſonæ facta, quia declarat quod eam non vult ſibi, ſed dictæ tertiæ perſonæ,& ſic non poſſe dubitare nurum dictam reſeruationem non venire in ſua obligatione,quin donator eam cenſeatur donaſſe per deſtinationem illi tertiæ perſonæ,ita egregie † hoc declaraſſe di-

41 cebatur Alex. in cita conſ.97. num.8. & 9. lib.3.Quo in loco cum diſputauerit vtrum deſtinatum habeatur pro facto, & reſoluerit ex cõmuni, vbi requiritur facti eſſentia, ibi deſtinatum non haberi pro facto, quod & antea annotauerat idem Alexan. in conſ. 170.n.11.& 12.lib.2.Surd.conſ.195. lib.2. & Tuſc.in verbo deſtinatio num.14.

42 Verùm haberi † pro facto dicit quoad declarationem volũtatis,allegat l.fin.C. de dot.promiſ.dicens ibi verbum, dederit,intelligi deſtinatione.Quocirca cũ mens dicti donatoris,& nurus ſit facta clara per dictã deſtinationem, ſumus in claris dictam reſeruationem reſpectu filiæ per dictam deſtinationem eſſe exemptam à dicta nurus obligatione:eumq; concurrãt ad pecuniam reſeruatam,& deſtinatam filia donatoris, ad cuius vſum pecunia erat deſtinata, & dicta nurus, videtur indubitatum potiorem eſſe in ea pecunia filiam, quàm nurum.

43 Hoc argumentum † vt breuiter dicam quod ſentio,mihi nihil concludit, non enim video qualiter intentũ per illud probetur, nec reperio quòd Alex. in cuius doctrina fundatur totus diſcurſus,aliquid dicat quod proficiat.In ea ſententia eum video reſoluere ſe,vt deſtinatum non habeatur pro facto,quod ſine dubio facit pro noſtra ſentẽtia,ex eo enim ſequitur quòd cum deſtinatũ nõ habeatur pro facto,nec tribuat aliquod ius, ideò non poteſt ad propoſitum fieri vis in dicta deſtinatione.

44 Magis proculdubio † poterat timeri aliud contrarium,quod deſumi poterat ex doctrina Ancharra.in conſ.69.num. 8. vbi in effectu dicit,quòd ſi deſtinans perſeuerat ſemper in ſua prima voluntate,& determinatione,& in illius executionẽ poſteà adimplet quod promiſit,veluti dotando eum effectu filios ex reſeruatione,ſicut deſtinauerat,túc illa deſtinatio trahitur retrò,& habetur ac ſi

45 à principio fuiſſet donatũ filijs,vt ſic † à primordio (inquit) tituli poſterior formetur euentus iuxta l.1.de impo.luc.de.reſoluens

45 per hæc † quòd qui deſtinauit eſſe religioſum,& proinde ingreſſus eſt religionem, ſi deinde facit profeſſionem,& per eam confirmat ſuum ingreſſum,& ſuam animi deſtinationem, debet in cõtractibus interim celebratis à die ingreſſus ad diem profeſſionis cenſeri religioſus, quoad ſolemnitatem iuris canonici &c. quia tunc per illam perſeuerantiam,& cõſumationem,& effectuationem actus deſtinati fit retrotractio, vnde (applicando ad propoſitum) quemadmodũ ſi à principio non deſtinaſſet donator ſolùm pro filijs reſeruationem,ſed illam inter eos iam ex tunc diſtribuiſſet, non poſſet quicquam prętendere nurus in vim obligationis bonorum ſoceri,ſicnec nunc quando videmus donatorem perſeueraſſe in eadem animi deſtinatione,& operis per effectum adimpleuiſſe quod promiſerat.

Illud eſt contrarium,quod magis ſtringere poterat, ſed ego nihilominùs exiſtimo nihil aut parùm illud obſtare, quia non eſt materia applicabilis ad caſum noſtrũ, quia reſeruatio, & deſtinatio nõ exierunt liberę de manibus (vt ſic loquamur) donatoris; quia eodẽ momẽto quo factæ fuerunt,obligata etiam extiterunt bona reſeruata, &

47 deſtinata: cum enim † in eodem inſtrumento non detur prius,& poſterius, ſed omnia ſimul, & ſemel in eodem momento vires ſuſcipiant, & omnia ſimul perficiantur in vltimo verbo partium contractum, & diſpoſitionem habentium pro perfectis,Bar.in l. lecta n.9.& 18.Cagno.n.129.ff.ſi cer.peta. idẽ Bar.in l.cõtractus n.4.C.de fid.inſtrum. & ibi etiam Pau. num. 7. Salice. num. 9. Fanu. de momen. temp. c. 17. nu. 2.Surd. deciſ. 157. nu. 6. Rot. deciſ. 756. nu. fin. par.1.

48 par. r. diuerſor. Vbi ponit † exemplum in ſententia, in qua vna clauſula non tranſit priùs, quam altera, quia omnes clauſulæ in fine, & in eodem inſtanti concludantur, optimè Pau. de Caſt. in dicta l. contractus n. 7. C. de fide inſtrum. & Caſana. in conſ. 10. num. 139.

49 Indè fit † quòd nullo momento tẽporis dici poteſt quòd reſeruatio fuit libera, ſed ſimul & affecta onere dictæ obligationis, provt pulchrè conſiderat Ruin. in conſ. 214. à num. 10. vol. 1.

50 Vbi in ſatis † ſimili propoſito, diſſoluens quoddam argumentum contra ſe adductum in caſu quo in eodem inſtrumẽto fuerat eadem res & minori donata, & obligata ſimul, ſic ait. *Nam iura prohibentia hypotecam contrahi in bonis minoris, loquuntur quando bona iam ſunt tranſlata in dominium eius, nõ autem quando dominij trãslatio non reperitur ſine dicta conuentione, quia* (inquit) *ex quo nullo momento temporis res fuit liberè in dominio minoris, res tranſit cum quadam fictione &c.* Antea dixerat eodem nu. quòd quia antequam traderetur, conuenit vt eſſet hypotecata, tranſit res in minorem cum obligatione ſua, Caſana. d. conſ. 10. nu. 139. in fi. vbi loquendo in eodem caſu, quo omnia in eodem inſtrumento facta fuerãt, ſic ait, *Ex eo enim quòd ſimul cum extinctione ceſſio facta eſt, nullo momento tẽporis res fuit libera, ſed ſimul & affecta prædicto onere iuris luẽdi tranſlati*, Fanu. de momen. tempor. c. 17. num. 16. in fin.

51 Ex quibus ſequitur † nõ poſſe dici, quòd quia deſtinata reſeruatio fuit, effugit obligationem, cum in eodem actu, & in eodem inſtrumento, quo deſtinata fuit, affecta etiam fuerit obligatione, & ex conſequenti prætẽſa retrotractio non poteſt eſſe in conſideratione, cum etiam ſi dotatio quæ poſteà fuit facta datemus quòd retrotraheretur ad tẽpus deſtinationis, nihil id eſſet, cum iam & tunc nõ libera, ſed affecta reſeruatio, & deſtinatio eſſet.

52 Scio quòd † ex aduerſo etiam adduceba tur hæc argumentatio, quòd hic erant ſimul & ſemel factę reſeruatio & deſtinatio, & obligatio pro dote nurus, & omnia eodem momento firmę contrahentium receperant ſuam perfectionem de conſenſu omnium, ac propterea dicebatur, quòd reſeruatio ſicut deſtinata erat remanebat, & remanere debebat libera ab obligatione. Sed ego dicebã, quòd id aliquid concluderet quãdo in contractu id dictum fuiſſet quòd reſeruatio remaneret libera ab obligatione, vel hæc eſſent incompatibilia, verùm non ita res ſe habet, nec aliqua incompatibilitas poteſt in his cõſiderari, non enim repugnat deſtinare pro vno, & ſimul obligare pro alio, ſicut non repugnat donare vni, & ſimul obligare alteri, vt ſuprà ex Ruin. diximus. Remanet ergo ſatis ſuperq; ad obiectionem in principio circa deſtinationem factã, reſponſum, & ſatisfactum.

53 Addebam alia † in ea cauſa quæ videbantur tollere omnem difficultatem, & ſignanter quòd vix poteſt in huiuſmodi negocijs conſiderari aliqua deſtinatio, cum ſemper cum iſta prætenſa deſtinatione fiat etiam reſeruatio ſimul ad teſtandum, & faciendum ſuas liberas voluntates. *Item ſibi reſeruauit &c. ad teſtandum & collocandum reliquos filios*, & quandoq; & fere ſemper geminatè bis, aut, ter ſolet in teſeruatione fieri mẽtio de hoc quod eſt fieri eam ad teſtandum, & vnica ſola vice quaſi incidenter ad collocãdum reliquos filios. Quod denotat ſine dubio enixam voluntatem donatoris, & illius mentem declarat, quòd ſcilicet fuerit reſeruationem facere ad hunc potiùs effectum, vt haberet donator de quo teſtari poſſet, quàm alia de cauſa, & reſpectu, quamuis & alia etiam cauſa ſit ibi enuntiata, l. balliſta cum ibi nota. ad ttebel. pulchrè Bec. in cõſ. 20. num. 12.

54 Vbi ex † quo cauſa matrimonij in certo caſu, de quo ibi, fuit iterata & geminata in eodem, colligit & concludit matrimonium fuiſſe maximam, & principalem cauſam dotationis, quamuis ſemel in eadẽ donatione dictum fuiſſet, titulo purę perfectæ, & ſimplicis donationis, quæ verba ſimplicem, & non ob cauſam donationem efficere videbantur: præpondetant enim † verba toties repetita illis de quibus ſemel fuit mentio facta. Idem Bec. in conſ. 21. num. 24. Rolan. à Valle in conſ. 44. num. 11. & 12. lib. 4. qui in eiſdem terminis loquitur in quibus Bec. in cita. conſ. 20. Et iſti Doctores † faciunt vim quòd verba ſint triplicata ſicut ſæpius contingit in noſtris reſetnationibus, dicẽdo quòd magis enixam denotant diſponentis voluntatem, quàm ſi eſſent duplicata tantũ, Barzi. deciſ. 5. num. 12.

57 Nec huic coniecturæ † reſiſtit ſi obijciatur quod communiter in hac materia DD. habẽt in ore, huiuſmodi geminationem hic non operari cum fuerit facta in continenti, & ſine vllo interuallo ad tradita per Felin. in cap. ſi cautio, de fide inſtrum.

58 Nam reſpondetur † interuallum requiri in geminatione ad hoc vt operetur quando ſumus in geminatione actuum, non autem quandò verſamur in geminatione, & comulatione verborũ; ne alterũ ipſorum ſtet ſine virtute aliquid operãdi, ad tex. in l. ſi quãdo C. de

C.de inofficios.teſtamen.cum ſimilib. Ita in terminis ex auctoritate multorum ab eis relatorum declarant Pariſ.in conſil.71.nu.21. lib.3.& conſil.18.num.9.eodem lib. ac etiã in conſil.37.num.58.lib.2.Cæſar Barzius in citata deciſ.5.num.13.

59 Reſpondemus ſecundò † ſecundæ principali obiectioni propoſitæ, quòd quando in aliqua diſpoſitione apponuntur duę cauſæ diuerſæ, vel quæ inuicem ſe non comparitur, propter quas dicitur ea fieri tunc ad videndum quæ ſuperabundat,& quæ ſit attendenda, eſt inſpiciendum quænam ex iplis ſoleat apponi de ſtylo Notariorum, licet non dicatur à partibus, & quæ non, niſi exprimatur, vt prior cenſeatur abundare, & eſſe de ſtylo Notariorum appoſita, poſterior verò non, vt docent Rip.in l.ſi vnquam, quæſtio. 16.num.37.C.de reuoc.dona. & Bacc.conſ. 20.nu.21.verſic.Tertio dico.

60 In noſtro autem caſu † nemo non videt quòd pro diuerſis cauſis,& inter ſe ſe repugnantibus, ac contradicentibus reſeruario facta exiſtit: non enim ſe compatiuntur quòd pro faciendo ad ſuas liberas voluntates ſit reſeruario facta, & pro collocandis alijs filijs donatoris: ſi enim collocantur filij ex reſeruatis, quomodo faciet de eis donator ſuas voluntates? Certè non benè. Quòd ſi ita eſt, oportet, quòd principalem cauſam attendamus, & quæ ex ſtylo Notariotũ appoſita eſt, reijciamus. Principalis dicenda erit,pro faciendo ad ſuas voluntates,cùm vt teneat donatio, id requiratur quòd aliquid reſeruetur pro teſtando, minùs autẽ principalis, & de ſtylo Notariorum, appoſita dici debebit,& debet, pro collocandis alijs liberis,cùm ſine hoc donatio teneat cum ſola reſeruatione alicuius quantitatis ad teſtãdum, & communiter non ſoleant partes exprimere Notario, quòd pro collocandis alijs filijs faciunt reſeruationem, ſed benè pro diſponendo ad ſuas voluntates,vt donatio teneat, vt notum eſt. Ita in ſimili argumentatur Ripa in citata l.ſi vnquam,num.37.C.de reuocan.donatio. Maximè † cùm ſi ad eam cauſam pro filijs collocandis principaliter, & expreſsè diſpoſitio facta ſoret,dubitari merito poſſet de donationis validitate ex non libera reſeruatione ad teſtandum facta, ad tradita per Couatru.lib.3.variatum reſolu. cap.12.num.3. verſicu.Quibus accedit, & in fine illius numeri. Et propterea † eſſet ſumere interpretationem pro inualiditate actus, quod non permittitur, ad l.quoties, ff. de reb.dub.Couarru.in terminis vbi ſuprà, & Surd.deciſ.233.num.15. & aliquibus antecedentibus.

61

62

63 Vel dicamus † cum Bec.in cita.conſi.20. num.21.verſic.Tertio dico, & Rimin.conſ. 383.num.32.& ſequentib. vbi videtur loqui in forriotibus terminis, quòd cùm clauſula prædicta toties repetita,& principaliter expreſſa, ad faciendas ſuas liberas voluntates, non poſsit llare cum clauſula pro collocandis teliquis liberis, ideò videtur hæc vltima per errotem poſita,& pro tali eſſe habenda.

Hæc efficiunt vt dicere debeamus nullam in caſu propoſito eſſe deſtinarionem, cui initi quis valeat, quod ſi ita eſt, non oportebit ampliùs diſputare. Atque hæc de hac pulchra, & practicabili quæſtione. A quæ

64 poſſent † nos, ſi vellent, tabelliones,qui iſta inſtrumenta recipiunt, liberare, ſi dicerent partibus num vellent teſeruata eſſe obligata, vel non, & ponerent prout ab eis audirent. Super his ego experrus dico, quòd ex incutia iſtorum lires ſuccedunt hominibus, in quibus facultates ſuas conſumunt, & deſtruunt,nolentium partibus aduertere quod oporteret pro exterminatione, & ſublatione difficultatum, & nõ video negotia in hoc meliorati vnquam,ſed tales eſſe hodie,quales heri, & nudiustertius.

65 Reuertamur ad † obligationem, & hyporecam bonorum ſoceti, de qua ſuprà, vt vndè ſumpſit initium,ibi finiat noſtra oratio. Dixi non eſſe dubium quin eius bona remaneant obligata pro dote,& ſponſalitio nurui reſtituẽdis, ſicut bona ipſius filij nubẽtis, cùm hæc obligatio expreſsè in ſcriptura legatur.Nunc quæro † quid ſi ipſe non ſe obligauerit expreſsè, ſed fuerit præſens, & conſentiens matrimonio? Dubium mouet, quòd obligatio ſoceri ſolùm inducitur quando filius eſt in eius poteſtate, vt probat l.ſi cum dotem, in famigerato §. tranſgrediamur, ff.ſoluto matrimon.& l.ſi filio familias ff.eodem tit. Milanen. deciſio.19. num.24. lib.1.don Garcias Meſtil.deciſio.Sicil.46. nu.11.& 12. ac egregius Conſiliarius in ſupremo Coronę Aragonom Concilio,ac Aduocatus Fiſcalis, don Franciſcus Hieronymus Leo deciſio.Valentina 54. num.2. vbi

66

†† *deciſiones.*

67 Conſtat autem † quòd in Cathalonia filij per contractum matrimonij liberantur à patria poteſtate, ſi illud contrahunt de conſenſu, & voluntate patris, vt diſponit conſtitutio vnica ſub tit. de emancipat. Sequi ergo videtur non poſſe dici ſocerum fore ꝓ reſtitutione prædictorum obligatũ, niſi expreſsè ſe obligauerit ad ea.

68 Et reſpectu ſponſalitij † eſt alia adhuc difficultas, quia in iuribus ſuprà adductis, in quibus fundatur obligatio ſoceri, nulla fit mentio de ſponſalitio,vel alio iure mulieris ei ſimili, ſed de dote dumtaxat.

Secundò,

69 Secundò reddit † rem dubiam, tam quoad dotem, quàm etiam quoad ſponſalitium, quòd prælegatæ leges loquantur tantùm cum iuſſu patris dos eſt ſoluta filio, vt ibi eſt videre, quod nō verificatur in patre præſente, licèt non contradicat.

70 His non obſtantibus † in contrarium eſt veritas. Nec obſtat quod dicebamus de filio conſtituto in patria poteſtate, in ea enim eſt filius cum contrahit ſponſalia de futuro, vbi fit conſtitutio dotis, & obligationes fiunt de ea reſtituenda, ſolùm enim liberatur ab ea filius cum per verba de præſenti matrimonium contrahit.

71 Nec obſtat ſecundum, † quia volũtas, ſeu conſenſus patris, qui oritur ex patientia ſua quòd dos ſoluatur filio, cum poſſet dicere ſe eam velle recipere ne illam filius diſſiparet, habetur pro iuſſu ad iſtum effectum. Atque † ita in his eiſdem terminis fuiſſe *declaratum* in facti contingentia per Senatum Valenti. de anno 1610. Auctor eſt egregius conſiliarius, & Aduocatus fiſcalis in ſupremo regni Aragonum Concilio Don Frao. Hierony. Leo deciſ. 54. per totum, quę eſt ad propoſitum videnda, cum omnes abſtergat nebulas, quę rem hanc offuſcare poſſent.

72 Quando autem † pater cõſenſit expreſsè quòd dos ſoluatur filio, nullam omnino res habet difficultatem, quamuis vt diximus, nō ſit neceſſarium, ſed ſufficiat ſola præſentia, & conſenſus in matrimonio. Caſum expreſſum † de hoc puncto *declarauit* Senatus 15. Ianuarij 1614. referente egregio Senatore Ioſepho Ferrer. Ecce quòd pater, qui dotauit filiam, habuit vendere quoddam cenſuale pro ſoluendo dotem filiæ, iniunxitq; emptori vt genero ſolueret. Is ſoluit, is voluit apocham nedum à filio, ſed etiam à patre, quæ diceret quòd de conſenſu illius ſoluebat filio. Ex hoc fuit dictum quòd pater tenebatur ad dotis reſtitutionem ſicut filius. Verum eſt quòd, mihi, iam aliàs remanebat obligatus ex ſolo conſenſu præſtito in matrimonio filij. Alia infrà in reſtitu. dot.

73 Sed quid dicendum † eſſet è contrario, ſi ſciente, & vidente filio pater reciperet dotem, an propterea remaneret etiam filius obligatus ſicut pater. Dic quòd non, quia militat diuerſa ratio, cum filius non teneatur ſe obligare pro dote quã pater recipit, quemadmodum pater pro filio, de hoc plena eſt † deciſ. Surdi 47. Vbi dicit *deciſum* in Senatu Mantuano, videnda. Atq; hæc de his ſatis.

SVMMARIA.

1 *Mulier pro dote præfertur alijs viri creditoribus tacitam hypotecam tantùm habentibus. Vbi deciſio noſtri Senatus.*

2 *Mulier pro dote non præfertur alijs viri creditoribus anteriorem hypotecam expreſſam habentibus.*

3 *Mulier ſi eſt prior tempore præfertur fiſco, & è contra fiſcus mulieri ſi anterior ille eſt.*

4 *Mulier præſumitur anterior creditrix quam fiſcus in dubio quando de eorum prioritate non conſtat, quia eodem die factæ ſint obligationes.*

5 *Etiam in bonis quæſitis poſt fiſci obligationẽ. Fiſcus præfertur alijs creditoribus ſimile priuilegiũ nõ habentibus etiã anterioribus in bonis per debitorẽ ex poſt quæſitis. ibidem.*

6 *Fiſcus pro debito Primipilari præfertur vxori debitoris etiam anteriori creditrici.*

7 *Fiſcus pro debito Primipilari habet obligata bona dotalia vxoris, & filiorũ, licèt patris hæredes non ſint.*

8 *Quod tamen vix alicubi obſeruatur propter ſui aſperitatem.*

9 *Primipili officium quale ſit, & dicatur.*

10 *Primipilare officium aliqui dicunt eſſe officiũ Theſaurarij Principis.*
Alij officium Prouiſoris exercitus. ibidem.

11 *Primipili officium hodie non eſt in vſu.*

12 *Primipili officium quale propriè ſit, & quòd non ſit officium Theſaurarij, vbi deciſio.*

13 *Primipilare officium quale ſit ſecundum Panormitan. & cur bona vxoris, & filiorum ſint pro eo obligata.*

14 *Deciſio apud nos facta quòd mulier præferatur pro ſua dote fiſco pro debito quod prætendebatur Primipilare.*

15 *Mulier in omni caſu in quo eſt, & eſſe debet reſtitutioni dotis locus, exercet ſuam hypotecam ad illius recuperationem.*

16 *Et ſic in reſtitutione dotis, quæ fit conſtante matrimonio ob viri inopiã in vim promiſſionis generalis de reſtituendo in omni caſu &c. vbi deciſio noſtri Senatus.*

17 *Contrarium tenent plures, quia non videtur eſſe hæc vera dotis reſtitutio, ſed aſſecuratio dumtaxat.*

18 *Sed diuerſa opinio, quæ eſt affirmãs, præualet. vbi deciſiones.*

19 *Mulier nullo modo poteſt agere via executiua pro recuperanda dote conſtante matrimonio propter viri inopiam, quia plura antea ſunt iuſtificanda via ordinaria.*

20 *Mulier cum vir vergit ad inopiam, & ipſa vult recuperare dotem, ſic præfertur creditoribus pro ſua hypoteca, ſicut ſi vellet ſoluto matrimonio eam exigere.*

21 *An ſit differentia ſi promiſſio ſit facta in omnem, & quemcumq; caſum, vel in omnem caſum, vbi deciſio Rotæ Romanæ.*

22 *Inopia viri eſt cauſa vt conſtante matrimonio dos poſſit repeti, & ideò ea eſt imprimis pro banda.*

23 *Maritum ſufficit probare incipere vergere ad inopiam vt dos conſtante matrimonio repetatur, nec eſt neceſſarium expectare quòd omnia dilapidet.*

24 *Mulier poteſt dotem conſtante matrimonio recuperare ſemper quòd probat deducto ære alieno viri non remanere ei vnde onera matrimonij ſuſtineantur.*

25 *Maritus dicitur malè vti ſubſtantia ſua cum plus expendit, quàm importent reditus, & eum multum fidiiubet.*

26 *Maritus ex quibus vergere ad inopiam dicatur, remiſſiuè.*

27 *Materia recuperationis dotis conſtante matrimonio ob vergẽtiam mariti ad inopiam, parum practicatur in Catbalonia niſi certo modo.*

28 *Deciſio Senatus circa recuperationẽ dotis conſtante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam.*

29 *Intereſſe dotis petitio à die litis motæ debet adiudicari vxori ſeorſum à viro habitãti cum ipſa dote, quando maritus vergit ad inopiam, ſecus ſi cum eo viuebat, vbi deciſiones.*

30 *Deciſiones aliæ Senatus ſuper repetitione dotis ob vergentiam mariti ad inopiam.*

31 *Mulier pro recuperatione dotis cum vir vergit ad inopiam, agere poteſt etiam contra tertios poſſeſſores, vbi deciſiones noſtri Senatus.*

32 *Excuſſio bonorum viri eſt facienda priusquã mulier contra tertios poſſeſſores agat pro recuperatione dotis conſtante matrimonio ob vergẽtiam viri ad inopiam, vbi deciſ. noſtri Senatus.*

33 *Idem eſt cum repetitur ſoluto matrimonio, vbi deciſio noſtri Senatus, & aliorum.*

34 *Fallit niſi habeat mulier clauſulam conſtituti in ſua obligatione, tunc enim non tenetur facere excuſſionem.*

35 *Excuſſio non eſt neceſſaria, vbi probatur debitor non eſſe ſoluendo.*

36 *Excuſſio poteſt fieri in eodem iudicio, citando principalem, & tertios poſſeſſores ſimul, & quomodo, & num. ſequenti, vbi deciſiones noſtri Senatus*

37 *Excuſſio euitatur probando in diſcurſu cauſæ debitorem non habere bona.*

38 *Confeſſio maritj de vergentia ad inopiam ſufficit ad exactionem dotis quando contra eum ſolum agitur.*

39 *Secus eſt cum agitur contra tertios poſſeſſores; nam tunc exactior probatio requiritur.*

40 *Maritus vergens ad inopiam poteſt de plano reſtituere dotem vxori abſque aliqua probatione.*

41 *Mulier repetit dotem ex eo ſolo quòd ſocer qui eam receperat, vendidit domum quam habebat eum maritus eſt nõ ſoluendo, vbi deciſio.*

42 *Mulier eũ ſola ſemiplena probatione vergẽtiæ mariti ad inopiam repetit dotem cum agitur contra eum.*

43 *Deciſio optima Senatus in iuſtificationem dictorum in præcedenti numero.*

44 *Dos quæ exigitur à muliere conſtante matrimonio non poteſt alienari, ſed debet deſeruire oneribus matrimonij.*

45 *Dos quæ exigitur conſtãte matrimonio, ſi mulier non eſt induſtriosa, debet ſequeſtrari, vt ex fructibus alimentetur familia.*

46 *Mulieri conſtãte matrimonio cum vir vergit ad inopiam conceditur aſſecuratio de dote dummodo pecunia deponatur penes fidum mercatorem, vt indè alimententur.*

47 *Reſtitutio dotis, quæ fit mulieri conſtante matrimonio, non eſt vera reſtitutio, ſed aſſecuratio.*

48 *Idem eſt in Cathalonia, vbi optimæ Senatus noſtri deciſiones videndæ.*

49 *Iudices admonentur ne mulieribus liberent dotes ſimpliciter propter periculum amiſſionis earum, cum maritus vergit ad inopiam.*

50 *Fructus dotis exactæ, cum vir vergit ad inopiam ſi qui ſuperſunt deductis alimẽtis, sũt viri, & creditorum.*

51 *Creditores ſecundi non poſſunt vxori aſſecuratæ in ſua dote offerre dotem, & recuperare proprietatem ſuper qua aſſecurata fuerat.*
Creditor ſecundus an & quando poſsit dotem offerre vxori debitoris remiſſiuè, ibidem.

52 *Mulier cum vir vergit ad inopiam, exigit nedum dotem, ſed & donationẽ etiam propter nuptias.*

53 *Mulier cum vir vergit ad inopiã, exigit etiã augmentum dotis, quod lucratur vxor ſuperuiuens viro.*

54 *Augmentum iſtud oneribus matrimonij ſubiectum eſt, & pro eis deſeruire debet.*

55 *Idem eſt in noſtro ſponſalitio.*

56 *Ius quod mulier habet ad ſponſalitium eſt cõditionale, quod ſe habet ad eſſe, & non eſſe ſi mulier ſuperuiuit, vel non, vxori.*
Sponſalitium, eſt magnum dubium ſi poteſt exigi cum vir vergit ad inopiam, ibidem.

57 *Mutanda minimè ſunt quæ certam habuerunt interpretationem.*

58 *Mulier cum vir vergit ad inopiam, exigit bona dotalia alienata cum eius conſenſu conſtante matrimonio.*

59 *Item & parafernalia.*

60 *Item expenſas, & ſumptus litis, quas & quos expendere habuit pro harum rerum conſequutione.*

61 *Mulier non restituit viro dotem, & alia quæ exegit ob illius vergentiam ad inopiam, quamuis postea diues fiat, & sic cessset causa. Licèt non desint qui contrarium teneant.*

62 *Effectus momentaneus nõ cessat cessante causa.*

63 *Mulier non impeditur exigere ob viri inopiã dotem, & alia, ex eo quòd ei vir velit cauere de dote conseruanda.*

64 *Cautionis fragilitati nemo tenetur se cõmittere.*

65 *Auctoris opinio.*

66 *Mulier cum vir vergit ad inopiam, non quærit tantùm vt dos ponatur in tuto, sed vt etiam de eius fructibus alantur.*

67 *Mulier vtitur remedio l. vbi adhuc, pro assecuratione dotis, etiamsi dati ei essent fideiussores pro restitutione.*

68 *Marito non competit beneficium ne egeat pro restitutione dotis cum maritus vergit ad inopiam.*

69 *Mulier vtitur beneficio l. vbi adhuc, in casu vergentiæ ad inopiam contra socerum pro recuperatione dotis, si pauper socer sit qui dotem recepit, licèt diues sit maritus.*

70 *Mulier an vtatur hoc remedio contra patrem dote adhuc non soluta per eum, si vel ipse vel maritus vergit ad inopiam.*

71 *Creditores viri sunt audiendi cum vxor vult exigere ab eo dotem ob vergẽtiam ad inopiam.*

72 *Intelligitur quoad præiudicandum creditoribus, sed non quoad præiuditium viri.*

73 *Mulieri nubenti scienter viro multũ obærato nunquam competat beneficium, l. si constante, & l. vbi adhuc, remissiuè.*

74 *Mulieri assecuratæ pro dote in stabilibus, si illa euincuntur, an iterùm in alijs assecurati debeat.*

75 *Mulier habet beneficium, l. si constante cum vir sine causa se absentauit.*

76 *Filij habẽt matris priuilegium, vt ob vergentiam patris ad inopiam recuperent dotem.*

GLOSSA II. PARS III.

De Prælatione vxoris pro suis dote, & sponsalitio ratione suæ hypotecæ aduersus alios mariti creditores.

Et de dotis exactione, quæ fit per mulierem constante matrimonio ob vergentiam viri ad inopiam.

1 IN vim huius † expressę hypotecæ, & illius ratione non est dubiũ quòd mulier præfertur in bonis viri cuicunque alteri creditori, etiã anteriori tacitã tantùm habenti hypotecam, Neguzan. de pignor. 2. par. in 4. memb. num. 89. Dida. Couarru. lib. 1. variar. resolu. cap. 7. num. 1. vers. Secunda cõclusio, Ioan. Gutier. in prac. quæstio. q. 100. nu. 5. lib. 3. quod est (inquit) priuilegium dotis, nam extra causam doralem prior hypoteca siue expressa, siue tacita semper poteriori tacitæ, vel expressæ præfertur, sequitur etiam Alex. Trentasinq. var. resolu. vol. 1. lib. 3. tit. de pignor. & hypote. resol. 9. n. 3. qui duo post alios suprà allegatos, infinitos adducunt in idem, & nos etiam nõnihil dixeramus iam in superioribus vbi de auocatione pecunię egimus clau. 5. glo. 8. par. 7. num. 70. Et in terminis nolter Senatus *declarauit* 18. Iunij 1585. referente egregio tunc Senatore N. Sala, inter Elisabethã Masselles, & pupillam Steue, vbi fuit dictum quòd mulier habens expressam hypotecam pro dote præferebatur pupillæ habenti tacitam anteriorẽ pro credito tutelæ, & curæ, vt habes in Regio Archiuo.

2 Respectu autem † aliorum creditorum aliam similem hypotecam expressam habẽrium nullam habet mulier prærogatiuã, siue priuilegium, aut prælationem, sed in eis seruatur regula, qui prior est tempore potior est iure, provt etiam probaui pluribus in citato loco, non est opus reperere, cum regulæ sint vulgares, & triuiales id probantes.

3 Quæ regula † etiam procedit inter fiscũ, & mulierem, præfertur enim sine dubio inter eos qui prior est tempore l. 2. C. de priuileg. fis. & ibi glos. & glos. etiam in l. dotis C. de iur. dot. Bar. in l. 1. num. 26. ff. solut. mat. Neguzan. de pignor. par. 2. memb. 4. num. 108. Ioan. Gutier. in pract. quæstio. lib. 3. quæstio. 100. num. 13. Illustrissimus Cardina. Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 25. & 26. Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. inspec. 3. cap. 2. num. 482.

4 Et in dubio † si de prioritate nõ constat, veluti quia eodem die sint instrumenta confecta, præfertur proculdubio causa dotis, & sic magis priuilegiata est quàm fiscus Bal. in cita. l. dotis C. de iu. dot. & in l. ad exactionem C. de dot. promis. Neguzan. de pig. 2. memb. 5. par. prin. num. 109. Dida. variar. resolut. lib. 1. cap. 16. num. 6. Menoc. de præsump. lib. 2. præsump. 72. n. 18. vbi hãc dicunt magis receptã, & magis etiã cõmunẽ opinionẽ, Gutier. in cita. q. 100. n. 14. & 15.

Manti. de tacit. & ambigu. conuentio. lib. 11. tit. 26. num. 4. & Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. inſpect. 3. cap. 2. num. 482.

5 Id quod procedit † tam in bonis quæſitis poſt obligationem fiſci cõtractam, quàm in ante, licèt enim in bonis ex poſt quæſitis priuilegium prælationis fiſcus habere dicatur, id intelligitur reſpectu eorum creditorum, qui ſimile priuilegium non habent, nõ in muliere pro dote, quæ tam priuilegiata eſt vt vidiſti, ita Manti. d. lib. 11. tit. 25. ex num. 6. & Pacifi. ex num. 473. vbi infiniti allegantur, Ioan. Gutier. in prac. qq. lib. 3. quæſt. 100. num. 11. & 12.

6 Fallit in debito † Primipilari, p quo ſine dubio fiſcus præfertur vxori etiam anteriorem hyporecam habenti; Iſtud eſt enim priuilegium fiſco pro huiuſmodi ſpecie debiti tributum, l. vt illitas C. de Primipil. lib. 12. & l. ſatis notum C. in quib. cauſ. pig. tacitè contra. Bart. in l. 1. num. 26. ff. ſolut. mat. dum dicit *fallit in caſu d. l. ſatis notum*, Capi. deciſ. 129. num. 13.

7 Habet & fiſcus aliud mirabile priuilegiũ circa hanc cauſam. Primipilarem, vt non ſolùm habeat pro ea obligata bona Primipilatum exercentis, ſed etiam bona dotalia vxoris, & filiorum, licèt hæredes patris non exiſtant, iuribus ſuprà allega. & l. 1. C. de priuileg. fiſ. latè Barboſ. in l. 1. par. 7. num. 1. & per tot. ff. ſolu. mat. Cardin. Manti. de taci. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 18. nu. 8. cum ſeq. & tit. 26. nu. etiam 8. Don Garcias Meſtril. de magiſtra. lib. 5. cap. 9. nu. 91. Idem etiam docet noſter Cali. in margari. fiſ. dub. 3. n. 7. & 8. cum infinitis per eos adductis, Muñoz de Scobar de raciocin. c. 39. n. 9. cum ſeq. qui licèt alios circa declarationẽ termini, Primipili, reprehendat, non remanſit tamen ipſe ſine reprehẽſione, vt eſt videre apud Meſtril. in loco ſupà cita. nu. 90, Harthman. Harthman. in practicar. foren. obſerua. lib. 2. tit. 27. num. 3. obſerua. 19.

8 Sed hoc † vix alicubi obſeruatur propter ſuam aſperitatem, provt in regno Neapoli. non obſeruari dicit Fran. a Ponte in tract. de poteſt. Proreg. tit. 4. de real. impoſitio. §. 8. n. 17. De regno Luſitaniæ, quòd nec etiã hæc inibi obſernẽtur, docet Alfar. de iur. fiſ. glo. 16. n. 94. Et de regno Sicilię refert Don Garcias Maſtril. in tract. de magiſtra. lib. 5. c. 9. nu. 91. quòd hæc in regnõ non ſeruantur, atteſtans ſe vidiſſe pluries practicatũ, & determinatum per Doctiſsimos viros in eodem tribunali degentes. Nec nos qui circa annos viginti quatuor cauſas in noſtra Cathalonia ducimus, tale quid vel vidimus, vel audiuimus practicatum.

9 Ratio debet eſſe, † quia eſt difficillimũ aſsignare in Prouincia quid ſit, & dicatur officium Primipili, vt in eo verificari valeant leges, quæ de Primipilo loquuntur. Quãuis

10 enim † multi dicant, & velint hæc practicari poſſe in Theſaurario generali Principis, vel in eo qui dicitur prouiſor exercitus, in quibus videntur militare hodie rationes antiqui ollicij Primipilaris, de quibus per Barboſ. d. par. 7. nu. 1. cum ſequent. quorumque officiũ videtur hodie eſſe officium primipili antiquum, vt dicũt Doctores ſuperiùs citati omnes, & alij quos ipſi adducunt.

11 Mihi tamen † magis placet quod dicit Pau. de Caſt. in l. 1. poſt princip. de priuileg. fiſ. hoc officium hodie non eſſe in vſu, & cum Primipilus haberet olim penes ſe ſtipendia, & præmia militum, quæ illis diſtribuebat, & hæc hodie nõ fiãt per prædictos officiales, ideò cum Barboſ. loco cita. num. 4. ampliùs

12 deliberandum eſſe cenſeo. Et ſi † vlteriùs, & radicitùs vis edoceri quid qualeq; ſit, ac fuerit illud primipilare officium, lege tot. conſilium Cãmil. de Larata 80. vbi multis id declarat, & reprobato Capi. in deciſ. 129. n. 14. multis demonſtrat non eſſe officium

† Theſaurarij vt plures exiſtimãt, atq; ita *deciſum* in Senatu Neapolita. pro prælatione mulieris cuiuſdam Theſaurarij contra Re-

13 gium fiſcũ, tradit. Sub breuibus † Panormi. in cap. ex parte nu. fin. circa fin. ex. de conſuetud. nobis aperit quale antiquitùs eſſet iſtud officium. Eius verba ſunt ſequentia. *In gloſ. verb. alienat, ibi in cauſa Primilari. Nota illum caſum in quo bona mulieris ſunt obnoxia pro culpa mariti, & etiam in bonis filij etiam emancipati in l. fin. C. de Primipilar. lib. 12. Et dicuntur Primipilarij illi qui deferebant in bello Primipila, ideſt tela. Et propter magnum periculum, quod in eis vertebatur cum erant Primi in bello, fuit inducta iſta ſpecialitas, vt ſi ipſi condemnati quod ſe prauè geſſerunt in officio, non habent vnde ſoluant, poteſt manus extendi ad bona vxoris, & filiorum, & dicit Nicol. Matareli quòd fuit ſtatutum ne propter gemitus vxoris, & filiorum malè gererent eorum officium.* Hæc Abb.

14 Semel vidi † tamen de hac materia in forenſibus controuerſijs in Cathalouia tractatum, in Conſiſtorio Magiſtri Rationalis coram Aſſeſſoribus Baiuliæ Generalis Cathalonię, quæ ſunt propria tribunalia fiſcalia, inter fiſcum Regium, & vxorem Monſerrati Regnes oppidi Perpiniani habentis officiũ Adminiſtratoris Procurationis Regiæ Comitatuum Roſſilionis, & Ceritaniæ, vbi cum tractaretur, non ſi bona dotalia, vel filiorum erãt fiſco obligata pro debito, in quo dictus Adminiſtrator remanſerat fiſco debitor iuxta rigorem legum adductatũ, quamuis prætenderetur

tenderetur priuilegia fiſci circa Primipilũ aduerſus hunc Adminiſtratorem militare, nam de hoc nec ſomniatum fuit, ſed ſolùm num mulier huius Adminiſtratoris, quæ habebat ſuam pro dote anteriorem, præferretur fiſco, aut e contra ei fiſcus. Fuit in dicto tribunali pro fiſco, contra mulierem † *declaratũ* exiſtimando quæ de Primipili officio dicũtur in officio dictæ adminiſtrationis verificari poſſe, quaſi iſte Adminiſtrator eſſet ex primis Adminiſtratoribus, & Rationalibus, vel ex primis & maximæ adminiſtrationis officialibus, in quibus Primipili officium de iure verificatur, vt videntur velle quidam ex cita. Doctoribus. Sed ducto negotio in 2. inſtantia ad Doctores de Senatu conſultores officij Magiſtri Rationalis prædicti, qui sũt præſtantiores ex illo, nempe admodum Reuerendus Cancel. magnif. Regens Cancella. vnus Senator antiquior, & fiſci Aduocatus, ij ſententes iuxta doctrinas Doctorũ ſuprà adductorum, quòd aliud erat officium Primi † pilare, aliter *iudicarunt* 29. Maij 1617. vbi è contra fuit dictum mulierem anteriorem creditricem præferri in caſu occurrenti fiſco, ex rationibus ſuprà in principio allegatis, nec applicati huic caſui quæ de Primipilo iura tradunt, *quia (inquit) iſtud debitũ non eſt Primipilare.* Nota caſum quia forſan alium in hac Prouincia, in quo hoc idem lit prætenſum, vel de hoc tractatũ non vidiſti. Hæc ſatis de hac materia, tam parùm practicabili dicta ſint.

15 Hanc hypotecam † exercet mulier cum vult ſuam dotem & ſponſalitium recuperare in omni caſu, quo illorum reſtitutioni eſt locus, in vim illorum verborum noſtræ clauſulæ, ibi, *Quas omnes & ſingulas ſaluant, aſſignant, conſignant, & aſſecurant ipſi eiuges & filius, dictæ Nadomicellæ nurui, & vxori ipſorum reſpectiue futuræ, in & ſuper omnibus & ſingulis bonis ipſorum &c. & illas promittunt reſtituere, & tornare in omni caſu, loco & tempore, quo ſit dotis, & donationis propter nuptias reſtitutioni locus &c.* & in vim etiã aliorum verborum ſuprà poſitorum in clauſula precedenti, ibi, *eo autem finito & aliàs in omni caſu, loco, & tempore quo ſit locus reſtitutioni dotis ipſa, & ſui recuperent &c.*

16 Et cùm † in duobus caſibus ei reſtitutioni ſoleat fieri, & eſſe locus, ſcilicet cõſtante adhuc matrimonio ſi maritus vergit ad inopiam ex l. vbi adhuc C. de rei vxor. ac. & l. ſi conſtãte ff. ſolu. mat. & eo ſoluto, ex tot. tit. ff. & C. ſolu. ma. verba prædicta vtrumq; caſum cõprehendunt, & ſic mulier iſtis pactis, & promiſſionibus vti & iuuari poterit, & in vim illorum agere quotieſcunq; exactioni, & recupetationi dotis, & ſponſalitij etit locus, ſiue cõſtãte matrimonio, ſiue poſt illud diſſolutum, apta enim ſunt verba prædicta tam generalia vtrumq; caſum ſine dubio cõprehendere, etiãſi tam generaliter contrahentes nõ fuiſſent loquuti, vti Senatus in facti contingentia † *declarauit* 12. Ianua. 1582. inter Eliſabetham Viues, & Ioãnem Viues teſerẽte egregio tunc Senatore Pontio Ceſcaſes. Cuius declarationis meminit ooſter Micha. Ferrer in 3. par. obſeruan. c. 50. vbi fuit dictum quòd ſtipulatio in caſum reſtitutionis dotis, & augmẽti includit caſum inopiæ, vide licet ſi maritus vergat ad inopiam. Idem abundantiſſimè probat Mar. Giurba in conſuetud. Sena. Meſſanen. cap. 15. glo. 2. par. 1. nu. 1. rationẽ reddens quia vergentia mariti ad inopiã, & diſſolutio matrimonij parificantur in iure.

17 De vtroq; † caſu eſt quòd nos hic paululũ agamus, & tractemus in primis de primo, in quo magna fuit inter DD. altercatio, alijs exiſtimantibus ſub huiuſmodi pacto, non venire hanc reſtitutionem, quæ fit ob mariti inopiã, quia non videbatur eis eſſe propriã, & veram reſtitutionem, ſed collocationem dotis in tuto, alijs verò arbitrãtibus contrarium, quòd cõprehendatur etiam hæc reſtitutio ſub hac cõuentione vti vera & propria

18 reſtitutio; ſed vicit † hæc vltima opinio, provt habes abundè apud Barbol. in l. ſi cõſtante ex nu. 57. ff. ſolu. matri. Meſtril. deciſ. Sicil. 142. ex nu. 14. cum leqq. & Giurba deciſ. eiuſdem regni 16. ex n. 4. vbi pluries ita †† *decreuũ*, & in ſuo, & in alijs Senatib⁹ referũt.

19 Verum eſt † quòd Meſtril. & Giurba, & poſt eos Mar. Muta deciſ. etiam Sicil. 23. ex num. 9. eam quæſtionẽ tractant in caſu, meo quidẽ iuditio, impracticabili, ad effectũ ſcilicet, vt quia in promiſſione, & pactis dictum fuerat quòd agi poſſet via executiua pro recuperatione dotis, ſic pro iſta recuperatione, quę fieri habet propter vergentiã mariti ad inopiam conſtãte matrimonio, detur locus viæ executiuæ, quemadmodũ daretur ſi ſoluto matrimonio eſſet dos recuperanda: dico quòd hic caſus eſt impracticabilis, quia illa recuperatio non poteſt fieri cõſtante matrimonio niſi concurrãt requiſita, nẽpe probatio inopiæ, quæ ſine dubio via ordinaria eſt faciẽda, & ideò non poteſt eſſe locus exe

20 cutiuæ. Proderit autẽ, † & prodeſt hęc cõſideratio, & ſeu hæc extẽſio promiſſionis adhũc caſum inopiæ quo ad hypotecã expreſſam, quę cõtinetur in promiſſione, vt per eã, & illius virtute præferatur mulier omnibus tacitis tam antetioribus, quàm poſterioribus, & etiam expreſſis, ſi poſteriores ſunt, quod non eſſet, ſi illa promiſſio hunc caſum non comptehenderet, nõ enim eam expreſ-

sam hyp otecam isse casus haberet. In Rot.
21 Roma. † fuisse hunc casum tractatum, & disputatum de anno 1600. Auctor est Prosper. Farinaci. decis. 259. in 2. vol. iuxta ordinem quo prodierũt in lucem, vbi dicit Dominos
† *habuisse* pro constanti, quòd quando cum illa generalitate, & vniuersalitate *in omnem & quemcumq; casum*, est facta promissio, venit sine dubio iste casus repetitionis dotis ob vergentiam mariti ad inopiã, indecisum casum relinquendo quando solùm dictum fuit *in omnem casum*, in quo dicit Rota differentiam esse inter Doctores, sed ex suprà relatis constare censeo quòd in isto etiam casu vera est opinio, quòd ista restitutio venit sine dubio.

22 Est ergo necessarium † sicut diximus, vt dos propter viri inopiam constante matrimonio repetatur, probari dictam inopiam, quia ipsa est causa huius restitutionis, & recuperationis, vti habetur in cita. l. vbi adhuc C. de iur. dot. & in allega. etiam l. si constãre ff. solut. matri. & in §. illud de æquali. dot. & in cap. per vestras, de dona. inter vir. & vxo.
23 Ad id autem † non est necessariũ expectare quòd maritus dilapidauerit omnia bona sua, vel maiorem partem illorum, sed sufficit probare quòd incipit vergere ad inopiam, vel esse de dilapidatione suspectus, provt infinitis probant Barbos. in d. l. si constante ex nu. 1. cum aliquibus sequent. & nu. 30. & Mestril. in cita. decis. 142. ex nu. 3. infinitos sicut solet in idem adducit Giurb. decis. Si-
24 cil. 16. n. 1. Vbi dicit † semper posse mulierem dotem constante matrimonio recuperare, & exigere quoties probat deducto ære alieno non remanere marito bona, ex quorũ reditibus onera matrimonij sustineri possint, imò ex eo solùm quòd maritus malè vti substãtia sua incipiat, aut si dilapidationis sit suspectus: prouida enim vxor tãtisper expectare non debet, donec omnia mariti bona in fumum, cineremq; redacta sint, sed in tempore sibi, liberisq; suis prospicere, Gail. obser. 83. num. 11. lib. 2.

25 Dicitur autem † malè vti substantia sua maritus quando expendit plusquam important reditus facultatum suarum, vel nimium fideiubet, ex Bart. & post eum Rip. in d. l. si constante, benè Francis. Stephan. in suis nouissi. decis. decis. 41. in additio. Quod quia ex varijs causis contingere potest, ideò certa regula in his constitui nõ valet, vide supradictos, & signanter Mestril. in cita. decis. 142. ex nu. 8. Beniten. decis. 68. nu. 3. & alios per eos adductos. Nõ omitas Gail. in suprà cita. obserua. 83. ex nu. 13. & Andre. Molfes. in consuetud. Neapol. par. 6. de iur. dot. q. 5.
26 ex nu. 21. Vbi ex quibus † vergere ad inopiam maritus dicendus sit, latè explicant. Per plura instrumenta alienationum posse constare maritum vergere ad inopiã, auctor est Rolan. à Val. in conf. 9. vol. 1. ad quus priùs recurrere debet qui causam de hac re instituere voluerit, vt sciat qualiter debeat procedere ad probandum inopiam.

27 Hæc materia non † practicatur multùm apud nos, cum quia cum sit actio, quæ dirigi debet aduersus maritũ, & proindè res odiosa, eam non exercent nisi mulieres, quibus cum maritis non est communicatio, sed ex aliqua causa separatim ab ipsis viuunt, tum etiam quia habent aliud priuilegium in hac prouincia mulieres, de quo mox dicemus, cum quo impediunt executiones, quę contra viros suos fiunt, & in suis dotibus satisfiunt sine iniuria, imò cum magna vtilitate maritorum, vt videbimus.

28 Nihilominùs † vbi contingeret quòd aliqua mulier ageret contra virum, volens cõstante matrimonio suam recuperare dotem ex causis supradictis, illis probatis non dubito eam faciliter obtenturam, provt signan-
† ter, ita ego vidi *declaratum* 10. Febr. 1603. in causa Elisabethæ Pla contra Micha. Pla illius virum, referẽte egregio Senatore Hieronymo Astor, vbi fuit factum istud motiuũ, *Quia vir constante matrimonio plura debita contraxit, & inops factus fuit, ita quòd eius facultates non sufficiunt ad exactionẽ dotis, & æris alieni, ideò fuit declaratum esse locum repetitioni, & condemnatus maritus ad dotem, & illius interesse à die litis motæ*, Scriba Cor
29 tell. Vbi est † aduertendũ quòd facta etiam fuit condemnatio vt dixi fructuum, & seu interesse à die litis motæ, quia mulier separatim vixerat à marito; & fructus debebant deseruire pro mulieris, & familię suę alimẽtis, vt in terminis similem cõdemnationem faciendam fore, & factam fuisse in Rot. Roma. auctor est Farina. allega. decis. 259. vol. 2. secus fuisset si cum marito vixisset, & alimenta ab eo percepisset, quia tunc non militasset ratio, ob quam debet ea condemnario fieri, & ideò appositè in dicta declaratione post condemnationem interesse fuit additum, *quod cedat in locum alimentorum pendẽte litte ei debitorum.* Super eadem † etiam
30 † actione in fauorem vxoris *declarauit* Senatus in illa illorum Viues, quam suprà adduxi de anno 1582. referente egregio etiam Senatore Pontio Cescases. Et nouissimè referente egregio etiam Senatore Frãcisco Mijavila & Franqueza die 3. Iulij 1615. Scriba Bosch inter Dionysam Llorens, & eius virũ, & creditores.

31 Procedunt supradicta † nedum respectu ipsius mariti, sed etiam respectu tertij possessoris

ſtſſoris bonorũ illius, ſicuti enim actio hæc exerceri poteſt contra illum, ſic etiam cõtra illum in caſu quo maritus bona non poſſideat, ex quibus exigi dos valeat, provt docent Doctores ſuprà citati ſine diſſicultate, & ſignãter de hoc eſt tota cita. deciſ. Beniten. 68. & alia Corneſani 95. Andre. Gail. obſer. 83. num. 6. lib. 2. Et noſter Senatus ſine diſſi-
† cultate *admiſit* in illa cauſa de Viues de qua
† ſuprà. Et *etiam* de anno 1610. 27. Septemb. in cauſa nob. Sperantiæ Terre contra Raphaelem Llaudes, & alios, qui erant tertij bonorum viri poſſeſſores, & vſus eſt Senatus referente ſupradicto egregio Senatore Frã ciſc. Mijavilã & Franqueza hoc motiuo, *Attento quòd tam ex teſtium pro parte dicta nob. Sperantiæ miniſtratorum dictis, & depoſitionibus, quàm ex ſupplicatione obla. per N. eius virum coram Officiali, & Vicario generali eccleſiaſtico Barcinone conſtat dictum nobilem N. virum ſuum nulla poſſidere bona, imò in & cum dicta ſupplicatione bonis ceſſiſſe, & ſic ad inopiam vergiſſe, & ſic exactioni dotis cõtra N. & N.* (tertios poſſeſſores) *locum eſſe*, Scriba Agramunt.

32 Intelligitur † diſcuſſis priùs bonis mariti
† vt ijdem Doctores dicunt, & Senatus *obſeruari* iuſſit quòd prius diſtraherentur bona mariti, mox tertiorum poſſeſſorum in illa
33 illorum Viues, de qua ſuprà. Nec id quidem mirum † cum etiam in exactione dotis, quæ fit ſoluto matrimonio, idem ordo ſeruetur, vt dicemus cum de ea exactione agemus. Et Senatus in terminis cuidam viduæ volenti dotem exigere à tertijs poſſeſſoribus ſine aliqua diſcuſſione facta de bonis mariti, ſi-
† lentium *impoſuit* referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor 24. Septemb. 1601. in cauſa Stephani de Senceſpleda contra nob. Staſiam de Recaſens, Scriba Franciſ. Font.
†† Quod idem etiam multoties *declaratũ* fuiſſe in Senatu Sebuſia. Auctor eſt *Anton. Fab.* in ſuo cod. lib. 5. tit. 7. de iur. dot. defini. 25.
34 Vbi limitat † niſi habeat mulier in ſua obligatione clauſulam conſtituti, & eodem lib. tit. 8. de rei vxor. ac. defin. 2. & lib. 7. tit. 34. de priuileg. dot. defin. 1. & 2. Stephan. Gratia. deciſ. 71.

35 Sed hæc † excuſſio (ego his addo) parùm onerosa erit mulieribus volentibus dotem repetere conſtante matrimonio, cum enim ad id neceſſe habeant probare inopiam viri, ea probata, nulla erit cõſideratio ſi excuſſio facta ſit vel non, cum in debitore non ſoluẽdo exiſtente illa non requiratur, vt eſt notũ.

36 Deinde † citatio tertiorum poſſeſſorum poteſt fieri ſimul cũ marito, vt excutiis priùs bonis mariti, deinde in ſubſidiũ deueniatur ad bona per tertios poſſeſſa, provt in iſto
† caſu fieri poſſe *declarauit* Senatus in illa cauſa illorum Viues, de qua egregius olim Senator Micha. Ferrer in 3. par. obſeruan. cap. 50. Et ego aliàs in omni materia generale eſſe docui in 1. tom. clau. 4. glo. 9. par. 5. nu. 39. Adde Moli. de Hiſpan. primogen. lib. 4. c. 7. n. 38.

37 Vbi dicit † ſufficere quòd pendente lite probetur debitorem non habere bona. Et quòd in eodẽ iudicio poſſit fieri citatio omnium, & debeat ſequi cõdemnatio eo modo quo dixi, primùm in principali debitore, deindè in ſubſidium in tertijs poſſeſſoribus
† *declarauit* Senatus relatore egregio Senatore, ac illo quidem primo quem vidimus renuntiaſſe voluntariè in vita Senatoris dignitatem, & munus, quæ non modica eius laus eſt, Ioſepho Dalmau 5. Septemb. 1613. in cauſa communitatis Præsbiterorum Elnen. cõtra Petr. Cabrol, & alios, Scriba Agramũt.

38 Circa probationes † faciendas de inopia vt huic actioni, & per eam dotis exactioni ſit locus, diuerſa eſt ratio ſi agitur contra maritum, & creditores eius, vel cõtra tertium. Quando enim cõtra maritũ agitur, leuiores proculdubio probationes ſufficiunt, imo & ſola illius confeſſio quandoque, cum agatur
39 de modico præiuditio. Secus eſt † quando cõtra tertios poſſeſſores agitur, tũc exactiones, probationes ſine dubio requiruntur, provt docẽt Beniten. Gail. & Corneza. in locis ſuprà cita. Ioſeph. Lud. deciſ. Lucen. 23. n. 15. & 16. Mar. Muta deciſ. Sicil. 23. n. 7. vbi di-
40 cit † maritum vergentem ad inopiam poſſe de plano teſtituere dotes vxori abſq; aliqua probatione, Magon. deciſ. Lucen. 55. n. 4. & 5. Rot. Marchiæ apud Sebaſtia. Medices deciſ. 47. Vbi fuit *dictum* locum † eſſe repeti-
41 † tioni dotis contra maritum ex eo ſolo quod ſocer qui dotem receperat, alienauerat poſt eam receptam, domum quam habebat, vnde videbatur deterioraſſe conditionem ſuam, & cõſequenter dediſſe occaſionem repetẽdi dotem, maximè cum maritus non exiſteret ſoluendo.

42 Adeò vt dicat † Gratia. deciſ. 194. n. 23. & diſcep. foren. 389. n. 10. par. 3. quod quando agitur contra virum ſufficit ſummaria, & ſemiplena probatio per famam, cũ quo cõuenit Rota Roma. deciſ. 292. in penul. vol. ex recollectis per Farina. ſecundum ordinẽ, quo prodierunt in lucem.

43 Hoc fuit † practicatũ in ſuprà relata cauſa de Lloreus contra virum, & creditores de anno 1615. vbi fuit diſputatum ſi ex ſola probatione, quod contra virũ fuerant factæ plures executiones, & plura bona vendita, licèt non tot tantaque quòd quæ remanebant non ſufficerent ad tutionẽ, & ſecurita-

rem dotis, remanebat ſufficienter probatum vergere maritum ad inopiam, ad dictum effectum, de quo agimus, fuit *dictum*, quòd licet prædicta videretur leuis probatio, quia tamen erant partes in caſu, in quo contra maritum, & creditores agebatur, in quo leuiores etiam probationes ſufficiunt, ideò data fuit ea probatio pro ſufficienti, declarando ex ea probatione conſtare in propoſito caſu maritum vergere ad inopiam, & ſic eſſe locum exactioni, & recuperationi dotis conſtante matrimonio.

44 Sed quomodo † iſta dos debeat huic mulieri in iſto caſu adiudicari, forſan vt de ea faciat quod libuerit, alienetve? Certè non: ſed vt ex fructibus ſe, maritum, & liberos alat, l. mutus, §. manente, de iure dotium, l. ſi cum dotem, §. ſi verò, ff. ſoluto matrimon. Barr. in l. ſi conſtante, num. 87. cum ſequent.

45 & num. 91. Quòd ſi mulier † non eſt induſtrioſa, ſed ad rem domeſticam inepta, dos ad cauſam alimentorum ſequeſtrari debet, quia vxori non perdituræ reſtitutio dotis facienda eſt, per rextum in dicta l. mutus, §. manente, Bar. in dicta l. ſi conſtante, num. 5. & 84. Ita his fere eiſdem verbis Gail. in citat. obſeruatio. 83. num. 17. & 18. lib. 2. Afflict. deciſio. 199. & deciſio. 221. num. 2. & Stephan. Gratian. deciſio. 194. nu. 4. & 27. Qui

46 duo dicunt † aſſecurationem de dote debere mulieri concedi, dummodo pecunia ipſa deponatur penes fidum mercatorem, vt ex lucro honeſto alimentetur ipſa, & eius vir, vel ex ea ematur prædium pro oneribus matrimonij vt fructus deſeruiant, Grammatic. deciſio. 92. Capici. deciſio. 41. nu. 11. Oſaſc. deciſio. 135. num. 5. & 6. Vincen. de Franch. deciſio. 54. num. 2. Muſcatell. in prax. appellat. par. 3. num. 83. vbi dicit hanc opinionem eſſe veriorem, & magis communem, & in

† practica in omnibus tribunalibus *ſeruari*

47 *vt hæc † aſſecuratio non ſit vera dotis reſtitutio, ſicut eſſet ſoluto matrimonio, ſed tantùm eſt quædam poſitio dotis in tuto, & conſignatio* (inquit) *quæ ſit mulieri tot bonorũ viri, quæ teneat loco pignoris, & hypotecæ pro concurrenti quantitate dotis, vt de fructibus valeat ſe, virum, & liberos alere*, Molfeſ. ad conſuetud. Neapolita. par. 6. de iur. dot. quæſtio. 5. num. 28. latiſſimè alios connumerat Meſtril. in citata deciſio. 142. & Giurba in allegara deciſio. 16. Caſtillo deciſio. 25. num. 2. benè Gaſpar Anton. Theſaur. quæſtio. foren.

† 65. num. 8. lib. 2. circa fin. vbi *decif.* Senatus Pedemontani, quòd in iſto caſu bona non adiudicantur mulieri iure dominij, ſed tantùm pro collocatione, &c.

48 In noſtra Cathalonia † idem etiam ſine dubio obſeruatur, vt hæc non habeatur pro vera reſtitutione dotis, ſed pro aſſecuratione, paret ex traditis per antiquum Senatorem Michaelem Ferrer in citato cap. 50. obſeruantiar. par. 3. vbi fuit

† *dictum, quòd pecunia quæ procederet ex diſtractione bonorum viri deponeretur in tabula cambiorum communium ciuitatis Barcinone ad ſoltam Relatoris, & quòd antequam fieret ſolta haberetur ratio quomodo eſſet vxori dos liberanda, & cautionis quam ipſa præſtare tenebatur inter alia de deponendis pecuniis ſibi liberandis apud aliquem, vel alias ſmerciandi pro aliquo honeſto lucro conſequendo.* Idem etiam fuit

† quaſi eiſdem verbis *prouiſum* in illa Dionyſiæ Llorens coram egregio Senatore Mijauila & Franqueſa, de qua ſuprà. Clariùs, &

† apertiùs Senatũ *dixiſſe* reperio in cauſa Antonij Carrija cõtra Hieronymum Leotart, & alios, Relatore egregio itidem tunc Senatore N. Amell 17. Septembris 1582. vbi fuit expreſsè dictum in quadam prouiſione per dictum Relatorem facto verbo facta, *Quòd quando mulier mittitur in poſſeſſionem alicuius proprietatis viri pro ſua dote, in vim oppoſitionis, & optionis*, (de qua poſteà verba faciemus) *nullum ei ius tributum eſſe cenſetur, ſed ſola hypoteca conſeruari: & propterea* (inquit) *non tollitur facultas in alio iudicio, vel in eodem poſteà petẽdi prælationẽ, &c.* Scriba erat N. Guardia. De qua quidem declaratione latiùs inferiùs agemus, dum materiam optionis tractabimus. Et finaliter in illa cauſa Hieronymæ Salauert contra Bandilium Pedralbes, cuius meminimus ſuprà, cùm de ſpõſalitio ageremus, coram eodem Mijanila & Franqueſa 17. Iunij 1614. Scriba Vilella, poſtquam fuit dictum conſtare

† dictum Pedralbes ad inopiam vergiſſe, *additur: Et ex eo, & aliàs ius competere dictæ Hieronymæ Salauert ad inſtandum quòd duæ partes dotis prædictæ in tuto ponantur*, & deindè fuit iuſſum deponi debere in tabula cãbiorum communium huius ciuitatis, vt ſmerciarentur ad forum cenſualis, &c. Caueant

49 ergo Iudices † ne liberè dotes mulieribus has actiones intentantibus tradi mandent, ne in eorum damnum cedat, ſi forſan illęob vxorum fragiliratem amittantur, ipſæq. remaneant indotatæ. Hæc infortunia current proculdubio periculo Iudicis ſic dotes mulieribus iſtis liberantis. Expertus loquor, ſcio quòd in multis Cathaloniæ partibus ad hoc parùm attenditur, ſed liberè pecuniæ liberantur mulieribus, quæ poſteà per viros conſumuntur, & miſeræ vxores vel dotem iterùm petunt, vel indotatæ remanent culpa Iudicis.

50 Ex quo ſequitur † quòd fructus qui ſuper ſunt vxori, deductis eius, & ſuæ familiæ alimentis,

mentis, cedunt in beneficium mariti,& creditorum, non remanent vxori, quia maritus remanet dominus illorum fructuum, Alexã. in l si conſtante, num.38. ff.ſolut.matrimo. Surdus de alimentis tit.1. quæſtio.35.num. 5.& 6. Molfeſ.in conſuetud.Neapol.par.6. de iur.dot.quæſt.5.num.31. latè Giurba deciſio.Sicil.16.num.18.

51 Indè fit † quòd ſecundi creditores non poſſunt mulieri ſic aſſecuratæ in bonis immobilibus mariti offerre ſuam dotem, & ab ea auferre proprietatem. De quo puncto tota eſt deciſio Neapolitana apud Vincent. de Franch.54. Mantica de tacit.& ambiguis conuentionib.lib.11.tit.30.num.15.& ſeq. Molfeſ.in conſuetudid.Neapolita. allegata par.6.de iur.dot.quæſt.5.nu.32. noſter Molin.de ritu nupriar.& pact.in matrimo.conuent.lib.3.quæſt.42.num.41. Anton.Fab.in ſuo Codice lib.5.tit.6.de iur.dot.definitio. 2.& 53.Oſaſch.deciſio.135.Andre.Gail latè obſeruatio.92.lib.2.per totum. Roland.à Valle in conſil.9.nu.39.vol.1. Franciſc.Stephan.in cita.deciſ.41.in quibus locis habes huius reſolutionis rationes, & in quibus caſibus ea procedar,& in quibus nõ,plenè probatũ,circa quæ ego non immoror, quia ſunt parùm practicabilia, ſolùm aduerto nõ eſſe omitendum,ſi caſus accideret, additionatorem ad Mago. deciſ. Lucen.55.iu littera B. vbi multos in contrarium adducit.

52 Et non ſolùm † dotem exigit mulier in iſto caſu,ſed & donationẽ propter nuptias provt expreſſis verbis dicit Imperator in ſępè cita. l.vbi adhuc eum aucten. ſequenti,C. de iur. dot. Hondede.conſ.48.num.3.lib.1. noſter Moli.de rit.nup.& pac.in matri. cõuen.lib.3.quæſt.43.num.19.& 22. Rolan. à Valle in conſ.9.num.13.lib.1.

53 Quòd extenſum eſt † ad augmentum dotis,quod ex pacto lucrari debet vxor ſi viro ſuperuiuat,provt eſt notum, de quo multùm in ſuperioribus egimus, licèt inter vnam & aliam donationis propter nuptias ſpeciem tanta ſit differentia, vt alibi docuimus dum de illo ſponſalitio ageremus,ita tenent poſt antiquos Gail.obſerua.83.num.2.lib.2. Stephan.Gratia.deciſ.194.n.2. Vrſil.ad Afflic.
54 deciſ.221. Rationem adducunt † quia iſta quoq; donatio oneribus matrimonij ſubiecta eſt, Antho.Fab.defini. 2.in ſuo cod. lib. 5.tit.6.de iur.dot.Meſtril. cita. deciſ. 142. num.2.

55 Idem etiam † obſeruatur in noſtro ſponſalitio,vt eodem etiã modo exiguatur ſicut dos cum maritus vergit ad inopiam provt ſignanter docet Ferrer in 3.par.obſer.c.50.

56 Sed cum diuerſæ † admodum ſint illæ donationes propter nuptias inteſeſe,vt notum eſt,nec aliquod ius conſiderabile mulier habeat in iſta noſtra donatione propter nuptias niſi demum mortuo viro ſi ipſa ei ſuperuiuat,& ſic totum ius ſuum ſit conditionale, quod poteſt eſſe & non eſſe,quæ cõditionalia iura non exiguntur, nec ad ea exigenda datur actio niſi demum conditione adimpleta,teneri forſan propterea nec iniuria,ſeclu-ſo iure patriæ,poſſet non poſſe iſtud lucrum conſtante matrimonio exigi.

57 Sed quia † poſt tantam opinionis contrariæ approbationem,tum per Senatum, tum per alios,vt vidiſti ſuprà in principio tractationis huius materiæ ſponſalitij eſſet contra ſtimulum calcitrare, non enim ſumus nunc in ſtatu quòd faciliter à communiter receptis,& approbatis, & multoties, etiam ſi patens ſit error,recedatur,ideò hæc omito, videant tamen,& attentè perlegant curioſi toti tam deciſ.Gerar.Maynar.doctiſſimi Tholoſani 56.lib.4.& videbitur quàm iuſta ratione hæc ego animaduerterim. Ibi inter alia is doctor fundat in hac propria materia multùm fore deferendum ſtylo antiquo,ac conſuetudini iudicandi, vt minime mutari debeant quæ certã habuerunt & habent interpretationem.

58 Exigit etiam † in iſto caſu mulier bona dotalia,quæ maritus cum eius cõſenſu alienauit conſtante matrimonio, vt docet Bart. in dicta l. ſi conſtante num.23.Maynar. deciſ.Tholoſ.56.nu.3.lib.4.per tex. in l.ſetuũ dotalem ff.de manum.

59 Exigit præterea † & parafernalia bona, quæ marito tradidit, vti expreſſim habetur in ſæpè cita.l.vbi adhuc C.de iur.dot.Andr. Gail.allega.obſerua.83.nu.3. lib. 2. Rolan. in conſ.9.num.13.vol.1.

60 Exigit etiam † mulier de bonis mariti nedum dotem,ſed etiam expenſas, & ſumptus litis ne dos minuatur,vt dicit Anthon. Fab.in ſæpè cita.tit.de iur.do.defin.3.

61 Nec reſtituuntur † dos, donatio propter nuptias, & reliqua bona, quæ exacta fuere propter vergẽtiam mariti ad inopiam, etiã ſi poſtea ceſſet cauſa inopiæ,& diuitiæ ſuperueniant,quia reſtitutio dotis, & reliquorum in iſtis caſibus eſt effectus nõ ſucceſſiuus, ſed
62 momentaneus,qui † non ceſſat ceſſante cauſa,glo.in d.l.vbi adhuc verbo,abutatur, Bar. in l.140.cũ ex cauſa,§.etſi placet ff.de verb. obliga. Andre.Gail.obſerua.85. lib. 2. per tot. & alij adducti lata (pro more) manu per Tiraquel.in tracta.ceſſan.cau.limit. 14. & Ludoui.Caſſana.conſ.25.num.4.& n.20. licèt non deſint contradictores, vt apparet ex Tiraquel. loco cita. quorum forſan opinio eſt magis iuſta,& rationabilis.

63 Procedũt hæc † quæ diximus de reſtituẽ-

di

da mulieri dote,& alijs rebus ob vergentiã mariti ad inopiam, etiam ſi vellet maritus
64 cauere de dote conſeruanda mulieri, † quia non tenetur ipſa fragilitati cautionis ſe cõmittere,glo.in d.l.vbi adhuc verbo,ad inopiam,C.de iur.dot.Bart.in l.ſi conſtante nu. 46.& ibi etiam Alex.num.19.Gail. in cita. obſerua.83.nu.7.lib.2.Gratia. diſcep. 194. num. 13.& diſcepta. 44. num. 24. Flamin. Carthar.deciſ.117.num.3.& 4. Pute. deciſ. 359.num.1.lib.3.Ioſeph.Ludoui.deciſ.Lucen.22.n.8.& 11.& alij adducti per Giurb. in cita.deciſ.16.num.1.

65 Mihi † ex dicta ratione hęc opinio non placeret,tum quia videmus in caſu cap. per veſtras de dona.inter vir. & vxor. admitti cautionem in caſu inopiæ viri, tum etiam quia omnes concordant, vt in ſuperioribus diximus,quòd ſi in pecunia dos conſiſtit,poteſt.deponi penes aliquem mercatorem,vt de honeſto lucro &c. Clarum eſt, quòd in hoc caſu fragilitati vnius mercatoris bona
66 ſua committit mulier.Sed ex eo † hanc opinionem tenendam cenſeo, quia in iſto caſu inopiæ viri mulier non quærit tantùm aſſecurationem dotis,& illius poſitionem in tuto,ſed etiã quòd ex fructibus poſſit mulier cum ſua familia ali, vt vidimus, quod cùm non conſequeretur ex ſola aſſecuratione dotis per fideiuſſores de ea reſtituenda ſuo tẽpore,indè fit non debere denegati remediũ l. ſi conſtante,& l.vbi adhuc, ex dicta fideiuſſione. Si tamen cautio ſeruaret nedum proprietatem,ſed etiã fructus illius, vt poſſent oneribus matrimonij deſeruire,non video,quomodo poſſet hæc aſſecuratio reijci.

67 Ex his reſpondebis † ad quæſtionẽ,ſi dati ſunt à principio fideiuſſores de dote reſtituẽda,an mulier agat hoc remedio, de qua per Caſtren.in l.ſi plures §. præterea, de verb. obliga.& Flamin.Carthar.deciſ.117.num.3. ac Amendo.in additio.ad Vincen. de Fran. deciſ.54.num.7.Quamuis enim ſint,quibus aliud placeat,ego ex ſuprà adducta ratione crederem id non impedire,ne mulier exigat dotẽ.Sed,quia rarò iſte caſus ſuccedit cùm rarò,aut nunquam fideiuſſores dotium dentur,ideò ego ampliùs quæſtionem ſine fructu non examino.

68 An marito † in hoc caſo, cùm vergit ad inopiam,& repetitur dos à muliere,cõpetat beneficium,ne egeat,ſicut competeret,ſi ſoluto matrimonio exigeretur, vt ſuo loco videbimus,quæſtio eſt perpulchra. Quę negatiuè eſt reſoluenda ex eadẽ etiam ratione ſuprà adducta,quia dos debet deſeruire pro alendis viro, & vxore, filijs, & familia,nec, meo iudicio,eſſet practicabile.Ita reſoluunt plures, quos adducunt eos ſequentes Gaſp. Baeça de debit. inope cap.3.num.12. Surd. de alimen.tit.1.quæſt.78.num.4. Paſcal. de viriũ.pat.poteſ.par.2.cap.9.n. 28.& Mari. Giurba in conſuetud.Maſſaneu.cap.13.glo. 6.par.1.num.50.

69 Habet mulier † iſtud remedium nedum contra maritum,ſed etiam contra ſocerum, qui dotem recepit,& id poteſt, etiam ſi maritus ſit dives,dum tamen pauper ſit ſocer, quia eadem ſuggerit æquitas, & eadem militat ratio,ita Gail.d.obſeruan. 83.num.6. Put.deciſ.265.lib.3.

70 An autem † idem remedium cõpetat mulieri aduerſus patrem,qui dotem promiſerat,nec ſoluerat,ſi ipſe inops fiat, ideſt, an habeat actionem ipſa contra patrem,maximè quando maritus eſt abſens, qui non poteſt dotem petere,dixi ſuprà clau. 6.gloſ.1. par.1.num.11.& de hoc eſt expreſſa deciſ. Carthar. 43. comprehendens nedum hunc caſum,ſed etiam quando ipſe maritus vergit ad inopiam.

71 Sed an in his † ſint citandi creditores viri,vel ſoceri,quando mulier per hanc actionem vult dotem ſuam aſſecurari, & poni in tuto,vidi controuerſum. Quam dubitatem diluit Capel.Toloſ. deciſ. 338. quam ſequi videtur Oſaſc.deciſ.135.num.6.dicẽdo eſſe
72 citandos. Quod dicit † Aufrer.in additio. intelligendum eſſe quoad præiudicium creditorum,non aliàs, nam quoad præiudicium mariti non eſt dubium quòd citatio non eſt facienda. Vnde niſi creditores doceant de aliquo ſuo præiuditio, non erunt audiendi. Atque hæc dicta ſint ſatis de iſto articulo nõ multùm apud nos practicabili,de quo ſi plura alia ſcire volueris, vide Doctores ſuprà adductos in toto hoc diſcurſu, & eis adde Petrum Barboſ.qui latiſſimè de his agit in repetitione l.ſi conſtante ff. ſolut.matrimo. Tepat. in compend.var. iur. ſenten. tit. de reſtitutio.& colloca.dot.in tut. quæ fit conſtan.mat.& Aloys.Ric.in ſuis collecta. par. 1.collecta.142.per tot.qui alia te docebunt
73 quæ nos omiſimus. Et ſignanter † Gail. in obſeruan. 84. lib. 2. tractat ex profeſſo,an molier ſciẽter nubens viro multùm obęrato,multisque debitis implicato habeat hoc
74 beneficiũ. Et Meſtril. † in allega.deciſ.142. num.29. dicit vnum,quod eſt pulchrũ,quòd ſi facta reſtitutione,& aſſecuratione mulieri in ſtabilibus,illa euincãtur, vel pereant ſine culpa mulieris, illorum in alijs debet fieri alia aſſecuratio.Vide etiam Ioan.Bapt.Coſta de temed. ſubſidiar. remed. 1. per tot. Vbi omnia confirmat, quæ nos adduximus. Latè etiam videre potes apud Mar. Muta tot.deciſ.Sicil.23.ex num.2.cum alijs quos adducit.

Quæ

75 Quæ dicta hucvſque † fuere de dote repetenda,cùm maritus vergit ad inopiam, vt ea in tuto ponatur,ac de fructibus vxor alatur,procedunt etiam ſine dubio quando maritus ſe abſentauit ſine cauſa à domo ſua iuſtam vxori præbens cauſam à domo ipſius recedendi etiam,& ad domum patris, quæ ſolet ſemper eſſe filiorum ſecurum refugiũ, ſe conferẽdi,qui cùm in onere alendi ipſam ſubſtituatur,debet conſequi fructus dotis,

† provt *deciſum* fuiſſe in Rota Maceraten.docet Sebaſtianus Medices deciſ.47.

76 Finaliter † an illud priuilegium mortua vxore tranſeat ad filios, eſt pulchra dubitatio. In qua affirmatiuè dicunt Doctores fore concludendum,vt ſi pater vergit ad inopiam,& incipit malè verſari, detur repetitio,vt habeat vſumfructum de manu alterius,de quo eſt tot. conſ. Signorol.de Homode.135.qui dicit quòd etiam ſi non ſubſit ratio ciuilis,inſurgit, tamen ex æquitate officium Iudicis,eum ſequũtur Cardin. Fuſcus verbo,dos,conclu.762.num.16.& Mar. Muta allega.deciſ.Sicil.23.nu.13. Sed hæc parùm practicantur,& practicari poſſunt in Cathalonia,vbi filij habẽt priuilegium optionis,de qua mox dicemus, per quam dotes matris conſequuntur integriter. Veniamus ad id,quod magis in hac noſtra Prouincia practicatur,de quoq; sũt ordinariæ apud nos controuerſiæ.

SVMMARIA.

1 *Mulieres in Cathalonia habent priuilegium cum fiũt executiones in bonis virorũ vt ſe opponant,& optent bona viri pro ſuæ dotis & ſponſalitij conſequutione, & quomodo.*

2 *Etiamſi non obtinuerint adhuc ſententiam de vergentia viri ad inopiam.*

3 *Dotem eſſe ſolutam opportet,vt mulier poſſit ſe opponere,& optare bona mariti.*

4 *Mulier non habet priuilegium optionis pro alijs creditis præter dotem,& ſponſalitium.*

5 *Solutio dotis qualiter probetur,& probata maneat.*

6 *Mulier vt obtineat in optione cum ſe opponit executioni, quæ fit in bonis viri, debet eſſe prior creditrix, vel aliter magis priuilegiata.*

7 *Mulier pro ſuis creditis non excludit alios credẽtores priores,aut potiores ſe.*

8 *Mulier præfertur creditoribus etiam anterioribus in poſteà per virum quæſitis.*

9 *Bona ſemper præſumuntur ex poſt quæſita in fauorem mulieris niſi contrarium probetur.*

10 *Contraria opinio eius quod dictum eſt num. 8. & tenenda.*

11 *Mulier,quæ firmauit in obligatione pro qua fit executio,non poteſt ſe opponere & optare ad effectum impediendi illam.*
Idem eſt ſi conſenſerit cum promiſſione de nõ contrauẽiendo,ibidem.

12 *Actio ſi cui datur, multò magis exceptio, ſeu replicatio.*

13 *Firma,quæ repellit vxorẽ ne ſe poſſit opponere executioni,quæ fit contra virũ,& optare, debet eſſe facta ratione dotis, & augmenti, non ſi alio nomine.*
Mulier quæ firmauit in obligatione,vt vſu fructuaria bonorum viri,vel vt tutrix filiorum,non propterea prohibetur ſe opponere & optare,ibidem.

14 *Obligatio vxoris,& renuntiatio hypotecæ cũ iuramento valent de iure.*

15 *Non tamen comprehenduntur in obligatione dos, & ſponſalitium cum ſe alio nomine obligat mulier.*

16 *Deciſiones binæ in hac materia in noſtro Senatu factæ.*

17 *Firma mulieris facta in vna viri obligatione non nocet quoad alias eiuſdem viri obligationes.*

18 *Firma mulieris et noceat,& impediat oppoſitionem,& optionẽ illius, neceſſum eſt quòd ſit facta ſuper eadem re,& in eodem inſtrumento,pro quo fit exequutio.*

19 *Pretium totum præſumitur peruenisſe ad maritum cum is,& vxor vendunt, vbi deciſiones noſtri Senatus.*

20 *Mulier habet actionem recuperandi ex bonis viri totum pretium rei dotalis per ambos venditæ,quod ſuccedit loco rei.*

21 *Bartholus notatur.*

22 *Pretium vt ſuccedat in locum reẽ dotalis alienatæ,non eſt neceſſarium quod ita actũ ſit.*

23 *Pretũ ſuccedit loco rei in vniuerſalibus, etiã ſi non dicatur.*

24 *Mulier poteſt ſe opponere executioni quæ fit in bonis viri pro recuperatione pretij, quod proceſſit ex alienatione fundi dotalis per ambos facta.Vbi deciſ.noſtri Senatus.*

25 *Hypoteca in bonis viri incipit in fauorem vxoris,non ex die alienationis fundi dotalis,ſed à die promiſſionis,vt in alijs. vbi deciſio noſtri Senatus.*

26 *Mulier pro pretio rei dotalis alienatæ præfertur omnibus creditoribus viri cõtractis inter conſtitutionem dotalem, & alienationẽ, vbi deciſ.noſtri Senatus.*

27 *Mulieri vt admittatur oppoſitio,& optio,neceſſum eſt conſtet Iudici de tribus, nempè de dote ſoluta,de illius anterioritate,& quòd non firmauerit in obligatione.*

28 *Iudices reprehenduntur qui ſine diſtinctione, & neceſſaria examinatione ſuperſedimẽta ad inſtantiam mulierum executionibus,quæ fiunt*

fiunt contra bona maritorum prouident, maxime generalia, executionibus instatis, & instandis.

29 *Pragmatica concedens oppositionem & optionem mulieri faciendas cum executantur bona viri, declaratur.*

30 *Bona quæ assignantur mulieri pro sua dote eũ se opponit & optat, non traduntur ei vt fiat domina, sed vt illius hypoteca conseruetur. & num. sequenti. vbi decis. Senatus.*

31 *Mulier pro sua dote assecuranda potest sibi retinere aliquod prædiũ ex bonis viri æstimatum, & reliqua dimittere creditoribus.*

32 *Oppositiones mulierum, & optiones earundẽ non sunt eis admittendæ nisi seruatis seruandis, & requisitis existentibus.*

33 *Mulier non impedit prætextu suæ oppositionis, & optionis executionem quæ fit in bonis viri pro modica quantitate.*

34 *Quantitas modica non dicitur in hoc casu tantum illa quæ eũ decem solidorum expressa à pragmatica, sed alia etiã maior arbitrio Iudicis, & signanter eum magis foret expendendum quam res valeret.*

GLOSSA II. PARS IIII.

De oppositionibus, & optionibus mulierum, quæ fiunt pro suis dote, & sponsalitio ad impediendum executiones, quæ instantur in bonis maritorum, ad effectum vt imprimis in dictis iuribus satisfiat ipsis.

1 IN nostra Cathalonia † cum fit executio in bonis mariti rigurosa eo non citato, nec audito: fit aurem ferè semper, quòd est aliquid ab eo exigendum, cùm solitum sit in hac Prouincia contrahi semper cũ instrumento guarentigiato, quod nos cum scriptura tertij appellamus, non aliàs. Cum (inquam) fit executio in bonis virorum, habent mulieres in Cathalonia priuilegium, quòd possunt se opponere executionibus prædictis, & impedire eas, petẽdo quòd in primis satisfiãt in suis dote, & spõsalitio in bonis mobilibus, & in defectum, in immobilibus facta illorum æstimatione, si coniuges habitant in terris regijs, vel in immobilibus, si in terris Baronum, & facta ista oppositione, & optione bonorum, sic enim nos eam appellamus, solet supersedeti in executionibus donec fit facta bonorũ æstimario, & satisfactio ex eis mulieri. Id probat Serenissimi Iacobi Primi pragmatica incipien. Intelleximus, quę est in vol. pragmat. tit. de priuileg. dot. quæ fuit postea per Curiam approbata in constit. 7. sub tit. de *executio de censals.*

2 Id quod conceditur † mulieri etiã si sententiam non obtinuerit de vergentia mariti ad inopiam, & de proprer eam recuperatione dotis, vti habetur in locis citatis. Quod an secus sit de iure cõmuni, vide apud Gram. decis. 92. Thesau. decis. 107. & ibi additio. Gaspar. Anton. filij, Gutier. in cons. 19. Statil. Pacisi. de Saluia. interdic. inspec. 2. cap. 2. num. 56. Ricci. collecta. 1914. p. 5. Hierony. Marilia. decis. 81. num. 3. Vrsil. ad Afflict. decis. 199. num. 2. & omnium latiùs Fab. de Anna. in tot. cons. 53. lib. 1.

3 Requisita ad † obtinendum in ista oppositione & optione sunt. Primò quòd constet de solutione dotis, aliàs clarum est, quòd nihil fierer, ad exemplum eius, quod contra Cel. Hugo. in cons. 1. nu. 52. & in cons. 119. num. 3. dicit Cancer. in prima par. variar. resolu. cap. 9. de dot. & dona. propter nup. num. 20. cum sequent. Quod quia priuilegiũ tenutæ, & faciendi fructus snos, qnod conceditur viduis, donec satisfactæ sint in suis dotibus per constit. Hac nostra, datur propter dotem, ideò non auditur mulier dictum priuilegium prætendens, nisi doceat de dote, atq; ita expressim disponitur in cita. constit. 7. de *executio de censals*, ibi, *pus sia feta prõpta fe, ço es dins spay de deu dies del spoli, è altres cartes nuptials, en virtut de les quals far in la dita oppositio.*

4 Dixi debere † constare de solutione dotis, quia quando pro ea, & pro spõsalitio mulier se opponit datur ei dumtaxat illud optionis priuilegiũ, non quando pro alio credito, vti ex Regia pragmatica, & alijs iuribus patriæ elicitur manifestè, & in terminis docet noster Mier. in Curia Gerundæ Reg. Iacobi II. cap. 26. nu. 17. in 1. par. fol. 104. vbi dicit speciale esse in vxore se opponente pro dote & sponsalitio, pro quibus (inquit) multus fauor mulieribus debetur, vt extra de pignor. c. ex litteris.

5 De solutione † autem dotis multis modis constare potest. Sed quia hæc est materia pertinens ad vltimam clausulam, quam glossamus in hoc opere, ad clausulã scilicet appocæ dotis, vbi latissimo sermone de hoc agimus, ideò hic omittimus, ibi vidrri hæc potuerunt, cùm casus continget.

6 Secundum requisitum † ad obtinendum in hac optione est, quòd mulier sit prior tẽpore, vel aliter magis priuilegiata quàm creditor,

ditore, ad cuius instantiam fit executio: aliàs enim si nõ est magis priuilegiata, quàm ille, nunquam admitti posset optio, nec impediri posset executio in præiudicium priorum creditorum, quod videtur inouere consti. 7. sub tit. de *execution de censals*, quę de istis oppositionibus, & optionibus loquitur, ibi, *que en tal cas no sie preiudicat à aquellas en llurs dots &c. ne en llur prioritat de dret.* Et est
7 ratio † manifesta, quia mulier non excludit creditores ptiores, & potiores se, vti in superioribus diximus, signãter clau. 5. glo. 8. pat. 7. n. 7. & alijs in locis, & in terminis lex vbi adhuc de iu. do. quæ est de materia, quãdo mulier ob vergentiã mariti ad inopiã possit agere cõtra creditores ipsius, rem tractat respectu creditorũ posteriorũ, & potiora iura non habentium, non aliorũ, & habetur etiam apud Doctores allegatos suprà in principio huius tractatus de optione mulieris. Quod mihi etiam videtur decisum per ius nostrum municipale in consti. 9. sub tit. de *execution de censals*, vbi dandam electionem, & optionem mulieri statuitur cum illa conditione: *si empero se mostrara millor en dret.*

8 Annota, vt nihil † prætermittas, qoę dicit in proposito Rip. in l. priuilegia nu. 29. & 31. de priuileg. credit. priuilegium illud, quod habet fiscus ex l. si is qui, de iur fisci, de quo suprà diximus, quòd præferatur cuicũq; alteri creditori etiam anteriori in bonis quæsitis post suam hypotecam, communicari mulieri pro sua dote, & latiùs idem probar Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. inspce. 3. cap. 2. n. 493. in codicibus additionatis. Quod si ita est, numquam erit repellẽda mulier se opponens, & optare volens, nec erit in consideratione secundum istud
9 requisitũ, de quo tractamus, quia tunc † intrabit doctrina Dida. lib. 1. variar. resolu. cap. 16. nu. 5. quòd in dubio semper præsumuntur bona ex post acquisita nisi contrariũ ex aduerso probetur. Vndè mulier habebit intentionem semper fundatam, & ex consequenti semper oppositio, & optio erit ei admittenda. Cogita, quia id non fuit vnquã apud nos obseruatum. Iam dixi suprà hac eadẽ clau. glo. 2. par. 3. n. 5. quid mihi de hoc videretur erga fiscum, tu vide si ea applicabis ad mulierem, ne faciliter recedas ab eo quod communiter obseruamus, à quo ego vix recedo vnquam.

10 Et ne † dio te detineam in hac dubietato, nec, sicut te facturum censeo, dubites recedere à dicta opinione, & contra eam sine duce tenere, vide Anton. Gom. in l. 50. Tau. num. 39. in fin. Felicia. de Solis de cens. 2. tom. lib. 3. num. 18. cap. 5. & nouissimè Ignat. del Villar Maldonatum in sua Silua respons. iur. lib. 2. respons. 16. cap. 3. n. 17. vbi cum multis quos adducunt, expressim tenent mulierem non præferri anterioribus creditoribus generalem hypotecã habentibus in his, quæ post contractum matrimonium acquisita per maritum sunt.

11 Tertium requisitum est † quòd vxor, quæ vult se opponere & optare non firmauerit in illa obligatione, pro qua fit executio in bonis viri, vel illi consenserit, cum promissione de non contrauenicndo ratione suæ dotis, & aliorum iurium, prout expressè disponunt pragmatica iam citata sub tit. *de priuileg. dot.* & constitu. etiam allegata 7. sub tit. de *execution de censals*, & constit. 11. sub tit. de *jurisdictio de tots Iutges* Mier. in curia Montis Albi cap. 10. de execu. num. 35. col.
12 5. fol. 112. in prima patte, qui dicit † rationem esse, quia cum ipsa mulier sit obligata, contra ipsam cõpetit actio, ergo multo fortiùs repellitur per exceptionem, vel replicationem. Item (inquit) quia censetur posterior, non prior, nec potior.

13 Quod est † sanè intelligendum, si firma facta sit ratione dotis, & augmẽti, vt diximus, non si alio nomine, veluti si firmasset vti vsufructuaria bonorum viri, vel vt tutrix filiorũ obligationem, quæ ad sui validitatẽ, & obligationem contrahendam super bonis mariti, eam firmam exigebat, tunc enim huiusmodi firma, etiamsi adsit renuntiatio omni legum auxilio, etiam cum iuramento facta, non excluderet mulierem à priuilegio optionis, vt colligitur ex citata consti. 7. in fin. de *execution de censals*, in illis verb. *per rabo de llurs dots, o altres drets.*

14 Nec obstãt † quæ tradit Antoni. Thesau. decis. 223. per tot. & signanter num. 8. & 17. vbi valent obligatio vxoris, & renuntiatio hypotecæ, cum iuramento factæ, quod si ita est, nõ videtur posse se opponere executioni quæ fit in bonis viti, cum ipsa firmauit.

15 Quia illa † solùm procedunt respectu obligationis generalis, vel specialis si vxor dotem, & sponsalitium obligaret, vel vt tenens, & possidens pro dictis iuribus, secus quando alio nomine se obligauit, videliçet vt vsufructoaria titulo legati, nam licèt eo nomine non possit contrauenire, alijs tamẽ
16 titulis, & causis potest. Ita reperio † per hæc eadem motiua fuisse in facti contingentia

† *declaratum* in Senatu die 10. Ionij 1606. in causa Magdalenæ Antic contra Bernardum Sala, Relatore egregio Senatore Iosepho Ferrer, Scriba Perez. Idem etiam fuerat

† anteà *declaratum* per egregiom Senatorem Hieronym. Senjust 22. Appril. 1606. Actuatio Agramunt, in fauorẽ Mariannæ Flaquerà viduæ

viduę Barcinonen. contra manumiſſores te ſtamenti Iacobi Ferrer; nam licèt dicta Flaquera firmaſſet obligationem, quia tamen firmauerat vti renutaria,& vti tutrix filiorũ, nec bona propria obligauerat, ideò fuit ei admiſſa oppoſitio, vr optio,& conceſſum ſuperſedimentum.

17 Firma † autem facta per mulierẽ in vna viri obligatione, clarum eſt quòd non nocet quoad alias obligationes eiuſdem, de quo & de alijs ad propoſitum conferentibus latè apud Vincen. de Frãc. tot. deciſ. Neapol. 477. videnda.

18 Intelliguntur etiam † ſupradicta in firma, & obligatione mulieris, quę fit ſuper eadẽ re,& in eodem inſtrumento, cuius vigore fit executio, vt eadem pragmatica clarè dicit ſtatim in principio, ibi, *Intelleximus quòd cum quidam ſunt obligati in debitis, vel fidantijs, tam Chriſtianis, quàm Iudæis abſque firmamento, & obligatione vxorum ſuarum, &c.* Aliàs in alijs firmis, & obligationibus non procederent ſupradicta, vt ecce in caſu per pulchro, qui quotidiè euenit. Attulit mulier viro in dotem fundum aliquem inæſtimatum, quem ambo poſteà vendunt, & ſeu ſolus maritus de conſenſu vxoris conſtante matrimonio.

19 In hoc caſu † indubitatum eſt quòd totũ pretium præſumitur percepiſſe maritus, & ei rotum imputatur, etiam ſi ambo confeſſi ſint illud retepiſſe, ac eriam ſi mulier cõſenſiſſet totum recipi à marito, ex pulchra deciſ. Afflict. 209. & ibi Vrſil. Craue. conſ. 91. additio ad Capici. deciſ. 78. verbo, peruenisse præſumitur, Roland. in conſ. 64. vol. 1. Hieronym. Lauren. deciſ. Auenionen. 45. n. 12. Vincen. de Franc. deciſ. 474. Meno. præſump. 22. lib. 3. Ioan. Gutier. de iura. confir. par. 1. cap. 1. num. 14. Trentacinq. var. reſol. vol. 1. lib. 3. de iur. dot. reſolu. 4. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 14. de probatio. defini. 22. Atq; ita intrepidè *declaratur* in Senatu

†† quoties de hoc incidit tractatio vt poſſem mille exemplaribus comprobare. Interim vide vnum relatore egregio olim Senatore Michaele Ferrer in cauſa nobilis Marqueſiæ Salba contra non nullos creditores. 11. Auguſti 1582. Et aliud referente egregio eriam primò Senatore, poſteà in Supremo Coronę Aragonum conſilio Regente Don Ioanne Sabarer, in cauſa nobilis Galcerandi de Cardona contra nobilẽ Ludoui. de Cardona, & de Rocaberti 17. Decembr. 1591. Scriba Benedicto Sacares. Et denique aliud relatore egregio itidem Senatore Anton. Oliba factum 20. Nouemb. 1595. in cauſa nobilis Bernardi de Pinos contra Paulum Grau: Et nouiſſimè coram egregio ſimiliter Senatore Ioſeph. Ferrer 15. Ianuar. 1614. aliud in cauſa pupillorum Cellerr contra Ioannem Farell, Scriba Prats. Et ex conſe-

20 quenti † certum eſt actionem dari vxori recuperandi à bonis mariti pretium redactum ex alienatione prædicta, quod ſucceſſit in locum rei, vr in inferioribus dum dè dotis reſtitutione agemus, dicemus, Barr. in conſ. 124. punctus quæſtionis, ex num. 2. & ſignan

21 ter in fine, qui tamen † labitur dum dicit totum prerium non præſumi peruenisse ad maritum eo cum vxore vendente, vr aduertit additio ibi in litre. B. & Doctores ſuprà citati, Baptiſ. de ſancto Blaſio de prinile. dor. centu. 1. num. 97. in 6. vol. tracta. & Pet. Barboſ. in l. diuortio in §. ſi vir num. 11. in verſ. Cum agitur, ff. ſolu. matrim. per tex. in l. ſi ex lapidicinis 33. ff. de iur. dot. l. res quę, eo. tit. & d. l. fin. de pac. dotal.

22 Nec eſt † neceſſarium vt pecunia ſuccedat in locum teſ alienatæ, quòd ita actum ſit vt ſuccedat, vt volebat additio ad Capi. vbi ſuprà, provt pluribus probat, & defendit Caſana. in conſuetud. Burgun. tit. *des droits*, rub. 4. §. 22. in fin. verſ. Sed quæro, & anre eum Bart. in cita. conſ. 124. num. 2. vbi dicit quòd ex quo ita eſt vtile mulieri, vel ita eſſe aſſeritur, ideò tacitè videtur actũ quòd pretium ſuccedat loco rei in fauorem mulieris:

23 palã enim † eſt quòd hic fumus in vniuerſalibus, nẽpe in dote, in quibus pretiũ, licèt ita actũ nõ ſit, ſuccedit loco rei, vt docẽt prædicti DD. in principio allegati, l. Imperator, §. fin. cum l. ſequen. de lega. 2. l. ſi rem, & pretium in priu. de petitio. hæredi. Moro. in conſ. 20. num. 2. Manti. de racit. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 6. per tot. Hoc præſuppo

24 ſito † cum fit executio in bonis viri venit mulier cum ſua oppoſitione & optione pro recuperatione huius pecunię dotalis. Dubitatur num id fieri poſſit non obſtante quòd fit mauerit in illa alienatione fundi dotalis, vt diximus. Reſpondi quòd ſic, quia hęc firma non eſt ex illis, quæ impediunt priuilegiũ optionis per regiam pragmaticam conceſ-

† ſum. Atque ita in facti contingenria *ſenſiſſe* viſus eſt Senatus prouiſione facta 28. Ianua. 1613. relatore egregio tunc Senatore Raphaele Rubi & Coll in cauſa ſyndici de San Pedor contra Hieronymum Bertran, Scribæ Simone Font, admittendo mulieri oppoſitionem, & optionem per eam factam cuidã executioni, quæ fiebat in bonis viri, pro toro pretio cuiuſdam fundi dotalis per ambos venditicum confeſſione de pretio recepro per ambos facta, quod non ptouidiſſet Senatus, vt palam eſt niſi præſumptionẽ admiſſiſſet quód ad ſolum maritũ totum ptetium petuenetat.

Et

25 Et fuit etiam † *visus* admittere hypotecam mulieris in isto casu incepisse non à die alienationis, sed imò à die promissionis sicut in alijs casibus, quando dos est in pecunia promissa, cum si ad diem alienationis attendisset, non potuisset admittere oppositionem ex quo posterior multò illa erat credito instantis executionem, constitutio autem dotalis præcesserat antea, & ideò
26 æquè † præferri mulierem in isto casu ac in alijs, de quibus loquuti fuimus in principio huius tractatus, sicut probat in terminis Gutier. de iura. confir. par. 1. cap. 1. nu. 14. circa finem, ibi, *Et pretium quod peruenit ad virũ peti potest actione ex stipulatu pro dote, quia bona viri sunt obligata à tempore contracti dotis celebrati, non verò à tempore, quo dictum pretium peruenit ad eum*, allegat l. primam, ff. qui potior. in pig. habean. & Bart. vbi suprà. Quod idẽ clariùs, & eisdem fere verbis expressis quibus vtitur Gutier. po-
† stea *declarauit* etiam Senatus referẽte egregio etiã Senatore Iosepho Ferrer 21. Maij eiusdem anni 1613. in causa Michaelis Ioãnis Granollachs, contra don Franciscum de Gilabert in gradu supplicationis, Scriba
† Agramunt. Idem etiam anteà *declarauerat* Senatus in illa, quam suprà retuli illorum nobilium de Cardona, vbi fuit expressè dictũ pro pretio rei dotalis alienatæ habere mulierem bona viri hypotecata, non vt ex nunc, sed vt ex tunc: hæc verba sententiæ. Quæ an sint intelligenda, ita vt retrotractio fiat ad tempus promissionis dotis, & firmæ capiculorum matrimonialium, an ad tempus contracti matrimonij, cum separatim hæc fiunt, provt communiter fieri solent, habes declaratum suprà glo. 2. par. 1. ex nu. 27.

27 Nisi ergo † Iudici constet de istis tribus requisitis, nempè de dote soluta, quòd mulier est anterior, & magis priuilegiata creditrix, & quòd ipsa non firmauit in obligatione, vel promisit nõ cõtrauenire ratione suæ dotis, & aliorum iurium, non arbitror posse admitti mulieri oppositionem, & optionem ad effectum impediendi executionem, quã legitimus creditor instat.

28 Vndè reprehendendæ † sine dubio sunt prouisiones, quas quotidie videmus fieri per diuersos Iudices, quibus cum sola ostẽtione appocæ dotis solutæ, aliquando cum promissione præcedente, aliquando sine ea, superseditur executioni, quæ instatur per creditores absque eo quòd priùs videant, num prior creditrix mulier sit, vel posterior, & an in obligatione firmauerit, vel nõ.

Et quod peius est, quandoque fiunt istæ prouisiones supersedimentorum generaliter contra omnes creditores executionibus nonsolùm iam ceptis, & instatis, sed etiam incipiendis, & instandis sine aliquo examine, & delectu creditorum priorum, & posteriorum. Hęc non fiunt in Senatu, benè potes credere, ibi necessum est quod de requisitis legitimè constet.

29 Non defuerunt † tamen nonnulli, qui existimarunt non esse faciẽdas has discussiones, & examina, si mulier est prior, vel non, cum regia pragmatica id non dicat, sed simpliciter mulieri opponenti se pro sua dote, & sponsalitio suum concedat priuilegium, vt aliqua bona æstimata ei assignẽtur imprimis pro dictis iuribus, in reliquis continuetur executio, per quam assignationem nullum fieri videtur creditoribus præiudirium, quia si ex reliqnis non poterit eis esse satisfactũ, dabitur eisdem regressus aduersus adiudicata vxori, quæ ei † non traduntur pleno iure
30 in isto casu vigore huius oppositionis, & optionis, vt irreuocabiliter fiat bonorũ adiudicatorum pro dote, & spõsalitio domina, sed imò fit ea adiudicatio ad effectum vt hypoteca mulieris conseruetur, provt diximus suprà dum de repetitione dotis obvergẽtiam viri ad inopiam ageremus. Et in terminis iuris communis, quod videtur in hoc concordare cum nostra pragmatica, se-
31 cundum quod † permissum est mulieri se assecurare in sua dote, dicunt Doctores posse eam sibi retinere non vniuersa bona viri, sed aliquod prædium, quod sibi beneuisum fuerit, æstimatum ad quantitatem dotis, & reliqua dimittere creditoribus, vt dicit Negusan. de pignor. 1. memb. quinctæ par. nu. 33. & Ioan. Gutier. in cons. 19. nu. 13. apud quos Doctores est notandus modus loquendi ipsorum, qui est per verbum, *retinere*, quod denotat intentum quod prosequimur, & in
† terminis terminantibus *decidit* Senatus die 17. Decembr. 1582. referente egregio tunc Senatore N. Amell inter Anto. Carrija, & Hierony. Lleotart & alios, Scriba Guardia, cuius prouisionis hæc sunt verba, *Attento maximè quòd per electionem nullum ius tribuitur, sed sola hypoteca conseruatur, & non tollitur facultas in alio iudicio, vel in eodem postea prætendendi prælationem.* Quæ decisio videtur decidere nostrũ casum. Habet in qua funderur, doctrinã Hierony. Marilia. decis. 43. vbi loquens de muliere, quæ petebat assecurationem in sua dote ob vergentiam viri ad inopiam, num. 4. sic ait, *Nunc videtur quòd in præsenti iudicio sit locus disceptationi anteriorităis, aut posteriorităis iurium inter actricem, & comparentes, quibus satis cautum videtur si ea ipsis pro prætensis eorum creditis in hypotecaria illaesa reseruantur cum præsertim non sit hoc iudicium excussionis*

inter

inter plures creditores, ſed dotis repetitionis, &c.

32 Sed contrarium † exiſtimo verũ in terminis noſtrorum iurium propter magnum præiudicium, quod inferretur creditoribus, quòd cũ his oppoſitionibus, quæ effectũ nõ ſunt ſortiẽdæ, impediretur executio per eos inſtata donec facta eſſet æſtimatio, & aſſignatio pro dote, quę ſemper ſolẽt habere magnam dilationẽ; & præterea eadẽ pragmatica, & cõſtitutio inſinuant nõ eſſe indiſcriminatim has oppoſitiones, & optiones admittẽdas, poſtquam caſus aliquot excipiunt, in quibus volunt eas non fore admittendas. Nec exiſtimo eſſe alicuius conſiderationis, quòd iſta aſſignatio, quæ fit vxori, non ſit vera ſolutio, & reſtitutio dotis, ſed ſolùm poſitio in tuto, id enim non tollit quę ſuprà cõ
†† ſiderauimus. Atque ita *ſeruatur* in Senatu, & apud optimos Iudices intrepidè, apud quos iſtæ oppoſitiones, & optiones non admittuntur niſi conſtito quod mulieres ſint priores, & magis priuilegiatæ, nec in obligatione firmauerint.

33 Quartùm requiſitum † vt optioni, & ſeu iuri optandi ſit locus, eſt quòd executio non fiat pro modica quantitate, ſi enim pro modica fiat, non habet mulier iſtud priuilegiũ, vti habetur in alia pragmatica ſequenti poſt eã, quam allegauimus, in volum. pragmat. in tit. de priuileg. dotal. & tradit Mier. in Cur. Montisal. Reg. Alfon. III. num. 38. in 1. par. colla. 5. fol. 112. Quæ pragmatica † ponit exemplum de modica quantitate quando eſt infrà decem ſolidos, ſed Mier. † dicit ex hac ratione vidiſſe *practicari* etiam in quantitate maiore decem ſolidorum, *vt quando* (inquit) *videbatur expenſas oppoſitionis vxoris veriſimiliter excedere debitum, non admittebatur talis oppoſitio*, ad quod probãdum multos caſus ſimiles adducit, in quibus ratione modicitatis rei denegatur actio, quos tu ibi potes videre.

SVMMARIA.

1 *Mulierum querelæ aduerſus firmas, & obligationes per eas pro viris factas.*
2 *Metus exceptio non impedit executionem, quæ fit in vim inſtrumenti cum guarentigia, quod noſ ſcripturam tertij dicimus.*
3 *Executio quæ fit in vim inſtrumenti guarentigij, & eum ſcriptura tertij non impeditur niſi per ſolutionem, aut ſatisfactionem, de qua conſtet per publicum inſtrumentum.*
4 *Exceptiones, quæ altiorem requirunt indaginẽ non impediunt executionẽ inſtrumenti, donec illud reciſum ſit.*
5 *Executio contractus non impeditur per motiorem litis ſuper reciſione illius.*
6 *Executio pro penſionibus cenſualium, & violariorum non impeditur facto depoſito de vna penſione cum agitur executiue. Conſti. 5. ſub tit. de execut. cenſual. interpretatur, ibidem.*
7 *Executio facta in vim alicuius inſtrumenti, quod poſtea reſcinditur propter vim vel metum, an retractetur taliter quòd reſcindãtur alienationes factæ, vbi deciſio noſtri Senatus.*
8 *Executio legitimè à principio facta in vim alicuius inſtrumenti, non anullatur, nec empto res moleſtatur ex eo quòd poſtea contractus reſcindatur ex læſione, aut aliàs.*
9 *Reciſio in contractibus meticuloſis, & læſiuis non fit prout ex tunc, ſed prout ex nũc.*
10 *Fructus non veniunt in remedio l. 2. C. de reſcindenda vendi. quia contractus eget reciſione, quæ non habet oculos retrò.*
11 *Fallit in fructibus decurſis poſt litem motam, ſoluto alteri intereſſe pecuniæ, & nu. ſeqq. vbi deciſſ.*
12 *Fructus in Cathalonia ex communi praxi adiudicari ſolent à die litis conteſtatæ.*
13 *Litis conteſtatio in acquiſitionẽ fructuum inducit effectus veræ malæ fidei, vbi deciſio.*
14 *Deciſiones noſtri Senatus ſuper articulo ſi fructus debentur ex die litis conteſtatæ in remedio l. 2. C. de reſcin. vendi.*
15 *Reciſo contractu mecum facto, is qui mihi antea ſoluerat in vim contractus, non poteſt moleſtari.*
16 *Retractatio non fit in contractibus reciſis propter metum, qui in eo interuenit.*
17 *Iudices, qui ex ſola oppoſitione exceptionis metus non poſſunt ſuperſedere executioni, ſaltem debent curare, vt pretium ſaluum maneat per cautionem creditorum, aut aliàs interim quòd pendet lis.*
18 *Proteſtatio ne emptor rerũ ſuarũ ſoluat pretium facta per mulierem cum vult ſuã firmam & obligationem per metum reſcindere, eſt vtilis valdè.*
19 *Metum paſſo datur actio ad recuperandam rem ab eo, ad quem deuenit ex metu per alũ illato.*
20 *Metus actio regulariter non datur contra eũ, qui metum non iuſtulit, maximè ſtante ignorãtia illius, quæ ſemper præſumitur vbi contrarium non probatur.*
21 *Metus illatus vni per alium non nocet tertio.*
22 *Sed contrarium eſt verius, quia ſufficit contractum fore meticuloſum, vel per vim, quia tunc deficit conſenſus.*
23 *Auctoris opinio ſecundum dicta in præcedẽti num.*
24 *Res acquiſita per metum tranſit illo vitio affecta in quemcunque poſſeſſorem.*

Aymon

25 *Aymon. Craue. circa rem hanc declarata opinio notanda.*

26 *Metus illatus ſemper diei debet præiudicare tertio, etiam in doctrina Aymon.*
Proteſtatio an ſit neceſſaria in actibus metica loſi, ibidem.

27 *Creditor agens via executiua præiudicat ſibi in ea, ſi patitur quòd debitor tractet de exceptione metus per eum oppoſita.*

28 *Creditor ſibi præiudicat in via executiua intentata eum patitur debitorem de exceptionibus tractare via ordinaria. vbi deeiſſ.*

29 *Præuentio via ordinaria facta per debitorem non impedit quin per creditorem poſſit via executiua nihilominus intentari ſaltem præſtita cautione.*

30 *Creditor an inſtituto ſemel iudicio ſuper nullitate cõtractus, ponamus cenſuarij aut aliàs, poſſit poſtea illius executionem petere, putà exigendo penſiones, aut aliàs.*

31 *Deciſio noſtri Senatus quòd creditor patiens tractari negocium via ordinaria perdit executiuam.*

32 *Metus alius dicitur verus, alius reuerentialis, ſeu tacitus.*

33 *Metus verus de per ſe ſolus reſcindit contractum, & obligationem.*

34 *Quod ſecus eſt in metu reuerentiali, qui de per ſe non eſt ſufficiens ad reſcindendũ cõtractum.*

35 *Metus non inducitur ex ſola reuerentia, quã quis debet ei, cum quo contrahit.*

36 *Metus reuerentialis non eſt conſiderabilis, niſi vbi vltra reuerentiam concurrũt alia.*

37 *Metus quando reſcindat contractum ſiue adſit reuerentia ſiue non, & quæ ad id requirantur eſt quærendum.*

38 *Metus in dubio non præſumitur, ſed probandus eſt.*

39 *Metus probatur inditijs, & coniecturis, quia eſt difficilis probationis.*

40 *Metus, & ſeu cauſa metus minor requiritur in muliere, quàm in viro ad reſcindendum contractum.*

41. *Mulieres faciliùs terruntur quàm viri propter imbecillitatem ſexus.*

42 *Metus ex quibus plenè probatus maneat, relinquitur arbitrio Iudicis.*

43 *Iudex quæ debet conſiderare ad videndum, an metus allegatus ſit probatus.*

44 *Mulieres ordinariè conqueruntur de ſuis obligationibus pro viris factis quòd per metum eas fecerint.*

45 *Metus reuerentialis in muliere nupta probatus manet ſi probatur vir riguoſus, & iracundus, ac ſolitus iniuriam inferre ijs qui ei contradicunt.*

46 *Metus reuerentialis probatus manet vbicunque Iudici viſum fuerit talem, ac tantam fuiſſe mariti auctoritatem ex conditione perſonæ probata vt æſtimare poſſit facta contractum fuiſſe factum.*

47 *Metus reuerẽtialis multum inducitur ex probatione viri auſteri, iracundi, ſeueri, &c.*

48 *Iudex debet eſſe facilis ad præſumendum mulierem ex metu contractui conſenſiſſe.*
Idem eſt in filio filiaue reſpectu patris, ibidem.

49 *Metus inter virum, & vxorem difficillimè probari poteſt, & nunquam aliqui contractus reſcindarentur ſi exacta probatio requireretur.*

50 *Qualitas terribilitatis, aſperitatis &c. in viro multùm facit ad præſumendum metum.*

51 *Metus magis probatur in muliere ſi probantur minæ aut verbera & malæ tractationes ex parte viri.*
Sed non requiruntur copulatiuè, ſed ſufficit vnum aut alterum interueniat, ibidem.

52 *Metus concuſſinus qui dicatur.*

53 *Læſio enormiſſima in muliere reſpectu dotis eſt multum conſiderabilis ad reſcindendum contractum ex metu.*

54 *Meticuloſum fuit in Senatu declaratũ vxoris in fauorem viri factum teſtamentum ſuggeſtione, importuna ſolicitatione, minis, & mala tractatione.*

55 *Renuntiatio per filiam in fauorem patris facta fuit in Senatu reciſa ex enormiſſima læſione filiæ, & mala conditione ipſius patris.*

56 *Obligatio, & firma mulieris pro viro facta reſcinditur in Senatu probata auſtera conditione viri, & quòd vxor nullum commodum reportauit.*

57 *Obligatio filij in fauorem patris auſteri, & ſeueri reſcinditur etiam in Senatu tamquã meticuloſa.*

58 *Obligatio mulieris reſcinditur probato quòd remanet indotata, & quòd eius vir ſolebat illam malè tractare ſi non firmabat pro eo.*

59 *Ratificatio, & approbatio facta per filiam de alienatione de bonis ſuis per patrem facta reſcinditur in Senatu ex metu reuerentiali, & enormiſſima læſione, ex quo nullum reportauerat filia commodum.*

60 *Donatio facta per vxorem viro anullatur in Senatu ex eo quòd eſſet probatum virum conſueuiſſe in eam acriter ſæuire.*

61 *Donatio euidam ſeruo viri facta per vxorem fuit ex eiſdem cauſis in Senatu anullata.*

62 *Mulier debilis ingenio, & facilis vt à quolibet deciperetur, facilius præſumitur ſeducta.*

63 *Filij pro patre facta obligatio reſcinditur ex metu reuerentiali precedentibus minis, & nullo commodo ad filium indè prouento.*

64 *Metus vt ſufficiens ſit ad reſcindendum con-*

tractum non eſt neceſſarium probare in cõtractu interueniſſe omnes circunſtantias, quas Doctores cõſiderãt, de quibus in num. præcedentibus.

65 *Metus vt probatus dicatur, non eſt neceſſarium probare & minas, & verbera intereſſiſſe, ſed vnum aut aliud.*

66 *Minæ prouententes à perſona, cui debetur reuerentia, ſunt ſufficientes ad probandum metum.*

67 *Metus vt dicatur ſufficienter probatus ad reſcindendum cõtractum, an ſit neceſſum probare verbera illata vel minæ factæ pro illo contractu, vel in genere tantum ſufficiat.*

68 *Opinio affirmans eſſe neceſſariũ probare, quòd pro illo contractu, vbi deciſiones.*

69 *Opinio negans, vbi deciſio.*

70 *Minæ, & verbera quando reſpiciunt, & ſeu reſpicere poſſunt plures cauſas, probanda ſunt in ſpecie quòd pro illo contractu, qui prætendatur reſcindi, ſecus quando vnam tantum.*

71 *Minas, & verbera ad reſcindendum contractum vti meticuloſum, neceſſarium eſſe probare in ſpecie intereſſiſſe pro illo cõtractu, tenuit noſter Senatus.*

72 *Opinio auctoris in cõtrariũ quòd ſufficiat probare in genere minas, aut verbera.*

73 *Minas, ſeu verbera fuiſſe pro illo cõtractu, bonum eſt probare pro reciſione, ſed non eſt neceſſarium.*

74 *Minæ, ſeu verbera præcedentia ſufficiunt ad actus ſequentes cum præſumatur durare eadem cauſa metus.*

75 *Metus ſuſpitio non minùs vitiat contractum, quam metus ipſe.*

76 *Metu aliquid facere, vel coactè, idem ſunt. Metũ probaſſe dicitur qui metuẽdi cauſam probat, ibidem.*

77 *Timor probabilis pœnarum illationis de proximo ſufficit ad reciſionem contractus.*

78 *Vis & metus multum differunt, quia illa refertur ad corpus, metus verò ad animum.*

79 *Deciſiones noſtri Senatus, quòd ad probationẽ metus ſufficiat probatio verberum illatorũ in genere.*

80 *Metũ qui ex minis vult probare, aduertat iuſtificare hominem eſſe ſolitum illas exequi, licèt non ſit neceſſarium.*

81 *Metus probatur teſtibus ſingularibus.*

82 *Metus probatur vnico teſte de viſu, cum alijs de auditu.*
Et teſtes inhabiles in hac materia iuuantur alijs.

83 *Rota Romana non dedignatur in ſuis deciſionibus, & diffinitionibus cauſarum noſtros labores allegare, & illis inuari, quod ſummũ Farinacius priuilegium, & beneficium eſtimat.*

GLOSSA II. PARS V.

Proſequitur eadem materia oppoſitionum, & optionum mulierum.

Et particulariter agitur de firmis, & obligationibus earum meticuloſis, & per vim factis pro maritis, reſcindendis, vel non.

1 REuertamur † ad tertium requiſitum, quo diximus non eſſe admittendas oppoſitiones, & optiones vxorum, quas faciunt cũ fiunt executiones in bonis viro rum, pro ſuis dotibus, & ſpõſalitijs, ſi firmauerint in obligationibus, quarũ vigore fiunt executiones; & audiamus paululùm eas ad cælum vſque voces emitentes quotidie contra illas firmas, quòd meticuloſæ fuerint, vel per vim factæ cum enormiſſima earum læſione, cum vt plurimùm ex dictis firmis remaneant indotatæ, quod non eſt permittendum, cum ſit contra bonum publicum.

Prætendentesq; propterea de dictis firmis, & obligationibus nullam fore habendã rationem ad repellendum eas à ſuis oppoſitionibus, & optionibus. Faciam libenter, & qui natus ſum de muliere, expertusque quantum eis debeamus, adiuuabo eas quantum potero, quatenus tamen ius permittet: non enim licet ex aliquo reſpectu, aut affectu à iuſto deuiare.

2 In hac re, † quod animaduertendum cenſeo, eſt, non opportunè opponi hanc exceptionẽ firmæ meticuloſæ, aut per vim factæ in iſtis cauſis executiuis, in quibus executiuè, & via riguroſa proceditur contra maritum pro obligatione per ipſum eum vxore firmata. Cum enim † rigor guarantigiæ, & ſcripturæ tertij, in cuius vim fiunt iſtæ executiones, non admittat aliam exceptionem, niſi ſolutionis, aut ſatisfactionis, de qua conſtet per publicum inſtrumentum, provt habetur in regijs pragmaticis collocatis ſub tit. de actio. & oblig. in 2. vol. conſti. ſequitur quòd iſtæ exceptiones, † quę altiorem requirunt indaginem, nec poſſunt niſi per probationes extrinſecas liquidari, valido interim manẽte cõtractu donec reciſus ſit, pro vt docent omnes, qui de materia tractant, quos lata manu habes apud Carol. de Graſ. in tracta. excep. excep. 11. per tot. repelli debeãt ad effectum impediẽdi executionẽ, quę cõtra bona viri inſtatur, provt in ſimili dicit

dicit Maſſagales. ad form. camera. obliga. par. 4. q. 1. num. 17. Et magis in terminis docent Imbria. deciſ. 373. Canal. deciſ. 19. par. 3. & Don Garci. Meſtril. deciſ. 140. nu.
5 22. vbi clare † dicunt rentara, & pendente reciſione, adhuc contractus executionem nó impediti.

6 Propter quod † ſequuta fuit obſeruantia conſti. 5. ſub tit. de *executio de cenſals*, quæ facto dépoſito vnius penſionis ſuperſedit in executione cenſualium, & concedit quatuor menſes ad probandum quatuor exceptiones, de quibus ibi, inter quas eſt iſta vis, & metus; ſequuta (inquam) fuit obſeruãtia, quòd non procedat in eaſibus, quando fit executio in vim ſcripturæ tertij, quæ iſtas dilationes non admittit, prout nonnullis
†† Regiæ noſtræ Audientiæ *exemplaribus* probaui in 1. tom. elau. 4. gloſ. 18. par. 4.
† num. 16. Adde nunc *deciſ.* antiquam in ordine 444. in recollec. antiquitùs per egregium illius temporis Senatorem N. Sunyer manuſcriptis, vbi de iſta obſeruantia in cõcuſſa atteſtatur, ſicq; ſine difficultate fuiſſe ſæpiùs in Senatu declaratum. Curet ergò ereditor contradicere exceptioni, & illius admiſsioni, & obtinebit, per ſupradicta.

7 * Sed quid erit † ſi poſt factam executionẽ declaratur deindè obligatio, & firma mulieris mẽticuloſa aliquo ex modis, de quibus infrà, quomodo reintegrabitur mulier? quomodo dotem ſuam recuperabit, quando inuenit bona omnia mariti eſſe diſtracta vigore executionis, aut executionum, quam, vel quas prætextu ſuæ metus exceptionis detinere, aut impedire non potuit? Si ſequeris quod Senatus obſeruauit de anno 1620. in cauſa Catharinæ Real contra Baudilium Serra & alios, de qua infrà, dices quòd ſimul & ſemel reuocabuntur alienationes, & diſtractiones prædictæ ad cõmodũ vxoris, pro
† vt ibi *obſeruatum* fuit, declarando nullas firmas mulieris ex metu réuerẽtiali cum enormiſsima leſione, & ſimul reuocando, & caſſando executiones cõtra bona viri factas, ex quibus ipſi erat ſatisfaciendum in ſuis iuribus, eum alia non remanerent, & omnia in priſtinum ſtatum reducendo.

8 Sed id difficultatem † maximam patitur ex his, quæ in materia optionis mulieris dicemus infrà ex Vincen. de Fran. deciſ. 120. num. 8. & deciſ. 660. & alijs, quòd vbi legitimè in vim alicuius ſententiæ facta eſt executio contra alicuius bona, quamuis poſteà ſententia reuocetur, non reuocatur executio, nec emptores moleſtantur, ſed agitur ad pretium contra recipientem, propter publicam auctoritatem, quæ in his ſine dubio intetuenit.

9 Item difficultatem † (quod magis proculdubio ſtringit) reſolutio prædicta patitur ex his, quæ communiter dicunt Doctores, teciſionem in his contractibus meticulotis, vel læſiuis nõ fieri provt ex tunc, ſed imò provt ex nunc, vt docet Lanar. in conſ. 44. nu. 26. de quo etiam puncto multa dicit in cõſ. 79. Vincen. de Fran. deciſ. 119. num. 19. & deciſ. 495. & 496. Fran. de Ponte conſ. 28. num. 5. & Don Garcias Meſtril. deciſ. Sicil. 140. n. 20. lib. 2. quo ſtante clarum eſt quòd non operabitur in præiudicium tertij, cui eſt medio tempore ius quæſitum.

10 Omnes iſti adducũt † in ſimili exemplum eius, quod practicatur circa remedium l. 2. C. de teſcin. vend. propterea nõ venire in eo fructus, quia contractus eget reciſione, quæ non habet oculos rectò.

11 Quod ego † vetũ exiſtimo reſpectu fructuum decurſorum ante litem motam (permitatur mihi paululùm circa hæc, quæ pulchra ſunt, vagari) eos enim qui poſteà decurterunt, deberi dummodo etiam ſoluatur emptori intereſſe ſuæ peeuniæ, vt æqualitas ſeruetur, indubitatum exiſtimo, nec contrarium teneri poſſe arbitror, ex generalitate tex. in l. certum, C. de rei vendica. cuius ſunt verba: *Certum eſt malæ fidei poſſeſſores omnes fructus ſolere cum ipſa re præſtare, bonæ fidei autem extantes, poſt litis autem conteſtationẽ vniuerſos*. Et ex communi † praxi,
12 qua apud nos eſt obſeruatum, & obſeruatur iuconcuſsè, quòd per litis conteſtationem conſtituatur poſſeſſor in mala fide, & condemnetur ad fructus, & probatur in l. ſed & ſi lege §. etiam ſi ante, de petitio. hæred. & in l. 1. C. eo. dicit enim l. C. in d. §. etiã ſi ante, *Cæpit enim* (inquit) *fuit rem ad ſe non pertinentem poſſideri is qui interpellatur*,
13 Etenim in † acquiſitione fructuum litis cõteſtatio inducit effectus vetæ malæ fidei, pro vt pulcherrimè hæc ad propoſitum inducit noſtet nob. Ludoui. à Pegue. deciſ. 180. nu. 10. pluribus etiã probat Garciã de expenſ.
† c. 23. nu. 14. vbi vlteriùs dicit ita *iudicatum* in Supremo Hiſpaniæ Senatu, & in terminis quòd in iſto caſu veniant fructus à die litis conteſtatæ, præsim generaliter obſeruare docent Mar. Anton. de Pet. de fideicom. quæſtio. 15. num. 334. Punel. in l. 2. pat. 2. cap. 4. num. 58. verſ. Sic etiam indiſtinctè, C. de reſcind. vendi. Dida. variat. reſolutio. lib. 2 cap. 3. num. 9. in fin. Anto. de Gam. qui aſſerit ſe ita ſæpius vidiſſe *iudicari* deciſ. 94. & deciſ. 291. num. 5. vbi eius
†† additionator Diaz de Mena plures allegat idem tenentes. Sic etiam multoties fuiſſe
†† *tentum*, & reſolutum in Senatu Sebuſiano Auctor eſt Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4.

tit. 30. de reſcind. vendi. deciſ. 21. & 31.

†† Alios Doctores, ac alias etiam *deciſſ.* ad idē inſtitutum adducit Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 105. num. 8. vbi videas, quia ſunt in multi-

14 tudine copioſa. Quamuis in † cauſa coniugum Llaugers huius ciuitatis contra nobil. conuiges Terrers, corā egregio Senatore Ioſepho Dalmau in ſententia, quæ lata fuit 28. Iunij 1610. in qua de hoc articulo tractaba-

† tur, *dubitauerit* Senatus ſuper eo reſolutionem capere, illū indeciſum relinquens, & ad aliū locū decidēdū remittens, in quo tamen nec poſteà fuit capta vnquam reſolutio vſq; in hodiernū diem, Actuarius erat Antonius Tio. Reperio tamen quòd olim in alia cauſa in Senaru vertenti coram egregio itidem Senatore primario Ioanne Gallego ſub die 26. Maij 1604. inter Eliſabetham Tregineta, & Archangelam Boſc *declaratum* ſine dif-

† ficultate fuit in alia Aula pro mea opinione, adiudicando fructus à die litis motę venditori agenti ad teciſionem, & intereſſe pretij ipſi emptori caſu quo eligeret mulier condemnata rem reſtituere, ſi autē volebat ſup-

† plere pretium, *declaratum* fuit illud eſſe ſoluendum cū intereſſe à die etiam litis motæ, quod pretiū fuit iam ex tunc taxatū ſecūdū quod erat probatū in proceſſu rem venditā valuiſſe, in eum caſum quòd eligeretur ſuppletio iuſti pretij. Nota deciſionem pro caſibus occurrētibus, quia forſan non reperies aliam faciliter ſic tem hanc declarantē. Vidi cōcluſionem in libro, & ſciui cauſę actuariū fuiſſe Ceſilla poſteà Reig. Hæc ſint dicta per tranſennā, pro oportunitate loci, in hac pulchra materia. Reuertamur ad rem, conti nuando materiam interruptam.

15 Sed magis † in terminis pro inſtituto quod proſequimur, ſi annullato poſt executio nē contractu, reſcinditur etiam executio antea facta, loquitur Vincen. de Fran. d. deciſ. 119. num. 16. dicens, quòd ſi puella tenuntiauit per metum peragium ſuum per contractum reſcindibilem, ſi frater egit, & ſibi ſolui fecit peragium, licèt deindè mulier agat ad reciſionem contractus, & obtineret, nihilominùs ille, qui ſoluit dum contractus adhuc non erat reciſus, rectè ſoluit, & reciſo contractu non poterit moleſtari, vt iterū ſoluat, quia (inquit) teciſio operatur provt ex nunc, non provt ex tunc, nec habet oculos retrò.

16 Idē etiam † plurib⁹ probat Meſtril. cita. deciſ. 140. ex num. 17. de reciſione contractus ob metum celebrati loquens, dicens in eo non fieri tetrotractionem. Sanè ſi deinde reuocarentur, & reuocari deberent quæcunque geſta fuiſſent poſt oppoſitam exceptionem metus, non video quomodo decep-

tus à Iudice, & legiſlatore non diceretur qui ex hoc damnum ſentire veniret? quod non eſt ferendum.

17 Conſuletem mulieri, † ne omnia perderet, quòd inſtaret coram Iudice exequente, aut alio, ad quem ſpectaret, quatenùs pecuniam, quę procedetet ex executione bonorum viri, deponi faceret in loco tuto, & ſecuro, vnde nō extraheretur per creditores, niſi pręſtita idonea cautione provt fieri ſolet, quod facile obtineret, & per hoc ſolum, pretium in tuto collocaretur, vt ſuo loco debita de ſua oppoſitione poſſet haberi ratio. Iam enim diximus vbi de auocatione pecuniæ fienda per primos creditores à ſecundis in hoc tom. egimus clau. 5. gloſ. 8. par. 7. num. 35. per huiuſmodi cautionem tem remanere ſemper integram, & pecuniam dici

18 extare. Prodeſſet † itē proteſtatio, quæ fieret emptori, per quam ille timidior efficeretur ſaltem ad effectum ne ſimpliciter ſolueret niſi de ordine Iudicis. Quibus diligentijs factis non reperiretur qui mulieris negligentiam circa eas accuſaret, & emptorē ex omiſſione earū defenderet, ſicut facit Vincenc. de Franc. in ſuprà cita. deciſ. 119. nu.

19 15. & 18.

Aliud eſſet † vbi mulier per metum venderet, & alienaret rem ppriam, tunc datur ei ſine dubio actio ad recūperandum tem, etiam aduerſus eum ad quem res peruenit ex metu alterius, cum ſit perſequutoria rei, Moro. conſ. 75. num. 3. Quod quomodo procedat, declarat tibi egregius Senator noſter Hippoly. Montanet in additio. ad Olib. de actio. par. 2. lib. 1. cap. 9. num. 17. verſ. Quæ cum ſit.

20 Ad propoſitum † iſtorum quærunt Doctores num ad hoc vt vim, vel metum paſſus ab alio poſſit agere contra tertium, qui cum eo contraxit, ſit neceſſe probare illum fuiſſe conſcium illius vis, aut metus per proteſtationem, aut notificationē vim, aut metum paſſi, vel aliàs an ſufficiat ſola vis, aut metus probatio, ſiue ſciēs ille tertius fuerit, ſiue ignorans. Regulariter dicunt Doctores quōd contra eum, qui metum non intulit nō datur actio iſta, l. metum §. ſed licet ff. quod met. cauſ. maximè ſtante ignorantia contrahentis, quæ ſemper præſumitur vbi cōtrariū non probatur, l. nō intereſt C. eo. Aym. cōſ. 120. n. 1. Gaſp. Anto. Theſau. quæſtio. foren. 51. nu. 8. pat. 1. Et ideò bonum erit quōd, ſi fieri poteſt, notificetur vis vel metus contrahenti. Sed cum id ſit impoſsibile, quia quod cogit ad fitmandum, impedit ſine dubio etiam quamcunq; proteſtationē, & notificationē, & quętimoniā, videdū eſt quid iudicare debeamus, quando is qui vim, vel metum

tum paſſus eſt, conqueritur cõtra tertium de illo contractu ſimplicitet, abſq; aliqua probatione ſcientię dictæ vis, & metus. Breui-
21 tet tria † ſunt conſſ. Aym. Craue. 114. 120. & 253. in quibus videtur auctor tenere metum illatum vni per aliũ non nocere tertio.
22 Sed dicit † Vrſil. in additio. ad Afflic. deciſ. 263. n. 6. quòd in quadã cauſa, de qua in additio. ad deciſ. 246. allegabat dicta tria con-
†† filia pro hac opinione, *tamen* (inquit) *Sacrũ Concilium nunquã tẽpeſtate mea fuit ſequutũ hanc opinionẽ; nam ſatis eſt contractũ fore meticuloſum, vel per vim confectũ, quia tunc deficit conſenſus &c.* & in d. deciſ. 246. n. 8. dicit prædictã opinionẽ duram videri, & ideò nõ videri poſſe in practicã obtineri. Hæc eſt
23 etiã † mea opinio, quòd ſiue ſit ſciens, ſiue ignorans is qui contrahit cum vim vel metũ paſſo ſubiectus eſt huic infortunio, & ego dicere poſſum de noſtro Senatu illud quod Vr ſil. de ſuo, quòd de nullo tẽpore nunquã vidi
†† in hoc *factam difficultatem*, ſi ille tertius habebat notitiã vis, vel metus. Quod idẽ tenet Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 2. tit. 8. de eo quod met. cau. deſi. 7. vbi num. 3. declarãdo quod dixerat in corpore definitionis, ſic ait. *Intellige ſi reuera metus nullus illatus ſit. Alioquin ſufficiet eſſe illatũ à quolibet vt noceat cuilibet etiã ignoranti, quia* (inquit) *verba edicti quod met. cauſ. in rem concepta ſunt, non in perſonã, in eoq; differt edictũ hoc ab edicto de dolo, l. metũ 9. §. 1. l. ſi eum 14. §. in hac actione ff. hoc tit. vbi elegãs ratio redditur quia metus omnis habet in ſe ignorantiã, l. ſed & is. §. fin. ff. de dolo, ſcripſi lib. 16. coniec.* Hucvſq; Fab. idem tenet Gaſp. Anto. Theſ. quæſt. foren. 51. n. 8. lib. 1. Thom. Sanch. de
24 matrim. lib. 4. diſp. 8. ex nu. 7. qui dicit † rationẽ eſſe quia res illa metu acquiſita, trãſit eo vitio affecta in quemcunq; poſſeſſorẽ, ex tex. in l. cũ exceptione 14. §. in hac actione ff. de eo quod met. cauſ.
25 Nec arbitror † hanc opinionẽ eſſe cõtrariam opinioni, & ſententiæ Aymon. quia ipſe ſignãter in cõſ. 120. n. 6. clarè dicit quòd opinio cõtraria nõ eſt ſimpliciter vera, ſed ſolũ quãdo metũ patienti, & cũ tertio cõtrahẽti, aut actũ gerẽti imputari poteſt, quia poterat de metu proteſtari, & non fecit, ſi verò nihil imputari poteſt, quia proteſtari nõ audet propter metũ potẽtis, videtur ſubueniẽdũ metũ paſſo etiã cõtra tertiũ ignorãtẽ, de cuius præiuditio agitur, quãdo etiã agitur de præiuditio metũ patiẽtis &c. Similiter etiã (addit) metus præiudicaret tertio quando ipſe tertius verisimiliter cogitare poterat de tali metu, vt quia contraheret cũ marito viro notoriè terribili, aut prodigo, nam tunc factũ tertij diceretur ordinatũ ad talẽ metum. Sic Aym. declarat rem hanc. Et quibus
26 ego † dico, quòd ſemper debet dici, etiã in doctrina Aymonis, metũ ab alio illatũ nocere tertio, quia nũquã ſumus in caſu in quo poſſit imputari damnũ paſſo cur de metu nõ fuerit proteſtatus, nec in quo verisimiliter nõ poſſet tertius præſumere meticuloſè cõtrahentẽ contrahere, cũ ſemper iſti contractus meculoſi fiant per perſonas ſub imperio, ac poteſtate alterius exiſtentes, & ad cõmodũ illius, quibus propterea non eſt licitũ proteſtari, nec aliud de eis cogitari debet quàm quòd per vim, vel metũ contrahunt. Aduertãt igitur benè qui ſuas pecunias malis aliãs ſudoribus, & laboribus partas expendunt, qualiter, & quibus eas committunt ne illas miſerè vno ictu oculi amittant.
27 Non ſine † cauſa dixi quòd curet creditor exceptioni, & illius admiſſioni cõtradicere, quia ſi aliàs taceret, & patetetur, quòd mulier de ea tractaret, articularet, & ſuas probationes faceret, præiudicaret ſibi ſine dubio in via executiua intentata, pro vt latiſsimè probat Anton. Maſſagales. ad form. cameral. obliga. par. 4. q. 4. pet tot. vbi pulchrè quatenùs neceſſaria ſit ſemper cõtradictio, & proteſtatio ac appellatio, etiam ſi Iudex contradictionibus, & proteſtationibus non obſtantibus procederet ad viteriora.
28 Ad quod cõfert † optima & notãb. deciſ. Senatus Sicil. 157. apud Don Garci. Meſtril.
† quam in hoc Senatu *obſeruatã* vidi in caſu de quo infrà. Ecce quòd debitor obligatus cũ ſcriptura tertij præuenit iudiciũ per viam iactatorũ, aut aliàs cõtra creditorẽ: certũ eſt
29 quòd † per hoc non impeditur creditor agere via executiua cõtra debitorẽ, ſaltem præſtita cautione propter illã præuentionem, ſicuti ſi ea facta nõ fuiſſet, prout docet egregius olim Senator Micha. Ferrer, quem intrepidè ſequimur, in 3. par. obſeruãu. c. 107. & ego ipſe latiùs docui in 1. tom. clãu. 4. glo. 15. ex num. 82. cum alijs.
30 Quibus nunc † addo Matiũ Giurb. deciſ. Sicil. 100. per tot. vbi latiſſima manu diſputat, an & quando poſtquam creditor inſtituit iudiciũ ſuper nullitate, aut reciſione cõtractus, poſſit nihilominùs petere illius interim executionem, & quid è contra in noſtro caſu, quando debitor eſt qui hanc præuentionem fecit. Sed ſi creditor non curat viam executiuam intentare, & executionem petere, ſed in cauſa via ordinaria per debitorem mota ſimpliciter, & ſine proteſtatione aliqua cõpatet, patiendo quòd reus ad vlteriora in cauſa via ordinaria procedat, tunc præiudicatur ſibi ſine dubio in iure, quod habebat procedendi via executiua; nec ampliùs poteſt de ea tractare, ſed via

ordinaria eſt agendum ex multis, quæ Meſtril. allegat vbi ſuprà, quæ hic nō pono, quia ibi latè videri poſſunt.

31 Contigit iſte † punctus diſputari in Senatu de anno 1612. in quadā cauſa Michaelis Soler, & Anticæ illius matris villæ Oloti, cōtra Ioannem de Collferret & alios creditores, coram egregio Senatore, qui voluntariè munus renuntiauit, Ioſepho Dalmau: Incepta enim fuerat quædā cauſa vla ordinaria pro reciſione obligationum per debitores prædictos factarum, & aliqua procedimenta in ea, via ordinaria facta, articulantibus ambabus partibus de ſua iuſtitia, nec curarunt creditores proteſtari ea punctualitate, quæ requirebatur, de via executiua, ne eis præiudicaretur. Deinde voluit vnus ex dictis creditoribus executiuè agere, de hoc conqueſti fuerūt debitores, & inter alias rationes alle garunt ſupradictam, quo factum fuit, vt poſt multam informationem aduocatorū, inter † quos ego eram, ſuper dicto pūcto *prouiſum* fuerit ſuperſedimentum in via executiua, facto verbo in Regia Audiētia 17. Mar. 1612. Actua. Simone Font.

Sed tractemus in abſtracto materiā hanc reciſionis firmę meticuloſę, & coactæ vxoris, quæ eſt propria noſtrorum capitulorum matrimonialium, vt eis vti ſuis loco & tempore valeas.

32 In hac materia, † quod ptimò aduertimus eſt, duplicem eſſe metum, alius dicitur verus metus, alius verò metus reuerentialis per noſtros appellatur, qui alio nomine metus tacitus dicitur, ex eo quòd non audet quis ita liberè ſuperioti reſiſtere, vt dicit Burſa. in conſ. 72. num. 11. vbi plures metus
33 ſpecies recenſet lib. 1. Inter quas † duas metus ſpecies hoc intereſſe dicitur, quòd metus verus, de per ſe, & ſolus reſcindit cōtractum, & obligationem, vt probatur totis tit. de his, quæ vi, metusvè cauſa fiunt, & de eo quod met. cauſ. & proſequitur latiſſimè per omnes ferè DD. qui de materia agunt pertranſiens Carol. de Graſ. in tracta. de exceptio. ad mater. ſtatu. &c. excep. 11. per tor. qui multis modis declarat in tota ea exceptione, quomodo & qualiter iſta reciſio fiat, ſi ipſo iure, vel ope exceptionis, quod tibi prodeſſe ad multa poteſt. Quod idē multis tractat Ioſeph. Ludoui. deciſ. Lucen. 18. & Capel. Tholoſ. deciſ. 286. Senator noſter Montaner in additio. ad Olib. de actio. par. 2. lib. 1. c. 9. per tot. & ſignantèr nu. 2. Quod
34 ſecus eſt in metu † reuerētiali, qui de per ſe non eſt ſufficiens ad reciſionem, vt videbimus, & ex multis probat Carol. de Graſ. d. excep. 11. ex nu. 11. Afflic. deciſ. 69. & deciſ. 246. Boer. deciſ. 100. Gtam. deciſ. 103. num. 48. Capi. deciſ. 95. & Ioſeph. Ludo. deciſ. Lucen. 18. ad quod plures allegat egregius Senator noſter Montaner in additio. ad Olib. par. 2. lib. 1. c. 9. nu. 13. latè nouiſſimè Gabr. Perey. deciſ. Portugal. 30. n. 2.

35 Mihi iſte † loquēdi modus placere nunquàm potuit, quia præſupponit dari & cōſiderari metum, qui vulgò reuerentialis dicitur eo ipſo quòd contrahit quis, qui alteri reuerentiā debet, & hunc dicunt nō ſufficere ad reciſionē, quod eſt valdè abſurdū dicere, cum clarè ſit contra tex. in c. quāuis pactum, de pact. in 6. vbi loquens Rom. Pont. de renunciatione, quam filia dote contenta patri, cui debet reuerentiā, facit, dicit eam validā ſi iuramentū adhibeatur, niſi vi aut dolo extortum ſit, quod eſt dicere ſolā reuerentiā non inducere metum, quod probāt infiniti, quos larga manu refert (vt in vno omnes habeas) Ioan. Caſtil. Sotomaior controuer. iur. lib. 3. c. 1. nu. 150. lib. 3. & ante eos Bar. quem is auctor omiſit in l. 1. §. quæ onerādæ n. 4. ff. quar. rer. ac. nō det. vbi ad idem allegat l. interpoſitas C. de tranſac. & l. ad inuidiam, eodem tit. quod met. cauſa, Rot. Farina. poſt 2. vol. conſſ. deciſ. 198. n. 8. Capi. de-
36 ciſ. 159. n. 32. Quod ſi ita † eſt, non conſiderabitur, nec dicetur metus, niſi quando vltra reuerentiā adſint quæ illum cauſare poſſunt, de quibus infrà dicam, & ex conſequenti nō videntur aptè loqui qui quærunt num ſolus metus reuerētialis ſit ſufficiens ad reciſionē, conſiderando metum reuerentialē quando nihil aliud adeſt præter id quod eſt contraxiſſe cùm vel pro eo, cui quis reuerentiam debet, declarat Gratia. diſcep. foren. pat. 1. c. 108. n. 51. vbi breuiter & reſolutiuè dicit, quòd ſola reuerentia, quæ debetur perſonæ non ſufficit ad probādū metū, Feli. in c. cauſam 1. num. 3. verſ. Tamen iſtis non obſtantibus, de offi. delega. ideò (inquit) metus reuerētialis eſſet probādus, Bal. in conſ. 62. facta ſuper quibus n. 1. lib. 1. Aym. cōſ. 114. n. 13. vide eundē Aymon conſ. 115. n. 13.

37 Proprius ergo, † & ſecūdū leges loquēdi modus erit, quòd quæramus in genere quādo metus reſcindat cōtractum, & qualis, & quæ ad id requirātur, tam in eo, qui reuerētiam debet, quàm in eo, qui nullā debet, per quæ clara ac perſpicua reddetur hæc tractatio. Nota hominē politiùs de hac re quàm cęteri loquentē, Fran. Steph. deciſ. 5. Prouincię, vbi nō dicit ſicut alij, ſolū metū reuerētialem nō ſufficere, ſed ſolā reuetētiā. Is in
38 dubio † non præſumitur, niſi probetur l. 2. C. de his quæ vi metusvè cauſa fiunt, & probat pluribus Surd. deciſ. 194. n. 22. & Graſſis in cita. excep. 11. & paſſim quicunq; de materia metus agunt.

Proba-

39 Probatur † tamen indicijs,& coniecturis, ex quo eſt difficilis probationis,Menoch.de arbitra.iudi.caſu 136.Surd.d.deciſ.194.nu. 23.Seraphin.de Oliuar.deciſ. 771. num.2. Nizol.allega. 21.num.13.qui reliquos refe-
40 runt. Et quia † ordinariæ querelæ circa iſtas meticuloſas, & coactas obligationes ſunt mulierum, aduertimus quòd minor metus, & ſeu cauſa metus in eis ſufficit,quàm in viris,vt dicit Surd.in dicta deciſ. 194. nu. 24. Graſ.d.excep.11.num.13. & paſſim omnes qui materiam metus tractant, quorum hic habebis multitudinem copioſam.Ratio eſt
41 quia; † vt dicunt ijdem Doctores, facilius terruntur mulieres,quàm viri, ratione imbecillioris ſexus,quem habent.

42 Qualia debeant † eſſe ea,ex quibus ſufficienter metus dici poteſt probatus ad reciſionem cõtractus,ex quibusq; ille de neceſſitate inducatur ad dictum effectum, non eſt definitum in iure,imò id totum eſt in prudentis Iudicis arbitrio poſitum dijudicare, Maſcard.de proba.conclu.1052.num.3. Menoch.de arbit.Iudi.caſ.136.n.2.Surd.alleg. deciſ.194.n.30.optimè Gaſp. Ant. Theſau.
43 quæſt.foren.51.per.tot.lib.1.Vbi quę † Iudex conſiderare debet,vt contractum meticuloſum iudiçet,latiſſimè ponit, ita vt aliũ opus non ſit videre,qui ad id nos manu ducat, nec omitti poſſit ab his qui cauſas metus tractabunt. Idem dicit & latè explicat Soronzaior controuer.iur.lib.3,c.1.nu.166. & idem nouiſſimè Rota Roma. deciſ. 643. in penul.vol.recollectarum per Farina. Gabriel etiam Perey.magis nouè deciſ. Portugal. 30.nu.8.

44 Ego tractabo inprimis † negotium vxoris,quę contraxit cũ viro,vel pro eo ſe obligauit,tum quia mea eſt hæc peculiaris materia,& quia mulierum maritatarum frequentes,& ordinariæ ſunt iſtæ querelę, quę vt alias dicebat Gaſp.Anton.Theſau.q.foren. 51.in prin. non minùs hac in re aures Iudicũ aſſiduis ſupplicationibus moleſtare ſolent, quàm tempotibus Iuſtiniani eum inquietauerint illæ,de quibus in l.aſſiduis C.qui potior.in pig. hab. quæ applicare poteris ad omnes, qui ſub alterius poteſtate ſunt, in quibusq; conſiderari poteſt timor reuerentiæ,& ſic metus reuerentialis,quos latiſsimè enumerat P.Thom.Sanches de matrim.lib. 4.diſput.6.ex num.24.& Soromaior quotidia.controuer.iur.lib.3.cap.1.ex num. 168. meliùs Catol. de Graſ. in tracta.de excep. excep.11.num.24.vbi videas.

45 In muliere igitur † matitata, quæ marito debet reuerẽtiam,ſatis ſtatutum arbitror ad iuſtificationem metus,& coacti conſenſus,& voluntatis pebbate,quòd vitum habebat riguroſum, & itacundum,& ſolitum inimiam inferre ijs,qui illius mãdatis non parebant, tunc inductas cenſebitur metus reuerentialis ſufficiens ad reciſionẽ, nec eſt neceſſariũ, quod minę,aut verbera præcedant,pro vt in terminis probãt vltra alios Boer.deciſ.100. n.19.Anto.de Padil.in l. interpoſitas n. 20. in fin.C.de tranſac.Meuo.de arbitrar.lib.2. caſ.136.n.8.& de pręsũp.lib.3.pręsũp.127.
46 n.13.vbi dicit † ſufficere,quòd Iudici videatur talem,ac tantam fuiſſe mariti auctoritatem ex conditione perſonæ probata, vt æſtimare poſſet metu cõſenſum fuiſſe adhibitũ, Ioan.Gutier.in conſ.16.n.11. Mõtet deciſ. 45.& in 1.par.reſpon.pro vxor.amita n.56.
47 Vbi in ſuo caſu † cõſiderauit virum auſterũ, itacundum,ſeuerum in ſuis lucris quętendis, & captandis valdè expertum,Roder. Suar. allega.24.pleniſſimè ex relatione multorũ
48 Sotomaior d.c.1.n.159. Vbi ex † Monter vbi ſuprà, & Cardi. Barba.& alijs per eos adductis dicit Iudicem facilem eſſe debere ad pronunciandũ mulierẽ nõ ſponte cõtractui conſentiſſe, imò preſumere debere renunciationes,obligationes,& alios cõtract⁹ à mulieribus ſub virorũ poteſtate cõſtitutis celebratos,ad eorũ preces, inſtigationes, & nutum fieri, & metu reuerentiali adductos. Alios in idem eandẽ opinionẽ renens adducit Gaſp. Anto. Theſau.q.foren.51.n.9. lib. 1. vbi poſt relatos DD. pro hac opinione ſic ait, *Et in muliere, & filio, ſeu filia apud me ſemper haberet magnã præſumptionẽ, quoniam expertus ſum; nam bellum alias vbi pax*
49 *eſſe debet, oritur*. Quibus ego † adiungerem quod idem Theſau.anteà dixerat nu.4.quia facilè probari non poſſunt minæ & verbera, quæ fiunt pet virum vxori, & ſi ea probatio requireretur, vix reſcinderetur vnquam vna
50 obligatio. Optima eſt † de hoc deciſ.Rot. Rom.apud Farina.poſt 2.vol.conſl.242. nu. 6. vbi ex multis probat qualitatem terribilitatis,aſpetitatis,& feueritatis præcipuè in perſona,cui debetur reuerentia, eſſe multũ conſiderabilem, quam qualitatem (inquit) magni fecit Rot.in vna Neapolita.poſſeſſionis 15.Iunij 1598.corã bonę memo.Giptio, plures de cõmuni atteſtans congerit Oſaſc. deciſ.179.poſt num.10.

51 Si autem cum dicta † hominis cõditione concurrunt minæ,verbera,& malę tractationes,tunc magis indubitata tes foret,ex Bar. in cita.§.quæ onerandæ nu.4.ff.quar.ret.ac. non detur, qui non loquitur copulatiuè, quaſi hæc duo copulatiuè requirantur ad tetiſionem, ſed imò diſiunctiuè,& alternatiuè, minæ, vel verbera, infinitos ad id allegat Sotomaior dicto cap. 1. num. 153. inter quos ſunt etiam, qui ſuprà adducti

fuere omnes, infinitos etiam citat Thom. Sanchez de matrim. lib. 4. diſp. 6. n. 7. alios adducit Gaſp. Anthon. Theſan. quæſtio. foren. 51. num. 5. lib. 1. Noniſſimè nolter Moli. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſtio. 98. ex num. 11. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 2. tit. 8. de eo quod metus cau. defin. 2. & defin. 6. Idem dicunt omnes, quos retulimus ſuprà ad probãdum vulgare illud axioma: quod ſolus metus reuerentialis non eſt ſuffi.iens ad reciſionem, ſtatim addunt Doctores, niſi hæc alia interueniant, & ſic

†† *approbãt* Senatus ibi relati. Ille metus, † qui

52 per minas alicuius, ſoliti maximè minas exequi, cauſatur, de quo in cap. dilectus. vbi glo. de eo quod met. cauſ. & in l. 3. ff. eo. metus dicitur concuſſiuus, vti habes apud Burſa. in conſ. 72. num. 11. lib. 1. & alios quos refert Gaſpar Anto. Theſau. quæſt. foren. 51. num. 9. lib. 1.

53 Etſi cum his † concurret, pro vt ordinariè concurrit enormis, aut enormiſſima læſio ipſius mulieris in dote, taliter quod per huiuſmodi obligationem, & ipſius cauſa rema neat ipſa indotata, magis magisq; ſine difficultate res foret, nõ curo ponere Doctores, qui hæc dicunt, & probant, quia ſunt ijdem quos ſuprà in alijs requiſitis adduxi.

54 Nonnullas declarationes † in noſtro Senatu ſuper hac materia diuerſis temporibus factas vidi, in quibus ſupradictis concurrentibus, & cum expreſſo motiuo, & attendentia eorum, fuit in fauorem mulierum pro reciſione contractuum, & obligationum earũ declaratum: Ac in primis die 6. Feb. 1526. in quadam cauſa Eulaliæ Michaelæ Moler viduæ, & Valentini Zauall, Relatore egregio tunc Senatore N. Hoſpital, meticulo-

† ſum fuit *declaratum* teſtamentum vxoris, in quo virum inſtituerat hæredem. *Attenta* (inquit) *nimia ſolicitatione & importunatione, ſuggeſtione, & mala tractatione facta per dictum N. circa perſonam vxoris ſuæ, ac minis, & alijs, ex quibus metus videtur illatus dictæ vxori ſuæ, vt teſtamentum faceret, & ipſum hæredem inſtitueret. Et quia attentis etiam conditionibus, tam dicti N. viri, quàm dictæ N. vxoris ſuæ, & alijs, videtur dictam Hieronymam Zauall non fuiſſe in libera poteſtate & facultate liberè teſtandi, & de bonis ſuis diſponendi &c.* Item

55 21. Augu. † 1587. Relatore egregio tunc Senatore N. Sala, inter nob. Fran. Dardena & Don Ludouicum de Robles & de Leon

† *receiſa* fuit quædam renunciatio in fauorem patris per filiã, quæ erat in illius poteſtate, facta ex enormiſſima læſione, quæ in ea cõtigerat, & interuenerat, & mala cõditione pactis, ex motiuis ſequẽtibus, quæ ſunt multũ ad propoſitũ rei, quã tractamus cõſidetãda. *Ex quibus* (inquit) *euidẽter eõſtat de enormiſſima læſione dictæ N. filiæ, & proindè de dolo dicti N. patris in prædictis commiſſo, attenta maximè eiuſdem auctoritate erga filias ſuas, de qua ex teſtium depoſitionibus legitimè cõſtat, ex quo præter, & vltra enormiſſimam læſionem prædictam, & proinde dolum reſultat, & conſtat dictam reſtitutionem ſeu renuncia tionem fuiſſe meticuloſam, & metu factam &c.*

56 Deinde 10. Decembr. † 1588. Relatore egregio tunc Senatore Antonio Olib. in cauſa Catherinę Vidal, & nobilis Geraldi de

† Queralt, fuit *annulata* firma, & obligatio mulieris facta pro marito, & cum eo, dum eſſet in minori ætate, quamuis in ea non fuiſſet conqueſta, quia fuit iudicatum metu inductã fuiſſe ad firmandum per maritum, reuerentia, & metu maritali, quia fuerat probatum *maritum fuiſſe conditionis auſterioris, & ſeuerioris, & conſueuerat malè tractare dictam vxorem, ſi quando renuebat conſentire cõtractibus per eius virum factis & firmatis, & quia vxor nullum reportauerat commodum, nec teſſerat in exonerationem æris alieni, aut alienitus obligationis ſuæ, & quia remanebat*

57 *pauper & penitus indotata.* Item † 21. Ian. 1592. Relatore egregio etiam tunc Senatore, poſteà in Supremo Coronæ Aragon. Regente iubilato Don Monſerrato de Guardiola inter nobilem Dorotheam & Ioſeph.

† Coſta, fuit expreſsè *dictum* quòd *quando pater eſt auſterus & ſeuerus in filios, contractus illorum præſumãtur facti metu reuerentiali, & ideò reſpectu illorũ ſunt inualidi & nulli.*

58 Præterea 19. Nouembr. †. 1594. Relatore egregio Senatore Ioanne Caſtello inter Mariannam Fuſter & Petrum Nauarro, *reſ-*

† *eindatur* firma, cõſenſus, & obligatio vxoris, *ex quo illa remanebat penitùs indotata, & quia cõſtabat eius virũ fuiſſe prodigũ, hominem iracundum, ſolitumq; fuiſſe minas vxori ſuæ inferre, eamq; verberare, ſi illa conſentire recuſabat alienationibus. Ex quo* (inquit declaratio) *eſt præſumendum metu & coactè præſtitiſſe conſenſum &c.* Item 6. Martij

59 2595. † Relatore egregio primùm Senatore, deinde in eodem Supremo Coronæ Aragonum Senatu Regente Don Ioan Sabater inter Damianum Vilar & Ioannem Carbo-

† nell *declaratur* nulla ratificatio, & approbatio per filiam facta de quadam venditione, quæ per patrem grauatum in præiudicium filiæ fideicommiſſariæ facta fuerat, *concurrentibus minori ætate, metu reuerẽtiali ipſius patris, in cuius poteſtate filia erat conſtituta, & læſione enormiſſima, ex quo filia ex dicta ratificatione, & approbatione nullum commo-*

dum

dum reportauerat, imò approbando renuntiauerat iuri quod ipsi competebat, &c.

60 Similiter 8. eiusdem † mensis & anni relatore eodem Guardiola inter Hieronym. Ri
† bes & Raphael. Martorell *concluditur* quòd donatio per vxorem viro suo præsenti constante matrimonio facta, non iustificatis causis propter quas vxor fuit impulsa ad dictã donationem faciendam, sed constito, *quòd maritus erat homo, qui in dictam vxorem suã solebat suprà modum, & acriter sæuire, annullatur, ac inualida iudicetur, quia ex hoc* (inquit) *non dum metu reuerentiali viri ibidem præsentis, sed etiam memoria præcedentium minarũ, & verberibus compulsa, & coacta vxor donationem dicto viro suo fecisse censetur.* Contigit idē
61 † ad propositum disputari in Senatu de anno 1597. inter Elisabethã Morana, & Ioan. Morana, ad relationem egregij Senatoris Primarij Ioannis Gallego, de viribus cuiusdam donationis per vxorem constante matrimonio, & cum iuramento factæ decertis iuribus cuidam sorori viri sui, &
† die 9. Decembr. dicti anni fuit *resciſa* eo motiuo, *quia malè tractabatur à marito excedendo modum maritalem, præsumendo propterea impulsu mariti, & eius metu reuerentiali inductam vxorem fecisse donationem prædictam, à qua nullum lucrum, aut emolumentum habuit.* Consideratum
62 † etiam ibidem fuit, quod erit bonum quod & tu probes si poteris in his causis, quòd mulier erat debilis in genio, & facilis vt à quolibet facilè decipi, &
63 circũueniri posset. Finaliter 26. Iunij † 1601 relato. eodem egregio Senatore primario Ioanne Gallego inter Iacob. Ros & tutores
† pupilli Garau *declaratur*, quòd *ex quo filius qui in hoc, quod est reuerentia patris, similis est vxori, quando se obligauit cum patre, minor erat 25. an. & sub potestate patris constitutus, & præcesserant minæ, & sæuitiæ paternæ, ideò fuit iudicatum vi & metu fuisse compulsum ad firmandum, maximè cum quantitas non fuerit versa in sui vtilitatem, propterea declaratur firma nulla, & seu annullatur, & filius liberatur à carceribus ex causis prædictis, in quibus pro dicta obligatione detinebatur, non obstante quòd iam postea effectus esset maior, & talis esset quando captus fuerat.*

In istis casibus qui seruient tibi pro norma (ad id enim eos adduxi) vt scias quæ probare debeas secundum intentionem Senatus, vt obtineas contra obligationes, & firmas miserarum. In his, inquam, casibus, concurrentibus supradictis circunstantijs, quæ ferè semper concurrunt simul, vidi declaratum rescindendas fore alienationes, & obligationes tanquam metu reuerentiali ad dictas reciſiones ſufficienti factas: sed nihil minũ cum concluderent omninò metus præsumptionem. Videamus nos, an licèt omnia supradicta copulatiuè non concurrant, meticulosa nihilominùs, & reciſione digna iudi-
64 cari debeat obligatio. Qua in re † ego censeo non esse necessarium, quòd omnes circũstantiæ concurrant, sed quælibet de per se esse sufficientem eo modo quo suprà relatæ fuère, ex Doctoribus, qui sunt in multitudine
65 copiosa, id probantibus. Et ad maiorẽ † declarationem, quoad secundum casum dico, pro vt iam suprà ex Bar. tetigi, non esse necessarium, quòd minæ & verbera simul concurrant, sed alterum ex eis cum læsione notabili, quę semper solet adesse, pro vt contra Gam. in decis. 251. dicit Blas Flor. Dias de Mena eius additionator, vbi loquitur de casu magis dubitabili, nempè quando solæ minæ interuenerunt, asserens, quòd inter maritum & vxorem minæ, læsio notabilis, & reuerentia mariti sufficiunt, & semper (inquit)
† sic vidi *practicari* in Supremis tribunalibus, & miror quomodo in hac decisione in contrarium iudicatum est, Ludoui. Moro. in cõ-
66 sil. 75. nu. 6. Additur quod † ex Ruin. in consil. 121. nu. 6. lib. 4. & Aym. in conſ. 49. nu. 2. dicit Rot. Rom. apud Seraphin. de Oliuar. decis. 771. nu. 9. minas prouenientes à persona, cui debetur reuerentia, sufficere ad inducendum metum, ac proinde ad iudicandũ contractum meticulosum, quod idem latè probat eadem Rot. Rom. apud Farina. polt 2. vol. conſ. decis. 242. num. 11. quam attentè leges, vbi videbis ponderatas omnes circunstantias, ex quibus resultare possit necessaria metus probatio.

67 Sed circa hæc † se offert vnum pulchrum dubiũ, quod vidi nõ semel in foro agitatũ. An scilicet sit necessarium probari, quòd mulier ea de causa verberata fuerit, & seu ei minæ factæ vt faceret illum contractum: an verò sufficiat probatio minarum, & verberum
68 in genere. Quæ in re † Aſflict. cum Senatu Neapoli. decis. 246. tenet clarè necessarium esse, quod probetur ea de causa verbera, &
† minas facta fuisse, atque ita *decisum* in eo Senatu asserit. Idem tenet Hippol. de Marsil. in §. expedita nu. 20. in prax. & in singul. 325 dixi tibi, Ioan. Gutier. de iura. confir. cap. 1. nu. 16. Graſ. de excep. excep. 11. num. 33. & Francis. Viui. decis. 507. n. 19. lib. 4. Mestril. decis. 140. n. 16. lib. 2. Meres de maiora. 1. par. q. 1. num. 382. latè nouissimè Fran. Stephan. decis. 5. vbi ita semel, atque iterùm *de-*
†† *cisum* apud se refert, de quibus tamen placitis mirandum esse dicit additio ad eũ, *quando* (inquit) *reuerentia maritorum (vt reuerentia paterna) motum iustum habet, maximè cum mulieres facile decipiantur.*

Sed

69 Sed diuerſam † ſententiam tenet Aym. Cranet. in conſ. 241.num. 20. in verſ. Alibi ſcribit, vbi dicit dictum Afflic. ſibi non placere, tenet idem Craue. in conſ. 293. num. 12. verſ. Quinto conſidero, in fin. Et eſt etiam hæc opinio aliorum pro vt videre eſt apud Seſſe deciſ. Arag. 60. nu. 18. par. 1. Galp. Anton. Theſau. quæſtio. foren. 51. num. 7. vbi dicit ſufficere, quòd mulier probet minas, & verbera in genere licèt non in ſpecie pro illo contractu, quia ſufficit (inquit) verbera præceſſiſſe, vt dicunt ſuprà citati Doctores, † poſteà refert quandam *deciſionem* in ſuo Senatu de anno 1582. de hoc factam.

70 Has opiniones † cõcordare nititur Aloyſ. Ric. in collec. deciſio. collec. 154. in fin. dicens opinionem Afflic. procedere in caſu ſuo, & in terminis ſuis, ſcilicet cum proponerentur plures cauſæ, quarum vel in vnam, vel in aliam poteſt influere metus, tunc enim (inquit & benè) oportet probari metum in curſum ad finem, vt talis contractus fieret, poſteriorem verò quãdo vna eſt cauſa, quia metus illatus non poteſt influere in aliam cauſam, alia non ſubſiſtente. Quæ concordia opinionum, licèt pro ea neminem Ric. alleleget, fuit tamen Aym. Craue. in cita. conſi. 293. num. 12. verſ. Quinto conſidero, & eſt etiam aliorum Doctorũ, vti habes apud Seſſe deciſ. Arag. 60. num. 18.

71 Reſtat videre, † quid Senatus noſter in hoc dixerit. Diſputatus in eo, me aduocato, iſte caſus fuit corã egregio olim Senatore Iacobo Puigmija de anno 1608. inter Antoniũ Frigola, & Annã de Cabeſtany. Actua. Viloſa, & † *deciſus* fuit contra mulierem, ſequendo Afflic. doctrinam: licèt enim probata fuiſſet nedum verbera, ſed & vulnera illata per maritum, quia tamen non fuerat probatum, quòd pro firma cõtractus, de quo agebatur, habenda illata illa fuiſſent, ideò fuit dictũ ſententia lata 9. Iulij anni prædicti 1608. nõ cõſtare eo modo, quo conſtare debebat &c.

72 Ego contrariæ † opinioni, quam tenent Aym. & Theſau. ac alij adhæreo, qui video Doctores de hac re in locis ſuprà allegatis loquentes hanc differentiam non facere, ſed ex ſola probatione factarum minarum, & verberum præcedentium, contractum meticuloſum iudicant. Et præterea tam difficilis eſt illa particularis probatio, vt vix vnquam fieri valeat, & proindè ferè ſemper mulieres in his, ſæpè contra ius publicum, ſubtumberent, & dotes ſuas, ſeu bona amitterent, vt conſiderat Theſau. vbi ſuprà. Multum negotij 73 † erit quòd non detur alia cauſa, ob quã ſint ſequuta verba, ſint factæ minæ, quia tunc iuxta opinionem, quæ alias concordat, ad hanc cauſam metus illatus dicetur. Vetũ

74 non † puto eſſe id neceſſarium, cùm in marito ſolito verberare, verbera præcedentia videantur ſufficere ad actus ſequentes, cùm videatur durare eadem cauſa metus, vt dicit Craue. vbi ſuprà, & Seſſe d. num. 18. & latiùs Perey. viden. deciſ. Portugal. 30. num. 7. Et hæc apud me nullam habent difficultatem, quia ſemper probantur per hæc, malæ tractationes viri, auctoritas, & ſeueritas ſuæ conditionis, & alia quę ſuprà notauimus, quæ ſine dubio contractum meticuloſum probant: & vt dicitur in vna ex deciſſ. noſtri Senatus ſuprà relatis, per ea præſumitur, quòd memoria præcedentium verberum mulier conſenſit alienationi, ſeu obligationi. Addo rationem, † quæ omnia ferè ſuprà à nobis tradita corroborat, quòd ſuſpitio metus non minùs vitiat contractum, quàm ipſe metus, ex Bar. in l. metum C. de his quæ vi, Bal. in l. interpoſitas, C. de tranſac. cum aliis adductis 75 per Surd. in conſ. 367. num. 23. Vbi non † refert quòd quid coactè fiat, vel per metum ne cogeretur, & metum probare dicitur, qui cauſam metuendi probat, ex quo nemo debet ſe exponere periculo, provt pluribus Surdus probat loco cita. Gabriel. Perey. de- 76 deciſ. Portugal. 30. num. 4. Vbi dicit † non requiri verã, & realem pœnarum illationem, ſed, ſat eſſe vt intercedat rimor probabilis proximæ illationis, l. nec timorem, ff. quod met. cauſ. cum alijs adductis ibidem.

77 Non dico † quòd vis & metus ſint idem, ſcio enim longè inter ſe differre, illa enim refertur ad corpus, & metus ad animum, glo. in l. ſi vi, vel metu, verſ. Si vi, C. de his quæ vi, metusvè cauſ. fiunt, cum alijs, quæ ad id adducit Rota Rom. apud Farina. in penult. volum. deciſionum, quod eſt primũ nouiſsimè recollectarũ, deciſ. 643. n. 25. ſed dico quòd eundem operantur effectũ licèt diuerſa ſint. His ſuppoſitis in homine ſeuerioris, & auſterioris conditionis, quique ſolitus eſt vxorem verberare ex hac vel alia cauſa, & alia habet vitia, de quibus ſuprà, quis non dicet mulierem habuiſſe cauſam metuendi?

78 Nec deeſt † auctoritas noſtri Senatus: ſi enim inſpicis deciſiones ſuprà relatas, quæ ſunt nouem, omnes videbis *fundatas* in iſtis 79 †† minis, verberibus, & malis tractationibus antea factis ſine aliqua probatione in ſpecie, quòd pro illis contractibus, ſed in genere, vt ibi eſt videre.

80 Recordare tamen, † quòd ſi in minis habes tuam fundare intẽtionem, non omittas articulũ, quòd maritus ſit ſolitus minas exequi, & ad effectum deducere, quod eſt in effectu quod in principio dicebamus de marito iracundo, riguroſo, &c. vt aduertit Gam. deciſ. 250. num. 4. Gaſp. Anton. Theſau. q. foren.

foten.51.nu.9.lib.1.& fetè omnes,quos in toto hoc diſcurſu citauimus. Sed id non fore neceſſarium plures tenent, nempè Ruin. Padil.Motta,Maſcar.Gutiet. Bocr. Alciat. Gam.ſibi contrarius,Flores Dias de Mena, & Meno.quos adducit, & ſequitur nouiſsimè Gabriel Peteyra deciſ.Portugal.30.n. 6.volentes ſufficere probationem minatum ſemel factatum licèt ampliùs nihil probetur quòd maritus ſit ſolicus exequi, ſed abundans cautela nõ nocet, proba ſi potes ſolitũ eſſe vitum minas exequi,vt dixi.

81 Nec circa † harum rerum probationem vim facies, ſi ſunt teſtes ſingulares, qui de eis loquuntur & deponunt: ſufficiunt enim ſingulares,vt dicit & plutibus probat Vtſil. in addi.ad deciſſ.Afflic.in citata deciſ. 246. num.4.Sutd.conſ.395.num. 26. lib.3. Imò

82 ſufficeret † & ſufficit vnus teſtis de viſu cum alijs de auditu,& teſtes inhabiles in hac materia iuuantur alijs teſtibus, prout habes latè apud Ioſeph.de Seſſe deciſ.Arag.60. nu. 7.par.1.cum ſequent.Pulchrè Rota Roma. multò poſt hæc ſcripta viſa,deciſ.702.nu.6. in penul.vol.recollectatũ per Fari. Qui iam

83 † non dicet vltrà ſibi ſoli Sacrum Auditoriũ illud honoris genus tribuiſſe vt ipſum viuentem in ſuis diffinitionibus cauſarum allegaret:in dicta enim deciſione habes quòd & noſtri meminit honorificè paulo poſt emiſſum in lucem primum noſtrorum laborum tomũ, & magnã partẽ in diffinitione cuiuſdam grauiſsimæ cauſę decimalis de qua ibi agebatur, habuerunt quæ nos de ea materia in dicto 1.tom.ſcripſimus per Sactum Auditorium ibi relata. Cum enim (reuertamur ad caſum)hæc fieri ſoleant ſecretè,& in camata,non debent requiri tam perfectæ probationes.

SVMMARIA.

1 *Metus reuerentialis,& ſeu reuerentia ſola an ſit ſufficiens ad reſcindendum contractum*

2 *Opinio affirmans,& eius rationes fundatæ in obedientia vxoris.*

3 *Opinio negans eſt verior.*

4 *Obligatio,ſeu firma mulieris pro marito reſcinditur ex metu reuerentiali eum enormiſſima læſione illius.*

5 *Metus præſũptio inducitur in vxore ex enormiſsima læſione.*

6 *Renuntiatio mulieris facta Velleiano non tenet ſi remanet enormiſsima læſa.*

7 *Mulier quæ ſe obligauit pro viro,ſi in totum remanet indotata, vel in maiori parte reſcinditur obligatio,quia ẽſetur ex tanta læſione vi vel metu firmaſſe,vbi plures deciſiones.*

8 *Mulier ne indotata remaneat, multa contra iuris rigorem admittuntur, ne incidat in tentationem cum vidua erit.*

9 *Mulier ne indotata maneat ratio,dicitur valdè rationabilis,& æqua.*

10 *Mulier agens aduerſus tranſactionem à ſe firmatam non tenetur ſicut alij, imprimis reſtituere acceptа,ſi remanere deberet indotata,vbi deciſ.Rotæ Romæ.*

11 *Deciſiones noſtri Senatus approbantes diſtinctionem,quòd ſi mulier remanet indotata, non valent eius obligationes pro viro factæ.*

12 *Deciſiones noſtri Senatus pro validitate obligationum vxorum pro viris ſuis factarum quando non remanent indotatæ.*

13 *Mulieris obligationes tunc demum anullantur ex metu cum enormiſſima læſione, cum non poteſt conſequi indemnitatem à viro, & eius bonis,aliàs ſecus.*

14 *Læſio in obligationibus, & firmis mulieris pro viro factis non eſt conſiderabilis cum poteſt illa indemnitatem conſequi ex bonis viri.*

15 *Anton.Fab.allegatur in hac materia, in qua videtur ſibi ipſi contrarius.*

16 *Auctoris opinio conformis his quæ dicta fuere num.54.vbi deciſiones noſtri Senatus.*

17 *Mulier adiudicandum ſi remanet indotata,vel nõ ex obligatione facta pro viro,non eſt inſpiciẽdum tempus obligationis,ſed tempus ſolutionis faciendæ,vbi deciſio noſtri,& alterius Senatus.*

18 *Idem,ſi quamuis à principio mulier non remanebat indotata, contigit tamen quòd poſtea tot cucurrerunt vſuræ,vt totam dotem abſorberent.*

19 *Mulier,quæ ex ſuis obligationibus & firmis pro viro factis remanet indotata,non reſcindit primas,quæ non occupabant totam dotẽ, nec maiorem partem,ſed ſequentes,vbi deciſiones.*

20 *Deciſio quædam noſtri Senatus ſuper hoc in contrarium facta,notata per auctorem.*

21 *Mulier eum alienauit totam dotem, & ſeu obligauit vni creditori eam totam pro viro, an poſſit eam integram recuperare, vel ſolam medietatem, & an creditor eam offerendo liberetur.*

22 *Hanc quæſtionem tractat latè Gaſp. Ant. Theſau.*

23 *Metieuloſius contractus ſecundum communem Doctorũ opinionẽ,in totum reſcinditur etiã ſi metus ſit tantùm reuerentialis, muliere remanente indotata.*

24 *Indiuidua non poſſunt pro parte valere, & pro parte non.*

25 *Contractus ex læſione,ne mulier remaneat indotata, aut ex dolo nullus eſt, & ideò non poteſt pro parte valere.*

Credi-

26 Creditor, cui competit ius offerendi, nihil agit niſi totum debitum offerat.

27 Contractus cum petitur reciſio vigore l. 2. C. de reſcinden. vendi. non reſcinditur in totũ, & quomodo.

28 Reciſio in pluribus actibus, & contractibus fit in parte, non in totum, vbi plura exempla.

29 Æquitas non debet parere iniquitatem.

30 Mulier ſecundum opinionem Gaſp. Anton. Theſau. non poteſt recuperare niſi dimidiũ dotis cũ reſcinditur eius obligatio ne indotata maneat.

31 Auctori tamen contrarium placet, quòd imò totam dotem recuperet.

32 Pro auctoriss opinione eſt concors Doctorum ſententia.

33 Donatio minoris eum reſcinditur ex eo quòd illa abſorbeat totum illius patrimoniũ, vel maiorem partem, reciſio fit in totum.
Idem eſt in fideiuſſione, ibidem.

34 Actio quod metus cauſa, totum contractum reſcindit.

35 Senatus noſter pertelebris ſæpe p omnimoda reciſione contractus firmati per mulierem, ex quo remanet indotata, iudicauit.

36 Mulier, quæ in diuerſis obligationibus, nulla de per ſe tranſgrediente dimidium dotis, pro viro factis conſumpſit totam dotem, non recuperat niſi medietatem.

37 Et illam ſoluunt poſteriores creditores, & ſeu illorum damno id cedit.

38 Seruis pluribus manumiſſis à debitore multũ obærato, qui poſtremò manumiſſi fuere non conſequuntur libertatem, ſed ex eorum valore ſatisfiat creditoribus.

39 Emptores ſi ſunt plurium rerum alienius debitoris, damna & infortunia ſi quæ indè accidunt, cedunt damno vltimorum.

40 Mulieris obligationes pro viro quoad ſponſalitium, quamuis per eas eo priuetur, de iure valent, & tenent.

41 Mulier poteſt per ſuos extractus luere dotalia perdere, & in eis ſibi præiudicare, nec in hoc ſubuenitur quemadmodum in dote.

42 Idem eſt de augmento dotis poſteà ſuperuenienti.

43 Actio impugnandi obligationes, quas fecit mulier, ex metu reuerentiali cum enormiſſima læſione ex eo quòd remanſit indotata, an tranſmittatur ad hæredes.

44 Actio iam intentata per mulierem ſuper reciſione contractus à ſe firmati pro viro ex metu reuerentiali, tranſit ad hæredes.

45 Ratio quæ militat in muliere impugnãte obligationem à ſe factam pro viro ne remaneat indotata, ceſſat ea mortua in illius hæredibus.

46 Dotis conditio poteſt effici deterior à muliere, quæ iam non poteſt amplius nubere ob ſuã ſenilem ætatem.

47 Priuilegium mulieris de renoeandis obligationibus à ſe pro viro factis ne remaneat indotata, ab aliquibus dicitur perſonale.

48 Sed auctor exiſtimat eſſe tranſmiſſibile ad hæredes.
Metus præſumptio inducitur ex magna læſione cum mulier remanet vel in totum, vel in maiore parte indotata, ibidem.

49 Mulier cum ex ſua obligatione remanet indotata, debet petere reciſionem actione quod metus cauſa.

50 Actio quod metus cauſa, poteſt exerceri per hæredes etiamſi metum paſſus non ſit invita conqueſtus. & num. ſequenti, vbi deciſ. noſtri Senatus.

51 Actiones omnes, tàm actiuæ quàm paſſiuæ trãſeunt in hæredes.

52 Reſpondetur contrarijs poſitis in quæſtione, an actio reſcindendi obligationẽ, ex eo quòd mulier remanſit indotata, tranſeat in hæredes.

53 Obligationes factas per metum Senatus noſter declarauit ipſo iure nullas.

54 Metu geſta regulanter valẽt, & ſunt firma donec reuocentur.

55 Fallit in nonnullis caſibus, & ſignanter cum adeſt proteſtatio partis de metu.

56 Metum patiens ſi non proteſtatur dicitur conſentire licèt coactè.
Voluntas coactæ voluntati, dicitur, ibidem.

57 Proteſtatio metus remouet conſenſum, ſine quo contractus eſt nullus.

58 Proteſtatio multùm commendatur in patientibus metum in ſuis obligationibus.

59 Emptor, cum læſio eſt multum exceſſiua, velut vltra beſſem, aut aliàs, declarato contractu nullo condemnatur ad fructuum reſtitutionem à die factæ alienationis, nec datur electio legis 2. C. de reſcin. vend. & num. ſeq. vbi deciſſ. noſtri Senatus.

60 L. Elegãter, de dolo diſpoſitio intrat eum læſio eſt immodica longè vltra dimidium.

GLOSSA II. PARS VI.

Proſequitur eadem materia metus.

Et ſignanter agitur de metu reuerentiali, an & quomodo ille reſcindat, & anullet contractus, vltra ea, quæ in præcedenti glo. dicta de eadem ſpecie metus fuere.

Videa-

1 VIdeamus † de vltimo casu suprà in præcedenti glos. proposito, qui est quando nihil probatur ad extra contra maritũ, ex quo metus præsumptio insurgat, sed adest sola reuerentia, quæritur an ex hoc solo tanquam ex metu præsumpto oriente ex dicta reuerentia rescindantur cõtractus per vxorem cum marito facti, & celebrati, vel pro eo, & ad illius omnimodam vtilitatem.

2 Hac in re † sunt qui teneant ex hoc solò rescindendos fore contractus, anullandaq; obligationes, & firmas mulierum, quia cum mulier sit in viri potestate, & quasi famula ipsius, vt in c. manifestum 33. quæstio. 5. propterea magis videtur contrahere, & se obligare, acconsentire ne incurrat odium, & indignationem mariti, quàm ex animi deliberatione, & spontanea voluntate: quid enim non promitteret mulier fragilis viro vt cum eo in pace cõseruaretur? ob id visum est quibusdam quòd indistinctè isti contractus, istæ obligationes, hę firmæ sint ex hoc solo recisione, & anullatione dignæ, de quibus habes latè apud Hierony. de Ceual. in quæstio. commun. contra commu. quæstio. 727. ex num. 20. cum sequent. & apud Stephan. Gratia. discepta. foren. lib. 1. c. 108. num. 14. & 52. qui videtur istud speciale facere in vxore erga maritum, licèr aliud posset esse respectu aliorũ, qui etiam reuerentiam alijs debent, quasi magis stricta, & seu magis stringens sit reuerentia, quam vxor debet viro, quàm aliæ.

3 Sed hanc opinionem † in nullo Senatu reperi canonizatam, nec communiter à Doctoribus amplexã, & sequutam, sed imò contrariam quod solus metus reuerentialis, & seu sola reuerentia nõ sufficiat ad recisionẽ, vt diximus in præcedenti glos. nulla adhibita, aut facta differentia inter vxorem, & alios qui debẽt alijs etiam reuerentiam, nisi forsan quòd cum muliere non sit tam scrupulosa indagatio, & examinatio requisitorũ de quibus mox dicemus faciẽda, quemadmodum in alijs. Ideò sis monitus ne in sola reuerentia pro recisione confidas.

4 Concors ergo † est Doctorum opinio in hoc articulo, quòd si cum metu reuerentiali, & seu cum reuerentia debita viro concurrat mulieris enormissima læsio, tunc contractus est sine dubio rescindendus, & anullandus, obligationes, & firmæ factæ cum marito, vel
5 pro eo prosternẽdæ. Ex hoc enim † deprehẽditur, & colligitur præsumptio metus: neq; enim est præsumendum quod mulier tantæ læsioni consensisset nisi metu, vi, vel dolo, ad id inducta fuisset. Probant hanc resolutionẽ quotquot suprà in præcedenti glo. retulimus Doctores, & signantet infinitos ad id cumulatunt Surd. in cons. 395. num. 29. Sotomajor quotidiam controuer. iur. cap. 1. nu. 155. lib. 3. & Gasp. Anton. Thesau. quæst. foren. 51. numer. 29. libr. 1. vbi omnes habes, qui de hac re agunt. Sed adde An-
6 dre. Gayl. qui † generale istud facit in omni materia, & signanter in renũciatione Valleiani ne valeat si mulier fuit enormitet læsa, obserua. 77. num. 11. lib. 2. vbi dicit communem, Illustrissim. Cardin. Manti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 19. num. 37. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 2. titu. 8. de eo quod met. cauſ. defin. 2. Ceual. in commun. contra commu. in cita. quæstio. 727. nu. 21. egreg. Sena. Hypol. Montaner in additio. ad Olib. de actio. part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 13. Francis. Molin. in tracta. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. quæstio. 98. num. 14. ac nouissimè Gab. Perey. decis. Portugal. 30. num. 3. vbi dicit quod nos in principio, hanc esse concordem omnium sententiam.

7 Casus, qui † apud nos quotidie practicatur, est circa mulierem, quæ solam dotem habet penes maritum: ponamus quòd ea cum marito dotem consistentem in immobilibus alienauit, vel illi alienationi consensit, vel alias pro marito se obligauit. Hic est casus pulchet qui apud nos quotidie contingit, & idè arbitror esse vbique terrarum, cum præter dotem vix vnquàm mulier aliud habeat. In quo Anton. Thesau. decis. 223. nu. 9. ex multis, quos allegat, sic distinguit. Quòd aut mulier remanet ex sua firma, & obligatione taliter læsa vt remaneat prorsus indotata, vel in maiori parte. In illis duobus casibus (inquit) tanta læsio facit locũ recisioni, quia per eam læsionem censetur metu, vi, vel dolo inducta ad firmandum. Si verò læsio non est in tota dote, vel in maiori parte illius, tunc secus, nec iudicatur contractus meticulosus, coactus, aut dolosus, nec per consequens recisione, aut anullatione dignus. Hãc distinctionem (inquit Thesau. in d. decisio. 223. num. 13. & post eum eius filius Gasp. Anton. Thesau. qui in nihilo denegetauit à Patre, quæstione forensi 65. num. 1. lib. 2.).

† *sequitur* Senatus Pedemont. de antiquo stilo. *Sequitur* etiã Rota Roma. vt habes apud Prosper. Farina. decis. 247. num. 7. in 2. vol. & decis. 851. in eo. vol. quam ad litterã etiã postea posuit Statil. Pacifi. post suũ de Saluia. interdic. tracta. & est 115. in ordine in codicib. additio. & decis. 111. 116. & denlq; decis. 171. positis per eundem Pacifi. vbi suprà, eãdem illam decisionem 851. superiùs relatã posteà repetit, credo ne eius obliuiscamur, idem Farina. in 3. vol. decis. positarũ post 2.

vol.

vol. conſſ. & eſt 74. in ordine, in quibus locis ita † *deciſum* per Rotam aſſeritur. Ita etiã † apud ſe *ſeruatum* fuiſſe, & de hoc eſſe communem opinionem in terminis terminantibus refert Marcus Anton. de Amat. deciſ. 62. num. 15. & in fin. deciſ. Ioan. Baptiſ. Coſta de portio. rat. quæſtio. 42. num. 8. non nihil Ceual. in cita. quæſtio. 727. num. 26. in cõmu. contra commu. & denique benè Steph. Gratia. diſcepta. foren. 108. ex nu. 8.

8 Poteſt eſſe ratio † quia, ne mulier remaneat indorata, multa contra iuris rigorem admittuntur propter periculum ne mulier ſoluto matrimonio dotem non habens, cum qua nubar, incidat in tentationem, Cardin. in cap. cum contingat num. 1. in fin. de iur. iuran. & Martin. Monter in reſponſ. pro vxoris amita, num. 97. in fine deciſionum.

9 Valdè ratiunabilem, † & æquam rationẽ, ne mulier remaneat iudotata, dicit Rota Roma. apud Seraphin. de Oliuar. deciſio. 922. num. 8.

10 Adeò vt, † ne id contingat, diſpenſetur mulieri cum rigore l. ſi diuerſa, C. de tranſactio. ne agens, aut agere volens aduerſus trãſactionem à ſe firmatam, teneatur accepta † imprimis reſtituere, vti *reſolutum* in Rota fuiſſe, refert idem Oliuar. loco cita. quam limitationem ad d. l. ſi diuerſa, addere poteris alijs, quas in 1. & in hoc etiam 2. tom. ad alia inſtituta adduximus non contemnẽdas. Conſiderat pulchrè Rot. Roma. quod omnium maximum eſt, in illa Staril. Pacifi. deciſ. 115. num. 2. quòd quando mulier remanet indotata, tractatur de obligatione contra publicam vtilitatem, provt dicit Abb. in conſ. 75. nu. 6. vol. 3. & Ioan. Lup. in rubr. de dona. inter vir. & vxor. §. 17. nunc. 18. verſ. Nam, quos eadem Rota allegat, ideò nihil mirum ſi inclinant Doctores contra eam.

11 Hæc etiã † admittuntur in noſtro Senatu, (ſine cuius auctoritate vix quieſco) in † quo vidimus pluriès *declaratum* contra firmas mulierum ex eo ſolo quia conſtabat remanere eas indotatas, ſi quantitatẽ ad quam ſe obligauerant, ſoluerent, tanquam metu reuerentiali, qui ex enormiſſima illa læſione colligebatur, factas, ſic Relatore egregio Senatore Hierony. Altor. die 17. Septemb. † 1602. *dixit* Senatus in cauſa Mariæ Miconæ viduæ contra Ioſeph. Maduxer, & alios, Actua. Puigferrer.

Sic deindè Relatore egregio itidem Senatore Ioſeph. Roca 16. Mar. 1617. pro Paula Monraner contra Operarios Eccleſiæ Sancti † Michaelis huius ciuitatis, Senatus etiã *dixit* & *reſoluit*. Actua. Prats. Et in ambabus cauſis ſemper etiam conſideratũ fuit, quod nec etiam fuerat omiſſum in alijs declarationibus de metu loquentibus, quas ſuprà retulimus, quòd mulier ex obligatione, & firma nullum commodum reportauerat, nec pretium conuerſum in ſui vtilitatem fuerat. Sic finaliter Relatore nobili Don Petro Soler 31. Mar. 1620. pro Catherina Real oppidi de Figuerijs, contra Baudilium Serra, & alios, † *declaratæ* fuerunt nullæ quædam obligationes factæ per vxorem pro marito ex eo quòd per eas remanebat indotata, quia conſtabat, quòd non remanebant bona dicti viri ſui, ex quibus poſſet in ſuis dote, & ſponſalitio ſatisfieri. Actua. Sacares.

12 Et è conuerſo, † quando conſtitit mulierem non remanere indotatam, pro firmis, & † obligationibus earum fuit *declaratum*, quia in eo caſu liberè, non coactè firmaſſe præſumebãtur. Ita *Senatus* Relatore egregio Senatore Ioã. Caſtello 9. Mar. 1600. in fauore Frãciſci Gorino contra coniuges Solers, Actua. Pla. Voluiſſem videre aliquam declarationẽ circa illum caſum factam, quando non in tota dote, ſed in maiore parte remanſit mulier læſa, ſed non dubito, quin ſi caſus contingeret, declararet Senatus ſicut Theſau. & alij docent, non enim in hoc ab eorum opinione diſcederet, qui eos in reliquis intrepidè ſequitur.

13 Intelliguntur † ſupradicta, ſi indemnitatẽ mulier ex bonis viri conſequi non poteſt, ideſt, ſi non remanerẽt tot illius bona, quot ſufficiant ad dotem vxori ſoluendam, vel pretiũ rerum dotalium alienatarum reficiẽdendum, aliàs non anullãtur firmæ, idq; op-

14 tima † ratione, quia non eſt tali caſu aliqua conſiderabilis læſio, quæ cauſare poſſit reciſionem, & anullationem, ſic Theſau. in cita. deciſ. 223. num. 11. ſic etiam Colla in alleg. q. 42. depor. rat. nu. 8. & remed. ſubſidiar. 85. num. 5. Pariſ. conſ. 75. num. 13. cum ſequent. vol. 3. Seraphin. de priuileg. iura. priuileg. 76. num. 12. Et licèt id † non videatur

15 velle concedere Anton. Fab. in cita. titu. de eo, quod met cauſ. defin. 2. in fin. dicens nihil prodeſſe emptori in caſu alienationis fundi dotalis, quòd maritus ſit ſoluendo ſi mulier fundum habere malit quàm pretiũ, nihilominùs lib. 4. tit. 21. ad Velleia. defin. 26. idem Fab. videtur à prædicta diſtinctione nõ recedere, ſed eam approbare. Et quic-

16 quid ſit, † iuridica illa mihi multùm videtur, † & reperio, quòd ſemper Senatui *placuit*, ſignanter in illis tribus deciſionibus ſuprà relatis Micona, Montaner, & Real, in quibus fuit factum expreſsè motiuum, *quòd non remanebant bona maritorum, ex quibus poſſent vxores dotes ſuas recuperare, & habere*, quod mihi ſufficit vt iuſtiorem multò iudicem hanc opinionem. Exemplaris multùm eſt ad propoſitum

positũ resolutio Senatus capta in causa nobil. Marchesiæ de Salba contra creditores, Relatore egregio olim Senatore Michaele Ferrer auctore obseruantiarum, sub die 11. Augusti 1582. in qua iam antiquitùs læsio
† expressè in his terminis fuit *considerata* ex quo mulier nõ poterat recuperare à marito.
† *Placuit* etiam eadem opinio Rotæ Romanæ, vti habes in illa decis. quam bis nobis retulit Farina. & semel Statil. Pacifi. in superioribus num. 7.

17 Et est notandum, † quòd ad iudicandum si mulier remanet indotata, & sic læsa, non est inquirendum tempus obligationis, sed solutionis, & ideò quamuis maritus rẽpore obligationis habeat bona, de quibus potest fieri restitutio dotis; tamen si postea tẽpore restitutionis ea non adsint, quibus possit esse mulieri consultum, intrant quæ suprà resoluimus, rescindendam fore obligationem ex metu reuerentiali propter istam læsionẽ, sic Paris. in conf. 75. nu. 17. lib. 3. Seraphin. de priuileg. iuramen. priuileg. 76. num. 12. Thesau. in allegà. decis. 223. num. 11. vbi citat Afflic. decis. 312. & 313. & dicit se audiuisse
† *obseruatum* per Parlamentum Regium cum occuparet illam Prouinciam, benè nollet Cancer. in 3. par. variar. resolu. cap. 15. de renun. num. 102. qui alios adducit, sicque
† *obseruari* in nostro Senatu dicit. Alia videbis infrà in restitutione dotis in materia auctẽ. res quæ C. commu. de lega. Optassem, quòd declarata fuisset, cum hæc scribo, quædam causa, quæ in Senatu dicitur inter Alexandrum de Aguilar, & Ceciliam Portules corã egregio Senatore Don Petro Soler, Actua. Francisco Fonr, in qua inter alia tractatur
18 iste punctus. Et alius etiam, † de quo per Gasp. Anton. Thesau. in cita. quæstio. foren. 65. num. 1. lib. 2. quem in fauorem mulieris resoluit, si quando ab initio obligationis mulier non remanebat indotata, sed tractu temporis propter vsuras medio tempore decursas creditum totam dotem absorberet, mulieri est subueniendum.

19 Notandum etiam † circa hæc est, & animaduertendum quod ex additione Gaspar. Anto. Thesau. ad patrem in decis. 223. quod deinde repetit quæstio. foren. 65. n. 4. lib. 2. ego dixi in 1. tom. clau. 4. glo. 22. num. 15. in illo casu, qui ordinariè contingit, quando scilicet mulier, quæ habebat ducentũ in dote, primùm se obligauit in centum fauore vnius creditoris, & deindè in alijs centum fauore alterius. Dicit additio prædicta *decisum* in Senatu fuisse
†† post multa hinc indè deducta, primam obligationem non anullari, ex eo quia per eam non remanet mulier indotata, nec in maiore parte dotis læsa, & sic priores obligationes quæ non excedunt dimidium dotis, non anullari, sed sequentes, & ideò distinguendum esse inter obligationes, & obligationes.

20 Per quæ consultus † de anno 1620. super quadam sententia lata in Senatu, Relatore egregio Senatore Don Petro Soler, in causa Catherinæ Real, de qua suprà, in qua nulla differentia facta inter obligationes, & obligationes, licèt essent plures diuersis tẽporibus pro diuersis quantitatibus firmatæ, fuerũt omnes recisæ: dixi eam (salua pace) grauatoriam primis creditoribus quatenùs non ascendebant obligationes eis firmatæ dimidium dotis vxoris: solùm enim iuxta doctrinam suprà enarratam, poterant anullari, & rescindi quæ postea fuerãt factæ, quarum respectu dicebatur, & dici poterat mulier indotata.

21 Sed an idem † dicendum sit vbi vnicà alienatione, siue obligatione mulier alienauit, seu obligauit totã pro marito dotẽ vni creditori, sicut sæpè accidit, & ageret ad rescissionẽ allegans metum reuerẽtialem cũ enormissima læsione, cum non posset indemnitatem à viro cõsequi ex deffectu bonorum: Quæritur, an idem obseruandum esset quod suprà diximus in multis alienationibus diuersis creditoribus per mulierem factis, vt contentari debeat recuperare, & habere dimidium dotis siue ex creditore, vt ipsa dimittat possessionem bonorum illud ei offerente, siue etiam ex bonis viri, aut aliàs, an verò tota dos sit ei restituenda.

22 Hanc quæstionem † reperio quòd nouissimè tractauit lata manu Gasp. Anto. Thesau. quæstio. foren. 65. ex nu. 2. lib. 2. & eam vti pulchram, & subtilem, ac nouè apud eum suscitatam multùm commendauit.

23 Contra creditorem, † & pro muliere (inquit is Doctor) videtur facere cõmunis Doctorum opinio, quę videtur cõcorditer cõcludere in rescissione huiusmodi contractus, vt omninò, & in totum rescindatur cum mulier remanet indotata, non autem pro rata dotis, vt apparet ex allega. per Anto. Thesau. eius patrem in sæpè in hac materia cita. decis. 223. addo ego; & ex alijs, qui in discursu fuerunt à nobis in superioribus adductis. Idque † optima ratione, quia contractus
24 est indiuiduus, & indiuidua obligatio, ob quod nõ potest pro parte valere, & pro parte non, imò vtile in hoc casu vitiatur per inutile, ad quod iustificãdum materiam sufficientem tibi subministrabunt quæ ego ad propositũ lato sermone dixi in 1. tom. clau. 4. glo. 21. par. 1. ex num. 71.

25 Deindè ista obligatio † (inquit) rescinditur prætextu læsionis enormissimę, cum reperiatur

periatur mulier per ſuam promiſſionem indotata, ixta gloſ. in auct. ſi qua mulier C. ad Sena. Conſul. Velleia. Paris. conſ. 65. nu. 13. & ſeq. lib. 3. & conſ. 75. n. 13. & 16. lib. 4. quos allegat, licèt in hoc fallatur cum Pariſ. dumtaxat in conſ. 75. lib. 3. de hac materia tracter, ac etiam ex dolo re ipſa interueniente, quo caſu & contractus pro nullo habetur, l. ſi quis cum aliter, vbi notant omnes poſt gloſ. ff. de verb. oblig. & emptor tenetur rem emptam integraliter reſtituere, & non pro parte, habito reſpectu ad id, quod excedit iuſtum pretium.

26 Nec oblatio † de medietate doris ſi eam vult mulieri facere creditor vt impedimentum ſic tollat, quod ipſa execurioni facere poterat pro ſua dote, quicquã prodeſt, cum in caſibus in quibus creditor poteſt offerre, nõ audiatur niſi totum, & integrum debitum offerat, l. tutor §. Lucius, de vſur. l. acceptam C. eo. tit. Moro. de iu. offeren. part. vlt. nu. 58.

27 Sed pro creditore † contra mulierem facit exemplum reciſionis contractus emptionis, & venditionis ex enormiſſima læſione vigore l. 2. C. de reſcinden. vendi. videmus enim quòd non reuocatur cõtractus in totũ, ſed in eo quod defuit, vel exceſſit reſpectiuè de iuſto ptetio, electione reſeruata vt fiat

28 ſuppletio, vel reſtituatur res. Addo ego † plura alia quæ ſatis ad propoſitum adduxi in 1. rom. clau. 4. gloſ. 21. par. 1. ex nu. 26. de donatione omniũ bonorum præſentiũ & futurorũ: de donatione non inſinuata vltra quingentum ſolidos: de conceſsione facta vltra licitum: de vſurario inſtrumento ex aliquo pacto vſurario in eo appoſito, & ſimilibus, quæ ſuſtinentur in eo quod erat, & eſt licitum, anullato ſolùm illicito, ac eo quod fieri non poterat.

29 Deindè, vt † ſæpiùs diximus, iſtud quod eſt ſubuenire mulieribus in iſtis caſibus cum remanẽt vel in totum indotatæ, vel in maiori parte, ex æquitate introductum eſt contra iuris rigorem vt vidimus. Quæ æquitas non debet tam magnam iniquitatem operari, vt contractus in totum reſcindatur in tam graue creditoris præiuditium, ſuffice re mulieri debet quòd habeat dimidium dotis, in quo Doctores hæc benignè interpretantes ei fauere voluerunt.

30 Hæc ſunt, † in ſumma, argumenta, quæ Theſau. adducit pro vtraque opinione, ipſe tamen in hac poſtrema pro creditore reſidet dicens videri ſibi ex his vltimis argumentis ita eſſe omnino tenendum.

31 Sed mihi † magis dinerſa placet proculdubio, quæ eſt in fauorem mulieris: Mouent me multa ad id tenendum, & ſignanter ſe-

32 quentia. Primò, quod † idem ipſe Theſau. dicit, eſſe pro hac opinione, & omni modo reciſione omnium concordem Doctorum qui rem hanc tractarunt huc vſque opinionem. Difficilimè ego à tam receptis opinionibus recedo, ac difficilimè debent viri docti recedere, cogitare enim debeo quòd ego potiùs decipior cum in contrarium moueor, qui de me ipſo ſæpiùs expetior quàm propenſus ſim in errores, quàm tot viri docti, totq; patres percelebres, qui nos præceſſerunt.

33 Deindè non eſt † iſte caſus ſolus, in quo ſubuenitur læſo ex ſimili modo, & forma læſionis. Vt ecce in donationibus, & fideiuſſionibus minorum, dicunt Doctores eas reſcindi ex læſione ſi occupant vel omnia bona ipſorum minorum, vel etiam maiorem partẽ illorum, taliter quòd nolint poſſe minores donare pluſquam medietatẽ bonorum, nec ſimiliter fideiubere in pluſquam ſit ea medietas, ſicut eſt in muliere reſpectu obligationũ, quas facit pro viro ſuo, de quibus tractamus, vt optimè probat Alcia. in conſ. 33. nu. 15. lib. 2. Surd. in conſ. 46. num. 15. & num. 18. lib. 1. Peregri. conſ. 77. num. 35. lib. 1. & ego etiam ipſe in 1. tom. clau. 4. gloſ. 18. p. 3. num. 51. Percontor, in his caſibus venit aliquando in mentem alicuius ex noſtris quòd reciſio fiat vel donationis, vel fideiuſſionis vſque ad illud quod erat licitum? certè non, quod ego viderim. Cur ergo hanc diuiſionẽ in noſtro caſu faciemus, qui non eſt illis in aliquo abſimilis?

34 Terriò & fortiùs, † iſtæ obligationes reſcinduntur actione quod metus cauſa, vt ſæpiùs diximus in hoc diſcurſu, ex eo quòd extanta læſione præſumatur mulier per merũ ſe obligaſſe, quia non eſt veriſimile eam tantæ læſioni niſi per metum conſenſiſſe, & vt dicebat Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 2. tit. 8. de eo quod met. cau. defin. 2. num. 3. reuerentia cum tam graui læſione inducit probationem iuſti metus, l. 1. §. quę onerandæ, & ibi Bar. ff. quar. rer. actio non det. Actio autem quod metus cauſa, iſtam diuiſionem nõ admitit, ſed cõtractũ in totũ reſcindit, vt habes in tot. tit. ff. de eo quod met. cau. & apud DD. quos in toto hoc diſcurſu citauimus.

35 Finaliter me † multùm mouet ad illud
†† tenendum auctoritas noſtri Cathalonici Senatus, qui ita ſemper *obſeruauit*: ſolitum enim eſt in eo ita procedi, vt priùs ex enormi læſione colligatur iſte metus in muliere, quæ ſubeſt viro, & deindè contractus in totum reſcindatur vti meticuloſus, prout vidiſti in omnibus deciſionibus, quæ circa hanc materiam tradidimus. Quis ex noſtris audebit tantę auctoritati ſe opponere, volẽs mutare quę tam firmam habuerunt ſemper interpretationem?

Nec

Nec arbitror ad contraria oportere particulariter reſpondeamus, quia eis ſatis ſatisfactum iudico ex adductis ſuprà pro iſta vltima opinione.

Sed cur in præcedenti, & ſequenti etiam caſu mulier non recuperat niſi medietatem dotis, nec fit reciſio niſi pro medietate, hic verò in totum? Ratio eſt manifeſta, quia in dictis alijs caſibus factæ fuerunt diuerſæ obligationes, & priores futrunt legitimè factæ, quę nõ potuerunt vitiari ex ſequẽtibus. Secus eſt hic, vbi eſt vnica obligatio totam dotem abſorbens.

36 Finaliter quæres, † quid futurum vbi non vnica obligatione mulieris erit tota dos conſumpta, nec duabus inęqualibus, quarũ prior non aſcendat ad maiorem partem dotis, ſed poſterior, ſicut vidimus in caſibus præcedẽtibus à nobis iam reſolutis, ſed fuerint factæ plures obligationes diuerſis temporibus, quarum neutra occupat tõtam mulieris dotem, nec maiorem partem, licet totam abſorbeant omnes ſimul iunctæ. In hoc caſu idem mihi videtur quod in alijs, nõ poſſe mulierem vltrà dimidium dotis prætendere, nec video quomodo aliud poſſit dici ab ijs qui Gaſpar. Anton. Teſau. doctrinâ ſuprà relatam ſequimur. Et apud me id non habet difficultatem.

37 Eſt tamen maxima † apud aliquos, quis iſtam dimidiã partem ſoluet, an omnes pro rata, an poſteriores dumtaxat? Apud me indubitatum eſt quòd iſtud cedit damno poſteriorum creditorum, qui contraxerunt cum muliere poſt iam alienatã per eam, ſeu obligatam pro vito dimidiam partem dotis. Ratio eſt clara, quia tunc incepit lædi mulier, & ideò iuſtum eſt quòd damnum reſarciãt quæ illud cauſarunt. Videtur mihi iſte caſus non eſſe abſimilis illi, quem iã tractauimus, quãdo prior obligatio fuit intra limites non excedendo dimidiũ dotis, & ex poſt ſuccedit alia, in quo iam diximus poſteriorem alienationẽ, ſeu obligationẽ reſcindi, nõ priorẽ quæ habuit bonum initium, ex regula, vtile per inutile non vitiatur, ideò non eſt neceſ-

38 ſaria alia probatio. Ad quod tamen † (iſtud nunc addo) ſatis appoſitè facit in argum. tex. in l. ſi quis habens creditores 24. ff. qui & à quib. &c. vbi Iureconſultus, *ſi quis habens creditores* (ait) *plures manumiſerit, non omnium libertas impedietur, ſed qui primi ſunt, liberi erunt donec creditoribus ſuum*

39 *ſoluatur*. Et facit etiam † quod in pluribus emptoribus bonorum alicuius multùm obęrati debitoris, tradit Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 23. de excep. defin. 14. damno vltimi omnia ſine dubio cedere, nihil damni ſentire ptiores, ſi poſteriores ſufficiunt. Et ſuper omnia lege quæ nos antea in hoc eodem tomo in materia donationis inofficioſæ tradidimus clau. 5. glo. 8. par. 2. ex nu. 40. cum aliquibus ſequentibus, vbi habes materiam ſatis ſufficienter digeſtam, quam huic negotio accommodare poteris, & ſi ea quæ ibi diximus legeris, & Doctores, quos allegamus, comprobabis quòd multum ſe in hoc inuoluit Surd. in conſ. 297. ex num. 9. vol. 2. Doctores enim ita loquuntur, & diſtinguunt prout ego ibi tradidi, non aliàs.

40 Quæſitum etiam † vidi, ſi ad iudicãdum ſi remanent bona viri, in quibus ſatisfiat vxori, & an maneat in tota dote vel in maiori parte læſa, ſit cumulandum ſponſalitium, quod datur in præmium laudabilis virginitatis amiſſę, cum ipſa dote, veluti ſi habebat centũ in dote, & quinquaginta in ſponſalitio, ſit dicenda mulier remanere indotata ſi bona mariti non ſufficiũt ad ſoluendũ ei ſeptuaginta quinq; libras, quæ ſunt dimidium dictæ quãtitatis. Reſpondi ſufficere remanere tot bona, quæ ſufficiãt ad ſoluẽdũ mulieri quinquaginta libras, quę ſunt dimidium dotis, ne dicatur per ſuas firmas remanere indotata in terminis doctrinæ Theſau. & aliorũ in noſtro Senatu, vt diximus, receptæ. Ratio eſt clara quia lex nõ curat de cõſeruanda illæſa muliere in lucro, quale eſt ſponſalitium, ſed de cõſeruanda eius dote, in qua verſatur ratio iuris publici, & ideò DD. non loquuntur de ſpõſalitio in hoc caſu, ſed de dote tantũ, & benigniorem hanc admiſerunt opinionẽ anullãdo eius obligationes, & firmas, ne mulier dotem ſuam amitteret, & amittẽdo remaneret indotata, non attendentes ſi lucra

41 perderet vel non. In quibus † per propriam obligationem nõ eſt dubiũ, quòd poteſt ſibi præiudicare, prout in alijs propoſitis quæſtionibus in hoc volum. memini me non ſemel dixiſſe, & pluribus probat nouiſſimè noſter Moli. de rit. nup. & pac. in matrim. conuen. lib. 3. q. 75. n. 7. Quod quia latè probaui, & deciſionibus noſtri Senatus ornaui ſuprà in tractatio. mater. ſponſali. eadem hac clau. 7. glo. 1. par. 2. ex nu. 14. ideo hic nõ repeto.

42 Si autẽ haberet † mulier aliã dotẽ præter conſtitutã in capitulis matrimonialibus, cum qua nupſit coudignè, vt quia conſtante matrimonio eam accepiſſet, & ſeu ea aucta eſſet cõſtante matrimonio, vidi dubitari ſi de hoc augmento dotis etat habenda ratio ad effectũ iudicandi ſi propter alienationes, & obligationes remanebat mulier indotata necne. Dixi quòd nõ, ſed ſufficere, quòd remaneret ſibi vera dos, quæ fuit in cap. mat. conſtituta ne dici mulier poſſit remanere indotata. Vide quæ dixi infrà in clauſula finali in materia cõfeſſionis dotis receptæ ad hoc propoſitum

ſitum. Nec oportere arbitror in re tam clara confirmanda tempus conterere.

43 Pulchrius dubium, † quod in hac materia poteſt accidere eſt, ſi in vita mulier conqueſta de his cõtractibus, & obligationibus, per quos, & quas remanet indotata, vel in totum, vel in maiori parte, non fuit, an poſſint hæredes petere reciſionẽ, quod eſt quærere, an illud ius ſit tranſmiſſibile ad hære-
44 des. Dixi, quando † mulier non fuit cõqueſta; nam quando aliud eſſet, veluti quia cauſam ipſa inſtituiſſet, non dubito quòd eſſet facile reſpondere pro tranſitu in hæredes quoſcunq; propter ius quæſitum quod habebat mulier cum deceſſit, per ea quæ in ſimili dixi, & probaui infrà in materia iuris optandi ſi illud tranſit in hæredes extraneos vel non, vt illud exercere valeant cum fiunt executiones contra viros, & eorum bona.
45 In qua † difficultate dicendum prima facie videtur quòd non poſſent de hoc tractare hæredes, ex ratione quia iſtud beneficium conceditur mulieribus ex benignitate, & æquitate potiùs, quàm mero iure, propter publicam vtilitatem ne mulier remaneat indotata, ac iccirco prohibeatur iterùm nubere, & ciuitatem filijs replere, iuxta l. 1. ff. ſolu. mat. & ego paulò antè probaui nu. præcedẽti, & vbi me ipſum inibi allegaui. Quod cum ceſſet mortua muliere, videtur nõ fore curandum de hæredibus, in quibus ea ratio
46 ceſſat. Et poteſt † adduci in ſimili quod nos annotauimus in 1. tom. clau. 4. gloſ. 9. par. 5. num. 188. ex Deci. in conſ. 536. n. 3. & Vrſil. ad Afflic. deciſ. 154. nu. 1. Quòd mulier poteſt facere dotis ſuæ conditionem deteriorẽ quando eſt in ea ætate quòd non ſperetur eam iterùm nupturam propter ſuã ſenilem ætatem, aut aliàs, quia tunc ceſſat ratio, ob quam prohibetur de iure poſſe facere dotis ſuæ conditionem deteriorem. Faciunt de-
47 nique † alia, quæ noſter Cancer. in terminis huius quæſtionis adducit in 3. par. variar. reſolu. cap. 15. de renunciatio. nu. 116. ad probandum perſonalitatem huius actionis, & iuris impugnandi has obligationes, reſpectu ipſius mulieris, quæ illas fecit.

48 Sed contrarium exiſtimo † verius. Quod fundo in palpabili, & ineuitabili ratione præter id forſan, quod hucuſq; in hac materia audiuiſti. Quando mulier per ſuam firmã & obligationẽ remanet tam notabiliter læſa, vt læſio ſit in tota dote, vel in maiori parte, tunc lex præſumit quòd ipſa metu firmauit in fauorem eius, cui debebat reuerentiã, non enim præſumitur quòd voluntariè tãtæ læſioni conſenſit, vt probauimus in ſuperioribus, & infrà etiã in exceptionibus quę cõpetũt tertio poſſidenti rem dotalẽ ne illam
49 reſtituere teneatur. Hoc † ſuppoſito, clarum eſt quòd iſta reciſio peti debet actione
50 quod metus eanſa, † quam nemo dubitat quin poſſint exercere hæredes mortuo metum paſſo, ſicut poſſet idem ipſe ſi viueret, quãuis nihil in vita de hoc cõqueſtus fuerit,
51 ex regula generali † qua docemur actiones omnes defuncti, tam actiuas quàm paſſiuas trãſire ad hæredes, tot. tit. vt actio ab hæred. & cõtra hæred, l. pro hæreditarijs C. de hæredi. ac. Cæſar Barz. deciſ. 51. n. 11. & deciſ. 65. nu. 3. Quod etiam Senatus noſter in facti
† contingentia expreſſim *declarauit*, cũ de hoc ageretur in eo, 23. Nouemb. 1596. referente egregio olim Senatore, poſteà vero in ſupremo Coronæ Arago. Concil. Regente nobili Ioãne Sabater inter pupillos Trullols, & illius creditores, dicendo actionem quòd metus cauſa ad reſcindendum contractum tranſire ad hæredes matris, qui poſſunt pere quòd reſcindatur.

52 Nec obſtat † quod dicebatur de cauſa ceſſante ne mulier remaneat indotata, quia iſta reciſio (& per hoc mirè declararur materia) non peritur ex eo quòd mulier remaneat indotata, ſed imò ex eo quia obligatio fuit metu facta, quod probatur quia adeſt læſio ſufficiens in muliere, quæ debet reuerentiam: læſio autẽ probatur ſufficiens ex eo quòd contractus occupat totam dotem, vel maiorẽ partẽ, & ſic à primo ad vltimũ appareret, quod nõ poteſt dici aliud in noſtro caſu niſi quòd reciſio ſit propter metũ, qui modo prædicto probatur, ergo ſequitur quòd eam poterũt petere hæredes. Huius etiã opinionis eſt noſter Cance. vbi ſuprà allegatus eſt, ſed per alia media, quæ apud eum legere poris. Mihi hæc viſa ſunt facilia valdè, & magis ſtringentia ad propoſitum, per quæ magis, meo indicio probatur intentum.

53 An iſti contractus † meticuloſi ſint ipſo iure nulli, ita vt non egeant reuocatione, ſeu reciſione, ſed ſolùm declaratione nullitatis, & reuocatione quatenùs de facto proceſſerunt, non aliàs, quæſtio eſt etiam notabilis,
† in qua *Senatus* in ſæpè relata ſuprà cauſa Catherinæ Real hoc modo dixit, *Pronuntiat, ſententiat, atque declarat ſupradictas violarij, & cenſualium venditiones factas &c. eſſe nullas, & in caſu de iure prohibito factas, & quatenus de facto proceſſerunt cum omnibus indè ſequutis, & executionibus in vim illarum in dictis bonis factis, & inſtatis eſſe reuocandas, caſſandas, & anullandas, provt eſt*
54 *præſenti &c.* Veritas eſt, † quòd regulariter metu geſta valent, & ſunt firma, ligantq; mero iure, licèt conſtito de metu debeant reſcindi, vt toto titulo ff. & Cod. quod met. cau. provt pluribus docet Surd. viden. in

conſ.

conſ.37.num.19.Et poſt eum nouiſſimè,qui pluribus probat Gab.Perey.deciſ.Portugal.
55 30.num.10. Præterquàm † in aliquibus caſibus enumeratis per Surd.loco cita.& inter alios,quando interuenit proteſtario. Rario
56 eſt, †quia,quando qui metum patitur, non proteſtatur, dicitur conſentire licèt coactè, quia voluntas coacta volũtas dicitur, l.ſi mulier §.ſi metu ff.quod met.cau. & ſtante conſenſu ſuſtinetur obligatio.Sed quando †
57 interuenit proteſtatio,ea remouet cõſenſum, & ſine conſenſu nulla prorsùs oritur obligatio,l.qui in alienâ §.fi.de acquir. hæred. latè
58 Surd.vbi ſuprà num.20. Ideò.bonum † eſt quòd metum patiens proteſtetur, quia multùm iuuat,& ad probandum metum, & ad alios effectus eſt ſalutare,vti cõmẽdant Doctores, ſicut habes apud egregium Senator. Montaner in additio.ad Olib. de actio.par. 2.lib.1.cap.9.num.9.Surd. in conſ. 395. nu. 27.lib.3.vbi dicit,quòd licèr proteſtationes factæ ante & poſt actum,non probent metũ; tamen plurimùm adiuuant, Catol. de Graſ. extep.11.num.59 & deindè,latè Gaſp. Anton. Theſau.in ſæpè cita.quæſt.foren.51.nu. 14.& 15.vbi ſignanter dicit , quòd ſemper proteſtatio elidit præſumptionem nõ illati metus,& finaliter idem multùm cõmẽdat Gab.Perey.in ſæpè cita.deciſ. Portugal. 30. num.8. Tu ergo,vbi non eris in caſu priuilegiato,quo metus anullat ipſo iure actum, non procedes declarando eum nullum, ſed reſcindi debere iudicando.

59 In vno caſu† practicamus intrepidè, declarare nullas alienationes , non reſcindere eas,niſi quatenùs de facto proceſſerũt, & vlteriùs condemnamus ad fructuũ reſtitutionem,qui percepti fuerunt,& percipi potuerunt, nedum à die litis motæ, qui eſt ordinatius modus comdemnandi in Cathalonia in omnibus cauſis, vt alias, & ad alia propoſita diximus, ſed etiam à die factę alienationis abſque electione condemnati, quam cõcedit l. 2. C. de reſcin. vendi. qui eſt valdè extraordinarius, & inuſitatus condemnandi modus,quando alienatio eſt mulrùm læſiua, nedum vltra dimidiam ſimpliciter, ideſt in modico excedens,ſed vltra beſſem iuſti
60 pretij,quia intrat † in eo caſu diſpoſitio l. eleganter 7. de dolo, & l. nullo 24. C. de rei vindica.de quo puncto optimæ ſunt binæ definitiones Anron.Fab.in ſuo Cod. lib. 4. tit.30.de reſcin.vendi.defin.3.& 30. viden. Theſau.deciſ.165.n.6.Quæ eſt doctrina approbata per Senatum , vbicunque vidit has enormiſſimas læſiones, pro vt ſignanter vidi
† *declarari* referente egregio Senatore Hieronym. Aſtor, 10. Septembr. 1603. inter Michaelem Toralles, & Michaelẽ Guanter de Prats de Mollo, Actua. Hierony. Boſch, vbi quia Senatui apparuit immodica læſio, quæ interuenerat in venditione cuiuſdã molendini,& aliarũ rerũ,declarauit alienationẽ nullam tanquàm doloſam , & condemnauit præter ſolitum in cauſis ordinarijs,ad reſtitutionem rei vnà cum fructibus &c. etiam ante litem motam decurſis, nulla data electione emptori circa ſuppletionẽ iuſti pretij. Idem poſteà in alia cauſa reſpectu cuiuſdam ceſſionis, & renũciationis pro modico
† factæ *declarauit* idẽ Senatus Relatore egregio Senatore Ioſep.Roca 24.Octob.1619. in cauſa Antonij Saleta contra Franciſcum Toralla. Actua. Agramunt, cum hoc motiuo , *quia conſtabat mulierem renunciantem remanſiſſ. longè plus vltra dimidiã, & enormiſſimè læſam.*

SVMMARIA.

1 *Iuramentum non confirmat obligationem factam per vxorem pro viro quando ex ea remanet illa indotata.*

2 *Abſolutio iuramenti an ſit neceſſaria mulieri volenti agere ad reciſionem obligationis a ſe firmatæ, ſub prætextu quod fuerit meticuloſa.*

3 *Abſolutio iuramenti in reciſione contractuum meticuloſorum ſolet ſecundum communem praxim ſemper anteà peti ad effectum agẽdi,quod eſt tutius.*

4 *Periurij exceptio repellit agentem à limine iudicij.*

5 *Abſolutio iuramenti poteſt peti poſt incurſum periurium , dummodò fiat etiã periurij mẽtio,& petatur ſimul eius abſolutio.*

6 *Abſolutio iuramenti non debet concedi cum pars eſt periura.*

7 *Periurium non poteſt per procuratorẽ,nec per partem remitti,tacitè vel expreſsè.Sed ibidem probatur etiam contrarium.*

8 *Periuro eſt cõcedẽda abſolutio cũ nõ perſeuerat in peccato, ſed recurrit ad ſuperiorẽ pro ea,narrãdo illi factũ, vbi deciſ. Rot.Rom.*

9 *Etiãſi de hoc oppoſuerit tã pars,atq; ita apud nos practicatur, vbi deciſ.noſtri Senatus.*

10 *Abſolutio impetrata abſque citatione partis valet,atq; ita apud nos practicatur, ſiue petatur ante incurſum periurium, ſiue poſt.*

11 *Abſolutio.In abſolutione iuramenti agitur de modico partis præiuditio,eum ſibi remaneat adhuc facultas defendendi contractum.*

12 *Abſolutio an ſit concedenda ſine citatione partis,plures dubitant,& contrarias opiniones conciliare curant.*

13 *Abſolutionem iuramenti non eſſe neceſſariam cum agitur ad reſcindendum contractũ meticuloſum,plures volunt.*

14 *Iuramentorum poſitorum in contractibus immodicè læſiuis ferè nulla in noſtro Senatu habetur ratio.*

15 *Abſolutio à iuramẽto fuit admiſſa in Senatu, à Metropolitano impetrata per homines alterius diœceſis.*

16 *Abſolutio iuramenti eſt petenda coram Iudice petentis.*

17 *Periurij exceptio non poteſt opponi litiganti per procuratorem abſque abſolutione, eum procurator non poſſit facere incidere dominum in periurium, vbi deciſ. Rot. Roma.*

18 *Periurium incurritur ſtatim atq; labitur tẽpus, nec debitor ſoluit, & de hoc debet in abſolutione fieri mentio.*

19 *Periurium quando incurratur per contrauentionem iudicialem, remiſſiuè.*

20 *Perinra pars non habetur in Senatu ex ſola litis motione, quæ petit aliqua iura per eum cum iuramento iam diffinita, antequam de diffinitione faciat mẽtionẽ eam impugnãdo. Et in iſto caſu cum opponitur de diffinitione, ad eam impugnandam poteſt peti abſolutio coram Iudice Eccleſiaſtico ſine vitio attentatorum, vbi deciſ. noſtri Senatus, ibid.*

21 *Abſolutio à iuramento ſimpliciter obtenta nõ ſuffragatur ſi quis vlteriùs cum iuramento promiſit eam non petere, nec ea obtenta vti.*

22 *Iudex ſecularis an & quando poſſit cognoſcere de nullitate abſolutionis iuramenti à Iudice Eccleſiaſtico conceſſæ.*

23 *Ratificatio actus meticuloſi numquam inducitur quamdiu durat potentia inferentis metum, vel viuit is, cui reuerentia debetur, ſecus eſt ſi non durat dicta potentia, nec viuit is cui reuerentia debetur.*

24 *Ratificatio contractus meticuloſi ex quibus actibus inducatur, remiſſiuè.*

25 *Initium malum influit in ſequentes actus, & tempora, durante eadem cauſa metus.*

26 *Actus facti medio tempore, ex quibus colligi poſſet voluntas, non ſunt attendendi cum nõ ſunt facti in plena libertate.*

27 *Metus cauſa durante geminatio actuum, iuramenta & alia clauſulæ, ac alij actus etiã ex interuallo poſtea ſequuti, nõ confirmãt contractum.*

28 *Metus dicitur habere cauſam continuam quãdiu durat cauſa.*
Metus quando verè purgatus dicatur, ibidẽ remiſſiuè, vbi deciſiones.

29 *Ratificatio actus meticuloſi fieri debet tempore quo actus fieri poteſt.*

30 *Ratificatio actus debet fieri etã eiſdẽ ſolemnitatibus, quibus fieri debebat. vbi deciſiones.*

31 *Deciſio noſtri Senatus in idem.*

32 *Ratificationes, quæ pretenduntur in contractibus meticuloſis, non multum placent Senatui noſtro, vbi deciſio.*

33 *Ratificatio facilius multò inducitur ex actibus ſubſequutis factis per minorem matorem tam factum, quàm per mulierem, & de ratione.*

34 *Alimenta an debeantur mulieri pendente lite cum agit ad reciſionem obligationum per eam pro viro firmatarum, remiſſiuè.*

35 *Mulieris obligatio pro excarcerando marito, non valet ſi remanſura eſt indotata, & nu. ſequent. vbi deciſiones.*

36 *Publica vtilitas præfertur priuatæ.*

37 *Cõtrariũ declararũt alij Senat', quòd imò obligatio vxoris pro excarcerãdo viro valet.*

38 *Etiamſi vir adhuc non eſſet carceratus, ſed timeretur carcerari.*

39 *Maritum eſſe captum pro delicto, an pro aliquo debito, non eſt aliqua differentia quoad validitatem, aut invaliditatem obligationis vxoris facta pro eo liberando.*

40 *Prohibitio alienationis intelligitur de voluntaria, non de neceſſaria.*

41 *Prohibitio alienationis non operatur in cauſis pijs, nec earum reſpectu.*

42 *Obligatio quæ fit per vxorem pro excarcerãdo viro, videtur eſſe alienatio neceſſaria, nõ voluntaria.*

43 *Statutum prohibens ne mulier ſubueniat viro p eo liberãdo à carceribus, eſt irrationabile.*

44 *Obligationẽ mulieris pro viro, vel fũdi dotalis alienationem fore validam tum illa remanet indotata etiãſi fiat pro liberatione viri à carceribus, nullibi reperitur.*

45 *Imò Rota Romana hunc caſum excipit ſi mulier remanſura eſt indotata.*

46 *Stepha. Gratia. eundem etiam caſum excipit.*

47 *Idem ſenſit Anton. Fab.*

48 *Idem Ludouicus Cenſius.*

49 *Deciſioni Surdi 86. in hac materia reſpõdetur.*

50 *Alienatio fundi dotalis non legitur permiſſa pro excarcerando viro, etiamſi opus pium iſtud ſit.*

51 *Neceſſitas poteſt eſſe in cõſideratione ad validandum alienationem, cum eſt propria, nõ quando aliena.*

52 *Mulier licèt ſit laudanda quæ excarcerationis pium opus in virum exercet, ad id tamen non cogitur.*

53 *Mulier poteſt ſe obligare, vel fundum dotalem alienare, vbi non remanet in totum, vel in maiori parte indotata, ſecus ſi id ſuccederet.*

54 *Auctor deſideraſſet plus potuiſſe fauere viris, qui in vinculis detinentur pro eorum liberatione.*
Mulier non poteſt ſe obligare, vel fundum dotalem alienare pro marito liberando à pœna mortis, vel ab hoſtibus, vbi captiuus detinetur ſi ex hoc debet remanere indotata, ibid.

55 *Mulier an teneatur virum captiuum apud hoſtes à captiuitate liberare, remiſſiuè.*

Obliga-

56 *Obligationes vaſſallorum, quæ fiunt pro Dominis cum enormiſſima illorum læſione an poſſint, & debeant reſcindi tamquam per metum reuerentialem factæ.*

57 *Obligatio facta per vaſſallos pro Dño præſumitur metu reuerẽtiali facta ex enormiſſima leſione quamuis dominus non ſit ex his, qui non recognoſcunt ſuperiorem.*

58 *Vaſſalli qui pro domino ſe obligarunt licèt æquæ principaliter, reputantur vti fideiuſſores, vbi deciſ. noſtri Senatus.*

59 *Debitor principalis dicitur is ad quem pecunia peruenit, & ad quem negotium principaliter ſpectat.*

60 *Actio quod metus cauſa præſcribitur ſpatio triginta annorum ſicut reliquæ.*

61 *Computatur autem iſtud tempus ex die quo ceſſauit cauſa metus.*

62 *Creditor qui metu reuerentiali ductus non petijt debitum, non patitur præſcriptionem.*

63 *Mulieri non currit tẽpus ad reſcindendo contractum ex metu, niſi poſt ſolutum matrimonium.*

64 *Temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendum.*

65 *Intelligitur cum quis non poterat agere, nec ius ſuum deducere in iudicio.*

GLOSSA II. PARS VII.

Proſequitur eadem materia metus.

Et ſignãter agitur de abſolutione iuramenti neceſſaria vel non in cõtractibus meticuloſis.

Et de exceptione periurij.

Et de ratificatione.

Et de validitate, aut inualiditate obligationum, quæ fiunt per mulieres pro viris ex aliqua illorum neceſsitate.

Et finaliter de obligationibus, quæ fiũt per vaſſallos pro dominis ſuis, an meticuloſæ ſint iudicandæ.

1 AN obſter mulieri † iuramentum ad agendum de nullitate, & ſuo caſu reciſione horum meticuloſorum cõtractuum, & obligationum, quærunt communiter in hac materia Doctores. Hæc quæſtio in vtraq; ſpecie metus, ideſt tam in vero metu, quàm in reuerẽtiali, iam nunc non tractatur, nec de ea diſputatur eo modo, quo propoſita fuit, ſed præſupponendo nõ impediri mulierem per iuramẽtũ, vt apparet ex Doctoribus quos in præcedẽti glo. retulimus, & ſignãter ex deciſionibus Ror. Romanæ ibi allegatis, quę ſine dubio reſoluunt nihil obſtare in his iuramẽtum, & ex Doctoribus etiam quos infrà adducemus. Solùm quæritur, & quæri ſolet, an † abſolutio ab eo ſit neceſſaria. Quæ
2 in re varij varia dixere, & ſignanter Ceual. in commun. contra commu. quęſt. 624. quæ eſt omnium à ſe propoſitarum quęſtionum longiſſima, Theſau. in fæpè cita. deciſ. 223. ex num. 5. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 21. ad Sena. conſ. Valleia. defin. 10. Andrę. Gayl. lib. 2. obſerua. 42. per tot. & egregius Senator Mõraner, qui alios citat in additio. ad Olib. par. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 15. & Surd. conſ. 37. lib. 1. Communis praxis † (relictis quæſtionibus) admiſit non debere de hoc diſputari, ſed tutius eſſe quòd petatur abſolutio ad effectum agendi, vt dicũt Doctores
3 præcitati, & multùm in terminis plures allegans Aloy. Ric. in praxi rer. fori Eccleſ. tit. de abſolu. à iuram. deciſ. 340. verſ. Quãuis tutius, & Ioan. Gutier. in aucten. ſacramenta pub. num. 95. C. ſi aduerſ. vendi. atq; ita cõſulunt faciendum, ſic nos practicamus quotidiè, & tu practicabis, ſi non vis errare, & inodare te difficultaribus.

4 Sed ſi quis † ad hæc non aduerterit, ſed abſque abſolutione egerit, quid faciendum, ſi opponitur exceptio periurij, quæ regulariter repellit agentem a limine iudicij gloſ. in can. periculi 22. quæſt. 5. Surd. in conſ. 37. num. 1. Oſaſc. deciſ. 142. num. 14. Roland. à Valle conſ. 26. num. 28. lib. 3. Ricci. in praxi rer. fori Eccleſ. rit. de abſolu. à iuram. deciſ. 334. nu. 3. Rota Roma. in recollect. per Farina. tom. penul. deciſ. 701.

5 Reſpondeo † non eſſe propterea partem remedio deſtitutam: poteſt enim accedere ad Iudicem Eccleſiaſticum, & petere abſolutionem, cum hoc quòd de periurio mentionem faciat, & abſolutionem petat, quæ ei
6 cõcedetur, & ſufficiet. Quia quamuis † communis dicat, quòd ſtante periurio iam incurſo, non debet concedi abſolutio, provt habes apud multos, quos referunt Borgni. Caual. deciſ. 9. num. 35. par. 1. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. vlt. nu. 9. latè Farina. de falſita. & ſimula. quæſtio. 160. §. repellitur num. 176. idem Farina. in deciſ. 78. n. 1. poſt lib. 1. ſuor. conſil. & in penul. vol. deciſ. eiuſdem Rotæ Roma. deciſ. 701.

7 Vbi ampliùs † dicitur non poſſe iſtud periurium à parte, multò minùs à procuratore tacitè vel expreſsè remiti. Super quo tamen paululùm eſt inſiſtendum cum Mar.

Giurba cũ infinitis, quos pro more allegat, decis. Sicil. 14. num. 2. velit & multis probet contrarium, quòd vbi actor fuit semel admissus ad agendum, detecta postea periurij turpitudo actioni persequendæ impedimẽto non est, optimè Surd. in cons. 299. nu. 21. & 22. bene id declarans quòd creditor possit expresse iuramentum debitori remittere, & tacitè etiam, non opponendo de eo, nec de periurio, Marescot. variar. resolutio. lib. 2. cap. 84. n. 17. Ricci. in suprà cita. praxi tit. de absolu. à iura. decis. 342. num. 1. Ve-
8 rùm id fallit, † quando iurans incurso periurio ob moram litem nõ perseuerat in peccato, sed recurrit ad superiorem, narrato quę iuramento, & eius cõtrauentione, petit tam à iuramento ad effectum agendi, quàm ab ipso iam incurso periurio absolui, tunc enim indulgenda absolutio est, vt docet Felin. in cap. 1. num. 28. de iur. iur. Mancin. de iura. par. 7. quæst. 6. vbi dicit se passim vidisse cõcedi in signatura gratiæ, nec vnquam denegatam testatur Cagnol. in l. si quis maior nu. 154. C. de transac. Ibi etiam citat quandam
† de hoc Rot. Roma. *decis.* de anno 1593. factam, optimè Ricci. d. tit. de absolu. à iura. decis. 342. num. 1. Afflic. decis. 220. n. 17.

9 Quod obseruatur † in concussę in nostro Senatu, pro vt ego aliquando vidi practicari, & signanter in illa viduæ Micona, de qua suprà: egerat mulier nulla petita absolutione iuramenti, opposita fuerat exceptio periurij, accessit ad Iudicem ecclesiasticum pro absolutione lite pendente, & post oppositũ periurium instante parte super repulsione mulieris à limine iudicij tanquam petiuræ, fuit remissa exceptio ad diffinitiuam, in qua
† fuerunt *anullatæ* obligationes mulieris. *Non obstante* (inquit) *exceptione periurij contra dictam Micona oppositæ.*

10 Quæ absolutio † fuit impetrata non citata parte, & valuit, quemadmodum quando impetratur ante incursum periurium, in quo est communis opinio, quòd tenet sine citatione, & in Cathalonia non habet difficultatem, quemadmodum quotidiana expetientia videmus, & docet nob. Ludoui. à Peguera in prax. cini. rub. 1. in fin. & latè articulum in puncto iuris examinat Ricci. in cita. tit. de absolu. à iuramen. decis. 333. cum infinitis, quos allegat. Dico, quòd in hoc si petitur absolutio ante incursum periurium vel post, non fit differentia in Senatu quoad partis citationẽ, vt vidisti in suprà relata decisione, & ego in alijs causis practicatum etiam vi-
11 di. Et ratio videtur † optima, quia agitur de modico partis præiudicio, cum sibi remaneat adhuc facultas defendẽdi contractum, vt dicebat alias Pegue. vbi suprà, & dicunt omnes, qui defendunt simpliciter in absolutione iuramenti, non esse necessariam citationem, quibus adde Peregrin. pulchrè hæc docentem decis. 8. per tot. & Senatus etiam
† noster *vsus* est eadem ratione in decisione, quæ mox referetur ad defendendum absolutionem pendente lite factam. ibi, *& talis absolutio iuramenti iura partis minimè ledit.*

12 Video, quòd Farina. † in cita. q. 160. de falsi. & simula. ex num. 181. contrarias circa rem hanc adducit opiniones, quas certo modo consiliat. Video etiam quòd alia fuerunt in hac materiã dicta in decis. Ror. Roma. apud. Farina. 78. post. 1. vol. conss. Ego tamen video quòd in nostro Senatu sic practicatur, provt suprà diximus, à quo non
13 arbitror recedendum; Maximè † cùm non desint, qui in his casibus siue propter metũ verum, siue etiam proper metum reuerentialem, qui causatur ex enormissima læsionẽ, non desint qui teneant non esse necessariam absolutionem, & ex consequenti non incurri periurium ex contrauentione, vt habes apud Doctores, quos in superioribus tetulimus, quibus ad istud propositum adde copiosam additionem Famin. Cenroli. ad decis. Farina. 59. in 1. tom. post sua conss. & Ioan. Castil. Sotomaior quotidia. controuer. iur. lib. 3. cap. 1. & num. 26. Sanè † in
14 nostro Senatu benigna hæc semper recipitur opinio, quòd vbi adsunt istæ læsiones immodicę, parùm curatur de iuramentis positis in contractibus, sed subuenitur semper læsis in quantùm fieri potest. Vis vide-
15 re † qualiter hoc sit verum, quòd in quadam causa Hospitalis Generalis Sanctæ Crucis ciuitatis Barcinone, contra Ioannem Sola, relatore egregio Senatore Fran. Gamis, & Scriba Villela, in sententia regia lata. 15. Octobr. 1613. cuius ad aliud propositum memini in tractatione materiæ sponsalitij, auditi fuerunt actores ad docendũ de lęsio-
† ne, & postea *obtinuerunt*, cum absolutione à iuramento obtenta in curia Archiepiscopi Tarracon. quę est metropolis huius prouintiæ, licèt iutantes essent diœcesis Gerunden- nec aliqua negligentia fuisset in diœcesano,
16 contra regulã, † quòd absolutio est petenda coram iudice iurantis, de qua per Lap. allega. 10. Dida. lib. 1. var. resol. cap. 4. n. 5. Ricci. in cita. tit. de absolu. à iura. in praxi rer. fori eccles. decis. 335. n. 2. In quo, quasi clarè Senatus docuit in his non fore necessariam absolutionẽ, aliàs quomodo potuisset admittere absolutionẽ à Iudice incõpetẽti?

17 Et in omni casu † necessario, quando mulùm te cõstringeret Iudex pro isto periurio, euadere eius iudicium, & suam repulsionem poteris dicendo, quòd per procuratorem (si per

per procuratorē factū sit, provt solet) causa mota fuit absque absolutione, qui te non potuit facere incidere in periurium, provt docet Marescot. in cita. lib. 2. var. resolu.
† cap. 84. num. 21. vbi *decis.* Rot. Roma. ad id facta de anno 1598.

18 Dicitur autem † incurri periurium, nedū quando expressè absque absolutione agitur contra obligationem, & ei cōtrauenitur, seu impugnatur, qui est casus à nobis hucvsque tractatus, sed etiam quando labitur tempus solutioni adiectus, nec curauit debitor soluere, tunc enim per hoc dicitur contrauentum, & incursum periurium, vt docēt Afflic. decis. 30. num. 5. Rolan. cons. 34. lib. 1. & est communis, vt per eundem in cons. 26. n. 29. & sequen. lib. 3. Centoli. in additio. ad Farina. decis. 78. litte. B. post 1. vol. conss. Viui. decis. 720. num. 31. Carol. de Graf. de exep. excep. 11. nu. 30. Vndè fit, quòd in isto casu obseruari in in absolutione debeant quę suprà diximus, vt narretur periurium, & ab eo simul absolutio petatur. Sed quis adhoc attendit vnquam? ipsi viderint, facio quod debeo declarando quid esset faciendum.

19 Quando autem † in contractatione iudiciali incidat, & consideretur periurium, & per quos actus, an per solam libelli oblationem, an requiratur litis contestatio, & alia plura, habes apud Ricci. in d. tit. de absolu. à iuram. decis. 344. per tot. vbi latissimè.

20 Reperi, quòd † in nostro Senatu non fuit habita pars pro periura ex eo quòd causam mouisset pro habēdis certis iuribus iam definitis, si de diffinitione mentionem non faciebat eam impugnando, sed illa petendo actione primæua ac si nulla sequuta fuisset diffinitio, & propterà oppositio postea per aduersarium de diffinitione, licuisse parti accedere ad Iudicē ecclesiasticū, ad quem spectabat, pro absolutione ad effectū impugnādi diffinitionem, sine aliquo vitio attentatorum, & postea exhibere illam in iudicio, tumq; per partem dictum esset de attētatis ex eo quòd recursus habitus erat ad Iudicē Ecclesiasticum pendente lite coram Iudice
† seculari, fuit *conclusum* eis non esse locum, *quia* (inquit) *merita absolutionis iuramenti, ad quam necessariò est adeundus Iudex Ecclesiasticus, cum istius articuli spiritualis non sit competens Iudex secularis, diuersa sunt & separata à meritis causæ principalis, & talis absolutio iuramenti* (addit) *iura partis minimè lædit.* Ita Senatus 19. Febr. 1589. inter Paulam Oños, & Michaelem Oños, Relatore nunc Regente emerito Supremi Regni Aragonum Concilij Don Monserrato de
21 Guardiola. Sunt quidā † tam sagaces homines qui non contenti ordinario iuramēto de non contraueniendo promissis, faciunt etiam quòd mulier promittat vlteriùs cum alio iuramento se non petituram absolutionem illius primi iuramenti, & obtenta non vsuram. Quæritur quid agere tunc debeat mulier. Dic quòd petere absolutionē nedū primi iuramenti (quod non sufficeret) sed & secundi etiam, provt multis hic non repetēdis probat Famian. Centolin. in additio. ad decis. Roma. 78. ex recollectis per Prosper. Farina. impressis cum suo 1. vol. conss. aut post illud, quod est primum vol. decis. per eum recollectarum, post eandem Rot. quæ
† ita etiam *tenuit*, & probauit in eadem decis. num. 2.

22 An autem, † & quando Iudex secularis possit cognoscere de nullitate absolutionis iuramenti à Iudice Ecclesiastico concess. se vide per Afflic. & ibi Vrsil. decis. 220. & Rolan. à Val. in cons. 2. num. 15. vol. 2. qui plures allegant. & finaliter decis. Gen. 193. num. 1. vbi benè.

23 Ad ratificationes † horum meticulosorū contractuum, & obligationum nostros conuertamus sermones. Contingit enim non rarò, quòd agenti ad rescisionem contractus propter metum, opponitur de ratificatione illius vel tacita ex cursu longi tēporis, quod pertransijt sine querela mulieris, vel etiam expressa, ex eo quòd expressè cōtractus fuerit deindè ratificatus, quæritur quid dicendum. Breuiter, aut adhuc durabat causa metus, veluti quia adhuc durabat potentia inferentis, vel viuebat persona, cui reuerentia debebatur, aut non: primo casu nunquam inducitur ratificatio: secundo verò sic. Ita resoluunt quotquot ferè in toto hoc discursu allegati fuere, & signanter quos refert egregius Senator Hippoly. Mōtaner in additio. ad Olib. de actio. par. 2. lib. 1. cap. 9. num. 10. Carol. de Graf. excep. 11. num. 66.

24 Vbi vlteriùs † declarat plenè ex quibus actibus dicatur in his inducta ratificatio, & ex quibus cesset metus præsumptio, egregiæ sunt ad istud propositum decisiones Rot. Roma. apud Seraphin. de Oliuar. 771. 851. 863. 1085. & 1166. & 1177.

25 Initium enim † malum (inquit Seraphin. in cita. decis. 1166. num. 1.) influit in omnes sequentes actus, & tempora durante eadem causa metus, ad quod allegat plures viden-
26 dos, & nonnullas Rot. *decis.* Actus † enim
†† facti medio tempore, si qui adsunt, ex quibus colligi possit voluntas, non sunt attendendi, quando non sunt facti in plena libertate &c. Sesse decis. Regni Aragon. 60. num. 16. par. 1. latissimè Gaspar Anton. Thesau. qui infinitos allegat, dicens non reperiri contradictorem, in sæpè cita. quæ-

ſtio.foren. 51. num. 19. lib. 1. vbi vlteriùs
27 dicit † ſubſiſtente eadem cauſa metus geminationem actuum,iuramenta, & quaſcunque clauſulas,& omnes actus etiã ex interuallo ſubſequutos, metu celebratos contractus nõ
28 cõfirmare:dicitur enim † habere metus cauſam cõtinuã quamdiu durat cauſa,ibidẽ etiã docet quando verè purgatus dici debeat, Surd.in conſ.301.num. 23. Carol. de Graſ. de excep. excep.11.num. 66.Vide largiſſimam de hoc remiſſionem apud Aloyſ. Ric.
†† collecta.878.vbi plures *deciſiones* adfert, an & quando,& ex quibus purgatus metus dici poſsit,& debeat.
29 Propter † quod dicit pulchrè Ioſeph.Ludouí.deciſ.Lucen.18.num:8. Ratificationẽ contractus meticuloſi fieri debere tempore
30 quo actus fieri poteſt.Et iſtud † idẽ eſt illud, quod dicitur ratificationem alicuius actus nulliter geſti, debere fieri cum eiſdẽ ſolemnitatibus, quibus ille fieri debebat, Oſaſc. deciſ.166.num.13. Ioſeph. Ludouí. conclu. 14.verſ.Iofertur 146. Cornaza. deciſ.1. nu. 16.Farina.in 2.vol.deciſſ. deciſ. 204. n.10. Manti.de taci.& ambig.conuen. lib. 25. tit.
† 6. num. 51. vbi *deciſiones*. Molin. nolter de rit.nup.& pac.in matrim.conuen.lib. 2. dif-
31 feren.17.num.62. Quod etiam † & Senatus
† noſter *dixit* relatore egregio olim Senatore Ioanne Caſtello 12.Decemb.1594. inter Syndicum ciuitatis Gerundæ,& Syndicũ ſeu Oeconomũ Capituli, vbi loquens de ratificatione certæ alienationis de re eccleſiaſtica ſine ſolemnitatibus factæ,ita habetur. *Nam in viam iuris ratificatio facienda eſt cum eiſdẽ ſolemnitatibus,cum quibus eſt faciendus ipſe contractus principalis, & quòd fiat per eum quem conſtat tenuiſſe ſcientiam actus,qualitatis nullitatis, factiq; & iuris &c.*
32 Non video † quòd Senatui noſtro multùm placeant iſtæ ratificationes contractuũ meticuloſorũ,ſaltem cùm mulier tantam patitur læſionem,quòd remaneat indptata cõtra rationẽ iuris publici,quia reperiò, quòd in illa cauſa viduę Micona, de qua in ſuperioribus, oppoſitum fuerat de ratificatione poſt mortem viri, & ſic ceſſante iam cauſa metus, per eam cũ latiſsimis clauſulis facta de vna ex alienationibus,quam ipſa impug-
† nabat,& tamẽ Senatus *noluit* ſuper hoc declarare, ſed remiſit declarationẽ ad cauſam liquidationis, de qua ampliùs non fuit, nec eſt tractatum.
33 Animaduertendam † in his cenſeo ſingularem doctrinam Ludouí. Cenſij in nouiſſimo tracta.de cenſ. par.1.cap.2.ar.2. nu.47. vbi docet multò facilius induci ratificationem ex actibus ſubſequutis per minorẽ maiorem factum, quàm per mulierem,quia in illo per maiorem ætatem ceſſat ingenij imbecillitas,in muliere ſemper durat ob ſexus fragilitatem.
34 An mulieri † agenti ad recisionem iſtorũ contractuum,obligationum, & alienationũ debeantur interim pendente lite alimenra, vide ſuprà in fine tractatus materię auctem. præterea C.vnde vir.& vxor.clau.5. gloſ. 8. par. 12.num.46.
35 Hucvſque liberales † fuimus erga mulieres vbi maritum in aliqua neceſsitate poſitum non vidimus,ob quod inuamine vxoris indigeret,vt ab illa neceſsitate releuaretur. Finge nunc maritum in aliqua neceſsitate præciſa poſitum, nempè in vinculis detentum, vel de proximo ſperetur detineri, ob aliquod delictum per eum commiſſum, vel ob maghum aliquod æs alienum ab eo contractum. Quæritur, & eſt quæſtio quotidie practicabilis,(vtinam non ita ſæpè) nunquid valeat obligatio vxoris,vel alienatio rei do talis pro marito,qui eſt ipſius caro, ab iſta neceſsitate ſubleuando,& pro iſto pio opere erga virum,cui tantum debet,exercendo. Multa in iſta quæſtione dixerunt Doctores, ſed ego ſolito more breuiter ab ea me expediens cenſeo quòd ſi ſumus in caſu, quo mulier remanſura eſſet indotata ob dictam alienationem, & obligationem, nihil illæ valerent.
36 Ratio eſt † quia in alienatione dotis tractatur de publica vtilitate,quæ priuatis quibuſque commodis præferenda eſt. Nec debet vnum altare denudari, vt alterum coo-
† periatur. Sic imprimis *declarauit*,ac *tenuit* Senatus Pedemont. vt habes apud Theſau. in ſæpè cita.deciſ.223.num.7.& 13. & *Rota Roma.* reliquarum exemplar in illa 851.relata per Farina. in 2.tom. & repetita poſtea per eundem in 3. vbi eſt 74.& per Statil.Pacifi. poſt ſuum de Saluia. interdic. tracta. deciſ.115.quã etiam in idem refert, & ſequitur Stepha.Gratia.diſcep. foren. 108. qui latè quæſtionem poſt Surd. in conſ.367. per tot. videdus examinat, nu.10. vbi fuit anullata fideiuſsio vxoris de repræſentando maritũ ſub pena debiti,nõ obſtãte iuramẽto,& decreto viſitæ,ac quòd eſſet pro liberatione viri à carceribus,cum remaneret
† punitùs indotata. Eadem *Rota Roma.* de viro iam carcerato loquens apud eundem Farina. tom. 2. deciſ. 247. quam etiam ad litteram refert Pacifi. deciſ.116. Ita etiam in terminis harum obligationum, quę fiunt per vxores pro excarcerandis viris, dicit poſt multum diſputatum negocium, & examinatos Doctores,qui de hac re loquerentur, apud ſe *ſeruari* dicit Mar. Anton. de
† Ama.deciſ.62.in fine.

Et

37 † Et ſi dixeris † quòd contrariũ in terminis † *declarauit* Senatus Mantuanus vt auctor eſt Surd. deciſ. 86. vbi conceſſa fuit licentia vxori alienandi partem fundi dotalis, vt expretio debita mariti exiſtentis pro eis in carceribus ſolueret, & ſic ab illis liberaretur: & † quod idem etiam *placuit* Rotæ Romanæ prout habes in pluribus deciſionibus, & ſignanter in vltimo vol. ex nouiſsimè recollectis per Farina. deciſ. 775. quæ fuit poſteà per aliam eiuſdem Rotæ deciſionem in terminis confirmata, prout ambas refert Statil. Pacifi. in ſuo de Salnia. interdic. tracta. in modernior. inſpec. 3. cap. 2. num. 137. & ad litteram poſtea ponit in fine tractatus, & ſunt deciſſ. 171. & 227. Priorem etiã refert nouiſsimè Ludoui. Cenſius poſt ſuum de cenſ. tracta. & eſt deciſ. 32. in quibus deciſionibus pro validitate obligationis vxoris pro
38 viro fuit declaratũ, licet † (quod plus eſt) ille nõ exiſteret in carceribus, ſed timeretur ne in eos detrudetetur, cũ eſſet obligatus in for
† ma cameræ. *Senatui Sebuttano* etiã placuit, ſaltẽ quoad liberationẽ mariti à carceribus, in quibus detinebatur pro cauſa criminali, licèt non ſi detineretur pro aliquo debito ex rationibus diuerſitatis ibi traditis ad lon-
39 gum. (In quo tamen † nullã eſſe differentiã cõtra Cepol. in conſ. ciui. 27. per tot. qui è cõtratio voluit viro eſſe ſubueniendum in ciui li, non in criminali, latè probant Surd. conſ. 367. num. 33. lib. 3. & Stephan. Gratia. diſcep. foren. 108. num. 34.) vt eſt videre apud Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. titu. 21. ad Sena. Conſul. Velleia. defini. 16. quod iterum
† poſtea *firmauit* idem Senatus in eod. titu.
† defin. 21. Et finaliter idem *placuiſſe* videtur Senatui Neapoli. vt eſt apud Vicende Fran. deciſ. 237. num. fin.

40 Nec videtur † hęc opinio carere ratione, eo ſcilicet quòd iura prohibentia has vxoris alienationes, & dotis obligationes loquantur in merè voluntatijs, non in his neceſſarijs, ad quam iuſtificandum plura adducit Rota in prima ex ſuprà relatis deciſionibus. Itẽ
41 in cauſis † pijs, & earum reſpectu non operatur prohibitio, vt latè habes ſignanter apud Surd. in cita. conſ. 367. Vincen. de Fran. in allega. deciſ. 237. & Stepha. Gratia. in memora. diſcep. foren. 108. Hanc autem † viri
42 liberationem eſſe cauſam piam nullus diffiretur, omnes ſupradicti probant abundè, totum de hoc eſt conſ. Ioan. Ctoti videndũ
43 in ordine 74. vbi † infinitis probat fore ſtatutum irrationabile ſi adimeret abſolutè mulieri omnem facultatem ſubueniẽdi ſuo viro in neceſsitate conſtituto, quod plurimi feciſſe videtur ad propoſitum Rota Roma. deciſ. 177. num. 7. in penult. volum. ex recollec. per Farina. In idem etiam eſt tot. illud Surdi conſ. quod ſuprà allegauimus 367. in ordine. volum. 3.

44 Si (inquam) id † dixeris reſpondebo nihil contra nos hæc pugnare modo aliquo, quia nullibi ex dictis locis reperies quòd fuerit etiam ex his cauſis approbata vxoris pro viro dotis alienatio, aut obligatio, ex qua fieret ipſam remanere indotatam; ſed in abſtracto rem tractant ſi obligatio, aut alienatio irrata vxoris ex iſtis cauſis valet, &
45 ſuſtinetur. Imò eadem † Rota Roma. in 1. illa deciſ. quam in contrarium retulimus nu. 6. expreſsis verbis referat caſum, cũ mulier remanſura foret indotata.

46 Et idem in terminis † facit Stephan. Gratian. qui articulum latè diſputat, in cita. diſ-
57 cep. foren. 108. ex num. 8. Et etiã Fab. † qui in contrarium ſimiliter adductus fuit, eundẽ caſum expreſsim excipit à validitate, & permiſsione harum alienationum. & obligationum, in eodem tit. ad Sena. Conſ. Velleia. defin. 2. defin. 10. & defin. 26.

48 Et finaliter † Ludoni. Cenſius de cenſ. p. 1. cap. 2. ar. 2. num. 43. eundem caſum excipit, quando foret quòd mulier vel in totum, vel in maiori parte remaneret indotata.

49 De deciſione † Senatus Mantua. cira. quę eſt 86. in ordine, parùm fore curandum in propoſito, nec poſſe in ea ſtatui aliquod fundamentum, volunt Rota Roman. deciſ. 177. num. 9. & Mar. Anton. de Ama. deciſ. iam allega. 62. num. 26. non ſolũ quia ipſe Surd. in fine dicit illam reſolutionem ſibi non placuiſſe (nota quanti faciat Rota contradictionem auctoris, qui deciſionem aliquam refert) ſed etiam quia loquitur in alienatione partis fundi dotalis, non totius, nec maioris partis.

50 Addit idem † Amat. quòd licèt liberatio carceratorum ſit opus piũ, non legitur ob eã cauſam conceſſam licentiam alienandi fundum dotalem, cum quo diſſoluit multa quę aliqui Doctores in contrarium pro validitate alienationis quandoq; conſiderarunt.

51 Ad illud † quod de cauſa neceſſaria dictũ eſt, reſpondet Rota Roma. in cita. deciſ. 177. num. 8. in penult. vol. ex recollec. per Farin. quam ſequitur Statil. Pacifi. de Saluia. interdicto inſpec. 3. cap. 2. num. 131. & ad litteram eam refert in fine tractatus, & eſt deciſ. ibi in ordine 289. quòd poſſet eſſe in cõfidetatione quando eſſet propria, & præciſa eiuſdem mulieris neceſsitas, ex traditis per Tiraquel. de legib. connub. gloſ. 8. nu. 197. & ſequent. & Hierony. Gab. conſ. 20. num. 50. lib. 2.

52 Et in illo caſu † non eſt talis neceſsitas, & ſic dicere poſſumus de vxore reſpectu viri, quod

quod Rota ibidem de filio erga patrem, nõ reperiri iure cautũ quòd mulier præcisè cogatur virũ excarcerare, siquidem lex laudat quidẽ,& commẽdat pietatem,sed absolutè mulierẽ ad hoc faciendum non obligat,&c.

53 In summa,† vbi mũlier nõ remanet nec in totum,nec in maiori parte indotata,obligatio mulieris pro viro cum luramento pro eo excarcerando, & liberando à periculo,sustineri potest,sed non cum talis remansura est, propter læsionem iuris publici, quod in hoc versatur. Et succederet si id permitteretur quòd plures mulieres remanerent quotidiè indotatæ,& acriter deflerent suã miseriam, quod non est permittendum oe deterius postea eis non habentibus cum quo tenubant, miserè contingat.

54 Doleo ex animo † nõ potuisse plus fauere miseris viris,qui plura non raro pro vxoribus sustinent incommoda.Sed non sum ego qui eis hæc mala feci.Considerauitum positũ in maiori indigentia,& miseria,quam considerari possit,esse nempe ob aliquod delictum condemnatum ad mortem, & posse se ab ea liberare cum aliqua compositione cum fisco,sed non potest quia non habet bona.Vult vxor(non dubito de vxorum fidelitate erga maritos qui eam multùm sum expertus)virum liberare, & soluere compositionem,& ad id alienare fundum dotalem. Sanè id non permitetur ei si indè futurum sit vt remaneat indotata. Potest esse dolor sicut iste?Finge maritum captiuum,idẽ erit. Quæ miseria?Relinquamus hanc luctuosam, & funestam materiam.donec aliud fœlicius ingenium illam reassumat, & id suppleat

55 in quo ego defeci. Solùm aduersò † quòd materia redemprionis mariti à captiuitate cum detinetur apud hostes, tractatur latè per Tiraquel.in legib.connub.l.16.glos.8. num. 285. & sequentib. & per alios adductos per Gratia.in sæpè cita.discepta.foren. 108.nu.3.& 4.Aliqua dixi infra de hac eadẽ materia in restitutione dotis, quæsunt omninò videnda.

56 Dixi suprà † quòd contractus celebrati in fauorem eius cui debetur reuerentia, si adest enormissima læsio, rescinduntur tanquam meticulosi metu reuerentiali,qui cum enormissima læsione sufficit. Adduxi etiam remissiuè quæ sint personæ taliter debentes reuerentiam, vt in eis supradicta verificari possint.Quorum ocasione cogor in præsentiarũ dicere quid sentiam de tot, tantisque obligationibus, quas reperimus factas per vassallos,& subditos pro dominis suis,quarum tantus numerus est in Cathalonia,vt oi hil suprà.Vt ecce,eget dominus aliqua magna pecuniæ quantitate, vult eam accipere ab aliquo ad censum (censuale nos dicimus ad rationem viginti mille pro vno millenario)non inuenit,quia regulariter isti domini sunt difficilis exactionis, & habent bona vinculata,qui velit cum eo contrahere. Accedit ad vassallos, & subditos quòd ipsi ad censũ, seu censuale dictam pecuniæ quantitatem no minibus proprijs accipiant, & postea ei tradant. Faciunt id vassalli,soluitur eis pecunia, & seu illis deponitur sicut fieri solet,in tabula. Ipsi recipiunt eam vna manu,& altera domino tradunt, qui libenter recognoscit eis, quòd pro ipso se obligatunt promittens seruare eos indemnes ab obligationibus.Quæsitum est sæpè à me num attẽto quòd ipsi nihil participarunt de pretio,nec possunt à dominis indemnes fieri propter vincula, quæ sunt in eorum domibus,possint aliquo remedio aduersus dictas obligationes se tueri, & juuari.Dixi,& soleo dicere non esse istos subditos omni remedio destitutos:ex his enim quæ in superioribus adduximus,in istis contractibus adest metus reuerẽtialis cum enormissima læsione,quod sufficit ad recisionẽ. Et quòd adsit metus reuerentialis, patet quia vt diximus,ibi consideratur metus reuerentialis,vbi adest reuerentia debita,hic autem quis negabit eam adesse?atque ideò metum reuerentialem considerari debere in cõtractu pro domino gesto,docent sine difficultate Doctores. Glos.& Bar.in l.1.§.quæ onerandæ,ff.quar.rer.actio non dar.Mandel.de Alba.conf.186.num.8.lib.1.Carol.deGras. de exceptio.excep.11.num.29. Sanches de matrimo.lib. 4.de conseo. coac. disputa.6.

57 num.25. Quod procedit † etiam si domini non sint ex his, qui non recognoscunt superiorem,prout ex Gaspar.Roder.io tracta.de annu.reddi.lib.1.q.15.num.69.docet noster Canc.in 3.part.variar.cap.15. de renuntia. num.243. in fin. Cur ergo non reuocabũtur etiam isti contractus tamquam meticulosi sicut illi qui fuerunt per vxorem pro marito facti?Magna res est hæc propter innumeras obligationes,quæ ad præsens existunt io hac pronincia pro domiois per vassallos factæ, sed iuuemus miseros vassallos, qui quotidie cõpelluntur sẽ se pro dominis in totum exinanire,& flentes soluere quod illi ridentes consumpsere. A paucis vidi hoc tẽtatum,sed scio causam nunc de hoc duci in Senatu inter creditores habitatorum Baroniæ de Bellpuig,& aliorum locorum Ducis Sessæ, & Vahenæ,coram egregio Senatore Hieron y. Altor, Actua. Hieron y. Bosch,vbiulteriùs confidunt vassalli se posse probare aliquos minarum actus positiuos. Exẽplaris est hæc causa ad multas alias.

58 Et tantò magis considere miseri vassalli debent

debent anullandas fore iſtas obligationes factas pro dominis, ſi conſideramus quòd vaſſallos obligantes ſe cum dominis in aliquo cenſuali, licèt æquè principaliter, non reputat Senatus pro principalibus, & veris debitoribus, quãdo de hoc cõtingit diſputari, ſed pro fideiuſſoribus, & ideò cõcedit eis quòd poſsint contra dominos agere vti fideiuſſores, ſi adſunt requiſita, ad liberandũ eos ab obligatione, quamuis id non promiſerint,
† prout in terminis *declarauit* Senatus die 30. Ianua. 1595. Relatore olim egregio Senatore Onophrio Ferran, inter Syndicum de Pinos, & nobilem Ioannem de Ioſa, vbi ſumitur pro motiuo ad declarandum vaſſallos fideiuſſores, nõ principales, *quia adhibiti illi fuerant intuitu, & contemplatione domini in mudam vtilitatem, & commoditatem ipſius.* Id quod de iure eſt expeditum, is enim di-
59 citur † principalis, ad quem pecunia peruenit, & res principaliter ſpectat, vt docet Hierony. Gab. in conſ. 63. num. 9. lib. 2. & Surd. deciſ. 308. num. 5.

60 Abſoluamus † hanc meticuloſam materiam tractando nonnihil de præſcriptione actionis quod metus cauſa, contingit enim non rarò quòd tanto tempore differunt obligati agere ad reciſionẽ contractuũ vt poſtea opponatur eis de præſcriptione. Dic quòd triginta annorum ſpatio, ſicut reliquæ actiones, hæc actio finitur, ad quod communiter allegatur Bal. in conſ. 189. lib. 5. Decius cõſil. 272. nu. 8. Anna ſingu. 341. prout eos refert, & ſequitur Carol. de Graſ. de excep. excep. 11. num. 62. & noſter Cancer. in 3. par. variar. reſolu. cap. 15. de renuntia. num. 243. & egregius Senator Hipoly. Montaner in additio. ad Olib. de actio. part. 2. lib. 1. cap. 9. num. 18.

61 Intelligitur † computando à die, quo ceſſauit cauſa metus, alias ea durãte, veluti quãdo adhuc viuit qui metũ cauſabat, præſcriptio non incipit, prout latè ſuprà probauimus in materia ratificationis contractus meticuloſi e x num. 23.

62 Optima eſt † ad propoſitum doctrina Sũmæ Angelicæ verbo mora. 1. verſ. Et iſtud eſt veriſsimum, Siluеſ. in eo. verb. q. 1. Tabien. in eodem etiam verbo num. 1. ac etiã Nauar. in manua. cap. 17. num. 79. & deniq; Ioan. Pet. Surd. in conſ. 296. num. 34. quatenùs aſſerunt creditorem qui metu teuerentiali ductus non petijt debitum, non pati præſcriptionem.

63 Et in muliere, † quę contrahit obligationẽ pro viro conſtante matrimonio quòd non currat tempus eo durante, ſed poſt, quia tũc ceſſabit cauſa metus, Bar. in l. fin. num. 7. ff. de condi. ob. turp. cauſ. Gam. deciſ. 347. num. 3. & 4. Maſcar. conclu. 10. num. 37. Sanches de matrimo. lib. 4. diſputa. 18. num. 7. & alij relati per Gab. Perey. deciſ. Portugal. 30. num. 14. A quo tamen diſcedimus in eo quod dicit videri debere mulierẽ poſt ſolutũ matrimoniũ agere intra decenniũ, quia imò habet triginta annos, vt probauimus. De iſto articulo erit de neceſsitate tractandum in ſupradicta cauſa Barouię de Bellpuig, quia ſi dinumeramus tempus à die obligationum, dicurſum eſt ſufficiens tempus ad præſcribendum, ſed ſi a die mortis domini, pro quo obligationes fecerunt, minime.

64 Sed non confidas † in regula, temporalia ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum l. purè §. fin. de dol. excep. & l. licèt C. de excep. cũ ſimil. de qua per Surd. deciſ. 64. num. 35. & Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 7. tit. 13. de præſcrip. defin. 6. expectando tẽpus quo conueniaris, vt de metu excipias.

65 Nam niſi te † excuſes quod non poteras agere quia adhuc viuebat is qui metum cauſabat, & ſic durabat eadem cauſa metus, vt diximus, non poteris obtinere excipiendo, quia quando quis potuit agere, & ius ſuum deducere in iuditio, tunc ſi id intra tempus non facit, non auditur poſtea excipiendo illud volens deducere, prout optimè declarat Anton. Gom. tom. 2. var. reſolu. cap. 6. de mutuo, num. 2. circa fin. Hæc habui quæ tibi de his contractibus meticuloſis dicerem, in quibus habebis, arbitror, quæ neceſſaria ſunt ad decidendum caſus in hac materia vſu frequentes. Reuertamur ad noſtram oppoſitionis, & optionis mulieris materiam, à qua diuertimus.

SVMMARIA.

1 *Superſedimenta fieri debent executionibus bonorum viri cum mulieres ſe opponunt, & vndè id introductum ſit.*

2 *Procedimenta in executione contra virũ, quæ fiũt poſt oppoſitionẽ, & optionẽ mulieris, etiã ante prouiſum ſuperſedimentum, ſunt nulla, & num. ſequenti vbi deciſ. noſtri Senatus, & ſignanter num. 10.*

3 *Index non eſt qui priuilegium tribuit eum illud declarat, ſed lex quæ illud concedit.*

4 *Sententia nullum ius nouũ dat, ſed quod quis habebat, declarat.*
Declarans nihil dicitur de nouo dare, ibid.

5 *Declaratio retrotrahitur ad tempus actũ.*

6 *Mulier facto, ad ſui inſtantiã, ſuperſedimento in executione quæ fit contra virum, debet curare expeditionem, & præſentationem litterarum indè emanatarum.*
Emptor vi & diſtrictu Curiæ, an ſit ſecurus ne poſſit ab eo res per alios auocari, ibidem.

In

In Aragonia ſolùm eſt in periculo intra annum.

7 *Creditor facto ſuperſedimẽto ad mulieris inſtantiã in executione quæ fit contra bona viri, an teneatur certiorare Officiales exequentes vt deſiſtant.*
Deciſio Senatus noſtri pro affirmatiua, ibidem.

8 *Sed contrarium declarauit poſtea Senatus in cauſa ſupplicationis, quòd imò id oneris incumbebat debitori.*
Procedimenta facta in aliqua executione antequam officialibus exequentibus præſentarentur litteræ ſuperſedimenti in ea prouiſi, declarantur in noſtro Senatu valida, ibidem.

9 *Idem eſt ſi currente executione concordant partes de danda aliqua dilatione, eam enim tenetur notificare debitor officialibus, aliàs procedimenta ſunt valida.*

10 *Sed id magis eſt de ſtilo, quam de rigore iuris, ſecundum quem creditori incumbit monere officiales, & eos facere deſiſtere ab illa executione.*

11 *Sequeſtra, & emparæ poſſunt fieri in reditibus debitoris ad inſtantiam creditorii ne ei ſoluatur quãuis ſit in eius bonis prouiſum ad mulieris inſtantiam ſuperſedimentum, & num. ſequent. vbi deciſ. noſtri Senatus optima.*

12 *Procedimenta permiſſa ſunt quæ fiunt ea ratione vt ſit vtrique parti magis eautum.*

13 *Sequeſtratio beneficij permittitur non obſtante appellatione emiſſa per tertium, qui habebat intereſſe.*

14 *Aeſtimatio bonorum viri in oppoſitionibus vxorum fit per expertos per partes electos, non per licitationem.*

15 *Mulier eſt ſatisfaciendа in ſua dote, & in ſpõ ſalitio ex bonis æſtimatis viri, ſed diuerſimodè ſi commoratur in terris regijs, aut in terris Baronis.*

16 *Mulier quæ ſe oppoſuit executioni, quæ fit in bonis viri, an habeat electionem, & optionem quorundam bonorum, vel mobilium vel immobilium prout ſibi placuerit.*

17 *Opinio negans.*

18 *Creditori non licèt pro ſuo credito eligere rem meliorem debitoris, ſed arbitrio boni viri debet habere aliquam mediocrem.*

19 *Iudex æſtimare debet quæ res debitoris ſit creditori pro ſuo credito tradenda.*

20 *Obligatus ad dandum aliquos reditus ex ſuis fundis non poteſt dare ex deterioribus, nec obligari ad dandum ex melioribus.*

21 *Mulier ſi ex forma ſtatuti repetens dotem poteſt habere poſſeſſionem bonorum viri, non poteſt eligere de melioribus.*

22 *Mulieribus commorantibus in terris regijs ſolùm videtur concedi in Cathalonia quòd elegant ſi ex mobilibus, aut ex immobilibus volunt ſatisfieri, ſed non ſi poſtea ex his immobilibus, vel ex illis.*

23 *Mulieribus commorantibus in terris Baronum nulla optio, aut electio à iure noſtro municipali datur.*

24 *Conſtitutio 9. titu. de executio de cenſals expenditur.*

25 *Caneer perpenditur, & laudatur.*

26 *Caneer defenditur ab impugnatione Oliba, & Deſpuiol.*

27 *Deciſiones noſtri Senatus probantes mulieri non dari optionem ex quibus bonis velit ſatisfieri, ſed id incumbere Iudicis officio.*

28 *Opinio affirmans mulieri dari electionem, & optionem ex quibus bonis velit ſatisfieri.*

29 *Creditor cum æſtimatio eſt facta de bonis viri inſtãte muliere, ſolet inſtare quòd illi mandetur eligat in quo velit ſatisfieri.*

30 *Vxor, cum maritus vergit ad inopiam, poteſt de iure communi vnum prædium etiam de melioribus ex bonis mariti eligere, ex quo ſatisfiat in ſua dote.*

31 *Omiſſum in iure municipali remanet in diſpoſitione iuris communis.*

32 *Illatio non fit ex diuerſis.*

33 *Deciſiones vbi ſunt in terminis, non ſunt quærenda argumenta.*

34 *Creditor cum recipit ſeu recipere tenetur ſuũ creditum in aliqua proprietate, id debet fieri de melioribus.*

35 *Mulieri ſemper Senatus tribuit electionem, & optionem in quibus bonis vult ſatisfieri cum ſe opponit executioni bonorum viri.*

36 *Senatus quandoque vtitur æquitate ad vitandum magnas expenſas circa oppoſitiones & optiones mulierum.*

37 *Mulier non obſtante quòd Iudex reliquerit, & aſſignauerit ei aliquid pro ſua dote eum agitur de executione bonorum illius, poteſt poſtea aliud optare, vbi pulebra deciſio Senatus.*

38 *Muliere non eligente in quo velit ſatisfieri, eligit Iudex ex officio.*

39 *Etſi multùm negligens mulier eſt, mandatur continuari executio in omnibus, vbi deciſ. noſtri Senatus, ſed non placet id auctori.*

40 *Mulieri an competat priuilegium optionis etiã poſt mortem mariti ſit aliqua executio in illius bonis.*

41 *Opinio negans.*

42 *Executiuè non poteſt procedi contra maritum pro obligationibus per eum firmatis, niſi dum viuit.*

43 *Vxoris nomen non vſurpat mulier niſi viuente marito.*

44 *Lex vna aliam declarat.*

45 *Opinio affirmans mulieri mortuo viro competere*

tere priuilegium optionis. Vbi plures deciſiones noſtri Senatus.

46 *Conſti. 7. ſub tit. de exceptio de cenſals, perpenditur.*

47 *Vidua condemnata vt tenens & poſſidens bona viri, poteſt ſe executioni quæ poſtea fit in bonis per eam poſſeſſis, opponere, & optare.*

48 *Filius condemnatus vt hæres patris, poteſt executionem poſtea impedire opponendo ſe & optando vt hæres matris pro ſua dote & aliis iuribus.*

49 *Iura duo cum reſident in eadem perſona, remanent diſtincta, nec confunduntur, ac ſi eſſent duæ perſonæ.*

50 *Mulier impedit executionem in bonis dotalibus inæſtimatis oppoſitione proprietaria, ne in eis fiat executio pro debitis viri.*

51 *Mulier cum dotem habet datam æſtimatam, pro ea ſe opponit, & optat in executione, quæ fit contra virum eodem modo ac ſi in pecunia numerata ea conſiſteret.*

52 *Mulier cum vir vergit ad inopiam, poteſt in ſubſidium recuperare res dotales æſtimatas vbi deeſſ. noſtri Senatus.*

53 *Mulier in rebus per eam in dotem datis etiã æſtimatis præfertur creditoribus viri anterioribus.*

54 *Mulier an ſuis oppoſitione, & optione poſſit impedire executionem, quam conſtat ei nocere non poſſe propterea quòd remanent ſatis ſufficientia bona viro.*

55 *Facere quilibet tenetur quod ſibi non nocet, & aliis prodeſt.*

56 *Maritus non dicitur vergere ad inopiam quãuis contra eum aliqua inſtetur executio ſi illi multa bona remanent.*

57 *Mulieri non concedi beneficium optionis cum remanent viro ſatis ſufficientia bona, fuit bis declaratum in conſiſtorio verbali ſuæ Excellentiæ.*

58 *Sed contrarium eſt verius, vbi deciſio noſtri Senatui.*

59 *Mulier impedit cum ſua oppoſitione & optione executionem in bonis viri, nec vltra proceditur ad venditionem ſi mariti bona non ſufficiunt ad dotem ſoluendam.*

60 *Mieres impugnatur.*

61 *Aeſtimatio bonorum viri non eſt faciendæ prætextu oppoſitionis vxoris, cum oſtenditur bona non ſufficere ex magna parte ad ſolutionem dotis.*

62 *Creditor poſſidens pignus non tenetur permittere illud vendi ad inſtantiam ſecundi, ſi cõſtat non eſſe ſufficiens ad amborum ſatisfactionem, vbi deciſio.*

63 *Deciſiones noſtri Senatus in pulchris caſibus ſuper hoc factæ.*

64 *Creditor ſi emit in publica ſubhaſtatione bona debitoris, non cogitur deponere pretium ad inſtantiam aliorum creditorum, ſi monſtrat non ſufficere illud pro aliis, vbi deciſ. noſtri Senatus.*

65 *Præceptum de faciendo verbum in Senatu multum frequentatur Barcinone, & in ciuitate Neapolis reſpectu Iudicum inferiorum.*

66 *Mulier pro ſua dote non præfertur creditori in aliqua proprietate antequam illa efficeretur viri, quamuis antea mulier feciſſet ſibi obligari bona præſentia, & futura.*

67 *Obligatio, & hypoteca bonorum futurorum nõ acquiritur niſi ex die acquiſitionis, quam facit ille qui obligauit.*

68 *Creditor quilibet defuncti præfertur cuilibet creditori, quantumuis anteriori hæredis illius.*

69 *Creditor anterior ſemper præfertur alij poſteriori, etiam in rebus poſtea acquiſitis, cum duo ſunt eiuſdem perſonæ creditores tempore acquiſitionis.*

70 *Venditor pro pretio non præfertur in re venditа aliis creditoribus anterioribus.*

71 *Mulier pro ſua dote, etiam ſi ſit poſterior creditrix, poterit ſe opponere executioni, quæ fiet per venditorẽ pro pretio, & illam impedіet cum dicta oppoſitione.*

72 *Niſi de ſpeciali hypoteca venditor ſibi prouiderit, quia tunc præfertur aliis anterioribus creditoribus, vbi deciſ.*

73 *Dum hæc fiant ſimul & ſemel antequam dominium tranſferatur in emptorem.*

74 *Venditor qui conſenſit quòd de pretio ſibi crearetur cenſuale cum ſpeciali hypoteca rei vẽditæ, præfertur pro illo & pro penſionibus omnibus creditoribus etiam anterioribus, vbi deciſiones noſtri Senatus.*

75 *Fides cenſetur habita de pretio in venditione cum prò pretio creatur venditori cenſuale aliquod.*

76 *Creditor cenſualis cum præfertur aliis creditoribus pro cenſuali ipſo, præfertur etiam pro penſionibus etiamſi debita ſint contracta ante decurſas dictas penſiones.*
Anterior pro capitali eſt etiam anterior pro interuſurijs, ibidem.

77 *Venditori licitum eſt in re propria cum illam vendit, apponere pactum quod voluerit.*

78 *Etiam dicendo quòd vult bona vendita eſſe ſibi taliter obligata vt præferatur quibuſcunque aliis creditoribus etiam anterioribus, ibidem.*

79 *Debitor in acquirendit poteſt præiudicare creditoribus.*

GLOS-

GLOSSA II. PARS VIII.

Prosequitur materia oppositionum, & optionum mulierum, cum fiunt executiones in bonis virorum, quæ in superioribus incepta fuerat.

Et iterùm, de prælatione mulierum in ordine ad alios creditores.

1 DIximus quòd supersedēdū esse in executione debet prouidere Iudex donec æstimatio sit facta & assignario mulieri cū se opponit executioni, quæ fit io bonis viri, & oprat de illius bonis pro suis dote, & sponsalitio. Quod non disponit Regia pragmatica, nec alia iura nostra dehac re loquentia, sed communi vsu introductum fuit ex mente, vt arbitror, eiusdem pragmaticæ, quæ vult quòd facta prr mulierem oppositione, & optione, *fiatim* (inquit) *primitùs & ante omnia, fiat æstimatio bonorum, &c. & facta æstimatione, &c. fiat satisfactio mulieri de dote, seu sponsalitio suo, &c. itaque volumus, quod sit in electione mulierum vtrū velint recipere bona mobilia, &c. & post quā* (inquit in fin.) *complementum sit indè factum, de eo quod residuum fuerit de prædictis bonis, & de mobilibus fiat solutio integra creditoribus, &c.* Hęc præsupponunt de necessitate supersedimentum, aliàs enim adimpleri nō possent, si interim continuarentur executio, & bona venderērur, vt parer ad sensum. Indè introductum exiltimo quòd supersedimenta in his in continenti prouideārur, sicut inconcusse ex grnerali obseruantia, si mulier venit cum suis legitimis requisitis, prouideri solent. Et licèt istud particulare de supersedēdo in execurione, & seu de ea impediēda per oppositionem non dicar Regia pragmatica, habet tamen optimum in iure fundamentum, vr habes apud Aufrer. ad Capel. Tolos. decis. 338. & Anton. Thesau. ac filiū additionatorem decis. 207. & denique nouissimè apud Aloys. Ricci. collecta. 1914. par. 5. vol. 2.

2 Id quod adeò † verum exiltimo vt facta oppositione, & optione licet in continenti Iudex non prouideat supersedimentum, vel ex contradictione partis, vel aliàs, si ad vlteriora proceditur in execution e, & aliqua bona distrahuntur, & postmodùm apparet de requisitis ad obtinendum in oppositione & optione, nulla fmr, & nulla debent iudicari procedimenta prædicta post oppositionē & optionem facta, tanquam impeditiua oprionis. Rario est clara, & aperta † quia non promsio Iudicis supersedentis priullegium rribuit, sed pragmatica Regis concedentis.

3

4 Cum per sententiam † nullum ius nouum detur, sed tantùm ius quod mihi competit, declaretur, & qui declarat nihil de nouo dat Alhe. in l. sicuti 7. §. sed si quæratur n. 4. vers. Item nota hic casum, post glos. ibi, in verbo declarari, ff. si seruit. vendite. cum aliis adductis per Srephan. Graria. qui latè discursum extendit discep. forēn. 464. ex num. 18. lib.

5 3. Surd. cons. 288. num. 10. lib. 2. Quæ † declaratio sine dubio retrotrahitur ad tempus actus glos. in cap. cùm tu, de vsur. Crot. consil. 77. num. 20. lib. 1. Surd. cons. 192. num. 10 lib. 2. & Gratia, vbi suprà, & ego latiùs probatum reliqui in 1. tom. clau. 4. glos. 5. ex n.

* 15. Atque ita *declaratum* reperio per egregium olim Senatorem Guilirr. Snuyer, prouisione facta 7. Ianua. 1589. in causa N. Vrgell, contra Vniuersitatem de Guissona, quæ declarario licèr per eum Doctorem solum sine Senatu facta fuerit, magnam tamen habet auctoritatem propter eam, quæ summa est, quam habent labores huius Doctoris, quos habemus manuscriptos. Quod postea in eodem processu alijs prouisionibus, & sententia Regia diffinitiua in eo lata fuit per

† Senatum *approbatum*, saltem non reprobatum, Scriba Bosch. Idem vidi declaratū per egregium Senatorem Primarium Ioannem Gallego, licèt etiam solum, die 7. Decemb. 1613. in causa Monserrati Oliuer contra Alexium Gil ciuitatis Tarraconæ, Scriba Perez. Nec deficit Senatus auctoritas, is enim Relature egregio Senatore Ioanne

† Magarola idem expressè *declarauit* 1. Iulij eiusdem anni 1613. in causa Syndicide Oliana, & Elisabethæ Verdeny, Scriba Reig.

6 Facto & prouiso † isto supersedimento, & intimato parti, vel eius procuratori, qui pro ea causam ducit, exercutio debet sistere. Sed vidi persæpè quęsitum licèt non quoad mulierem, cuius iam diximus, & repetimus infrà, ius esse saltum ex sola oppositione, & oprione, & ex die quo factæ fuerunt: nec etiā respectu alicuius tertij, qui oppositione proprietaria se opposuisset, cuius ius semper saltum remaneret vt posset rem consequi nihilominùs ab emptore faciendo eum citari ad caulam, & prosequendo contra eum oppositionem, sicut quotidie practicamus: sed respectu eiusdem debitoris, qui ex aliqua causa supersedimentum prætenderet, ad tradita per Hieron. Portoles in schol. ad Molin. verb. executio num. 34. vbi asserit, quòd si non se opponit iste tertius executioni, non

propte-

propterea perdit ius suum, sed potest rem postea via ordinaria petere, nisi sit ei præscripta actio, quæ (inquit) in Regno Aragonum, ex peculiari iure, durat anno dumtaxat à die cridæ, seu præconij computando, quo elapso emptor curię tutus est, quod tam breue tempus introductum dicit vt facilius inueniantur emptores scientes breui tempore securos futuros. Quæ tu poteris addere alijs à nobis traditis clau. 5. glos. 8. pár. 8. ex nu. 48. vt videas si esset sufficiens remedium ad ruendum emptores similis vel alterius temporis præfixio, quæ fieret in Cathalonia, post quàm non obstantibus ibi adductis, ex traditis per Portol. hic, non videtur simpliciter, & absolutè emptor securus ex eo solo quòd auctoritate publica emit. Vidi, inquâ, persępè quæsitum quid faciendum in isto casu quando executio fit extra locum Iudicis vbi ducitur causa, & sunt officiales in actu, & exercitio executionis. Communiter consulimus, & consulere solemus quòd mulier faciat extrahi litteras, quas mitat ad locum vbi fit executio, & præsenter eas officialibus, & ita communiter practicatur.

7 Vidi tamen † in facti contingentia, relatore egregio olim Senatore Narciso Paulo Regas, in causa Vicecomitis de Euol contra donRaymun. de Blanes, & de Centelles, sub
† die 18. Decemb. 1596. per Senatum *declaratum*, creditorem in isto casu teneri officiales certiorare vt desistant, aliàs lapso rempore necessario ad certiorandum omnia sunt nulls, Scriba erat Bretons.

8 Magna dererminatio † si transisset absque contradictione. Cum autem multùm dura videretur, saltę secundũ quòd apud nos cómuniter practicatur, & obseruatur, apudquos sępe r isto onere oneratur debitor, qui facit diligentias, non creditor, volui videre processum vt certificarer quem successum res habuisset, & reperi, quòd in alia Aula Relatore egregio iridẽ Senatore Primario Ioanne
† Gallego in gradu supplicationis *commutata* dicta prouisio fuit, sub die 4. Iulij 1598. dicendo expressim *quòd qui supersedimentum obt inuerat, tenebatur suis sumptibus litteras supersedimenti prouisas extrahi facere, & expediri, illasque officialibus in executione existentibus, ac illi intendentibus præsentari facere*, cumque id culpa debitoris in casu de quo agebatur, non fuisset factum, declaratũ fuit *executionem fiẽdam per officiales litteris eis nũ notificatis, legitimè factà fuisse*: reperies hanc declarationem in supradictæ causæ processu penes Brotons. Et in alio mox referendo, vbi exhibita pro exemplari fuit.

9 Successit alius † casus similis in Curia Vicarij Barcinone de anno 1611. in causa Hieronymæ Cahors contra Paulum Prexens, Formacopæum huius ciuitatis. In quo dictus Prexens vigore cuiusdam retroclami exposiri contra dictam Cahors misit officiales ad faciendum executionem, & dum ea fieret, venerunt partes ad concordiam, in qua dictus Prexens concessit quandam dilationem debitrici ad soluendum, & quia dictus Prexens non certiorauerat tam citò vt ipsa voluisset, officiales vt desisterent ab executione, prætendit dicta Cahors omnia processimenta per dictos officiales post dictam dilationem datam fuisse nulliter facta & one
† ri dicti Prexens debuisse cedere, sed *succubuit*, primò in Curia Vicarij Barcinonæ, vbi negocium in prima instantia tractabatur, die 30. Ianua. anni supra relati, quia fuit dictum *id oneris nõ incumbere creditori, sed debitori,*
† *cuius interest ne executio continuetur*. Et *succubuit* postea secundò in Regia Audientia in causa appellationis Relatore egregio tunc Senatore, & nuper cum hæc prælo dantur, in Regentem Cancellariam euecto Michaele Sala 25. Maij. 1612. vbi fuit confirmata prouisio Curiæ Vicarij Barcinonæ, Scriba erat Ioannes Prats.

10 Sed est bonum † quòd animaduertas dictam reuocationem, seu commutationem factam refereńte Gallego magis processisse, & fundatam fuisse in communi stilo Regiæ Audiẽtię, de quo suprà dicebamus, de quoq; in processu attestati fuerunt plures periti Notarij in his multùm versati, quàm in dispositione iuris, cuius rigori innitebatur prouisio facta Relatore Regas. Quod enim in isto casu creditor teneretur certiorare procuratorem, & officiales, ne vltrò procederẽt aliàs sit in culpa, sunt inter alia duo insignes loci, vnus apud Lappum allega. 127. Anatasius, nom. 5. & 6. & ibi additio, littera N. quæ in terminis adducit Geminia. in cap. eum qui ad fin. verf. Et posito, de præbendis 6. secundus apud Lancello. de attenta. part. 1. cap. 1. de attenta. à par. nu. 16. cum sequentib. In quibus locis potest fundari quod de attentatis, oppositione, & optione pendente secundum iuris dispositionem diximus, ne videatur tam durum prour aliquibus hæc ignorantibus vidi visum fuisse. Consulendum igitur est debitoribus rutior via, quæ est, quam ego semper soleo consulere in casu quo obtinuerunt ex aliqua causa supersedimenta, curent extrahi facere litteras supersedimenti, & illæ præsententur quàm primum fieri poterit, tunc nulla erit excusatio si ad vlteriora proceditur.

11 Dubitari tameo † vidi in hac materia de casu multùm frequenti, vt ecce prouisa est executio contra aliquem, inuentariata sunt

bona

bona vigore executionis;opponit ſe mulier, & optat, & obtinet ſuperſedimentum vt ſuprà , quod clarum eſt impedire ne poſsit procedi ad vlteriora in executione. Vult creditor quòd omnia bona debitoris ponantur in tuto , vt ex eis poſſit facilùs ſatisfieri,& videns quòd debitor recipit diuerſos reditus annuales , quorũ recuperationẽ, & exactionẽ, ac conſumptionẽ per maritũ faciendã nõ poteſt aliter impedire,quã per viã emparæ,ſeu ſequeſtri ponendi in dictis redditibus. Dubitatum fuit,an id poſsit fieri. Quibuſdam viſum eſt quòd non,cum videantur hæc procedimenta præiudicialia ſuperſedimento,quo ſtante nihil innouandum eſſe, eſt plus quàm manifeſtum, & per conſequẽs ſunt etiam præiudicialia optioni vxoris , ob quam ſuperſedimentum eſt prouiſum. Sed ego, nec immeritò, contrarium ſemper prætendi,& defendi.

12 Ratio eſt † clara,quia per hæc procedimẽta nullum fit præiudicium mulieri , nec eius optioni,ad quod iura noſtra attenderunt , & Doctores etiam, volentes eſſe ſuperſedendũ in executione poſt factam optionem,quia ſi procederetur in ea,iam illud quod diſtraheretur non poſſet optari , imò ſunt procedimenta, per quæ & mulieri & creditori, & ſic vtrique parti eſt magis , ac melius cautũ, ob quod non poteſt mulier de prædictis procedimentis conqueri,per l.adoptiuus §.1.de rit.nup.Menoch.de arbit.iudi.caſ. 199. nu. 13.Giurb.deciſ.Sicil.60.num.16.cum adductis per eos,& multificatur etiam per ea , quæ habentur in deciſ. Rot. Roman. 4. aliàs 390. ſi feratur , de ſequeſt. poſſeſ. & fruc. in nou.& deciſ. 11.aliàs 349.nota quòd ſi feratur,de re iudi.in antiq.

13 Vbi dicitur † quòd ſi feratur diffinitiua contra poſſeſſorem beneficij, & tertius tanquàm habens intereſſe,ab ea appellet,nõ obſtante huiuſmodi appellatione,poteſt Iudex ſequeſtrare poſſeſsionem beneficij,iuxta Clement.1.de ſequeſt.poſſeſ.& fruc. ea ratione quia hoc videtur potiùs vtile,quàm damnoſum ipſi appellanti,qui in euentum victoriæ reperiet fructus per idoneam perſonam cõſeruatos,ſequitur Lancello. de attenta. par. 2.cap.12.de attenta.appella. penden. limita.4.num.11.quæ non eſt difficile accommodare caſui noſtro. Atque ita reperio in Sena-

† tu expreſsim *deciſum* Relatore egregioSenatore N.Font Paſtor 29.Maij 1584.inter don Hierony.de Cabrera,& Iſabelam Corbera, *quòd non obſtante optione, & ſuperſedimento poſſint fieri emparæ.* Sic etiã de meo tẽpore vidi obſeruari.Inſtabat dõ Hierony. Vila executionem contra Bernardum Monjo mercatorem huius ciuitatis, oppoſuit ſe vxor executioni pro ſuis dote, & ſponſalitio, & ſuperſeſſum fuit executioni iuxta Regiam pragmaticam. Inſtauit creditor quòd logeria, & arrendamenta terrarum , & alij reditus,quos recipiebat dictus Monjo , quique inuentariati fuerãt in actu executionis,depoſnerẽtur in tabula depoſitorũ cõmunis huius ciuitatis,dicti & ſcripti alteri ex Virgarijs Regiæ Audientiæ ad ſoltam Relatoris,prout in ſimilibus dẽpoſitis eſt fieri aſſuetum,interim dum fiebat æſtimatio,vt indè ſatisfieret vel ipſi mulieri,vel creditoribus, atque ita fuit

† *obtentum* prouiſione per egregiũ Senatorẽ FranciſcumFerrus,licẽt nõ facto verbo,partetamen,licèt non à principio , ex poſt approbante,quæ poſt interpoſitam ſupplicationem deſperans de victoria,ei renuntiauit,facta die 24.Octob.1608.Scriba Agramunt, eo motiuo, *quia per id vtrique parti conſulebatur,nullum damnum mulieri,nec eius optioni inferebatur.* Hæc nota quia docent bonũ modum occurrendi cauillis mulierum , quæ vt plurimùm illas oppoſitiones faciunt ad impediendum ne creditores recuperent ſua credita,ipſa & viro ſuo interim bonis gaudẽtibus & fruentibus , iuxta quod prot rahunt in infinitum cauſas iſtarum oppoſitionum, quod non facient ſi interim,ſicut ſuprà dictũ eſt,contra eos proceditur,ſolùm reſtat tunc remedium mulieri optandi fructus, & reditus,qui emparantur,vel ſequeſtrantur ſiuult, quod cedet commodo creditorum, cum hac via exonerentur bona debitoris hoc credito mulieris dotali, quod eſt eis tam præiuditiale,& nociuum.

14 Poſt hęc proceditur † ad æſtimationẽ bonorum faciendam per expertos per partes ad id electos , non per licitationem vt volebat Capi.deciſ.41.qui in hoc reprehenditur a Mar. Giurb.deciſ.16. num.22. & cum Giurb.ante eum tenuerunt Vrſil.in additio. ad Affict.deciſ.199.Fran.deciſ.94. cũ alijs adductis per eundem Giurba, Hiero. Gabr. in conſ.147.num.5. lib.1. qui loquuntur in caſu quando mulieri eſt aſsignandũ de bonis mariti pro dote ob illius vergentia m ad inopiam,atque ita communis praxis in hoc Principatu obſeruat.

15 Ex bonis æſtimatis † fit ſatisfactio mulieri in ſua dote,& in ſponſalitio, ſi commodo ratur in terris regijs , electione ſibi data ſi in mobilibus,vel in immobilibus vult ſatisfieri,& in terris Baronum præciſè debet contentari quòd fiat ſibi ſatisfactio in immobilibus, remanentibus mobilibus vt in eis fiat executio per creditores, & eis non ſufficientibus continuatur executio in reliquis immobilibus demptis illis,quæ ſunt neceſſaria ad ſatisfactionem iurium ipſius mulieris

lieris, provt expressim disponit regia pragmatica sæpè allegata in tit. de priuileg. dotal. in 2. vol. cõstitu. quæ difficultatem tollit, & rem claram efficit.

16 Sed dubium est † quomodo debeat fieri ista satisfactio, si per adiudicationem, quam faciat Iudex de eo quod sibi beneuisum sit, & magis conuenire apparuerit ex bonis æstimatis, an verò optione data mulieri eligendi illa bona, quæ voluerit in satisfactionem vsque ad concurrentem quantitatem suorum creditorum dotis, & sponsalitij, etiam si sint de melioribus hæreditatis. Quæ est quæstio satis intricata, & non parùm difficilis si attendas ad infrascripta.

17 Qua in re, † prima quidem fronte videtur non competere mulieri electionem, & optionem, sed imò Iudicis arbitrio fore faciẽdã adiudicationẽ de mediocribus. Quia in

18 primis † si respicis ius commune, illud te docebit creditori non licere meliorem tem debitoris eligere pro credito suo, sed arbitrio boni viri habere aliquam rem mediocrem, vt dicunt glos. Bar. Bal. & Salice. in l. quamdiu C. de distrac. pig. & ex communi refert Neguſan. de pignor. 6. par. 1. memb. nu. 22. latissimè Bursar. in hac materia viden. in

19 cons. 84. ex nu. 11. lib. 1. Menoch. Qui † qualis res sit creditori tradenda, Iudicem debere æstimare docet, & inter arbitraria iudicum istud constituit, vt videas quàm longè absit ab electione, & arbitrio partis, de arbitrar. Iudi. cas. 163. ex num. 21. 24. & sequent. Boer. decis. 46. Anton. Gab. in suis commuta. conclu. lib. 6. de legit. conclu. 4. num. 3. & 16. Bursa. vbi suprà num. 12. Mulierem autem in isto casu esse creditricem, iureque creditritio agere, nemo dubitat: non enim aliò tendit eius oppositio nisi vt suum creditum recuperet.

20 Deindè obligatus † ad dandum tot reditus ex fundis, vel stabilibus suis sicut non potest deteriores dare, sic etiam non possunt ab eo peti meliores, sed mediocritas attendi debet, ita est rex. quem ibi not. omnes in l. si quis argentum §. 1. vbi glos. C. de de dona. Boer. decis. 19. num. 9. Bursa. loco cita. num. 13.

21 Finaliter in terminis † decidunt Bart. Bal. & alij in l. si ex falsis C. de transac. quòd si ex forma statuti mulier repetens dotem potest habere possessionem bonorum viri secundum Catastrum ciuitatis, non eligit meliorem partem rei catastratę, vt dicitur, ad raram crediti sui, sed promiscuè de vnis atque de aliis, & sic de mediocribus, sequuntur Boer. in cita. decis. 46. n. 7. latè Borgni. Caualca. in tracta. de tutor. & curator. num. 250. qui ex his conquetitur de quibusdam iudicibus, qui ad id non attenderant in certa facti cõtingentia, pompososos appellans, quòd nisi viderent textum, nolebant vni Doctori credere &c. Bursa. vbi suprà num. 14. in his viden.

22 Si ius nostrum † municipale attendis, reperies quòd nec illud istam optionem, & electionem tribuit, sed solùm, vt dixi (faciendo differentiam inter vassallos domini Regis, & vassallos Baronum) si mulier commoratur in terris domini Regis conceditur ei electio, & optio si vult solui, & satisfieri de bonis mobilibus, an de immobilibus, sed electis illis vel istis, alia postea ex alijs non conceditur electio, aut optio, provt apparet ex verbis pragmaticæ, ibi, *Et facta æstimatione rerum mobilium fiat satisfactio mulieri de dote, seu sponsalitio suo de rebus mobilibus, & si res moviles nõ sufficiunt ad dotem suam, & sponsalitium, fiat sibi complementum de bonis immobilibus: Itaq; volumus quòd sit in electione mulierũ viru velint recipere bona mobilia, vel immobilia pro dote,*

23 *& sponsalitio earundem &c.* Si verò † mulier non commoratur in terris domini Regis, sed alicuius Baronis, tunc nulla electio, vel optio conceditur ei etiam inter bona mobilia, & immobila, sed ptęcisè statuitur satisfaciendam esse mulierem de bonis immobilibus, remanentibus mobilibus pro satisfaciendis alijs creditoribus, prouti apparet ex illis verbis pragmaticę, ibi, *De alijs verò mulieribus non commorantibus in ciuitatibus, & villis nostris volumus quòd mulieres ipsa teneantur recipere dotem, & sponsalitium suum in bonis immobilibus, quoniam volumus quòd de bonis mobilibus fiat plenaria solutio Iudæis, & alijs creditoribus dictorum virorum suorum &c.* En qualiter regia pragmatica, in qua hæc fundantur, nihil loquitur de ista optione.

24 Solùm constitu. 9. † sub tit. de *executio de censals*, aliquid de ea dicit, sed in casu particulari cum executio fit in bonis viri post illius mortem, ipsa muliere renente, & possidente bona prædicta pro suis dote, & spõsalitio in vim consti. hac nostra, & adhuc in isto casu vult constitutio intrare debere arbitrium Iudicis, non ex sola voluntate mulieris rem expediendam, ibi, *segons arbitrament, è estima del dit official executãt a cõsell de son Assessor, o Iutje que bo puga ser &c.*

25 Quæ mihi † optime percepisse visus est noster Cancer. in 1. par. varia. resolutionum cap. 9. de dot. & dona. propter nup. ex nu. 17. quatenùs dicit optionem, quæ conceditur mulieribus in pragmatica sæpè citata, solùm cõcedi mulieribus, quę degunt in oppidis regijs, in quo verum proculdubio dixit,

cum vt docuimus, optio quæ conceditur in dicta regia pragmatica, ſolùm concedatur eo reſpectu ſi vult mulier ſatisfieri ex mobilibus, an ex immobilibus, quę clarè inibi denegatur aliįs mulieribus in terris baronum commorantibus: benè ergo dixit is Doctor, quem etiam in ſuis principijs pauca ex abſconditis in intre latuerunt, quòd mulieribus iſtis vltimis nõ conceditur optio in
26 vim pragmaticæ, licèt in † hoc eum poſtea reprehendere voluerit egregius olim Senator Anton. Oliba in 2. relectio. §. fuerat nu. 3. Inſti. de actio. & poſt eum noſter etiam Sigiſmũdus Deſpujol in additio. ad Mieres ſuper conſti. hac noſtra num. 98. & 99. Nec arbitror ex allegatis per eos remanere iuſtificatam reprehenſionem.

Si ergo iura noſtra municipalia aliud non faciunt quàm præcipere ꝙ in caſu, quem tractamus, fiat imprimis ſatisfactio de bonis mobilibus, vel immobilibus æſtimatis reſpectiuè eo modo quo dictum eſt, ſequitur intrare benè quod ſuprà diximus in vltima ratione ſuprà propoſita, quòd ſi ex forma ſtatuti mulier repetens dotem poteſt habere poſſeſſionem terum viri &c. non conceditur ei poſſe eligere, quod ſibi placuerit, ſed arbitrio boni viri, & miniſtèrio iudicis hæc erunt expedienda.

27 Hæc pars † videtur non ſemel in Senatu amplexa, & ſignanter memini quòd de anno 1602. referente egregio olim noſtri Senatus Senatore, nunc autem in ſupremo Coronæ Aragonum Concilio Regente Don Salvatore Fontanet, in quadam cauſa nobilis Ioannis de Vilanoua contra Franciſcum Maria de Arria, poſt factam æſtimationem
† nulla data electione mulieri, fuit *prouiſum, quòd continuaretur executio in reliquis bonis viri, excepta quadam domo æſtimata ad certã quantitatem, quæ ex officio fuit mulieri adiudicata pro ſuis creditis*. Actuarius erat Barlomæus Balle.

Deindè referente egregio Senatore Ioſeph. Ferrer in cauſa Michaelis Ioannis Grimoſachs, cõtra nobilem Franciſcum de Gilabert, ſententia in cauſa ſupplicationis lata 21. Maij 1613. commutando prouiſionem in fauorem nobilis vxoris dicti de Gilabert, qua fuerat ſimpliciter prouiſum ſuperſedimentum, & iuſſum fieri æſtimationẽ,
† & reliqua in forma ſolita, fuit *dictum, quòd ſolùm ex bonis optatis per mulierem, quæ erãt mobilia, & immobilia viri, fieret æſtimatio vſque ad quantitatem dotis & ſponſalitij quæ erant plusquàm ſex aut ſeptem mille librarũ, & in reliquis continuaretur executio*. Ex quibus apparet non placuiſſe Senatui opinionẽ quòd mulier eligeret, ex quibus bonis ſibi vellet eſſe ſatisfactum, ſed imò id Iudicis officio incumbere.

28 Sed his non obſtãtibus † communi praxi in Cathalonia introductum eſt, & ita inconcuſsè obſeruatur quòd mulieres cõmorãtes in terris domini Regis eligant nedũ ſi volunt ſatisfieri in mobilibus, vel immobilibus, ſed etiam & ex illis, in quibus. Et in commorantibus in terris Baronum electio etiam datur ex quibus immobilibus velint ſatisfieri. 29 Ad quod † facta æſtimatione ſolemus qui partes creditorum agimus, petere mandari mulieri intra certum terminum electionem faciat, de quo ſatisfieri velit, vt in reliquis bonis poſſit continuari executio, atque ita prouidẽt Iudices ſine difficultate. Quod eſt tam notorium in hac Prouincia, vt comprobatione non egeat.

30 Sed quomodo † potuit introduci hæc cõſuetudo, communis obſeruantia, & communis praxis? optimè, ex iure communi, ſecundum quod docent Doctores marito vergẽte ad inopiam, licere vxori ex multis prædiũ vnum eligere, aut petere, fortè (inquiunt) de melioribus pro aſſecuratione ſuæ dotis, & donationis propter nuptias, quam nos ſponſalitiũ dicimus, vſq; ad cõcurrentẽ qnãtitatẽ, Bar. & Alex. in l. ſi conſtante ff. ſolu. matri. Moro. de iu. offeren. nu. 9. Capici. deciſ. 46. num. 4. Gayl. obſerua. 92. num. 13. Vrſil. ad Afflic. deciſ. 9. Fab. de Anna conſ. 63. nu. 2. & 3. Ioan. Gutier. conſ. 19. num. 13. ac alij adducti nouiſſimè per Mar. Giurb. deciſ. Sicilię 16. num. 19. Quibus adde Hieronym. Gabr. in conſ. 147. lib. 1. & Stephan. Gratia. diſcepta. foren. 489. ex nu. 15. lib. 3.

31 His non derogauit † ius noſtrum municipale, nec derogaſſe cenſendum eſt, cum nihil tale dicat, nec de hoc puncto loquatur, ſed tamquam omiſſum reliquit, & reliquiſſe cẽſeri debet in diſpoſitione iuris communis, à quo interpretationem accipere debet, vt eſt notum, nihil ergò mirum ſi quamuis iura noſtra ita non diſponant, ſit hæc praxis introducta, ſufficit enim non prohibuiſſe.

32 Ad contraria † non eſt difficile reſpondere, quòd non loquuntur in iſto caſu repetitionis dotis cõſtante matrimonio ob inopiam viri, in quo hæc particulatiter de iure communi introducta leguntur, ſed in alijs caſibus diuerſis, ex quibus non poteſt fieri illatio, vulga. l. Papinianus exuli, cum ſimul-
33 de minor. Et vbi habemus † deciſiones in terminis, non eſt recurrendum ad argumenta, aut regulas generales, quæ poſſunt, & ſolent ſæpè nos fallere, Deci. conſ. 2. num. 11. & conſ. 32. num. 18. & conſ. 68. num. 9. Borgnin. Caualca. deciſ. 15. num. 4. par. 1. & in ſuo indice, verbo, deciſiones, Trauſa. in deciſſ.

deciſſ. Venet. in præfatio. num. 12. cum ſequent. & Cæſar Barzi. deciſ. Bonon. 16. n. 2.

34 Et præterea † non eſt nouum concedi creditori, qui ſuum creditum recipit in aliquo fundo, vt poſſit meliorem eligere, vti habetur in auctẽ. hoc nili debitor C. de ſolu. cum ibi notatis.

35 Ad primam † deciſionem Senatus, fateor ita factum fuiſſe ptout ſuprà dixi, ſed iam docui quòd inconcuſsè ſeruat Senatus contrarium, dando electionem vxori, à qua cõmuni praxi non eſt proprereà recedendum.

36 Idem dico ad vltimam. Et cum † res noua vira fuiſſet quæ inibi declarata fuit, volui ſciſcirari ab vno ex egregijs Senatorib', qui deciſioni interfuerunt, quamobrem in ea à communi curſu receſſiſſent? cur bona omnia debitoris æſtimari noluiſſent, vt eis æſtimatis poſſet mulier vnam aut aliam rem pro ſua dote, & pro ſuo ſponſalitio accipere prout ſibi beneuiſum fuiſſet ſicut fieri ſolet. Reſpondit quòd ptopter æquitatem, quæ verſabatur ne quis indebitè magnis ſumptibus, & expenſis vexaretur. Erat hæreditas ingens, & maxima multorũ vaſſallorum, & aliarum rerum valdè prętioſiarum, & quantitas modica, pro qua fiebat executio. Viſum fuit non onerare creditorem impenſis tam magnæ æſtimationis pro modico per eum recuperando faciendis, ſed earũ rerũ tantùm, quæ ſufficerẽt ad dotis, & ſponſalitij ſolutionem. Optima æquitas, ſi antiqui eam admiſiſſent, talitèr quòd nunc ex longæua obſeruantia, quæ ſequuta fuiſſet eorum qui nos præceſſerunt, dicere poſſemus, ſicut de alijs iuribus patriæ paſſim dicimus, quòd hanc regia pragmatica recepit interpretationem, per quam fieret quòd citra aliquod damnum, & præiudicium mulierum ſua credita creditores recuperarent, & tunc modicam haberet res difficultatem, etiam ſi obſeruãtia videretur repugnare litteræ, prout non ſemel & in primo & in hoc 2. tom. de magna vi, & virtute obſeruantię agentes diximus, ſed cum contrariũ obſeruantia admiſerit, non videntur mutari debere quæ certam habuerunt interpretationem. Optarem quòd ita vt obſeruauit in dicta declaratione Senatus, introduceretur, vel in curijs generalibus ſuper his prouideretur, propter commodum quod indè reportarent omnes, nullus meo iudicio, damnum aliquod, quod ſit conſiderabile.

37 Adeò firmum † & ſtabile eſt mulieribus iſtud ius eligẽdi, & optandi abſque eo quod miniſterium aliquod ea in re habeat Iudex, vt cum contigiſſet de anno 1618. quòd coram egregio Senatore Don Petro Soler pro parte Magdalenę Xammar inſtaretur executio in bonis, quæ fuerant egregij itidem olim Senatoris Ioſephi Benach per Matiãnam de Calders illius primam vxorem poſſeſſis: dicta de Calders ſe oppoſuit executioni, & optauit generaliter bona mariti in forma ſolita. Facta oppoſitione fuit proceſſum ad æſtimationem. Et quia per eam conſtitit domum quandam deffuncti, quam dicta mulier poſſidebat fuiſſe tanti æſtimata, vt ſufficeret ad ſecuritatem dotis, fuit prouiſum quòd cõtinuaretur executio in reliquis neutra parte de dicta prouiſione conquerente. Fuit ita factũ, & pecunia depoſita in tabula, cuius liberationem vſque ad concurrentem quãtitatem ſui crediti petijt dicta Xammar, fuit prouiſum quòd liberaretur, ſupplicauit dicta Calders dicendo quòd imò ſibi erat liberanda pecunia in vim ſuæ optionis, quã de ea faciebat. Et licèt oppoſitum fuiſſet quòd iam poſsidebat domum, quæ æſtimata fuerat ad maiorem quantitatem, quàm eſſet eius credita, quæ tacitè ei aſsignata fuerat pro ſua dote per Iudicem in illa prouiſione continuationis executionis tranſacta in iudicatum, de qua ſuprà non contradicente dicta Calders, & ſic ſaltem tacitè approbãte. Verùm his non obſtantibus cũ replicaſſet dicta Calders quòd ipſa nunquam optauerat, nec elegerat illam domum, & ſine optione Iudex non poterat illi eam aſsignare. Fuit ſententia regia in dicta cauſa ſupplicationis referẽte egregio, & primario Senatore Ioãne Gallego lata 12. Octobr. 1618. admiſſa † prætentio, & *declaratum* quòd Iudex primitiuus ad quem ſpectabat, ante decretum exequutionis, & ſic ante liberationem pecuniæ, de dicta optione debitam rationem haberet. Scriba eſt Hieronym. Boſch. Idem arbitror fuiſſet factum in illa Franciſci Marzia de Arria contra Don Ioannem de Vilanoua ſi petitum fuiſſet, cum quo omnis illius amaritudo fuiſſet ſublata.

38 Et ſi mulier † intra terminum ei aſſignatum, ſicut ei aſſignandum diximus, non eligeret, tunc intraret Iudicis officium, quo mediante aſsignaretur ei quod Iudici videretur debere aſsignari, ad tradita per Pinel. l. 2. par. 3. cap. 4. num. 4. C. de reſcind. vendi. Garcia de meliora. & expen. cap. vlt. nu. 14. & Petra de fideicommiſ. quæſtio. 15. num. 296. qui loquuntur in peritis, qui debent facere aliquam æſtimationem, de quibus etiã nos ſuprà tractauimus, quos ſi non eligunt partes monitæ, eligit Iudex. Ibi etiam habes qualiter debent eſſe iurati, & reliqua neceſſaria ad rem hanc noſtram. Et finaliter docent qualiter ſi non concordant in æſtimatione, eligetur tertius à Iudice, & ſtabitur dicto illius, cum quo tertius concordauerit.

Atque ita communis praxis obſeruat intrepidè apud nos.

39 Caueant mulieres † ne multùm differant iſtã electionẽ facere, ne ob ſuã magnã negligẽtiã, & contumatiã damnoſam multò creditoribus ſic impeditis ne ſua credita recuperent, rigorem Senatus experiantur, quo prouiſione facta per egregium Senatorem Ioſephum Ferrer 22. Iunij 1621. confirmata cum expenſis 27. Auguſti eiuſdem anni inter Paulinum Negre, & Petrum Suñet de Patſua, Actuario Coſta, vſus eſt præfigendo decem dies præciſos mulieri ad eligendum, † & *prouidendo* quòd eis elapſis abſque electione, incontinenti continuaretur executio in omnibus omninò bonis viri, non obſtantibus oppoſitione, & optione mulieris. Credo quòd quia iam antea fuerat cum aliis prouiſionibus in tranſlato ad inſtantiam creditoris idem mandatum mulieri, & nunquam curauerat id facere in magnũ damnum creditoris. Sed tutior res videtur prouidere ſimul, & ſemel, quòd dicto termino elapſo ſi mulier non elegerit, eligit nunc pro tunc Iudex aliquã proprietatem, quæ aſcendat ad valorem doris, & ſponſalitij, & fiat executio in reliquis. Hoc modo prouidebitur indemnitati creditoris, & non damnificabitur mulier, nec lædetur in ſuis iuribus, licut fieret ſi prouideretur ſimpliciter quod non habita ratione de ſua oppoſitione, & optione, continuaretur executio in omnibus viri bonis, quod ego ſemper facerem perſuaſus, ac certus quòd ſic multis canillis obuiam irem.

40 Veniamus ad † explicationem nonnullarium quæſtionum pro intelligẽtia huius mulieris priuilegij neceſſariarum. Ac inprimis quærimus, an iſtud priuilegium cõpetat ſolũ mulieribus, quæ ſe opponunt in vita mariti, an etiam eis, quæ poſt illius mortẽ, & ſic viduis. Qua in re † videtur prima facie dicẽdũ nõ eſſe oppoſitioni, & optioni prædictæ locũ, quia pragmatica ſolũ videtur loqui in 42 caſu quo viuit maritus: Loquitur enim † de executione, quæ fit in bonis mariti vigore alicuius inſtrumẽti per eum firmati, quæ nõ ſolet fieri, niſi quando ille viuit, ipſo enim mortuo non procedit executiuè.

43 Deindè † loquitur per verbum, vxor, ſiue vxores, quod proprie nõ verificatur niſi viuente marito. Et quando id clarè non dicat pragmatica, habemus conſtitutionem 7. ſub tit. de *executio de cenſals*, quæ tractans materiam eiuſdẽ oppoſitionis, & optionis clarè loquitur in caſu quo viuit maritus, ibi, *E ſi a cas ſera que a las ditas executions ſe oppoſen mullers dels obligats en los dits cẽſals, o violaris, vinents los dits obligats marits llurs, &c.* quæ poteſt ſeruire de declaratione pragma-
44 ticæ: notum è nim eſt † quòd vna lex aliam declarat, atq; ita in dicta conſtitutio. tenet noſter Mieres in principio in 2. par. in repetitione conſtitutionum, tit. de *executio de cẽſals* in fine dict. 2. par. fol. 23. Idem Mieres in 1. par. cap. 10. de execu. n. 40. fol. 113. col. 3. vbi allegat quãdam pragmaticam, & format quaſdam rationes ad id probandũ. Idẽ videtur tenere in conſtitutione hac noſtra num. 58. in 1. par. fol. 148.

45 Sed in contrariũ † eſt veritas, quia pragmatica loquitur indiſtinctè, & ſic indiſtinctè eſt intelligenda, quod probatur ex text. expreſſo in conſtit. 5. ſub tit. de *executio de cẽſals*, vbi clarè dicitur viduæ poſſidenti competere ius oprandi, ibi, *En aqueſt cas lo officeal executant de electio à la dita dona tenint è poſſehint ſis valdra apartar en alguna part del patrimoni del dit marit, en la qual ſia ben ſegura perſon dot, ſpoli &c.* Et hęc opinio ſeruatur inter epide in Senatu, quia nulla eſt ratio, ob quam per mortem mariti ceſſet illud priuilegium, provt de dicta obſeruantia arteſtatur Anton. Oliba qui multo tempore Senatoris officio functus fuit, in ſecunda relectio. §. fuerat num. 4. in fin. inſti. de actio. de qua etiam obſeruantia vidi quendam alium Doctorem egregium, qui ſimiliter fuit de Senatu, annotaſſe manu propia in ſuis conſtitutionibus, dicendo quòd id fuerat † *declaratum* in Aula Regentis Cancellariam 20. Iunij 1587. & 14. eiuſdem 1593. Relatore Guardiola inter Saluatorem Incta contra pupillos Ponſos. Et ego de anno 1616. de his vidi in Senatu diſputari coram egregio Senatore Ioſepho Ferrer in cauſa Magdalenę, & Patronillæ Antich, contra creditores Petri Antich, Scriba Perez, in qua die 10. Iunij pro hac opinione fuit † in terminis *declaratum*. Nec fuit † habita
46 ratio eius quod opponebatur occaſione illorum verborum *viuents los dits obligats marits llurs* tanquam frequentioris vſus gratia appoſitorum. Nec illius pragmaticæ, quam Mieres allegat, cum eam non habeamus in volumine aliarum, nec conſtet fuiſſe vnquam vſu receptam. Idem reperi antea fuiſ-
† ſe *prouiſum* 16. Februa. 1594. in cauſa corã egregio tunc Senatore, poſteà in ſupremo Coronæ Aragonum Cõcilio Regente Don Ioanne Sabater, vertenti, inter Eliſabetham Pujades, & ſan Climent, & Eliſabetham del Boſch, Scriba olim Carmona, nunc Boſch.

47 Quam † prouiſionem notabis ne dubites ſuper quo alſquos dubitare vidi, num ius opponendi, & optandi competat etiam viduæ, quæ primò vt tenens, & poſſidens fuit condemnata, ſi in executione vult vti dicto priui-

priuilegio: in hac enim causa factum erat
† huiusmodi, & *fuit concessum* priuilegium. Hæc annotaui quia vidi quosdam ex nostris in hoc aliquando trepidasse. Quod vlteriùs confirmatur ex optima doctrina Antoni. Fab. in suo Cod. lib. 7. tit. 22. quib. res Iudi. non nocer, defin. 4. vbi in casu adhuc fortiori post istas condemnationes, pro muliere respondit,
† & *decisum* in Senatu Sebusiano as-
48 serit. Clariùs in † nostris terminis terminatibus quando hęres matris post condemnationem contra se factam vti hæredem patris, vult retinere bona, seu partem illorum secundum quod elegerit pro dotibus maternis, quòd ei liceat, nec per hoc dicatur impugnare sententiã stante inuẽtario, quod impedit confusionem actionum, docet Cardina. Mantica decis. 326. per tot. vbi ita
† *decisum* in Rota Roma. refert. Quod † habet
49 istud optimum iuris fundamentũ, quia quãdo iura duorum sunt in eadem persona, tunc ea remanent distincta, nec confunduntur, cum considerentur ac si duæ essent personæ, & quod facit vno nomine nõ parit sibi præiudicium alio nomine, l. 1. vbi Bal. de offici. Cons. abundè Surd. decis. 153. nu. 16. & cons. 91. num. 19. vbi ponit plura exempla, ac plures instantias videndas.

50 Deindè vidi † quòd mulieres, quæ dotem maritis constituerant, ponamus in quibusdã bonis mobilibus æstimatis, cum fierent executiones contra viros, querebant remedium quomodo saluarẽt illa bona, ne distraherẽtur per curiã. Dixi remediũ esse facilissimũ. Aut enim æstimatę res datæ sunt ea æstimatione, quæ non facit emptionem, & tunc, cũ iuxta superiùs tradita dum de dote æstimata ageremus, dominium semper remanserit penes ipsam mulierẽ, clarum est quòd licebit ei oppositione proprietaria se opponere, quæ sine dubio impediet executionẽ,
51 & distractionem. Aut verò æstimatæ † datæ fuerunt in dotem ea æstimatione, quæ facit emptionem, & tunc cum quantitas ad quam fuerunt æstimatę, cẽseatur data in dotem, & ea sit in obligatione, iuxta etiam tradita in loco cita. indè fit idem de ea dote fore iudicandam, arqui de alijs cõsistentibus in pecunia, & sic admitendam fore oppositionẽ, & optionem, per quam si eas res voluerit mulier in specie, eas consequi poterit indubitanter. Habebit etiam † &
52 aliud remedium mulier absq; eo quòd interet priuilegium optionis, dicendo quòd ex quò maritus vergit ad inopiam, & efficitur non soluẽdo, recursum in subsidium habet ad easdẽ ipsas res in specie non obstante æstimatione prout docent ijdem fere omnes, quos commemorauimus in dicto tractatu, quem fecimus de dote æstimata, & in terminis dicit Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 1. de iur. dot. defi. 43. & de hoc puncto fecit Costa tot. remed. subsidiat. 63. Idemque admisit in facti contingentia Senatus die 5. Iunij 1605. coram egregio tunc Senatore, deindè, & nunc in supremo Coronæ Aragonum concilio Regente Don Saluatore Fontanet, in causa nob. Stephanię de Requesens, & de Cruilles vxoris nobilis Don Michaelis de Requesens, & de Cruilles, contra Bernardum Tauerner, in qua cum vxor se opposuisset executioni, quę fiebat contra bona dicti viri sui, pro quibusdam bonis mobilibus æstimatis datis in do-
† tem, *fuit admissa* oppositio, & prouisum *subsedendum in executione quoad dicta bona mobilia*, Scriba Reig.

53 Sed quid interest † agatur isto remedio potiùs quàm illo optionis, per quod etiam potest mulier optando consequi eadem bona? Respondeo quòd multùm, quia per istud vltimum remedium, eum persequatur mulier res proprias in esse adhuc exillentes, præferetur proculdubio in eis cuicunque creditori, etiam anterioti, vt de se patet, cũ in re propria quilibet sit semper potior alijs, hanc autem esse rem propriam in isto casu, & vt talem vindicari ab vxore palam est, & docet Fab. in citato loco, quod non fieret si ad æstimationẽ ageret, quia tunc considerareturvti alius creditor in pecunia, Quod consideratum fuit in dicta causa nobilis de Cruilles, in qua ego etiam cum alijs patrocinabar.

54 Dubitatum etiam † vidi circa materiam hanc, nunquid mulieri sit permissum suis oppositione, & optione impedire executionẽ bonorum mariti, quando eõstat bona ipsius esse sufficientia ad vtrumq; debitum soluendum, scilicet & mulieris, & creditoris: veluti si contra maritũ bonis, & facultatibus abundantem fieret executio pro primo debito per eum firmato. Videtur enim non deberè audiri mulierem volentem impedire executionem, quæ sibi non est nocitura, præsuppositò quòd marito remanet sufficiens patrimonium, sub quo satis remanet assecurata dos si creditores de hoc opponant,
55 ex regula † quòd teneris facere quod tibi non nocer, & mihi prodest, vulgata l. 1. §. itẽ Varus, de aqua pluui. arcen. & ibi glo. vers. nocituras, quæ concordantes allegat, de quo multa per Alex. Rauden. decis. Pisan. 9. num. 11.

56 Deindè non † potest dici propriè maritus vergere ad inopiã, cui tot tantaq; bona sufficiunt, qua inopia non extante non videtur dandus locus repetitioni dotis, vti elicitur ex adductis per nos supra vbi de repetl-

tione dotis ob vergentiam mariti ad inopiã
57 egimus. Atque ita † cum bis succeſſiſſet iſte caſus in conſiſtorio verbali ſuę Excellentiæ, primò coram admodum Reuerendo Iacobo de Agullana Archidiacono maiore Eccleſiæ Gerũdæ, ac Regio Cãcellario, in cauſa Hieronymæ Cahors & Fluuia contra Hieronym. Albert de anno 1613. ſecundò coram admodum etiam Reuerẽdo Antonio Carmona Abbate Monaſterij ſancti Petri Campirotundi Ordinis Diui Benedicti Regio ſimiliter Cancellario de an. 1618. in cauſa Bartholomæi Incla cõtra Ioãnẽ Marti, vidi quòd
†† ſemper fuit *declaratum* pro hac opinione, Scriba in ambabus cauſis Reig.

58 Verùm diuerſa † opinio eſt tenenda, quia conſtat de notorio intereſſe vxoris, vt poſſit pro ſua dote, & illius ſatisfactione eligere quod voluerit ex bonis mariti. Nec ea quæ cõmunitèr dicũtur, & traduntur de iure communi circa repetitionem dotis ob viri inopiam, applicantur commodè caſui noſtrę pragmaticæ, quia ea locum habet, & procedit, vti ipſa clarè diſponit, quoties fit executio in bonis viri, quamuis non concurrant omnia quæ forſan eſſent neceſſaria ad illam reperendam de iure communi, provt apparet ex his quæ diximus, tam in diſcurſu facto circa repetitionem doris ob viri vergentiã ad inopiam ſecundum ius commune, quàm etiam in hoc optionis mulieri competẽtis. Et pragmatica clarè loquitur in conceſſione priuilegij, quoties fit executio in bonis viri, nec diſtinguit, ſi hęc vel illa concurrant.

Atq; ita cum cauſa ſuprà primo loco relata Hieronymæ Cahors & Fluuia contra Alberts, ducta fuiſſet in gradu ſupplicationis ad Senatum, Relatore egregio Senatore Ioſepho Dalmau ſub die 11. Martij anni iã dicti 1613. fuit prouiſio reuocata, & pro
† pter intereſſe mulieris *declaratum* ſuperſedendum in executione, & procedendũ iuxta tenorem Regiæ pragmaticæ.

59 Sed quid ſit † ècontra dicendum in caſu qui ſæpè contingit, quòd mariti bona non ſufficerent ad dotem vxoris ſoluẽdam, quærit Mieres in conſti. 9. ſub tit. de *executio de cenſals*, in gloſ. ſuper verb. *alguna part* in 2. par. circa fin. lib. fol. 24. quod idem poſteà repetit ſuper verb. *no bo voldra*, dicẽs quòd in iſto caſu debẽt ceſſare officiales ob executione, nec debet fieri venditio bonorum in damnum vxoris vbi conſtat non poſſe proficere in aliquo creditori, & tunc intrat (inquit) regula de qua ſuprà, quòd teneris facere quod tibi nõ nocet, & vxori prodeſt. Noceret autẽ ea venditio mulieri propter laudimia, quæ ſoluenda eſſent ex vẽditionibus, & propter expenſas, quæ fieri indè haberẽt.

60 Hæc Mier. † quæ neſcio quamobrem commixtuit cum hac materia oppoſitionis, & optiouis mulieris, cum accommodari ei nullatenus valeant.

Eſto enim quòd patrimoniũ viri ſit tam tenue quantum conſiderari poteſt, quod fiet iuxta regiã pragmaticã erit, æſtimare illud, & ſi totum eſt neceſſarium ad dotis, & ſpõſalitij ſolutionem, & ſatisfactionem, totum dabitur, & aſſignabitur mulieri, ſi verò aliquid ſupererit, id diſtraheretur ad beneficiũ creditorum, vt regia pragmatica diſponit. Cumq; id ita ſit faciendum, & exequendũ, nunquam intrabit quod Mieres conſiderat.

61 Solùm id proficeret † ad effectũ ne procederetur ad æſtimationem vbi notorie appareret bona nõ ſufficere, vtpote quia oſtẽderetur inuentarium ex quo conſtaret de modicitate bonorum dote exiſtente ampliſſima, tunc oppinionis eſſem quòd non procederetur ad expendendum in æſtimationibus faciendis, quę non eſſent profuturæ creditoribus, imò multùm nocituræ vxori in expenſis prædictis, & in iſto caſu verificaretur quod Mieres tradit in propoſito. Vide quæ ad inſtitutum circa hæc adducit Cancer in 3. par. variar. reſolutio. cap. 15. de ſentẽ & ear. execu. num. 415. quę iuxta hæc intelligenda cenſeo, de quibus tamen dicam infrà in materia conſtit. hæc noſtra.

62 Confert quod † dicit Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 16. de diſtrac. pig. defini. 30.
†† in fin. vbi vult, & *deciſum* refert non eſſe cogendum anteriorem creditorem poſſidentem pignus illud vendere, ſi conſtet ipſum non fore ſufficiens ad ſatisfactionem ſecundi creditoris inſtantis, ſed nec primi poſſidentis, idque ad euitandas impenſas fiẽdas in diſtractione, & ſolutione laudimiorum.

63 Confert finaliter † quod ego obtinui in Senatu Relatore egregio Senatore primario Ioan. Gallego, ſentẽtia lata in cauſa ſupplicationis 23. Ianua. 1617. inter Hieronymum Margarit, & coniuges Falgueres. Volebant dicti coniuges exequi facere ſententiam in eorum fauorem latam contra dictũ Margarit vti poſſidentem bona cuiuſdam Iacobi Cendrat, oppoſuit dictus Margarit ſe poſſidere ea pro creditis anterioribus, quæ exorbebant valorem bonorum, dicebant aduerſarij quòd venderentur bona, vt videretur num id eſſet verum, oſtendebat dictus Margarit probationes in promptu de valore dictorum bonorum, & prærendebat ob id non debere dari locum ſuperfluis ex
† penſis, & ſumptibus, atque ita *obtinuit* cum ſententia ſupradicta, verum eſt quòd ab ea pẽdet cauſa ſupplicationis in alia Aula coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt,

ſed

sed similiter in ea speratur victoria secundùm quod auditum est inter informandum. Actuarius erat Benedic. Sacares. Idem po-
64 steà † disputauimus coram egregio itidem Senato. Hippoly. Mõtaner de anno 1619. in causa N. Armant, & Anti. Trullas, cõtra Micha. Fiualler, quæ postea 2. Maij sequẽtis an-
† ni 1620. fuit *declarata* pro dicto Fiualler, dicẽdo, *quòd ex quo ipse erat prior creditor, & ex cõsequẽti si fieret depositũ pretij domus, quã emerat dictus Fiualler, nihil illud erat profuturũ cũ ex alia manu deberet illud prosuo credito recuperare, & de iure circuitus inutilis erat vitãdus, & frustra expectabatur casus, cuius nullus erat futurus euẽtus, ideò nõ erat locus instato deposito, ne fierent sumptus, & impensæ inutiles.* Actuar. est Ioãnes Castellar in curia Vicarij Barcinone, tractata tamen fuit in Regia Aud. in vim præcepti de faciendo
65 verbũ Ordinario facti; quòd multùm † frequentatur in hac ciuitate, sicuti etiam Neapolis, vt dicit Muscarel. in prax. appellat. par. 1. glos. in forma. nu. 95. vbi latè de hoc.
66 Aliam vidi † non semel super his suscitatam quæstionem vt ecce, maritus hoc anno obligauit omnia bona sua, tam acquisita, quã acquirenda, & sic tam præsentia, quàm futura pro restitutione dotis. Contingit quòd is postea acquirit aliquam domum, vel aliquã aliam proprietatẽ, quæ est obnoxia præstationi alicuius oneris, veluti censualis, aut alterius, impositi tamen post generalem illam obligationẽ, & hypotecã vxoris antequàm res fieret mariti. Quando ista proprietas est pẽnes maritum, agit ille creditor aduersus eum, & quia forsan non habet alia bona, instat executionẽ contra domum, opponit se mulier, & vult eam optare pro sua dote di-
67 cens se esse anteriorẽ creditricem. Sed † cũ obligatio bonorũ in fauorẽ ipsius mulieris nõ incipiat, nisi à die acquisitionis ipsius mariti, quo tẽpore iã erat res affecta illo onere, pro quo creditor instar executionẽ, & sic is debet dici prior creditor, & potior ipsa mulier, repulsam propterea pati debet ipsa mulier, sicut eam passam fuisse in facti contingentia tradidi in 1. tom. clau. 4. glos. 27. nu. 23. ex l. hac edictali §. in omnibus, C. de secun. nup. Neguis. de pig. par. 2. mẽb. 4. n. 21.
68 Conducit quod † communiter dicitur de creditore defuncti, quòd præferatur cuicũq; creditori hæredis, etiamsi anterior ille esset, idest etiam si antea obligatum hæredem haberet, quàm creditor deffuncti ipsum defunctum, Salice. in l. 1. sub nu. 2. vers. Aliàs si bona, de bon. auctori. Iudi. possiden. Decia. cõs. 11. n. 193. & 198. lib. 1. Surd. tota decis. 310. Vincen. de Fran. decis. 374. nu. 5. 7. & 11. & Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. inspec. 3. c. 2. n. 528. & infrà, in quibus locis larga de hoc puncto disputatio.
69 Sed quando † duo, vel plures creditores sunt eiusdẽ personæ, quę postea aliqua bona acquisiuit, licèt ambo essent iam tunc tẽpore acquisitionis creditores, non tamen concurrerent æqualiter, sed prior præfertur posteriori, nõ enim in isto casu attenditur dies acquisitionis, sed imò acquisitionis, & hypotecæ, provt pluribus quæstionem disputando probat Statil. Pacifi. vbi suprà inspec. 3. cap. 2. num. 452. in additionatis.
70 Id quod procedit † etiamsi vnus ex dictis creditoribꝰ sit creditor pro pretio illius rei, super qua cõtenditur, vt quia illam vendidit debitori, & tradidit habita fide de pretio, adhuc nõ præfertur alij anteriori, provt probat Dida. variar. resolu. lib. 1. c. 6. n. 3. cui accedit Barbos. in l. si cũ dotẽ §. fin. n. 24. vers. Vide, ff. soln. mat. Manti. de iacir. & ambig. cõuen. lib. 11. tit. 12. n. 7. vers. si vero. & Statil. Pacifi. d. c. 2. n. 385. Ioã. Griuel. decis. Dola. 56. nu. 1. Parlador. rer. quotidianar. lib. 1. c. 8. n. 1. Noster Marquil. in vsat. Cechiam col. 3. vers. Quæstio de facto, ac noster eriã Cancer. in 1. par. variar. resolu. c. 9. de dote,
71 & dona. propter nup. nu. 3. Et ideò † nostra mulier non prohibebitur opponere se executioni, quæ fiet cõtra maritũ, etiã in bonis ipsis illi vẽditis modo suprædicto, si iam tũc erat creditrix mariti pro dote.
72 Fallit si pro † pretio non soluto prouidit sibi venditor de speciali hypoteca rei vẽditæ l. licet vbi Bal. in prioci. & Ange. nn. 1. C. qui porior. in pig. habe. Ioan. Gutier. practi. quæstio. lib. 3. quæst. 99. nn. 8. Ioan. Griuel. in cita. decis. Dola. 56. n. 4. & 5. infinitos ad id allegat Statil. Pacifi. in sæpè rela. tracta. de Salnia. interdic. inspec. 3. c. 3. n. 24. & 44. Et
† est de hoc optima *decis.* Rot. Rom. facta de anno 1587. quæ est 293. in recollec. per eũdem Pacifi. in hoc operis. Totæ de hoc sunt
†† sicut longè sic pulchræ *deciss.* Senatus Neapoli. apud Vincen. de Fran. 97. & 506. videns Grinel. in cita. decis. 56. num. 5.
73 Intelligendũ est † si fiant hæc simul, & semel, antequã dominiũ trãsferatur, sicut fieri solent, aliàs secus esset, vt declarãt prædicti DD. optima est ad idem propositũ deci. 10. Fab. in suo Cod. lib. 8. tit. 8. qui potio. in pig. habe. vbi mirè rationes ponũtur. Quæ de re vide vlteriùs Afflic. decis. 306. & Surd. decis. 157. per tot. & latiùs per Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. inspec. 3. c. 3. ex n. 24. cum pluribus seqnent.
74 Contingit † in Cathalonia persæpè, imò ferè semper cum pretium non statim soluitur, quòd ex pretio rei venditæ creatur censuale mortuũ ad rationem viginti mille pro

millenario, pro cuius ſecuritate emptor obligat ſimul & ſemel ſpecialiter rem vendi-
75 ditam. In iſto caſu, qui idem † proculdubio eſt, ac idem de eo iudicari debet, ac ſi ſimpliciter habita fuiſſet fides de pretio, & de illo ſoluendo intra certum tempus firmatũ debitorium cum eiuſdem rei venditæ ſpeciali hypoteca, vt docet Felicia. de Solis in tract. de cenſibus par. 1. lib. 3. cap. 5. nu. 22. In iſto igitur caſu vidi in Senatu practicatã doctrinam ſuprà enarratam, quòd iſte creditor præferatur quibuſcunq; alijs, etiam anterioribus creditoribus in re vendita. Ita fuit *de-*
† *claratũ* referẽte egregio Senatore Ioſeph. Ferrer, die 13. Febru. 1609. inter Ioannem Bernardum Oriol, & ſuos creditores. Et antea die 30. Auguſti 1606. Relatore egregio itidẽ Senatore Ioan. Magarola in cauſa creditorum nobilis Ioãnis de Cardona, Scriba nunc Paylla, vbi in fine ita fuit dictũ. *Intellecto quòd in diſtributione dictæ domus habeatur ratio de credito 2000. libr. N. vt ex pretio prædicto ſit primo loco ſibi ſatisfactio in dicto credito, attento creditum prædictũ deſcendit ex ſolutione pretij dictæ domus tẽpore quo dictus Don Iacobus illam acquiſiuit.* Atq; ita quando talis creditor ageret contra debitorem reſpectu rei venditæ, præferretur ſine dubio cuicunque alteri etiam tempore anteriori creditori.

76 Et iſta quidem † prælatio intelligitur, tam quoad penſiones decurſas, quàm etiam decurrendas, etiam in caſu fortiori quando non haberet creditor aliam prerogatiuam quàm quia eſſet anterior, adhuc præferretur pro decurrendis alijs creditoribus medio tempore contractis, vt docet Celſus Hugo tot. conſ. 80. & latiùs Don Garcias Meſtril. deciſ. Sicil. 119. num. 11. lib. 2. vbi plutibus probat antetiorẽ in capitali perneceſſe eſſe fore etiam anteriorem in interuſurijs decutſis ex eodem capitali dependentibus, additio 4. ad Capi. deciſ. 78. In noſtro caſu minor eſt difficultas, in quo & anterioribus ipſa creatione cenſualis præfertur creditor,
† provt in terminis *dixit* Senatus in dicta cauſa dicti Oriol, *præferendum eſſe venditorem, tam quoad decurrendas, quàm quo ad decurſas penſiones.*

77 Habent hæc † hanc rationem, quia licitũ eſt emptori apponere in actu venditionis quodcunq; pactum voluerit, etiam dicendo quòd vult bona vendita eſſe taliter obligata pro aliquo debito, vt præferatur alijs quibuſcunq; etiã anterioribus, quandoquidem
78 in † acquirendis poteſt debitor præiudicare creditoribus, Mãti. de tact. & ambig. cõuen. lib. 11. tit. 23. nu. 3. Neguzan. de pignor. 4. par. princip. num. 33. & ſequen. Ioan. Griuell. deciſ. Dola. 56. nu. 6. Barboſ. in l. ſi cũ dotem §. fin. n. 24. verſ. his igitur, ff. ſolu. mat. Strac. de decoc. par. vlt. nu. 5. Pacifi. in ſæpè cita. cap. 2. à n. 510. & Fab. in cita. defin. 10.

SVMMARIA.

1 *Venditor an præferatur mulieri anteriori creditrici, ſi ſibi ille cauit de ſpeciali hypoteca pro pretio rei venditæ, de qua agitur.*

2 *Creditor, qui ſibi cauit de ſpeciali hypoteca in terminis l. licet C. qui potior. non præfertur mulieri.*

3 *Hypoteca ſpecialis non tribuit de iure prælationem reſpectu anteriorum creditorum. & num. 30.*

4 *Præterquam in ciuitate Barcinone, ſi eſt cum firma domini.*

5 *Sed id non habet locum contra mulierem reſpectu ſuæ dotis, imò illa præfertur.*

6 *Sed iſtud priuilegium ciuitati Barcinone alij negant dicentes non poſſe deſumi vnde illud colligunt noſtri.*

7 *Argumẽtum à contrario ſenſu optimum in noſtris conſtitutionibus, & iuribus patriæ.*

8 *Doctori atteſtanti de obſeruantia, & conſuetudine terræ, quam ipſe inhabitat, maximè ſi ille eſt celebris, credendum eſt.*

9 *Creditorem poſteriorem cum ſpeciali hypoteca firmata per dominum, Barcinone præferri prioribus, tenent plures Catalani Doctores.*

10 *Deciſio antiqua noſtri Senatus perpulchra hãc opinionem probans.*

11 *Creditor poſterior cum ſpeciali hypoteca firmata per dominum præfertur Barcinone anteriori ſine ea, quando vnæ obligationes fuerunt ab eodem factæ, ſecus cum vna à deffuncto, alia ab hærede, vbi deciſ. noſtri Senatus.*

12 *Alia ſimilis moderna eiuſdem noſtri Senatus deciſio pro prælatione poſteriorũ creditorum cum ſpeciali obligatione firmata &c.*

13 *Mulierem pro ſua dote eſſe præferendam venditori domus, etiamſi ille fuit pro pretio cauerit de ſpeciali illius obligatione, ſunt plures Doctores qui tenent.*

14 *Venditor per qua pacta, & per quas conditiones efficitur potior pro pretio alijs creditoribus anterioribus in re vendita.*

15 *Pactum ne tranſferatur dominiũ rei venditæ donec ſit ſolutum pretium, facit venditorem potiorem creditorem in re vendita.*
Quia facit ne cẽſeatur dubita fides de pretio. ibidem.
Item quia præ ſe fert quandam hypotecam prælatiuam. ibidem.

16 *Pactum quod venditor præferatur pro pretio alijs creditoribus, valet.*

Bal.

17 Bal. Nouel. in quæstione si venditor cum speciali hypoteca rei venditæ pro pretio præfertur mulieri, loquitur dubitatiuè.

18 Venditor, qui sibi pro pretio cauit de speciali hypoteca, præfertur mulieri in re venàta.

19 Venditor, qui sibi cauit de speciali hypoteca pro pretio in re vendita, multò magis priui legiatus est quàm creditor qui mutuauit ad emendam rem, vel ad reficiendum, etiam si sit cum eadem hypoteca. Et ibi ratio.

Venditor potest in traditione rei suæ apponere pactum quod velit, ibidem.

20 Vendi tor si mulieri in re vendita est præferendus vel non, dijudicandũ est ex clausulis quæ apponuntur in venditione.

21 Precarium appositum in venditione efficit vt venditor præferatur in revendita quibuscũque aliis, etiam anterioribus creditoribus.

22 Precarij clausula multum commendatur ad effectum vt venditor qui eam apposuerit in venditione, præferatur aliis creditoribus.

23 Clausulæ quæ ponuntur in specialibus obligationibus, quæ apud nos frequentantur, sonant omnes dominij reseruationem, & respectu aliorum creditorum prælationem donec pretium sit solutum.

24 Licet C. qui potiores in pig. hab. materia non applicatur venditori rei propriæ, qui in traditione sibi cauit de speciali hypoteca.

25 Speculatoris verba referuntur in hac materia.

26 Ioannis Andreæ ad Speculæ additionatoris verba etiam referuntur ad litteram in eadem materia.

27 Alsilij in hac materia expenditur, & supra num. 18.

28 Auctau. de equali. dot. & his consequens, expenditur.

29 Legibus nostro tempore non creditur nisi. Doctorum auctoritate comprobentur.

30 Hypotheca specialis plus proculdubio operatur quàm generalis.

31 Hypotheca specialis quid, & quantum operetur circa impedimentum translationis dominij in emptione, & venditione, remissiuè.

32 Hypothecæ specialis seu pignoris sola reseruatio in re vendita, operatur quòd venditor præferatur aliis.

33 Decisiones nonnullæ nostri Senatus pro nostra opinione in hac materia, contra mulierem.

34 Venditor quandoque præfertur in re vendita aliis prioribus creatoribus, cũ res illa extet etiamsi non habeat pro pretio specialem hypotecam, vbi decis.

35 Fides habita de pretio in dubio præsumitur cũ res traditur ante numerationem.

36 Griuel. notatur circa hoc.

37 Fides de pretio in emptione, & venditione in quibus casibus non præsumitur habita. Veluti cum statim consueuit pretium solui. Cũ ex coniecturata mente defuncti aliud cõ staret sicuti si res venderetur in nundinis, & personæ incognitæ, & recessuræ. Et cum mercator tam iniuratus consilium de eoquendi, & fugiendi.

38 Dominium non transfertur in emptione, & venditione nisi pretio soluto, vbi non est illius habita fides,

39 Venditor cum non habuit fidem de pretio, præfertur omnibus creditoribus etiam anterioribus in re vendita, vbi decis.

40 Merces non dicuntur verè traditæ, sed fraudulenter ablatæ, cum emptor statim eis acceptis fugit, nec pretium soluat.

41 Pragmatica facta fuit in hoc Principatu Cathaloniæ prohibens portum tormentorum manualium, vulgò pedrenyals dictorum.

42 Principatus tamen ei nunquam acquieuit.

43 Senatus nihilominùs iunctis tribus aulis eam obseruandam dixit.

44 Mulier an possit prætextu suæ oppositionis, & optionis impedire executionem, quæ fit contra virum ad instantiam fisci.

45 Pragmatica concedens oppositionem, & optionem mulieribus in executionibus, quæ fiunt in bonis virorum, non procedit, secundum Mier. in executionibus, quæ fiunt ad instantiam fisci.

46 Sed contrarium est verius, atque ita intrepidè Senatus noster obseruat.

47 Creditores anteriores nihil amittunt ex eo quòd in bonis debitorum succedat fiscus, imò saluantur illis suæ hypotecæ.

48 Dotis causa non fit deterior, nec læditur ex eo quòd succedat fiscus debitori.

49 Debitoris factum, aut delictum creditori præiudicare non potest.

50 Mulier grauata in criminalibus in sua oppositione, an possit appellare, aut supplicare.

51 Appellationes, & supplicationes non admittuntur in criminalibus in Cathalonia.

52 Sicut in Italia etiam de consuetudine non admittuntur.

53 Appellari potest de iure communi in criminalibus, sicut in ciuilibus.

54 Iudex causæ criminalis cognoscit de articulo ciuili in ea incidenti.

Et semper remanet ciuilis ille articulus quà uis incidat in criminali, ibidem.

55 Statutum prohibens appellationem in criminalibus, non comprehendit articulos ciuiles incidentes in criminalibus causis.

56 Statutum prohibens appellationem non comprehendit tertium appellare volentem.

57 Appellari potest in criminalibus à casu mixto; idest partim criminali; partim ciuili.

Mixtus

58 *Mixtus casus non comprehenditur sub simplici.*
59 *Statutū prohibens apellationē à sententia diffinitiua, & ab interloquutoria, non procedit in mixta, in interloquutoria scilicet vim habēte diffinitiuæ.*
60 *Dos soluenda est mulieri cum per fiscum confiscantur bona viro.*
61 *Conditio mulieris ex facto viri deterior effici non potest.*
62 *Fiscus cum per eum confiscantur alicuius bona, tenetur soluere creditoribus illius sua credita.*
63 *Delictum debitoris non potest tollere hypotecam creditorum.*
64 *Fiscus in pœnis exigendis non habet aliquod priuilegium contra creditores, imò omnibus cedit.*
65 *Vxor cum confiscantur bona viri, habet priuilegium pragmaticæ, de opponendo se, & optando.*
66 *Commissum, cum vir non soluit gabellam, aut vectigal, non impedit oppositionem, & optionem mulieri in illis bonis faciendas.*
67 *Commissum est species confiscationis bonorum.*
68 *Hypotecæ resoluuntur cum res cadit in commissum ad fauorem domini directi, vbi decisio.*
69 *Actum resolui ex facto voluntario, an ex facto necessario, multùm interest.*
70 *Voluntarium non dicitur factum licèt pendeat à voluntate facientis cum non est ordinatū ad alienandum.*
71 *Commissum, quod fit in fauorem domini directi, non pendet à mera voluntatate, sed à dispositione legali, & à lege & conuentione ab initio emphyteusi dicta.*
72 *Anton. Fab. & eius opera de error. pragma. laudantur, & extolluntur.*
73 *Hypotecæ resoluantur semper cum res redit ad dominum ex lege, & conuentione ab initio dicta, non cū ex noua causa, ac illa quidem voluntaria.*
74 *Hypotecæ an resoluantur cum res redit ad primū dominum ex pacto de retrouendendo, ex pacto legis commissoriæ, & addictionis in diē. Vigore l. 2. C. de rescin. vendi. & cū res donata reuertitur ad donatorem ob ingratitudinem, remissiuè.*
75 *Optio in nostra Regia pragmatica non conceditur nisi mulieribus commorantibus in terris Regijs.*
76 *Optio in Cathalonia in vim pragmaticæ denegatur vxoribus personarum militarium degentibus in terra Baronis, vbi decis. nostri Senatus.*
77 *Priuilegium concessum habitantibus in aliquo loco, censetur concessum loco, non habitantibus in eo.*
78 *Legatum ciuibus relictam, censetur relictum ciuitati.*
79 *Sed contrarium tenet auctor.*
80 *Ratio habetur pro expressa cum alia assignari non possit.*
81 *Exemptus habetur pro extraneo in loco, in quo habitat.*
82 *Lex vna declarat aliam.*
83 *Milites non comprehenduntur sub generalibus verbis, & dispositionibus.*
84 *Respondetur contrarijs.*

GLOSSA II. PARS IX.

De eadem materia oppositionum, & optionum mulierum, & de earum prælatione.

Et signanter an venditor, qui pro pretio sibi cauit de speciali hypoca rei venditæ, præferatur in ea mulieri anteriori creditrici viri.

Et de alijs similibus quæstionibus.

DIximus in præcedenti † glos. venditorem, qui sibi de hypoteca expressa cauit pro solutione pretij, de quo habita fuit fides, præferri omnibus alijs emptoris creditoribus etiam anterioribus in re vendita. Videndum nunc est an id procedat etiam contra mulierem, de cuius causa agimus, habentem hypotecam generalem anteriorem in bonis mariti pro sua dote. Difficultatem † non modicam res habet, quam mouit communis Doctorum resolutio, quæ tenet l. licet C. qui potior. in pig. hab. in qua hæc fundantur, non procedere contra mulierem istam, atque ita qui mutuauit marito pro emenda aliqua re cum speciali, & particulari illius hypoteca, non præfertur mulieri creditrici cum hypoteca generali pro sua dote, prout abundè alios referentes docent Didacus variar. resolu. lib. 1. cap. 7. ex nu. 2. Gutier. in prac. quæstio. tot. quæst. 100. lib. 3. Blas. Flor. Diaz de Mena var. lib. 1. quæstio. 6. art. 3. nu. 12. & 13. Barbos. in l. 1. par. 6. num. 12. & 13. ff. solu. matri. Ludouic. Moro. respon. 54. num. 5. & 6. aliàs 55. incipienti. Hac in causa, Ioan. del Castillo, Sotomaior controuer. iur. lib. 3. cap. 8. num. 27.

3 Deindè specialis † hypoteca non tribuit de iure prælationem aduersus priorem creditō-

ditorem,etiam cum generali, vt abuūdè pro baui in 1.tom.clau.4.glos.12.ex num. 134. non est necesse repetere.

4 Præterquā † in hac ciuitate Barcinone ex iure,& priuilegio quodam particulari,& inueterata obseruantia,si specialis hypoteca est cum firma domini, vt etiam probaui in

5 dicto loco num.137.Et adhuc † illud vltimum non militat,nec procedit contra mulierem pro sua dote anteriorem creditricē, quę præfertur etiam in hac ciuitate,posteriori creditori habenti specialem,etiam cū firma domini,vt habetur expresè in cap. 12. priuilegij recognouerunt proceres in 2. vol. consti. sub tit.de consue.

6 Imò(vt istud † habeas additum ad dicta de his in 1.tom.)nec respectu aliorum ereditorum sunt ex nostris qui nolunt concedere specialibus hypotecis etiam cum firma domini Barcinone,priuilegium prælationis dicentes non posse illud benè colligi ex alle ga.cap.12. priuileg. recogno. proceres.Et quod plus est,vidi proximis diebus in Senatu in Aula admo.Reuer.Cancellarij,maximā super hoc factam difficultatem, vt propter eam,resolutionem Domini capere non potuerint,occasionem forsan dedit, & ita postea audiui,quòd Cancer.& ego pauca pro hac opinione allegabamus.

7 Verùm ego † in dictis persisto, istudque prælationis priuilegium istis hypotecis Barcinone concedo,tum ex dicto cap.12.priuilegij recognouerunt proceres,licèt à contrario sensu illud ex eo deducatur,quia non est nouum apud nostros sumi ex nostris constitutionibus argumentum à contrario sensu, prout signanter in materia non dissimili habes apud nostrum magnum Iureconsultum Thom.Mier. in cur.Ceruar.tit. de feud. & fotis cap.num.18.col.6.fol.165.in 1.par.cō mentār. ad constitu. Cathalo. Matquil. in vsat.mulieribus col.6.circa fin.vers. Quæro an Gubernator.fol.270. & apud egregium olim Senatorem Michae.Ferrer de officio Gubernato.cap.7.

8 Tum etiam † quia ita video nostros antiquos practicos intellexisse,atque ita à longis temporibus Barcinone obseruari solitum attestatos fuisse, quibus credendum esse, extra aleam est tamquam celeberrimis Doctoribus de consuetudine tetræ,quam ipsi inhabitabant loquentibus,glos.in l.de quibus ff.de legib.& ibi Bar.Pulus de Cast.consil.561.& pluribus probat Anton. Gab. de probatio.conclu.4.in prin.in suis commu. opin.& Iacob.Ben.de priuileg. Iurisconsul. priuileg.81.num.2.

9 Inter istos † nostros practicos est Iacob. de Valleſica in vsat.si quis suum feudum n. 1.vbi.sic ait, *sed quid si obligaui tibi feudum sine consensu senioris,ille erit potior qui feudum in pignus accepit cum cōsensu domini, & idem iudicatur Barcinone*, quod dictum refert,& in eo se fundat Iacob.Matquil.in eo. vsat.si quis suum feudum fol.106.col.1. in vers.Quæro iuxta præmissa.Clariùs magnus in his materijs practicus Franciscus Solsona de laudim. cellu. 8.num.28. vbi postquā dixit ex alijs practicis quos refert, specialē hypotecā cū traditione rei de cōsensu domini esse tanti effectus, & efficatiæ vt faciat creditorem posteriorem præferri,& antepo ni creditori priori habenti etiam expressā, & specialem sine consensu domini, sic concludit,*& ita vtimur tota die in præsenti ciuitate Barcinone,& in eius hortis, & vinetot quare minimè sunt mutanda quæ interpretationem certam semper habuerunt, l. minime, ff.de legib.* quod dictum refert,& ideò eo modo quo Solsona est intelligendus, vt loquatur secundum id quod practicatur,& obseruatur Barcinone,egregius olim Senator Primarius nobilis Ludoui.de Pegue. in repetitio.ca.item ne super laudimio,in vers.*Item que perço*, nu.121. nam si generalitet esset intelligendus in omni loco, iam eum cum reliquis,qui idem tenuerunt ex nostris, reprobaui in 1.tom.in loco suprà cita. Reperi nupet magnum,& valdè qualificatum huius priuilegij,& obseruantiæ Cathaloniæ testimonium in quodam libro antiquo manuscripto,intitulato. *Hic incipiunt aliqua decisiones notatæ per Magnificum quondā Stephanum Salauardenya Doctorem Regij Concilij*, & est inter decis.manuscriptas alterius Regij Consiliarij Ioannis Sunyer decis. 412. quæ sic habet.

10 *Et si per priuilegium † Barcinone, & practicam ibi obseruatam ereditor cum speciali hypoteca,& cum firma domini præferatur etiam posterior tempore creditori priori habenti generalem hypotecam,vt in priuilegio del recognouerunt proceres,cap.item quòd in sponsalitijs,tamen id procedit vbi ab eodem factæ fuerunt obligationes, videlicet primò generalis, & secundò specialis cum firma domini, secus*

11 *tamen est † si à diuersis,quia prima generalis à defuncto, & secunda specialis cum firma domini ab alio,quàm à defuncto,quia tunc secus est,nam res semper dicitur transire cū sua causa,ad predicta vide Iacob. Marquil. in vsat.si quis suum feudum, in quæstione incip. Quæro iuxta præmissa,&c.& decis.46.Guid. Pap. quæ optimè facit, & ita fuit iam aliàs visum in Regia Audientia,ad quod est text. not.in l.1.C.de bon.auctor.iud.possid. & in l. alienatio,de contra.emp.l.inter debitorem ff. de pac.c.pastoralis,de decim.Salice.in l.si decaterò,*

terò,in 4.oppositio.C.qui potior in pig. hab.& in l.licet,in fin.eo. tit. Additio. *vide tex. in l.1.§.sciendum est autem, vbi est tex. in terminis ff.de separa.* Hactenus decisio,quæ demonstrat qualiter iam olim antiquis temporibus hæc intelligebantur,& in Senatu habebatur pro constanti istud specialis hypotecæ cum firma domini in hac ciuitate priuilegium.

12 Et de meo † tempore vidi quòd in quadam sententia referente egregio Senatore don Petro Soler, in causa Mariannæ Bonastra contra creditores Petri Bonastra, Scriba Simone Font lata 3.Octob.1617.Senatus in vno ex partitis graduationis creditorum,quæ cum dicta Regia sententia facta extitit,hoc expresè motiuo vsus fuit,*quòd creditor cum speciali hypoteca in hac ciuitate vigore localis est alijs præferendus.* Ex quibus videtur iam non posse nunc in his dubitari, cum hanc receperint interpretationem, & ideò minimè fuut mutanda,&c. vt ad propositum dicebat Solsona vbi suprà, licèt si id introducendum foret,non deficerent quæ contra argumentum,quod à contrario sensu ex dicto cap. 12. priuilegij recognouerunt proceres deducitur,dicerètur. Hęc(vt ad insistituri redeamus)persuadere videtur nostrũ hunc venditorem,qui ex domino rei per vẽditionem sit creditor pretij, non fore mulieri preferendum,tametsi in re vendita sibi cauerit de speciali hypoteca.

13 Finaliter non † desunt Doctores, qui in terminis terminantibus in hac propria materia hanc opinionem tenent,inter quos est Afflict.cuius auctoritas valet pro mille, decis.306.nu. 5. post Specula.quem allegat in tit.de oblig.& solut.nu.45.vers.Quid si vendidi fundum,&Cephal.in cons.131.per totum lib.1.

14 Si venditor † in venditione, & traditione rei suæ appositissem pactum, ne dominiũ transferretur,nec translatum censeretur donec pretium solueretur, vt res penes emptorem præcariò esset donec totius pretij solutio fieret,vel vt interim dum pretium non soluitur,rem emptor haberet titulo conductionis, & certam mercedem solueret, quę sunt cautelæ,quas Doctores ad securitatem creditoris adducũt,& signanter Parladorquilato sermone eas cumulat,rer.quotid.lib.1.

15 c.8. & alij suprà citat. Et signãter † de pacto quòd dominum non transeat in emptorem nisi soluto pretio,pluribus agit nouissimè Ludoui. Cens.in tracta.de censib.par.1.cap. 2. quæstio. 3.art.4.nu.1.Quòd si vis scire,quod non pauci ignorant,quamobrem communiter dicatur illud facere venditorem præferri omnibus creditoribus etiam anterioribus, dicam quòd quia ex dicta reseruatione in homine multo ære alieno grauato non censetur habita fides de pretio, & etiam quia ex eo pacto insurgit,& seu inducitur quædã specialis hypoteca priuilegiata prælatiua aliarum,prout docent Berthazol.de clausu. instrum.clau.15.glos.4. num.3.& 4. Doctor Marta vot.43.in fin.& Stephan. Gratia.discep.foren.523.ex num.13.part.3.qui alios infinitos allegat, & signanter Gratia. citat

† quandã *decis.* Rotæ Rom.corã R.P.Manzanedo de anno 1606.id probantem factam.

16 Vel finaliter † dictum fuisset, quòd iste vẽditor pro suo credito præferretur alijs creditoribus,etiam anterioribus,de qua clausula suprà proximè loquuti fuimus,colorem prætentio habere potuisset. Sed velle nunc absque aliqua ex dictis clausulis approbatis prælationem habere aduersus vxorem, ex sola speciali hypoteca, dura res videtur, & acerba non parum.

17 Ob quod forsan † dubitatiuè per verbũ, fortè,in fauorem huius opinionis loquutus fuit magnus rerum dotalium difficultatum scrutator Bald.Nouel.in tract. de dot. par. 10.num.3.in ver.Et idem,vbi sic ait: *Et idè fortè posset dici in re posteà empta,& specialiter obligata venditori,vt in illa hypoteca præferatur omnibus alijs creditoribus anterioribus,per id quod notatur in l.quamuis C.de pignor.& in l.quod quis,de priuileg.ff.&c.*

18 Sed his non † obstantibus contrariũ est, meo iuditio,indubitatum, quòd imò iste vẽditor,licèt posterior sit creditor, qui de speciali rei venditæ hypoteca sibi cauit pro pretio, est mulieri anteriori creditrici præferendus,prout tenent, non sicut Bald.Nouel.citubanter,sed fine hæsitatione,complures,ac illi quidẽ grauissimi viri, Neguſan. de pignor.memb.2. par.5. num. 17. in fin. Ioan.Matien.lib.5.tit.16.de obliga.& cessio.bonor.l.7.glos.5. num.8. qui citat Gregor.Lopez in l.30.verb.el postrimero, titu. 13.de pigno.parti.5.Felicia.de Solis de cẽs. part.1.lib.3.cap.5.nu.22. & latiùs omnium Ioan.Gutier.in practi.quæstio.lib.3.quæstio. 100.num.23.

19 Rationes sunt † euidentes,quia cum tempore traditionis rei suæ venditor potuerit apponere illud onus, & illas conditiones, quod & quas voluerit,consequitur quòd cũ res illa non sit acquisita,nec effecta debitoris liberè,nec absolutè,sed demum cum illo onere hypotecæ pro solutione pretij eiusdem,non solùm præferatur alijs anterioribus creditoribus priuatis,sed etiam doti precedenti,ratione prædicta,quæ(& nunc habebis cur secus sit in terminis l.licet C.qui potior.)non militat,nec concurrit in specie 4.

terius quæstionis propositæ in re empta ex pecuniis ni id expressè mutuatis, cũ pacto ex pressove illa pro earũ solutione teneretur, in hac enim specie hypoteca hæc posterior do ti præcedenti nó præiudicat, quia non fuit cõ stituta ad instantiam domini eiusdem rei, sed mutuantis nullum ius habentis, nec do minium in re emenda, at verò in casu, quẽ nunc tractamus, pactum fuit celebratum inter dominum eiusdem rei, eundemque ven ditorem, antequàm dominium transferret in emptorem, & sic tempore quo res erat sua, & inter eiusdem rei emptorem, potuit igitur tempore traditionis rei fuę illud onus hypotecæ in sui fauorem apponere, vt cum eo transiret in emptorem, cæteroſque eiusdem rei possessores, donec pretium soluatur, vt in regula, Iuris vulgari. Nec ex eo præiu ditium considerabile fit doti præcedenti, nec aliis creditoribus, cum in hac re sic vendita, & in venditione isto onere affecta, nul lum antea nec mulier, nec alij creditores ius haberent, ita Doctores, quos suprà retu limus, & signanter Gutier. qui plus alijs se in hoc exceadit.

20 Bonæ considerationes † sunt, sed mihi nõ concludunt aliud, quàm quòd istud specialis hypotecæ pactum potuit per venditorem apponi in traditione rei suæ, sed quòd ista specialis hypoteca operetur hanc, quam quæ rimus prælationem, in hoc est difficultas, quam non tollunt considerationes prædictæ. Vndè ego exiſtimo rem hanc dependere, ac meticndam esse ex vi clausularum, quæ in istiusce modi pactis specialium hypotecarũ apponi solent.

21 Inter eas est vna, † quę semper solet in istis pactis apponi, quòd precario res vendita penes emptorem sit, donec integrum pretiũ soluatur, quæ clausula est tantæ efficatiæ, vt ex ea dominium, & possessio penes vendi torem remaneant, ac per hoc pretio non so luto poteſt venditor reuocato precario, vel per rei vendicationem, vel per interdictũ possessorium, cæteris creditoribus etiam ante rioribus excluſis, rem venditam recuperare, vt probat clarè Iureconsultus in l. ea quæ di ſtracta, ſide precar. *Ea* (inquit) *quæ distracta sunt, vt precario penes emptorem essent, quoad pretium solutum sum persolueretur, si per emptorem stetisset, quominus persolueretur, venditorem posse consequi* Et Impera. in l. 3. C. de pac. inter emptorem, & vendi. cuius hæc sũt verba. *Qui ea lege prædium vendidit, vt nisi re liquum pretium inter certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur, si non precariam possessionem tradidit, rei vendicationem non ha bet, &c.*

22 Pulchrè Parlador. † in d. cap. 8. lib. 1. rer. quotidian. ex nú. 3. vbi in fin. num. 6. dicit hanc cautionem longè multò nobiliorẽ esse quòd ab ipsiſmet Iurisconsultis tradita sit, quam aliæ, quæ ab interprætibus. Lege at- 23 tentè † clauſulas, quæ solent in pactis istarũ specialium obligationum apponi, in quibus videbis infinita, quæ nihil aliud in fauorem venditoris pro recuperatione pretij sonant, quàm dominij interim reseruationem, & alijs creditotibus prælationem. Nõ plus po teſt verus dominus in re propria facere, quã sibi venditor in istis specialibus obligatio nibus reseruat facere posse absque miniſte rio aliquo emptoris, & requisitione illius. Nihil ergò mirum si dicamus, quod qui ven ditor sibi sic cauit, præferatur in re vendita quibuscunque alijs etiam anterioribus credi toribus, acipsi etiam mulieri pro sua dote in bonis mariti generaliter creditricis.

24 Auctoritates finaliter † in contrarium in terminis adductæ me non remonent ab ista opinione, quia non habent aliud fundamen tum, quàm quæ Doctores dicunt in materia l. licet C. qui potior in pig. habe. quę non applicatur huic nostro casui, imò magna eſt differentia, vt ex Gutier. & alijs suprà di ximus abundè.

25 Qui post Speculator. † scripserunt Affict. & Cephal. qui contra nostram tenent opi nionem, aliud non faciunt, quàm sequi Specu latorem, nec aliam rationem adducunt. Hæc autem totus eſt in diſpositione d. l. licet fundans ex ea suam opinionem, audi eius verba. *Quid si vendidi* (inquit) *fundũ Titio, & tradidi, & ciumi, quòd esset mihi specialiter obligatus, habebat uxor, cui erat bona pro dote obligata, nunquid sum ei præſtendus in fun do? Et videtur, quòd sic. C. de pig. quamuis, C. qui potior in pig. habet. licet, ff. de priuil. cred. quamuis, argumentum contrarium de tribu. procur. §. penul. & §. in tribus inſtitut. de rer. diuiſ. §. venditæ, C. qui potior in pig. habe. aut ex item si quid C. de iur. dot. in rebus, dic quòd præfe rar alijs creditoribus, non uxori, vt in prædi ctis l. licet, & not. in eo ex cuius pecunia res empta eſt, ff. qui potior in pig. hab. interdum, C. ro. uti. l. fin. §. 1.* Ex quali ratione vtitur Specu lator ad probandum suam contra nostram opinionem, argumentari ſcilicet ex his, quæ dicunt Doctores in materia l. licet, ad nostrũ 26 casum. Quod adhuc † magis declarat addi tionator Ioan. Andre. ibidem dicens concor dari ad hęc omnia in auctem. de equalitã. dot. §. his conſequens, vbi solùm tractatur materia dictę l. licet, vt dicemus infrà, quę sunt res tam diuerſę, vt diximus. Cum ergo hunc isti Doctores habeant anteſignanum, & auctoritate eius ductí hanc tenuerint opi nionem potiùs, quàm ex alia ratione, & id

fun-

fundet ſe in tam fragili fundamento, ſequitur quòd auctoritas illorum mouere nos nõ deber modo aliquo vt à noſtra opinione tã fundara recedamus. Vlteriùs circa auctorita
27 tem Afflic. qui, † vt dixi, ſolùm ducitur auctoritate Specula. & allegatorum per eum, dico, quòd doctus eius additionator Vrſil. noluit cum eo pertranſire, imò num. 5. verſ. Circa ſecundam, poſtquam dixit contrarium tenere Neguſan. iudicauit neceſſe eſſe ſuper ea opinione cogitare vlteriùs.

28 Et adhuc iſtud, † quod dicunt Doctores in terminis dictę l. licet, quòd mulier pręferatur creditori mutuanti ad emptionem, vel refectionem domus, quamuis ſibi de ſpeciali hypoteca proſpexerit, non procederet, nec poſſet admitti, niſi haberet tex. expreſſum, qui in eis terminis conceſsit molieri iſtud priuilegiũ in authẽ. de ęqualita. dot. in §. his conſequens, qui, licèt eum aliqoi, confundendo materiam, acommodare voluerint huic noſtro caſui, non loquitur niſi in caſu l. licet.

29 De qoo tex. † loquens Stephanus Gratia. ad propoſitum diſcep. foren. cap. 257. num. 33. dicit eum ſufficere in hac materia, quamuis ea ſit imperitia noſtrorum temporum vt legibus non credatur niſi auctoritatibus Doctorum cõprobentur. Niſi (inquã) foret iſte tex. dubito, quòd generalitas d. l. licet, quę prelationem concedit erga omnes indiſtinctè creditores, vxorem etiam comprehendiſſet.

30 Nec procedit † quod in principio diximus, non operari plus ſpecialem hypotecam quàm generalem, imò fortior proculdubiò eſt, & magis afficit, vt multis exemplis poſſem cõprobare, ſed contẽtare ea videre apud Surd. in conſ. 331. nu. 25. & Gaſpar. Roder. de annui. rediti. lib. 2. quęſt. 7. num. 14. cum alijs adductis per egregium Senatorem Hipoly. Montaner in additio. ad Olib. part. 2. lib. 1. cap. 29. nnm. 11.

31 Et in hac noſtra † materia, quid & quantum operetur ſpecialis hypoteca circa impedimentum translationis dominij, vide latè apud Ludoui. Cenci. de cenſib. pat. 2. cap. 2. quęſtio. 1. art. 1. num. 1. & 2.

32 Plus dicit, ſeu † inſinuat Ioan. Griuel. in ſupra in principio cita. deciſ. Dola. 56. nu. 7. quòd ſola reſeruatio pignoris, & ſpecialis hypotecę in re vendita operatur pactionem vt in ea re pręferatur venditor, ad quod allegat gloſ. & Doctores in l. interdùm ff. qui potior. in pig. hab. & in ſæpè cita. l. licet C. eod. titu.

33 Diſputauimus in † Senatu multis, hunc articulum de anno 1621. coram egregio Senatore Franciſco Ferruz in cauſa appellationis à Iudice retroclamorum inter Adminiſtratores Collegij, & Capellę ſancti Seueri Sedis Barcinonen. & Paulum Alzina Legum Doctorem. Collegium enim habebat cenſuale crearũ ſibi ex pretio rei venditæ cũ ſpeciali hypoteca, cum latiſsimis clauſulis in ipſo contractu venditionis & ſimul, & ſemel appoſitis: ſed nihilominùs prærendebat dictus Alzina prælationem vt hæres matris pro illius dote vti anterior creditor, ſtrenuè cum alio aduocato defendendo ſuam prætẽſionem, ſed ſubcobuit viſis, & benè notatis clauſulis inſtromenti, & ſpecialis obligationis, in qoibus Domini totam vim fecerunt. Nec applicari poſſe materiam l. licet. C. quĩ potior. in pig. habe. & quę ibi Doctores tradunt, in quibus fundabat ſuã prętenſionem dictus Alzina, dederunt pro conſtãti, ac pro
† inde die 2. Innij anni prædicti 1621. *confirmarunt* ſententiam primitiuam pro Collegio latam. Actua. Brerons. Diſporauimus deinde etiam latiſsimè eundem articulum in Aula Regentis Cancellariam ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aſtor in
† ter eaſdem partes, & in poſſe eiuſdem Actuarij Brerons, eandem Senatus *accepit* reſolutionem pro venditore contra mulierem ſententia lata 8. Ianuarij 1622. confirmãdo quãdam prouiſionem antea factam per egregiũ itidem Senatorem don Petrum Soler. Quis iam circa rem hanc dubitabit?

34 Sed ſine ſpeciali † hypoteca præfertur etiã quandoque venditor pro pretio, putà in rebus venditis adhuc extantibus, quando pretium magis in partes quo ad ſolutionem diſtributum, quàm emptori creditum cenſetur, quod contingit cum pars pretij eſt ſoluta, & pro reliquo certus terminus ad ſoluẽdum conſtitutus. Ita Maynar. cum ſuo Sena-
† tu, qui ita *declarauit* deciſ. 45. lib. 2.

35 Et quando non eſt † habita fides de pretio, quod tamen in dubio non præſumitur, imò habitam eſſe cum venditor tradit rem ante nomerationem pretij, iuxta gloſ. in l. quod vendidi ff. de contra. emp. & in l. procuratoris §. penul. de tribut. Caſtren. in §. venditæ, verbo, fidem Inſti. de rer. diuiſ. Bal. in l. in ciuile, & ibi etiam Caſtren. de reiuendica. & Bertazol. in tracta. de clau. inſtrum. clau. 38. gloſ. 1. num. 4. & 5. vbi dicit eſſe cõ-
36 munem opinionem, per quæ miraberis † de doctiſsimo aliàs vito Ioan. Griuel. quòd in deciſ. Dola. 56. nu. 9. ex eiſdem ferè allegationibus contrarium dixerit, nempè in dubio ex ſola traditione rei non videri habitã
37 fidem de pretio. Quando, inquam, † non eſt habita fides de pretio, quod contingit in his venditionibus, in quibus ſtatim conſueuit pretium ſolui, vel ex conjecturata mẽ-

partium

partim idem dicendum esset, vt quia res venditur in nundinis, & personæ ignotæ, & recessuræ, cui non est verisimile venditorem voluisse credere, & dare dilationem ad solnendum, vt per Bald. in l. si non donationis, C. de contra. emp. Castren. in d. §. penul. & alij adducti per Bertazol. vbi suprà num. 7. Illustrissim. Cardin. Manti. de taci. & ambiguen. lib. 4. tit. 21. num. 9. Et idem est quãdo mercator iam intuerat consilium decoquendi, & fugiendi, tunc propter eius dolum non censetur habita fides de pretio, vt per Angel. & Alex. in l. si cum dotem, §. fin. ff. Iolu. matri. cum alijs adductis per Beneuen. Strac. de decoctor. 3. par. num. 31. & per Berrazol. loco cita. num. 8.

38 In his casibus, † & similibus, in quibus potest considerari non esse habitam fidem de pretio, cum dominium non transferatur, nec translatum censeatur donec pretium fit solutum, d. l. quod vendidi, de contra. emp. & §. venditæ insti. de rer. diuis. Surd. in cons. 101. n. 12. cũ alijs quos adducit, qui dicunt speciale esse in contractu emptionis, & venditionis ne dominium censeatur translatum ante

39 quàm prætium soluatur, sequitur † venditorem in re vendita præferendum sine dubio fore quibuscunque alijs creditoribus emptoris etiam anterioribus, Andre. Gay. obserua. 15. num. 10. lib. 2. & Ioan. Griuel. qui plures citat in allega. decis. 56. num. 9. vbi dicit ita

† *declaratum* fuisse in quodam venditore, qui merces quasdam vendiderat cuidam mercatori, easdemque tradiderat mox pretium, vt existimabat, recepturus. Cum enim postea recessisset emptor pretio non soluto, Senatus (inquit) in illis mercibus hic Dolæ repertis, & extantibus venditorem prætulit cæteris omnibus creditoribus quasi fidem emptoris pleniè nõ sequutis, & quasi mercibus † nõ verè traditis, sed fraudulenter ablatis, vt loquitur tex. in l. si quasi ff. de pignor. ac. Hæc

40 est bona limitatio, ad id quod communiter dicimus, venditorem pro pretio non præferri regulariter creditoribus antetioribus in re vendita vt suprà viditi, fallit enim si non fuit habita fides de pretio.

41 Præterea visum, † vt omnes norimus, superioribus annis fuit, occasione illius rã mali status, in quo erat hæc Prouincia ob tot facinorosos homines, qui nemini parcentes in ea grassabantur vt diximus alibi, debuisse omnino prohiberi partum tormentorũ manualium, quæ nos pedrenyals dicimus, quod existimabatur remedium fore ad expellendum id genus homines, aut saltem ad præseruandum ne alij similes illis fierent cũ nõ haberẽt arma, quibus se defenderẽt, & offenderẽt, licèt ex animo nõ successerit, ob idq; publicata fuit quædã Regia pragmatica Madriti facta cum assensu, & Consilio Sacri Supremi Senatus prohibens portum prædictũ sub duplici pœna, corporali scilicet, & pecuniaria simul, & hac quidẽ fisco applicãda, & ab eo exigenda, prout postea practicatũ fuit, reo etiam non capto, & per consequens nec audito. De cuius validitate, aut inualiditate ego non iudico.

42 Solùm dico † ei nunquam Principatum acquieuisse, imò & apud suam Maiestatem Madriti per suos Oratores, & hic apud Proreges, semper de ea conquestus fuit, prætendendo eam esse contra constitutiones Cathaloniæ prohibentes has pœnarum impositiones, & executiones in persona simul ac in bonis, maximè reo non capto, nec audito. Verũ est quòd nec a sua Maiestate, nec à Proregibus responsum aliquod Principatus potuit obtinere quod satisfaceret.

43 Imò congregatus † totus Senatus trium Aularum iussu domini Proregis vt satisfaceret quærelis Deputatorum, qui semper contra pragmaticam clamitatabant, proponendo egregijs Senatoribus si erat in executione dictæ Regiæ pragmaticæ supersedendum causis, & rationibus, quæ per Principatum re præsentabantur, conclusione facta 4. Mar. † 1613. prout habes in Archiuo Regio, *dixit* ac resoluit, Proregique consuluit non esse in executione, & obseruantia dictæ pragmaticę supersedendum, sed ad vlteriora procedendum non obstante requisitione, seu requisitionibus per Deputatos præsentatis. Non hæc dixi vt condemnarem actiones, & intentiones alicuius: eas sanas omnes vidimus, & ad bonum finem directas subleuandi Principatũ à tam graui plaga, qua opprimebatur, licèt docuerit postea experientia non fuisse istud sufficiens remedium, & ideò modificatus deindè fuit illius sanctionis rigor, sed vt omnibus testatum esset non defuisse Cathalanos in eo quod eorum oneri incumbebat procurãdi cũ sua Maiestate, vt pro sua solita clementia constitutiones sibi iuberet seruari incolumes: & adhuc speramus quòd in Curijs generalibus futuris, vbi est proprius locus, dignabitur talem gratiam sua Maiestas huic suo fidelissimo Principatui in his facere vt contentissimus à manu tanti Principis sine dubio euadat.

44 Ratione igitur huius † pragmaticæ, cum executiones ad instantiam fisci fierent in bonis reorum huius criminis, vidi dubitatum nonquid his executionibus possint se mulieres opponere, & beneficio optionis, de quo in Regia pragmatica, de qua agimus aduersus fiscum gaudere, sicut aduersus alios quoscunque priuatos creditores.

Ratio-

45 Rationem † & occaſionem dubitandi de dir noſter Mier. qui in Curia Montisalbi Reg.Alfon.III.tit.de excu.c.10.n.35.& 36. colla.5.fol.112.dicit quòd hæc pragmatica de iure non habet locum contra fiſcum, & regalias, atque ita dicit ſe audiuiſſe fuiſſe † *ſeruatum*:huius rei aliam non adducit rationem, quàm quia pragmatica nihil dicit de obligaris fiſco, ex maleficio, vel contractu, & quia pro debito fiſcali eſt locus perſonali captioni.

45 Sed diuerſam † opinionem arbitror veram,quia non reperio fiſci cauſam eſſe potiorem cauſa mulieris pro dore ſua agentis, prout vidiſti ſuprà non in vno loco ſolùm.Et in hoc non eſt ambigendum,quia cũ eo ſemper † *tranſiuit* Senatus ſine difficultate aliqua, non eſt quòd cauſas referamus, in quibus in criminalibus admiſſæ fuerunt illæ oppoſitiones,quia eſſet ſuperfluum.

47 Nec nocet quòd † Regia pragmatica nõ loquatur de hoc caſu, nec illum exprimat, quia non eſt neceſſe.Iam enim per ius commune in iſtis caſibus quando intrat fiſcus,ſaluantur hypotecę creditorũ anteriorũ,prout docet I. C. in l. res quæ,§. ſed ſi ante ff. de iure fiſ. vbi, *ſed ſi ante*(inquit)*aliæ res obligatæ ſunt iuræ pignoris,non debet procurator ius creditorum lædere,ſed ſi quid eſt ſuperfluum permitetur procuratori vendere,&c.*

48 Et ſaluatur † etiam expreſsè cauſa dotis in l.ſiquis polt hoc,C.de bon. proſcrip. Elegans eſt ad propoſitum Ludoui.Roma.conſil.128.dicentis † debitoris alienantis, aut delinquentis factum creditori hypotecario præiudicare non poteſt, ſequitur Farina. de crim.læſæ maieſt.quæſt.116.§.1.nu.36. poſt Iacob.de Are.& Bal.in l.pignus C.de pigno. actio.quos etiam Roma.allegat.

50 Præſuppoſito † quòd mulier poteſt ſe opponere pro ſua dote,& alijs iuribus in cauſis criminalibus ſicut in ciuilibus,vti apud nos, vt diximus,inconcuſſe obſeruatur, dubitatum vidi,ſi eius oppoſitio fuit per Iudicem repulſa,vel aliud prouiſum quod ſibi mulier reputet eſſe pręiudiciale,nunquid poſſit appellare,vel ſuo caſu ſupplicare, vbi negotiũ tractaretur in Conſiſtorio Principis.

51 Difficultatem mouet † præſertim in hoc Principatu, quòd hic non admittantur appellationes, & ſuo caſu ſupplicationes in cauſis criminalibus,niſi in certis caſibus, de quorum numero non eſt hic,cap.10.cap.15. & c.16.curiarũ anni 1599. atque ita inconcuſsè apud nos obſeruatur,nou ſecus † atqui in Italia de cõſuetudine illius terræ non admitti in criminalibus appellationem, nobis teſtatur Baiar.ad Iul.Clar.quæſt.94.num.8.

53 Licèt aliàs † de iure communi tam in criminalibus,quàm in ciuilibus ſit permiſſa appellatio,prout pluribus docet Cæſ.Barz.deciſ.Bonon.150.num.4.

54 Sed contrarium † eſt verius, quòd ſcilicet in iſto caſu non ceſſeatur prohibita, imò permiſſa appellatio,& ſupplicatio.Rationes ſũt plures quæ adduci poſſent, ego ſequentibus contentabor.Certũ eſt quòd articulus iſtius oppoſitionis,& oprionis, quas facit mulier cum ſit executio in bonis viri eſt, & dicitur articulus ciuilis incidens in cauſa criminali, de quo propter connexitatem cognoſcit ille idem qui eſt Iudex cauſæ criminalis,Aegi. Boſſ.de foro compe.num.121.Meno.de arbit.indi.lib.1.quæſtio.82.nu.10. & ſequent. & quæſt.91.num.8. ac de retinen. poſſeſſ. remed.3.num.552.& ſequent.ac Farina. de inquiſitio.quæſtio.1.nuni.63.Si ciuilis articulus eſt,non poſſunt partibus denegari quę iuditijs,& negotijs ciuilibus conceduntur,& inter ea,appellatio,& ſupplicatio,non enim ex eo quòd inciderit in cauſa criminali,amittit propriam naturam.

55 De quo puncto, † quòd ſtatutum prohibens appellationem in criminalibus,non habeat locum in cauſa ciuili incidenti,docet in terminis Riminal.in conſ.529.vol.3.& poſt eum Ioan.Baptiſ. Baiar.in additio. ad Iul. Clar.quæſt.94.nu.43.

56 Deindè cũ † appellatio prohibetur, intelligitur reſpectu litigantiũ, nõ alicuius terrij cauſæ ſe opponentis pro aliquo ſuo intereſſe, de quo articulo cum multa dixerim in hoc eodẽ tom.clau.6.glo.1.p.3.ex n.14.cũ multis ſequentib.ideò hic omito.Et in terminis ita docet Micha. Ferrer cap. 25. incip. appellare priuatus,aliàs incipit, reperio conſtiturionem &c.circa fin.in verſ.Reſtat,his verbis, quę adducere volui quia procedunt de † *intentione,& obſeruantia* noſtri Senatus, cuius quãta ſit auctoritas, non eſt quòd hic ego referam.*Reſtat tamen ex dicta diſtinctione expeditum quòd quando agitur de pœna pecuniaria,vel quando cauſa eſt mixta,vt quia Baro,vel alius Iudex territorij,in quo delatus detinetur,appellat pro ſuo intereſſe, vt putà pro intereſſe ſuæ iuriſdictionis,tunc talis appellatio admittitur per Regiam Audientiam,quamuis illa quæſtio reſultet ex illa cauſa criminali,vel in illa incidat, quod nota.* Hæc Ferrer.

57 Finaliter facit † quòd ſola mixtura,vtpotè quia partim criminalis, & partim ciuilis ſit cauſa,quod poſſet contingere cum pœna partim applicaretur fiſco,& partim parti priuatæ, efficit vt ſtatutum prohibens in criminalibus appellationem,nõ comprehendat, nec 58 comprehendere cenſeatur hunc caſũ,quia † caſus mixtus non comprehenditur ſub caſu ſimplici,vt multis probat Hierony. Mago.

deciſ.

decis. Lucen. 91. per tot. & Petr. Cabal. resolu. seu cas. crimina. 110. num. 18. Quod
59 procedit † nedum in dicta specie mixturæ, verum & in ea etiam, cum sententia nec est diffinitiua mera, nec mera interloquutoria, sed interloquutoria vim diffinitiuæ habens, tunc enim illam sententiam non cõprehendit statutum prohibens in criminalibus appellationem à diffinitiua, & interloquutoria, vt probant Alciat. in cons. 12. nu. 6. lib. 7. & Ioan. Baptis. Baiar. in additio. ad Iul. Clar. quæs. 94. num. 44.

Multò fortiùs diuersitas articuli merè ciuilis efficiet ne statutum loquens de causis criminalibus comprehendat eum. Atque ita intrepidè, ac sine difficultate aliqua apud nos obseruatur, quòd fiant istæ oppositiones, & optiones, & indistincte admittãtur, sic in criminalibus, sicut in ciuilibus.

60 Sed quid cum † ex delicto aliquod prædium, vel aliqua domus mariti, vel alia res ipsius veniret fisco confiscanda, dubium est non leue, an in isto casu possit mulier optare in vim huius pragmaticæ, & nostræ cõmunis praxis id quod ratione confiscationis, ad fiscum deuenire deberet.

Circa hanc quæstionem, quod imprimis dubitationem non habet, & seu habere non debet, est quòd si confiscantur bona viri ex aliquo delicto, soluere fiscus mulieri debet suam dotem, & donationem propter nup. seu contra dotem, ex l. si marito in prin. ff. solu. matrimo. l. si quis post hac, & auctent. bona damnatorum C. de bon. proscrip. abundè Peregrin. qui infinitos adducit in tracta. de iur. fis. lib. 5. tit. 1. num. 82. latissimè etiam Farina. de delic. & pœn. quæstio. 25. ex nu. 111. & de crim. læsæ Maiestatis quæstio. 116. §. 3. nu. 121. & Henric. Rossental de feud. cap. 1. conclu. 15. nu. 10. & cap. 9. con clu. 5. num. 10.

61 Non enim † foret iustum quòd ex facto viri vxoris conditio deterior efficeretur.

62 Nec id † quidem mirum cum idem sit in alijs etiam creditoribus quibuscunque, dum sint ex contractu, non ex delicto, quibus etiam tenetur fiscus, qui debitoris bona cõfiscauit pro aliquo delicto, sua debita soluere, provt fusissimè probat idem Farina. in cita. quæstio. 25. de delic. & pœn. num. 188.

63 Et est omnium † ratio, quia delictum non potest tollere hypotecam, & iura vxoris,

64 & creditorum, vt diximus. Itè etiam † quia in pœnis exigendis, & multis infligendis fiscus non habet aliquod priuilegium contra alios creditores, imò omnibus creditis, siue illi, quod plus est, sint personales, siue hypothecarij, vel chirographarij l. vni. C. de pœn. fisc. lib. 10. l. quod placuit, de iur. fis. l. rescriptum ff. de pac. ita ex Afflic. in cap. 1. num. 45. in tit. de frat. de nouo benè inuestien. docet Peregrin. de iu. fis. lib. 4. tit. 8. num. 11. & Anton. Fab. in suo Cod. lib. 9. tit. 25. ne sine ius. Princip. defin. 3. nu. 1. & eo. lib. 9. tit. 26. de bon. damna defin. 21.

65 Hoc præsupposito, † intrat nunc benè quæstio suprà principaliter proposita: nunquid si mulier non vult contentari quòd fiscus ei soluat suam dotem, & donationem propter nuptias, sed velit satisfieri in bonis viri in specie ex priuilegio optionis, de quo loquimur, an sibi liceat. Ille articulus in Cathalonia nullam habet difficultatem cum habeamus consti. quę expressè in isto casu mulieri concedit optionis priuilegium, quæ est constitu. 3. sub tit. de bon. cõdemna. Et idem arbitror fore de iure communi eo modo quo in superioribus docui cum vir vergit ad inopiam, & bona eius distrahuntur pro debitis: non enim video qualiter marit⁹ delinquẽdo potuit potiùs, quàm cõtrahendo potuerit, istud priuilegium mulieri auferre, cum omnia procedant ex voluntate, non ex necessitate aliqua, ad tradita latè circa materiam huic similem per Surd. tota decis. 286. omninò in his videndum. Qua de re ergo amplius tractare non proposui, quia materia est hic parùm practicabilis, quia Christo gratias, nunquam ferè apud nos succedit aliquis casus confiscatione bonorum dignus, & ferè in omnibus est per iura nostra confiscatio prohibita.

66 Sunt tamen † frequentes quæstiones cum bona mariti incidunt in commissum, veluti contingit in iuribus, & vectigalibus generalis Cathaloniæ, & Ciuitatis Barcinone, & aliarum ciuitatum, ac aliorum opidorum huius Principatus, & aliarum terrarum: certum est enim quòd si dicta iura non soluuntur, res quæ illa debebat, & seu pro qua vectigal debebatur, incidit in commissum, quæstio est si idẽ in isto casu est dicendum, quod in superiori. Dic quòd ego non dubitarem, quòd sicut in illa confiscatione, quæ fit ob delictum saluantur iura mulierum, & aliorum etiam creditorum, sic in illa, quæ fit ob non solutam gabellam, & vectigal, saluari etiam debeant, atque ita eodem modo se opponere poterit mulier quemadmodum in priore casu, & sua oppositione executionem impedire

67 confiscationis enim † species est commissum istud, & promiscuè Doctores modò commissum, modò confiscationem, pœnam hanc defrandantium gabellas, & vectigalia appellant, provt apparet ex Guido. Pap. dec. 572. num. 1. in vers. Sed quid, & num. sequen. & ibi etiam addentes per verbum,

confiſcationis loquuntur de iſto commiſſo, Aymon Craue.ùi conſ.115. in prin. clariùs Aloyſ. de Leon in l. 1. C. de vectigal. & commiſ. in prin. ibi, incidunt in commiſſum, ideſt confiſcantur fiſco, cui debebat ſolui gabella pto illis tebus &c. Et ptæterea ratioues omnes, quæ adductæ fuete in vera, & propria confiſcatioue, in hac etiam habere locum, & ptocedere, non poteſt eſſe aliquod dubium.

68 Sed quid in alia † ſpecie commiſsi eum in illud cadit res emphyteurica ob non ſolutum canouem, aut aliàs? Dic quòn in iſto caſu reſoluuntur hypotecæ, & obligariones medij temporis, & propterea nec mulier, nec alij creditotes poſſunt quicquam ſuper re illa prætendere, vt probat expreſsim rex. in l. lex vectigali ff. de pig. in quo fundatur illud btocatdicum, reſoluto iute datoris reſoluûtur ius acceptoris, pet quem tex. & per alia eriam infinira, quæ adducit Surd. in plena de hoc deciſ. 286. ita tenet † is auctot, ſicque *deciſum* iu Senatu Mantua.

69 affctit. Et ad diffiuiendum † faciliter caſus, qui in hac materia incidere poſſunt declarandi circa teſolutionem hypotecarum, ex reſolutione iutis hypotecantis, adducit illâ communem diſtinctioyem, quòd aut debitot actum facit ex neceſsitate, & tunc pignus reſoluitur: aut ex voluntate, & pig-

70 nus durat. Addit notandum † in hls perpetuò eſſe nonhaberi pro facto voluntario illud quod etſi pendeat à voluntate debitoris, non tamen eſt ordinatum ad allenã-

71 dum, vt hie. Et vlteriùs † quòd iſtud commiſſum nou pendet à mera voluntate, ſed à diſpoſitione legali, & ſeu, vt dicit alius, qui infrà allegabitut, ex lege, & conuentioue emphyreuſi ab initio dicta, cuius poteſtate contractus emphytenticatius, ipſo iute reſoluitur, ita vt nullum emphyteutæ factum interuenire neceſſe ſit, ſufficiente ipſo non facto, licèt actus pendeat à pura voluntate.

72 Prodietût † poſt Surd. aut ſaltem ex poſt ad me petuenerunt portentoſa illa, & magis ad miranda, quàm imitanda Antou. Fab. opera de errot. pragmaticor. quem repeti rem hanc lato ſermone in indiulduo tractaſſe par. 1. deca. 23. erro. 2. ex num. 5. & deca. 24. error. 5. num. 3. vbi cum deciſione Surd. conuenit, quem tamen non allegat,

73 declarat verò rem mitabiliter. Et † vltrà ſuprà adducta, tradit hanc pulchram diſtinctionem ad plures caſus in hac matetia eõtingibiles faciliter decidendos. Aut (inqnit) res ad dominũ redit ex lege & conuentione ab inirio dicta, aut ex cauſa noua, planèque voluntaria. Priore caſu fit ſanè reſolutio hypotecarum ex teſolutione iuris hypote-

cantis. In ſecundo verò non.

74 Et ſi vis ſcire † exactè quid circa hæc ſit obſeruandum vbi fit teciſio emptionis vigote l. 2. C. de reſcind. vendi. vel illius renocatio vigore pacti de tetrouendendo, legis cõmiſſotiæ, aut addictionis in diem. Itẽ ſi fit teuocatio donationis proptet ingratitudinem. Et deuique vbi dominium emphyteutæ reſoluitur ob canonem non ſolutum, aut aliàs, ſi peteunt hypotecæ, & obligationes, & ſi in illa re poſteà ſuccedens renetur ſtate locationi pet prædeceſſotem anteà factæ, vide apud Fab. in quinq; primis errotib⁹ decad. 23. & error. etiam 5. decad. 24. vbi latiſsimè de his nouè, materiam taliret declarando prætet id, quod hucvſque intellectum fuerat, vt nihil ſuprà. Quæ ego, licèt non lubens propter materiæ vtilitatem, eogot omittere, ne extra proprium iuſtitutum diu vagaſſe dicar.

75 Circa iſtas † optiones notandum eſt quòd regia pragmatica diſtinguit mulieres cõmotantes in tertis tegijs à commorantibus in terra Baronum, vt illis liceat oprare, & eligere, tam de bonis mobilibus, quã immobilibus in quibus ſatisfiant, ijs verò in immobilibus tantùm, telictis mobilibus, vt in eis fiat execut io pet creditores non obſtante oppoſitione mulieris.

76 Dubirarũ ſupet † hoc vidi, num ſi contingit aliquam petſonam militarem, quę eſt de foro, & iuriſdictione Domini Regis, commorati in terra Baronis, & fieti contra eius bona aliquam execurionem ad inſtantiam cteditorum, liceat eius vxoti ſe opponenti optare de bonis viri tam mobilibus, quã immobilibus, an verò debear vti lege aliatum mulierum commorantium in eodem loco ſubiectarum Baroni. Super quo dubio ſam ſemel Senatus manum appoſuit, & il-

† lud contra mulierem *reſoluit* de anno 1597. menſe Nouembtis, telatote egregio Sena. Hieronymo Senjuſt, provt nobis tefett noſter Cancer. in 2. par. variar. reſolu. cap. 7. de reſtitutione ſpoliat. num. 60. vbi tamen nullam huius dicti rationem adducit.

77 Potuiſſet verò † non ſpetnendam, quòd ptiuilegium eonceſſum habitantibus in aliquo loco, cenſetur conceſſum dicto loco, & illius ratione, & affectione, & non in eo habitãtib⁹, ex l. 1. ff. de cẽſib. quem tex. Doctores dicunt eſſe valdè notabilem, ita in termi nis tenet Ludo. Bologni. in tracta. de indulgen. num. 15. mihi, in 16. vol. tracta. vbi loquens de priuilegio exemptionis, & immunitatis à gabellis, & oneribus conceſſæ euntibus habitare in aliquo loco, reſoluit eſſe priuilegium loci, non habitantium in eo, & declarat qualitet id fieri poſſit non obſtante quòd

te quòd locus vti inanimatus, non videtur esse huius priuilegij capax. Idem tenet Pet. Antibol. in tract. de muner. 3. par. de excusa. muner. num. 44. & nouissimè Garcias de Gironda in tract. de priuileg. & exemptio. explica. quæstio. 107. cap. 13. ex nu. 568. qui ad id adducit vlteriùs l. ciuibus ff.
78 de reb. dub. vbi legatum † ciuibus ciuitatis relictum videtur datum, & relictum ciuitati, sicut relictum Sacerdoti videtur Ecclesiæ relictum, per l. annua §. 1. ff. de annu. legat. Quod maximè procedere videtur in isto casu, vbi verba non diriguntur ad personas subditas, sed ad loca, non enim dicit, & istud obseruetur, & teneatur in mulieribus subditis nostris, sed in mulieribus commorantibus in ciuitatibus, & villis nostris &c.

79 Sed his † non obstantibus tentari posse cõtrarium ego iudico, persuasus quòd Serenissimus Rex Petrus Pragmaticæ auctor differentiam, quam fecit inter personas cõmorantes in locis, & terris Regijs, & eas quæ viuunt in terris Baronum, non fecit illam quidem affectione loci, & propter illum, sed imò propter vassallos domini Regis, & eorum affectione, & amore, quos priuilegiare in hoc voluit vltra vassallos Baronũ. Quę
80 ratio † licèt expressa in dispositione non sit, quia tamen alia non videtur posse assignari, pro expressa haberi debet, ad quod confirmandum satis multa adduxi in 1. tom. clau. 4. glos. 26. num. 28. ideò non repeto. Quod si ita est, provt esse debet, vbicunq; habiret miles, qui semper est de foro domini Regis, & nunquam Baronis, provt abundè multùm probaui in eo. 1. tom. clau. 3. glos. 3. num. 28. semper erit verum dicere ipsum esse vassallum domini Regis, & illius iurisdictionis subditũ, vti etiam probaui vbi suprà, & ex consequenti gaudebit isto priuilegio, & prærogatiua vassallis domini Regis, & subditis illius concessis. Quod con-
81 firmatur † vlteriùs, quia exemptus habetur pro extraneo, vt dicit Rolan. à Val. in cons. 33. num. 26. vol. 3. ex tex. in cap. 1. iuncta glos. de priuileg. in 6. quamuis ergo habitet miles in terra Baronis non potest propriè dici ibi commorari, sed vt extraneus iudicari debet, vt non verificentur in eo verba nostræ pragmaticæ loquentia de commorantibus in terra Baronis. Id quod meo iudicio, clarè probatur ex dispositis in constitu. 11. sub tit. de iurisdic. om. iudi. vbi agitur de executione, quæ fit in bonis commorantium in terra Baronis, & dicit quòd si mulier se opponit dicendo bona mariti non sufficere ad dotis suę, & sponsalitij satisfactionem, de valore bonorum cognoscet Baro: Quod clarum est non posse ve-

rificari, nec locum habere in milite habitãte in terra Baronis, nunquam enim posset Baro de hoc cognoscere, vbi contra militem fieret executio, si mulier se opponeret, cum hęc non sint de sua iurisdictione. Quemadmodum ergo sub hac constitutione loquente de commorantibus in terra Baronis non comprehenditur miles, sic nec in regia pragmatica, de qua agimus.

82 Vna enim † lex declaratur per aliam, maximè quando sicut hic, ambę loquuntur in eodem casu l. non est nouum, cum duabus sequent. ff. de legib. de quo puncto latè per Aldera. Mascard. de interpretatio. statutor. cõclu. 2. ex n. 103. Nec † est nouum
83 milites non comprehendi sub generalibus verbis, & dispositionibus, vt dicit Marquil. in vsat. ex magnatibus fol. 264. vers. Item facit, col. 4. optimus locus de hoc apud Iacob. Cali. de prærogat. milit. num. 37. cum sequen. sequitur Portoles in Schol. ad Molin. §. firma num. 117. & num. 120. & clarissimis etiã verbis id dicit Serenissimus Rex Petr. III. cap. 6. tit. de *iurisdictio de tots Iugges* in vol. prag.

84 Nec conturbabunt † quæ suprà diximus circa illud, si priuilegium est cõcessum loco, vel personis, quia idem Antibol. allegatus dissoluit nodum, dicens esse ad considerandum si affectione personarum, quia benè se habuerunt, vel affectione loci vt quia volebat ibi fieri magnum locum, provt in casu Bolognini quando priuilegiantur personæ eunres ad populãdũ aliquam terram, & eis priuilegiũ est cõcessũ, vt primo casu dicatur cõcessio facta personis. Secũdo verò loco. In nostro casu clarum est quòd non habuit respectum Rex ad augmentationem loci, sed ad priuilegiandum personas subditas, quas magis diligit, sequitur ergo quòd vbicunq; illæ habitabunt, habebunt priuilegium istud optandi. Et vlteriùs dicit Antibol. in cita. loco, quòd in dubio censetur personis cõcessum priuilegium, adeò vt quãdo est concessum habitantibus in tali loco duret etiamsi postea mutent domicilium in alio loco. Quæ si quicquam valent, animaduertere debes, si casus aliis successerit sicut ille, qui coram Senjust fuit decisus.

SVMMARIA.

1 *Oppositio mulieris, cum fit executio contra virum coram ordinario, ibi debet & illa etiã fieri.*

2 *Oppositio mulieris secundum iuris regulas ad impediendum executionem, quæ fit contra virum, potest fieri coram Iudice requisito,*

omiſſo requirente.

3 Executor merus, & Iudex requiſitus ſecundū ius cōmune, poteſt cognoſcere in quibus rebus ſit faciēda executio.

4 Idem eſt de iure noſtro municipali.

5 Iudex requiſitus ſecundum noſtrum Mieres, cognoſcit de oppoſitionibus mulierum, nedū quod attinet ad valorem, & eſtimationem bonorum, ſed etiam quoad prioritatem, & potioritatem crediti illius.

6 Iudex requiſitus non tenetur ſuperſedere in executione ex oppoſitionibus, quæ fiunt iure crediti, ſed ex his quæ fiunt iure proprietatis.

7 Oppoſitiones mulierum pro ſuis dotibm diuerſæ admodum ſunt ab oppoſitionibus aliorū creditorum viri, quia nō ſunt proprię creditritiæ.

8 Oppoſitio, & optio vxoris factæ coram mero executore impedire debent executionem, donec de eis ſit cognitum.

9 Contrarium tenet noſter Oliba.

10 Iudex qui cognoſcit de cauſa principali, cognoſcit etiam de prioritate, & potioritate creditorum ſe opponentium.

11 Iudex cauſæ principalis eſt Iudex cauſæ connexæ etiam.

12 Iudex requiſitus nullam habet cognitionem niſi eorum, quæ illi committuntur.

13 Iudex requiſitus non cognoſcit de oppoſitionibus mulierum, & aliorum creditorum, ſed eas remittit ad Iudicem requirentem.

14 Iudices requirentes ſolent dare in mandatis iudicibus requiſitis quod oppoſitiones ſi quæ fiant, eis remittant continuando ſemper executionem.

15 Conſti. 11. ſubtit. de iuriſdic. com. Iudi. in totum non ſeruatur.

16 Æſtimationes bonorum cum mulieres ſe opponunt executionibus virorū qualiter fiāt.

17 Iudex principalis debet eſſe etiam acceſſorij, nō diuerſi Iudicis.

18 Mulier ſi ſe opponit coram Iudice requiſito modo hic narrato, tenetur ille ſuperſedere, aliàs omnia anullantur.

19 Appellare an poſſit mulier ad Regem, & ſeu eius Sacrum Concilium, cum grauatur in ſua oppoſitione omiſſo medio.

20 Appellatio eſt interponenda ad ſuperiorē immediatum Iudicis, qui iudicauit.

21 Appellatio ad Regem admittitur mulieribus ſe opponentibus coram Claueario huius ciuitatis, ſi per eum grauantur. vbi deciſ.

22 Mulier an quando anullantur executiones de bonis viri factæ ex eo quòd ſint factæ oppoſitione nō obſtāte, habeat actionē ad rem venditam, an tantùm ad pretium.

23 Debitor qui obtinuit ſententiæ reuocationem, cuius vigore fuerant ei vendita bona, non poteſt recuperare ea, ſed ſolùm pretia ex venditionibus redacta cum intereſſe. vbi deciſ.

24 Ratio eſt, quia hæc non tam à ſententia, vim accipiunt, quàm ab auctoritate publica.

25 Mulier cum anullatur executio facta ſpreta ſua oppoſitione, eligit ex bonis venditis quod ſibi placet pro ſua dote.

26 Sententia reuocata, reuocatur etiam eius executio, quomodo intelligatur.

27 Emptor rei in publica ſubhaſtatione facta ad inſtātiam creditorum, an poſſit ab alijs moleſtari.

28 Oppoſitio an admittatur in alijs executionibus, quæ fiunt in bonis viri ſine obligatione guarentigiata.

29 Opinio affirmans eſt Mier. noſtri.

30 Oppoſitio mulieris non admititur cum ſit executio contra bona viri pro expenſis funeris illius.

31 Creditor pro expenſis funerum præfertur mulieri, ſicut alijs creditoribus.

32 Idem eſt de creditore pro impenſis vltimæ infirmitatis. vbi deciſiones.

33 Licèt ſecus ſit pro impenſis aliarum infirmitatum.

34 Oppoſitio mulieris admititur etiam quando ſit executio pro penſione domus conductæ per virum.

35 Mulier ſolùm tenetur pro rata penſionis domus pro eo tempore, quo poſt mortem mariti inhabitauit domum.

36 Creditor viri pro penſione, & mercede domus locatæ, vt poſſit agere contra vxorem, debet probare viri inopiam, & quare.

37 Creditores videntur eum vxore contraxiſſe quamuis reuera contraxerint eum marito ſuper rebus victui neceſſarijs, eò maritus eſt inops, & mulier diues.

38 Obligatio mulieris vbi aliqua eſſet reſpectu negocij pro victu contracti per maritum, eſſet ſubſidiaria, & ideò executoni non aliter demandāda quàm diſcuſſo marito priùs.

39 Expenſæ quæ fiunt per vxorem in ſuis oppoſitione, & optione, cum fit executio in bonis mariti, ſunt ei ſoluendæ.

40 Creditores opponentes ſe pro ſuis creditis, an recuperent expenſas in oppoſitione factas.

41 Deciſio noſtri Senatus.

42 Oppoſitionis, & optionis priuilegiū tranſit ad filios hæredes matris, non ad extraneos.
Priuilegia dotalia tranſeunt ad filios hæredes, non ad alios, ibidem.

43 Sed quid de nepotibus remiſſiuè.

44 Ius cōtinuandi oppoſitionem, & optionem per mulierem factam, tranſit ad hæredes etiam extraneos ipſius mulieris.

45 Ius reuocandi donationem ex cauſa ingratitudinis, tranſit ad hæredes extraneos eum donator moritur poſt oblatam querelam.

Ius

46 *Ius dicitur quodammodò quæsitum parti per petitionem in iudicio factam.*

47 *Optio debet haberi pro facta cum non stetit per mulierem quominus illa fieret.*

48 *Actio iam nata, & in iudicium deducta, quæcunq; sit, transit ad quoscunque hæredes.*

49 *Maritus censetur iure familiaritatis possidere rem assignatam vxori pro sua dote ex bonis illius.*

50 *Idem est in reliquis vxoris bonis, quæ penes virum reperiuntur.*
Et idē etiam est in paraphernalibus, ibidem.

51 *Dos est restituenda vxori cum fit separatio quoad thorum culpa viri.*

52 *Contrarium definiuit Rota Romana.*

53 *Dos non restituitur eum matrimonium separatur ob viri lepram.*

54 *Dotem esse restituendam cum fit separatio culpa viri, tenuit Rota Roma.*

55 *Iudex Ecclesiasticus, qui cognouit de separatione matrimonij, & de diuortio, an cognoscat etiam de restitutione dotis, & donationis propter nuptias.*

56 *Dos est causa incidens, & accessoria ad matrimonium.*

57 *Iudex causæ principalis est etiam Iudex causæ incidentis, & accessoriæ.*
Decisio nostri Senatus, ibidem.

58 *Cap. 3. de dona. inter vir. & vxor. explicatur. Dos non potest esse sine matrimonio. Quomodo id intelligatur, ibidem.*

59 *Causæ contentionum eum sunt dubiæ, non solent declarari, sed permittitur eas desertas effici, & tunc in fauorem Ecclesiæ censetur declaratum.*

60 *Dos & donatio propter nuptias restituuntur vxori cum separatur matrimonium ob viri adulterium.*

61 *Dos restituitur vxori eum maritus cōdemnatur ad triremes.*

GLOSSA II. PARS X.

Prosequitur eadem materia oppositionum, & optionum mulierum, & effectuum earum.

Et simul agitur de exactione dotis, quæ fit constante matrimonio propter diuortium.

1 SED si † vbi faciēda sit ista oppositio mulieris, quæris, respōdebo quòd si coram ordinario mariti, & per eum sit executio iure proprio, quia ipse & non alius Iudex sit aditus, res non habet difficultatem, quia debebit fieri corā eo, non enim est alius, qui adiri ad id possit.

2 Sed si in † vim clausularum renunciationis proprij fori, & summissionis cuiuslibet alterius, quæ solent apponi in obligationibus quibuscunque, executio est petita vel in Regia Audientia, vel in alio tribunali, & indè emanarūt litteræ executoriales directæ vel eidem ipsi ordinario obligati, vel etiam alicui officiali, & Alguatzirio regio, sicuti fieri solet in Regia Audientia, & isti vigore dictarum litterarum, & vt meri executores Iudicis requirentis faciunt executionem, dubium est vbi se debeat mulier opponere, & vbi de illius oppositione est cognoscēdum. Reperio quòd secundum iuris regulas istæ oppositiones debent fieri coram Iudice requisito, & mero executore, nec tenetur mulier adire Iudicem requirentem, vel illum, de cuius mandato fit executio, qui longè forsan abest à loco vbi illa fit.

3 Ratio est, † quia mero executori, & Iudici requisito datum est posse cognoscere de quæstione illa, quibus in rebus sit facienda executio, summariè tamen, vt probat tex. in l. à Diuo Pio §. si super rebus, de re iudi. Bart. communiter receptus in eadem l. in prin. num. 6. & declarat optimè Dida. Couarru. in prac. quæstio. lib. vni. cap. 16. num. 4. Menoch. de arbitra. iudi. quæstio. 4 38. num. 8. & 16. Et de iure † nostro municipali probar constit. 11. sub tit. de iurisdic. om. iudicum, vbi quando fit executio contra vassallum Baronis, & mulier se opponit dicendo, quòd mariti bona non sufficiunt ad suæ dotis, & sponsalitij solutionem, de valore bonorum cognoscit Baro, & eam oppositionem potest mulier coram Barone facere. In casu cuius consti. Baro erat merus executor, qui executionem faciebat de mandato alterius, vt eam intellexit Mieres ibidem in principio, cuius repetitio habetur in 1. par. sui operis in cur. Gerundæ colla. 4. cap. 26. fol. 104.

5 Vbi etiam † in terminis dicit num. 10. dicto fol. 104. colum. 3. in principio, cognitionem oppositionum mulierum, nedum quoad valorem, & æstimationem bonorum, sed etiam quoad prioritatem, & potioritatem iuris, esse dicti ordinarij requisiti, †† arque ita *seruari* in practica, saltem in diœcesi Gerunden. Sanè quando mulier se opponit, aliud non prætendit quàm quòd non fiat in his, vel in illis bonis, quæ ipsa eligit pro satisfactione suæ dotis, & sponsalitij, executio pro debito viri, sed in reliquis tantùm, & ex consequenti videtur posse hęc deducere coram mero executore.

Quod vlteriùs confirmatur ex his, quæ diſpoſita reperiuntur in conſtitutionibus tit. de *executio de cenſals*, in quibus videmus datam facultatem officiali exequenti, & requiſito cognoſcere de oppoſitionibus, vt ex earũ lectura apparet: & aduertit, ac ex dictis conſtitutionibus ad propoſitum argumentatur Mieres in ſæpè cita. cap. 26. num. 10. fol. 104. colum. 3. in prin. & egregius olim Senator Anton. Oliba ad §. fuerat in 2. relec. num. 4. Inſti. de actio.

6 Nec obſtat † quod dici poteſt mulierem hanc ſe non opponere iure proprietatis, ſed iure crediti, quo fieri videtur, vt merus executor ſiſtere non debeat quãtumvis coram eo ſe oppoſuerit, quia hæc eſt differentia inter vnam, & alteram oppoſitionem, ſicut experſisè probat rex. in cita l. à Diuo Pio in §. quod ſi res pignorata, quæ luquitur de oppoſitione, quæ ſit iure crediti, & latiſsimè inter hos duos caſus diſtinguit vt ſuprà Portol. ad Molin. verb. executio ex num. 9. & Seſſe de inhibitio. cap. 12. §. 1.

7 ex num. 5. Quia reſpondemus † non poſſe propriè dici mulierem ſe opponere iure crediti ſicut alij creditores, & ſeu oppoſitiones mulierum eſſe regulandas cum oppoſitionibus aliorum creditorum, quorum oppoſitiones ideò repelluntur ad effectum impediendi executionem, quia per eam nullum eis fit præiudicium, imò beneficium, cum ex pecunia proceſſura ex executione veniant poſtea ſatisfaciendi mandato Iudicis, qui executionem decreuit, ſed habet neſcio quid de iure proprietario, aut alio valdè conſiderabili propter optionem, & electionẽ, quam habet, in quibus mariti bonis velit ſatisfieri, cuius iuris tatione ne ei fiat præiudiciũ, quod fieret ſi ad executionem procederetur ante factã per eam oppoſitionẽ, & electionem, datum eſt poſſe, & debere impedire, quod non eſt in alijs creditoribus, qui impellunt potiùs executionem, quàm impediunt vt ea mediante omnibus ſatisfiat.

8 Atque ita ſi † coram mero exequutore ſe opponit mulier, debet impedire executionem donec per eum de bonis mariti ſit illi datum ad ſuæ dotis, & ſponſalitij ſatisfactionem, per quod ſciat in quibus bonis debeat continuare executionem, quæ eſt, vt diximus, cognitio Iudicis requiſiti, & meri executoris: confetunt quæ ad hoc inſtitutũ circa interpretarionem, & intelligentiam cita. conſti. 11. ſub tit. de iuriſdic. om. iud. tradunt Micha. Ferrer in 3. par. obſeruan. cap. 102. in fin. & Cancer. in 2. par. variar. reſolutio. cap. 2. de iuriſdic. a num. 247. ad num. 250.

9 Hæc viderat † oculatiſſimus olim Senatus noſtet Anton. Oliba, qui poſt multos annos, quos in Senatu cũ magna exiſtimatione ſederat, edidit in publicum commentarios illos Doctiſsimos ad rit. Inſti. de actio. Is in 2. relec. §. fuerat num. 4. agens de hac eadem re dicit, quòd Iudex Baronis, ad quem remititur æſtimatio bonorum iuxta conſti. Iacob. 2. (loquitur de ſuprà cita. conſti. 11. de iuriſd. om. Iudi.) cognoſcat de prioritate creditorum oppoſitorum, & potioritate, ſicut cognoſcit de valore bonorũ immobilium, in quibus ſolis mulieres in terris Baronum degentes habent optionem vt Mier. ſcribit in d. cap. 26. nu. 10. & quod ita ſeruatur Gerundæ atteſtatur, id ſe non

10 admittere, nec vidiſſe obſeruari, quia † (inquit) huiuſmodi cognitio Iudicis eſt qui de cauſa cognouit, l. a Diuo Pio §. ſi ſuper rebus, de re Iudi. & cap. paſtoralis §. quia vetã, de offi. & poteſta. Iudi. delega. Nec cauſæ

11 connexitas † hoc admittit, l. quoties, l. nulli C. de Iudi. gloſ. eundem in l. 1. de qnib. reb. ad eun. Iudi. ea. Hactenus Oliba, qui nullam †

12 cognitionem vult concedere mero executori, & Iudici requiſito præter eam, quæ illi ſolet remitti circa æſtimarionem bonorum, & idem tenet Cancer. in d. cap. 2. de iuriſdic. om. Iudi. num. 250.

13 Quod ſeruamus † in Cathalonia, tam in cauſis, quæ dicuntur in Senatu per euocationem, quàm etiã in alijs tribunalibus eſt, quòd nulla oppoſitio admititur per Iudices requiſitos, nec de aliquo articulo per eos cognoſcitur, niſi de commiſſo per Iudicem requitentem, ad quem omnia remituntur ſi contingit quòd vel pars, vel alius coram dictis Iudicibus requiſitis comparer aliqua deducens cõtra executionem, aut aliàs, arq; ita oppoſitiones per mulieres, per alios creditores, & per quemcunque etiam alium, qui ius prætendat etiã proptietariũ, fiunt, & fieri ſolent penes Iudices requirentes, non

14 penes requiſitos, atque ita † etiam ſolent illis per Iudices requirentes dari in mandatis, quòd ſi quæ opponantur, remitant ad eos, continuando ſemper executionem. Imò

15 quod † plus eſt, nec conſtitutio ſuprà allegata 11. ſub tit. de iutiſdie. om. Iudi. ſeruatur niſi expreſsim remitatur Iudici territorij æſtimatio bonorum facienda, quod ferè

16 nunquam fit: eſt enim † praxis quòd litteræ diriguntur æſtimatoribus per partes nominatis, qui ſine aliquo miniſterio ordinarij præterquam in eo quod eſt recipere iuramenta eorum, ſuum miniſterium faciunt. Et facta æſtimatione, proceſſum illius clauſum, & ſigillatum ſuis cum litteris reſponſiuis mittunt ad Iudicẽ requirentẽ, qui ſuper optione mulieris, viſa dicta æſtimatione

poſtea

postea procedit, provt in mille processibus testari me posse vidisse, est plus quàm certissimũ, & propterea minimè mutãda sunt, &c.

17 Et certè † magna ratione nititur praxis hæc, magna enim esset confusio quòd vnus esset Iudex causæ principalis, & alius accessorij sæpè præiudicialis ad principale, cõtra cap. 1. & cap. 3. de dona. inter vir. & vxo: cum simil. Nec Mier. videtur firmiter teoere quòd Iudex reqoisitus cognoscat de optione mulieris, & sic de prioritate, & potioritate illius, quia licèt de hoc aliquid dicat nu. 10: vbi citatus fuit, verùm antea nom. 18. (est error in impressione, quia priùs ponitur ille numeros, quàm 10.) negatiuã tenet expressè, vt ibi est videre.

18 Vnum tamen † aduerto quod pauci considerant, quòd si mulier non valens in promptu propter loci distantiam, aut aliàs accedere ad Iudicem reqnirentẽ pro oppositione, & optione sua facienda, comparuerit coram Iudice requisito faciens ei fidem de suis dote, & sponsalitio, & quòd intendit se opponere sicut se opponit executioni, & optare sicut optat bona in forma regiæ pragmaticæ, requirendo eom ne ad vlteriora procedat propter præiudicium quod sibi fieret in dicta oppositione, & optione per distractionem bonorum. Tunc si videt Iudex requisitus mullerem potiora iura habere, nec posse ei denegari optionem, quod facilè iudicabit ex instrumentis, quæ ei ostendentur, & ex his, quæ pro parte mulieris ei repræsentabuntur, tenetur Iodex requisitus supersedere in executione, aliàs si id non facit, & postea mulier se præsentat coram Iudice requirente, & obtinet io sua oppositione, & optione, declarando eis locum fore, & esse, procedimenta interim facta, sine dubio erũt nulla, & omnia reduci debebunt ad pristinũ statum, sicut in illo casu, quem in superioribus annotauimus, quando fiunt procedimẽta post factam oppositionem, & optionem coram Iudice reqnirente, nõ enim adest ratiõ diuersitatis inter vnum, & alium casum. Vidi hoc prætensum in terminis terminantibus de anno 1605. in causa syndici villæ de Vildecona, contra N. Omedes, & N. Giner, coram egregio tunc Senatore Ioseph. Benac, & postea coram egregio itidem Senatore Raphaele Rubi & Collillius successore, Scriba Puigserrer, vbi factæ fuerant diligentię coram mero exequutore, & postea accesserat mulier ad hanc ciuitatẽ pro obtinendo supersedimento, quod reuerà obtinuit in continenti, quia ios ipsius erat expeditum. Sed quando redijt ad patriam cũ litteris supersedimenti, inuenit iam mobilia distracta, & quia id factum fuerat post diligentias supradictas, quæ coram meto executore factæ fuerant, fuit prætensum procedimenta fore reuocanda. Altercatum fuit super hoc formatum, quia ex aduerso prætendebatur non fuisse obligatum merũ executorem ex dictis diligẽtijs coram se factis supersedere in executione donec superior id iussisset, cui remiserat responsionem faciendam requisitis, & protestatis. Optassem quòd super hoc declaratio secuta fuisset, sed video negocium remansisse absque declaratione. Tu cogita cum casus accederit, & si mulierem videris fecisse quantum potuit circa suam oppositionem, & optionem, meo consilio, non denegabis remedium.

Iam video quòd hæc magna sunt impedimenta executionum, & satisfactionis creditorum. Sed non possumus auferre mulieribus istud priuilegium de iure eis indultum. Curent creditores quàm citiùs poterunt, impedimenta tollere iostando æstimationem bonorum, & adiudicationem mulieri faciẽdam. Non est aliud remedium.

19 Sed dubium est † an quemadmodum mulier pro sua oppositione tenetur sequi iudicem viri, qui execotionem per se facit, vel per alium facere iubet in bonis illius, ita vt teneatur suam oppositionem coram eo facere, qualiscunque ille sit, vt vidimus, sic teneatur si grauatur per eum Iudicem in sua oppositione, vel quia eam non admittat cũ admittere deberet, vel quia mulierem non graduet in debito loco pro sua dote, aut aliàs, sequi in appellando superiorem ipsius Iudicis, an omisso medio possit ad Dominum Regem generalem omnium dominom, & ad suum Regium Concilium appellare. Hæc quæstio incidit, & incidisse vidi cũ executiones istæ fiunt per aliquos Iudices particolares, qui habent iurisdictionem limitatam, & Iudices etiam particulares pro appellationibus, quæ ab eis interponuntur, veluti sunt Claoarius, & Aedilis huius ciuitatis, qui cognoscunt de debitoribus ciuitatis, & de defraudantibus iura illius, cum recursu non ad dominum Regem, sed ad Cõsiliarios ciuitatis, & Concilium illius, & similes plures. Sanè ego voloissem istas mulieres, quę semper pauperculæ sunt, quæq; non voluntariè, sed coactè ad istud iudicium nõ suũ venerũt adiuuare, vt recta via ad summa prætoria, vbi semper iustitia administratur cum integritate, haberẽt pro suis quæstelis regressum, sed non potui constrictus regula, quæ docet

20 appellationem † sine dubio fore ad eum interponendam, qui est superior iudicantis immediatè, l. Imperatores, de appella. l. præcipimus C. eo. tit. Maran. de ordin. Iudi. in 6. par. in 2. actu n. 129. Surd. cõs. 106. n. 3.

Nec legitur quòd tertius oppoſitor habeat in hoc aliquod priuilegium. Atq; ita obſeruatur intrepidè quòd nõ admittãtur mulierũ appellationes niſi ad ſuperiorẽ immediatũ Iudicis, qui declarauit, qualiſcunq; ille ſit.

21 Solùm admititur † recurſus ad Regem, ſeu ad Regiam Audientiam in hac ciuitate à ſententia Clauarij, cum iudicat inter debitores Ciuitatis, & mulieres ſe opponunt, ſi illis ob aliquod grauamen conuenit appellare, quamuis ſuperior immediatus illius ſit Concilium triginta, & ſuo caſu centum Iuratorum, quia hoc intelligitur quoad ipſos principales obligatos, non quoad mulieres opponentes ſe; ſed id non eſt ex aliqua iuris communis diſpoſitione, ſed ex eodem ipſo priuilegio, quo dicto Clauario conceſſa eſt iuriſdictio, vbi expreſsim iſtud eſt pro mulieribus ſe opponentibus executionibus virorum reſeruatum, quod, ſubobſcurè tamen multò, refert nob. Ludoui. à Pegue. deciſ. 12. n. 10. par. 2. Eſt priuilegium Regis Ferdinan. cõceſſum Ciuitati 17. Iulij 1610. Vbi hæc verba leguntur. *Quant empero a las oppoſicions de las mullers, y altres creedors, vol ſa Mageſtat ſe puxa auer rabo a Iutge ſuperior official de ſa Alteſa, y en tal cars ſe faſſa exeeutio preſtada cautio per la dita Ciutat.* Hoc eſt. *Quantùm verò ad oppoſitiones vxorum, & aliorum creditorum, vult ſua Maieſtas poſſe haberi recurſum ad Iudicem ſuperiorem officialem Regium, & tali caſu fiat exe cutio præſtita eautione per Ciuitatem.* Quod priuilegium reperies in proceſſu Flaqueriorum huius Ciuitatis, contra ſyndicum illius ad relationem egregij, ac primarij Senatoris Ioannis Gallego, Actuario Simone Fõt. Circa quod idem, & alia plura de iuriſdictione Clauarij, & recurſibus ab eo interpo
† nendis, eſt optima *deciſio* Senatus referente egregio olim Senatore poſteà Regente, Adriano Vilana, inter Ioannem Roſtell, & ſyndicum Ciuitatis facta 27. Ianua. 1573. quam vidi in Archiuo Regio.

22 Sed ſi poſteà † mulier in caſu quo proceſſum eſt, non obſtante ſua oppoſitione, & optione, ad diſtractionem bonorum mariti, obtinet reuocationem procedimentorum, dubium eſt an emptores poſſint cõpelli ad reſtitutionem rerum per eos emptarum, an ſolùm poſſit agere mulier ad pretium indè
23 redactum. Hanc quæſtionem, † in alijs tamen terminis, videlicet quando legitimè in vim ſententiæ contra debitorem latæ facta fuit executio in bonis illius, & bona auctoritate publica diſtracta, ſi contingat poſteà reuocari ſententiam, tractant gloſ. in l. Fulcinus §. 1. in verb. oportet in verſ. Quid ergo, quib. ex cauſ. in poſſeſ. ea. Bal. in auctẽ. ei qui num. 47. circa fin. in verſ. Sed quid ſi fuit proceſſum, & clariùs Vincen. de Franc. deciſ. 120. num. 8. & tota deciſ. 660. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 16. de diſtrac. pig. defin. 23. & antea lib. 7. tit. 32. de bon. auct. Iudi. poſsiden. defin. 20. qui dicunt nõ poſſe eum qui obtinuit ſententiæ reuocationem, ſeu commurationem, moleſtare emptorẽ, nec dari ei actionem ad rem, ſed cõtra victum ad pretium, vel meliùs, ad omne illud, quod ſua intereſſe poteſt, in quo venit quantum ei ideò abeſt quò re ſua carere cogatur, vt declarat, & probat Fab. in di-
† cto loco in fin. Sicque *deciſum* aſſerit Fran. & reſolutum in Senatu Neapol. de anno 1598. menſe Decembris, propter quod dicit animaduerſum ibi fuiſſe debere poni in ſententia, exactum fore reſtituendum, non
† autem executum. Idem etiam *deciſum* fuiſſe in Senatu Sebuſia. de anno 1593. refert Fab.
24 dicta defin. 23. Ratio eſt † quia non tam à ſententia vim iſthæc accipiunt, quàm à publica poteſtate, & auctoritate illius, qui iudicatum exequitur, l. à diuo Pio, de re iudi. Fab. loco cita. num. 6.

25. Quæ tamen † ego non cenſeo applicari poſſe noſtro caſui, in quo totũ intereſſe mulieris verſatur in reuocatione diſtractionis, & venditionis bonorũ, vt ex eis eligere ipſa valeat quod maluerit, iuxta ſuum priuilegiũ, quod eluderetur hac via.

26 Hæc addere † poteris his quæ adduximus in 1. tom. clau. 4. glo. 18. par. 4. num. 72. vbi diximus quòd reuocata ſententia reuocatur etiam illius executio, & tenetur qui obtinuerat, tem reſtituere vnà cum fructibus, quæ nõ procedent in recuperatione rei venditę pro executione ſententiæ, iuxta tradita per Fran. & alios vbi ſuprà. Id totum vt dictum eſt, tribui debet auctoritati, quæ magna eſt, curiæ vendentis ne per eam decepti emptores maneant, vt dicit Impera. in l. 1. C. de ijs qui. veni. ætat. impetra.

27 Per quæ ſæpiùs † ad nos videmus plures accedere quærẽtes, num ſi emunt rem in publica ſubhaſtatione, publicaq; auctoritate, & deponunt pretium, provt communiter fieri ſolet iuſſu iudicis, vt fiat diſtributio inter creditores eius, cuius erat res vendita, ſecuritatem habebunt, ne poſsint ab alijs creditoribus anterioribus illis qui ex pretio dimiſsi fuerunt, pretextu ſuarum hypotecarum moleſtari. O, bone Deus quoties hæc quæſtio obuiam nobis venit in hoc opere, de qua propter ſui difficultatem voluiſſemus, nunquam cogitaſſe. Iam dixi quod occurrebat ſuprà clau. 5. gloſ. 8. par. 7. ex num. 40. cum multis ſequent. & rurſus hac clau. 7. gloſ. 2. par. 4. num. 6. vbi videas.

Quærunt

28 Quærunt aliqui † nunquid optionis priuilegium mulieri competat nedum quando contra bona mariti fit executio in vim obligationis, cum ſcriptura tertij firmata, & ſeu inſtrumenti guarentigij, quod idem eſt, ſed etiam quando in vim ſententiæ contra virũ, aut eius hæredes latę, aut alterius cuiuſcunque obligationis, quæ iudicium executiuum daret. Ratio dubitandi oritur ex ſæpè cita. conſti. 11. fuo titu. de *Iuriſdic. de tots Iutges*, quæ de executione, quæ fit in vim inſtrumẽti guarintigij loquitur, non de alia, ibi: *Se obligara en poder del Veguer, o de altre Official noſtre, ſots pena de ters al creador ſeu, &c.*

29 Huic quęſito † reſpondet Mier. in d. conſti. 11. quę eſt cap. 26. Cur. Gerun. Iaco. 2. col 1a. 4. num. 21. fol. 104. dicens idem eſſe quando fit executio pro alijs obligationibus, quia in d. conſti. in contrarium allegata narrando factum ſicut frequentiùs ſolet accidere, fit mentio de ſcriptura tertij, non quòd neceſſarium ſit quòd pro obligationibus ſcripturę tertij tantùm ſit priuilegium conceſſum, quod patet ex tenore eiuſdem pragmaticæ, quæ de ſcriptura tertij nullam facit mentionem, ſed generaliter loquitur, atque ita practicatur in Cathalonia inconcuſſe, & ſignanter in executionibus, quæ fiunt in vim condemnationum factarum contra maritos, aut illorum hęredes, quando enim fit poſtea executio contra eos vigore dictarum condemnationum, tunc æquè admittuntur oppoſitiones ac ſi executio fieret pro obligatione ſcripturę tertij, nec in hoc vnquam dubitamus. In multis ex exemplaribus à nobis ſuprà relatis in hac maceria executiones non fiebant in vim obligationum ſcripturæ tertij, ſed imò in vim ſententiarum contra viros latarum, & ſemper fuerunt admiſſæ oppoſitiones cum priuilegio optionis.

30 Diſputatum etiam † apud quoſdam vidi non ſemel, nunquid mulieri admittatur oppoſitio, & optio quando contra bona mariti fit executio pro expenſis funeris ipſius. Reſpon
31 de breuiter quòd non. Ratio eſt † quia creditor pro iſtis expenſis funerum à notorio pręfertur mulieri, ſicut cuilibet etiam alteri creditori, tam tacitam, quàm expreſſam, & tam priorem, quàm poſteriorem hypothecam habenti, vt diximus ſuprà dum de alimentis vxori præſtandis ageremus clau. 6. gloſ. 2. par. 5. ex num. 26. vbi adduximus deciſionem Senatus ſuper hoc in terminis factam de anno 1609. relatore egregio Senatore Ioſepho Ferrer inter Mariam Pol, & Ioſephum Ceſcaſes, in qua fuit expreſsè
† *dictum* creditorem funerum prælerri vxori, & quibuſcunque etiam anterioribus creditoribus. Intellige pro funere moderato non pro his, quæ fiunt ad pompam, vt ibi fuit latè dictum.

32 Idem eſt † quando Pharmacopæus ageret aduerſus hęredes mariti pro expenſis vltimæ infirmitatis illius, ratione medelarũ à domo ſua acceptarum, tunc repellẽda quoque foret oppoſitio, & optio vxoris, quia à notorio apparet ſimiles creditores pro impenſis vltimæ infirmitatis eandem prælationem habere, quam expenſę funerum, prout diximis latè in loco cita. vbi de alimentis vxori prælandis egimus, de qua re vltrà ibi
†† allegata, ſunt binæ *deciſiones* Parlamẽti Tholoſani apud Gerar. Mainar. deciſ. 47. & 48. lib. 2. vbi plura areſta illius Senatus in huius rei fauorem. Vbi & apud Doctores citatos, vbi me ipſum retuli num. præcedenti, reperies reprobatam diſtinctionem, quam non nulli facere voluerunt inter hæredem, qui vult vti retentione pro expenſis funerum, vel vltimæ infirmatis, & inter illum, qui illas credidit.

33 Non inconſideratè † memini vltimæ infirmitatis, quia pro impenſis aliarum non datur prælatio, ſed concurrunt creditores cum alijs ſecundum ſuam prioritatem temporis, & iuris potioritatẽ, vti ex Doctoribus in loco ſuprà cita. de alim. vxori præſtan. adductis appatet, & ex Mainar. vbi ſuprà, qui expreſsim ita diſtinguit.

34 Quærunt etiam † Doctores apud nos quotidie, & diſputant nunquid cum pro pentione domus conductæ per maritum, quam inhabitat cum vxore, & filijs, fit contra cũ executio, poſsit ſe mulier opponere, & in optione recuperare ſuam dotem, & ſponſalitium, & excludere hunc creditorem. Quæſtionem hanc tractaui latè in 1. tom. clau. 4. gloſ. 9. part. 5. ex num. 171. vbi illam in fauorem vxoris reſolui, licèt in curia Vicarij Barcinone, vbi communiter iſtæ cauſæ tractari ſolent, contrarium obſeruetur, vt dixi in cita. loco, à qua opinione nec nunc recedere ſcirem ſequendo additionatorem doctũ ad Gam. in deciſ. 186. vbi dicit quòd ſi contraria opinio vera eſſet, ferè ſemper ſine ſua voluntate vxores indotatæ remanerent, quia frequenter mariti ad ſuſtentationem ſuæ domus debita contrahunt, & alimenta debita accipiendo, de quorum numero eſt habitatio, nonque contrahendo cum tertio, & abſque ſua voluntate, non ſe obligando, obligatæ remanerent, quod (inquit) mihi abſurdũ, & contra ius naturale videtur. In dicto primo loco videbis plures Doctores, qui de hac re tractant. Quibus adde ſequentes, Coſta de portio. rat. q. 25. & de remed. ſubſidiar. re-
35 med. 12. illa. vni. pag. 48. Qui ſolùm † vult teneri mulierem pro tata penſionis domus

pro

pro eo tempore, quo poſt mortem mariti inhabitauit domum, Surd. in conſ. 367. num.
36 28. & 420. per tot. Vbi vu't † vt poſſit agi contra vxorem, fore probandam paupertatẽ mariti, qui propterea cum non teneretur alere vxorem, negotium illius debita contrahẽdo pro communi victu, videtur egiſſe, &
37 propterea † videntur creditores cum ea contraxiſſe, & ex conſequenti poterunt repetere. Vide etiam Gam. deciſ. 186. & 337. Velaſ. conſul. 128. num. 5. Philip. Paſcal. de virib. pat. poteſ. par. 1. cap. 6. nu. 124. & Mar. Muta deciſ. 94. num. 33. Et vbi aliquo † mo-
38 do mulier poſſet teneri, non poſſet ſuſtineri praxis prædicta in Curia hac noſtra Vicarij Barcinone introducta, de qua ſuprà, quia ea obligatio foret ſubſidiaria vt dicunt Doctores, qui contra mulierem tenent, quo ſtante, facienda priùs eſſet diſcuſsio contra maritum, & ſeu probanda forent quę dicit Surdus vbi ſuprà, quorum neutrum ſit in dicta Curia, ſed ſimpliciter repelluntur oppoſitiones mulierum, non permitendo quòd ipſę priùs recuperent ſuam dotem, quod mihi diriſsimum videtur.

39 An autem † mulieri ſint ſoluendæ expenſæ ex bonis mariti, quæ factæ ſunt pro ſua oppoſitione vltra dotẽ. Dic quod ſic, prout probat, etiam in caſu fortiori, Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 7. de iu. dot. defi. 13. ne per has impenſas dos minuatur.

40 Et an idem † ſit in alijs creditoribus ſe opponentibus, tractat Papon. lib. 18. tit. 6. arreſt. 24. & 38. vbi dicit quòd expenſæ, & ſumptus proclamationum, & ſubhaſtationũ fiunt de pretio rei diſtractæ, ſecus in expenſis factis inter opponentes. Vide vlteriùs Caſtil. deciſ. Sicil. 7. num. 24. & Fab. lib. 8. tit. 16. de diſtra. pig. defin. 15. qui videntur velle quòd omnia ex pretio ſoluãtur, ad quod Caſtil. conſidetat particulariter quòd communiter iſtę expenſæ ſunę ſtipulatę.

41 Reperi circa † hæc in quodam lib. deciſ. Regij Senatus manuſcriptarum per Martin. Suñer olim illius Doctorẽ, de hoc fuiſſe 19. Auguſti 1551. in ambabus aulis tractatũ Relatore egre. tũc Sena. N. Puig inter N. Fet
† rer, Coll, & alios, & *reſolutum* eũ qui contra debitorem egerat, condemnari fecerat & ex executionem contra eum inſtauerat, propter quod deuentum fuit ad venditionem bonorum, & graduationem creditorum, debere in primis ex pretio recuperare expenſas circa executionem factas, & circa ſalarium iudicis, & pro ſententia, & litteris executorialibus, & in dictis expenſis primo loco graduari, cum ſine eis graduatio fieri non potuiſſet, aliæ verò expenſæ factæ per creditorẽ pro probatione ſui crediti, & iurium ſuorum, graduandæ erant ſuo loco, pro quibus nullam haberet creditor potioritatem vltrà potioritatem ſui crediti.

42 Finio rem hanc † per illius quæſtionis tractationem, num iſtud priuilegiũ, & ſeu iſtud optandi ius tranſeat ad hæredes. Reſpõdeo quòd ad filios ſic, nõ ad extraneos, hæc enim eſt diſtinctio, quæ fit circa tranſmiſsionem, & tranſlationnm priuilegiorum dotalium, vti habetur in l. 1. C. de priui. dot. & ibi gl. optimè nouiſsime Fran. Stephan. Gallus deciſ. 28. Et hoc iam non habet in Cathalonia difficultatem vllam, cum in Senatu inroncuſsè recipiatur quòd filijs hæredibus matris concedantur iſta priuilegia, prout docent Cancer. in 2. part. variar. reſolu. cap. 7. de teſti. ſpolia. num. 60. & Olib. in 2. relectio. §. fuerat num. 5. inſtit. de actio. Alia habes infrà in materia conſtitutionis hac noſtra, quæ hoc idem confirmant, vbi tractauimus an illius conſtitutionibus beneficium tranſeat ad
43 filios. Ibi etiam † diſputauimus an extendatur ad nepotes, per quæ reſoluere poteris quæſtionem, quæ hic deſiderabatur, ſi iſtud etiam ad nepotes extenditur.

44 Et quoad extraneos † hæredes, ad eos trã fit iſtud priuilegium, & ſeu illud optandi ius quando poſt factam oppoſitionem, & optionem, & illam in iuditio deductam moritur mulier, tunc continuando cauſam poſſunt huiuſmodi hæredes ius mulieris proſequi, ad
45 ea quę nos † in 1. tom. diximus clau. 4. gloſ. 28. ex num. 35. circa ius reuocandi donationem ob ingratitudinẽ, vbi reſoluimus iſtud ius, etſi perſonaliſsimum, tranſire ad hæredes, ſi quærela pet donatorem in vita inſtituta erat, & in terminis ita dicit Ranchi. in additionibus ad Guid. Pap. deciſ. 214.

46 Conducunt † quæ Can. adducit in 3. par. cap. 3. de priuileg. num. 31. dicens ex Roma. in conſ. 442. per petitionem in iuditio factã dici quodammodo res quæſitum, ac propterea nihil mirum quòd dicamus poſſe hæredes illud proſequi.

47 Accedit his † quòd cum mulier iam in vita petierit, non videtur ſtetiſſe per eam quominùs exigeret, & propterea debet haberi optio pro facta, & concella, argum. tex. in l. iure ciuili, ff. de condi. & demonſtr. & nota. per Doctores in l. diem functo ff. de officio Aſſeſ. Quæ eſt ratio, quæ in alio ſimili propoſito vtebatur Vincen. de Fran. deciſ. 13. nu. 4. Propter quæ nulla eſt ratio, ob quam hæredes non poſſint proſequi quod de functa
48 mulier incępit. Additur quod † in caſu non diſſimili docet Rota Roma. apud Setaphin. de Oliuar. deciſ. 678. num. 11. contraria procedere vbi nondum fuiſſet nata actio, in iuditium deducta à muliere, quia poſtquã fuit

dedu-

deducta in iuditium tranſit ad quoſcunque hęredes, l. 2. C. de hæredi. ac. De his alia expecta in inferioribus dum de alijs priuilegijs, & prærogatiuis dotis, & ſeu mulieris reſpectu dotis agemus.

49 Dicamus aliqua, † priusquàm ab hac pulchra materia nos expediamus, de caſu, qui quotidie apud nos ſuccedit, vt ecce, poſtquã mulieri de bonis mariti eſt aſsignatũ quod ſufficit ad ſatisfactionem dotis ſuæ, iſtud poſteà reperitur penes maritum percipientem fructus ex re illa ſicut anteà. Quæritur quid de hoc ſit iudicandum: dic quod iure familiaritatis poſsidere præſumitur maritus, non pro ſe, ſed pro vxore, ideòq; pro debitis viri non poſſet in hoc fieri executio, ſic pulchrè Capicius deciſio. 46. numer. 4. & Don Garci. Meſtril. deciſ. 184. num. 18. Qui paulò

50 antè † idem dicit eſſe reſpectu aliorum bonorum vxoris, & reſpectu parafernalium ex Milaneu. Pereg. Surdo, & alijs quos allegat. Atque hæc de iſto optionis priuilegio dicta ſint ſatis.

51 Videamus de alijs † caſibus, in quibus conſtante matrimonio, vltra caſum vergentiæ mariti ad inopiam, de quo huc vſque egimus, prætenditur quòd dos debet reſtitui. Ex his vnus eſt, quando ſequitur diuortiũ, & fit ex aliqua cauſa ſeparatio inter virũ, & vxorem quoad thorum, culpa tamen mariti, prout poſt antiquos plenè probant Sanches de matrimo. lib. 10. diſpu. 8. num. 15. Vincẽ. de Fran. deciſ. 244. Cancer. in 3. part. variar. reſolu. cap. 11. de ſponſalibus ex num. 164. Andre. Molfeſ. in conſuetudi. Neapoli. par. 6. quæſt. 5. nu. 38. & 45. latiſsima de hoc eſt deciſ. Viui. 435. lib. 3. Theſau. deciſ. 130. num. 4. Prax. Curię Archiepiſcop. Neapolit. Marc. Anton. Genuen. in vltima impreſsione cap. 21. num. 3. Colla de remed. ſubſid. remed. 8. nu. 3. Ioan. Gutierez de iura. confir. par. 1. cap. 1. num. 61. & in canonl. quæſt. cap. 24. num. 14. & alij plures, quos iſti allegant.

52 Sed vereor † ne decipiantur qui in iſto caſu quando quoad thorum tantùm ſit ſeparatio propter mariti ſæuitiam, volunt dotem reſtituendam, nam quando propter adulterium, qui eſt caſus de quo plures loquuntur, alia

† ratio eſt multùm diuerſa. Moueor *auctoritate*, quę maxima eſt, Rot. Roma. in deciſ. 278. nu. 17. in recollectis per Farina. in 2. vol. quę eſt Gypſij 28. Iunij 1589. vbi hęc ſunt verba expreſſa. *Eſt etiam iniuſta dicta ſententia, quia condemnat D. Proſperum ad reſtitutionem dotis, nam dato millies quòd eſſet lotus ſeparationi thori* (loquebatur de illa noſtra ſeparatione ob ſæuitiam viri) *attamen dos non erat reſtituenda, vt determinat Hoſtien. in ſumm. tit. de diuor. num. 5. ſolum ex fructibus dotis cogebatur vxori præſtare alimenta, l. ſi cum dotem §. ſin autem ſolu. matr. Bal. in cap. ex parte nu. 8. de conſuetud.* Hęc Rot. Ro-

53 ma. Accedit † pulchra ad propoſitũ deciſio. Anton. Fab. 2. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 12. de repud. vbi dicitur ſeparato matrimonio propter viri lepram quoad thorum, non fieri dotis reſtitutionem, *quippe* (inquit) *quia eius reſtitutioni locus non eſt niſi ſolu. matr. demũ, tot. tit. ſolu. mat. quemadmodum dos petatur præterquam in caſibus de quibus in l. quamuis 20. eo. tit. & l. vni. C. ſi conſta. mat. dos fue. ſolu. ſufficit enim* (pergit vlteriùs) *dotis fructus ſequeſtrari, & obligatos manere in illam cauſam, nempè alimentorum, &c.*

54 Ex poſt autem † impreſſum eſt penul. vol. deciſ. Rotę Roms. ex recollec. per Farina. † vbi deciſ. 706. *cenſuit* illud Sacrum Auditorium de anno 1616. in iſto caſu ſeparationis matrimonij propter viri ſæuitiam nedum dotis, ſed etiã donationis propter nuptias debere fieri mulieri reſtitutionem, ibi vide & quando acciderit caſus conſidera, multũ enim vrget prior Rotæ deciſio, quæ hiti videtur optima ratione.

55 Sed an in iſto † caſu Iudex Eccleſiaſticus, qui cognoſcit de cauſa diuortij, & ſeparatione matrimonij, cognoſcat etiam de reſtitutione dotis? Videtur quod ſic, ex tex. in cap. 3. de dona. inter vir. & vxor. vbi videtur caſus ad litteram, quòd delegatus ad cauſam matrimonij, ſi ferat ſententiam diuortij, pronuntiare debet dotem reſtitui.

56 Rationem † reddit Pont. quia dos eſt cauſa incidens, & acceſſoria ad matrimonium,

57 iũ ſine matrimonio nõ fit dos. Et Iudex † cauſæ principalis, eſt etiam Iudex cauſæ incidẽtis, & acceſſoriæ. Id quod etiam videtur probari per tex. in cap. 1. eo. tit. vbi Pont. dotẽ reſtitui præcipit mulieribus, quæ à proprijs virisex aliqua legitima cauſa ſeparãtur. Hãc quæſtionem ex profeſſo tractauit noſter Cãn. in 3. part. variar. reſolu. cap. 11. de ſponſal. ex nu. 169. cum ſequentib. vbi ſignanter dicit de hoc eſſe tex. expreſſos in cita. cap. 1. & cap. 3. extra de dona. inter vir. & vxor. & ad idem etiam allegat plures Doctores, quos dicit pro Iudice Eccleſiaſtico tenere, & ſignanter Cabedo deciſ. 125. par. 1. Vincen. Fran. deciſ. 244. Conſtan. Ruger. in tracta. de dot. q. 17. num. 9. ſrque ita etiam ſenſiſſe dicit Rolan. à Val. in conſ. 50. nnm. 4. vol. 1. Dec. conſ. 530. nn. 4. Theſau. deciſio. 130. in fin. Alios, nempè Angel. de Vbal. Siluam Nuptial. & Bernar. Diaz, quos ſequitur adducit Borg. Cauala. deciſ. 18. num. 30. part. 2. potuiſſet vlteriùs ad idem citare Cãce. qui id expreſsim dicunt (nam ex ſuprad ctis vix vnus eſt qui clarè de hoc loquatur) &

Tho-

Thomas San. in tracta. de matr. lib. 10. disputatio 8. nu. 15. & Bouadi. in sua Politi. lib. 2. cap. 17. de la jurisdic. Ecclesiast. num. 102.

† Atque ita *decisum* fuisse per admodum Reverendum Cancellarium, postea Episcopum Barcinone Raphalem de Rouirola de anno 1602. dicit in causa Francisci Alzina Sartoris oppidi Perpiniani contra vxorem suam.

58 Contrariam opinionem † in terminis terminantibus tenent Bal. Nouel. de dot. part. 9. privileg. 16. & Stephan. Aufret. in tract. de potest. Eccles. super laycis, quæst. 27. num. 21. in 14. vol. tracta. Hanc partem ego defẽdebam in illa causa, quam Cancer. refert vbi suprà cõiugum Alzinas, ex eo quia ratio text. in cap. 3. de donat. inter vir. & vxor. in quo est maius fundamẽtũ cõtrariæ opinionis, adducta à glos. ibidem verb. accessoriè (quòd dos non potest esse sine matrimonio, ex text. in l. dotis appellatio ff. de iur. dot.) non videtur militare quando agitur de separatione matrimonij quoad thorum, quia tunc non est inconueniens, quòd separato sic matrimonio dos remaneat penes maritũ, quemadmodum esset si separaretur matrimoniũ quoad fœdus, quia tunc remanet dos sine matrimonio. Ne igitur sic fiat, optimè Pont. in dicto cap. 3. statuit Iudicem causæ matrimonij debere etiam esse Iudicem causæ dotis, quæ accessoria est ad matrimonium, quæ ratio vt dictum est, videtur cessare quando tantùm agitur de separatione quoad thorum. Cuius opinionis videtur esse glos. in dicto cap. 3. verb. accessoriè, versi. Si verò, & clarè eiusdẽ opinionis sunt Bal. Nouel. & Aufret. adducti, quos ego in dicta causa allegabã. Verum est quod nõ habuit bonũ successum pro meo cliẽtulo, cæterũ nec pro aduersa parte fuit declaratum, tam dubiam enim rem hanc existimarunt admodum Reuerendus Cancellarius, qui tunc erat, vt dixi, Raphael de Rourola, Saluator Fontanet, qui nunc est Regens in Supremo Coronæ Aragonum Cõcilio, Hieronymus Torner, qui postea fuit Regens in hoc Principatu, Hieronymus Astor, qui adhuc viuit, Michael de Salba, & de Vallseca, qui Regens in Supremo Aragonum Concilio nunc etiam est, Hieronymus Seniust, quẽ desideramus à Deo pro bono Reipublicæ diu conseruari incoluniem, & Iacobus Puigmija, qui iã inter Diuos cõmoratur huic negotio interessentes, vt satius duxerint causam

59 non declarare, qui est ordinarius † procedendi modus in hoc tribunali in causis difficilibus, non declarare intra tempus, ne trahatur in consequentiam quòd pro hac, vel pro illa opinione fuerit declaratum, verum est quòd pro Ecclesia stat victoria cũ causa non declaratur iuxta iura nostræ patriæ, remanet ergo adhuc cuique locus vlteriùs in hoc negotio speculandi, nihil enim Senatus declarauit ad huc, nec aperuit sententiam, quod ego sciam. Ad hæc vide quoddam optimum consilium cuiusdam incerti Auctoris, benè tamen eruditi, vt in loco mox citando habetur, est consil. 109. in ordine inter consil. Farina. tom. 2. ex num. 6. cum sequentibus. Neque etiã etiomitenda decisio Vincen. de Fran. 312. per tot. vbi meliùs proculdubiò, quàm in alia cita. in ordine 144. videndus etiam est Nicol. Moz. de constrac. ritu. de matrimo. in §. de natura matrimonij à num. 1. quem refert, & sequi videtur nouissimè nollet Molinus in tracta. de ritu nuptiar. & pac. in matrimo. cõuen. lib. 1. compara. 23. ex num. 9. dempto quòd num. 29. non potest pati verbum, incidenter, positum per Moz. in dicto loco, volẽs corruptã esse litteram, & loco verbi, principaliter, esse positũ verbũ, incidenter, quẽ tamẽ ego errorẽ nullatenùs iudẽ colligere valeo, benè enim stat littera, Iudex qui cognoscit de matrimonio, incidenter cognoscit etiã de dote vt sequela, dummodò punctum, vel incisum non ponamus post verbum, incidenter, sed ante illud, vt dicat, Iudex qui cognoscit de matrimonio, incidẽter cognoscit etiam de dote vt sequela.

60 Quando autem † separatur matrimonium propter adulterium viri, tunc non est dubiũ quòd tametsi nõ sit separatio quoad fœdus, sed quoad thorum tantùm, restitui debet vxori dos, imò & donatio propter nup. cap. 1. de dona. inter vir. & vxor. l. consensu §. siqua igitur, & §. si verò causam C. de repu. & tex. in §. quia verò plurimos, vers. Si quis in sua domo, in Aut. vt liceat matri, & auiæ, & est communis Doctorum opinio, prout asseuerant tres Doctores, in quibus omnes habes qui de hac re agunt, nempè Thom. Sanchez de mar. lib. 10. tit. de diuor. disputa. 8. ex nu. 11. Farina. de delic. carn. quæst. 143. à n. 129. & incertus ille auctor, quẽ suprà citauimus, consil. 190. num. 17. apud eundem Farina. in 2. tom. consiliorum, meliùs Rota Roma. decis. 135. apud eundem Farina. post dictũ 2. vol.

† consil. vbi fuit *decisum* separatione thori facta propter fœuitiam, & adulterium viri, restitui debere vxori lucrum, & augmentũ dotis.

61 Conceditur etiã † mulieri repetitio dotis, quando maritus est ad triremes condemnatus, quod quia latissimè explicant, & probãt Vincen. Carro. decis. seu cas. 106. per tot. Petrus Bimi. tot. consil. 44. Vincen. de Fran. decis. 162. num. 5. & Andre. Molfes. in consue. Neapol. part. 6. quæst. 5. num. 7. ideò subsisto, ibi videatur. Atq; hæc de hac extraordinaria dotis constãte matrimonio restitutione dicta sint satis.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Mulieres in Cathalonia statim mortuo viro possident, & possidere censentur omnia bona virorũ suorum pro suis dote, & sponsalitio, ac fructus faciunt suos donec in dictis dote, & sponsalitio satisfiant.*

2 *Constitutionis, hac nostra, tenor in vulgari sermone.*

3 *Eiusdem constit. tenor in sermone latino.*

4 *Summarium constitu. hac nostra sub titu. dissoluto matrimonio, &c.*

5 *Viduae in ciuitate Barcinone habebant anteà idem istud priuilegium, quod omnibus tribuit constit. hac nostra.*

6 *Viduae in Regno Valentiae habent illud idem priuilegium tenutae, de quo nos in constitu. hac nostra.*

7 *Constitutionis, hac nostra, permittentis creditori accipere fructus pignoris absque computatione in sortem, validitas in dubium ab aliquibus reuocatur.*

8 *Pactum quòd vxori detur aliquid pro interesse dum dos illi non restituitur soluto matrimonio, de iure an valeat.*

9 *Statuta, quae de facto seruantur, iudicanda sunt ac si de iure valerent.*

10 *Pactum de recipiendis fructibus pignoris, nec eis in dotem computandis de iure non valet.*

11 *Sardus notatur.*

12 *Constitutio hac nostra defenditur.*

13 *Materia pertractanda in explicatione constit. hac nostra.*

14 *Constitutio hac nostra est exorbitans, & contraria iuri communi, vbi decis. nostra Senatus.*

15 *Possessio de iure non transfertur sine animo, & corpore, & sine reali, & actuali apprehensione.*

16 *Statutum transferens possessionem in heredem sine actuali apprehensione, dicitur esse contra ius.*

17 *Statuto fieri potest vt possessio transferatur in aliquem sine actuali apprehensione.*

18 *Vxor solum gaudet beneficio constitutionis hac nostra, non vir.*

19 *Maritus pro suo axouario non gaudet beneficio constitutionis hac nostra.*

20 *Etiamsi ita pactum in capitulis matrimonialibus foret, etiam fieri illud non posset, vbi decisi nostri Senatus.*

21 *Maritus pro axouario potest mortua vxore rẽ tinere penes se possessionẽ bonorum illius, donec in dicto axouario sit satisfactus, sed nõ facit fructus suos.*

22 *Vxor putatiua gaudet etiam beneficio constitutiõ. hac nostra.*

23 *Priullegia concessa exactioni verae dotis habet etiam locum in exactione dotis putatiuae.*

24 *Secus est in aliys priuilegyis dotis exactionem non respicientibus.*

25 *Publicè interest quòd mulieres nubant.*

26 *Matrimonium putatiuum equiparatur vero in exactione dotis, vbi mulier esset in bona fide, nec conscia impedimentorum.*

27 *Sponsa de praesenti gaudet etiam beneficio constit. hac nostra.*

28 *Sponsa de praesenti in statutis non venit appellatione vxoris.*

29 *Mulier si reperitur tẽpore mortis viri separata ab eo iudicio Ecclesiae, nunquid gaudeat beneficio constit. hac nostra.*

30 *Mors mariti requiritur, vt vxor gaudeat beneficio constit. hac nostra.*

31 *Mors mariti est per vxorem probanda cum vult gaudere beneficio constit. hac nostra. Mori quibus modis probetur, remissiuè, ibidem.*

32 *Mors mariti cum vxor eius vult gaudere beneficio constit. hac nostra, debet clarè, & perfectè probari, nec sufficiunt coniecturae, vbi decis. nostri Senatus.*

33 *Mors instituti est plenè probanda cum substitutus vult admiti, vbi in dubium reuocãtur binae sententiae in nostro Senatu latae. Substituti admissi quandoq; fuerũt in Senatu non probata plenè morte primi instituti, tum tantione si ille aliquãdò appareret, vel alij proximiores, ibidem.*

34 *Viuere quilibet praesumitur vsque ad centum annos, & hoc excipiendo potest quis opponere.*

35 *Vitam hominis allegans excipiendo non tenetur illam probare.*

36 *Absens per multum tempus pro mortuo haberi debet, & quomodò.*

37 *Absens per triginta annos ita vt de eius vita vel morte nihil sciretur, habitus fuit in Senatu Valentino pro mortuo, ad effectum adiudicandi bona venientibus abintestato.*

38 *Fallit cum agitur de magno praeiudicio, veluti cum inquiritur de homicidio.*

39 *Absentis magnum interesse versatur ne res sua se viuo, & non vocato alteri tradatur.*

40 *Substitutus non debet admitti morte primi instituti non plenè probata.*

41 *Bona absentis non sunt salua apud propinquos si eis adiudicantur.*

42 *Curator bonis absentis debet assignari eum ne scitur de eius morte, aut vita, non faciendo propinquis adiudicatio.*

43 *Cura bonorum absentis est committenda propinquis illam petentibus.*

44 *Inconueniens quod vidit auctor successisse ex adiudicatione bonorum absentis facta successoro absque plena probatione illius mortis*

45 *Auctoris opinio circa supradicta.*

Mori

46 *Mors quomodo ſit probanda quomodoque, & quando concludenter probata maneat, remiſſiuè.*
47 *Mulier quæ prætendit beneficium conſti. hac noſtra, & illius vigore tenutam in bonis viri tenetur probare ſolutionem dotis.*
48 *Celſus Hugo notatur.*
49 *Deciſio Senatus quòd mulier non docens de dote non habeat tenutam in bonis viri.*
50 *Poſſeſſio non dicitur translata in ſucceſſorem in maioratu vigore ſtatuti niſi doceatur ſe eſſe ſucceſſorem, & poſtquam id docuit. L. 45. Tauri declaratur. ibidem.*
51 *Confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento ſolum habet vim legati. vbi deciſſ. noſtri Senatus.*
52 *Conſtitutionis hac noſtra, beneficium competit mulieri pro ſolo ſponſalitio quandoque abſque dote.*
53 *Quod contrarium foret vbi expreſiè conſtitutio de ſponſalitio non loqueretur, ſed ſolum de dote, vbi deciſ.*
54 *Conſtitutionis hac noſtra, diſpoſitio eſt exorbitans à iure communi.*
55 *Lucrum pro luero non debetur.*
56 *Dos & ſponſalitium, ſiue augmentum dotis an ſint parta quoad intereſſe, vt ſic pro ſponſalitio debeatur quemadmodum pro dote.*
57 *Mulier vt gaudeat beneficio conſt. hac noſtra, tenetur ad conficiendum inuentarium de bonis viri.*
58 *Inuentarij faciendi tempus non currit, nec curre incipit niſi poſt lapſum nouem dierum, in quibus fiunt exequiæ.*
Hæres intra tempus exequiarum non eſt moleſtandus, ibidem, vbi deciſio Senatus.
59 *Hæres abſens, licèt lex dicat quòd debeat perficere inuentarium intra annum à die mortis teſtatoris, intelligitur & adita hereditatis.*
60 *Inuentarium ſufficit quòd perficiatur intra ſexaginta dies licèt non incohetur intra triginta, vti ſtatutum dicit.*
61 *Inuentarij præceptum de incohando eo intra triginta dies eſt læuis ſolemnitatis.*
62 *Mieres noſter notatur.*
63 *Impedito tempus non currit.*
64 *Impeditus an teneatur proteſtari de impedimento ne ei currat tempus.*
65 *Opinio negans.*
66 *Sed auctor conſulit bonum eſſe ſemper proteſtari ad tollendum difficultates.*
67 *Impedimentum allegare non ſufficit, ſed opus eſt probare quòd ſi nõ fuiſſet impeditus, actũ ſibi incumbentem feciſſet.*
68 *Proteſtatio vltra quòd ius conſeruat, declarat etiam mentem.*
69 *Impedimẽta quæ ſint quæ poſſunt allegari per mulierem quòd non confecerit inuentarium bonorum viri.*
70 *Impedimentum quod fit per ſoceros, vel alios domi exiſtentes ne nurus faciat inuentarium bonorum viri, eſt legitimum, & excuſat, vbi deciſ. Senatus.*

GLOSSA III. PARS I.

De reſtitutione dotis, quæ fit ſoluto matrimonio.
Et de explicatione conſt. hac noſtra, ſub titu. diſſolt lo matrimoni quin dret, &c.
Et de requiſitis ad eam, veluti quòd ſit vxor.
Quòd habeat dotem, ac illam quidem verè ſolutam.
Quòd vir ſit mortuus.
Et quòd confecerit inuentarium.

1 VEniamus ad ordinariam † & frequentem, magiſque in praxi contingibilem dotis ſoluto matrimonio reſtitutionem. Pro ea ſingulariſsimum habent in Cathalonia mulieres priuilegiũ, eis indultũ per conſti. incipiẽ. *hac noſtra*, ſiue *ab aqueſta noſtra*, ſub tit. *deſolt lo matri. quin dret, &c.* quæ eſt ſereniſſimi Regis Petri III. in Cur. celebratis in oppido Perpiniani de anno 1351. Qua quo citiùs dotem mulier recuperet, in ſui fauorem eſt introductum, quòd ſtatim mortuo viro poſſideat, & poſſidere intelligatur miniſterio iuris abſque aliqua apprehenſione bona viri, illiusque fructus ſuos faciat donec, & quouſque in dote, & ſponſalitio ſit ſatisfacta, eis minimè in ſortem computatis. Ea eſt.

2 *Ab aqueſta* † *noſtra conſtitutio per tots temps valedora ſanccim que la muller, mort lo marit encontinent apres la mort de aquell ſia viſta, tots los bens de ſon marit poſſehir, è dins lo any del plor de aquells bens en totas eoſas a la ſua vida neceſſarias, ſie prouyda: apres lo dit any empero del plor los fruyts de aquells bens faſſa ſeus fins a tant que ella en lo dot è ſponſalici ſeus ſia integrament ſatisfet, exceptades empero las mullers, a las quals per llurs marits certs llochs, o rendes, o altres bens de bõt rẽdas annuals, o eſdeuenimẽts puxã prouehir, per ſeguretat de llur dot, o ſponſalici ſeran aſſignats, en lo qual cas, aquells tant ſolament llocs,*

lloes, o rendas, o bens ſie viſta poſſebir, è ſobre aquells baja la ſua prouiſio, è los fruyts ſeus faſſa de aquells. Ajuſtant, que la muller en lo primer cas, ço es a ſaber quant tots los bens del marit ſeu poſſebir ſia vista, inuentari començar, dins vn mes apres que la mort de ſon marit ſabra comptador, è dins altre ſeguent complir, de tot en tot ſia tinguda, en altra manera de la prouiſio del any del plor, è del profit de ſer los fruyts ſeus fretur ipſo facto. Perço empero no entenem los eſtrets a ſer inuentari de ſer aquell en ninguna manera eſſer desliurats Latinè autem, prout recondita ſeruatur in ſuo originali in Archiuo Regio, vndè eſt fideliter tranſlatipta, eſt huiuſmodi tenoris, & ſeriei.

3 *Hac conſtitutione † noſtra perpetuò valitura ſancimus, quòd vxor mortuo viro confeſtim poſt mortem eiuſdem cenſeatur omnia bona viri ſui poſſidere, & intra annum luctus de bonis ipſius in omnibus ſuæ vitæ neceſſarijs prouideatur, poſt annum verò fructus ipſorum bonorum ſuos faciat donec ſibi in dote, & ſponſalitio ſuis fuerit integrè ſatisfactum: exceptis tamen vxoribus quibus per ſuos viros certa loca, aut reditus, aut alia bona, vndè annui reditus vel prouentus peruenire poſſet pro ſecuritate ſuæ dotis, & ſponſalitij fuerint aſſignati, quo caſu ipſa dũtaxat loca, & reditus, & bona poſſidere cenſeatur, & ſuper ipſis prouiſionẽ ſuã habeat, & fructus ſuos faciat eorundem. Adiecto, quòd vxor in primo caſu, videlicet quo omnia bona viri ſui poſſidere cenſetur, inuentarium infrà menſem poſtquam viri ſui mortem ſciuerit computandum, incipere, & infrà alium ſequentem complere omnimodè teneatur, aliàs prouiſione anni luctus, & commodo faciendi fructus ſuos careat ipſo facto. Per hoc non intendimus aſtrictos ad faciendum inuentarium ab ipſius confectione aliquatenùs liberari.* Hæc ſunt verba conſtitutionis.

4 Hanc † conſtitutionem hoc modo ſumat noſter Mier. magnus practicus in initio ad illam. *Mulieres mortuo viro ipſo iure intelliguntur vt creditores omnia bona viri poſſidere pro dote, & ſponſalitio, & infrà annum luctus debent de bonis ipſius viri alimentari, nõ tamen faciunt fructus ſuos. Poſt annum verò luctus mulieres mutant poſſeſſionem, & poſſident vt vſumfructuariæ conditionales niſi per virum extiterit prouiſum. Et tenentur de bonis incipere inuentarium intra menſem à die notitiæ mortis viri, & illud perficere infrà alium proximè ſequentem mortem, aliàs priuabũtur commodis alimentorum anni luctus, & faciendi fructus ſuos.*

5 Quod idem † erat anteà conceſſum particularitèr ciuibus Barcinone, vti habetur in priuilegio *recognouerunt proceres*, vulgò dicto in 2. vol. conſtitu. ſub titu. de conſue. cap. 4. 5. & 6.

6 In Regno † Valentiæ eſt quidã fotus huic noſtræ conſtitutioni ſimilis, de quo per egregium Conſiliarium, ac Aduocatum fiſcalem in Supremo Coronæ Aragonum Concilio don Hierony. Franciſ. de Leon deciſ. Valẽ. 8. num. 8.

7 Circa † quam conſtitutionem quod primò oportet tractemus, eſt de eius validitate, vel inualiditate, in quantũ concedit recipi poſſe fructus pignoris abſque computatione eorum in ſortem, ſed quia iam aliquid tetigi in 1. tom. clan. 4. gloſ. 18. par. 3. num. 108. vbi Pat. Moli. & Dida. adduxi huiuſmodi ſtatuta nulla dicentes, & multum temporis in hoc conſumpſiſſe nouiſsimè reperio noſtrum Molin. in tract. de ret. nup. & pac. in matrimo. cõuen. lib. 3. queſt. 39. ex nu. 24. cum pluribus ſequenti. & ſignanter num. 75. vbi pluribus hanc noſtram conſti. impugnat volens eam eſſe aduersùs ius diuinum, & humanum, materiamque tradit latiſsimè, quam nos in principio clauſulæ dotalis dum de validitate pacti de dando certo intereſſe vito dum dos non ſolueretur ei, egimus, omiſeramus,

8 ſi idem † pactum valet reſpectu vxoris dum dos ſoluto matrimonio ei non reſtituitur, & quia etiam parùm prodeſſet quicunque labor à nobis ſuſciperetur in re à tot ſeculis à noſtris tam recepta, ideò de ea amplius tractare non intendo, contentus eleganti, ac pulchra doctrina Petegri. in conſ. 100. num.

9 26. lib. 1. vbi cũ † dubitaretur in caſu ſuo, de validitate certi ſtatuti dicit quod quicquid ſit de iure, ſufficit quòd de facto ſeruetur, ac proindè ſuper eo diſputandum eſt ac ſi de iure valeret ſtãte obſeruantia eius de facto, ad trad. per Dec. in l. 1. n. 22. ff. quod quiſq; iuris, & in conſ. 446. col. 1. & per Craue. conſ. 137. num. 8. ac per Curt. Iun. in conſil. 173. col. 1. viden.

10 Solùm aduerto † quòd ſi non adeſſet conſti. ſed ſolùm pactum, quod ſemper eſſe ſolet in noſtris capitulis, de recipiendo fructus pignoris, & illos ſuos faciendo donec dos eſſet reſtituta abſque computatione in ſorte, nihil illud valeret, quod prætetquàm quod ſatis claré elicitur ex Doctoribus ſuprà cita. ita in termiuis terminãtibus tener, & multis medijs probat Ioan. Pet. Surd. in conſ. 194. per tot. lib. 2.

11 Quem tamen, † poſtquam hic doctrinam Bal. & Beto. quam allegat in contrarium, dixit eſſe communiter ab omnibus reprobatã, noluiſſem nobis poſteà pro alio, qui ea indigebat, ſimpliciter vendidiſſe eandem pro vera, & recepta in conſ. 243. nu. 41. & 42. Hæc eſt miſeria conſiliorum, & conſulentium. Et

ſi plu-

12 ſi plura velis † pro defenſione dictę noſtræ conſtitutionis in contrapoſitionem eorum, quæ Molinus noſter dixit contra eam, lege egregium Conſiliarium in Supremo Regni Aragonum Concilio don Franciſcum Hieronymum Leo deciſ. Valenti. 62. vbi viginti vnum numeros conſumit in defendendo hanc conſtitutionem.& quendam ſimilem in idem Regni Valentiæ forum.

13 Veniamus ad † particularem explicationem,& expoſitionem ſingulorum verborum ipſius conſtitutionis, quo eius diſpoſitio, & mens fiant perſpicuæ, idque breuiter,& ſuccincte,cõtrouerſias dumtaxat pertractando, quæ quotidiè in ptaxi contingunt, reliqua quæ dici poſſent,remittẽdo ad noſtros Mier. Deſpu. Oiib.& Canc.qui largos commentarios de pulchra matetia huius conſtitutionis fecerunt.

14 Inprimis dicitur, † & conceditur vxori quòd ſtatim mortuo vito cenſeatur tenere, & poſsidere omnia bona illius,in quo eſt ſine dubio exorbitans à iure communi, & ei contrariã,vt dicit Mier. in hac conſtit. num. 50. & Senatus etiam noſter expreſsis verbis dictam conſtitu. exorbitantem à iure communi † *appellauit* 13. Octob. 1489. in cauſa Comitiſſæ de Cardona,contra Ducem Cardonæ. Et † *Senatus* etiam Supremus Coronæ Aragonum in cauſa Comitiſſæ de Quirra contra Marchionem de Quirra,de qua in inferioribus latiùs dicemus. Tota de hoc eſt de

15 ciſ. Seſſe 67. Exorbitãs † (inquã) quatenus in viduam transfert poſſeſsionem ſine corpore,& animo,hoc eſt ſine reali, & actuali apprehẽſione,quod de iure fieri nõ poteſt,l. 3. in prin.& l. quemadmodũ ff. acq. poſſeſ. ſicut

16 etiam † contra ius dicitur eſſe ſtatutum,quod transferr poſſeſsionem in hæredem ſine apprehenſione, l. cum hæredes,eo. tit.

17 Non curo † diſputare an ſtatutum id efficere valeat,vt poſſeſsio ſine actuali apprehenſione transferatur in aliquem poſt alterius mortem,quia affirmatiua eſt indubitata, prout poſt longam diſputationem probat Anton. Gom. in l. 45. Tauri num. 111. ad quod additionator ibidem allegat Gom. Arias, Couar. Suarez, Caſtil. & Ciſuen. videndos ſi opportuerit, nam nobis ad propoſitum ſufficit eſſe noſtrum ſtatutum in hoc ſicut in reliquis,quę diſponit,in viridi obſeruantia,vt ſuprà dicebamus, communem hãc eſſe opinionem late probat Menoch. de recupe. poſſeſ. reme. 1. num. 404.& deindè.

18 In verbo,*vxor*,quod primò occurrit in iſta conſti. ſtat primũ requiſitum illius: introductum enim in fauorem vxoris eſt iſtud beneficium tantùm,nec extenditur ad virum, cũ ſimus in exorbitantibus, & cõſtitutio intelligenda eſt in terminis in quibus loquitur,& ſtrictè quidẽ,non in alijs, prout in caſu alterius ſimilis ſtatuti dicit Caſſane. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 15. verb. de ſon donayre.

19 Et ideò ſi contingit,† prout ſępè fit,quòd maritus ingrediatur domũ vxoris ſecum in eam ferens aliquam dotem, quam axouariũ dicimus,quæ conſumitur in hæreditate vxoris,taliter quòd ea mortua non eſt in promptu pecunia allata per maritum, in iſto caſu non gaudet ipſe beneficio conſtitutionis, vt teneat,& poſsideat hæreditatem vxoris,fructuſque ſuos faciat donec ſatisfactus in di-

20 cta ſua dote,ſiue axouatio ſit,etiam ſi ita † ſit inter partes in capitulis matrimonialibus pactatum,prout docui in 1. tom. clau. 4. glo.

† 18. par. 3. num. 107. vbi *deciſ.* ad id factam in Senatu adduxi, atque ita in concuſsè obſeruamus: ſecluſa enim conſtitutione pactũ iſtud eſt vſuarium,vt probaui in dicto loco.

21 Non dico † quòd maritus non teneat bona quouſque fiat ſibi ſatisfactio,clarũ enim eſt quòd ei cum ſit creditor in hęreditate cõditur, & conredi deber retentio dotis, quam ipſum poſsidere aliàs diximus in ſuperioribus,ne ipſe maritus deterioris ſit cõditionis alijs creditoribus, de qua retentionis materia eſt copioſiſsimus locus,qui omnia cumular, apud Alex. Trentaſinq. variar. reſolu. lib. 3. tit. de pignor. & hypote. reſoln. 1. per tot. Sed quòd non facit fructus ſuos pro ſuo axouario.

22 An autẽ oporteat † quòd ſit vera vxor iſta mulier,quæ gaudere vult beneficio huius cõſtitut. id eſt ex veto,& legitimo matrimonio,non ex putatiuo? Dic quòd non, mulieri enim putatiuæ etiam competit beneficium iſtud,ex quo reſpicit exactionem dotis: recepta enim eſt communiter diſtinctio Bart. in l. ſi concubina 17. ff. de actio. re. amotar.

23 Quòd aut † agitur de exigenda dote, & priuilegia conceſſa exactioni verę dotis,competunt etiam quando agitur de exactione dotis putatiuę,prout in l. ſi cum dotem §. fin. ff. ſolut. matri. & l. 3. C. ſolut. matrimo. & l. 2. §. fin. ff. de priuileg. cred.

24 Si verò (inquit Bart.) de exactione dotis non agitur, priuilegia conceſſa vero matrimonio, & conſequenter veræ doti, non cenſentur competere matrimonio putatiuo,& conſequentet doti putatiuæ, dicta l. ſi concubina.

25 Ratio † primi caſus,qui noſter eſt, conſiſtit in hoc quia priuilegia exactioni veræ dotis fuerunt conceſſa, vt ſic mulier poſſet alias nuptias contrahere, quod pertinet ad publicam vtilitatem, l. 1. ff. ſolut. matri. quæ ratio etiam militat in dote putatiua, d. l. 3. de priuileg. cred. ita pulchrè Petr. Barboſa

Barbos. in cita. l. si cum dotem §. fin. num. 2. & deindè ff. soluto matrimo. qui alios allegat, Cassaneus in consuetu. Burgun. rub. 4. *de droitz*, §. 5. num. 12. latè. Burgos de Paz in quæstio. ciuil. quæstio. 7. num. 6. & deindè, vbi plura tradit de matrimonio putatiuo in ordine ad illud si gaudet priuilegijs veri matrimonij. Vide vlteriùs ad hanc materiam matrimonij putatiui Boeri. in consuetud. Bituricen. tit. de consue. matrimo. & doarij §. 4. in fin. in ver. quid si, Hippoly. de Marsil. singulari 129. Alios allegat Cancer. in 3. par. variarum resolutionum cap. 11. de sponsalibus num. 113.

26 Vbi id † intelligit vbi ipsa esset in bona fide nullius conscia impedimenti, quod est indubitatum, aliàs esset coadiuuare in malum, & præmiare vitium, si beneficium constiturionis huic mulieri concederemus. Esset nunquàm facere finem velle omnes hic cumulare, qui de hac materia tractant, sufficiant relati.

27 Et an illi, † quæ reuera, secundum communem vsum loquendi, non potest dici vxor, qualis est sponsa de præsenti nondum traducta, nec cognita, competat istud beneficium? Memini quod circa hanc sponsam, aliam quæstionem disputaui in superioribus vbi de quarta auctent. præterea C. vndè vir & vxor, egi claus. 5. glos. 8. par. 10. ex num. 31. quærens nunquid gauderet beneficio illius auctent. Et ex ibi adductis arbitror resoluendam istam quæstionem in fauorem mulieris, non enim video quid impediat quod in hoc casu, quod disponitur in vxore vera non habeat locum in spõsa de præsenti, iuxta l. cum fuerit, de conditio. & demonstra. ibi videas, vbi de his latè. Vidi postea Cancer. in 2. par. variar. resolutio. cap. 1. de minor. à num. 156. & in 3. par. cap. 11. de sponsa. num. 115.

28 & deindè, vbi † appellatione vxoris in statutis non venire sponsam de præsenti plurib⁹ defendit, sed ego non propterea recedo à mea opinione, rationes iam adduxi suprà, nec arbitror futurum aliquem Iudicem, qui huic mulieri in facti contingentia beneficium denegaret. Licèt enim Cancerij doctrinam magni faciam, malo tamen in hoc adhærere Andreæ Gail, qui est contra eum lib. 2. obseruat. 80. per tot. vbi signãtet num. 4. dicit hanc affirmatiuam partem vetiorem, & æquitati quoque magis consentaneam esse, & vlteriùs optimis fundamẽtis, & doctrinis hanc opinionem iustificat.

29 Vltimò est † vtile videre an mulieri, quæ licet à principio cum marito cohabitaret, reperitur tamen ab eo, tempore mortis separata, competat beneficium huius constitu. Distinctionem adduxi in eo loco qui suprà allegatus est num. 38. si culpa viri, si culpa vxoris, quam omnino debes sequi in facti contingentia, non habeo ampliùs quid in hoc dicam, solùm addo Cancer. in 3. par. variar. resolutio. in cita. cap. de sponsal. num. 112. Atque & hæc de primo requisito, quia non tot circa illud, sicut circa alia oriuntur, ac succedunt in praxi decidendæ quæstiones.

30 Sequitur secundum † requisitum in illis verbis constitutionis immediatè sequentibus, *mort lo marit*, *mortuo viro*, oportet enim quòd mortuus maritus sit, vt mulier hoc beneficio gaudeat, vt dicit nostra con-

31 stitu. Quam quidem † mortem tenetur mulier probare, quia est fundamentum suæ intentionis, vt pluribus infrà probabo.

Quibus autem modis mors probetur, sunt loca ordinaria apud Mascard. de probatio. ex conclus. 1074. Menoch. præsumptiõ. 49. lib. 6. & de adipiscenda possess. remed. 4. à num. 667. Vitt. decis. 243. lib. 2. Natta cons. 241. per tot. Peregri. de fideicommiss. arti. 43. ex num. 39. Quos adduxi in 1. tom. clan. 4. glos. 9. par. 5. nu. 136.

32 Ex quo autem † diximus mortem viri esse fundamentum intentionis vxoris volentis gaudere beneficio istius constitu. fit quòd debeat per eam clarè, & perfectè probari, nec sufficiant coniecturæ, prout aliquantulùm probaui in 1. tom. loco su-

† prà cita. vbi Senatus *decis.* ad id adduxi. Addo nunc Rot. Roma. diuersorum decis. 102. par. 1. & 667. & 862. in 3. par. & apud Achil. de Graf. decis. 1. de probationibus, & denique apud Seraphin. de Oliuar. decis. 1171. num. 2. Fulvi. Pacia. de probatio. lib. 2. cap. 7. & 8. Ioan. Gutier. in prac. quæstio. lib. 2. quæstio. 7. per tot. locus est de hoc, sicut doctus, sic copiosus; & peregrinus apud Hieronym. Brue Kner. in cotollarijs positis post decis. Gerard. Maynar. corolla. 1. num. 42. vbi in additio. est copiosa Doctorum remissio idem dicentium, quòd primò mortem docere, atque exactè probare debet is qui suam in morte intẽtionem fundat. Iustum ergo est quòd mulieri nisi plenè, ac exactè viri mortem probet, denegemus beneficium, & seu denegandum iudicemus.

33 Hæc causam † dederunt dubitandi de

†† iustitia binarum *declarationũ* in nostro Senatu in ambabus anlis ciuilibus factarum, in quibus ego vt aduocatus interfui, mox referendis, in quibus admissi fuerunt substituti agentes ad fideicommissum non probatã plenè morte illius qui substitutum præcedebat in vocatione. Prior declaratio facta fuit

in aula admodum Reuerendi Cancellarij referente egregio Senatore Francisc. Gamis 20. Decemb. 1616. in causa Hieronymæ de de Miralles contra Ioannem Ferrer, Scriba Iosepho Cortes, his verbis, ex quibus casum comprehendes, de quo disputabatur. *Attento* (inquit) *constat dictas N. & N.* (priùs vocatas) *vagari per mundum, & vtra quinquennij inter notos, & compatriotas nihil de earũ morte de certò sciri, vt indè pro mortuis reputandæ sint, cum longa absentia morti æquiparetur &c.* Ideò fuit hæreditas adiudicata vltimò vocato præstita cautione, quam obtulerat, si in futurum apparerent aut antea vocatæ, aut alij proximiores.

Posterior declaratio facta fuit in aula Regẽ tis Cãcel. relatore egre. Sena. Iosc. Roca 27. Iunij 1619. in causa nob. Mõserrati de Guardiola in supremo Regni Aragonum Concilio Regentis, contra Ioannẽ Galceran, Scriba N. Font de Sitges, in qua dicto Regenti † fuit *adiudicatum* fideicommissum, non obstante quòd nõ constaret de morte alterius substituti, qui eum præcedebat, quia transierant 78. anni à die conditi testamẽti, in quo iam dictus primus substitutus non nominabatur impubes. *Ex quibus* (inquit) *verisimiliter potest haberi pro mortuo, & in vtroq; casu* (pergit) *siue mortuus sit, siue viuus, constat reum iniustè possidere* (quia possidebat titulo habito à non habente facultatem alienandi) *& quia agitur de paruo præiuditio dicti possessoris vni potius quàm alteri restituere id quod restituturus est*, ideò fuit dictum fore dictum nobilem Regentem admitendum ad fideicõmissum per eum prætensum, media cautione pet eum oblata, casu quo in futurum appareret primò vocatus. Ecce qualiter absque vera probatione mortis in nostro Senatu fuerunt bona adiudicata agenti, quod est contra tot Rot. Rom. decisiones suprà relatas, & etiam cõtra aliã Relatore egregio Senatore Iosepho Ferrer factam die 28. Ianuar. 1618. in causa Iacobi Franqueza, contra Paulam Ponsa, quam adduxi in primo tom. clau. 4. glos. 9. par. 5. nu. 136. Vbi ex motiuis suprà relatis, quia mors est plenè probanda, quãdo suam in ea † quis fundat intentionem, fuit *dictum* nihil proficere secundo vocato probasse quòd erant octo, aut nouẽ anni elapsi ex quo primo vocatus á patria recesserat, nec aliquid eo tunc vsque erat scitum de illius vita, aut morte, quod est ex diametro cõtrarium declaratis per Gamis in eadem admodum Reuerendi Cãcellarij Aula in suprà cita. decis.

34 Et in istis casibus, † excipiẽdo fortiter, dicebant rei præsumi viuere primò vocatũ cum adhuc centum anni non essent elapsi, quæ exceptio videbatur eis admittenda, vt in terminis dicit Gutier. in loco suprà cita.

35 Nec vitam, † excipiendo, allegans tenetur ad eius probationẽ, vt tradunt multis, quos adducunt Bruckner. in cita. corolla. 1. n. 56. post deciss. Maynar. Anton. Gab. in tit. de præsump. conclu. 16. num. 8. quibus non obstantibus fuit declaratum vt suprà, sequendo, quatenùs cõiecturari potest ex eisdẽ declarationibus, & signanter ex vltima, quæ eisdem ferè verbis vtitur, doctrinam nostri Cancer. in 3. par. variar. resol. cap. 22. de iure accrescen. num. 208. vbi adducit pro ratione paruum præiudicium, & interesse possessoris, quod versatur in restituendo vni potiùs quàm alteri, quando ei sufficienter cauetur, postquam ipse de necessitate restituturus

36 est, propter quod † paruum interesse pro mortuo debebar haberi in isto casu, qui per tantum tempus absens erat. Hæc Cancer. & hęc sententia Regia in causa nob. Regentis Guardiola.

37 Et nonsolùm † in nostro Senatu fuit habita mors pro legitimè probata ad effectũ iam dictum, sed etiam in Regno Valentiæ, ac Senatu Valentino, vt auctor est nouissimè egregius Conciliarius, ac Aduocatus Fiscalis in supremo Regni Aragonum apud suam Maiestatem Concilio Don Franciscus Hie-
† ronymus Leo, tot. decis. 72. vbi *decisum* de anno 1609. asserit *quendam ibi nominatum habitum fuisse pro mortuo ad effectum adiudicandi proximioribus eius, tanquã ab inteſtato defuncti, suam hæreditatem, & bona, ex quo aberat per triginta annos, & vltrà à Ciuitate, & Regno Valentiæ, & de eius vita, vel morte nulla habebatur notitia, cum cautione prout in nostro Senatu obseruatum in suprà relatis decisionibus fuit, scilicet de restituendo eidem qui habebatur pro mortuo, vel hæredi illius si imposterùm apparerent.* Et quod plus est, ablata fuit hæreditas curatori dato bonis absentis, vt daretur proximioribus tamquã abinteſtato succedentibus.

38 Et dicit † is Doctor quòd ad hoc Senatus motus fuit quia agebatur de interesse pecuniario, & reparabili damno, afferens secus futurũ vbi ageretur de magno, & irreparabili, veluti quando inquiritur de homicidio, quia tunc plenę, & exactæ mortis requiruntur probationes.

39 Quamuis autem † duplicata Senatus auctoritas in his intercedat, & ego in dictis duabus causis pro obtinentibus cõsuluerim, & auctoritati nostri Senatus accedat auctoritas Senatus Valentini (excipio causam Regentis de Guardiola, quæ nõ est trahenda in consequentiam, cum tanti temporis cursus magnam declarãdi caulam tribueret,

& ma-

& maiorē quàm in alijs) nihilominus maximam rem habere difficultatem exiſtimo. Nec arbitror rem metiendam eſſe ab intereſſe poſſeſſoris, quod clarum eſt verſari modicum vni potiùs, quàm alteri rem reſtituere, maximè cum per cautionem ſit ei ſatis cautum, ſed imò conſiderandum eſſe intereſſe abſentis, cuius res eſt propria, cuius eſt maximum ne res ſua ſe viuo, & inuito, aut non vocato alteri tradatur, imò iniquiſſimū iudicatur ſi ita fiat, argum. l. 4. C. de capti. & poſtlim. reuer. Atque abſens ſi aliquandò reuerteretur, haud immeritò eiſdem verbis, quibus pater ille apud Senecam lib. 6. contro. exclamare poſſet, viuo, & iam patrimonium meum diuiſum eſt, Annæ. Rober. rerū Iudi. lib. 3. cap. 6. pag. 29. col. 2. pulcherrimè Hieronym. Bruckner. in cita. corolla. 1. in addirio. num. 63. & toto illo ferè corolla.

40 quod totum eſt † in probando, & iuſtificādo multis rationibus, & auctoritatibus fieri nō poſſe quòd morte nun plenè probata per ſecundo loco vocatum adiudicetur hæreditas eidem, ſed ſtandum eſſe ſemper præſumptioni vitæ.

41 In tantùm † id execratur, vt dicat nu. 64. non minùs ſaluas res abſentis futuras penes iſtos, qui ſuccedere habent, & in eorum manibus, quàm in poſſe vulturum, quibus cadauer ſpectare moleſtum eſt. Conſiderat finaliter intereſſe abſentis, ne (inquit num. 38.) redux aliquando multa cum moleſtia eum, cui bona adiudicata fuerunt, conuenire cogatur, eadem autem vel cum magna difficultate vix recuperare queat, quod ſatis iniquū eſſe exiſtimat Muñoz de Scobar de ratio. cin. cap. 6. nu. 49. Videatur totus huius Doctoris diſcurſus per totum dictum corollarium latè extenſus, quia ingenioſiſsimus eſt, & ad materiam nō poteſt fieri abundantior, & diligentior.

42 Sed quid tum? † quando videt is qui ſuccedere habet poſt mortē abſentis, tē vti, & frui eum qui non deberet, quiq; bona reſtituere habet, erit ne melius vt ille ſine iure, & ratione rem habeat, & fructibus potiatur quàm ille, qui tam proximus eſt in ſucceſſione? Non reliquerunt rem hanc iurà noſtra ſine remedio, illud eſt quòd ab eo qui ſucceſſur' eſt, propter intereſſe quod habet, ſi mors prioris ſubſtituti negetur, petatur curatorem bonis aſſignari, qui pro abſente illa cuſtodiet, & conſeruabit, ac pro eodem ipſo, qui ſuccedere habet quando mors præcedentis ſubſtituti continger, idq; præſtita optima cautione, quæq; lit ad id ſuffi-

43 ciens. Imò & idem † ipſe prętenſor poteſt ſimul, & ſemel in eodem libello petere fideicommiſſum tamquam purificata conditione per mortem primi inſtituti, aut ſubſtituti, & caſu quo mors negetur, quod ſi ſi abſentis bonorū cura deferatur, & deferri debebit ſiue dubio cum legitima cautione, prout in terminis terminantibus docet Anton. Fab. in ſuu Cod. lib. 4. tit. 7. de obliga. & actio. defin. 2. Muñoz de Scobar de ratiocin. cap. 6. à num. 47. Socin. iun. in conſ. 26. lib. 2. Monta. de tutel. cap. 28. num. 72. Bruckner. dicto corolla. 1. in additio. num. 63. Atque iſto modo, vt ſucceſſuro cura bonorum abſentis forma prædicta deferatur, non vt eidem vti hæredi bona adiudicētur, practicādam rem hanc fore ſecundum quod iura diſponunt arbitror, ſic fiet, vt & iuris recti tramites ſequantur, & abſens ſi redir, faciliorem habeat modum recuperandi à curatore, qui eius nomine adminiſtrauit, quàm ab eo qui ſe hæredē fecit, dominum, & proprietarium.

44 Vis videre † quale inconueniens poſsit ſequi ex iſtis immaturis adiudicationibus ſi fiant ſubſtitutis, aut alijs ſucceſſuris, non plenè probata morte primi inſtituti; nunc quid ſucceſſerit in illa cauſa, quę relatore Gamis declarata fuit, vt diximus. Ecce quòd non fuerunt elapſi quatuor anni ex quo comparuit coram eo quæ erat mulier primò vocata in reſtamēto, cōquerens quòd ſe adhuc vita alteri ſuo ſucceſſori, & poſt eam vocato, adiudicata eſſet hęreditas; cui cum graue eſſet hæreditarem, iam vt ſuam ſemel adeptam relinquere, & reſtituere mille inveteratur, & adhuc veritur, non enim eſt adhuc finita cauſa, diffugijs contra primò vocatam, adeò vt dubitetur ſi in multis annis quod ſuū eſt recuperabit. Ego vix eſt quòd vel via-

45 gore † reſtamenti, vel vt curatori commēdatem vnquam ſecundò ſuccedere debenti hæreditatem, ne ſimile inconueniens contingeret, tertium eligerem, cum quo minus proculdubio negotium futurum eſt, minorq; labor ſumendus in habenda ab eo hæreditate ſibi commendata.

46 Quomodò autem † mors, quæ in iſto caſu magni præiudicij, eſt concludēter prnbāda, probata ſufficienter dici debeat, vide Rot. Roma. in recollec. per Farina. in vlt. vol. deciſ. 496. Et de ilta materia dandi, vel nō dādi curatorem abſenti, de quo neſcitur ſi viuit, vel non, vide nouiſſimam deciſ. 42. Senatus Portugal. apud Melchior. Phœbum. Atq; hęc de ſecundo requiſito.

47 Tertium conſiſtit † in illis verbis conſtitutionis, *donec ſibi in dote, & ſponſalitio ſuus fuerit integrè ſatisfactum.* Quibus verbis manifeſtè demonſtratur priuilegium iſtud, & beneficium conſtitutionis concedi mulieri pro dote, & ſponſalitio, non pro alijs creditis. In-

dè ſequitur ipſi incumbere ſine dubio onus probandi ſibi dotem deberi, vel ſponſalitiũ in bonis mariti, aliàs no obtinebit in ſua tenuta, & illius priuilegio, vt docent Cancer in 1. par. variar. reſolu. cap. 9. de dona. & dona. prop. nup. nu. 21. & 22 & Olib. in ſæpè cita. §. fuerat num. 37. Inſti. de actio. in 2. re-
48 lec. Non obſtante † quòd contrarium in ter minis huius noſtræ conſti. ſuper ea hic Barcinone conſultus pro nobiliſsima familia Ducum Cardonæ de anno 1525. dixerit Celſ. Hugo in conſ. 1. num. 52. quod poſteà repetit in conſ. 119. num. 3. volens ex quo conſtitutio dicit quòd poſſeſsio tranſeat in vxorem incontinenti, propterea non eſſe examinandum vtrum dos fuerit ſoluta, vel non, ſed ſimpliciter pronunciare pro tenuta mulieris, aliàs (inquit) non poſsideret in continẽti. Cui optimè reſpondet Cancer in loco cita. dicens mulieri non concedi priuilegium ſimpliciter, ſed pro ſua dote, & ſponſalitio, & ſic cum illa qualitate, quę eſt in primis verificanda. Vndè ſenſus conſtitu. eſt planus, quòd in mulierẽ, quæ habet dotem, vel ſponſalitium in bonis viti, cenſeatur trãſire poſſeſsio ſtatim poſt illius mortem donec in dictis iuribus ſit ei ſatisfactum. Re-
49 peri † ego quòd in eadẽ domo Ducum Cardonæ, pro qua conſuluit Cel. Hugo de anno 1525. alia de eadem materia inciderat quæſtio de anno 1489. inter Comitiſſam Cardonæ, & tunc Comitem Cardonæ, relatore N. May, in qua idem prætẽſum fuerat, quod poſteà cõſuluit Cel. Hugo, ſed repulsã paſſa
† fuit mulier id prætẽdens, & *declaratũ* 30. Octob. dicti anni 1489. *quòd hæc conſtitutio, & illius beneficium non habent locum niſi vbi eſt dos, & vbi monſtratur de ſolutione dotis, & ideò* (inquit) *ſi mulier non attulit dotem, vel vbi non eſt dos ſoluta, non eſt beneficium conſtitu. hac noſtra. Et vxor ſi vult gaudere illius beneficio debet probare dotem realiter ſoluiſſe.* Hæc ipſa declaratio, in qua non ſemel dicitur *hoc eſſe clariſſimum in iure, & de mente conſti. & hanc eſſe firmam concluſionẽ omnium Doctorum, qui ſuper dicta conſtitu. ſcripſere.*

50 Hæc inſtificãtur † vlteriùs ex his quæ Caſtellani Doctores in materia l. 45. Tau. quæ in ſucceſſorem in maioratu tranſfert poſſeſsionem ſicut noſtra conſtitutio in viduam, communiter docent, quòd ad hoc, vt dicta poſſeſsio in ſucceſſorem in maioratu tranſlata dicatur, debet ipſe docere ſe eſſe ſucceſſorem in maiotatu, & ſic iſtud requiſitum, & iſtam qualitatem probare, aliàs optimè poteſt ei obijci, de te non loquitur ſtatutum, quemadmodum in materia ſubſtitutionum communiter dicimus, de te non loquitur ſubſtitutio niſi requiſita probentur, ita Pala. Rub. in dicta l. 45. Tau. num. 2. Gregor. Lop. in l. 7. tit. 4. parti. 5. in glo. verb. poſſeſsion, latè Ludun. Moli. de primoge. Hiſpan. lib. 3. cap. 13. à n. 9. cum ſequent. vbi alios etiam caſus adducit, in quibus ante omnia eſt facienda ſimilis probatio, Velaſ. de Auenda. in ea. l. 45. Tau. gloſ. 1. num. 1. gloſ. 5. num. 3. & gloſ. 7. num. etiam 3. vbi etiã aliàs ſimiles inſtantias proponit, quicquid in contrarium in caſu d. l. 45. Tau. Cel. Hugo in legibus, & moribus Caſtellę parũ tunc verſatus in cita. conſ. 119. n. 4. dixerit.

51 Quomodo autem † dos ſit probanda, & illius ſolutio, non eſt quòd hic doceamus, iã ſatis infrà de hoc diximus, ſolùm aduerto quòd ex ſola confeſsione dotis, quam maritus feciſſet in teſtamento, non diceretur ſatis probata conſtitutio, & ſolutio dotis, ad effectum gaudendi beneficio huius conſti. quia ea confeſsio, quod ad ſummum poteſt importare, eſt legatum dotis, vt abundè ſuprà docuimus in materia ſpõſalitij, & iterũ poſtea in gloſ. ad appocham dotis, in quibus locis ad id allegaui noſtrum Mier. in hac cõſti. num. 19. & Deſpujol in additio. nu. 34. Cancer in 1. par. var. cap. 9. de dot. & dona. ptopter nup. n. 27. Pegue. deciſ. 149.
†† Surd. deciſ. 285. & *deciſiones* etiam noſtri Senatus in terminis terminantibus de hoc
† factas adduxi. Eis nunc addo *deciſionem* ſuprà relatam de anno 1489. in nobiliſsima domo de Cardona factam, vbi fuit expreſsè dictũ *iuris exploratiſſimi eſſe quòd licèt vir prælegauerit dotem vxori, ſi illa non monſtret aliter de ſolutione dotis, profectò* (inquit) *non gaudebit beneficio conſti. quia non virtute cõſtitutionis, ſi aliter de ſolutione dotis non monſtraret, ſed virtute legati poſſideret &c.* Niſi concurrent coniecturæ, quæ confeſsionem iuſtificarent, de quibus dixi latè infrà in materia confeſsionis dotis, vbi videas.

52 Quæcunq; diximus † huc vſq; de iſto requiſito ſolutionis dotis oſtendendæ, ſanè velim intelligas non credens quòd ſemper ſit id neceſſe, aliquandq enim ſecundum ſubiectam materiam poteſt adeſſe ſponſalitium ſolum, pro quo etiam cõpetet tenuta iuxta tenorem conſti. quæ non requirit dotem, & ſponſalitiũ ſimul, ſed vnum, vel alterum, vel ambo, cõpetet (inquam) mulieri tenuta pro huiuſmodi ſponſalitio abſq; eo quòd in bonis mariti habeat talẽ mulier dotẽ, quæ hoc beneficiũ poſsit ſibi tribuere, vt ecce quãdo io immobilibus, aut reditibus annuis inęſtimatis, quos & quæ iã mulier recuperauit in ſpecie ſtatim mortuo viro. Hęc mulier tenutã habebit ꝓ ſolo ſpõſalitio, licèt nõ cõſtet creditũ dotis ſe habere in hæreditate viri.

Quia

Quia pro ſolo ſponſalitio priuilegium noſtra conſtitutio tribuit ſicut pro dote.

53 Notanter dixi, † quia pro ſponſalitio cõſtitutio noſtra priuilegium tribuit, nam ſi de eo conſtitutio non loqueretur, ſed de dote ſolùm, iſtud priuilegiũ faciẽdi fructus ſuos, non haberet mulier pro dicto ſponſalitio, provt in terminis alterius ſtatuti huic noſtro ſimilis probat, & *iudicatum* dicit Peregri. in
† 54 conſ. 100. num. 34. viden. Palàm enim † eſt quòd, vt ſæpè diximus, hęc conſtitutio eſt odioſa, & exorbitans à iure communi, ſignãter in hoc quod eſt concedere fructuum acquiſitionem pro pignore, & ideò non extendenda, maximè cum ſponſalitium ſit merũ
55 lucrum vxoris, & ideò † non conuenit quòd pro lucro lucrum debeatur, l. liberalitatis ff. de vſur. non enim datur acceſsio acceſsionis, l. neq; eorum vbi glo. & Bal. ff. de vſur. Peregri. vbi ſuprà, vbi alias ſimiles inſtãtias ad idem adducit videndas.

56 Vide ad maiorem, † & exactiorem huius difficultatis enucleationẽ Afflic. deciſ. 291. & ibi Vrſil. Capi. deciſ. 65. Gram. deciſ. 103. & vltimo Theſau. deciſ. 45. per tot. vbi diſputatur latiſsimè quæſtio, an ſic pro augmẽto dotali vti pro dote ipſa, debeatur intereſſe, & ſic an quoad hoc ſint paria, vel inæqualia dos, & dotis augmentum.

57 Quartum, & vltimum † requiſitum deprehenditur ex illis conſti. verbis, *Adiecto quòd vxor in primo caſu, videlicèt quo omnia bona viri ſui poſſidere cenſetur, inuentarium infrà menſem poſt quam viri ſui mortem ſciuerit cõputandum, incipere, & infra alium ſequentem complere omni modò teneatur, aliàs &c.* Requiritur ergo quòd mulier vt beneficio cõſti. gaudeat, inuentarium infrà menſem incipiat, & poſt menſem finiat à die ſcientiæ mortis mariti.

58 Circa quod, primò † nota quòd tametſi verba conſtitu. ſint tam præciſa, vt requirere videantur de neceſsitate inuentarium inchoandum infrà menſem à die mortis mariti, ſeu ſcientiæ illius. Verùm id intelligitur elapſis illis nouem diebus, intra quos fiunt exequiæ, vt habetur in Authen. ſed neque C. de ſepul. viola. & in corpo. vndè ſumitur in Authen. vt cum de appella. cognoſ. §. meminimus, licèt iſti tex. non loquantur de inuentario, ſed de moleſtia hæredibus non inferenda intra dictũ tempus, quo in exequijs faciendis, ſeu in lugendo mortuum, vti dicit tex. in dicto §. meminimus, occupati ſunt. Sed communiter Doctores applicãt ad materiam inuentarij cõficiendi, vt dicit Cancer in 1. par. varia. reſolu. cap. 9. de dot. & dona. ante nup. num. 10. vbi dicit quòd ita in hac
† propria materia noſtra Senatus *declarauit*, ſed non dicit quando, & inter quos. Ego tamen reperi ita † *viſum fuiſſe* in Aula Regentis Cancellariã ad relationem egregij olim Senatoris Antonij Oliba in cauſa coniugum Iabernos contra Magdalenam Iordana ſine die, non enim illum adducit egregius etiam olim Senator Guillermus Sunyer, qui tunc erat in eadem Aula, qui deciſionem refert in ſuis annotationibus manuſcriptis ad hanc
59 conſtitutionem: Addit tamen † non eſſe inconueniens quòd verba illà *infrà menſẽ poſt quam viri mortem ſciuerit*, intelligantur, & poſt nouem dies, intra quos vidua exequitur funus, ſeu luget virum defunctum, quia ſimilem interpretationem facit Accurtius in l. fin. §. ſin autem in verſ. Cõſuetudinem, C. de ju. delib. vbi interpretando diſpoſitionẽ, quòd hæres abſens à rebus hęreditarijs tenetur perficere inuentarium intra annum numerãdum à morte teſtatoris, ſupplet, & aditæ hæreditatis, cuius glo. meminit Roman. in conſ. 409. Curti. iun. in conſ. 8. nu. 2. Ruin. exornans conſ. 165. num. 14. & deindè lib. 3. Abb. in cap. 3. num. 10. & 11. de teſta.

60 Neque etiam † ſunt tam præciſa verba obligationis conficiendi inuentarij poſita in noſtra conſtitutione, quòd ſi non inchoatur intra menſem, ex hoc in omni caſu debeat dici non legitimè factum, taliter quòd per id perdat mulier beneficium conſtitutionis: Si enim inuentarium perfecerit intrà ſexaginta dies, nihil nocet non inchoaſſe illud intra triginta, imò per hoc cenſetur ſatisfactum conſtitutioni.

61 Illud enim † de inciplendo inuentarium intra menſem, eſt leuis ſolemnitatis, vt multis ego aliàs probaui in 1. tom. clau. 2. nu. 8. in fin. quod vlteriùs non proſequor: quia illud latè, & benè probat Cancer. in 1. par. variar. reſolutio. cap. 9. de dote & dona. ante nup. num. 12. & in 3. par. cap. 2. de inuen. num. 19. & 20. ſequitur Deſpujol in additio. ad Mier. in hac conſtitutione nu. 193. & in repertor. ad eundem verbo, mulier fol.
62 135. col. 1. Quicquid † in contrarium dicat Mier. in ea. conſti. num. 153. non enim debent tam riguroſæ intetpretationes amplecti ad miſeram mulierem hoc priuilegio, tam fauorabili pro dote conſequenda, priuandum. Sufficit ergo quòd conſequatur intentum conſtitutionis, quod eſt vt inuentarium conficiatur intra ſexaginta dies, & ſufficit etiam quòd in hærede de iure cõmuni ſit recepta hæc opinio vt ſufficiat intra tempus inuentarium confeciſſe, & perfeciſſe licèt non ſit obſeruatum illud, quod leges volunt circa illius inceptionem, vt probat Canc. in dictis locis, quę ſufficiunt in re tam iuſta, & æqua.

63 Excuſatur mulier † ſi impedita fuit inuẽtarium conficere, quia clarum eſt impedito rempus nõ currere, vti eſt vulgatum, ita docent Doctores omnes qui de hac conſtitutione loquuntur, provt Mier. in hac conſti. nu. 151. pleniſsimè Cancer. in 3. par. cap. 2. de inuen. ex nu. 21. egregius Senator Anto. Oliba in §. fuerat in 2. relec. n. 37. de actio.

64 vbi bonũ † conſilium quòd proteſtetur mulier de impedimento, licèt neceſſarium id nõ exiſtimem, dum deinceps de eo conſtet; quamuis enim communiter Doctores dicãt in l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori, de noui oper. nuntia. vbi Alex. & alij adducti per mox referendos, vt impedimentum excuſet ab aliquo actu, neceſſariam eſſe proteſtationem, vltra quos videndi etiam ſunt Oſaſc. tor. deciſ. 12. Theſau. deciſ. 10. nu. 12. Ioan. del Caſtillo deciſ. Sicil. 47. num. 3. Verùm

65 † (inquit † Caputaquen. deciſ. 73. par. 2.) eam opinionem non *ſeruat* Rot. Rom. à qua ſolemus communiter ſumere exemplum. Addit Stephan. Gratia. deciſ. prouin. Mar. 120. num. 9. dictam opinionem non eſſe ſequendam per Iudices, qui potiùs inniti debent veritati, quàm apicibus iuris: vndè (inquit) ſufficiet loco proteſtationis conſtare de impedimento, quod idem antea dixerat idemmet Gratia. deciſ. 34. num. 19. vbi dicit hanc eſſe æquiorem opinionem, idem Gratia. diſ. ep. foren. 591. num. 51. latiſsima de hoc eſt deciſ. Creſcen. 5. aliàs 234. in tit. de excep. bonus locus apud noſtrum Cancer. in 3. par. variar. reſolu. cap. 12. de tabu. official.

66 num. 207. Soleo tamen † ſemper conſulere, & benè ſemper ſucceſsit, quòd fiat proteſtatio de impedimento, tum ad vitandum amantitudinem communis opinionis, quæ tenaciter requirit proteſtationẽ, vt impedi-

67 mentum excuſet; tum etiam † ad fugiẽdum rigorem alterius opinionis, quę non minùs eſt communis inter Doctores, qua dicitur impedimentum allegare non ſufficere, niſi etiam probetur quòd ſi non fuiſſet impeditus, actum ſibi incumbentem feciſſet, de qua re latè per Surd. deciſ. 4. num. 13. & deciſ.

68 203. num. 17. Proteſtatio enim † vltra quod ius conſeruat, declarat etiam mentem, adnota. per Bar. & cęteros in l. nonſolùm §. morte, de noui. oper. nuntiatio. cap. cum M. Ferrarienſis, extra de conſti. Cæſ. Bàrzi. deciſ. Bononien. 86. num. 48. & ſic cum illa proteſtatione monſtrabit allegans ſuã mentem, quę erat faciendi actũ niſi fuiſſet aliàs impeditus.

69 Multa exempla † impedimentorum Doctores ſuprà citati adducunt, quibus mulier poteſt dici impedita ne inuentarium conficeret, veluti ſi non eſt copia notarij, ſi res nõ ſunt in loco, & ſimilia. Sed cum hæc rarò contingant, in eis non immoror. Solùm in-

70 ſiſto † in eo, quod communiter ſuccedit, ſuccedereque ſolet, quando per ſocerum, vel ſocrum, vel alios etiam, qui in eadem domo exiſtunt, fit iſtud impedimentũ, vel eijciendo mulierem è domo, vel claudendo ei hoſtium ingredi volenti, vel quauis alia arte impediendo confectionem inuentarij. Iſtud impedimẽtum legitimum reputatur ad excuſandum mulierem, Mieres in hac conſti. num. 161. Cancer. in ſæpè cita. cap. 2. de inuen. num. 21. egregius Senator Anto. Olib. in §. fuerat num. 37. Inſti. de actio. Deſpujol i. 1 additio. ad Mieres in hac conſti. nu. 201.

† Quod & Senatus noſter *approbauit* in facti contingentia 15. Appril. 1597. relatore Sabater in cauſa nob. Mariannę de Perapertuſſa, & nobilium Mariæ, & Petri de Perapertuſſa, vbi propter impedimentum factũ per ſoctum, *excuſata fuit mulier, & beneficium conſtitu. fuit ei conceſſum eodem modo, ac ſi inuentarium feciſſet, ex quo nõ ſtetit per eam, & paria* (inquit) *ſunt inuentarium factum fuiſſe, vel facto, & impedimento hæredis omiſſum.*

SVMMARIA.

1 *Reſtitutio in integrum cõceditur minori ad faciendum inuentariũ omiſſum. vbi deciſ.*

2 *Mulieri minori conceditur beneficium reſtitutionis ad conficiendum inuentarium in terminis conſti. hac noſtra. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

3 *Deſpujol notatur.*

4 *Tempus conficiendi inuentarium præfixum mulieri in hac conſti. hac noſtra, non currit niſi à die ſcientia.*

5 *Reſtitutio in integrum datur minori, & Eccleſia ex capite iuſtæ ignorãtiæ aduersùs præſcriptionem quamcumq; lõgeuam. vbi plures deciſſ.*

6 *Ignorantia colligitur ex frequenti mutatione beneficiatorum.*

7 *Quadriennium ad petendum reſtitutionem eſt à principio vtile, & ideò non currit ignoranti.*

8 *Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur in Senatu aduersùs multò plus quàm centenariam præſcriptionem.*

9 *Eccleſia. Pro Eccleſia eſt in caſu dubio iudicandum.*

10 *Dynus dicitur exiſtere in inferno quòd in caſu dubio ſententiam contra Eccleſiam protuliſſet.*

11 *Reſtitutio in integrum ex capite iuſtæ, & probabilis ignorantiæ etiam conceditur maiori, & nu. ſequent. vbi deciſ. noſtri Senat.*

Igno-

12 *Ignorantia qualis debeat esse, vt pro ea concedatur in integrum restitutio, vbi decis. nostri Senatui.*

13 *Fructus in restitutione in integrũ non veniũt nisi ex die illius petitionis, vbi decis. nostri Senatus.*
Declaratur, vt procedat in restitutione gratiæ, non in restitutione iustitiæ, ibidem.

14 *Ratio cur fructus non veniant in restitutione gratiosa concessa Ecclesiæ, approbata per Senatum, & notanda.*

15 *Fructus non venire in restitutione in integrũ gratiosa, nisi ex die petitionis restitutionis, est in tribus aulis nostri Senatus sine difficultate receptum.*

16 *Mulier minor, quæ multos annos possedit bona viri sine inuentario, petit tamen restitutionem ad illud faciendum intra quadriennium, nũ restituit fructus antea receptos, quia hæc est restitutio iustitiæ.*

17 *Minor an restituatur aduersus præscriptionẽ completã in maiori ætate post quadriennũ.*

18 *Tempus pupillaris ætatis subducitur de præscriptione, sed non tempus minoris ætatis post pubertatem, sed datur restitutio.*

19 *Minori si datur restitutio aduersus præscriptionem completam, post maiorem ætatem, semper fuit quæstio multùm controuersa, in qua tam à principio vsque ad nostra tempora fuerunt dissentientes Doctores inter se.*

20 *Quadriennium ad petendum restitutionẽ currit, tam in Ecclesia, quàm in minoribus à tempore finitæ præscriptionis.*

21 *Restitutio denegatur minori, qui maior factus actum ratificauit.*

22 *Restitutio nõ datur aduersus sententiã latam in maiori ætate licèt cũ processu facto in minori.*

23 *Remedia extraordinaria cessant, vbi sunt ordinaria.*

24 *Approbatio actus facti in maiori ætate tollit præiudicium factum in minori, & nu. 27.*

25 *Restitutio denegatur minori patienti se venditi, ex quo maior factus pretium participauit.*

26 *Metus omnis purgatur per solutionem subsequentem.*

27 *Initium sit spectandum, an finis.*

28 *Restitutio conceditur ei qui hæreditatem in minori ætate adiuit, licèt maior factus debita exigendo visus esset additionẽ ratificasse.*

29 *Tempus absentiæ deducitur de præscriptione, quæ venit complenda tempore habili.*

30 *L. fin. C. de resti. mili. explicatur.*

31 *Doctores qui in fauorem huius rei, quam tractamus, respondent.*

32 *Bartholi auctoritas multùm valet in omnibus, & apud omnes.*

33 *Bart. in quæstione si aduersus præscriptionem completam in maiori ætate datur restitutio, variauit.*

34 *Opiniones ambæ dicuntur communes in quæstione, si aduersus præscriptionem completã in maiori ætate datur restitutio.*

35 *Decisiones pro opinione quod in præscriptione adimpleta post maiorem ætatem non detur restitutio, nec subducatur aliquod tẽpus ab ea.*

36 *Decisiones nostri Senatus pro eadem opinione.*

37 *Opinio affirmans restitutionem aduersus præscriptionem completam in maiori ætate, maiori innititur æquitati, sed negans maiori legum auctoritati.*

38 *Tempus quod currit durante minori ætate esse deducendum de præscriptione medio restitutionis in integrum beneficio, quomodo possit practicari, quæritur.*

39 *Tempus nullũ deducitur in præscriptione, quæ perficitur in minori ætate contra minorem, nec in illa, quæ currit contra Ecclesiam, aut Vniuersitatem cum petitur restitutio.*

40 *Restitutio in integrum si detur aduersus præscriptionem completam in maiori ætate, articulum periculosum appellat Lasso.*

41 *Quadriennium integrum non datur ad restitutionem in integrum ob aliquid intra certum tempus nõ factum, si illud tempus erat minus quadriennio.*

42 *Restitutio ad conficiendum inuentarium non datur nisi intra tempus, intra quod erat inuentarium faciendum.*

43 *Sed contrarium est verius.*
Clementina 1. de restitutio. in integrum declaratur, ibidem.

44 *Restitutio in integrum in Cathalonia semper conceditur intra quadriennii quamuis tempus ad quã datur, sit minus quadriennio.*

45 *Inuentarium vt prosit qua solemnitate debeat fieri.*
In Cathalonia fit coram notario, & testibus sine citatione legatariorũ, & creditorũ, tũc.

46 *Inuentarium in ciuitate Dertusæ, & in oppido Perpiniani fit adhuc cum solemnitatibus iuris communis.*

47 *Decisio Senatus pro ciuitate Dertusæ.*

48 *Mulier omittens aliquid ponere in inuentario, an perdat beneficium consti. hac nostra.*

49 *Mulier non confitens inuentarium non habet prouisionem anni luctus, nec fasit fructus suos bonorum viri.*

50 *Non tamen amittit beneficium tenuta. vbi decisio nostri Senatus.*

51 *Idem est in muliere, quæ inuentarium quidẽ confecit, sed diminutè quidẽ, & non integrè, vt tenutã bonorũ viri nihilominùs habeat.*

52 *Mulier quæ inuentarium non integrè fecit, an priuetur prouisione anni luctus, & commodo faciendi fructus suos.*

53 *Mulier omittens ponere in inuentario res parui valoris, vel propter ignorantiam, nullis pœnis subijcitur, & num. sequent. vbi decis. Senatus,*

54 *Protestatio quæ fit in inuentario quòd apponet quæ postea venient ad suam notitiam, quando aperitur.*

55 *Inuentarium si fit cum omissione rerum magni valoris scienter, an qui illud facit, amittat solùm ius fruendi illis rebus cum duplire stitutione, an omne beneficiũ inuentarij.*

56 *Quod amittat omnia inuentarij beneficia tenent plures Doctores, & Senatus, qui dicunt cõmunem.*

57 *Sed in nostro Senatu diuersimodè reperimus declaratum.*
Decisiones quædam nostri Senatus, quæ videntur cõtrariæ, ad illud adducuntur, ibid.

58 *Mulierem defraudantem inuentarium fore in duplum valoris rei defraudatæ condemnandã, nõ reperitur iure cautum. vbi decis. nostri Senatus.*

59 *Mulier omittens aliquid magni valoris apponere dolosè in inuentario, perdit beneficium consti. hac nostra.*

60 *Actũ nihil dicitur, vbi aliquid superest agẽdũ.*

61 *Constitutiones Cathaloniæ sunt conuentiones, & pacta, & ideò stricti iuris, & ad id litterum, & ad rectũ sensum debẽt intelligi.*

62 *Opinio auctoris quòd mulier dolosè omittens apponere rem magni valoris in inuentario perdat beneficium consti. hac nostra.*

63 *Mulier omittens ponere in inuentario res modici valoris non amittit beneficium consti. hac nostra.*

64 *Vsufructuarius an amittat vsumfructum ob non confectionem inuentarij.*

65 *Vsufructuarius nullo modo dicitur propriùs malè versari circa vsumfructum, quàm dolosè occultando bona.*

66 *Aym. Crauetæ cons. 300. expenditur.*

67 *Vsufructuarius non tenetur facere inuentarium nisi de hoc requiratur.*

68 *Nec cauere.*

69 *Obligatio cauendi cum obligatione faciendi inuentarium in vsufructuario parificantur.*

70 *Vsufructuarius an comprehendatur sub dispositione l. fin. C. de iur. delib. quæ pœnas ponit non conficienti inuentarium.*

71 *Pœna non conficientis integrè inuentarium nõ procedit nisi constet de vero dolo.*

72 *Mulier an ex omissione rerum magni valoris, quæ non posuit in inuentario, amittat beneficium consti. hac nostra, tractãtur in Senatu in certa causa, de qua hic.*

73 *Inuentarium hæredis prodest mulieri ad effectũ gaudendi beneficio consti. hac nostra.*

74 *Dilapidatio, & occultatio bonorum vbi timetur, prouidetur eorum descriptio, & commendantur videtur, vt illa teneat pro manifesto curiæ.*

75 *Mulier carceratur pro restitutione bonorum sibi commendatorum pro manifesto curiæ. vbi decis. Senatus.*

76 *Mulier tenutaria vigore consti. hac nostra non potest compelli tenere pro manifesto curiæ. vbi decisionem Senatus.*

77 *Mulier licèt teneatur inuentarium conficere, vt faciat fructus suos vigore consti. non tñ. tenetur cauere sicut alij vsufructuarij.*

GLOSSA III. PARS II.

De restitutione in integrum mulieri minori concedenda nec ne, ad faciendum inuentarium permissum, vt gaudere possit beneficio cõsti. hac nostra.

Et incidenter tractatur de restitutione in integrum, quæ datur ex capite iustæ ignorantiæ.

Et aliæ quæstiones in materia inuentarij.

1 SI minor esset † mulier, quæ inuentarium facere omisisset sine causa, & impedimento aliquo, tunc concederetur ei proculdubio restitutio in integrũ, prout pluribus ego ipse probaui in 1. tom. clau. 4. † glos. 5. num. 45. vbi multas de hoc *decisiones* † adduxi, & *vnam* nostri Senatus. Et in termi-
2 nis † nostris, ad effectum gaudendi beneficio nostræ consti. de quo puncto non loquebar in 1. tom. sed generaliter de hærede adstricto ad confectionem, docet Mier. in hac consti. num. 144. cum sequent. Cancer in 1. part. variar. resolu. cap. 9. de dot. & dona. prop. nup. num. 13. egregius Senator Oliba in cita. §. fuerat num. 37. insti. de actio. Atq; † ita Senatus *declarauit* expressim Relatore egregio Senatore Raphaele Rubi, & Coll 17. Octob. 1602. in causa viduæ Masso contra aliam viduam Masso, Scriba Hierony. Bosc. Viden. vltra supradictos noster Despujol. in additio. ad Mier. in hac consti. num.
3 192. Qui benè † in his processisset nisi addidisset quæstionem, num ex capite iustæ ignorantię viduæ maiori competat restitutio in integrum ad conficiendum inuentarium, ex traditis per Aymon. Craue. ad quem se refert in cons. 225.

Non

4 Nõ enim † poteſt eiuſmodi quæſtio reſtitutionis in integrum ex capite ignorantiæ huic noſtræ materiæ accommodari, in qua conſtitutio non vult currere tempus, quod præfigit ad conficiendum inuentarium, niſi à die ſcientię mortis mariti, & ſic non curret tempus ignoranti, vt dicit Mier. ſuper dictis verbis, nu. 149. Quo præſuppoſito, certum eſt non eſſe neceſſariam reſtitutionem, quod eſt remedium extraordinarium, cum remedio ordinario id mulier conſequi valeat.

5 Memini quòd † de iſtis reſtitutionibus, tã reſpectu maiorũ, quã reſpectu minorũ, quæ dãtur propter iuſtã, legitimã, & probabilem ignorantiã pluribus egi in 1.to.clau.4.gl.12. ex n.38. cũ pluribus ſequentibus, quibus hæc addidiſſe non pœnitebit. Primò me adhuc perſiſtere in eadem ſententia, quòd minoti & Eccleſiæ competat beneficium reſtitutionis in integrum aduersùs quamcunque quantumuis longęuam præſcriptionem ex capite iuſtę, & probabilis ignorantię, quam ibi pluribus comprobaui, tum rationibus, & auctoritatibus, tũ *deciſionibus* tã noſtri, quã aliorũ etiam grauiſsimorum Senatuum. Circa quæ, te nunc ſcire volo quòd Regia illa ſententia, quam pro Eccleſia adduxi in dicta gloſ. 12. num.41. referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt lata pro Petro Soler contra viduam Clatis, fuit in 3. Aula quoad caput reſtitutionis conceſsę Eccleſię ex capite ignorantię referente egregio itidem tunc Senatore Laurentio Iouer die 7. Maij 2614. omninò *confirmata*. Eadem etiã reſtitutio fuit poſtea *conceſſa* 13. Mar. 1618. Relatore egregio etiam Senatore Balthaſare Morell in cauſa Bernatdi Derrocada contra Ludouicum de Boxadors, Scriba Puiguett, in qua ignorãtia † fuit deſumpta *ex eo quòd ob frequentẽ mutationem beneficiatorum titulos, & iura beneficiorum beneficiati ignorare præſumantur, & quadriennium † eſt à principio vtile, & propterea non currit niſi à die ſcientiæ.* Et erat præſcriptio, contra quam data fuit reſtitutio, plus quàm quadraginta annorum.

8 Eandẽ reſtitutionẽ † *conceſſit* Senatus me aduocato 7. Nouem. 1619. cuidam beneficiato beneficij Sanctæ Barbaræ contra N. Maſdouellas, Relatore egregio tunc Senatore, nunc Regente Michaele Sala, & Scriba Boſch, in multo pluſquàm centenaria præſcriptione, confirmãdo ſententiam cuiuſdam iudicis emphyteoticarij, qui priùs dictam reſtitutionem conceſſerat. Ex quibus deciſionibus videtur iam nunc non fore in Cathalonia de hac opinione dubitandum, poſtquã totiès pro ea in Supremo Tribunali iudicatum fuit. Et iure quidem † merito, ſaltẽ quando Eccleſia eſt quę reſtitutionem petit, ſicut frequentet fit quòd pro ea ſint apud nos ordinariæ controuerſiæ, & contentiones, propter negligentias obtinentium præbendas Eccleſiaſticas, qui præceſſerunt, vel, quod ſæpiſſimè contingit, propter frequentem illorum mutationem; ſufficit enim quòd dubia res ſit, vt pro Eccleſia iudicare debeamus, ſicut in loco ſuprà cita. abundè comprobaui,

10 ne de eis, † qui contrarium fecerint (hoc nũc addimus) dicatur quod de Dyn. Muxella. refert Ang. in l. 1. C. de falſa cauſa adiec. lega. & poſt eum Guiller. Benedic. in cap. Raynutius verb. teſtamentum 1. num. 60. verſ. Nam Dyn. & poſtea Ioſeph. de Ruſti. in commentarijs ad l. cum auus lib. 2. cap. 2. num. 93. quod condemnatus fuerit, exiſtatque in interno propterea quòd in dubio ſententiam contra Eccleſiam dederit, ſicque fuiſſe cuidam Eremitæ reuelatum referunt, licèt ego patũ fidei huiuſmodi reuelationibus adhibere ſo leam dum Sancta Roma. Eccleſia ad credendum non obligat.

11 Memini etiam † me ibidem num. 99. differentiam conſtituiſſe quoad hanc reſtitutionis materiam inter Eccleſias, & minores: ac inter maiores, vt illis facilius concedatur reſtitutio, iſtis verò difficilimè, ſed nõ ſemper excludũtur maiores ab iſto beneficio, poteſt enim eſſe talis, taliterque probata ignorantia, & ſeu cauſa ignotandi, vt etiam maioribus reſtitutio concedatur vt eodem loco ex dicto num. 99. & deindè, probaui, vbi adduxi Doctores de iuſta, & legitima, ac probabili ignorantia ſufficienti ad reſtitutionẽ obtinendam loquentes, ac exempla accommodata adferentes. Eis nunc addo Mareſcot. variar. reſolu. lib. 1. cap. 16. ex num. 2. ex

12 *mente* Rot. Roma. vbi † vult ignorantiã debere eſſe ex omni parte excuſabilem, & circa quam nulla interuenit negligentia, & Statil. Paciſi de Saluia. interdict. ſpec. 4. cap. 3. num. 30. Et quando contigit de hoc diſputari in Senatu, is eodem modo maioribus ſicut minoribus conceſsit reſtitutionis in integrum beneficium aduerſus præſcriptionẽ 30. & 40. annorum, quando iuſta ignorantia, ſeu iuſta ignorandi cauſa viſa fuit eidem. Sic reperio *dixiſſe* Senatum 5. Octob. 1605. Relatore egregio Senatore Hierony. Aſtur in cauſa Petri Tarrego, & Franciſci Nebot, in qua cauſa reſtitutio fuit maiori prætextu ignorantię conceſſa, *ex eo quòd ſuccefſerat in ius alterius in bonis ſitis extra Regnum.* Hoc enim ſufficiens viſum fuit ad effectum prædictum. Reperi deindè quod in quadam cauſa œconomi Monialium Monaſterij Sanctæ Eliſabethis Ordinis ſancti Franciſci huius ciuitatis contra Iacobũ Deuna Relatore egregio Senatore Hierony. Aſtur 13. Mar. 1597.

iudi-

† *iudicata* fuit ſufficiens ad concedendum reſtitutionẽ dicto Monalterio aduerſus præſcriptionem quinquaginta annorum *ignorantia iure iurando aducrata, præſuppoſito quòd non conſtabat de ſcientia, vt eadem declaratio ſubinnoit.*

13 Memini finaliter † me in eodem loco dixiſſe fructus in hac reſtitutione non dari, nec dari debere niſi ex die petitę teſtiturionis,

†† vbi Doctores, & rationes adduxi, & *deciſiones* Senatus cumulaui, quia hæc eſt gratiæ, vrpote iure extraordinario poſt quadriennium petita, in qua non veniunt fructus, ſecus futurum in reſtiturione iuſtitiæ, quæ iure ordinario poſtulatur intra quadriennium, in qua fcuctus veniunt. Eis nunc addo Ioan. Gutierr. in pract. quęſtio. lib. 4. quæſtio. 69. vbi latè de hoc puncto. Vltrà deciſi. autem in dicto loco allegatas, adduco nunc *ſequentes*. Primò in vna inter conuentum Monialium Sanctæ Eliſabethæ huius ciuitatis, & Iacobum Delna referente egregio Senatore Hieron. Aſtor 13. Mar. 1597. Deindè in illa cauſa Solet, & Claris, cuius ſæpè memini ibidem in tertia iuſtantia Relatore egregio Senatore Lauren. Iouer 30. Maij 1614. fuit ita etiam † *declaratum*, retotmando in hoc ſententiam primitiuam, quæ alias plures penſiones anteà decurſas adiudicauerat beneficiato. Idẽ

† poſtea *declaratum* fuit referente egregio itidem Senatore Balthaſare Morell in illa de Derrocada cõtra Boxadors, de qua ſuprà, facta 13. Mar. 1618.

14 In qua fuit † poſitum motiuum, ac illud quidem pulchrum in forma ſequenti. *Quo verò ad penſiones decurſas ante petitam reſtitutionem in integrum, & per dictum Derrocada petitas. Attento quòd illæ non ſunt, nec applicantur capellaniæ, ſed petuntur per dictum Derrocada tanquàm bona propria, quia poſtquàm decurſæ ſunt, efficiuntur patrimonij Capellani. Et attento quòd non dictus Derrocada capellanus, ſed Eccleſia, hoc eſt capellania eſt quæ reſtituitur, & cui iure ſpeciali conceditur reſtitutio ad proprietatem dicti cenſualis, & ceſſat cauſa reſtitutionis fructuum per dictum Boxadors ante petitam reſtitutionem in integrum perceptorum, &c.* Dictum tunc fuit hæc motiua eſſe noua, nouiterq; excogitata, quibus alię ſimiles declarationes, quę de hac re factæ etant, vſæ non fuetant, nec ad ea attenderant, ſed ego teperi quòd antiquitùs, die ſcilicet 24. Feb. 1568. in cauſa Laurentij Simo contra Franciſcũ de Tamarit, & alios, referente egregio tunc Senatore N. Pla, in

† in qua fuerunt ſimilitet *denegatæ* penſiones ante petitam reſtitutionẽ in integrũ decurſæ, eiſdem ferè verbis Senatus vſus fuit ad fũdandum denegationem prædictam, & illius

† iuſtitiam. Tertiò, idem fuit *declaratum* in tertia Aula relerente egregio tunc Senatore, nunc Regente Michaele Sala in ſuprà mentionata cauſa beneficiari beneficij Sanctæ Barbaræ, in qua fuit dictum idem, quod in illa Morell, quam ego, qui aduocus dicti beneficiati rram, tunc oltendi pro exemplari. Quartò, & finaliter 9. Nouemb. 1620. referẽte egregio Senatore Ioſepho Ferrer inter Canonicum Ros, & Chriſtophorum Fumarj

† & Deſpla, vbi fuit *conceſſa* reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ quoad recuperandum proprietatem cenſualis, ratam, & penſionem illius ceſſas à die implotatę dictæ reſtitutionis, non tamen (inquit) quoad anteà præteritas, quoad quas nullum vergit intereſſe Eccleſiæ, ſed beneficiati dumtaxat; cuius fauore dicta reſtitutio non cõceditur, ſed fauore Eccleſiæ tantùm. Actua. Coſta. Verum eſt quòd non fuit facta declaratio cum concluſione in aula, ſed ſcimus quòd ita declarauit iſte egregius Senator quia ita vidit in Aula tecipi.

15 Ex quibus, declarationibus † apparet †† quòd & hæc etiã reſolutio eſt omninò apud nos ſequenda, & obſeruanda poſtquàm toties Senatus eam amplexus fuit.

16 Ex quibus † ne putes extra propoſitum materiæ capitulorum matrimonialium, quã proſequimur, hanc præſcriptionis, quæ videtur extranea, commixtuiſſe, decidas oportet pulchrum dubium, quod nõ dinest, vidi inter aliquos ſuſcitatum, ſi mulier minor, quæ pro ſuis dote, & ſponſalitio ſine inuentario multis annis poſſederat viri ſui hęreditatẽ, poſtmodum complera maiori ætate, intra quadriennium tamen, petije teſtitutionem ad illud faciendum, & ſibi conceſſa fuit, tenèbatur reſtituere hæredi poſtulanri fructus ante reſtitutionem perceptos. Clarum elt enim, quòd cùm hæc reſtitutio ſit reſtitutio iuſtitiæ, non gratiæ, cùm petita fuerit intra quadriennium, l. fin. C. de tempor. in integ. teſtit. poſtn. & ibi gloſ. verbo illuxerit, & latè Cald. à Perey. in l. ſi curatorem habens, verbo, infrà legitimum tempus, num. 1. C. de in integ. reſti. minor. ſequitur non teneri mulier tem ad fructuum teſtitutionem, quos ſecum traxit reſtitutio in integrum conceſſa inxta ſuperiùs probata.

17 Sed dubium eſt † etiam, in quo non paucorum ingenia valdè torqueti vidi, num teſtituatur mulier in iſto caſu, quando contingit eo tempore quo moritur eius vir, eam eſſe quidem minorem, ſed tam proximam ætati perfectæ, vt nou deficeret niſi, ponamus, vnus dumtaxat menſis. Eum hæc mulier elabi permitie in minori ætate, & alium etiam poſt completam maiorem ætatẽ, ſinę

conſe-

confectione inuentarij, quod, vt diximus, infrà dictum tempus conficere tenebatur, si volebat beneficio constitutionis frui. Vult posteà restitui aduersus non confectum inuentarium, cùm sit adhuc infrà quadriennium, dubitatur an possit. Hæc quæstio similis est illi ordinariæ, quæ quotidiè ventillatur in tribunalibus in materia restitutionis, quæ petitur aduersus præscriptionem, vt ecce incepta fuit præscriptio in minoti ætate post pubertatem, sed tamen completa post maiorem elapso iam quadriennio, dicit minor, & allegat sibi indulgendum beneficium, & eo mediante detrahendum tempus, quo durauit minor ætas, qua durante licèt currat præscriptio, verùm illud subducitur ab ea medio restitutionis in integrum beneficio: Hæc
18 enim est † differentia inter impuberem, & minorem, vt respectu illius dormiat, non currat præscriptio: huius verò respectu currat quidem, sub spe tamen restitutionis, vt de præscriptione ea mediante postea subducatur l. fin. C. in quib. caus. in integ. resti. non est necessar. authen. nisi tricennale, & ibi glos. verbo impuberem C. de bon. mater. & l. sicut in rem C. de præscrip. 30. vel 40. annor. & l. etiam ei ff. de minorib. & in d. l. fin. glos. Bart. Bal. & alij omnes C. dicto tit. in quib. caus. in integ. resti. non est necessa. benè Surd. in cons. 349. num. 64. & 65. vol. 3. qui alios allegat.

19 Hæc quæstio † iam à principio cepit esse valdè dubia, cõllar enim ex Accur. in l. quod cẽpure C. de restitu. mili. glo. 1. in l. ab hostibus in §. sed quod simpliciter, verbo restitutionis, ex quib. caus. maior. & ex Azo in summa tit. C. de restitu. mili. num. 17. & Iason in §. rursus num. 57. Instit. de actio. quod antiquitùs iam fuit magna dissensio circa hãc quęstionẽ inter illos duos excellentes glossatores, qui floruerunt de anno 1200. Martinum nempe, & Balgarum, illo quidem negante, restitutionem fore dandam, vt aliquod tempus ratione minoris ætatis detrahatur de præscriptione: hoc verò affirmãre. Statim pro vno quoque se declararunt multi ex antiquis Doctoribus, qui tunc viuebant, quibusdam partes illius sequentibus, alijs verò huius partes sectantibus. Et deindè successiuè idem contigit alijs Doctoribus, qui post eos venerunt, tam antiquis, quàm modernis. Ex antiquis multum laboris Iason consumpsit in enumerando vsque ad sua tempora, qui vnam, qui aliam sequuti fuerunt sententiam, in citat. §. rursus num. 57. Ex modernis ego reperio quòd duo inter alios, eminentes viri, qui particulares tractatus de rellitutione in integrum ediderunt, ex professo quæstionem hanc tractarunt, qui tam diuersi inter se fuerunt in opinionibus, vti ex antiquis Martinus ille, & Bulgar. quos suprà retulimus. Sforcias Odd. est vnus, qui partes Martini sequitur negando dari debere restitutionem, & subduci posse aliquod tempus, par. 1. quæstio. 20. art. 2. per tot. Alius est Mauri. Dola. in simili tracta. de restit. in integ. to. c. 44. qui partes Bulgari pro opinione assistentem agit. Illum in simili trac. de rest. in integ. in 1. vol. variar. resolu. lib. 2. resolu. 4. num. 18. sequitur Alexan. Trentasinq. opinionem negatiuam quantum potest fundans, & Anton. Gom. tom. 2. variar. resolu. cap. 14. de restitu. minor. num. 3. Hunc verò sequitur Caldas à Perey. in alio etiam simili tracta. de restitutio. in integr. ad l. si curatorem habeus, verbo, infrà legitimum tempus, per totum num. 17. C. de in integr. restituțio. qui multis affirmatiuam conatur corroborare, & negatiuam destruere. Dida. Couar. in reg. possessor. 3. part. §. 3. num. 4.

20 Quatenùs dicit † quod quadriennium ad petendum restitutionẽ in integrum, tam in Ecclesia, quàm in minoribus ætate, currit à tempore finitę præscriptionis, iuxta communem (inquit) horum auctorum sensum. Et denique nolter olim egregius Senator Anton. Oliba in 1. select. §. rursus nu. 72. instit. de actio. Apud quos est latissima huius rei disputatio, ac Doctorum relatio, qui vnam, qui aliam sententiam sequuntur. Ego hic ponam quæ faciunt pro vna, ac pro alia opinione; mox meam aperiam, quia cum sit materia quotidiè practicabilis, meretur quòd aliquid studij in ea explicanda ponamus.

21 Opinio igitur † negans habet in primis tex. in l. 3. §. 1. de minor. vbi I. C. minori negat restitutionem, qui in maiore ętate, &
22 sic maior factus gesta in minori approbauit, inferens propterea † aduersus sententiam latam in maiori ętate contra maiorem factũ cessare restitutionem, quamuis illo existente minore processus sit agitatus, nisi aduersarij calliditate probetur id factum fuisse. Hic noster minor nõ interrumpendo, prout poterat, præscriptionem cùm maior factus fuit, videtur eam approbasse, & suum consensum adhibuisse: Nõ est ergò, quod ei subueniamus modo aliquo.

23 Secundò, facit tex. † qui magis confirmat argumentationem, quam fecimus de rex. præcedenti, rex. inquam, in l. 1. §. idem Pomponius ff. de dolo, quæ habet actionem illam de dolo quiescere quoties alia potest via, & actione consultum esse, quod est dicere cessare remedia extraordinaria, vbi adsunt ordinaria, quod hic contingit plane. Poterat enim minor maior factus via ordinaria sibi consulere interrumpendo præscriptionem;

non

non eſt quòd extraordinariũ ei concedatur.

24 Tertiò facit † tex.in l.ſi filius 31.ff.de minor.tẽdens ad idem probandum, quòd approbatio facta in maiori ætate tollit præiuditium illatum in minore,quatenùs ibi dicitur,quòd minor,qui ceperat agere aduerſus bonorum poſſeſsionem omiſſam,vt in integrum reſtitueretur,fuit poſteà factus maior pendente iudicio,& legatum ſibi relictum à patre petijt,& reſpondet I.C.ceſſare reſtitutionem,quia factus maior petens legatum à patre relictum, eius inditium probare viſus eſt,& conſequenter liti renuntiare.Sic in noſtro caſu non curans minor factus maior detollendo præſcriptionem,quæ inceperat in minori ætate,videtur remedio minoris ætatis renunciare,& præſcriptionem approbare.Quod adhuc fortificatur magis ex tex. in l.ſuus quoque §.1.& 2.ff.de conditio. inſtit. vbi quando eſt in poteſtate alicuius ne læditur,non reſtituitur ſi læditur, exemplo filij inſtituti ſub conditione poteſtatiua.

25 Quartò facit † l.liberis 7.§. 1. de libera. cauſ.vbi minori patienti ſe venundari I. C. denegat reſtitutionem ex quo maior factus pretium participauit.

26 Quintò,& vltimò † facit illud, quod communiter dicimus ſolutionem ſequentem purgare omnem metum præcedentem,& omnẽ illius prętentionem,quod fundatur in l.2.C. de his quæ vi metusve cauſ.fiunt.Nos etiam in materia metus latè tradidimus.

27 Rationes huius † ſententiæ à me nõ quæras alias,quàm quæ deducuntur ex iuribus citatis:Omnes enim video reduci ad vnam, quæ ex dictis iuribus deducitur,quòd approbans in maiori ætate quod fuit factum & inceptum in minore,non habet reſtitutionẽ. Quod vlteriùs habet contextum expreſſum,& omnium clariorem in l. 3.§. 1.ff. de minor.his verbis,*ſiquis eum minore contraxerit,& contractus inciderit in id tẽpus,quo maior efficitur, vtrùm initium ſpectamus,an finem,& placet(vt eſt conſtitutum) ſiquis maior factus comprobauerit,quod minor geſſerat, reſtitutionem ceſſare.*

28 Opinio affirmans † habet etiam alia iura non minùs pungẽtia. In primis adeſt tex. qui videtur eſſe contrarius omnibus ſuperiùs in confirmationem alterius opinionis adductis,in cita. l. 3. incipienti denique, in eodem §.1.circa fin.ff.eod.tit.de minor.vbi ei qui in minori ætate hęreditatem adiuerat,conceditur reſtitutio aduerſus aditionẽ, quamuis in maiore debita exigendo viſus eſſet factum in minore comprobaſſe, idque I.C.dicit,initio inſpecto,& dicit gloſ. verbo reſtituendum, *quia hæc exactio non tam approbando priùs factum facta fuit, quàm ex conſequẽtia eiuſdem facti in captione remanendo*,quod eſt dicere,vt pulchrè interpretatur Percy.loco inferiùs citando,quia ea exactio magis concernit executionem prioris aditionis,quàm notam adeundi voluntatem inducit. Quare principio inſpecto, quo minor læſus reperitur,reſtitui debet.

29 Secundò, pro hac † opinione adeſt tex. qui fortiùs proculdubio ſtringit in l.3.incipienti,quod tempore C.de reſtitu.mili. qui loquitur in propria noſtræ præſcriptionis materia,cuiuſmodi nullum huc vſque adduximus,nec pro prima, nec pro hac ſecunda opinione.Audi Romanum Imperatorem,qui ſic inibi loquitur: *quod tempore militiæ de bonis alicuius poſſeſſum ab aliquo eſt poſteà quàm is Reip.cauſa abeſſe deſijt intra annum vtilem amota præſcriptione temporis medij, poſſeſſionem vendicare permiſſum eſt: Vltra autem ius poſſeſſoris lædere contra eum inſtitutum non oportet.* En qualitet de præſcriptione,quæ venit complenda in tempore habili deducitur tempus inhabile,quo quis fuit abſens.Hic benè poterat præſcriptionem impedire ſi voluiſſet quando redijt:Hic quare non fuit viſus approbare in maiore ætate permittendo præſcriptionem perfici, quod in minore factum fuerat? Sic dicendum videtur in minore. Alias rationes, vel alios tex.à me ne expectes. Quid enim poſt hæc dicere poſſem,quod aliquid eſſe videretur?

30 Sed adde † quòd idem mihi ſignificate viſus eſt Imperator in l.fin. eiuſdem tit. quicquid in eius interpretatione ſe inuoluat glo.in d. l.3.verbo quod tempore,clara enim mihi videntur eſſe verba contra id, quod ibi gloſ. autumat.

31 Si his nõ † contentaris,videDoctores ſuprà citatos,qui alia tibi ſubminiſtrant cum omnium fere ſolutionibus præterquam ad illud quod pro affirmante paulò ante ad duximus de l.3.quod tempore, C. de re milita.cui nullus reſpondet: ſed illum tantoperè inuoluit, totque ſenſibus accommodat Bar.in lectura illius,& in l.fin.nu.10.in prin. vbi eam legem allegat, C.de tempor. in integr. reſtitu. vt vix colligere certò valeas, quid ille tex.contineat,ſi id quod vult ſecunda opinio,an quod prima deſiderat.

32 Difficilem multò † hęc reddunt quæſtionem non negabis. Si haberemus Bartholi auctoritatem pro vna,aut altera opinione, multo id eſſet ſolatio ijs qui amplecterentur opinionem,cui ipſe adhæreret,multùmque iuuaret ipſius auctoritas ad credendum eam veriorem, ſcimus enim quòd in paucis errauit,& quantùm quieſcit animus dum opiniones ſequimur, quas ipſe fuit amplexus.

33 Sed,† o,miſera res, variauit ſine dubio Bar. in

in hoc negotio, pro vtraque opinione allegatur à Doctoribus, vt habes ex Iaſ. in cita. §. rurſus nu. 57. & ex alijs ſuprà cita. & quod peius eſt, in eodem loco, nempè in cita. l. final. num. 10. C. de tempor. in integr. reſtitu. vti eſt videre apud Odd. in cit. q. 20. art. 2. num. 17. verſ. In contrarium, vbi allegatur pro negante, & apud Ariſmin. Tepat. in cõpen. ſenten. iur. citu. de pręſcrip. in genere, col. 9. ibi, ſi præſcriptio fuerit incæpta in minori ętate, &c. qui eum pro affirmante, quã ipſe amplectitur, adducit. Et vt vnico verbo dicam, parui faciendam eſſe Bar. auctoritatem in hac quæſtione, apparet ex Perey. in d. l. ſi curatorem habens, verbo intra legitimum tempus, num. 17. verſ. Sed contraria, dum dicit quòd iouolutè multùm in hac quęſtione loquatur, nec fallitur; res ipſa id indicat. Reperieram ego quòd idem Bar. diſertis verbis pro affirmatiua reſponderat in fauorem ſui clientis in conſ. 129. in fin. lib. 1. ſed habuit ſtatim in eadẽ facti cõtingẽtia cõtradictorẽ Franciſcũ de Albergotis, cuius conſilium, & rationes habet in cauda, id eſt poſt illud conſilium. Vnde noo potetit in quæſtione Bar. facere numerum.

34 Si vna ex his † opinionibus foret communis, & altera non, vel vna magis, quàm altera communis, id eſſet incentiuum, vt vni potiùs quàm alteri eum ſatisfactione adhęrere poſſemus. Sed, o iterum res miſera, amb æ dicuntor communes ab illarum fautoribus, vt habes apud Iaſ. in d. §. rurſus nu. 57. & apud Odd. Perey. & Trentaſinq. in locis citatis.

35 Si haberemus deciſiones † huius, vel alterius Senatus pro vna, aut altera ſententia, pręſumptio foret quòd eſſet iuſtitia pro ea, & ideo conniuentibus oculis poſſemus ei acquieſcere. Sed tu quære illas, non enim eſt iuſtum quòd ex quo me liberalem ſemper cogoouiſti in dandis tibi ad quodcumque propoſitum accommodatas deciſiooes, quibus quieſceres, velis me nunc cogere, vt & adhoc inſtitutum illas etiam quæram, quę non inueniuntur ſine magno labore, & tibi patatas, vt lotis maoibus diglutias, tradam. Sed vicit amor, & volũtas iuuãdi te. Trucida ui me vt vnam, aut alteram reperirem, qua mõſtrarem quid Seoatibus placuiſſet, ſucceſſit ex animo. Apud Guid. Pap. in additio. ad deciſ. 31. habes Iacob. Ferrer. qui caſum tibi ponit in terminis, & pro negatiua opinione, quòd non detur reſtitutio, nec ſubdocatur tempus minoris ætatis ſi petatur poſt quadriennium, vel aliud tempus ad petendam reſtitutionem in integrum inſtitutum; quamuis completa tunc non eſſet pręſcriptio, reſoluit. Et hæc (inquit in fin.) vera, & certa ſunt, & ita in hoc Parlamento Thologano †† *iudicatur*, licèt quibuſdam ſine lege, & ratione, contratium videatur. En quanti faciat is doctor opinionem concedeotem reſtitutionem.

35 In noſtro Senatu † doctiſsimo (nec enim aliquid ad plenom ſatisfacit niſi ipſe approbet) in Aula admodum Reuerendi Cancellarij reperi, quod bis iſte articulus fuit diſputatus. Primo ad relationem egregij Senatoris Ioſephi Ferrer, inter Magdalenam Bojons, Antonium Franqueſa, & Ioannem Agolti oppidi de Ripoll 24. Octob. 1608. Actua. Roure. Poſtremò nunc ooniſsimè referente egregio itidem Senatore Hieronymo Senjuſt inter Ioannem Hereu, & Sperantiam Hereu loci de Spondiliano diocœſ. Gerunden. Actua. Tio. In quibus caſus in terminis fuit diſputatus, ſi aduerſus præſcriptionem incæptam contra minorem iam puberem, & adimpletam multò poſt vigeſimum nonum ætatis annum eius cõtra quem præſcribebatur, concedenda erat reſtitutio intra quadriẽniũ ex die adimpletæ pręſcriptionis vt ex ea deduceretur tempus minoris ætatis, quo deducto, ptæſcriptio non remanebat cõ
†† pleta, & fuit ſemper *concluſum*, & *reſolutum* non fore reſtitutionem concedendam. Legi in vltima deciſione quædam verba, quibus reddendo rationem quamobrem denegabatur reſtitutio, dicitur eam non fore concedendam, cum (inquit) dictus N. contra quẽ iam puberem ęffectum tempus ad præſcribendum incepit currere, noo imploraueric dictum reſtitutionis io integrum beneficiũ intra quadriennium poſt dictam ſuam minorem ætatem, &c. quæ verba difficilem habent accommodationẽ, & ego alia reqoiretẽ cauſam excluſionis dicti beneficij deootantia quomodo enim poterat, aut debeat iſte minor intra quadriennium poſt completam maiorem ętatem beneficium impetrare ſi ad huc tunc læſus non erat?

37 Quid nos dicemus † poſtquam alios audiuimus? Dictum iam eſt quod dici poterat, vbi tantorum Senatuum poſt tam graues Doctores intereedit auctoritas, quid ego poſſum facere niſi obedire. Victum video Bulgarũ cum lequacibus, licet eorum opinionem dicat Azo in ſumma in tit. C. de reſtit. mili. num. 13. verſ. Eadem quæſtio, maiori inniti ęquitati. Victorem Martinũ cum ſuis aſſeclis, quia vt dicit idem auctor, eius ſentẽtia maiore confirmator legum auctoritate. Quis non adhærebit vincenti? etiamſi quandoque contra voluntatem.

38 Velim tamen † mihi explicent quibus hęc opinio placet, in quo caſu habebit locum, quod Doctores dicunt, noſque ſuperiùs tradidimus

didimus,minorem ætatem,& ſeu tẽpus minoris ætatis medio reſtitutionis in integrum beneficio demendum fore de præſcriptione, ſi in hoc caſu non ſubducitur: in alte-
39 ro † enim in quo ſolùm poſſet de hoc tractari,quando præſcriptio perficitur in minori ætate,impropria foret applicatio,cum tunc nihil ſit opus hac deductione,reſtitutio enim tollit læſionem, quæ minori contigit ex iſto curſu temporis, & adimplemento præſcriptionis, ſicut videmus in Eccleſia,& vniuerſitate , quibus reſtitutio conceditur aduerſus præſcriptionem abſque eo quòd tractetur de tollendo tempore,quod decurrit contra eas ,quæ minores erant,& ſeu priuilegio minoris fongebantur.

40 Hæc habui † quę dicerem in hoc, quem periculoſum articulum appellat Iaſon in loco ſuprà ſæpè citato. Circa quem plus ego feci quàm ille, qui proindè ſe excuſauit ab illius examinatione , ſequendo veſtigia aliorum , quos refert,qui propter rei difficultatem, id etiam oneris ſubterfugere voluerunt.

41 Redeamus ad noſtram † viduã minorem, quę vult petere reſtitutionem in integrum, ad conficiendum inuentarium, & videamus ſi ipſa habebit poſt completam maiorẽ ætatem totum quadriennium.Quid ni? quia tẽpus intra quod inuentarium eſt conficiendũ, minus proculdubiò eſt quadriennio,ſexagintа tantùm dierum ex noſtro iure municipali, quod quando contingit,non datur quadriennium integrum ad reſtitationem poſtulandam,ſed tantum tempus quantum erat præfixum ad actum faciendum, prout ad faciendum probant plures quos adducit,& ſequitur Odd.de reſtitu.in integr.quæſtio.19.artic.4.per tot.& hæc dicitur opinio Legiſta-
42 rum. Et in † terminis in hac eadem noſtra materia inuentarij conficiendi , vt ad reſtitutionem ad illud faciendum non detur integrum quadriennium,ſed illud tempus,intra quod erat illud faciendum tenet,& probat Mandel. de Alba in conſ. 214. ex num. 52.cum ſequent.

43 Sed in contrarium † eſt veritas,quòd imò ſemper datur quadriennium ad reſtitutionẽ petendam quantumuis minus ſit tempus, in quo conſiſtit læſio, quod probatur expreſſa Clemen.1.de reſtitu.in integr.quæ non habet aliquid ſpeciale reſpectu Eccleſiæ, aut aliàs,cum nulla poſſit reddi ſpecialitatis ratio cur potiùs in Eccleſia,quàm in minore procedere debeat,vt aduertit Pereyra vbi infrà allegabitur.Quam opinionem tenent infiniti,quos refert Odd. in loco ſuprà citato. num.39.verſ. Quartò quia,& ſignanter Anton.Gom.tom.2.variar.reſolu. cap. 14. de reſtitu.minor.poſt num.8.verſ. Quod intelli ge,Mauri.de reſtitu.in integr.cap.42. Caldas de Perey.in 1.ſi curatorem habens, verb.
† infra legitimum tempus num.8.Sicque *deciſum*,& concluſum in Senatu Neapolita. au-
44 ctor eſt Afflict.deciſ.175.Et in noſtra † Cathalonia res non habet difficultatem , ſemper Vniuerſitates , & minores admittuntur ad reſtitutionem poſtulandam intra integrũ quadriennium quantumuis negligentia conſtitat in minori tempore,veluti in lapſu decem dierum ad appellandũ,aut aliàs, provt quotidiana experientia videmus.

45 Redeamus ad noſtrã † inuentarij ab vxore conficiendi ſi velit beneficio conſtitu.gaudere materiam,quærentes quomodo debeat confici illud inuẽtarium, & qua ſolemnitate. Reſpondemus breuiter,quòd communis praxis in Cathalonia recepit, & obſeruat quòd fiat coram notario , & teſtibus abſque aliqua citatione legatariorum , & creditorum ſicuti de iure communi, provt tradunt latè DD.in l.fin.C.de iu.delib.& ſic coram ſolo notario cum adhibitione teſtium habetur pro legitimè facto,provt abundè noſter Cãcer.tradit.in 3.part.variar.reſolu. cap. 2. de inuenta.num.65.& 66.& nos quotid.iè experientia comprobamus.

46 Addit Canc.n.68.† quòd in ciuitate Dertuſæ,& in oppido Perpinani obſeruatur adhuc ſolẽnitas iuris cõmunis in cõfectione inuẽtarij,vt ipſe audiuit.De oppido Perpiniani nõ ſum veritatis cõſcius, verũ eſt quòd plurima inuentaria vidi cum prędicta ſolemnitate cõfecta. De ciuitate autem Dertuſæ, pro qua ſentio me obnoxium hæc particulariter tradere,eſt diſpoſitio propria de hoc loquens in lib. conſue. & vſuum illius ciuitatis , qui vulgò circunfertur de anno 1509.impreſſus Rub.de iure deliberan.§.penul.incip. *E deuſe començar fol. 65.* vbi ſtatuitur inuentariũ in dicta ciuitate fore coram legatarijs,& creditoribus conficiendum.

47 Et reperi † quòd de hoc fuit diſputatum in Senatu de anno 1490. in cauſa Michaelis Omedes, & viduæ Palatina, in qua 20. Auguſt.fuit *reſolutum* viduam,de qua ibi,teneti de proprijs bonis,*ex quo licèt inuentariũ confeciſſet,illud tamen fecerat abſque citatione creditorum,& legatariorum,prout*(inquit) *de iure communi, & conſuetudine ſcripta in ciuitate Dertuſæ obſeruata tenebatur,ac proin de non gaudere beneficio inuentarij fuit expreſsè dictum.*

† 48 An autem ſi mulier † omiſerit aliquid ponere in inuentario, & ſic minùs legitimè ſe geſſerit in illius confectione , perdat propterea beneficium huius conſtitutionis, res eſt multùm difficilis.

Pro

49 Pro cuius quæſtionis † intelligentia priùs videndum,& examinandum eſt quid perderet mulier,quæ nullum omninò inuentarium conficeret culpa ſua, ideſt in caſu, quo non fuiſſet aliquo impedimento impedita, nec aliquam haberet excuſationem, indè reſolnemus faciliùs propoſitam quæſtionem, de ea,quæ inuentarium quidem fecit,ſed diminutè quidem multas res in eo ponere omittendo. In iſto caſu clarè loquitur conſtitutio quòd ex tribus priuilegijs, & beneficijs, quæ cõcedit in ſua diſpoſitione mulieri habẽti re quiſita, vnũ tenutæ,& poſſeſſionis bonorũ,& aliud habendi prouiſionem, & alimenta anni luctus, & tertium denique faciendi fructus ſuos donec in ſuis dote, & ſponſalitio ſit ei ſatisfactum,duo tantùm aufert mulieri,quæ non conficit intra tempus inuentariũ nempe beneficia prouiſionis anni luctus,& commodi faciendi fructus ſuos,ibi, *Adiecto quòd vxor in primo caſu,videlicèt quòd omnia bona viri ſui poſsidere cenſetur, inuentarium infrà menſem,&c. aliàs prouiſione anni luctus, & eo modo faciendi fructus ſuos careat ipſo facto*: beneficium † autem tenutæ
50 per id non tollitur, vndè quamuis inuentarium non confecerit mulier, nec oſtendat ſe confeciſſe, non propterea deſinit poſſeſsio tranferri in ipſam poſt viri mortem, quam retinebit quouſque in ſua dote, & ſponſalitio ſit ſatisfacta.Quæ nota, quia hæc eſt magna declaratio cõſtitutionis,& noſtri requiſiti de Inuentario conficiẽdo, vt neceſſariũ ſit ad habendum prouiſionẽ anni luctus,& commodum faciendi fructus ſuos,non ad tenutã, & poſſeſsionẽ habendam. Ad quod vidi paucos attendiſſe,& ideò in his non ſemel errore lapſos. Et in terminis terminantibus ità
† expreſsè *declarauit* Senatus antiquitùs, die ſcilicet 1. Iunij 1523. Relatore de Hoſpital in cauſa Caſtellanæ Ferrana contra Blaſium Ferran,vbi fuit expreſsè dictum,*quòd mulieri de qua ibi agebatur,competebat tenuta hereditatis,& bonorum viri, & per conſequens illorum gubernatio,& adminiſtratio illi pertinebat,& ſpectabat, verum quia inuentariũ non confecerat intra tempus, ideò non faciebat fructus ſuos.*

51 Iſtud eſt obſeruandum † in muliere, quæ nullum cõfecit inuentarium, quo ſuppoſito, non poteſt aliquid deterius contingere illi, quæ aliquod inuentarium confecit,ſed diminutè quidem, cum qui pœnas diminutè inuentarium facientibus conſtituunt, id faciunt arguendo ab his, quæ ſtatuta ſunt contra eos,qui nullum conficiunt, ex quo paria videntur eſſe non conficere, & non integrè conficere,vt dicemus. Habemus ergo quod quantumuis nõ integrè,ſed diminutè mulier inuentarium confecerit, habebit nihilominùs tenutam,& poſſeſsionem, ac retentionẽ bonorum donec in ſuis iuribus fuerit plenè ſatisfacta.

52 Videamus an † ſicut ſi nullum inuentariũ confeciſſet mulier,perdat prouiſionẽ anni luctus,& cõmodo faciẽdi fructus ſuos quæ nõ integrè,ſed diminutè inuentarium confecit, in quibus terminis verſatur quæſtio noſtra cum in reliquo,quod attinet ad tenutam,iam diximus quid ſit obſeruandum.

53 In hac quæſtione † ſeparandus in primis eſt caſus in quo,vel propter modicitatẽ rei omiſſæ, vel etiam propter ignotantiam inuentarium conficientis,aut aliàs nulla doli, aut fraudis ſiniſtra præſumptio poteſt capi. In iſto caſu non intrat noſtra quęſtio, omnes concordant quòd nullis tunc pœnis is qui inuentarium confecit, efficitur, tunc operatur † ſuum effectum ſalutaris illa protellatio,quæ communiter in iſtis inuentarijs apponi ſolet,quòd ſi alia bona impoſterùm reperiet,apponet ea,& addet inuentario, tũc enim in bona fide dicitur eſſe is qui ſic inuentarium conficit. Aluar. Velaſ.conſulta.52 num. 16. Rolan. à Val. in tracta. de inuent. par.4.q.8.num. 4. Gaſpar Anton. Theſau. quæſtio.foren.10.num.6.& 26.lib.1.vbi de hoc *deeiſ.* Sena. Pedemon. & eſt de mente noſtri Mier.in his terminis conſtitu. hac noſtra in repetitio. ad eandem num. 148. & Cancer.in 1.par.varia.reſolu.cap.9.de dor. & dona. propter nup.nu. 11. Memini quòd hunc articulum diſputauimus in Senatu de anno 1602. coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt in cauſa Michael.Lleñader Ilerden.contra Angelam Conſtanti, in qua
† nulla fuit *habita* ratio cuiuſdam omiſsionis rei modicę in inuentatio viduæ; propter quam fideicommiſſarius,qui agebat prætendebat viduam amiſiſſe priuilegium, & beneficium conſti.hac noſtra. Lata fuit ſententiá 14.Iulij,Scribá Ioſeph.Cortes,vide vlteriùs Deſpujol ad Mier.in d. conſtitu. hac noſtra num. 195,

55 Diſputatio ergo, † & quæſtio noſtra verſabitur,& verſatur in eo caſu,quándo is qui conficit inuentarium ſcienter, & ſic dolosè omitit aliquid,quod ſit magni valoris ponere in inuentario,an tunc priuetur tantùm facultate fruendi rebus fraudatis; & omiſſis cum duppli reſtitutione, an verò priuetur omninò beneficio inuentarij,veluti ſi eſt vſu fructuarius priuetur vlufructu, & ſi eſt hæres, beneficio inuentarij, ne teneatur vltra vires.

56 Hanc quæſtionem † diſputat Iacob. Menoch.in conſ.471.& poſt eum nouiſsimè,atque latiſsimè ad partes, Doctores pro vna-

quą-

quaque cumulans Gaſpar Anton. Theſau. quæſtio. ſoren. 10. per tot. lib. 1. ſignanter ex num. 26. vbi reſoluit non eſſe dubium, ſi dinumerentur Doctorum auctoritates, quin opinio priuans commodo, & beneficio inuẽtarij ſit receptior, & magis cõmunis opinio, ibidem docet in quo dicta opinio fundetur, & reſpondet contrarijs. Videatur apud iſtũ Doctorem, in quo habes omnes, qui exactè de hoc articulo tractarunt, & pro dicta opinione *deciſiones* ſui Senatus referr. Ego di-
†† 57 uerſimodè † reperi in Senatu noſtro ſecundum contingentias facti declaratum. Contigit de anno 1603. fuiſſe hæredi oppoſitum quòd non poterat gaudere beneficio inuentarij, quia omiſerat ponere in eo quædam cenſualia, & nomina debitorum magni momenti, quorum domi erant inſtrumenta, accuſando eum quòd per hoc doloſè ſe geſſerat in confectione inuentarij, iuxta opinionem quam ex Theſau. diximus magis communẽ, & ſecundum tradita per Surd. in deciſ. 222. num. 3. 8. 9. & noſtrum Canc. in 3. par. variar. cap. 2. de inuen. nu. 15. & 39. Senatus referẽte egregio tunc Senatore, poſteà Regente Cancellariam, & nunc in Supremo Coronæ Arago. Concilio, eodem officio fungente Michaele de Salba, & de Vallſeca 16. Septẽ
† bris anni iam dicti *declarauit* contra hæredem priuando cum beneficio inuentarij. Partes erant nobilis Ludouic. de Aragall, & Iacobus de Aguilar Barcin. populati, Scriba erat Onophri. Puigſerrer.

Contigit deinde de anno 1619. cuidam viduæ vſufructuariæ relictæ per virum oppoſitum fuiſſe quòd non poterat vti frui bonis, imò amiſiſſe vſumfructum, & ſeu ius vtendi, ex eo quòd ſcienter, & ſic doloſè quaſdã res magni ponderis, quas domi habebat, quaſque poſtea ipſa confeſſa fuerat ſe habere, omiſerat ponere in inuentario. Senatus tamen declaratione facta 11. Appril. Relato re egregio Senatore Hieronymo Aſtor, nõ
† *cenſuit* mulierem priuandam toto legato vſusfructus: ſed ſolum reſpectu illarum rerum, quas fraudauerat.

58 Et adhuc † non decreuit fore eandem cõdemnandam ad dupplum, iuxta benigniorẽ opinionem ex duabus ſuprà relatis, & ſecũdum quod reſoluit Caualca. in tracta. de vſu fruct. mulie. relic. num. 144. ſed maiorem de liberationem ſuper hoc ſibi reſeruauit explicandam in liquidatione. Partes erant Stephan. Caſaſages, & Marianna eius mater, Scriba Tio. Pro qua quidem declaratione, ſeu explidatione maioris deliberationis reſeruatæ habeo pro muliere, quam deffendo,
† pulchram Senatus *deciſionem* factam 1. Iulij 1532. referentibus Fran. Montaner, & Petro Arnaldo Gorr, vbi fuit expreſsè dictum *quòd de iure non cauetur quòd vxor defraudans inuentarium, puniatur pœna dupli.*

59 In noſtra propria † materia mulieris, quæ vt gaudere beneficio cõſtitutionis hac noſtra in uẽtariũ confecit non inueni aliquod huc vſq; exemplum Senatus. Video tamen quòd noſter magnus practicus Mier. in ea conſtitu. num. 148. expreſsè tenet opinionem, quòd ſi doloſè mulier aliquid magni valoris omiſerit in cõfectione inuentarij, perdat beneficium conſtitutionis. Fundat ſuam opinionẽ, quia (inquit) ſi negligens complere inuentarium infrà duos menſes per hanc conſti. punitur, multò fortiùs debet puniri, vbi dolo omiſerit, quia tunc poteſt dici quòd inuenta
60 riũ non cõpleuerit, quia nihil dicitur † actũ vbi aliquid ſupereſt ad agendum, l. fin. C. ad Syllania. & ſufficit (addit) ita ſcriptũ, vt l. proſpexit, qui & à quibus, licèt aliqui de benignitate dixerint contra, veruntamen non eſt noſtrum taliter conſtitutionem interpre
61 tari. Et nota † (dicit deindè) quòd huiuſmodi conſtitutiones ſunt conuentiones, & pacta cum iuramento firmata, & per ſtipulationẽ vallata, & ſic ſunt ſtricti iuris, & per conſequens ad litteram, & rectum ſenſum debent intelligi, & ſeruari, l. non aliter de lega. 3. Item adde quòd de mente conſtituentium fuit ſtringere vxores ad formam huius conſtitutionis ad euitandum fraudes, quæ adhuc proh. dolor, quotidiè commitũtur, &c. Hęc Mier. quę poſtea repetit num. 154. vbi expreſsè differentiam conſtituit inter doloſã omiſsionem rei magni valoris, & non doloſam, & inter rem magni valoris, & rem modici, vt nos ſuprà fecimus. Mierem in hoc loco ſequitur Cancer. in 1. parr. variar. cap. 9. de dot. & dona. proprer nup. num. 11. licèt forſan aliter eum intelligat, vt eius verba inſinuant.

62 Quid dicendum? † Ego in iſta rerum magni valoris doloſa omiſsione non excuſarẽ mulierem à pœna conſtitutionis, quæ eſt vt non habeat prouiſionem anni luctus, nec faciat fructus hæreditatis ſuos, niſi inuentarium perficiat intra ſexaginta dies, per hanc enim omiſsionem relinquit ſine dubio inuentarium imperfectum, & ſic incidit in pœnam, quem admodũ de hærede diximus, qui etiã intra certum terminũ à iure præfixũ in l. fin. §. 1. C. de iure delib. & conſti. 1. ſub tit. de inuenta. in noſtris conſtitutionibus, tenetur inuentarium conficere. Etſi in hoc caſu non verificatur, nec dici poteſt mulierem non perfeciſſe inuentarium intra terminum conſtitutionis, non video quando verificetur, & dici poſſit. Iam ſuprà exonerauimus mulierem obligatione incipiendi intra

trigin-

triginta dies, mitigando rigorem constitutionis: si nunc relcuamus eam indilinctè ab onere absoluendi illud, nihil remanebit
63 in constitutione. Si verò omissio † est modica, & sen de re modici valoris, in qua non possit considerari dolus, tunc propter paruum maleficium non amitteret magnum beneficium, vt dicit Mieres in locis suprà proximè citatis.

Quod vlteriùs confirmatur ex regula illa generali, qua docemur, generale esse in omni materia, vt modici nulla ferè ratio haberi soleat, vt probat l. oleum §. vlt. ff. de dolo, l. Senatus §. Marcellus, de lega. 1. l. 1. in fin. de ven. inspicien. cum alijs pluribus pulchrè ad propositum coaceruatis per fecundissimum Tiraquel. in singulari tract. de iudi. in reb. exiguis ferendo col. 6. vers. His accedit, ex quibus multa ad institutum pulchra infert quotidie in praxi multũ conducibilia.

Accedit & his alia regula magis proximè ad propositum faciens, quia qui parùm transgreditur, non vituperatur, vt est pulchrum Aristotel. dictum lib. Ethicor. 2. cap. vlt. & lib. 4. cap. 5. Ad quod nostri inducunt l. quamuis ff. de condi. & demonstra. benè Bald. in l. 1. col. vlt. de legib. vbi dicit quòd qui parùm transgreditur non mortificatur. Cui simile est quod dicit Ioan. Cald. in cap. cum ex iniuncto, colum. vlt. de hæret. quòd si parùm discedatur à medio, non est contra virtutem, sed si multùm, tunc corrumpitur virtus in suo actu. Vide ad hæc, & similia, dum de rebus exiguis iudicium facere habebis, Tiraquel. in loco suprà cita. qui quæcunque necessaria ad id habebis, te docebit facilè.

64 Ad illud, † quod retulimus suprà de vsufructu, suam res habet difficultatem: videbatur enim quòd mulier debeat priuari vsufructu tanquam malè in rebus vtendis, & fruendis versata, & quæ iam aliter vtebatur quàm boni viri arbitrio, vt probat expressè l. 1. §. habet, vsufruct. quemadmo. caue. Aym. Craue. in cons. 300. num. 1. & 2. Sotomaior de vsufruc. lib. 1. cap. 14. num. 5. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 3. tit. 23. de vsufruc. defin. 2.

65 Nullo enim modo † potest dici melius, versari malè vsufructuarium circa vsumfructum, quàm occultando bona, nec omnia integrè in inuentario ponendo. Patet, quia lex in isto casu solùm considerat dolum vsufructuarij, vt cadat à iure suo, qui dolus versatur in malo vsu rerum. Quod est intelligendum quomodocunque deprehendatur malè vti, quia non refert quomodo dolus commitatur, modò commissus sit, quia non curamus de modo dummodò habeamus effectum, l. fin. ff. mand. & l. mulier, ad trebel. l. si mater, C. de insti. & substi. cap. cum his, de verb. significa. prout his, & alijs pluribus probat Craue. in cita. cons. 300. Ergo vsufructuaria, quæ occultauerat bona, priuanda videbatur vsufructu. Quam rationem tanti facit Craue. vbi suprà, vt in his terminis contra vsufructuariam per dictam rationem apertè concludat, & eum sequi videtur Surdus in hoc articulo decis. 216. num. 3. qui est omninò in hac materia videndus, quia exactissimè tractat, dolus verus quando dicatur, & quando præsumptus ad effectum iudicandi si quis amisit, vel non, beneficium inuentarij ex eo quòd aliquid in illo ponere omiserit.

66 Nisi consilium † Craue. intelligas, prout intelligit Borgni. Caual. in tracta. de vsufruc. mulie. relic. num. 144. quoad pœnam amissionis vsusfructus, non generaliter, vt Craue. dicit, sed imo in rebus defraudatis tantùm cum restitutione dupli.

67 Vel nisi etiam † dicas quòd consilium Craue. cadit in casu quo vsufructuaria fuerat requisita conficere inuentarium, de quo loquitur, volens quod in isto casu mulier dolosè omitens rem magnæ æstimationis incidat in pœnam amissionis totius integri vsusfructus, quia in isto casu, non in alio tenetur vsufructuarius inuentarium conficere, Sotomaior de vsufruc. cap. 16. num. 14. Pinel. in l. 2. par. 2. num. 22. C. de bon. mater. Anton. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 23.
68 de vsufruc. defin. 3. Qui licèt † loquatur de satisdatione, quod ad eam non teneatur vsufructuarius nisi requisitus; idem est in in-
69 uentario: Equiparantur † enim hæc vt docet Thesau. decis. 80. num. 3. & sequitur Sotomaior vbi proximè. In tantùm vt dicat Faber in cita. loco, ad id non posse vsufructuarium officio Iudicis compelli. Et in terminis, quòd in casu in quo vsufructuarius non est requisitus, per omissionem inuentarij non perdat vsumfructum, docet Paris. ex multis, in con. 95. num. 62. cum sequent. lib. 2. Dum enim non requiritur vsufructuarius de inuentario conficiendo, dicitur sine dubio esse in bona fide, & bona fide fructus percepisse, videntibus, & scientibus hæredibus, vnde illos fecisse suos, dicendum est, nec teneri ad restitutionem, Batt. in l. vxori, in fi. ff. de vsufruc. lega. cum alijs adductis latè per Paris. vbi suprà omninò videndum.

70 Vel nisi † finaliter dixeris vsufructuarium non comprehendi sub dispositione l. fin. C. de iur. delib. quæ pœnas ponit, vt docent Rolan. in tracta. de inuen. quæst. 36. nu. 3.

Pedro. conſ. 7. ex num. 56. Sotomaior de vſufruct. cap. 14. num. 4. lib. 1. Clariùs Blaſ. Flor. Diaz de Mena in additio. ad Gam. deciſ. 122. Velaſquez conſulta. 52. num. 48. Quæ omnia tibi relinquo diſcutiẽda, & exactiùs examinanda, cum caſus occurrerit.

71 Aduertatur † tamen benè quòd ad iſtas pœnas debet priùs conſtare oprimè de vero dolo, vt latiſsimè probat Hondede. in in conſ. 35. ex num. 1. ad num. 18. vol. 1. vbi eſt videndus, & de hoc eſt etiam tota deciſ. Surd. 216. & tota deciſ. 222. Declaratione tamen hæc egent neceſſaria ne facilè decipiaris. Non dicimus, nec dicere volumus conſtare debere verè de dolo, & ſeu de vero dolo, qui pet coniecturas, & inditia iuſtificatur, ad differentiã doli præſumpti, qui ſine alia probatione à iure præſumitur, provt vtramque doli ſpeciem explicat, & declarat iſto modo Pau. de Caſtro in l. dolum num. 3. & 4. C. de dolo, Paris. conſ. 49. n. 30. & ſequen. lib. 1. Rimin. iun. conſ. 43. nu. 31. lib. 1. Quomodocunque enim de dolo conſtet vel iuris præſumptione, & ſic de dolo præſumpto, vel verè per coniecturas, & inditia probata, ſufficit ad materiã hãc, provt docet Hercul. in l. Pau. col. fin. circa prin. ad l. falcid. & Hondede. in cira. conſ. 35. ex nu. 42. lib. 1. Sed intelligimus debere conſtare de vero dolo ad differentiam culpæ, & negligentiæ, vt non ſic hæc puniatur in hac materia ſicut dolus, vti explicat Hondede. vbi ſuprà, quem vide.

72 Iam dixi † ſuprà quòd non reperi hunc caſum, ſi mulier perdit beneficium conſtituționis, faciendi fructus ſuos ex iſta praua confectione inuentarij, deciſum in Senatu. Vidi tamen quòd de anno 1619. fuit de eo diſputatum in terminis, coram egregio Senatore Hieronymo Aſtor, inter Monſerratum Duran, & Catherinam Coll del Hoſpitaler, Scriba Ioſepho Cortes. In qua cauſa cum ſententiam diciſſet Senatus 5. Octobris, noluit hunc articulum in ea decidere, ſed omiſit condemnationem fructuum, quæ prætendebatur contra viduam tenentem, & poſſidentem, reſeruando articulum ſi debebant reſtitui, vel non, declarandum in cauſa liquidationis. Ibi oportebit quòd Senatus eum decidat, quia condemnatio, aut abſolutio fructuum dependet à reſolutione, quæ capi deber, ſi mulier incidit in pœnas conſtitutionis ob non ritè confectum inuentarium ex omiſsione plurium rerum magnæ æſtimationis, quod eſt motiuum, quo actor fructus prætendit, ibi potetis videre quando caſus occurrerit.

73 An autem ſi † hæredes feciſſent inuentarium, mulier verò non, proficeret ei inuentarium hæredus, ne incideret in pœnam noſtræ conſtitu. Cenſeo quod ſic, cum per inuentarium hęredis habeatur intentum conſtitutionis præcipientis fieri debere inuentarium per mulierem, quod eſt ne occolrentur bona; in pœnalibus enim in quantùm poſſumus, debemus ſine dubio pro excuſatione iudicare. De hac re poſt Cancer. in 3. par. variarum reſolutionum cap. 2. de inuen. ex num. 106. cum ſequen. multa ego dixi in 1. tomo clau. 4. glo. 5. ex num. 44. ad propoſitum videnda.

74 Si cupis tu, † qui intereſſe habes, ne bona deffuncti dilapidentur, aut occulrentur, ea ponere in turo, vide ſi placebit quod ego vidi non ſemel in hac Ciuitate obſeruatum, & practicatum. Accedit intereſſe habens ad Regentem Vicariam Barcinone ordinarium Barcinonenſium, & ad ſuam Curiam ſtatim ſequuta morte viri, coram quo deducit de ſuo intereſſe, & de timore etiam dilapidationis, aut occultatione bonorum hæreditatis, vbi conſtito de his ſummariè, & quandoque non conſtito cum ſola narratiua, abſque notificatione, & intimatione aliqua viduæ facienda, ſolet prouideri quòd fiat deſcriptio bonorũ per aliquem ex ſcribis Curiæ cum aſsiſtentia alicuius officialis illius, & quòd commendentur viduę, quę illa teneat pro manifeſto curiæ.

75 Hæc diligentia † hunc aliũ operatur valdè proficuum intereſſaro effectum, quòd ſi poſteà mulier occultat bona, nec vult ea omnia exhibere ſicut ſunt in inuentario, proceditur contra eam criminaliter, & quæ pro debito ciuili carcerari regulariter non poteſt mulier iuxta conſti. 8. ſub titulo de *actions y obligacions*, carceratur propter hãc occultationem, & non exhibitionem, quia cenſetur in hoc delictum committere, provt ego latè docui, & probaui, tam de iure communi, quàm ex obſeruantia Senatus in 1. tom. clauſ. 3. gloſ. 3. ex num. 20. Vbi in † iſtis proprijs terminis adduxi *declarationẽ*, & reſolutionem Senatus factam, Relatore egregio Senatore Franciſc. Ferruz, contra Paulam Fuſtera olim Ferrandis, in caſu quo mortuo primo viro dictę Fuſtera, ſucceſſores alterius primę vxoris illius feceranr diligentiam prædictam in Curia Vicarij Barcinone contra dictam Fuſtera, vt poſteà repetirent in quo ſatisfierent in dore, & alijs iuribus primę vxoris, condemnata enim poſteà iure ordinario dicta Fuſtera coram dicto Ferruz ad ſolutionem dotis, & aliorum iuriom, & ipſa non exhibente inuentarium ſibi modo prædicto commendatum, in quo fieret executio, fuit prouiſum de anno 1611.

no 1611.quòd capetetur,& Regijs carceribus mancipatetur, donec bona exhiberet, † quæ prouiſio poſt inibi ſcripta fuit *eõfirmata* in alia Aula, Relatore egregio itidẽ Senatore Iacobo Puigmlja 3. Mar. 1612. Per quam diligentiã pars conſequuta fuit quod aliàs erat impoſsibile,finaliter enim de anno 1620.mulier fuit capta in vim dictarum prouiſionum, & Regijs carceribus mancipata,vndè non exiuit donec fuit pars ſatiſfacta. Nec fuit aliqua exceptio mulieri admiſſa licèt allegaret ſe pro ſuis alimentis, & alijs neceſsitatibus habuiſſe vendere, & alienare bona prædicta, & alia diceret,per quæ videbatur excuſari à prætenſa exhibitione, Actuarius cauſę eſt Reig.

76 Sed nó arbittot † hanc moleſtiam compellendi mulierem tenendi bona viri ſui pro manifeſto curiæ, ſieti poſſe illi,quæ debet poſsidere pto ſuis dote, & ſponſalitio, in quamque in vim conſti. poſſeſsio tranſit ipſo iure,cum conſtitutio eam poſſeſsionẽ, & tenutam concedat mulieri liberè abſque aliqua reſtrictione, & meo iudicio videretur Iudex qui id faceret, limitate mulieri conſtitutionis beneficium,& ei onus imponere indebitum. Et cum hoc quidam tentaſſet de anno 1621. contra quandam mulierem,cuius ego eram aduocatus, conqueſta de hoc in Senatu coram egregio Senatore † Hieronymo Aſtor, *obtinuit* prouiſione facta 15.Nouembris 1621. quòd non obſtante commanda poſsideret, & ſuo caſu fructus faceret vigore conſtiturionis, quæ prouiſio fuit poſteà confirmata in alia aula, refereute egregio itidem Senatore Hieronymo Senjuſt die 26.Ianuarij 1622. Sic ego illas prouiſiones intelligo, ac intellexiſſe vidi Senatum dum caſum diſputaremus,licèt voluiſſem, & pluribus inſtaſſem, quòd magis iſtud declararetur, quod adhuc ſubobſcurum in dictis prouiſionibus temanebat. Actuar. eſt Sebaſtia. Coſta.

77 Vidi dubitatum, † an ſicut inuentatium tenetur mulier conficere, vt poſsit in vim conſtitutionis facere fructus ſuos, ſic teneatur ſatisdare de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, eo modo quo alij vſufructuarij. Breuiter reſpondet Mier. hic num. 94. ad medium,fol. 151. col. 1. quòd non, cũ conſtitutio nó obliget,ſequitur Deſpujol in additio.num 145.atque ita communis in vſus ſeruat. Atque hæc de requiſitis noſtrę conſtitu.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſio bonorum viri ſtatim eo mortuo ſine aliqua apprehenſione tranſit in vxorem pro ſuis dote, & ſponſalitio.*

2 *Declaratio vt poſſeſſio cenſeatur tranſlata in mulierem poſt mortem viri, nulla requiritur, ſicut olim.*

3 *Poſſeſſio bonorum viri ſtatim eo mortuo tranſit in vxorem pro ſuis dote,& ſponſalitio in regno Valentiæ, ſicut in Catalonia, vbi deciſ.*

4 *Poſſeſſio, quæ tranſfertur in vxorem pro ſua dote poſt mortem mariti, an ſit, & dicatur ciuiliſſima poſſeſſio, an alia.*

5 *Poſſeſſio ciuiliſſima qualis ſit, & quamobrem ita dicatur.*

6 *Statuta tranſferentia poſſeſſionem ipſo iure poſt alicuius mortem, intelliguntur, niſi alius acceperit poſſeſſionem actualem ante illum, in quem ſtatutum poſſeſſionẽ tranſfert.*

7 *Sed contrarium in caſu noſtræ conſtitutionis eſt verum. Et ibidem de ratione.*

8 *Poſſeſſio in hæredem vigore ſtatuti tranſfertur, & tranſlata cenſetur etiamſi tertius illam occupet actualiter ante hæredem.*

9 *Poſſeſſio ciuilis, vel ciuiliſſima tranſlata vigore ſtatuti in aliquem, ſolum parit interdictum adipiſcendæ, non recuperandæ.*

10 *Sed contrarium aliqui tenent, quòd imò pariat vtrumq; interdictum.*

11 *Interdictum recuperandæ per noſtras conſtit. conceditur viduæ ſi aliquis poſt mortem viri poſſeſſionem bonorum illius occupauit.*

12 *Poſſeſſio vera cenſetur tranſlata vigore ſtatuti cum omnibus veræ poſſeſsionis priuilegijs, eum dictum ſtatutum cõcedit remedia ſpolij.*

13 *Statuto poteſt effici,vt poſſeſsio ipſo iure trãſferatur in aliquem poſt alterius mortem, & habet omnes effectus poſſeſſorios.*

14 *Maiter ſi turbatur in poſſeſſione bonorum viri in ſe per conſtitu. tranſlata, poteſt intentare nedum poſſeſſorium recuperandæ, ſed etiam retinendæ.*

15 *Fauor. Quod eſt in alicuius fauorem introductum non debet in eius odium retorqueri.*

16 *Remedia omnia poſſeſſoria competunt cuicunque quantumuis ſimplici, & non priuilegiato poſſeſſori.*

17 *Quamuis non poſsideat pro ſe, ſed pro alio.*

18 *Creditor dicitur verè poſsidere pignus naturaliter, & ciuiliter.*

19 *Creditori poſsidenti pignus conceduntur omnia remedia poſſeſſoria, quæ conceduntur vero poſſeſſori.*

20 *Puleber caſus, qui contigit coram admodum Reuerendo Cancellario in fauorem huius opinionis.*

21 *Clericus poſſidens non poteſt amoueri à ſua poſſeſsione niſi conueniatur coram Iudice Eccleſiaſt.*

22 *Mulier non cenſetur poſsidere in vim conſtitutio. hac noſtra niſi bona, quæ vir poſſidebat tempore mortis, quamuis aliquorum eſſet dominus, vel haberet ad ea actionem.*

23 *Mulier propter generalitatem conſtitutio. hac noſtra, fit vniuerſalis bonorũ viri vſufructuaria bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum.*

24 *Mulier poſt mortem viri dicitur vniuerſalis bona tenens.*

25 *Mulier poſſidens bona viri poſt illius mortem pro ſua dote eſt, & dicitur vicehæres, & tanquàm hæres reputatur, habetque actiones actiuas, & paſſiuas.*

26 *Mulier eſt vſufructuaria legalis bonorum viri, quæ agit, & conuenitur.*

27 *Iudicium actitatum cum vxore tenente, & poſſidente bona viri valet, & tenet, & omnibus præiudicat, & poſteà continuatur cum hærede mouiter citato, vbi deciſſ. noſtri Senatus.*

28 *Idem ſeruatur in Regno Portugaliæ.*

29 *Mulier non habet tenutam in bonis, quæ non erant propria viri, veluti in antea donatis, quamuis retento ſibi vſufructu.*

30 *Bona donata dicuntur eſſe extra patrimonium donantis.*

31 *Vſusfructus reſeruati in donatione conſolidatio eum proprietate fit eum moritur donator.*

32 *Poſſeſſio, quæ eſt apud deffunctum ex cauſa non tranſitoria ad hæredes, non tranſit ad eos.*

33 *Poſſeſsio, quæ eſt apud deffunctum de re, eius ſolum erat vſufructuarius, eſt de re non tranſitoria ad hæredes.*

34 *Deciſiones quòd in bonis àntea per virum donatis retento vſufructu mulier non habeat tenutam.*

35 *Mulier habet tenutam in bonis donatis pro ſua dote reſpectu eius quãtitatis, quam maritus donator ſibi reſeruauerat ad teſtandum. Et quomodo.*

36 *Pulchri caſus narratio circa materiam hanc tenutæ in bonis donatis, diſputati in ſupremo Coronæ Arago. Coneilio.*

37 *Bona, quæ poſt mortem viri, non ex contractu, ſeu facto hæredis, ſed ex cauſa hæreditaria acquiruntur, & obueniunt hæreditati, cadunt ſub tenuta vxoris.*

38 *Bona debita defuncto tradita hæredi iuditantur vti bona hæreditaria, & ita cadunt ſub obligationibus factis per defunctum.*

39 *Bona acquiri hæredi ex contractu proprio, & ex perſona propria, an ex perſona, & contractu defuncti, magna differentia eſt.*

40 *Bona, quæ obueniunt hæredi ex contractu defuncti efficiuntur hæreditaria, & veniunt in fideicommiſſo, ſecus in eis, quæ ex contractu hæredis.*

41 *Bona recuperata per hæredem ex pacto de retrouendendo cum defuncto inito veniunt in fideicommiſſo defuncti.*

42 *Bona recuperata per hæredem ex cauſa à defuncto, comprehenduntur ſub fideicommiſſo, ſicut ius illud recuperandi comprehendebatur.*

43 *Optima Senatus deciſio optimè ſupradicta cõfirmans.*

44 *Mulier debet habere tenutam bonorũ eo ipſo quòd redeunt ad hæreditatem viri quamuis in ea anteà non eſſent.*

45 *Bona, quæ acquiruntur hæredi ex alia cauſa quàm hæreditaria, non cadunt ſub hypoteca bonorum defuncti, & ſic ſub tenuta vxoris.*

46 *Vſusfructus conceſſus per aliquam conſtitutionem conceſſus, cenſetur tantum de bonis, quæ ad eum tempore mortis pertinuerunt.*

47 *Bona donata per aliquem ſunt, & reputantur eſſe extra illius bona.*

84 *Donatarius ſi poſtea in vim reſeruationis inſtituitur hæres à donatore, an ſuccedat, & ſuccedere dicatur ex teſtamento, an ex donatione, magna diſſentio inter Cancer. & auctorem.*

49 *Dominus ſemel effectus non poteſt amplius effici dominus.*

50 *Bona anteà inter viuos donata non veniunt in inſtitutione hæredis.*

51 *Dominus plenus non deſinit eſſe quis quamuis fieri poſsit, vt poſtea eius titulus reſoluatur.*

52 *Seruus ſub conditione legatus interim pleno iure hæredis eſt.*

53 *Hæres grauatus ſub conditione eſt pleno iure dominus.*
Idem eſt in ſucceſſore maioratus, ibidem.

54 *Succeſſor ex donatione firmius ius habet, quàm ſucceſſor ex teſtamento.*

55 *Donatarius ſine aliquo vinculo non præiudicat ſibi acceptando poſteà inſtitutionem à donatore in ſui fauorem cum certis vinculis factam. Et de ratione. Vbi deciſ. Senatus.*

56 *Teſtamentum nihil operantur circa ea, quæ viuens teſtator donauerat, nec ſi ſit eadem perſona.*

57 *Bona filio onerato antea donata non veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi.*

58 *Succedere in vim donationis dicitur qui poſteà in teſtamento hæres nominatur in vim reſeruationis in donatione factæ.*

59 *Actio datur ex referente, & minimè ex relato.*

60 *Bona, quæ tempore mortis non reperiebantur in hæ-*

in hæreditate deffuncti non possunt haberi iure hæreditario.

61 *Decisiones supremi Senatus Coronæ Aragonum facta in causa Comitissæ de Quirra contra Marchionem.*

62 *Decisio prima in prima instantia facta ponitur ad litteram.*

63 *Decisio secunda in secunda instantia facta refertur etiam ad litteram.*

64 *Bona priùs donata filijs primi matrimonij remanent nihilominùs obligata pro dote secundi matrimonij ipsius donatoris postea contracti.*

65 *Mulier non habet tenutam in bonis viro commendatis, nec in depositis penes eum.*

GLOSSA III. PARS III.

De possessione bonorum viri, quæ ipso iure, sine alicuius ministerio, & sine apprehensione, vigore constit. hac nostra, mortuo viro, statim transit in vxorem.

Et quæ illa sit, & quos effectus operetur.

Et an bona anteà donata. Et penes eum deposita, & seu ei commodata. Et generaliter alia, quæ non erant viri propria, effugiant tenutam.

1 AD istam mulierem † habentem dicta requisita post mortem maritl, statim ipso iure transit possessio bonorum illius pro suis dote, & sponsalitio, vt disponit constitutio.

2 Nec est † necessaria aliqua declaratio, vt ista possessio translata in mulierem dicatur; & vt ipsa possit facere fructus suos post annum, licèt antiquitùs aliud obseruaretur, provt docet noster Micres in hac constitu. n.33.fol.147.& eius additionator Despujol n.73.& egteg. Sena. Anto.Oliba ad §. fuerat à num.43.in 2. relectio. de actio.

3 Idem in Regno † Valentiæ obseruari in vim alterius similis statuti docet egregius cõsiliatius,& in supremo Coronæ Aragonum Concilio Aduocatus Fiscalis Don Frãciscus Hieronymus Leo decis. Valentiæ † 62.vbi ita *decisum* refert.

4 Quæ autem † sit ista possessio, sic in viduam vigore statuti ipso iure translata? Videtur quòd ciuilissima ad instar illius, quę transferri in hæredem per statutum, & seu in hæredem continuatur secundum Bal. in in l.fi lege de sacrosan. Eccle.& alios adductos per Anton. Gomes in cita. l. 45. Tau. n. 111. Rot.Rom.tom.2.apud Farin.decis. 159.num.3.Sic appellata † quia iuris ciuilis ministerio sine artificio,nulloq; actu interueniente vero, vel æquipolenti, sed sola legis, statuti, vel consuetudinis dispositione transferatur, vt docet Tiraquel. in tracta. *le mort saysit*, in præfa. declara. 7. num.3.& 11.Rip. qui etiam id rectè explicat in rub. de causa posses. & proprie.num. 23.& 24.Molina de primogen.Hispan. lib. 3. cap. 12.num. 13. quod refert,& sequitur additionator ad Gom. in dicto num.111. Et si vis alia nomina eiusdem possessionis habere, vide eundem Gom. in dicto suprà; cita. loco.

6 Mali exempli † foret quòd in nudis terminis ciuilissimæ possessionis hęc nostra, quæ in viduam transfertur, remaneret, quia si antequam actualem, & realem possessionem illa adipisceretur, contingeret quòd eam occuparet tertius, secundum aliquos, non foret possessio viduæ manutenibilis; quia ista statuta transferentia possessionem sic intelliguntur, nisi alius possessionem realiter, & actualiter ante eum, in quem transfertur, occuper, provt pluribus probat Gom. in suprà cita. num. 111. & Ror. Roma. in allega. decis. 159. apud Farina. Ror. diuers. decis. 27. num. 13. in 1. par. Quam † tamen de anno 1602. *limitatam*, & restrictam in certo casu docet Ricci. in collect. decis. collec. 1244. sed eius contrarium tenet,& totis neruis defendit noster Cancer in 2. par. variarum resolu. cap. 7. de testitutio. spolia. num.351.

7 Quæ opinio † indubitanter in nostro casu est verior, & obseruanda, vltra adducta per Cancer. quia inter mortem viri, & acquisitionem vxoris iuxta constitutionem, non est dare medium, quod quando contingit, nulla res potest impedire continuationem. Exemplum † ponunt Doctores in suo hære de dicentes, quòd quia ipse non indiget aditione, nec aliquo facto externo, sicut indiget extraneus, per l. in suis, de suis & legit. hæredi. ideò translationẽ possessionis, & illius continuationem nullum alterius factum potest impedire, provt optimè declarat Gab. in cons. 36. num. 13. lib. 1.& Rota Roma. in recollec. per Farina. in vlt. vol. decis. 263. num. 2.

9 Item & secundùm † alios, si vellet dicere

se spoliatam vidua non posset, quia ista ciuilis, vel ciuilissima possessio translata in eam per statutum, solùm videtur parere interdictum adipiscendæ, non recuperandæ, vt per Alexan. in cons. 37. col. 2. in fin. lib. 1. & per alios adductos per Hierony. Gab. in cons. 36. num. 10. lib. 1.

10 Quod tamen † non concedit, imò contrarium, quòd vtroque interdicto possit experiri, & agere qui possessionem habet in se translatam vigore statuti, latissimè probat Gab. in dicto cons. 36. per tot. & videre vlteriùs poteris in nostro 1. tom. clau. 4. glo. 27. num. 29. de quibus ego quæstionibus nō disputo, quia non oportet, ex his quę mox dicam in infetioribus.

11 Verùm consti. † 2. incip. declarant eiusdem tit. *disolt lo matrimoni quin dret pertany a la vinda*, dubietatem substulit, quatenus viduæ remedia spolij concedit contra tertium medio tempore possessionem occupantem, ac si ipsa realiter, & de facto bona

12 possedisset. Quod † quando contingit, non remanet possessio translata per statutum in terminis nudæ ciuilissimę possessionis, sed in veram possessionem transit, & omnia priuilegia veræ possessionis habet, Gom. in d. l. 45. Tau. 8. num. 111. & Menoch. de recuperan. possessio. remed. 1. num. 408.

13 Quod vlteriùs † docet eleganter Molina de primogen. Hispanor. lib. 3. cap. 13. num. 1. cum sequent. & Stepha. Gratia. ex auctoritate Rotæ Romanæ, quæ ita in facti con-
† tingentia *tenuit* de anno 1607. & ex alijs, discepta. foren. 571. num. 20. & 21. dicentes posse effici per statutum, vel legem quòd possessio defuncti tranleat, & continuetur in alium etiam absque vlla apprehensione, & facto hominis, ita vt pariat omnes effectus possessorios. Viden. Polido. Rip. singul. obserua. 180.

14 Poterit ergo † mulier in vim huius possessionis intentare remedia possessoria cōtra turbantem, vel occupātem de facto possessionem, nedum recuperandæ, sed & retinendæ etiam, quamuis de solo recuperandæ

15 loquatur consti. 2. Id enim † fuit inductum in fauorem mulieris, non debet in odium illius retorqueri, vt in alio casu ad materiā tamen eiusdemmet nostræ constitu. dicebat Cancer. in cita. cap. 7. de restitu. spolia. num. 44. verſ. Præterea. Quomodo & qualiter id sit faciendum suo loco infrà dicemus.

16 Nec id quidem † mirum esse debet quòd dicamus omnia remedia possessoria concedi mulieri possidenti in vim constitutionis pro sua dote, & alijs iuribus, cum & cuicunque alij etiam quantumuis simplici, & non priuilegiato creditori pro suo credito possidenti res debitoris, concedātur, provt pluribus probat doctissimus Stepha. Gratia. discepta. foren. 174. ex num. 18. Non ob-

17 stante † quòd pro se non possidcat, nec ad sui commodum, sed ad commodum potiùs alterius, cuius efficiuntur nihilominùs fructus, provt contingit in creditore possidente pignus, vt probatur l. pignori, de vsucap. l. serui nomine eo. tit. & l. sciendum §. creditor, ff. qui satisda. cogan. & ego etiam latè adduxi suprà clau. 5. glos. 8. par. 15. ex num. 52. Quibus adde Surd. idem latè probantem in cons. 166. ex num. 21.

18 Nam creditor † dicitur nihilominùs verè possidere pignus naturaliter, & ciuiliter, provt concludit Ias. in l. 1. §. per seruum corporaliter 2. in verſ. Vltimò nota ex isto num. 5. & 6. ff. de acquiren. possessio. cum alijs adductis per Gratia. in cita. discep. foren. 174. num. 18. Surd. cons. 221. num. 30.

19 Et ideò † conceditur ei posse intentare remedia possessoria, vt concludit Gratia. vbi suprà. Et licèt his videatur contradicere Surd. in cita. cons. 166. verùm ei respondet in terminis Gratia. loco cita. adeò vt non expediat ampliùs immorari.

20 Solū aduertere † libet quòd ex doctrina Gratiani suprà allegata, & ex fundamentis suprà positis, in facti contingentia prætendi de anno 1621. coram admodum Reuerendo Cancellario, in causa contentionis iurisdictionis inter Curiam Ecclesiasticam, & secularem Regiæ Audientiæ, mouentibus Oeconomo, seu procuratore Capellę sancti Seueri huius Ciuitatis, & Oeconomo Monasterij monialium, Beatę Mariæ Angelorum eiusdem etiam Ciuitatis, vertēte, quòd cum Capella prædicta reuocato precario fuisset immissa in possessionem cuiusdam mansi certi layci pro pensionibus cuiusdam cen- 1
sualis sibi debitis, pro quibus dictus mansus erat specialiter obligatus, non potuerat dictus Oeconomus monialiū pro alia obligatione domini mansi, instare executionem rigurosam sicut instauerat cōtra eum, coram Iudice Ecclesiastico, nec vendere sicut vendiderant illum vi & districtu Curiæ secularis, quia licèt dominus esset reuerà laycus, verùm possessor erat Ecclesiasticus, qui erat attendendus, quamuis non esset nisi creditor. Constat autem quòd quando clericus possidet, tunc Iudex secularis non est competens, sed Iudex Ecclesiasticus, quia tunc

21 clericus est reus. Et clericus † possidens nō potest amoueri à sua possessione nisi conueniatur coram suo Iudice, provt polt multōs quos allegat, concludit Doctor Marta in tract. de iurisdic. par. 4. cētu. 2. cas. 159. ex num. 9. cum multis sequent. In qua prætentione

† tione *obtinui* ſententia 11. menſis Nouembris anni prædicti, ex voco aliquorum regiorum Senatorum applicatorum per admodum Reuerendum Cancellarium Laca. Si ergo ſimplici creditori, qui nõ poſsidet niſi pro debitore, adeò vt fructus ſibi non acquirat, conceduntur remedia poſſeſſoria, malrò fortiùs cõcedentur mulieri, quæ licèr ſit eriã creditrix, & vt talis poſsideat, id tamen eſt pro ſe, & ad ſui commodum, fructus faciendo ſuos. Hæc ſufficiant de iſta poſſeſsione mulieris nunc dixiſſe, eius effectus, & virtutes, quidque commodi viduis adferat, videbis infrà ſuo loco.

22 Sed quæ bona † intelligitur vidua poſsidere mortuo marito? Dicit rex. cum iſta generalitate, quòd omnia bona mariti, quæ verba intelliguntur, & intelligi debent de poſſeſsis per ipſum maritum tempore mortis, adeò vt non ſufficiat cum eſſe dominum, vel habere actionem, niſi habeat etiam poſſeſsionem, provt in terminis alterius ſtatuti huic noſtro ſimilis, quo etiam in mulierem transfertur poſſeſsio bonorum viri poſt illius mortem, docet Caſſane. in conſue. Burgun. rub. 4. §. 14. in initio, quod probatur eui deuti ratione, quia illa tranſlatio eſt continuatio poſſeſsionis, quomodo autem continuabitur quæ non erat in marito? Vide hunc auctorem pulchrè iſtud probantem.

23 Propter hæc † verba tam genetalia mulier in Cathalonia fit vniuerſalis vſufructuaria omnium bonorum mariti, in quo vſufructu comprehenduntur nedum bona mobilia, & immobilia, ſed etiam iura & actiones, & quicquid in vniuerſum poteſt ſub dominio, & iure noſtro exiſtere, ita vt nihil ſit quod ſub tali vſufructu non cadat, vt probatur expreſſa l. bonorum appellatio, 49. in ordine, de verb. ſigni. ad quod ſingularis eſt locus qui ſufficit pro multis, apud Ioannem del Caſtil. Soromaior in tracta. de vſufruc. lib. 1. cap. 38. ex n. 9. Vbi diligens fuit in enartandis Doctoribus, qui iſtud probant, & in numerandis particulatiter ſingulis rerum ſpeciebus, quæ ſub iſto vſufructu, & ram magna generalitate verborum venire debent, vbi videas.

24 Ob id dicitur † vniuerſalis bona tenens, ſeu poſsidens, vt eſt apud noſtrum Mier. in d. cõſti. hac noſtra n. 51. fol. 148. Deſpujol in additio. num. 83. & 126. Nobil. Lodouic. à Pegueta in repetitio. conſti. Item ne ſuper Isidemio, verſ. 8. *Entenent empero* num. 12. Oliba. in 2. relec. §. fuerat num. 9. Inſti. de actio. & Cancer. in 3. par. variarum reſolu. c. 17. de ſenten. & earum exequu. nu. 404.

25 Et habet † vicem hęredis, & tanquam hæres reputatur in omnibus, & per omnia, habetq; actiones actinas, & paſsiuas, Socarrats in commemo. Petri Alber. in cap. ſi defuncto nu. 39. & 40. fol. 243. Mier. in hac conſti. num. 42. &. 69. & ibi etiam Deſpujol

26 vbi ſuprà. Canc. etiam loco cita. Quia † vſufructuarius legalis agit, & conuenitur, qualis eſt iſta mulier, vt docent prędicti Doctores.

27 Ex quibus † deducitur in praxi quòd ſufficit actum eſſe cum vxore tanquam cum legitimo contradictore, vt iudicium teneat, & omnibus noceat. In rantùm, quòd ſi pendente iudicio ſoluitur dos mulieri, propter quam ſolutionẽ ipſa deſinit eſſe tenuratia, continuatur iudicium cum hærede ipſo de nouo citato, quem antea actor non recognouerat in aliquo, muliere exiſtente in medio,

† provt in facti contingentia *deciſum* in Senatu fuiſſe de anno 1591. referunt Cancer. in dicto cap. 17. num. 404. & Deſpujol num. 83. vbi aliam etiam refert einſdem Sena-

† tus *deciſionem* de anno 1602. factam.

28 Idem ſeruari † de praxi Regni Portugalię, vt vxor quę manet in capite, & poſſeſſione Caſalis, conueniri poſsit pro oneribus mariti ſoluendis, docet Velaſ. conſulta. 118. num. 4. De eadem re vide alium Luſitanum Doctorem mordenum, ac illum quidem doctum Melchior. Phœbum arreſto 1. ex recollec. per eum, & impreſſis poſt ſuas deciſſ. vbi docet quomodò vidua poſſit citari ſine hęredibus ad cauſas cęptas cum marito, vel incipiendas poſt eum.

29 Ex quo tamen † dicit conſtitutio, bona mariti, ſit quòd in bonis, quæ non erant ipſius tempore mortis, nõ habet mulier tenutam, nec facit fructus ſuos. Exempla huius rei ſunt plura, veluti in his, quæ antequam moreretur donauerat filijs ſuis, vel alteri, quãis retento ſibi vſufructu. Quæ propterea

30 dicuntur † eſſe extra patrimonium viri ex l. ſequens quæſtio, de lega. 2. ibi, *quæ viuus per donationem in vxorem contulit, extra cauſam bonorum defuncti computari debere*, & ego latè probaui clau. 4. glo. 5. num. 36.

31 Et ſit tunc † quando morirut donator, qui eſt vſufructuarius, conſolidatio cùm proprietate, vt docet noſtet Mieres in hac conſti. num. 57. & 79. Cancer in 2. par. variat. reſolutio. cap. 7. de reſtitu. ſpolia. num. 46. egregius Senator Anto. Oliba in §. fuerac in 2. relec. num. 6. & ego ipſe in 1. tom. clau. 4. gloſ. 22. num. 39.

32 Quibus accedit † quòd vbi poſſeſsio eſt apud defunctum ex cauſa non tranſitoria ad hæredes, huiuſmodi poſſeſsio ad eos nõ tranſit, Tiraquel. in tracta. *le mort ſaiſit le vieb*, par. 4. declara. 4. Alex. in conſ. 153. col. 1. verſ. Et poſito quòd virtute, lib. 6. Caſſane. conſ. 59. col. penul. verſ. Item etiã

vr cõſtat ex Carellia. Cot. in ſuis memorab. verbo, decreto Mediolanenſi col. 2. Menoc. conſ. 139. num. 18. vol. 2. Rimin. conſ. 44. in fin. & conſ. 545. num. 35. cum alijs, quos adducit, & ſequitur Mat. Muta deciſ. Sicil. 20. num. 10.

33 Poſſeſſio autem † hęc erat apud defunctũ ex cauſa non rrãſiroria ad hæredes, cum ad eos vſusfructus non tranſeat, ergo poſſeſsio non poteſt ad eos in vim ſtaturi transferri, & ſic nec in mulierem, quæ vice hæres eſt, ira pulchrè ſicut lariſsime Meno. in pleno de hoc puncto compacto conſ. ſi poſt mortẽ vſufructuarij poſſeſsio, quæ erat penes ipſum, continuatur in hæredem in vim ſtaturi, conſ. (inquam) 139. iam ſuprà aliàs allegaro per tot. & ſignanter num. 18. vbi videbis alias huiùs rei rariones. Non nocebit circa hæc recurrere ad ea, quæ diximus in ſuperioribus in materia autent. Præterea C. vnde vir, & vxor, clau. 5. gloſ. 8. par. 11. ex num. 41. vbi tractauimus an quarta detrahatur de bonis donatis in vita mariti. Et ad pleniorem comprobarionem vide elegantem obſerua. Polidor. Rip. 13. per rot. vbi alijs rationibus, & conſiderationibus hanc reſolurionem confirmat, maximè cõtra Menoch. qui in alio loco, nempè in tractatu de adipiſcen. poſſeſsio. remed. 4. num. 371. verſ. Hinc modo inferri, contrarium tenere voluerat.

34 Et in terminis † terminantibus quòd in bonis donatis ante mortem, in quibus vſum fructum ſibi reſeruauerat maritus, non ha-
† beat mulier tenutam, nouiſsimè *dixit* Senatus relarore egregio Senatore Ioſeph. Ferrer 1. Febru. 1620. in cauſa Euphraſinę Sorts contra Michael. Ioan. Vilageriu, Scriba Raphael Paltor.

Et idem anrea 14. Decemb. 1604. ſuper Comitatu de Quirra inter partes de quibus
† mox dicemus, *declaratum* etiam in terminis terminantibus fuerat in Regia Audientia
35 Sardinię, vbi cauſa ducebatur. Hoc † tamen addiro, ad quod elt quoties caſus occurret, artendendum, quòd quia donator reſeruauerat ſibi viginti mille libras ad teſtandum, pro eis competebat mulieri tenuta in parte bonorum ęquialenri prædictæ quanrita-ti, ad quam pattem rradendam mulieri, vt eius faceret ſructus ſuos dum dos ſibi non ſolueretur, fuit condemnatus donatarius. Vel ſi malir (addit poſteà Regia ſententia) recipiar mulier ex dictis viginti mille libris reſeruatis duodecim mille dotales, vna cũ intereſſe á die obitus viri. Reſpectu verò bonorum comprehenſorum in donarione declarauir ille Senatus non commiſiſſe donatariam ſpolium accipiendo poſſeſsionem. Hæc cauſa dicta poſteá fuit in gradu ſupplicarionis ad Concilium ſupremum Coronæ Aragonum, vbi licèr variæ poſteá ſequutæ fuerint ſuper hoc ſententiæ, de quibus infrà, verùm in hoc non fuit iſta comunitata. Vide hanc ſentẽriam in proceſſu cauſæ, quę coram egregio Senarore Ioſepho Roca ducitur in hoc noſtro Senatu, inrer creditores Marchionis de Quirra, & Comitiſsã de Quirra. Actuario Domingo.

36 Occaſione huius † reſolutionis magna in Concilio ſupremo Coronæ Aragonum proximis annis fuſcirara fuit, & mora controuertia inter Marchionem de Quirra Don Chriſtophorum de Centelles, & Comitiſſam de Quirra Dominam Mariannam de Pinos, Fonollet, & de Centelles viduam relictam Don Ioachimi Carroz, & de Centelles vltimi poſſeſſoris olim Comitatus, nunc Marchionatus de Quirra, ſuper tenuta dicti Comitarus, & aliorum bonorum dicti Don Ioachimi, quam pro ſuis dote, & ſponſalirio prętendebar dicta domna Comitiſſa in vim huius conſti. Opponebatur quòd dictus Comes Ioachimus in vita fecerat donationem de dictis bonis domnæ Alemandæ filiæ ſuę, ſolo vſufructu penes ſe reſeruato, qui conſolidatus per ipſius mortem fuerat cum proprietate, quę iam erat extra propria bona quando deceſsit dictus Don Ioachimus, & propterea ex ſupradictis non poterat prætendere in eis vidua tenutam. Sed reſpondebatur pro parte viduæ quòd ſupradicta procederent vbi donatio fuiſſet pura, & irreuocabilis abſque aliqua reſeruatione, vel ſpe reuerſionis, in quibus caſibus loquntur Doctores citati. Secus verò quando donatio nòn erar facta abſolurè, ſed cum reſeruatione, & ſpe reuerſionis, provt contigetat in dicto caſu, in quo donaror ſibi reſeruauerat quòd vbi donataria deſcederet, provt deceſserat ſine liberis, bona reuerterentur ad ipſum donatorem ſi viuetet, ſin minùs ad ſuum ſucceſſorem, & hæredem vniuerſalem, vel ad illum, vel ad illos, quibus ordinaſtet, aut diſpoſuiſſer verbo, aut teſtamento. Vigore cuius reſeruationis idem donator poſteá inſtituerat hæredem eandem donatariam, vinculando bona in caſu quo deſcederet ſine liberis, in ſauorem ſucceſſotis domus de Nules in ciuitate Valentiæ, qui erat dictus Don Chriſtophorus, ad quem per mortem dictæ domnæ Alemãdę bona perueniebant: Vndè dicebant quòd quia tunc ex vi reſeruationis ad maritum, vel eius hęredes bona reuertebantur, ex hoc fiebant eo ipſo bona hæreditatis, & ex conſequenti debebanr cadere ſub iſta tenuta.

Quia

37 Quia quando † poſt mortem teſtatoris acquiruntur bona, aut iura ſuæ hæreditari nó ex contractu, & facto hęredis, ſed ex iure hæreditatio, & ex cauſa hęreditaria, in hoc caſu quamuis deffunctus nunquam fuerit dominus, & poſſeſſor horum bonorũ, ſufficit quod poſteà acquirantur ex cauſa hæreditatia, & eſſe hæreditaria, vt in his cadat hypoteca, & tenuta bonorum mariti, vti probat tex. à contrario ſenſu, in l. Paulus reſpondit 29. de pignor. in illis verbis, *ſed poſteà ab hærede eius ex alia cauſa adquiſita ſunt*, quaſi acõtrario ſenſu, veniant quæ non adquiruntur ex alia cauſa, ſed ex cauſa hæreditaria, & ex iure hęreditario, provt ſic ad litteram dictũ
38 tex. declarat Fulgoſ. ibidem, vbi inter † alia ponit exemplum, ſi res debita deffuncto ex aliquo contractu traderetur hæredi iuxta l. veniunt in vlti. reſpon. famil. hercis. dicens quòd cum ipſæ actiones, quæ defuncto competebãt in generali obligatione cecideriut, vt in l. nomen, C. qua res pig. obliga. poſ. exãctum (inquit) ex nomine obligato in cauſam pignoris debet cadere, argum. eius, quod vidiſſis in l. grege in §. cum pignori vlti. reſponſo, &c. Sequitur Mantica de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 4. nu. 16. viden. Bal. in l. cũ tabernã in fin. principij de pig. Chriſtophorus Caſtell. conſ. 4. num. 6. Bar. in l. cum tabernam in fin. ff. de pignor. & in l. aſſiduis C. qui potior. in pigno. hab. num. 9. & Salice. q. 5. Fulgoſ num. 27. & 53. & nu. 54. latè Peregri. de fideicom. art. 10. num. 2. 8. 11. & 29.

39 Qui omnes diſtingnunt † inter ea, quę poſt mortem teſtatoris per hæredem adquiruntur ex contractu proprio, ex perſona propria, negociatione, vel induſtria, & inter ea quæ ipſi hæredi obueniunt ex facto, & contractu teſtatoris, vt priora non dicantur hęreditaria, nec cadant ſub hypoteca, & tenuta bonorum defuncti, poſteriora verò ſic.

40 Eandem † diſtinctionem approbant omnes, qui de materia fideicommiſſaria tractãt docentes quæcunque obueniunt hæredi ex contractu, vel pacto defuncti, hereditaria fieri, & per conſequens cadere ſub fideicommiſſo, quamuis illa nunquam teſtator poſſe diſſet. Ea verò quæ ex contractu, & facto ipſiusmet hęredis proptia ipſius remanent, vt egregiè docet Dec. in conſ. 238. nu. 5. verſ. Quæritur.

41 Vbi loquitur † in re recuperata per hęredẽ ex pacto de tertouendẽdo reſeruato per defũctũ, & ſic dicit, ex quo datur intelligi quod res recuperata videtur eſſe apud hæredem, qui recuperauit, tanquam hæreditaria, & ideò debetur fideicõmiſſario, & ibi, talia bona recuperata debentur fideicommiſſatio, quia poſt factam recuperationem dicuntur eſſe apud hæredem ex cauſa prima, ſequitur Grat. in conſi. 160. num. 51. verſi. Sexto fuit datum lib. 2. Decia. reſponſ. 18. num. 17. verſic. 1. dubitatur lib. 2. vbi rectè, & Peregrin. poſt multos quos allegat, in cita. art. 10. nu.
42 2. Vbi generaliter † dicit quod cum res adquiritur hæredi ex pacto defuncti, & ex iure defuncti, quia ius illud, & pactum illud comprehenditur in cauſa fideicommiſſi, ſic quoque res recuperata virtute illius iuris, ſeu pacti comprehenditur in fideicommiſſo, & poſteà plura exempla multùm rem declarantia adducit, quæ ſunt videnda, optime Bertran. in conſil. 379. num. 12. lib. 1. part. 1. qui eſt notan. De qua
43 re † nos habemus optimum exemplar in cõcluſione, & reſolutione Senatus facta referẽ te egregio Senatore Franciſco Ferruz 7. Iulij 1609. inter nobilem Michaelem de Crudillis, & nobilem Hugonem de Tamarit, &
† alios, vbi fuit expreſsè *dictum* redemptionẽ per hęredem grauatum factam de proprietatibus inſtrumento gratię redimendi per defunctum alienatis, cedere in vtilitatem totius hereditatis, & non ipſius hæredis, ad pulcrum effectum de quo ibi, &c. quæ eſt cauſa de qua ego, ſubobſcute tamen quia nõ erat adhuc deciſa, loquebar in 1. tom. clau. 4. glo. 18. par. 5. num. 6. vbi alia repeties ad illud inſtitutum vlteriùs iuſtificandum.

44 In hoc pręcipuè † fundabant aduocati Comitiſſę, qui ex melioribus Hiſpaniæ certiſsimè erant, iuſtitiam illius, prætendentes quòd eo ipſo quod bona ex prouiſione teſtatoris, & ex ſua reſeruatione redibant ad hæreditatem, in eis debebat Comitiſſa habere tenutam. Multa alia allegabant ex Bar. in cita. l. cum tabernam prope finem, de pigno. quẽ ſequitur Neguſan. de pignor. patt. 2. membr. 2. numer. 22. ex Bald. in l. Paulus in noua lectu. de pigno. quem ſequitur Neguſan. vbi ſuprà num. 54. verſ. ſed circa hoc, & Peregri. art. 10. num. 11. & 12. Idem Peregrin. nu. 8. 29. & num. 46. & alij, quos ego hic non refero per extenſum, ne multus fiam, nec alienos labores tranſcribam.

45 Quibus tamen, † pro parte Marchionis per eius aduocatos qui non erant alijs inferiores, dicebatur, quòd vera erant, & veriſsima, & procedebant de iure indubitanter quę ex aduerſo dicebãtur, ſed negabatur applicari ea poſſe caſui, de quo tractabatur, quia nunquam probari poterat quod nec Domina Alemanda bona vnquam poſſediſſet iure hæreditario, nec quòd etiam tali iure ad don Chriſtophorum peruenirent, ſed imò ex titulo donationis anteà pet Don Ioachimũ factę, ob idq; dicebatur pro parte don Chriſto-

Christophori se esse in terminis dispositionis l. Paulus de pig. in sensu illius directo, quâ adversa pars in sensu contrario pro se allegabat, vt diximus, in qua probatur, quòd quando post mortem obligati acquirit hæres bona non ex causa hæreditaria, sed ex alia causa, & aliundè, tunc non cadunt ea sub hypote
46 ca, & tenuta. Dicebatur item † quòd erant in terminis duarum legum simul iunctarũ, scilicet l. 2. §. in locum ff. de religio. & sumpt. fun. & l. in delic. §. si extraneus, vbi Bart. ff. de noxal. secundùm quas constitutio concedens vsumfructum in omnibus mariti bonis debet intelligi de bonis, quæ cum ipse moritur,
47 ad eum pertinuerunt. Et denique † existimabatur partes esse in terminis allega. l. sequens quæstio, de reb. dub. secundum quã hęc bona, quæ antea donauerat Don Ioachimus, extra causam bonorum ipsius debent cõputari, & ex consequenti tanquam aliena debent effugere tenutam.

48 Tota negotij † difficultas consistebat, & consistit in discernendo, & determinando, si don Christophorus dicebatur, & dici debebat succedere ex donatione, an ex testamento don Ioachimi, in quo facta fuerat in eius fauorem substitutio, in casu quo domna Alemanda decederet, prout decesserat, sine liberis. Nam si ex testamento succedebat, iustitiam fouebat Comitissa, si verò ex donatione, minime, & in hoc video quòd concordabant partes. De hac re tractauit latè noster Cancer. in 3. par. variarum cap. 7. de pac. ex num. 310. cum multis sequent. & ego ipse in 1. tom. clau. 4. glos. 5. ex nu. 57. vbi discordauimus in opinione, quia Cancer. voluit ex testamento esse omnem successionem, non solùm dicti don Christophori, ex quo fuit in testamento substitutus, sed etiam domnæ Alemandæ, quia fuit in eodem primo loco insti tuta. Ego verò è contra, tenui ambos ex donatione succedere, domnam Alemandam quidem vpotè priùs in ea vocatam, & dominã bonorum effectam, & don Christophorũ vti etiam post domnam Alemandam vocatum in eadem donatione, in illis verbis, *reuertatur ad illũ, vel ad illos, ad quẽ vel ad quos ego verbo, vel testamento ordinauero, vel disposuero*. Aduocati Comitissæ Cancerii adducebãt pro se, & eius rationes. Aduocati autẽ Marchionis me allegabãt, & fundamẽtis à me adductis, alijs quibusdam additis ad idẽ institutum tendentibus, nitebantur. Aduocati Comitissæ vt me contrarium non haberent, dicebant quòd ego respectu domnæ Alemandæ, & sic donatariæ tenebam opinionem dũtaxat eam non succedere ex testamento, sed ex donatione, non autem respectu don Christophori, & sic substituti, de quo erat quæstio, imò asserebant me illius respectu cũ ipsis conuenire, sed decipiebantur egregiè quia ego clarè quoad vtrumque, successionẽ ex donatione, non ex testamento defendo, vt in dicto loco est videre, vbi arbitror taliter opinionem me fundasse, vt minimè sit necessum hic vlteriùs id confirmare, nihilominùs sequentia addere libuit.

49 Quo ad domnam † Alemandam, ego non video quid possit efficere quòd domina semel effecta bonorum ex donatione, amplius ex testamento efficiatur deindè domina eorundem. Dicit Cancer quòd pinguedo tituli testamenti superuenientis, per quem effecta fuit plenè domina quæ talis antea non erat propter reseruationem reuersionis in casu quo decederet absque liberis. Huic argumẽ
50 to † iã ego respondi in loco citato, quòd in antea donatis non est alius titulus, cũ in dispositione testamentaria, quam quis facit de
51 bonis suis, nõn veniant. Libet nũc † dictis ad dere nõ posse dici, quòd propter pactũ predictum, & propter prædictam reseruationem desierit effici domna Alemanda plenè domina: id enim est contra tex. in l. non ideò minùs ff. de rei vendica. vbi l. C. sic ait, *non ideò minus rectè quid nostrum esse vendicamus quòd abire à nobis dominium speratur si conditio legati, vel libertatis extiterit*, l. gene-
52 raliter §. 1. qui & à quibus, vbi seruus † sub conditione legatus interim pleno iure hæredis est, quamuis illũ manumitere nequeat, ne iniuria fiat legatario. Nõ enim ex eo quòd quis habet titulum resolubilem sub aliqua conditione definit propterea dici dominus plenus, ac pleno iure illius rei. Sic in terminis post Bal. in l. voluntas nu. 10. C. de fidei com. & alios quos allegant tenent, & dicunt Molin. de primoge. Hispan. lib. 2. cap. 19. ex num. 4. ad num. 16. Gutier. in prac. quæstio. lib. 2. quæst. 17. num. 2. & lib. 3. q. 39. num. 7. Castil. Sotomaior de vsufruc. cap. 4. num. 3. Barbos. in l. diuortio part. 1. num. 6. ff. solut. mat. Anton. Gom. in l. 40. Tau. num. 76. Pinel. in l. 2. par. 2. num. 5. C. de bonis maternis, Peregri. de fideicom. art. 40. nu. 6. & nouissimè Mari. Giur. decis. Siciliæ 70. n. 37. qui prædictos, licèt aliquãtulũ mendosè refert.

53 Et ponunt † exempla in hęrede grauato sub conditione, & in successore maioratus quòd pleno iure sint domini dum viuunt, multò magis idem dicendum est in donatario, quamuis cum donatione resolubili sub conditione, propter illud quod dicimus cõ-
54 muniter, firmius † ius habere qui succedit ex donatione inter viuos, quàm qui ex vltima voluntate, signãter quo ad caducationes, quæ in his dispositionibus non habent locũ, sicut in vltimis voluntatibus, prout in primo

mò tomo non ſemel dixi,& præſertim clau. 4.gloſ.3.num.11.& gloſ.25.ex num.10.Nõ ergo conſiderari poteſt quòd pinguior titulus donatario poſſit contingere quàm ſit is, quem habet,præſertim cum in facti contingentia de qua tractamus,ſub eiſdem vinculis,& conditionibus res relicta ſit in teſtamento, ſub quibus donata fuerat priùs in donatione,& ſemper inſtitutio hęredis habet in quo verificetur, nempe in reſeruatione,ideò non eſt quòd extendatur ad bona donata, quæ vt diximus, extra bona teſtatoris
55 ſunt.Quæ fuit † pulchra Senatus conſideratio, vt de anno 1604. in alia facti ſpecie
† *declararet* donatarium non ſibi præiudicaſſe in bonis donaris,acceptando inſtitutionẽ in ſui fauorem in teſtamento per eundem donatorem cum certis vinculis factam, quę non erant in donatione, *quia* (inquit) *ſuum teſtamentum poterat ſortiri effectum in reſeruatis abſque eo quòd extenderetur ad bona antea donata*,quâ deciſionem habes in 1. to.in addirionibus in fine poſitis,additio 7.vbi & in locis,ad quæ fit illa additio, habes plura, quibus magis confirmes intentum, quod hic proſequimur,quæ ſunt videnda.

56 Per quæ vides † declaratum etiam iterũ in Senatu,quod nos deffendimus,nihil operari teſtamentum reſpectu eorum, quę teſtator in vita donauerat,etiamſi in eadem perſona concurrant & donatio,& inſtitutio.

57 Imò † (quod multò fortius eſt) pluribus Aym.Crauet.deffendit in conſ.357.per tot. lib.3.in fideicommiſi reſtitutionem non venire bona,quæ oneraro filio data inter viuos erant, deindè inſtitutioni eiuſdem expreſſim permixta, vbi poſt multas ad id adductas rationes particulariter reſpondet conſ. Oldra.132.Titius habens filium, & conſil. Cur.lun.54. quæ in contrarium allegantur. Vbi videas quando oportuerit,non eſt meũ hæc nunc diſcutere.

58 Quoad don † Chriſtophorum ſubſtitutum, idem dico quòd in vim donationis,nõ in vim teſtamenti ſuccedit.Rationes iam adduxi in primo tomo loco iam citato quæ facere ad hoc poſſunt.Quibus nunc addo tex. expreſſum in l.ſi ita ſcripſero 38. de condi. & demonſtra.vbi,*ſi ita ſcripſero*(inquit I.C.)*quantum codicillis Titio legauero,licèt codicillis legatum explicetur, tamen ex teſtamento valet ſola quantitas quæ in codicillis legata eſt,&c.* Hic tex.probat quòd is, qui explicatur verbo,vel teſtamento,in vim illorum verborũ. *illi,vel illis,cui, vel quibus ordinauero, &c.* in donatione poſitorum,cenſetur in vim donationis ſuccedere, non in vim teſtamenti, aut alterius diſpoſitionis nominantis perſonam,quæ ſuccedere habet.

59 Idem probat † tex.in l. inſtitutio talis, ff. de condi.inſtitu.& l.aſſe toto, de hæredibus inſti.per quæ iura dicunt communiter Doctores,ex referente dari actionem,non ex relato,prout habes apud Ludoui.Caſſana.conſil.56.num.31.

60 Additur † etiam quòd non poſſunt habẽri inre hæreditatio quæ in hæreditate defũcti tempore mortis non reperiebantur, ad l. in quartam ff.ad l. falcid. erant enim affecta diſpoſitione l.quoties.C.de donat. quæ ſub modo, ira argumentatur Marta vot.215. numer.11.

61 Per hæc remanent † iuſtificata magis quæ in 1.tom.tenui,& deffendi,in cita.clau.4.gl.
† 5.ex num.57.quæque Senatus *declarauit* pto ſucceſsione ex donatione,non ex teſtamento,quibus iuuabantur qui partes Marchionis de Quirra agebant in Supremo Coronæ Aragonum Concilio, in cauſa tenutæ Comitiſſæ de Quirra, de qua ſuprà, in qua licèt primò, ſententia lata 7. Septembris 1613.
† *obtinuiſſet* dicta Comitiſſa, declarando ipſi comperiſſe tenutam, & beneficium faciendi fructus ſuos iuxta conſtitutionem, nedum in viginti mille libris,quas dõn Ioachimus eius vir in donatione facta dominæ Alemandæ illius filiæ ſibi retinuerat ad teſtandum, ſed etiam in toto ipſo Marchionatu, ex quo vſum tunc fuit ad don Chriſtophorum Marchionem peruenisſe iure hæreditario, non in vim donationis. Verùm in cauſa reuiſtæ, ſeu ſupplicationis,applicatis alijs Doctoribus alterius concilij cum Doctoribus Supremi Coronę Aragonum,die 17. Iulij 1615.
† fuit dicta ſententia *reuocata*,declarando nõ competere dictæ Comitiſſæ tenutam in dictis bonis,vltra viginti mille libras reſeruatas ad teſtandum,in quibus non poterat negari ſucceſsio ex teſtamento. Motiuum fuit, quia in dictis bonis non hæreditario iure, ſed in vim donationis ſucceſsio delata fuerat in nominatos in teſtamento.Vndè videas qualiter ſententia Senatus noſtri in illa cauſa,quam ipſe refero,& ſequor,ac defendo in 1.tom.loco ſæpè cita.in omnibus,& per omnia approbata fuit in Supremo Coronæ Aragonum Concilio.Et quia exemplaris eſt multùm prædicta declaratio,& poteſt in multis prodeſſe in noſtra Cathalonia,vbi caſus huius conſtitutionis ſæpiſsimè diſputantur, & vt qui ſtilum noſtrum in concipiendis ſententijs vidiſti,modum qui obſeruatur in Sacro Supremo Senatu non ignores: ideò eam adlongum hic inſetere volui vnà cum priore in prima inſtantia ſuper eodem negocio,in eodem Supremo Senatu 7.Septemb.1613. latã,quæ fuit reuocata per hanc vltimam.Vtinam ſic poſſem doctas allegationes, quę in

cã

ea cauſa fuere per grauiſsimos, ne dicam grauiores, Hiſpaniæ Doctores, pro vtraq; parte factæ, hic tibi communicare, in quibus pulchertima dicta fuerunt ad interpretatationē noſtræ conſtitutionis, ſed non eſt poſsibile, quia creſceret nimiùm liber, nec forſan omnibus videretur iuſtū quòd noſalienos labores trāſcriberemus. Tenor autem dictarum regiarum ſententiarum eſt huiuſmodi.

SENTENTIA REGIA in Supremo Coronæ Aragonum Concilio in prima inſtā tia lata.

62 A Trento † *ex meritis proceſſus conſtat lite coram nobis, & noſtro S.S.R. Aragonū Concilio, verſante inter egregiam Mariannā Carroz, Centelles, & de Pinos vxorem relictā egregij quondam Ioachimi Carroz, & Centelles Comitis Quirræ, ex vna, & Illuſtrem Chriſtophorum Carroz de Centelles Marchionem Quirræ, ex altera partibus; ſuper executione Regiæ ſententiæ per nos in eodem Conſilio lata die 14. Septembris anni 1607. in cauſa ſupplicationis per eandem Comitiſſam interpoſitæ ab alia ſententia lata per noſtrum Locumtenentem Generalem, & Regiam Audientiam noſtri Sardiniæ Regni die 14. Decembris anni 1604. in fauorem dicti Marchionis, & Illuſt. Alemandæ Carroz de Centelles illius vxoris deffunctæ, contra eundem Comitiſſam fuiſſe in prædicta ſupplicationis, & executionis cauſa per dictam, ſeu illius procuratorē legitimā ſupplicatione oblata die 13. Ianuarij proximè lapſi eauſis, & rationibus in ea deductis, & allegatis petitum, & ſupplicatum pronuntiari, & declarari ante omnia fructus quoſcunq; per dictam ſupplicantem pereceptos, & qui percipi potuerunt poſt obitum Alemandæ Marchioniſſæ ex bonis dicti Ioachimi Comitis, ad eam pleno iure ſpectare, & pertinere, illos nequaquam in ſortem computando, donec ſibi reſtituantur & eum effectu ſoluantur dos, & augmentum, aliaque iura ad eam iuxta Regiam ſententiam in ſupplicationis cauſa prædicta latā ſpectātia, & ſibi iuſtitiam miniſtrari. Et contra actionem, vt præhabetur per dictam Comitiſſam intentatam oppoſitā per dictum Marchionem fuiſſe exceptionem tum rei iudicatæ, tum aliàs ſupplicatione per eum, ſeu ſuū legitimum procuratorem oblata die 24. eiuſdem menſis Ianuarij, & ſuper prædictis fuiſſe inter partes plenè in hoc iudicio diſceptatum. Et conſtat dictam Comitiſſam inſtrumento pactorum nuptialiū, ſiue capitulorum matrimonialium initorum prætextu, ſeu contemplatione matrimonij per eam tunc contrahendi cum Comite prædicto, recepto apud Saluatorem Meſclani Not. publicum Barcin. die 2. Menſis Auguſti anni 1600. conſtituiſſe in dotem, & nomine dotis, eidem viro ſuo viginti mille libras Barcinonenſes ſolundas terminis ibidem præſtitutis, & Comitē prædictum pro augmento dotis, ſiue crnix, donaſſe, & aſsignaſſe dictæ Comitiſſæ vxori ſuæ, & c. Inſuper ex appoeba firmata per dictum Ioachimum Comitem penes eundem notarium die 19. Decembris eiuſdem anni, conſtat dictā Comitiſſam, ſeu alios pro ea ſoluiſſe dicto viro ſuo duodecim mille centum quindecim libras, & duos ſolidos Barcinonenſes, quorum tantū dies venerat, & ceſſarat tempore obitus dicti quondam ſui mariti, ex dictis viginti mille libris dotalibus. Et dictum Ioachimum Comitē obiiſſe, & dictā Comitiſſam de bonis dicti quondam viri ſui reportorium, ſeu inuentarium cō feciſſe inſtrumento recepto per Stephanum Vallalta Not. publicum Barcin. ſub diuerſis chalendarijs, quorum primum fuit die 18. Ianuarij anni 1601. Et iuxta diſpoſitionem conſtitutionis Cathaloniæ editā in Curijs Perpiniani in Cathalonia celebratis, incipientē, Hac noſtra vſu in dicto noſtro Sardiniq; Regno receptam, vxor mortuo viro ſtatim illius bona ope eiuſdem conſtitutionis poſsideat, eorum fructus lapſo primo anno, qui annus luctus appellatur, ſuos faciendo, eis nequaquam in ſortem computatis, donec in ſuis dote, & augmento integrè fuerit ſatisfacta. Et licèt conſtet ex alio inſtrumento pactorum nuptialium firmato ratione matrimonij tunc contrahendi inter eundem Ioachimum, & egregiam Iſabellam Caſtellanam de Centelles, & Meſquita, primam eius vxorem, poſtea Comites Quirræ, recepto per Ludouicum Ruffet Not. publicum Barcinonæ die 6. Septembris anni 1561. eundem Ioachimum donaſſe filijs maſculis ex eo matrimonio naſcituris, quos ipſe el egiſſet, maſculis autem ex eo vel alio matrimonio non exiſtentibus, filiabus ex dicto matrimonio procreandis per eū eligendus, omnia bona ſua præſentia, & futura, certis adiectis pactis, & reſeruationibus ibidem latius expreſsis. Et nulla ſuperſtite prole maſculina matrimonium prædictum morte dictæ Caſtellanæ Comitiſſæ fuiſſe ſolutū relicta ex eo vnica filia dicta Alemāda poſteà Marchioniſſa. Et alio ſimili inſtrumento firmato penes Nathalem Caſtello Not. pub. Barcin. die 11. Februarij anni 1589. prætextu matrimonij inter eoſdem Marchiones Quirræ tunc celebrandi, dictum Ioachimum Comitem donatione pura, perfecta, & ſimplici, & irreuocabili, quæ dicitur inter viuos, caſu quo abſque liberis maſculis deſcederet, iterùm, & abſque nouatione, & derogatione primæ donationis, donaſſe dicta Alemanda filiæ ſuæ Marebionatum*

tũ, tũ Comitatũ Quirræ, & cætera omnia bona præsentia pariter, & futura, retento vsufructu, & adiectis clausulis constituti, & alijs aptis ad transferendum statim in donatariam dominiũ rerum donatarum, quarum etiam actualẽ possessionem ea adepta fuit patre donatore vita fũcto, nulla alia superstite prole, etiam ex secundo matrimonio cum Marianna Comitissa contracto. Attamen constat in instrumentis donationis prædictæ in pactum fuisse deductum, vt donataria absque liberis decedente bona donata ad ipsum donatorem, si tunc esset superstes, reuerterentur, sin autem ad eius hæredem, seu vniuersalem successorem, vel ad illum, vel illos, quos siquidem donator voluisset, seu disposuisset, & ex consequenti spem conditionalis stipulationis prædictæ in bonis Ioachimi donatoris dum vita frueretur, semper extitisse, & postea ad dictum Christophorum Marebionem pertinuisse, vtpote in casu, qui locum habuit per mortem dictæ Alemandæ vxoris suæ, ex donatione absque liberis substitutum, & vocatum ad dictum Comitatum, nunc Marebionatũ Quirræ, & hæreditatem dicti Comitis, testamento per eum condito apud Antoniũ Balle Not. Barcin. die 8. Ianuarij 1601. quo in casu prædicto substitutus fuit in dicto Marebionatu, & hæreditate dominus Baroniæ de Nules in nostro Valentiæ Regno, quam possidere, eoque nomine possessionem dicti Marchionatus adeptum fuisse confessus fuit idem Marchio in responsionibus personalibus per eum in hoc Iudicio factis die 18. Februarij proximè præteriti. Ex quibus euidenter consequitur Marchionatum olim Comitatum Quirræ prædictũ, & alia bona eiusdem Ioachimi Comitis hæreditario iure descendente ex spe euentus conditionis, & reseruationis adiectæ in fauorem dicti Ioachimi Comitis in donationibus filiæ factis, ad dictum Christophorum Marchionem pertinuisse, & spectasse ex testamento eiusdem Comitis Ioachimi, qui nedum si donatariæ superuixisset bona prædicta pleno iure recuperasset, verùm etiam, ante euentum conditionis de bonis donatis, ex tunc, casu quo purificaretur, prout purificata fuit conditio, liberè quomodocunque, & in fauorem cuiuslibet pleno iure disponere potuit, prout disposuit, vndè & in Marebionatu prædicto, & in cæteris bonis dicti Ioachimi Comitis iuri tenutæ dictæ Marianæ Comitissæ iuxta dictæ constitutionis dispositionem competere manifesti iuris est. His itaque, & alijs meritis processus attentis dictam insequendo deliberationem in nostro S. S. R. Aragonum Concilio sũptam insequendo pronũtiamus & declaramus, dictæ domnæ Marianæ Carroz, & Centelles, & de Pinos competisse, & competere à die mortis dictæ domnæ Alemandæ Carroz de Centelles tenutam cum priuilegio faciendi fructus suos, eosque in sortem non imputandi dicti Marchionatus Quirræ, & cæterorum bonorum comprehensorum in donationibus prædicti per dictum Ioachimum Carroz de Centelles dictæ Alemandæ filiæ factis, quæ ad dictum Christophorum Carroz de Centelles propter obitum dictæ Alemandæ sine liberis in vim substitutionis prædictæ factæ in testamento eiusdem Ioachimi, peruenerunt, donec & quousque integrè fuerit satisfacta in dicto duodecim mille centum quindecim libris monetæ Barcinonæ dotalibus, & in dictis viginti mille libris eiusdem monetæ sibi pro augmento prædicto debitis. Quo verò ad alia credita, quæ sibi competere prætendit, saluum sit eidem Mariannæ Comitissæ, etiam postquam fuerit in dictis dote, & augmento suis satisfacta, ius retinendi Marebionatum Quirræ, & alia bona prædicta per eam possessa in vim dictæ sententiæ Regiæ latæ die 14. Septembris anni 1607. Itavt fructus eorum in sortem dictorum creditorum computare teneatur, & suos facere non possit. Hoc intellecto, & declarato, quòd à die obitus dictæ Alemandæ Marchionissæ non possit dicta Marianna Comitissa recipere, seu retinere interesse commune septem pro centenario, quod in vim electionis sibi concessæ in & cum sæpè dicta sententia lata die 14. Septembris anni 1607. recipere, seu retinere poterat loco fructuum et debitorum ratione tenutæ sibi in eadem sententia adiudicatæ in parte dicti Marebionatus correspondente viginti mille libris, in qua ei etiam ante obitũ dictæ Marchionissæ tenutam competere fuit declaratum, cum iam eidem nunc adiudicetur eũ priuilegio faciendi fructus suos totius Marchionatus, & reliquorum bonorum in dictis donationibus comprehensorum, quæ ad dictum Marebionem peruenerunt. Et quòd per hanc nostram sententiam nullum fiat partibus præiuditium, in reliquis iuribus eis, & cuilibet illorum ex dicta sententia lata die 14. Septembris 1607. competentibus. Et cum his ad vlteriora in causa executionis proximæ dictæ sententiæ procedendum fore, & esse, prout cum præsenti procedi iubemus non obstantibus hinc indè per partes in contrarium deductis; & allegatis. Neutram earum ex causa ad expensas condemnamus, sed pro bistractis solitam executionem fieri mandamus. Lata 7. Septembris 1613.

SENTENTIA REGIA in Supremo Coronæ Aragonum Concilio, in secunda instantia, lata reuocatoria primæ.

Et

63 ET quia † *conſtitutio Cathaloniæ edita in Curijs Perpiniani celebratis incipien. Hac noſtra, omnium bonorum mariti tenutam cum priuilegio faciendi fructus ſuos poſt annum luctus vxori concedens, eſt exorbitans, & iuris correctoria, & intelligi debet ſtrictè, & propriè, & non extendenda, & per conſequens de bonis, quorum poſſeſſio in continenti transfertur, & continuatur à viro defuncto in viduam & quæ tempore mortis fuerunt mariti accipienda eſt, & non de alijs, licèt poſteà ab hærede eius ex quacunque cauſa acquiſita fuerint, & quòd demptis viginti mille libris monetæ Barcinonæ ſuper Marchionatu de Quirra, & alijs bonis egregij don Ioachimi Carroz, & de Centelles quondàm Comitis de Quirra per eũdem reſeruatis in capitulis matrimonialibus Illuſtrium don Chriſtophori Centelles, & donnæ Alemandæ Carroz, & de Centelles generi & filæ reſpectiuè dicti Ioachimi receptis per Natalem Caſtello Notarium Barcinonæ die 11. Februarij 1589. ac etiam fructibus, & uſufructu dictorum ſtatus, & bonorum vi ta dicti Comitis durante, percæptis ad eundem ſpectantibus. Reſiduum dictorũ Marchionatus & aliorũ bonorũ Comes ipſe neq; actu, neq; ſpe tempore eius mortis habebat, neq; tenebat. Non actu, quia eorum dominium, & proprietas cum clauſulis conſtituti, precarij, retentionis uſufructus, & alijs fortioribus aptis ad illud trãſferendum contentis, & expreſſis in propè dictis capitulis, ſeu donatione omnium bonorum, in continenti fuit tranſlatum in Alemandam donatariam. Neque ſpe, licèt etenim in eiſdem capitulis fuit conuentum, quòd deſcedente Alemanda abſque filijs, bona donata ad ipſum Ioachimum donatorem reuerterentur, non tamen ſub hac ſimplici, & ſola conditione fuit actũ, & in ſtipulationem deductum, quod ad illum bona pertinerent, ſed ſimul cum alta, & duplici, nempe ſi donator ipſe ſuperſtes eſſet, quæ poſterior conditio eo mortuo ante dictam donatariam deffecit, & per conſequens in bonis donatis non fuit reperta ſpes aliqua prædicti contractus, ſeu ſtipulationis ſuccedendi in dictis bonis, quæ ad hæredes tranſmitti poſſit, vtpote conditione deffecta, ſed tantùm conſiderari potuit eo tunc in dicto Comite facultas nominandi hæredem, ſeu ſucceſſorem in dicto ſtatu, & bonis, quæ facta per illum nominatione de perſona hæredis, & morte ſecuta, extincta fuit, & hoc ipſum inſinuant duæ ſententiæ Regiæ latæ inter eaſdem partes ſuper eadem ferè tenuta omnium bonorum dicti Comitatus petita, & prætenſa per egregiam dominam Mariamnam de Pinos, & de Fonollet Comitiſſam Quirræ eius vxorem, altera nempè lata in Regia Audientia Sardiniæ die 14. Decembris anni 1604 alia verò partim reuocatoria, partim confirmatoria illius in gradu ſupplicationis lata in hoc S.S.R.C. die 14. Septembris anni 1607. In quibus fuit data tenuta cum priuilegio faciendi fructus ſuos omnium bonorum, quæ dictus Comes tempore eius mortis habebat, & poſſidebat, & nulla de hac prætenſa ſpe ſuccedẽdi, ſeu acquirendi Marchionatum eum alijs bonis fuit facta mentio, neque eiuſdem data tenuta, ſed limitatè dumtaxat de ſapè dictis bonis reſeruatis, de quo nunquam fuit conqueſta Marianna, quinimò acquieuit in hoc ſententijs, & trãſierunt amba contra ipſam in rem iudicatam.* Ex quibus *conſtat Mariannæ in hoc reſiduo dicti Marchionatus, & alijs bonis dicti Ioachimi eius viri non competiſſe, nec compstere tenutam cum priuilegio faciendi fructus ſuos à die mortis domnæ Alemandæ, cũ à dicto die Marchionatus prædictus ad hæredem nominatum peruenerit non hæreditario iure, ſed potiùs in vim memoratæ donationis omnium bonorum, in dictis capitulis matrimonialibus factæ. Perpenſo etiam quòd cũ alijs bonis reſeruatis fuit ſatis cautum Marianna, vt poſſet integriter ſatisfieri de dote, & ſponſalitio. Et quòd licèt reipublicæ interſit dotes mulierum conſeruari, non autem locupletari ipſas cum maxima aliorum iactura, & quòd fructus propè dictorum bonorum reſeruatorum ſimul & ſtatus & cæterorum exceſſiui, et immenſi ſunt.* Iccirco, *et aliàs deliberationem in S.S.R.C. ſumptam in ſequendo pronuntiamus, ſententiamus, et declaramus intentionem dictæ Comitiſſæ domnæ Marianæ de iure non procedere, neque locum habere, et in conſequentiam, tenutam cum priuilegio faciendi fructus ſuos à die mortis dictæ dõnæ Alemandæ per illam petitam illi non competiſſe, neque competere, ſed abſoluendum fore, et eſſe ſicuti cum præſenti abſoluimus, dictum Marchionem ab impetitis per eã. Et in conſequentiam omnium ſupradictorum reuocamus propè dictam ſententiam per nos, & noſtrum S.C. latam die 7. Septembris anni 1613. & declaramus benè per dictum Marchionem ab ea ſupplicatum, & minus benè pronuntiatũ per noſtrum S.C. & per dictam Comitiſſam ab eadem ſupplicatum, & neutram partiũ in expenſis condemnamus, ſed pro biſtractis executionẽ fieri mandamus. Roig Vicecan.* Lata, &c. die 17. Iulij 1615.

Ecce quid Supremus Senatus circa rem hanc primò cenſuit, & quid ſecundò, vt iudices, vbi adſit veritas. Ego in ſecunda ſententia illam video iuxta meum intelligendi modum, iam aliàs explicatum.

64 Occaſione † iſtorum, quæ docuimus circa bona donata, quòd effugiant tenutã, eſt quòd animaduertas ad vnum pulchrum, quod ex Cel. Hugon. in conſ. 53. & ex alijs docet noſter

ſter Molinus in tracta. de rit. nup. & pac. in matri. conuen. lib. 3. quæſt. 28. num 31. quòd ſi contingat patrem fauore prioris matrimonij donare omnia bona ſua filijs primi matrimonij, & deinde illo diſſoluto, ſecundò nubat, obligetque, vt fieri ſolet, ſecundæ vxori pro reſtitutione dotis omnia bona ſua, valebit illa hypoteca, & obligatio, & cõprehẽdet bona donata, non obſtante donatione, propter fauorem matrimonij, quia aliàs non repetiret qui cum eo contraheret nuptias.

65 Idem, quod † diximus de bonis donatis, quòd non cadunt ſub tenuta, & hypoteca vxoris, multò magis procedit in depoſitis, & cõmendatis, aut aliàs precariò poſſeſſis, & hoc eſt aliud exemplum, quod ponunt Doctores reſpectu rerum, quę licèt reperiantur tempore mortis inter viri bona, ex quo tamen non ſunt de illius bonis, tenutam effugiunt, quod vix indiget probatione, cum per ſe notorium ſit, & quęcunque Doctores tradunt circa primum exemplum rerum donatarum multò magis illis commendatis, & depoſitis in quibus minus ſine dubio ius habet maritus, accommodentur, ad quæ vltra Menoch. iam ſuprà cita. in pulcro in materia cõſ. 139. lib. 1. vide vlteriùs Rebuf. de materia poſſeſſo. art. 5. gloſ. 1. nu. 26. & 27. & Plot. in l. ſi quando §. 49. num. 39.

SVMMARIA.

1 *Mulier non habet tenutam in bonis vinculatis.*

2 *Mulier ſi recuperat ſuam dotem ex bonis vinculatis, id fit propter bonum publicum, quod in conſtitutione, & reſtitutione dotis verſatur.*

3 *Mier. & Oliba tenent non dari tenutam in bonis vinculatis.*

4 *Cancer, & Molin. tenent contrarium.*

5 *Opinio conciliatrix prædictorum, quòd tranſeat quidem poſſeſſio bonorum vinculatorũ in mulierem, ſed non priuilegium faciendi fructus ſuos.*

6 *Auctoris opinio, quod nihil tranſeat in vxorem de bonis vinculatis.*

7 *Mulier, cui eſt datum poſſe ſibi retinere bona viri pro ſua dote, non poteſt retinere vinculata eum non dicantur bona mariti.*

8 *Vidua in Regno Aragonum ratione viduitatis poſſidere debet bona viri etiam vinculata, & illis vti frui, ſicut libera.*

9 *Id quod conceditur fauore matrimonij ne hominet à nubendo retrahantur.*

10 *Argumentũ ab vno ſtatuto vnius Prouintiæ riguroſo non poteſt fieri ad aliud alterius Prouintiæ.*

11 *Viduitatis Aragonum priuilegium multùm differt à priuilegio noſtræ conſtitutio. hac noſtra.*

12 *Viduitatis Aragonum priuilegium quoad bona vinculata magnam a principio habuit difficultatem.*

13 *Viduitatis Aragonum priuilegium eſt, & dicitur eſſe contra omnem iuris diſpoſitionem.*

14 *Mulieri reſpectu dotis ſubuenitur, & ſubueniendum eſt ne eam amittat, non vt lucrum capiat.*

15 *Obligatus quicumque eſt ad dotem reſtituendam, tenetur pati vt eui reſtitutio eſt facie da faciat fructus bonorum obligati ſuos.*

16 *Sed non eſt id perpetuò verum, cum ſocer, & ſideiuſſores poſſint teneri ad dotis reſtitutionem, non tamen pati quòd mulier interim dum ei dos non ſoluitur, faciat bonorum ipſorum fructus ſuos.*

17 *Conſtitutio hac noſtra, non poteſt diuidi, vt quoad translationem poſſeſſionis in mulierẽ, operetur quoad omnia bona, quoad bene fieium autem faciendi fructus ſuos, quoad aliqua tantum.*

18 *Mulier, quæ corporaliter apprehendit priùs quàm alius, poſſeſſionem bonorum viri, non poteſt in ea inquietari ſub prætextu quòd illa ſint vinculata.*

19 *Bona omnia reperta penes virum cum moritur præſumuntur fuiſſe ſua, & idcò in eis habet mulier intentionem fundatam.*

20 *Fideicommiſſarius agere debet contra mulierẽ poſſidentem bona, via ordinaria ſicut ageret contra alium quemcunque, vbi deciſ. Senatus.*

21 *Fideicommiſſarius non facta ſibi reſtitutione per viduam poſſidentem bona vinculata, non poteſt agere cõtra debitores hæreditatis.*

22 *Nec valet ratificatio viduæ, quæ poſteà fiat, aut reſtitutio hæreditatis poſtea ſequuta.*

23 *Fideicommiſſarius ſi poteſt priuſquam vxor primi inſtituti, poſſeſſionem apprehendere, non eſt reprehendendus.*

24 *Peſſ. ſoria, quæ poteſt mulier intentare in vim conſt. hac noſtra, habent admixtam cauſam proprietatis.*

25 *Peſſeſſorium ſemper eſt mixtum cum eſt probanda aliqua qualitas.*

26 *Deciſio Senatus noſtri quòd mulier non habet tenutam in bonis vinculatis.*

27 *Alia ſimilis deciſio idem probant.*

28 *Alia & tertia ſimilis deciſio.*

29 *Alia & quarta ſimilis deciſio.*

30 *Mulierem habere tenutam in bonis vinculatis, an vnquam Senatus declaraucrit.*

31 *Præſentatio beneficij fuit declarata ſpectare ad viduam tenutariam etiamſi bona eſſent vinculata.*

32 *Mulier habet tenutam, tam in bonis viri extra Cathaloniam ſitis, quam intra.*

Leget

33 *Leges, & ſtatuta domicilij viri in exactione dotis, & in illius reſtitutione attenduntur.*

34 *Leges, & ſtatuta loci contractus, vel loci, vbi bona ſita ſunt, regulariter in omnibus materijs attenduntur.*

35 *Legitimam ad taxandam de bonis in Cathalonia ſitis non ſunt attendendæ leges, & ſtatuta domicilij patris, vbi maiorem ipſe bonorum partem habebat, in alio Regno, vbi decif. Senatus.*

36 *Mulier non habet tenutam in omnibus bonis viri eum ille certam proprietatem vxori aſsignauit vt illa gauderet, & frueretur donec dos ſibi ſolueretur.*

37 *Pactum factum in capmat. quòd certa tantũ bona forent pro dote obligata, valet.*

38 *Mulier per renuntiationem factam in capitulis matrimonialibus excluditur à tenuta, vbi decif. noſtri Sena.*

GLOSSA III. PARS IIII.

An in bonis vinculatis habeat mulier tenutam.

Item, an ea priuare poſsit vir vxorem relinquẽdo ei certa bona vt illa donec ſit ſatisfacta, poſsideat.

Et denique, an poſsit huic beneficio in capitulis matrimonialibus renuntiari.

1 TErtium † poteſt poni exemplum bonorum, in quibus mulier non haber tenutam, in bonis vincularis, ideſt in bonis fideicommiſſo ſubiectis. Cum enim ea non ſint, nec dici poſſint bona mariti, vt diximus in materia auctẽ. Præterea, dum aliam huic ſimilem quæſtionẽ diſpurauimus, an ſcilicet quarta detrahatur de iſtis bonis, clau. 5. glo. 8. part. 11. ex num. 44. fit ne in eis verificari poſsint verba noſtrę conſti. de bonis mariti loquentis. Præterea exorbitans, & mulrùm odioſa iſta cõſtitutio ab omnibus iudicatur, nec aliud dici poteſt de ſtatuto, quod tranſfert poſſeſſionem ipſo iure, & ſine apprehentione creditori cum facultate faciendi fructus ſuos pro pignore, donec ſit in ſuo credito ſatisfactus. Id efficit ne de extenſione aliqua tractare valeamus, maximè in tam magnum tertij præiudicium, vt pro debitis alienis, ſuis bonis, & fructibus priuetur, & carear.

2 Et ſi dixeris † id non fuiſſe viſum inconuenientis Imperatori dum in auctẽ. res quæ C. commu. de lega. & in corpore vndè ſumitur, voluit ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ſic ex alienis ius mulieri competere habẽdi dorem ſuam, provt alias dum de ea materia ageremus latè probauimus in principio huius tom. in loco ſuprà citato, & infrà etiã in materia reſtitutionis doris. Reſpõdemus hic non verſari fauorem illum publicum, ac alias rationes, quas Doctores circa materiã auctent. prędictæ conſiderant, quibus conuenit ne mulieres remaneant indotatę, & excõ ſequenti innuptę, & ideò non licet de vno ad alium caſum arguere.

3 Hanc quęſtionem † noſtri tractauere omnes, ſed diuiſi ſunt in opiniones: negatiuam tenuerunt, ac tenent Mier. in hac conſti. in locis, quos doctor mox referendus allegat, & noſter Oliba in 2. relec. §. fuerae ex num. 8. cum multis ſequenti. (nullam tam largè tractauit is doctor quæſtionem) inſti. de actio. ex quorum dictis confirmabis quę ego ſuprà adduxi in comprobationem huius opinionis.

4 Sed contrarium † viſum fuit Cancer. in 1. part. variar. reſolu. cap. 9. de dot. & dona. propter nuptias num. 104. & nouiſsime Molin. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. q. 28. ex num. 10. cum ſequen. qui dicit

† ita fuiſſe aliquando in Senatu *deciſum.*

5 Tertiam opinionem † conciliatricem ſupradictarum contradicentium inſinuat idẽ Oliba in eira. §. fuerat num. 12. quòd eſto nõ faciat mulier fructus ſuos bonorum vinculatorum vigore conſtitu. eorum tamen ſequuta morte viri vxor habet poſſeſsionem ex vi conſti. & in eam tranſit poſſeſsio abſque corporali apprehenſione, contra quam vti vniuerſalem bonarenentem agere debet fideicommiſſarius ſi poſſeſsionem habere vult. Et ſic reſpectu fructuum non acquirendorũ hæc opinio concordat cum prima, reſpectu autem poſſeſsionis, conuenit cum ſecunda.

6 Mihi tamen † in omnibus, & per omnia ideſt ram reſpectu poſſeſsionis, quàm etiam reſpectu fructuum, negatiua videtur ſine dubio iuſtior, & verior. Rationes iam adduxi ſuprà, quæ deſumuntur ex vulgariſsimis, & irrefragabilibus iuris principijs. Nec eſt ſperenda quam in caſu ſimilis ſtatuti transferentis ipſo iure & facto poſſeſsionem in hæredem poſt mortẽ teſtatoris, adducit ex multis, quos pro more allegat, fecundiſsimus Tiraquel. in tract. le mort ſay ſit 4. parr. declarar. 3. dicens ſtatutũ eſſe intelligendum quando poſſeſsio erat apud defunctum ex cauſa de ſui natura tranſitoria ad hæredes, quia ſicut ad eos tranſit virtus ipſius cauſæ, ita videtur ſtatutum voluiſſe quòd tranſiret ipſa poſſeſsio. Quam clarum eſt, non poſſe applicari

cari in materia bonorũ fideicõmisso subie-
7 ctorum ergo &c. Atq; ita in † terminis ter-
minantibus pro nobis est Ftan. Marzar. in
cons.41.per tot.vbi pluribus probat mulie-
rem,cui regulariter licita est pro dote retẽ-
tio bonorũ mariti iure proprio. l. filio §. 1.
& ibi Bar.& Immol. ff. solu. mat. non posse
sibi retinere bona fideicommissi, cùm nõ di-
cantur (inquit) bona mariti.

8 Restat respõdere † aliquibus argumẽtis,
quæ in contrarium fiunt. Statim confugiunt
nostri ad obsetuantiã Regni Aragonũ circa
forũ viduitatis: Inibi enim eõiunx superstes
iure viduitatis tenet,& possidet,& vtitur, ac
fruitur bonis præmorientis toto tẽpore vitæ
suæ,ex dispositione fori illius regni. Qui(in-
quũt) forus tecepit interpretationẽ in illo
regno,vt procedat nedũ in bonis libetis cõ-
iugis præmorientis,sed etiã in vinculo,& fi-
9 deicõmisso subiectis,idq; † optima,vt aiunt,
ratione,fauore matrimonij ne homines à nu
bẽdo retrahãtur,quod facile cõtingeret nisi
viduitas in omnibus bonis locũ haberet, ex
quo in domibus presertim alicuius qualita-
tis,communiter fit vt bona sint vinculata, in
quibus nihil proficeret priuilegiũ.Huic argu
10 mento † pluribus satisfacit Oliba.in cita. §.
fuerat ex num. 23.multis probans ex statuto
vnius prouinciæ riguroso nõ posse inferri cõ-
sequentiã ad aliud statutum alterius prouin-
ciæ, maximè vbi adest maxima diuersitatis
ratio inter statutũ,& statutum,provt hic, ibi
11 latè vide. Quibus ego † addo primò quòd
ea differentia, quã noster Oliba cõsiderauit
inter casum viduitatis, & casum nostræ con-
stitu.in quo agitur de priuilegio restitutio-
nis dotis,cõsiderarũt etiã DD. Aragonẽses,
† vti habes in *sententia* Senatus Aragonũ po-
sita post cons.54.Ludo.Casanate. Addo se-
12 cundò † quòd quando à principio cepit hæc
opinio recipi, & admiti in regno Aragonũ,
tunc magnam tes habuit difficultatẽ,taliter
quòd scitum fuerit consilium In duas partes,
& quòd ea practica fuit per foriltas assum-
pta ex verbis positis in foro antiquo de
iur. dot. primo, ibi dum dicit ille forus,
*omnia quæ simul habuerant, possidebit vidua
&c.* quę visa fuerunt capacia comprehẽdere
tam vinculata,quàm alia dum possidetentur
per coniuges, vt dicit Moli. in reper. forot.
teg.Arag.tit.d viduitas in bo.vincula.quod
non est in nostra cõsti. quæ strictim loquitur
de bonis viti, vt diximus.

13 Deindè nullum † maius, melius ve testi-
monium, quo nobis persuadeamus non esse
trahendũ in cõsequẽtiã quod in regno Ara-
gonum circa priuilegiũ viduitatis obserua-
tur,quàm eorundem ipsorũ fortistatũ regni,
qui dicunt,& pleno ore fatentur id esse con-
tra omnem iuris dispositionẽ,quòd in bonis
vinculatis, & sic in rebus alienis, viduitas
constituatur, ita dicit Iban.de Bardaxi foro
8.de apprehensio. num.6.& Hieron. Pot-
toles in tract. de consor. cap.46.n.4.vbi in-
finitis Doctoribus illud probat, idemq; di-
cit,& docet qualiter strictissimè sit id intel-
ligendum quod in Regno Aragonum circa
hanc viduitatis materia obseruatur, & pra-
catur.Idẽ Portules in schol. ad Molin.verb.
viduitas,num. 45.

14 Præterea ratio, † qua mouetur nostet Mo-
li. ne matrimonia impediantur, quod facilè
(inquit) contingeret si mulietes hoc carerẽt
beneficio,maximè quòd omnia fetè Castra,
oppida, & loca nobiliũ sint restitutioni ob-
noxia,nihil mihi cõcludit,sufficit enim quòd
in bonis vincularis assecutetur ei dos, &
sic in eo,in qno tractatur de damno vitando
fit eidẽ prouisum,nõ est quòd id trahatur ad
lucrum captandum,provt optimè dicit Oli-
ba in cita. §. fuerat num. 19. inlti. de actio.
Nec vnquàm credo apud nostros fuisse au-
ditum quòd matrimoniũ aliquod fuerit im-
peditum sub prætextu quòd dubitaretur si
post mortẽ mariti mulier posset facere fru-
ctus suos in bonis vinculatis, quæ solũ ma-
ritus haberet.

15 Nec finalitet † ratio Cancer. in d.cap.9.
de dot.& donatione propter nuptias n.104.
explicata,qua videtur velle quòd quicunq;
tenetur ad dotem restituendam, teneatur
etiam interim dum non restituit,pati quòd
mulier faciat fructus suos, & sic cum fidei-
commissarius ad dotis restitutionem tenea-
16 tur,ideò debet pati &c.satisfacit, quia † etiã
socer tenetur ad restitutionem dotis quãdo
ipse ad id se obligauit, & tenerentur etiam
fideiussores in casũ,quo darentur in casibus
permissis,& tamen nullus dixit quòd in bo-
nis eorum detur tenuta constitutionis cum
beneficio faciendi fructus suos, Mier. in hac
consti.num.54.& ibi Despujol in additio.n.
84.Oliba vbi suprà num.10.& 30.Alias res-
ponsiones ad idem accommodat Oliba in
dict.§.fuerat nu.19.videndas. Per quæ mihi
videtur satis responsum pro negatiua opi-
nione, quam amplectimur. Vide alia si vis,
apud Rimi.in cõs.91.lib.1.& Cabal. in cõs.
114.etiam lib.1.

17 Veniamus ad † tertiam opinionẽ, & sen-
tentiam suprà pro consiliatione aliatũ ad-
ductã.Ea minùs mihi placet,aut certè æqua-
liter displicet eum ea, quę concedit mulieti
beneficium faciendi fructus suos bonorum
vinculatorum,& fidecommisso suppositorũ.
Rationes non est quòd referam,eędem illæ
sunt, quæ adductæ fuerunt pro opinione ne-
gante beneficium prædictũ faciendi fructus

fuos; ſemper enim pungunt verba conſti. de bonis mariti tantùm loquentia, nec arbitror quòd conſtitutio poſsit diuidi, ita vt quoad tranſlationem poſſeſsionis operetur in omnibus, non quoad beneficium faciendi fructus ſuos; nec quòd conſti. aliter practicari poſsit, aut debeat, in quo deceptũ Olibam certò exiſtimo.

18 Quod practicari † poteſt eſt. Ecce quòd mulier vt plurimum eſt quæ priùs corporaliter apprehendit poſſeſsionẽ bonorum antequàm fideicommiſſarius de ea cogiter: clarum eſt in iſto caſu quòd mulier non poterit inquietari in iſta poſſeſsione, quam corporaliter apprehẽdit, ſub pretextu quòd bona ſint vinculata, citra vitium ſpolij, ma-

19 ximè † ſtante præſumptione, quæ eſt pro mu liere, quòd omnia bona reperta penes maritum, ſeu quæ ipſe poſsidebat, præſumuntur eſſe ipſius propria, & ideo in eis habet intentionem fundatam, vt dicit Mier. in hac conſti. num. 150. 159. & 160. & Oliba in ſæ-

20 pè cita. §. fuerat num. 39. ſed agere † debebit fideicommiſſarius via ordinaria contra mulierem bona tenentẽ, vti ageret contra quemcunq; alium vſurpatorẽ. Provt in terminis terminantibus in iſto caſu, quo priùs mulier apprehenderat poſſeſsionem

† realem, & actualem, reperio Senatum *declaraſſe* pro ea, & contra fideicommiſſarium, relatore egregio Senatore Michaele Ferrer 15. Nouembris 1569. in cauſa Frãciſci Roſſell contra Galceandum Miquel, taliter

21 quòd † cum fideicommiſſarius inſtaſſet exe cutionem contra quemdam debitorem hæreditatis, & capi feciſſet eum, omnia procedimenta fuerunt declarata nulla ex defectu iuris agendi, obſtante poſſeſsione viduæ, & agẽs condemnatus ad damna, & impen-

22 ſas, non obſtante † reſtitutione hæreditatis poſt capturam debitoris facta fideicommiſſario per viduam, ratificando capturam, & procedimenta, quia fuit dictum non potuiſſe ratificare quod ſuo nomine geſtum non fuerat, & res iam tunc non erat integra, quia captus oppoſuerat de nullitate procedimentorum, & ius acquiſitum per fideicommiſſarium ex dicta reſtitutione non poterat dici ex cauſa de præterito, ſed de præſenti. Sic habes in Archiuo Regio.

23 Sed quòd ſi fideicommiſſarius † apprehẽderit poſſeſsionem actualem, & corporaleam ante mulierem, reprehendendus ſit tanquã ſpoliator mulieris, quæ vigore conſtitutionis prætenderet ſe poſsidere, id ego non exiſtimo verũ, nec practicari poſſe circa vinculata bona, ſi talia illa eſſe excipiẽdo fideicommiſſarius probet.

24 Nec quidquam † proderit ſi dixeris quòd non audietur fideicõmiſſarius de his opponens aduerſus mulierẽ de ſpolio agentem, quia id ego nõ admito, ex eo quòd iſta poſſeſsoria, quæ per mulierem prætẽdentẽ poſſeſsionẽ vigore cõſti. intẽtari poſſunt, habẽt admixtam cauſam proprietatis, vti habes ex Pala. Rub. Greg. Lop. Moli. & alijs Doctoribus Caſtellanis in locis vbi eos citaui ſuprà hac eadem gloſ. 3. par. n. 50. cum de tertio requiſito egi neceſſario vt diſpoſitio conſti. in muljere mortuo viro locũ habeat, qui id dicunt in terminis. Quibus eſt

25 quòd † nunc addas Franciſ. Milanen. deciſ. Sicil. 3. ex num. 1. cum multis ſequenti. Vbi volens probare poſſeſſorium, quod quis intẽtat in vim ſtatuti transferentis poſſeſſionem in aliquem tãquam hæredem, eſſe mixtum, facit regulam generalẽ, quòd ſemper eſt mixtum quando eſt probanda aliqua qualitas, veluti ſe eſſe hæredẽ, vel alia. Qua de re in eodem hoc caſu quãdo mulier prætẽdit ſpolium aduerſus eum, qui ſe ea inſcia, & non citata immiſit in poſſeſsionem ſubpretextu quòd ſint vinculata, vide optimam conſulta. Velaſ. 111. per tot.

26 Iſte caſus nõ † fuit ſæpè deciſus in Senatu ſi mulier habet tenutam cum priuilegio faciendi fructus ſuos in bonis vinculatis, nec reperies vnum ex noſtris, qui ſe id declaratum vidiſſe dicat. Ego autem recordor quòd diſputatus fuit de anno 1616. coram egreg. Senatore Franciſ. Gamis in cauſa Hieronymẽ de Miralles, & Ioannis Ferrer, Actuario Cortes, cuius ſuprà meminimus ad aliud propoſitum in materia probationis mortis mariti. Ibi vindicabantur bona ab vxore mortuo matito per ſucceſſorem in vinculo, defendebat ſe mulier ſub prætextu tenutæ, dicens ſe non teneri ad reſtitutionem niſi ſatisfacta priùs eſſet in dote, & ſponſalitio, & interim feciſſe fructus ſuos vigore conſti.

† ſed repulſam *paſſa fuit*, ſententia lata 20. Decemb. & condemnata ad reſtitutionem, & relaxationem bonorum vnà cum fructibus &c. non obſtante ſua prætentione. Scripſerant iam tunc noſtri Oliba, & Molinus, & amborum opera viſa fuerunt in Senatu, & perpẽſis rationibus vtriusq; concluſum fuit cũ Oliba, reiecto Molino. Vndè habes iam declaratum Senatum in hac quæſtione, quod multi deſiderabant.

27 Reperi poſteà † quòd in quadam cauſa nobilis domnę Ioannę Carroz & de Centelles contra Comitiſſam de Centelles, Relatore egregio Senatore Ioan. Magarola, de hoc aliquid tractatum fuit: petebat enim dicta domna Ioãna à Comitiſſa Comitatũ de Centelles, qui fuerat Don Ioachimi Carroz & de Centelles fratris ſui ſibi in vim certi

vinculi

vinculi ſpectantem, direbat Comitiſſa ſe ad id non teneri quia poſſidebat in vim conſti. hac noſtra, pro ſuis dote, & ſponſalitio doner eſſer in eis ſatisfacta. Fuit *declaratum* 5. † Maij 1614. pro actrice, ſumendo motiuum, *quòd dicta Comitiſſa poſſidebat alia bona libera mariti ſufficientia, ex quibus* (inquit) *& aliàs reſultat ad Comitatũ prædictum de Centelles in præſenti Principatu Cathaloniæ ſitũ vinculo, & fideicõmiſſo ſuppoſitum in fauorẽ nobilis Ioãne Carroz, & de Centelles, niſi bonis prædictis nõ ſufficiẽtibus, dictã egregiam Mariãnã Carroz, Cẽtelles, & de Pinos nullũ regreſſum habere &c.* Scriba Domingo.

28 Idem etiam † in fauorem fideicommiſſa † rij contra vxorem *declaratum* fuerat anteà, Relatore egregio tunc Senatore Celidonio Valencas die 16. Septembris 1596. in cauſa curatorum nobilis Ioannis de Cardona, cõtra nobilem Praxedem tunc de Cardona, poſteà de Yuorra, dicti pupilli matrem, vbi ſimilirer vindicabantur bona patris in vim vinculorum ſuorum maiorum, extipiebat mulier de tenuta vigore conſti. hac noſtra, fuit derlaratum in fauorem fideicommiſſarij contra marrem pro reſtitutione hæreditatis, & bonorũ. Solùm illud reliquit Senatus ſine declaratione, num deberet vidua reſtituere fructus perceptos pendente lite, imò voluit ſibi reſeruare maiorem deliberationem, quam nõ reperio vnquam fuiſſe explicatam. Actuario eſt Dominicus Fontana.

29 Et finaliter † reperio de eodem etiam puncto diſputatũ fuiſſe in Senatu rotã egregio Senato. Frãciſco Mijavila & Frãqueza, in cauſa Vincentij Fabregues mercatoris, cõtra Frãriſcũ Sala eriã mercatorem Barciononę, in qua, oppoſitione facta de vinculo, † ſentẽtia lata 24. Ianua. 1612. fuit facta *condemnatio* de reſtituẽdis bonis rum fructibus, rerentis dote, & alijs iuribus viduæ competentibus, qui eſt bonus modus derlarandi in his cauſis, iuxta ea, quę in ſuperioribus docui mus, per quę ſuum ſine dubio vtrique patri tribuitur. Ex his, Senatus ſentẽtiã ſatis clarè colligitur eſſe pro fideicommiſſario contra prætenſam tenutam mulierum. Hęc vidi, per quæ Senatus, & meum habes indicium.

30 Dicit Molin. † noller in ſuprà cita. loco, nẽpe quęſt. 28. n. 14. lib. 3. quòd pro opinione quòd detur tenuta in bonis vinculatis, derlaranit Senatus, ego id nõ vidi, nec alicubi 31 reperire porui; ſolùm inueni † quòd proximis annis corã Reuerẽdiſſimo Don Ludouico Sans Epiſcopo Barcinonen. notiſsimę doctrinæ viro (qui'rũ hær ſcribo hinc euolauit in cœlum) & ſuis Officialibus, fuit diſputatũ ſuper præſentarione cuiuſdã Rectoriæ, quæ etat de patronatu domus Don Raymundi Torrellas, an illa cõpeteret viduæ dicti Don Raymundi vti prætenſæ tenutariæ, an verò hęredibus, & ſucceſſoribus. Et dubiũ faciebat quòd negabatur mulierẽ eſſe tenutariã † ex quo bona erant vinculata, fuit tamen *deciſum* pro muliere. Ex quo habes quòd in Curia Eccleſiaſtica tenuta fuit adiudicata in bonis vinculatis. Nõ tũ iudico, quòd propter hoc reredes ab opinione Senatus in contrarium derlarata. Alia exẽpla nõ ruro tradere quia hæc ſufficiunt.

32 Vidi etiã † circa hæc de pulcro dubio diſputatũ, num id q̃ diritur de bonis viri, intel ligatur, tam de ſitis extra Carhaloniã, vbi nõ viget cõſti. quã de ſitis intra eam, vbi illa facta eſt, & vbi marit' habebat domiciliũ. Reſ. 33 põde breuiter quòd ſic, quia † in exactione dotis, & illius reſtitutione ſpeciali iure introductũ eſt ſemper debere attendi leges, quæ vigent in domirilio mariti, non quæ in loco vbi bona ſita ſunt, nec loci vbi forſan extra Cathaloniã eſſet cõtractus celebratus, ex tex. in l. exigere dotem, de iudi. per quem tex. ita tenent plures, quos adducit Caſana. qui loquitur in har eadẽ materia noſtrę rõſti. in conſ. 54. ex n. 54. qui dicũt ita per omnes ſcribentes derterminatum eſſe, nolter Deſpujol in additio. ad Mieres in hac conſti tutio. num. 149.

34 Dixi ſpeciali † iure in dotis exactione, & reſtitutione introductum eſſe, quia in alijs materijs arrenderentur ſtatura vel loci contractus, vel vbi bona ſita ſunt, l. ſi fundus de euic. cum vulgar. Aug. in l. exigere dotẽ, de iudi. Craue. conſ. 30. Veg. rõſ. 10. Caſana. d. 35 conſ. 54. nu. 56. Et in terminis † in materiæ legitimæ ſoluendæ de bonis in Principatu Cathaloniæ ſitis, nõ eſſe attendendos foros, & ſtatuta Regni Valentiæ nõ obſtante quòd pater inibi faceret ſuum domiciliũ, haberet maiorẽ partẽ bonorũ, & teſtamẽtũ rõdidiſſet, *declarauit* Senatus 27. Iulij 1592. inter † nob. Frãciſcũ de Monſoliu, & Pupillũ Ludouicum Sayol, Relatore Oliba.

36 Ceſſat eriã † iſtud beneficium faciẽdi fructus ſuos omnium bonorum viri, quando maritus certas proprietates, ex quibus fructis percipi poſſent, pro ſecuritate ſuæ dotis vxori aſsignaſſet, quod fieri poſſe nõ obſtãte tit. C. ne fideiuſ. dot. dent. ram de iure cõmuni, q̃ de noſtro municipali, p̃bani inſtrã in materia fideiuſſorũ dotiũ, tunc enim ceſſaret p̃culdubio beneficiũ tenutę vniuerſalis, & illã ſolũ haberet mulier in illis rebus particularibus aſsignatis, provt expteſsim diſponit cõſtitutio, in verſ. *Exceptades empero les mullers &c.* Sicut dicim° † quòd ſi fiat 37 pactum in rontractu matrimonij, quòd bona aliqua ſint tantùm hypotecata, in illis

solùm mulier habet hypotecam,non in alijs & valet ea conuentio, provt habes apud Cur.Iun.in conſ.225.& 352. Rarò hæc practicãtur,quia non eſt qui id aduertat teſtatori dum de bonis ſuis diſponit,per quod ſuos hęredes liberaret à multis moleſtijs, & amaritudinibus,abſque vxoris preiudicio.Contigit non multis ab hinc annis quòd cũ quidam cõſanguineus vxoris,domi meę in morbum incidiſſet, voluit facere teſtamentum, & me aduocanti, vt ei ſuper hoc conſulerem, dixi quòd filiæ, quam habebat ex primis nuptijs,certam proprietatem vigore conſtitutionis aſſignaret pro ſecuritate ſuæ dotis,ne filius maſculus ſecundi matrimonij,quem hęredem vniuerſalem inſtituebat, moleſtias ſolitas in hoc pareretur, credidit mihi, & omnia ſucceſſerunt benè, nam filius ex reliquo hæreditatis procurauit pecuniam,qua ſoluit dotem ſoroti,& ita cum magna commoditate hæreditatem debito illo moleſto liberauit.Ira omnes facere vellem, vt bene ſuis hæredibus conſultum foret.

38 Ceſſat finaliter † illud beneficium quando aliter in contractu matrimonij conuentũ inter partes fuit,de quo ego nunquam dubitaui,licet alios hæſitare viderim.Mouent me rationes,quas adduxi in hoc eodem tom. in materia auctẽ.præterea C.vnde vir,& vxor, clau.5.gloſ.8.part.12. ex nu.50.vbi probaui validam eſſe renuntiationẽ mulieris, quã in contractu matrimonij facit quartæ,& conuentionem initam in eo inter partes de dicta quarta non detrahenda,non repeto,quia ibi videri poſſunt.Succeſſit de hoc diſputari in Senatu de anno 1610. inter Angelam Tauerner,& de Vallgornera contra Fœliciũ Tauerner Archidiaconum Andorræ, coram egregio tunc Senatore Raphaele Rubi, & Coll,in qua cauſa,ſententia lata 3. Februa.
† anni prædicti 1610.fuit *iudicatum* validum pactum in contractu matrimonij inter cõtuges initum,quòd ſi maritus prædeſcederet non haberet mulier tenutam pro ſponſalitio(nam pro dote non poterat,quia conſiſtebat in certis immobilibus magno ære alieno grauatis,quæ ex alio pacto maritus redemerat,& ex alio pacto eius hæredes debebãt poſſidere donec eis reſtitueretur quod expensũ eſſet)ſed haberet certa alimẽta donec tranſiret ad ſecundas nuptias, quo caſu poſſet dictum ſponſalitium exigere cum alia quantitate expreſſa. Iſtæ conuentiones fuerunt iudicatæ validæ, & declaratum contra tenutam vxoris, declarando quòd pro nunc contentaretur mulier alimentis pactatis. Actuar.erat Roure. Attendite ad hæc,& aperite oculos qui deſideratis veſtros hæredes ſubleuare à magnis moleſtijs.

SVMMARIA.

1 *Mulier ſolùm habet beneficium faciendi fructus bonorum viri ſui poſt annum luctus, & illo durante alimenta.*
2 *Mulieres debẽt lugere viros,ſaltem per annũ.*
3 *Mulieres non deſunt quia non lugent mortem virorum,ſed de ea gaudent.*
4 *Alimenta dantur viduis poſt mortem viri propter eorum luctum, quia ſcilicet per annum eum lugent,vbi decif.noſtri Senatus.*
5 *Annus luctus quare fuit introductus,& quanto tempore conſtet.*
6 *Alimenta dari mulieri intra annum luctus etiam præcipit ius commune.*
7 *Mulieres Valentiæ habent ex foro,idem priuilegium,quod in Catbalonia ex noſtra eõſti.*
8 *Mulier in Catbalonia habet intra annum luctus in bonis viri alimenta,ſiue habeat vnde ſe alat,ſiuè non,& ſiuè habeat dotem, ſiuè non,& ſiuè ei reſtituta ſit,ſiuè non.*
9 *Alimenta intra annũ luctus non dantur vxori propter dotẽ,ſed propter honorem viri,quia luget eum vxor,& in eius matrimonio cenſetur eſſe.*
10 *Mulier, quæ habet dotem, & ſponſalitium, poſſidere cenſetur ex die mortis mariti intra annum luctus,ſecus ſi non habet.*
11 *Mier. reprobatur qui contrarium voluit.*
12 *Mulier,quæ non habet dotem, nec ſponſalitiũ in bonis viri,non tenetur, ad habendum alimenta, ad ſolemnitatem inuentarij.*
13 *Michael Ferrer declaratur.*
14 *Deciſio etiam quædam Senatus in idem notatur.*
15 *Mulier,ſi ſibi dos reſtituitur intra annum luctus,non videtur debere habere prouiſionem anni luctus.*
16 *Mulier,quæ receſſit à domo viri,& alibi receppit alimenta,qualiter, & quomodo poſſit illorum æſtimationem, ab hærede repetere, vbi deciſſ.*
17 *Alimenta præterita an,& quando repetantur.*
18 *Mulier intra annum luctus debet operari pro hæredibus,& in illorum domo.*
19 *Alimenta regulariter non debentur niſi in domo alere debentis.*
20 *Alimentarius non debet eſſe in domo otioſus, nec tanquam corpus mortuum manere, ſed debet laborare ſecundum ſuam qualitatem.*
21 *Alimenta debentur extra domum eum alimentarius non poteſt commodè cum alere debente habitare*
22 *Alimẽtorum appellatione veniunt omnia vitæ neceſſaria.*
23 *Potus venit appellatione alimentorum.*
24 *Quæſtiones ridiculæ quandoque tractantur a Doctoribus noſtris,cuiuſmodi ſunt multæ, quæ hic enumerantur per extenſum.*
25 *Alimenta anni luctus ad taxandum, conſide-*

randa

randæ ſunt facultates mariti, & quantitas dotis ſecundum Senatus opinionem.

26 *Veſtes lugubres debent fieri per hæredem viduæ, vbi deciſ. Senatus.*

27 *Veſtes lugubres ſolent adiudicari duplices, nempe hyemales, & æſtiuales.*

28 *Veſtes hyemales quo tempore dandæ ſint, & quo tempore æſtiuales.*

29 *Conſuetudo quòd dentur duplices veſtes lugubres in anno, facit ius.*

30 *Mulier in anno luctus debet tractari honeſtè etiam vt incedat cum curru, ſi ſecundum ſuam conditionem non poſſet aliàs honeſtè, domo exire.*

31 Currus, carroças, coches, & lectieæ, quam antiquitatem habeant, & vndè ſumpſit originem illorum vſus.

32 *Alimenta anni luctus ceſſant ſtatim atque intra illum mulier tranſit ad ſecundas nuptias.*

33 *Niſi maritus ea vxori legaſſet.*

34 *Et fallit etiam in alimentis iam præceptis, antequam ſecundo nuberet, quia illa non reſtituuntur.*

35 *Mulier reſtituit veſtes lugubres per hæredem ei factas ſi ſecundò nubit.*

36 *Fructus rerum dotalium an currant vxori in anno luctus, quæ alimenta recipit in domo hæredis.*

37 *Mulier poſt annum luctus facit omnium bonorum mariti ab ea poſſeſſorum fructus ſuos donec ſit ſatisfacta.*

38 *Ius patronatus, & ſeu ius præſentandi ad beneficium, ſpectat ad mulierem poſſidentem bona viri pro ſua dote.*

39 *Fallit in anno luctus, in quo non eſt vſufructuaria.*

40 *Fructuum appellatione quæ veniant.*

41 *Laudimia ſpectant ad mulierem tenentem, & poſſidentem bona viri pro ſuis dote, & ſponſalitio.*

42 *Laudimia ſunt fructus directi dominij, qui naſcuntur, & renaſcuntur pro alienationū diuerſitate.*

43 *Mulier tenens, & poſſidens bona viri poſt illius mortem pro ſuis iuribus, tenetur ad onera hæreditaria.*

44 *Mulier, ad reſoluendum ſi ad aliqua onera, aut expenſas tenetur bona viri poſſidens, videndum eſt ſi ſint magna, vel parua.*

45 *Expenſæ paruæ factæ, tam in litigijs, quàm aliàs ſpectant ad viduam tenentem, & poſſidentem bona viri, & infrà num. 51.*

46 *Mulier tenens, & poſſidens bona viri tenetur filios alere, & alios, quos alere vir tenebatur.*

47 *Binæ deciſiones Senatus noſtri ad propoſitum, vbi nedum filios, ſed & priuignum, & illius vxorem tenetur etiam alere.*

48 *Sed magnam hæc tunc habuerunt difficultatem.*

49 *Annotatio Raymundi de Area ſuper conſtit. hac noſtra, an ex fructibus teneatur mulier alere filios.*

50 *Mulier in Aragonia, quæ ratione viduitatis tenet bona viri, tenetur ad alimenta filiorum, vbi deciſ.*

51 *Mulier bona tenens non ſoluit magnas impenſas, ſed paruas, & ſuprà num. 45.*

52 *Hæres grauatus repetit ſemper expenſas factas pro conſeruandis, vel recuperandis rebus hæreditarijs.*

53 *Mulier tenens, & poſſidens non tenetur ad impenſas, quæ fiūt ne alius res hæreditarias occupet.*

54 *Mulier recuperat expenſas factas pro manutenendo rem hæreditariam, & defendendo eam à moleſtijs.*

55 *Impenſas, & ſumptus ſoluit ille, ad quem negotium pertinet.*

GLOSSA III. PARS V.

Proſequitur eadem materia conſtitu. hac noſtra, tit. diſolt lo matrimoni, &c.

Et ſignāter de anno luctus, & de alimētis eo durante viduæ præſtādis.

Ac de veſtibus lugubribus.

De oneribus, ad quæ tenetur mulier bona viri tenens.

Et de alijs quæſtionibus in materia.

1 STud beneficium † faciendi fructus ſuos nō cōcedit cōſtitutio vxori à die mortis viri, ſed poſt lapſum anni, qui dicitur annus luctus: infra tribuum enim ſolū habet alimēta, vt cōſtitutio dicit.

2 Dicitur annus † luctus à lugēdo, debēt enim mulieres lugere viros defunctos, & huic luctui ſaltem per annum incumbere, vt dicit I.C. in l. 1. §. qui eam, ibi, intra tempus, quō lugere virū moris eſt, & l. gener, cū quinq; legibus ſequent. de his, qui notan. infam. Li

3 cet non † deſint quæ nedum nō lugēt viros, verùm gaudent de illorū morte, vt dicit glo. in l. patet Seuerinā, §. ſocrus, de condi. & demonſ. Aym. Crau. conſ. 362. hu. to. cui dicto illud applicat.

Imminet exitio vir coniugi; illa mariti.

4 Propter iſtū † luctū dātur vidois alimēta dē bonis virorū ſuorū, vt elegāter Senatū olim dixiſſe vidi 12. Ianua. 1552. in cauſa Ioānis, &c

Eliſabethis Moller, Relatore Paſquál, vbi ponderata fuit hæc lugendi in vxore obligatio. De qua anni † luctus materia, quare introductus fuerit, & quanto tempore conſtet, ſi plura ſcire volueris, vide apud Gerar. Maynard. deciſ. Tholoſ. 93. lib. 3. & aliquibus alijs anteceden. & ſubſequentibus deciſionibus. Nec omitas noſtrum Mier. in hac conſti. nu. 57. 61. & 95. & ibi Deſpujol in additio. num. 112. & vide etiam apud alios Doctores, quos de pœnis ſecundò nubentiũ loquens in hoc eodem tom. in materia auct. præterea C. vndè vir, & vxor clau. 5. gl. 8. par. 11. ex n. 1. latè adduxi. Ego enim has infructuoſas diſquiſitiones libentèr omitto.

6 Concordat in hoc † noſtra conſtitutio cũ diſpoſitione iuris communis, quod ſimiliter intra iſtud tẽpus alimenta præcipit dari mulieribus de bonis viri, prout habes ex Theſau. deciſ. 43. & 44. Vincen. de Fran. deciſ. 489. Quelada diuer. iur. quæſt. 25. Surd. in tract. de alimen. tit. 1. tot. quæſt. 44. Peregri. qui multos adducit, deciſ. 83. num. 14.

7 Et in omnibus † tam reſpectu alimentorum anni luctus, quàm etiã priuilegij faciẽdi fructus ſuos, & poſsidẽdi bona, habet noſtra conſtitutio concordanté quintũ forũ Valen. Vide Leo deciſ. 62.

8 Hęc alimenta † in vim conſti. noſtræ habet in Cathalonia mulier intra annum luctus, ſiue habeat vnde aliàs ſe alat, ſiue nõ, etiam ſi nullam dotem attuletit, & ſiue quã
9 attulit reſtituta ei ſit, ſiue non, quia † non propter dotem datur illa prouiſio, ſed propter honorẽ mariti, quia luget eum mulier, & in eius matrimonio cenſetur eſſe, vt declarat Mier. in hac conſti. num. 56. 57. 60. & 95. & ibi Deſpujol in additio. nu. 88. Oliba ad 9. fuerat num. 2. inſti. de actio. vbi plura de huius anni luctus materia, licèt hæc non procedant in omnibus de iure communi, prout apparet ex Doctoribus, quos illi citãt.

10 Sed eſt † differentia, ſi habet mulier dotem, vel ſponſalitium in bonis mariti, nam eorum tatione tranſit poſſeſsio in eam vigore conſti. & ſic poſsidet, & poſsidere cenſetur in anno luctus ſicut in alijs poſtea ſequentibus. Verùm ſi dicta iura in bonis non habet, poſſeſſio non tranſit in eam, ſed debent poſsidere hęredes mariti, & ab eis habere mulier alimenta. Ratio eſt, quam addu ximus ſuprà in 3. requiſito, quòd niſi de dote, aut ſponſalitio doceat mulier, non habebit beneficium conſti. nec tranſibit in eam poſſeſsio, aliàs nihil eſſent ea omnia, quę inibi docuimus circa illud requiſitum, ſi pro iure alimentorum percipiendorum ab hęredi tate viri, tranſiret poſſeſsio.

11 Scio quòd contrarium † noſtro Mier. in hac conſti. nn. 56. viſum fuit iuſtius, ſed dubitanter tamen, per verbum, fortè, ibi, *ſed fortè idem cenſebitur poſsidere per annum luctus licèt non attulerit dotem, ex quo hic loquitur indiſtinctè, &c.* Verùm cum id repugnet menti cõſtitutionis, quę vt diximus, mulieribus habentibus dotem, vel ſponſalitium, beneficium ſuum dumtaxat confert, ideò contra Mier. in hoc tenendum cenſeo.

12 Vndè & ex conſequenti † inferre debes, quòd in iſto caſu, quo mulier non habet dotem, nec ſponſalitium in bonis viri, non tenetur ad ſolemnitatem cõſtitutionis de cõficiendo inuentario, vt luctetur prouiſionẽ, & alimenta anni luctus: intelligenda enim eſt cõſtitutio in caſu, in quo loquitur, qui eſt vt eadem conſtitutio dicit, quando bona mariti poſsidere cenſetur, aliàs ad habendum hanc prouiſionem non eſt neceſſarium, quòd inuentarium mulier conficiat, quia tunc non
13 ſpectat ad eam id onus. Iuxta quæ † opottebit intelligas noſtrum Michael. Ferret in cita. cap. 44. par. 3. obſeruan. in verſ. Et aduerte, qui nimis generaliter loquitur. Idẽ
14 dico † de *declaratione* facta inter nobiles Perapertuſſas, Relatore egregio tunc Sena. poſtea in ſupremo Coronæ Aragonum Regẽte Don Ioan. Sabater, ſub die 15. Appril. 1597. cuius iam aliàs memini, quę nimis etiã generaliter, meo indicio, loquitur de Inuentario, verbis tam reſpicientibus beneficium conſtitutionis reſpectu fructuum, quàm etiã reſpectu alimentorum.

15 Volebam circa † hoc cõtroucrtere quod dictum eſt, in quoque noſtri inconcuſsè concordant, quòd non ceſſent alimenta per reſtitutionem dotis, quia prętcrquàm quòd id videtur multùm durum, contrarium elicitur, ex conſtitutione in illis verbis, *donec ſibi in dote, & ſponſalitio ſuis fuerit integrè ſatisfactum*, quæ reſpiciunt duo determinabilia, nempè prouiſionem anni luctus, & beneficium faciendi fructus ſuos, & ideò debent illa pariformiter determinare. Sed video quòd Mier. noſter multũ tẽporis cõſumpſit in hoc enodando, & diſputando in hac cõſti. ex nu. 95. Video etiam opinionem benè ab omnibus receptã, & debeatur etiã illa prouiſio quamuis dos reſtituatur, ideò ampliùs non inſiſto.

16 Sed ſi mulier † ſe aliut, prout, ponamus ſicut ego non femel vidi, maximè quando adſunt filij primi matrimonij, & ſic priuignĩ mulieris, quibus tenuta cõpetit iuxta conſti. 2. tit. *diſolt lo matrimoni*, de qua dicemus infrà, cũ quibus nõ vult illa habitare, ponamus (inquam) quòd mulier diſcedit à domo viri, & alibi, putà penès patrem, vel matrem, aut fratres alimẽta recipit, an poſsit illorũ ęſtima

tionem

tionem poſteà ab hæredibus viri, qui ad eà
juxta conſtitutionem tenebũtur recuperare;
& habere. Breuiter dic quòd non, niſi inter-
pellaſſet hæredem, vel pro dictis alimentis
17 es alienũ contraxiſſet. Præterita enim † ali-
menta quando debẽtur officio Iudicis, aliter
non repetuntur, prout latè docuimus ſuprà
clau. 6. gloſ. 2. par. 3. & in terminis termina-
† tibus ita tradit, & *deciſum* ex multis refert
Theſau. deciſ. 44. per tot. quam approbat,
Ricci. collect. 98. & collecta. etiã 548. Andr.
Molfeſ. in conſuet. Neapol. par. 6. de iu. do.
q. 11. ex n. 7. Ant. Fab. ſuo Cod. lib. 5. tit. 8.
defin. 6. qui limitat niſi æs alienum ad id cõ-
traxerit, & in terminis alimentorũ anni luctus
noſtræ conſti. ita tenet Deſpujol in addi. ad
Mier. in hac conſti. n. 148. Succeſſit mihi iſte
caſus diſputandus in Senatu coram egregio
Senatore Hiero. Aſtor præteritis annis, in
cauſa Eulalię Baſſols contra hæredes, & ſuc-
ceſſores Raphaelis Baſſols Burgenſis patriæ
meę chariſſimæ: diuerterat enim d. Baſſols,
quæ erat ſecũda vxor, infra annũ luctus à do-
mo hęredũ, qui erant priuigni illius, abſque
aliqua cauſa, & poſteà petebat alimenta, &
prouiſionẽ anni luctus: collegi ex his quę au-
diebã inter informãdum, quòd Senatus nõ
† erat *daturus* hęc alimẽta: ſed nõ fuit decla-
ratum ſuper prætentione, quia qui partes d.
Eulaliæ agebãt, olentes hęc, procurarũt cõ-
cordiam. Scriba erat Micha. Perez nunc Re-
gius Scriba mandati.

18 Conducit quòd † vidua, quæ de bonis ma
riti alitur intra annum luctus, tenetur opera-
ri in domo pro hæredibus, taliter quòd ſi nõ
vult habitare cum dictis hæredibus, cũ cõ-
modè, & honeſtè poſſet, tali caſu debet de-
duci de alimentis quantum intereſt hæredũ
ipſam pro eis operatã fuiſſe, vt dicit Mier.
19 in hac conſti. n. 4. & 5. Licèt in hoc † vltimo
de obligatione dãdi alimẽta extra domum,
quando cõmodè, & honeſtè poteſt mulier cũ
hęredibus cõmorari, non eſt facilè cũ Mier.
conueniendũ, cum regula ſit, alimenta regu-
lariter in domo alimẽtare debẽtis, eſſe præ-
ſtãda, de qua per Surd. latè de alimen. tit. 4.
q. 16. per tot. Molfeſ. in conſue. Neapol. par.
5. q. 2. & q. 8. cuius rei multę tradũtur ratio-
20 nes. Et ſignãter † illa, quam ſuprà inſinuaui-
mus, quia ille cui præſtãtur alimenta, nõ de-
bet eſſe in domo otioſus, & tanquam corpus
mortuum manere, ſed debet laborare iuxta
ipſius qualitatem, & conditionem in benefi-
cium eius, qui præſtat alimenta, & hac de
cauſa tenetur alimenta ſumere in domo, vt
in cap. delapſis in fin. 16. quæſt. 6. Menoc.
de arbit. iudic. caſ. 168. nu. 12. & caſ. 170.
num. 9. Surd. tit. 4. quæſt. 29. num. 1. & ſeq.
Molfes. d. quæſt. 2. num. 3. & in noſtris pro-
prijs terminis alimentorum anni luctus mu-
lieris, Anto. Queſada diuerſar. quæſtio. iur.
quæſt. 25. num. 2. & 3. quem videas quoties
de hac materia alimentorũ mulieris pro an-
no luctus tractare habebis, ipſe enim quam-
plurimas, illasq; pulchras de hac re mouet
quæſtiones, & in hoc videbam inclinari Sena
tum in cauſa ſuprà relàta quòd ex quo non
allegabatur cauſa, ob quam mulier debuerat
recedere à domo hęredum, non debebantur
ei alimenta.

21 Dixi, quando † commodè, & honeſtè po-
teſt cum hæredibus inhabitare, quia aliàs
extra domum deberentur alimenta, de quo
vide tres optimas deciſ. vnam Portugal.
apud Georgiũ de Cabedo 178. par. 1. Aliã Pe
ruſin. apud Ambroſi. 16. Et aliam noſtri Se-
natus apud Pegue. 20.

22 Quæ autem † contineãtur ſub iſtis alimẽ-
tis, & prouiſione anni luctus, de quibus tra
ctamus, ſi queras, reſpõdebo quòd omnia vi-
tæ mulieris neceſſaria, vt dicit noſtra conſti-
tutio, & ibi declarat Mieres n. 68. & ſequen.
& ibi etiam Deſpujol in addito. num. 116.
Et quæ veniant alimentorum appellatione
non eſt quòd id ego hic explicem, quia iam
de hoc ſuprà egi clau. 6. gloſ. 2. par. 3. &
deindè, vbi de alimentis tractaui. Et quia
Surd. in tracta. de alimen. tit. 4. ex quæ-
ſtio 1. cum aliquibus ſequen. multùm in hoc
inſudauit; vbi videas. Egregius de eadem re
eſt locus apud Hippol. Rimin. in conſ. 132.
ex num. 9. cum ſequen. lib. 2. & alius apud
Rolan. à Val. in cõſ. 22. vol. 1. Andr. Molfe.
in conſue. Neapol. par. 5. q. 1. Vbi quòd ve-
niunt cibaria, habitatio, expẽſæ medicinarũ;
23 & alia. Potum etiam † dicunt venire ſub no-
mine alimentorum, de quo totam quæſtionẽ
3. ſub dicto tit. 4. de alimen. confecit Surd.
Ridicula quæſtio, quis vnquam de hoc dubi-
tauit, ſi tenetur potũ ſubminiſtrare qui de-
24 bet alimenta dare? Sanè † aliquando noſtri
queſtiones ralirer ridiculas tractãr, vt cogãt
nos potiùs ad mirãdũ, quàm ad imitãdũ. Hu
ius farinę ſunt illę, Si chirurgus qui ſecta ve-
nã ægrum in palatio iuuit, cõprehẽdirur ſub
ſtaruco pęnã mortis inferentè aduerſus ſan-
guinem in palatio facientem; de quà per
Corraſ. qui queſtionem multùm ridet, miſ-
ſellan. iur. lib. 2. cap. 18. num. 9. De ludente
ad par & impar, hanc etiam tractãt quæſtio-
nem, ſi ita ludens tenebat quinque aureos in
manu, & ille qui ſecum ludebat dixit par, an
vincat qui par dixit, ſi in illis quinque au-
reis erat vnus falſus, de qua multũ fructuoſa
quæſtione Maran. in ſuis ſingular. poſt ordi-
nem iudiciarium littera B. verbo ludens,
fol. mihi. 57. De ſtudente, qui pactus fue-
rat cum magiſtro quòd ſi obtineret in per-

ma cauſa, ſolueret ei mercedem, ſecus ſi ſubcumberet. Quærunt Doctores noſtri, ſi ex poſt iſte antequam publicè cauſas patrocinati inciperet, mouet quæſtionem eidé magiſtro ſuper mercede ipſa, quid erit agendum, quia neutro caſu videtur poſſe ſtudentem ſubcumbere, quia ſi perdit cauſam cum magiſtro, iam verificatur quòd perdit primá cauſam, & ſic nihil magiſtro tenetur ſoluere, ſi verò obtinet in ea, victoria eſt pro ſe. De qua quæſtione per Bal. in prac. iuditia. de cautel. vlt. quæſtio. in fin. De Gallina etiam diſputatur an fuerit prior ouo, vel é contra, quod refert Theſau. deciſ. 229. in fine. De ſtatuto loquente de creditore etiam agunt, ſi comprehendat creditricem, nec ne, de quare Azin. de execu. ſ. 6. cap. 71. num. 1. De patre, & filio, quòd quia pro vna, & eadé perſona reputantur, ideò filius ſuo ieiunio patrem neceſsitate ieiunandi ſoluit, tractant etiam, de quo Pet. Roiz. deciſ. litua. 7. num. 362. An hora prandendi ſit mitendum ad inuitatos vt veniant, in diſcutiendo tempus cõ ſumunt, de quo Stephan. Gratia. diſcep. foren. 284. num. 58. De reſtitutione in integrũ tradunt quòd non ſit niſi ſemel concedenda, quia Chriſtus ſemel tantùm Lazarum ſuſcitauit, de quo Mago. deciſ. lucen. 68. num. 25. Quòd cum eiſdem armis poſsit reſiſti in vaſori, non cum maioribus, verùm benè cum minoribus, vt putà reſiſtere pugno inſultanti cum enſe, diſputant aliqui volentes quòd in ſultratus eijciat armas maiores, & minoribus ſe deffendat, de qua quæſtione per Trentacinq. variat. reſolutionum lib. 1. titu. de defenſ. reſolu. 1. Et denique ſi valet conſequentia, hic ſunt tria, ergo ſunt etiam quinque, ex eo quòd vbi ſunt tria, ſunt etiam duo duo autem & tria efficiunt quinque, ergo &c. de qua re per gloſ. in cap. 1. in prin. de arbitr. in 6. Et in alijs ſexcentum eiuſmodi conditionis quæſtionibus videmus Doctores noſtros aliàs magni nominis inſudaſſe, ac tempus conſumpſiſſe, quæ deberent à libris quam primũ deleri, ne eis animaduerſis aliarum facultatum, & ſcientiarum Doctores nobis impropererent, quòd iſtis nenijs animos addixerimus. De quibus ſatis.

25 Quid ſit † conſiderandum, & attendendũ in iſta taxatione alimentorum anni luctus † *dixit* Senatus in cauſa nob. Mariæ de Perapertuſa contra nobi. Mariam & Petrum de Perapertuſa, Relatore egregio tunc Senatore, poſteà in Suprem. Aragonum Regente, dõ Ioanne Sabatet 15. April. 1597. vbi fuit dictum *fore conſiderandas facultates mariti, & quantitatem dotis vxoris.*

26 De veſtibus † lugubribus, non eſt dubium quin hæredes mariti debeant prouidere vi-

duam, vt dicit Mier. in conſti. hac, num. 158. & ibi Deſpujol in additio. num. 114. & idem eſſe de iure communi vltra Capi. deciſ. 26. Capel. Tholoſ. deciſ. 337. & Vincen. de Frã. deciſ. 532. adductos per Deſpujol vbi ſuprà, latiſsimè probat Ioan. Gutier. in pract. quæſtio. lib. 2. quęſtio. 95. per tot. qui infinitos ad idem allegat, Queſada diuerſat. quæſtio. iur. q. 25. per tot. Et noſter Senatus dictas veſtes † inconcuſsè viduis *adiudicat*, prout in pluribus caſibus vidi, & ſignauter nunc memini declarationis factę 29. Octobris 1602. Relatore tunc egregio Senatore, poſteà Regente in hoc Principatu, & nunc eodem officio fungente in Supremo, Michae. de Salba, & de Vallſeca in cauſa Mariannę Roure viduæ cõtra Petrum Roure Droguerium ciuem Barcinone illius ſocetum, in qua, inter alia iura fuerunt viduæ adiudicatæ iſtę veſtes, Scriba Papiol. Et in quadam ſententia arbitrali lata per egregios Senatores Hieron. Totner, & Hiero. Aſtor 20. Febru. 1607. inter nobi. Cõteſinam de Queralt, & Sagarriga, & curatores Comitis de Queralt, Scriba Petez, idem † etiam fuit *declaratum*, dandas ſcilicet eſſe iſtas veſtes lugubres ex hæreditate viri. De hoc etiam atteſtatur noſter Micha. Ferret in 3. par. obſeruan. cap. 44. Idem etiam reperio † antiquitùs fuiſſe *declaratum* referentibus Franciſco Montaner, & Petro Arnaldo Gort 1. Iulij 1532. in Archiuo Regio.

27 Solent iſtæ veſtes, † adiudicari duplices inter perſonas alicuius conditionis, ſecundũ anni diuerſitatem: eſtiuales ſcilicet, & hyemales, prout etiam pluriès obſeruatum vidi.

28 Et ſi percontaberis † quo tempore ſint præſtandæ veſtes hyemales, & quo æſtiuæ. Reſpõdebo quòd priores à Kalen. Septembr. ad Kalen. Apprilis. Poſteriores verò é contrà à Kalé. Apprilis ad Kalen. Septem. vt eſt tex. in l. 1. de milit. & veſt. lib. 12. Cod. Vbi Bar. Surd. poſt alios in tracta. de alimen. tit. 4. q. 17. num. 5. & Molfeſ. ad conſuetu. Neapol.

29 par. 5. q. 9. num. 9. Nec poteſt † eſſe dubium quin inter homines alicuius conſideretionis debeantur iſtæ duplices veſtes lugubres, quia conſuetudo de hoc eſt notoria, quę facit ſine dubio ius, vt eſt apud Sanches de matrim. lib. 6. diſputa. 25. num. 22.

30 Contingit dum † hæc ſcriberem de anno 1619. deceſſiſſe in hac ciuitate quendam militem recèns vxoratum, qui currum vulgò *coche*, pro vxoris vſu habebat, quem ſtatim mortuo filio vendidit ſocer, qui erat multũ prouidus: cõquerebatur nurus de hoc, & multũ id ægrè ferebat, volẽs in anno luctus currum etiam vti, ſicuti viuente marito vtebatur, conſolati eam ſumus cum hoc, quòd non erat talis conditionis, quæ non poſſet multùm ho-

neſtè

neſtè pedeſter incedere, maximè in primo illo anno, in quo magis luctui, quàm alijs delirijs debebat intendere. Vbi autem talis qualitatis mulier eſſet quòd ſine dedecore nō poſſet pedeſter incedere, ſed vel in curru, vel lectica, vel alio modo, tunc hæc etiam danda ei forent, quia in iſto caſu appellatione alimentorum veniunt ſine dubio, provt pluribus probat Surd. in citat. tracta. de alimen. tit. 4. quæſtio. 8.

31 Et ſi curioſus † velit ſcire quam antiquitatem habeat iſte vſus vehendi mulieres *curru, carroça, coche, lectica*, & ſimilibus, & vndè ſumpſerit ille originē, vide Ioan. Garciā in tract. de nobilita. gloſ. 48. §. 2. ex num. 4. vbi latiſsimè.

32 Ceſſat iſtorum alimentorum † præſtatio ſtatim atque mulier intra annum iſtum luctus tranſit ad ſecundas nuptias, vt dicit Mieres in hac conſtitu. num. 52. & 63. vbi dicit ita ſeruari in practica, Ferrer in d. cap. 44. in verſ. Et aduerte, Deſpujol in additio. ad Mier. in hac conſti. num. 112. Nō eſt opus aliquam ad hanc rem adducere rationem, cum manifeſta per ſe ſit, cum ceſſet cauſa dictorum alimentorum.

33 Quod procedere † dicit Mier. d. num. 63. niſi iſta alimenta ſint à viro prælegata, cuius voluntas ſeruanda eſt, vt in §. diſponat in au. ſten. de nup. colla. 4. ſequitur ibidem Deſpu-
34 jol in additio. nu. 113. Percepta autem † alimenta antequam nuberet, non reſtituit mulier, quia iure recepit, Mier. in hac conſtitu. num. 62.

35 Sed quid † de veſtibus lugubribus iam viduę factis per hæredes mariti, an illas perdat, & reſtituere habeat quando tranſit ad ſecūda vota intra illū annū, qui annus luctus dicitur. Reſoluit Mier. eo. loco nu. 62. quòd ſic, tales quales erant, quod pluribus confirmat Deſpujol ibidem ex num. 110. Ferrer in d. cap. 44. in verſ. Et aduerte, in fin. & Cancer in 1. par. variar. c. 9. de dot. & dona. propter nuptias num. 39. vide vlteriùs Thob. Nor. conſ. 91. Garciam de meliora. & expēſ. cap. 8. num. 29. cum ſequent. Rolan. à Val. in conſ. 10. num. 18. lib. 1. & Gutierr. in pract. lib. 2. q. 95. num. 6.

36 Tractaui circa † rem hanc ſupra in materia fructuum clau. 6. gloſ. 2. par. 1. ex num. 37. num intra iſtum annum luctus, quo mulier recipit alimenta in domo heredum, currant ei fructus dotis in immobilibus conſiſtentis, quæ interim exiſtit penes dictos hæredes, & an ſolùm pro rata alimentorum debeat fieri defalcario, ibi videas, non eſt iuſtum quòd idem hic repetamus.

37 Poſt annum † luctus conceditur mulieri quòd faciat fructus hæreditatis, & bonorum viri ſui, donec ſit ei in ſua dote, & ſponſalitio ſatisfactum, quod intelligitur de omnibus omnino fructibus abſque differentia alicuius, vt declarat Mier. in hac conſti. num. 75. his verbis, *In tex. ibi, fructus. Et intellige fructus ipſius patrimonij ſcilicet hæreditatis, & bonorum mariti omnium ſcilicet vniuerſaliter &c.* Et in hoc non eſt dubium, eſt enim mulier vniuerſalis bonatenens, & vice hæres, vt noſtri dicunt, & propterea facit quæcunque faceret dominus vetus, & indubitatus abſq; difficultate aliqua.

38 Solùm vidi † dubitatum de præſentatione ad beneficium Eccleſiaſticum quando in hæreditate eſt ius patronarus, ſi eā facit mulier, vel hæres. Et ratio dubitandi oritur ex eo quòd mulier ſit creditrix, & iure pignoris poſſideat, vt colligitur ex Mier. in hac cō ſti. ex num. 175. verùm cum mulier poſt annum luctus ſit verè vſufructuaria, & vt talis ſpectent ad eam fructus hæreditatis, & vniuerſorum bonorum, vt diximus, ſitque præſentatio fructus iuris patronatus in hæreditate exiſtentis, indè fit quòd præſentatio ad mulierem ſpectet, quæ regulariter pertinet ad vſufructuarium, provt latè probauimus ſuprà in materia fructuum bonorum dotalium clau. 6. gloſ. 1. patt. 3. ex num. 1. quibus nunc addo integram de hoc puncto confectam
† *deciſ.* apud Ioan. Aloy. Ricci. deciſionum Curię Archiepiſcopalis Neapol. par. 1. deciſio. 23. & in terminis huius conſti. reſoluit etiam Mier. loco ſuprà cita. vbi dicit, quòd ex quo poſt annum luctus mulier eſt vſufructuaria, ideò iſtæ præſentationes ad eam ſpectant,
39 ſed non † in anno luctus, in quo non eſt vſufructuaria, ſed ſolùm creditrix. Adde ſupradictis Caſſane. in conſue. Burgun. tit. *des enfans* rub. 6. §. 4. in tex. ibi. *Et fait le dicte femme* num. 3. fol. 216. qui non eſt auſus ſe in hoc determinare in caſu ſimilis ſtatuti, ſed cogitandum reliquit.

40 Si autem † pleniùs, & exactiùs ſcire velis quid importent verba predicta poſita in noſtra conſti. ibi, *faciat fructus ſuos*, quæq; appellatione fructuum veniant, vide abundè apud eundem Caſſane. rub. 4. *des droits* §. 17 in tex. ibi, *& faire les fruicts ſiens*, per multos num. vbi id explicat in terminis alteriùs ſimilis ſtatuti, & poſt cum latiſsimè Caſtil. Sotomaior de vſufruc. tot. c. 36. qui de hoc etiam fuſiſsimè agit.

41 De laudimijs † etiā videō frequēter apud noſtros diſceptari, ſi illi ſpectant ad viduam tenentem, & poſſidentem bona viri, quando in eis ſunt directę dominaturę, quarum ratione exiguntur iſta iura. Breuitet dic quòd ſic,
42 quia iſta † laudimia ſunt fructus dominij directi, quia naſcuntur, & renaſcuntur pro alie-

natio-

nationum diuerſitate, vt optimè, & multùm propriè dicebat Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 42. de iu. emphy. defin. 1. num. 17. defi. 4. num. 2. defin. 30. num. 1. & defin. 46. qui ad vſumfructuarium ſpectant, id quod pluribus probat Oldra. in conſ. 24. per tot. & latiùs Amęde. à Ponte in trac. de laudi. q. 20. ex nu. 3. Anton. Fab. in ſuo Cod. dicto lib. 4. tit. 42. defin. 46. vbi propterea reſoluunt, quòd concurrẽtibus proprietario, & vſufructuario potior eſt in laudimijs vſufructuarius proprietario, idem etiam latè probat Caſtillo Sotomaior de vſufruc. cap. 36. ex num. 45. apud quos duos, habes omnes, qui referri hic poſſent.

43 Hos fructus † non habet mulier immunes ab oneribus, cum enim qui commodum ſentit, ſentire etiam debeat damna, fit quòd onera etiam hæreditaria teneatur mulier ſubire, vt ſenſit Mier. in hac conſti. num. 79.

44 Sed cum onera † ſint multiplicia, multiplicisque generis, alia ad perpetuam vtilitatem, alia non: alia magna, alia parua, &c. attendendum eſt multùm in facti contingentia cum de his incidet quæſtio, quæ & qualia ſint onera, ſeu impenſæ, & poſtea ibis ad Ioan. Garciam in tracta. de expen. tot. cap. 11. & ad Caſtillo Sotomaior de vſufruc. qui fuſiùs de hoc agit tot. cap. 56. iſti te hæc docebunt, iſti te ad Doctores ducẽt, qui exactiſſimè materiã tractant, ego non poſſum ſingulos caſus horum onerum, & impenſarum hic proſequi: ex Doctoribus etiam, qui infrà referentur, edoceberis ſimiliter materiam hanc.

45 Diſtinctionẽ † cõmunem, quam Doctores faciunt inter impenſam maximã, & minimã, vt prior non ſpectet ad vſufructuariũ: poſterior verò ſic, reperio expreſsis verbis approbatam per Senatum in noſtra vidua tenente, † & poſſidente, in quadã *declaratione* olim facta, die ſcilicet 3. Ianua. 1537. inter Franciſcũ Benauent, & Annam Franciſcam Deſualls, Relatore egregio Senatore Dalmau, vbi fuit expreſsè dictum, *ad mulierem hanc tanquam vſufructuariam in viam iuris pertinere expẽſas paruas, tam in litigio, quàm aliàs factas.*

45 Tenetur etiam † mulier ex iſtis fructibus alere filios, & alios, quibus vir viuus præſtare tenebatur alimenta, vt docet Mier. in hac conſtitutione num. 141. dicens rationem eſſe, quia tunc intelliguntur fructus qui ſuperſunt deductis oneribus hæreditarijs, & totius patrimonij, vt l. hæreditas l. bonorum, & l. ſubſignatum §. bona, & l. cedere diem, §. æs alienum, ff. de verb. ſignifi. & l. 1. C. de fructib. & lit. expen. Surd. de alimẽ. titu. 1. quæſtio. 30. per tot. & Sotomaior de vſufruc. in cita. cap. 56. num. 17. & in terminis videtur eſſe tex. in §. illud io auth. neque virum quod ex dote eſt, collatio. 8. Circa

47 quę † reperio duo *exemplaria* in noſtro Se- †† natu facta, vnum de menſe Iunij 1532. in cauſa viduę Eſteue contra pupillos Eſteuans, Relatore egregio Senatore Petro Arnaldó Gort, vbi fuit dictum expreſsè *viduam teneri alere filios ſibi, & viro ſuo communes ex bis fructibus.* De hoc exemplari meminit noſter Michael Ferrer in 3. part. obſeruan. cap. 18. Alind 28. Februarij 1493. inter Raphaelem Rauſich, & Francinam Rauſich, referente Compte, vbi plus fuit dictum *quòd tenebatur mulier alere non ſolum filios, ſed etiam Priuignum, & vxorem eius.*

48 Reperi circa hęc † quòd in illa cauſa viduæ Eſteua, Doctores de Senatu fuerunt in magna dubietate, ſi pro alimẽtis filiorum declararent, vel non, quia aliquibus videbatur his quæ ſuprà allegata pro hac opinione fuęre poſſe dari euaſionem. Sed quia interceſſit auctoritas cuiuſdam antici Doctoris noſtri practici Raymundi de Area, qui ita aſſerebat ſe vidiſſe practicari in Cathalonia, hoc iunauit multùm, vt pro filijs iudicaretur, pro vt vidi, & legi in quibuſdam annotationibus vnius ex Doctoribus, qui deciſioni interfuerunt, vbi ponit ad litteram annotationem ſupradicti Dnctnris Raymundi de Area, quã dicit repertam fuiſſe ſcriptam ſuper iſta cõſtitutione, quæ eſt thenoris ſequentis.

49 *An mulier † tenens, & poſſidens, quæ poſt mortem mariti ſui, & poſt annum luctus facit fructus ſuos iuxta Priuilegium Barcinonæ, Recognouerunt proceres, cap. 6. & conſti. hac noſtra Curiæ Perpiniani, debeat ex fructibus bonorum mariti alere filios, & proprietatem conſeruare ipſis filijs, dic quòd ſic, tex. eſt in auth. neque virum ex dote §. ſed ex diuerſo. col 2. 8. ibi, vſum quidem, &c. & in §. illud quoque, &c. Raymundus de Area. Idem dicit Angel. de Peruſ. in ſummario d. authen. tenẽtur tamen qui vſumfructum lucrantur filios alere, & proprietatem ſeruare filijs, &c.* Hucuſq; annotatio, in qua non dicitur in quo conſiſteret difficultas, arbitror quòd in eo quòd mulier conſideretur in hoc vt creditrix pignus habens debitoris, ex quo non videtur debere compelli ad onera debitoris.

50 Idem obſeruati † in Aragonia in eo quĩ ratione viduitatis tener bona deffuncti coniugis, ſicut mulier vigore noſtræ conſtitutionis, vt teneatur ex fructibus filios alere, docet Portoles ad Molin. verbo, viduitas, num. † 5. & 6. vbi ita *deciſum* refert in facti contingentia ſicut nos de noſtro egregio Senatu tradidimus.

51 Quid autem † in impenſis litigiorum, quæ ſunt in hæreditate. Iam dixi ſuprà num. 45. Senatum amplecti diſtinctionem inter mag-

nas,

nas,& paruas,quæ omninò sequenda est, vt probat l.hactenùs,ff.de vsufruc.& l.eum quē C. eod. tit. Molin.de Hispanor. primogen. lib.1.cap.27.nu.11. in vers. Si autem, Ioan. Garcia de expens.& melioratio.cap.11.nu. 10.& Ioā.del Castillo Sotomaior de vsufru. cap.55.num.6.Surd.cons.333.num.28.addu cens in simili tex.in l.vbi purè in §.fin.ff.ad trebellia.

52 Vbi est notandum † ad perfectiorē huius materię habendā resolutionē,quod expressim dicitur expēsā factā pro cōseruādis, vel recuperādis rebus hæreditarijs repeti per hę redē grauatum à fideicommissario. Et generaliter tradit id semper procedere in impensis,quæ fiunt pro recuperanda re hæreditaria ab alio occupata,concordat Peregrin. de fideicom.artic.50.num.9.Pet. Anto. de Petra in eodem tracta.quæstio.15.num.215.

53 Item non † tenetur vsufructuarius, & sic nec mulier tenens,& possidens ad impensas, quæ fiunt ne ab alio res hæreditarię occupentur,Surd.vbi suprā,notandus est Petra in lo
45 co iam cita. num. 216. qui in specie † deducendas expensas dicit,quæ fiunt in manu tenendo rem hæreditariā,& defendendo eā à molestationibus, adducendo illud sapientis dictum,*non minor est virtus,quàm quærere, parta tueri.*

55 Ratio prædictorum † est, quia hæ sunt magnæ expensæ, & in his negocium potiùs agitur hæredis,& proprietarij,quàm mulieris,vsufructuarię,vt de se patet,vndè succedit regula,quòd is cuius negocium geritur,sumptus ad illud peragendum sustinet, ac sustinere debet,l.sed etsi §.1.ad exhibend.l.cum sæpè C.de eroga.anno.mili.atmo. Menoch. de arbitrar.iud.casu 228.Gail.lib.1. obser. 99.Heringi.de fideiussor.c.25. num.53. Notandus est Molin.de primoge.Hispano. lib.1.cap.27.num.11.cum alijs cita. vbi eandem distinctionem inter paruas, & magnas impēsas,quę fiūt in litibus,quæ non sunt pro vsufructu,sed pro defensione rerum hæreditariarum,facit. Bona est ad propositum tota decis.Barz. 13. De his omnibus disputauimus latè,annis non diu elapsis,coràm egregio Senatore Primario Ioanne Gallego, in causa nobilis Onophrij de Lentorn Archidiaconi de Benasch,contra egregiam Annā de Lentorn,& Aymerich nunc Comitissam de Fuentes, vxorem in primis nuptijs don Hieronymi de Lentorn,vbi forsan peteries declarationes de his rebus factas, quas non fuit locus vt hic inferere possem.Scriba erat Fontana.

SVMMARIA.

1 *Tenuta muleris durat solùm quandiu dos, & sponsaltium non soluuntur eidem.*

Atquè ita si statim soluto matrimonio ei ita soluuntur,cessat tenuta, vbi decis. nostri Senatus.

2 *Mulier non potest continuare causam possessoriam intentatam ratione suæ dotis pro tenuta bonorum viri,si dos ei soluatur,vel deponatur,vbi dec.nostri Senatus.*

3 *Debitum,si totum est liquidum,debet totum de poni, sed si non totum, sufficit cautio pro illiquido.*

4 *Mulier si fuit spoliata,potest petere se restitui in possessionem bonorum viri,nec auditur hæres volens interim ei soluere,& num.6.*

5 *Spolium est in primis purgandum antequàm spoliator audiatur,vbi decis.*

6 *Decisiones nostri Senatus iuxta contenta suprà notan.*

7 *Oblatio pecuniæ debitæ cum consignatione postea sequuta,non operatur vt debitor hoc facto possit propria auctoritate manuteneri possessionem pignoris per creditorem possessi.*

8 *Hæres potest mortuo marito ante mulierem capere actualem,& realem possessionem bonorum defuncti,& si ostenso per mulierem de dote,ei fit satisfactio,non est de quo conqueri possit.*

9 *Interesse.Sine interesse nemo auditur.*

10 *Excepto dolo facit qui petit quod statim restituatur,& non procedit in remedijs possessorijs, & contra illa.*

11 *Fallit certo modo in hac nostra materia cum spolium allegatur per mulierem.*

12 *Decisio Senatus peroptima in hac materia.*

13 *Dos,& sponsalitium debent mulieri solui integrè,aliàs quamuis vnus nummus solus deficiat, mulier habet priailegium constitutum hac nostra.*

14 *Adimpletuisse pro sua parte non dicitur qui innummo defecit.*

15 *Mulier obtinet in actione spolij per eam intentata,si integrè non est ei factum depositum de dote,& sponsalitio, vbi decis. nostri Senatus.*

16 *Depositum si non est integrum, cum tractatur de luitione censualium,& vsuariorum,nihil agitur,vbi decis.nostri Senatus.*

17 *Defectus in minimo non debet semper damnū parti inferre.*

18 *Emptor emens in publica subhastatione,si defuit in minimo in deposito pretij, non efficitur dominus,vbi decis.*

19 *Fides de pretio non potest haberi in his,quæ vt duntur districtu Curiæ.*

20 *Venditio,quæ fit districtu Curiæ,& subhastatio non possunt fieri habita fide de pretio.*

21 *Emptor iustè denegat venditori pretium soluere,si ille deficit in aliquo,etiam minimo.*

22 *Depositum ad soltam Iudicis an valeat ad priandum mulierem tenuta bonorum viri.*

Opinio

23 Opinio affirmans, ex cauſa tamen.
24 Deciſio Senatus noſtri ſuper hoc facta.
25 Alia deciſio de eadem re contraria.
26 Alia deciſio noſtri Senatus de eadem re.
27 Alia eiuſdem Senatus de eadem re deciſio.
28 Alia ſimilis deciſio.
29 Mulier ſatisfacta cum depoſito facto ad ſoltã, & ordinationem Iudicis, non propterea poteſt dici non integrè ſatisfacta.
30 Depoſitum vt opponatur ſolutionem, debet eſſe factum purè, & liberè, ac abſque aliqua conditione.
31 Depoſitum dotis cum ſolta poteſt fieri mulieri vt relaxet bona viri, quæ poſſidet ſemper quòd eſt aliqua cauſa ſic faciendi. Et quæ illa eſſe poſſit.
32 Adimplere pro ſua parte debet prius qui vult ſibi ab alio aliquid fieri.
33 Emptor tenetur prius ſoluere pretium ſi vult rem venditam ſibi tradi debere, & è contra.
34 Fallit ſi inuicem non confidunt vnus de alio, quia tunc licitum eſt agere volenti, depoſitum taliter facere quòd ſe non ponat in periculo perdendi.
35 Hæres poteſt cum ſolta Iudicis depoſitum facere muliери tenenti, & poſſidenti bona viri, ad effectum, vt depoſitum liberari illi mãdet quando viderit iuſtum eſſe.
36 Mulier cui eſt factum depoſitum de dote & iuribus ſuis ad ſoltam Iudicis, cum habẽt contra eam hæredes prætentionem, non facit ex eo die fructus bonorum ſuos.
37 Accommodata ad propoſitum Senatus noſtri deciſio.
38 Executiones quæ fiunt pro inſtrumentis guarentigijs, ſuſpenduntur per depoſita quæ fiũt cum ſolta.
39 Venditor qui vult in vim pacti de retrouendendo recuperare rẽ venditam, poteſt depoſitum pretij ad ſoltam Iudicis facere.
40 Penſiones, & intereſſe, ac fructus deſinunt currere ſtatim atque facta eſt vẽditio bonorum debitoris, & pretium depoſitum, vbi deciſſ. noſtri Senatus.
41 Mulieris incommoda ſi admittuntur depoſita dotis cum ſolta.
42 Alia hæredis, ſi id ſibi non admittitur, vbi larga ſicut pulchra facti cuiuſdam narratio quod ſucceſſit in Senatu.
43 Reſpondetur ad contraria adducta.
44 Multer nõ facit fructꝰ bonorũ viri ſuos, quæ poſſidet pro ſua dote, ex die quo hæres contentatur quòd ſolta appoſita in depoſito de dote facto tollatur, vbi deciſ. Senatus.
Intelligitur ſi ſimul prouidetur ſoltam tollẽ cum quo conſiliantur binæ Senatus noſtri deciſſ. quæ contrariæ videntur, ibidem.
45 Alia ſimilis deciſio noſtri Senatus idem confirmans.
46 Depoſitum cum ſolta Notarij vt firmetur apud eum appoeba, admittitur in dote ad excludendum mulierem à tenuta bonorum viri.
47 Mulier ſatisfacta de dote, & ſponſalitio, habet bonorum viri retentionẽ pro alijs creditis, licèt pro eis non faciat fructus bonorum viri ſui, vbi deciſ.
48 Credita liquida ſolùm cauſant retentionem, non illiquida, vbi deciſ. Senatus.
49 Mulier poteſt habere vltra dotem, alia plura credita in hæreditate viri.
50 Veſtes quotidianæ debentur in ciuitate Barcinonæ viduæ de conſuetudine.
Anulus ſponſalitius debetur etiam viduæ Barcinonæ de conſuetudine, & vnum ex iocalibus mediocribus, ibidem, vbi deciſſ.
51 Secus eſt extra ciuitatem Barcinonæ, vbi non eſt talis conſuetudo.
52 Mulier originaria ciuitatis Barcinonæ, & quæ contraxit Barcinone matrimonium, gaudet conſuetudine de veſtibus quotidianis, anulo ſponſalitio, & vno ex iocalibus mediocribus, etiamſi eius vir extra deſcedat, vbi deciſ. Senatus.
53 Leges terræ vbi celebratus contractus eſt, an & quando ſequi debeamus.
54 Viduæ an de iure communi debeantur etiam iſtæ veſtes, anulus ſponſalitius, & iocalia, vbi deciſ.
55 Michael Ferrer lib. 3. obſeruan. cap. 44. declaratur.
Veſtes quotidianæ debentur etiam viduis de iure communi, ibidem.
56 Anulus ſponſalitius ſit de iure communi vxoris quamuis pretioſiſſimus ſit.
57 Iocalia, & ſeu vnum ex iocalibus ſolùm debẽtur ex conſuetudine Barcinone, non de iure communi.
58 Veſtes quotidianæ quales dici debeant, vt adiudicentur vxori.
59 Veſtes & iocalia & cætera ornamẽta, quæ ſunt feſtiua priuatis, reputãtur quotidiana Ducibus, &c.
60 Anulus ſponſalitius de quo intelligatur, an de tempore ſponſaliũm de futuro, an de præſenti.
61 Deciſ. Senatus quòd anulus ſponſalitius intelligatur de eo qui datur in deſponſatione.
62 Anulus ſponſalitius ob quas rationes debeatur.
63 Doctores referuntur qui in terminis iuris cõmunis de veſtibus quotidianis, & de annulo ſponſalitio loquuntur.
64 Iocale, quod lucratur mulier ſuperuiuens marito, adiudicatur arbitrio boni viri, & in noſtro Senatu quomodo ſoleat fieri, vbi datur ſecundum ſocalt.

Dona

65 Dona, veſtes, & iocalia miſſa ſponſæ antequã matrimonium perficiatur, an fiat ipſius.

66 Deciſio, quòd quæcunque mittuntur ſponſæ poſt fidem datam de matrimonio contrahendo, illius fiant.

67 Sponſus nõ præſumitur donare quæ mittit ſpõſę ante deſponſationẽ, ſed ad ornatum tradere.

68 Niſi contrarium ex coniecturis appareat.

69 Donatio nunquam præſumitur quando poteſt ſumi alia coniectura.

70 Contrariũ tenent plures volentes omnia trãſmiſſa ad ſponſam eſſe ſua, nec poſſe repeti.

71 Auctori ambæ extremæ opiniones diſplicent, ſed media placet, ſi conditio perſonarum, & amplitudo dotis concurrunt ad præſumptionem donationis.

72 Et adhuc requirit auctor quòd non ſint exceſſiui valoris.

73 Deciſſ. referuntur, quæ faciunt pro opinione auctoris in hac materia, Senatus Valentini.

74 Diſtinctio Rotæ Romanæ eſt quòd in dubio ſi iocalia ſunt pretioſa, & magni valoris, non cenſentur donata, ſed accommodata, ſecus è contra.

75 Et in hoc non eſt differentia, ſi hæc dona mittũtur per ſponſum ante contractum matrimonium, vel per maritum poſt iam perfectum.

76 Dono, verbum non eſſeit quòd ſponſus cenſeatur donare ſponſæ dona, quæ de ei mittit, ſed eſt intelligendum ſecundum ſubiectam materiam.

77 Nobiles non ſemper præſumuntur donare iocalia ſponſi ſuis miſſa, ſed iudicari debet arbitrio Iudicis, eui multùm in hoc defertur.

78 Idem eſt quando in nobilis vir duxit nobilem, Reliquendum enim eſt arbitrio Iudicis.

79 Res iſtas pretioſas abſolutè reſtituendas fore eum diſſoluuntur ſponſalia, tenuit Rota Roman.

80 Conſuetudo regionis ſi poteſt probari, efficit vt ſemper donatio præſumatur in donis miſſis ſponſæ per ſponſum.

81 Auctor difficilè inclinat pro donatione in iſtis rebus. Et reddit rationem.

82 Conſuetudo Domicilij viri, cum tractatur de reſtitutione, vel lucro dotis, attenditur.

83 Conſuetudo Domicilij vxoris attenditur eum agitur de alijs, de quibus hic.
Cõtraxiſſe præſumuntur contrahentes ſecundum mores terræ, vbi contrahunt, ibidem.

84 Sponſus dum mittit aliqua ad ſponſam ſi non vult donare, debet proteſtari.

85 Et hæc proteſtatio poteſt fieri abſente parte.

86 Veſtes quotidianæ, & ad quotidianum vſum parata, quæ fecit maritus vxori, vbicunque fiunt illius propriæ.

87 Veſtium appellatione quæ veniant, remiſſiuè.

88 Donatio veſtium quotidianarum, quam cenſetur vir feciſſe vxori non eget ad ſui validitatem, quòd confirmetur morte.

89 Veſtes pretioſæ in perſonis nobilibus, & potentibus ſunt in quotidiano vſu.

90 Veſtes omnes de conſuetudine mulierum nobilium, maximè in ciuitatibus magnis, & populoſis, dicuntur ad quotidianum vſum.

91 Veſtes, & alia ornamenta, quæ dantur à ſocero nurui eiſdem regulis ſubijciuntur, quibus quæ à marito.

92 Mulier lucratur dona, & iocalia, quæ ei dantur à ſuis conſanguineis, non ea quæ à conſanguineis viri, vbi decif.

93 Fallit ſi in contrarium adſunt coniecturæ.

94 Fallit itẽ vbi eſſet conſuetudo in contrarium.

95 Donatio fauore mulieris præſumitur, quando à conſanguineis ei dantur quæ ipſi conueniunt, non marito, prout ſunt veſtes, iocalia, &c.

96 Mulier ſi dat iocalia & veſtes in executionibus bonorum mariti, repetit ea.

97 Mulier tranſmittit ad hæredes ius petendi iocalia, & veſtes, quæ lucraturſ ſecundum conſuetudinem Barcinonæ.
Lucra legalia, & ſtatutaria tranſmittuntur ad hæredes, ibidem.

98 Creditores viri ſunt potiores vxore in bonis illius, cum tractatur de detrahẽdis iocalibus, & alijs lucris, quæ ei acquiruntur ex conſuetudine.

99 Mulier tenetur reſtituere filijs primi matrimonij iocalia, & alia, quæ acquirit ex conſuetudine, ſi tranſiuit ad ſecunda vota.

100 Renuntiatio iuris conſuetudinarij quoad acquiſitionem iocalium, & aliorum luerorum, per mulierem facta, an valeat

101 Legatum factum vxori cenſetur factum animo compenſandi eum lucris legalibus, & conſuetudinarijs.

102 Compenſandi animo quando legatum cenſeatur factum.

103 Compenſandi animus præſumitur in neceſſarijs, non in voluntarijs.

104 Debitum quando dicatur neceſſarium, & quando voluntarium.

105 Debitum contractum per hæredem ad effectũ compenſandi, an dicatur voluntarium, vel neceſſarium.

106 Compenſandi animus præſumitur in voluntarijs ſi adſunt coniecturæ, & è contra, non præſumitur in neceſſarijs.

GLOS-

GLOSSA III. PARS VI.

Proſequitur eadem materia conſtitutionis noſtra.

Et ſignanter, quandiu duret illius beneficium.

Et de ſolutionibus, quæ fiunt mulieri bus ad tollendũ eis iſtud beneficiũ.

Et de alijs creditis, quæ mulier vltra dotem habet in bonis viri.

1 DVrat hæc tenuta, & †cõſtitutionis beneficium quouſque mulieri eſt ſatisfactum in ſuis dote, & ſponſalitio, vt dicit eadẽ conſtituens: in tantùm vt ſi ſtatim ſoluto matrimonio ſoluantur mulieri dos, & ſponſalitium, ſtatim ceſſat beneficiũ
† cõſtitutionis, vti expreſsis verbis *dixit* Senatus in deciſione cauſæ Comiriſſę de Cardona contra Ducem, de qua ſuprà, quæ fuit facta 30. Octobris 1489.

2 Quod eſt adeò verùm, † vt ſi mulieri agenti, pro habenda, vel retinenda poſſeſſione in vim conſtitutionis, offerrur dos, & poſteà conſignatur cum cautione illiquidi, ſi plus debetur, imponitur ei ſilentium in pretentione, ſaluo iure ſi maior, vel minor quan
† tiras debeatur, provt his eildem verbis *dixit* Senatus in deciſione cauſæ Annæ Pou, & Gilaberr, contra Eliſabetham Gilabert 30. Iunij 1550. Relatore egregio tunc Senatore Vilana.

3 Quæ habent † fundamentum in practica, quæ habetur in l. ſtatu liberi à cæteris ff. de ſtatu. libe. Angel. & Ioã. de Imol. in l. 4. §. Prætor ait, ff. de noui oper. nun. cum concordan. ibi allega. per Alex. & Gregor. Lop. in l. 8. ri tu. 14. par. 5. glo. 3. in quibus locis habetur quòd quando debitum non eſt liquidum in totum, debet deponi, & conſignari id quod eſt liquidum, & pro reliquo liquidando dari fideiuſſor, idem dicit Rot. Gen. deciſ. 177. num. 5. & Celſ. Hugo conſ. 1. num. 28. in fin. Cancer. in 3. par. var. reſol. c. 8. de depoſi. &
† cõmen. ex n. 9. vbi ex *deciſione* Senatus probat nec pro illiquidis fore ſemper neceſſariam cautionem, niſi vbi de magno ageretur partis preiudicio, quæ notabis vt euites amaritudines, quas iſtæ viduæ cum ſuis tenutis, & pretenſis, ratione illarum, ſpolijs ſolent cauſare hæredibus.

4 Quod tamen eſt † intelligendum ſanè, dũ modo id non fiat poſt ſpoliatam mulierem, tunc enim liceret mulieri dicere ſe fuiſſe ſpoliatam, ac petere vt ante omnia ſibi poſſeſſio pleniſsimè, hoc eſt cum fructibus, reſtitue retur: nec forer audiendus ſpoliator offerendo dotem, vt euiaret reſtitutionem, quo-
5 niam † vitiũ ſpoliationis, & intruſionis prius purgandum eſt, prout pulchrè in his eiſdem terminis terminantibus mulieris ſpoliatę res nura bonorum viri, quam habebar pro ſua dote, docet Anton. Faber in ſuo Cod. lib. 5.
† tit. 7. de iur. dor. defin. 11. atq; ita *deciſum* in Senatu Sabuſiano de anno 1591. teſtatur.

6 Sic Senatus † *declarauit* referente egregio
† Senatore Ioanne Gallego 5. Octobris 1620. in cauſa viduæ Hieronymæ Creſpiera contra N. Coſta Caſagemas, & alios, Actuario Puiguerr, vbi non obſtante depoſito dotis, & iurium viduæ facto per hæredem, fuit declaratum ſpolium in fauorem mulieris, eo motiuo, *quia depoſitum factum fuerat poſt commiſſum ſpolium, & litem motam.* Verum eſt quòd fuit ſuperadditũ quòd dos non erat in tegrirer depoſita. Diſputata deinceps eadẽ cauſa fuit in alia Aula in gradu ſupplicationis referẽte egreg. Senatore Ioſepho Ferrer de anno 1621. & omiſſo articulo, ſi depoſitũ erat inregrum, vel non, ſubingreſſi fuerunt egregij Senatoris merita, ſi ex illo depoſito, præſuppoſito quòd eſſet inregrum, vel ex quadam oblatione, quæ verbo ante litem motam, & ante depoſitum facta fuerat mulieri, ceſſare debebat prætenſio ſpolij, &
† fuit *reſolutum* quòd non, quia vt dixi, factum fuerat depoſitum multò poſt commiſſum ſpolium, expectando quòd de eo mulier iuditialiter conquereretur.

7 Et ad † oblationem anteà factam diceba tur eam, etiam ſequuta poſteà obſignatione, & depoſito, non poſſe facere, vt debitor propria auctoritate poſſeſsionem pignoris nan ciſci poſſit, quæ in creditorem tranſlata eſt, vt eſt optima defin. Fab. 6. cũ 2. in ſuo Cod. lib. 4. tit. 18. de pigno. actio. Ob quod confir mata in omnibus fuit ſententia prędicta die 6. Iulij anni prædicti 1621.

8 Quod ego † perpetuò verum non exiſtimo, imò dari poſſe caſum arbitror, in quo excuſaretur hæres à purgatione prętenſi ſpolij, vt ecce hęres haber ſuam intentionem tũ datã, & ius indubitabile ad hęreditatem teſtaroris, mulier verò non niſi docto de requiſitis, vt probauimus in principio. Mortuo mariro quis poterit impedire hæredem ne poſſeſſionem, antequam à vidua corporalirer, ac naturaliter ocupetur, adipiſcatur? ſi id fecerir, veniet mulier conquerens de ſpolio, ſub prętextu poſſeſsionis, quam transferr conſtitutio, docere eam ad id oporter de dore, & iuribus ſuis, quid verabit tunc, percontor, ne

hæres

hęres pro conſeruatione ſuæ poſſeſsionis, & releuando ſe à moleſtijs tenutæ, ſoluat mulieri dotem, & alia iura? ſi nihilominùs inſiſtit mulier in ſuo prætenſo ſpolio, nõ video qualiter audiri poſsit ab aliquo circunſpecto Iudice, quia non video eius aliquod intereſſe conſiderabile in iſta reſtitutione, maximè in terminis noſtræ conſtitutionis, quæ in primo anno non concedit mulieri fructus: ſine intereſſe † autem non datur reſtitutio in hac
9 materia, provt pulchrè dicit Fab. in citat. dè fin. 11. tit. de in. dot. in allega. num. 5. vbi cõſiderat extinctionem iuris mulieris in pignore ex iſta ſolutione, quam facit hæres, & niſi ex alio reſpectu inibi intereſſe conſiderari potuiſſet, ſine dubio nõ fuiſſet declaratũ pro ſpolio, & reſtitutione, prout inſinuat ibidem
10 Fab. Prætereà † licèt regularitèr dicatur regulam l. in condemnatione, §. dolo, de reg. iur. & alia quæ dicunt dolo facere eũ qui petit quod ſtatim reſtituturus eſt, non procedere in remedijs poſſeſſorijs, vt habes apud Decium in cita. §. dolo de reg. iur. & Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 1. Petegr. qui benè declarat conſ. 2. num. 62. lib. 1.

11 Ego tamen † eam huic caſui accommodarem, vbi apparet quòd ex vna parte hęres reſtitueret, & ex alia, ſoluendo abſque vlla cunctatione recuperate haberet. Habeo ducem, quem in hoc ſequar, Hierony. Gab. in conſ. 34. num. 6. lib. 1. vbi videatur. Hæc circunſpecti Iudicis cenſuræ, & prudenti Iudicio cõmitenda ſunt, qui ſi videt non intereſſe mulieris, nec poſſe incontinenti euitare teſtitutionem poſtquam ipſa reſtituta foret, malè meo iudicio, faceret ſi viduam in ſua tenaci circa reſtitutionem, & reintegrationem prætentione audiret. Habeo pulchrum † in
12 Senatu deciſum caſum, quo iſtud mirè confirmem. Ecce quòd moritur egregius olim Senator Franciſcus Vbac inſtituto hęrede N. Llobet oppidi Perpiniani cõſanguineo ſuo, & ſuperſtite ſibi vxore. Mortuo dicto Vbac cum maior, & principalior pars ſuæ hæreditatis conſiſteret in pecunia numerata exiſtente penes mercatores quoſdam ad negotiandum, eam hęres emparari fecit penes dictos mercatores, prætendit vidua ſpolium contra hæredẽ ex eo quòd nõ permitebat eã liberè vti fruì bonis viri, quibus vti fruì debebat in vim conſtitutionis, ad quod cauſam mouet coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, coram quo à principio dixit hęres ſe eſſe paratum emparam cancellari facere viduę vſque ad quantitatem ſuę dotis, & aliorum iurium, interpellando eam quòd de dicta ſua dote, & illius ſolutione doceret, quo facto offerebat ei incontinenti ſe facturum ſolutionem modo prædicto, & vlteriùs obtulit eidem ſatisfacere pecuniæ emparatæ in tereſſe ex die emparæ, & non obſtãte quòd vidua inſiſteret in ſpolio, nihilominùs con-
† cluſione facta 5. Iunij 1606. *declaratum* fuit nõ eſſe locũ petitis per viduã, ſed ſolùm fore emparas cancellandas; vſque ad concurrentem quantitatem ſuæ dotis, & iurium, & intereſſe oblati. Conſideratum fuit quòd nullum intereſſe in hoc mulieris, maximum autem hæredis, ne pecunia, quæ in magna quãtitate erat ſi ad manus mulieris perueniret, deperderetur, verſabatur. Actuarius erat N. Maſdeu. Vix eſt quòd non conſulam generaliter in iſto caſu hæredi, qualiſcunque ille ſit, quòd ſi habet vndè alias ſatisfaciat mulieri, mitat ſe ſtatim in poſſeſsionẽ bonorum paratus ſoluere illi ſtatim quòd conqueratur, & de ſuis iuribus doceat, provt docere debet, & vix erit quòd propterea in aliquod periculum hæres incidat: Circunſpectus enim Iudex ſemper attendet ad intereſſe, & damna mulieris ſi quę paſſa ſit, vel non, vt in primo caſu eam adiuuet: in ſecundo verò hæredem. Alia de ſpolij, & emparatum materia non pœnitẽda videbis infrà circa interpretatio. conſti. 2. huius tit.

13 Integrè dicit conſtitutio † quòd debet fieri iſta ſatisfactio, aliàs ſi deficit aliquid etiamſi ſit modicum, pro eo habet mulier priuilegium conſtitutionis, provt optimè dicit Mier. in hac conſtitu. num. 123. vbi ait, quòd etſi vnus tantùm nummus deficeret, non diceretur integrè facta ſatisfactio, qualem requirit conſtitutio, & ideò eius beneficio adhuc gauderet mulier.

14 Nec miteris † quòd ſic loquatur Mier. quia ita dicunt, & loquuntur DD. in eo qui priùs pro ſua parte adimplere tenetur, quòd ſi vnus ſolùm nummus deficit, non dicitur pro ſua parte adimpleuiſſe; vt apparet ex Maſcard. concl. 1388. num. 25. cum aliis; ſequitur Oliba in citato §. fuerat num. 18. in 2.
5 refectio. Et in hoc non eſt dubium, quia ſæpè
† vidimus *declaratum* pro tenuta mulierum, & ſpolio pet ess prætenſo, ex quo aliquid modicum deficiebat, vel in depoſito, vel in ſolutionẽ eis facta de dote, & poſt falitio. Eadem verba conſtitutionis declarat
1 ſatè Ceſ. Hugo in conſ. 1. num. 53.

15 Atque ita † in terminis Senatus noſter
† *declarauit* 5. Octob. 1610. in cauſa viduæ Hieronymę Creſpierà contra N. Coſta Caſagemas, & alios, referẽte egregio Senatore Lozane Gallego, vbi fuit declaratum ſpolium, in
21 fauorem viduæ, inter alia, ex quo depoſitum non erat integrũ, & tamẽ erat modicũ, quod deficiebat. Actua. Puigbert. Quæ ſentẽtia fuit
† *confirmata* in cauſa ſupplicationis in alia Auſa referẽte egre. Sen. Ioſep. Ferrer 6. Iulij 1621.

Nec

16 Nec id quidem † mirum, cum in alijs de poſitis videamus etiã per deffectum in parua quantitate vitiari depoſitum. Vt ecce in cen ſualibus, & violarijs, in quibus ad luitionem certum eſt debere fieri depoſitum pretij, & penſionum, ac rate decurſæ vſque ad diem depoſiti. Si in hoc quod eſt integrè deponere pretium, penſiones, & ratas deficit pars, non habetur cenſuale, aut violarium pro lui to, quamuis ſit iſte deffectus in minimo, & Dida. lib. 1. variar. reſolu. cap. 15. nu. 9. Felicia. de Solis de cenſ. 2. par. lib. 3. c. vni. nu. 7. verſ. Tertia opinio, Velaſ. de Auend. etiã de cenſ. cap. 102. num. 3. & 12. viden. Maſtril. deciſ. 148. vol. 2. noſter nobilis à Pegue. deciſ. 61. in 2. part. qui allegat tex. in l. 2. debit. pig. &c. & Tiraquel. de retrac. conuen. § 4. glo. 6. num. 23. vbi benè id confirmat. Id

† quod Senatus etiam noſter *ſequitur*, prout ſignanter vidi declaratum referente egregio Senatore Franciſco Bonet 1. Mar. 1616. inter Raphael. Puig Notarium, & Ioan. Oliuer, Actuar. Anton. Tio, vbi, *ex eo quòd in depoſito facto pro luitione cuiuſdam violarij deficiebant duntaxat decem, & nouem ſolidi, & quatuor denarij pro rata vltimæ penſionis, ob quod pars noluerat acceptare depoſitũ factum de pretio, & duobus ſolidis pro omni eo, quod poſſit eſſe debitum, faciendo tenere, & valere totum id, & quantum, &c. provt apud nos frequentatur, fuit declaratum non fuiſſe, nec remanſiſſe luitum violarium, imò cucurriſſe penſiones, ac ſi depoſitum non foret factũ*. Non eſt ergo mirum ſi in noſtro caſu, & materia priuilegiata defectus in parua quantitate vitiat depoſitum, & prætenſam ſolutionem dotis.

17 Quod tamen † vti multùm durum, & rigidum, ego excuſarem quantùm poſſem, atque ita quererem ſi aliquam exculationem, veluti erroris calculi, aut alias habere poſſet deponens, ne propter deffectum in minimo, eſſet in tanto damno, per ea, quæ dicit Pegue. in ſuprà cita. deciſ. 61. & Tiraquel. qui latè extendit d. glo. 6. ex num. 29. Meliùs, ac latiùs, quàm alij, totam hanc depoſiti materiam, qualiter illud debeat eſſe integrum, ita vt ſi vnus ſolus nummus deficiat, nihil operetur, & qualiter rata penſionis decurſa debeat etiam deponi, licèt penſio non ceſſerit, quia in hac materia fructus dicuntur in dies percipi, & de cauſis excuſantibus pertractat Mar. Giurba deciſ. 98. ex num. 16. vſque ad finem, viden. in materia.

18 Sic videmus † (vt intentum magis cõfirmetur) in eminente rem in publica ſubhaſtatione vi, & diſtrictu curiæ, ſi enim emptor in depoſito pretij deficit ſolùm in modico, velut in vno nummo, non efficitur dominus rei empte, debet enim taliter eſſe integrum depoſitum, vt nihil vel modicum deficiat, ita egregius conciliarius, ac aduocatus fiſcalis in Supremo Regni Aragonum Concilio don Fran. Hiero. Leo deciſ. Valen. 6. vbi ita *deciſum* dicit. Quod eſt notãdũ pro executioni

† bus, quæ apud non ſæpè per curias fiũt, in qui bus vix vnus eſt emptor, qui integrum pre-

19 tium deponat. Ibidem videbis † qualiter in his non poteſt haberi fides de pretio, quod tamen apud nos præuè obſeruatur in ſatis gra

20 ue debitorum damnum. In quo † nec poteſt diſpenſare qui facit executionem, imò nec quòd (in hoc in hac Prouincia ſæpè peccatur) iſtæ ſubhaſtationes, & venditiones, quæ fiunt vi, & diſtrictu curiæ, fiant habita fide de pretio, ſicut ſæpè fiunt per meros executores, eſt enim contra tex. in l. 4 Diuo Pio 15. § oportet enim ff. de re iud. Afflict. deciſio. 358. num. 4. Giurb. deciſ. 53. & Anto. Monach. deciſ. Bononien. 63. num. 27. niſi omnes intereſſati conſentirent, vt eſt pulchra deciſio Rotæ Roman. apud Farinac. in vlti. volum. 464. quod iuſtum eſt reprimant Iudices, qui iſtud contra legem fieri vident.

21 Sic etiam videmus † quòd ex ſolo deffectu in minimo in venditore, iuſtè denegat emptor pretium illi ſoluere, provt eſt pulchra Rot. Rom. deciſ. apud Fari. 33. vol. pen.

22 Occaſione iſtorum † verborum diſputant noſtri num per depoſitum, & conſignationem dotis, & ſponſalitij facta in tabula depoſitorum communium huius ciuitatis, quę regulariter in Cathalonia abſque alia ſolemnitate ſolent haberi pro legitima ſolutione, per depoſitum (inquam) & conſignationem facta in dicta tabula ad ſoltam Iudicis (nam ſi ſine ſolta non eſſet difficultas) quia, vt iam in ſuperioribus diximus, depoſitum in tabula habet in Cathalonia vim legitimæ ſolutionis, cenſeatur ſatisfactũ huic conſtitutioni de integra ſatisfactione loquẽ-

23 ti. Hanc quæſtionem † tractauit in indiuiduo noſter Cancer in 3. part. variar. reſol. cap. 8. de depoſi. & commen. ex num. 12. vbi reſoluit quòd ex cauſa poſſunt illud depoſitum facere viduæ hęredes, veluti quando offerunt ei dotem, & ſponſalitium in pecunia numerata dum ipſis hęredibus offerentibus ipſa reddat rationem inuentarij bonorum, quæ erant defunẽti, tunc (inquam) ſi vidua recuſat facere quod requiſita fuit, opinio eſt Cãcerij poſſe fieri huiuſmodi depoſitum penes Iudicem, vel in tabula nummularia ad illius ordinationem, & ſoltam, vt non liberaretur niſi cautione præſtita de inuentario de integro reſtituendo.

4 Sed ſucceſſerat † iſte caſus diſputandus in Senatu antequam is doctor ſcriberet, de anno

no ſcilicet 1602. in cauſa Monſertati Puig contra Ioannem Canals, coram egregio Senatore Ioſepho Dalman, Scriba Maſdeu, in qua cum factum fuiſſet depoſitum dotis ad ſoltam, & ordinationem Iudicis, & pars incontinenti contentata, quòd ſolta tolleretur ex hoc in prima inſtantia die 28. Martij fuit
† *declaratum in dicta cauſa mulierem non feciſſe fructus ſuos à die quo pars contentata fuerat quòd ſolta tolleretur vſquequo fiat ſublata, ſub pretextu, quia non conſtabat culpa, & facto deponentis factum fuiſſe quominus dicta ſolta tolleretur.*

25 Negocio tamen † ad aliam Aulam per viam ſupplicationis ducto, Relatore egregio Senato. Hiero. Aſtor, ſub die 2. Iunij 1610.
† fuit *viſum* contrarium, eo motiuo, *quia conſtabat depoſitum non fuiſſe liberè factum, ſed ſub ſolta Iudicis, quæ non fuit ſublata vſque ad diem t. & propterea* (inquit) *conſtat nõ fuiſſe dictam viduam Puig integrè, & liberè ſatisfactam in ſua dote vſque ad diem t. quo ſolta fuit ſublata, & conſequenter, vſque ad illam diem fructus feciſſe ſuos.* Ex quibus cõſtat ambas Aulas concordaſſe, quod nõ ſufficiebat depoſitũ cũ ſolta niſi ex die quo pars contentaretur illam tolli, ſecundùm vnam opinionẽ, vel ex die, quo teuerá tolleretur, ſecundùm aliam.

26 Idem, quòd non † proficiat depoſitum
† cum ſolta in hac materia dicitur *declaratum* 3. Maij 1612. Relatore egregio tunc Senatore Iacobo Puigmija, in cauſa Mariãnę Palau contra Franciſcum Palau. Idem
27 poſt † magnam altercationem fuit *declara-*
† *tum* 11. Iunij 1617. referente egregio itidem Senatore primario Ioanne Gallego, in cauſa nobilis Onophrij Delentorn, contra nobilem domnam Annam Delentorn, & de Aymerich, poſtea Comitiſſam de Fuẽtes, vbi cum vidua fuiſſet factum depoſitum ſeptem mille librarum ad ſoltam, & ordinationem Iudicis, petereturque reſtitutio hæreditatis attento depoſito, fuit quidem condemnata vidua, ſed cum hac clauſula, *ſublata prius ſolta &c.* Scriba Fontana. Idem
28 etiam † antiquitùs placuiſſe Senatui conſtat ex Michaele Ferrer in 3. par. obſer. cap. 157. circa finem. Et deindè in alijs cauſis infinitis fuit id etiam declaratum. Fon-
29 damentum eſt † in illis verbis declarationis Aſtor. *quia non cenſetur mulier per iſtud depoſitum integrè, & liberè ſatisfacta*, quamuis ego non multi facio verbum, *integrè*, non enim arbitror dici poſſe quòd non integrè fuit factum depoſitum, ex quo non ſit factum purè, & liberè.

30 Vis ergo ſtat † in verbo, *liberè*, quia vt depoſitum, & conſignatio operentur ſolutionem, oportet quòd liberè, purè, & ſimpliciter, & abſque aliqua conditione fiant, prout ex multis probat Menoch. de arbitrar. Iud. caſ. 232. num. 32. Rot. Gen. deciſione 127. num. 6. Celſ. Hugo conſ. 1. nu. 28. & 53. omnium pulchrius, & ad propoſitum accommodatiùs Paul. de Caſtro in l. ſi ſoluturus 39. ff. de ſolutio. num. 4. vbi reſpondens cuidam obiectioni, quę fiebat de l. obſignatione C. eodem tit. de ſolu. qua debitor quantitatis offerendo, aſſignando, & deponendo ſtatim dicitur liberatus ipſo iure, his formalibus vtitur verbis, *Sol. & tene mentè perpetuò, illud eſt verum quando pecunia deponitur, & conſignantur cum libera poteſtate creditori, data de recipiendo quandocunque vult, & ad eius beneplacitum: ſed ſi non datur libera poteſtas, ſed ita demum ſi aliam rem tradat, tunc per depoſitionem, & conſignationem non liberatur debitor ipſo iure ante interitum pecuniæ, nec etiam poſt, vt eſt caſus ſingularis hic, quem perpetuò tene mente ſecundum Doctores.* Hucvſque ſunt verba Caſtren.

31 Ego tamen crederem † quòd vbicunque hæredes haberent aliquam iuſtam cauſam, quam ſemper videntur habere, quià ſemper mulier permanens in retentione bonorum pro dote, tenetur hæredibus de inuentario per eam recepto rationẽ reddere, ex Ayora de partitio. cap. 2. n. 8. & Scobar de ratioci. c. 9. nu. 14. ſi mulier requiſita, & interpellata non facit id quod debet, poſſunt hæredes dotem, & ſponſalitium ad ſoltam Iudicis deponere, & prætendere quòd ex eo die non poteſt fructus hæreditatis, & bonorum mariti ſuos facere.

32 Ad quod probandum † moueor (nec exiſtimo ſine fundamẽto) quia licèt verũ de iure ſit, & regulariter procedat, quòd qui vult aliquid per aliquẽ ſibi fieri, debet ipſe prius
33 adimplere pro ſua parte. Veluti † emptor pretiũ ſoluere ſi vult rem ſibi vẽditá habere, & ècontra vẽditor rem priùs tradere ſi deſiderat pretiũ ſibi ſolui, vt probatur in l. Iulianus in §. offerri, de actio. emp. de quo puncto eſt largiſsima tractatio per extenſam Doctorum allegationem, & caſuum diſtinctionem apud Ioſeph. Ludouic. in ſuis communib. conclu. conclu. 14. per tot. & ſignanter ex illatio. 94. Cæſar. de Graſsis in tracta. de except. non obſtan. ſtatu. &c. except. 13. ex n. 37. cũ mul. ſeq. Et nouiſsimè Vincen. Caro. in tract. de loca. & cõduc. par. 4. de euictio. nu. 42. amplia. 8. & magis nouè in nouiſsimo tract. de remed. contra præiudiciales ſententias, except. 30. non implemẽti, & exceptio. 78. pretij non ſoluti, in quibus habes pulchra de hac materia videnda.

34 Verùm si inuicē † ipsi de se nō cōfidunt,& neuter vult incipere, licitum esse inquiunt Doctores depositum taliter facere,quòd se non ponat is qui vult agere , in periculo perdendi , vt probat tex. in l. sed si alienare in princip. ff. de fideicommiss. liber. vbi glos. in princip. adducit plura iura concordantia , quæ probant non esse æquum vtroque carere, & est expressa doctrina Bar.per illum tex. in l. si soluturus 39. num. 3. ff.de solut. & libera. quem sequitur Paul. de Castro ibidem num.3.

35 His suppositis, † non video quamobrem non debeat esse permissum hæredibus recuperare debentibus à muliere inuentarium, & illius compotum, & rationem,depositum de dote , & alijs iuribus facere ad soltam Iudicis , vt eam tollat quando videbit debere tolli , vel propter cautionem , quæ sit præstita hæredibus pro prætentionibus illorum ; vel propter integram bonorum restitutionem, aut aliàs.

36 Atque ita ego † sum opinionis quòd ista deposita regulariter admittantur , quia regulariter habent hęredes prætentiones iustas, saltem circa restitutionem integri inuentarij aduersus mulierem possidentem,& ex die qua facta sint,quia hæredes exbursarunt pecuniam , non amplius mulieres hæreditatis faciunt fructus suos . Liberet deindè Iudex quamprimùm sibi videbitur iustum , mulieri pecuniam depositam ; in hoc multùm debet esse solicitus Iudex,sed non conuenit quòd interim damnum hæredes exbursata pecunia patiantur.

37 † Atque id mihi † visus est nouissimè *sensisse* Senatum,die scilicet 5.Octobris 1619. Relatore egregio Senatore Hieronymo Attor,in causa Monserrati Duran, contra Catherinam Coll, Scriba Cortes , cuius suprà in materia inuentarij ad aliud propositum memini. Ibi condemnata fuit mulier ad restituendum hæreditatem, quam pro sua dote , & sponsalitio possidebat , & adiudicata ei certa quantitas pro suis dote,& sponsalitio , & alijs iuribus in dicta hæreditate competentibus , hoc addito , *quòd soluta, vel depositata* (inquit Senatus) *dicta quantitate , ad quam dicta iura fuerunt liquidata, possit incontinenti fieri executio Regiæ sententia non obstante alia liquidatione inibi reseruata.* Nota verbum, *Depositata*, quod clarè insinuat quod diximus,sufficere depositum. Et quamuis Senatus non dixerit si debebat esse ad soltam Iudicis,verùm id verba prædicta important , aliàs sufficiebat dicere; solutis,circa quod ego consultus dixi hanc mihi videri Senatus mentem , nec debere contentari partem , quòd solta tolleretur nisi cauto sibi pro suis prætentionibus, opinor quòd benè succedet , ibi facilè videre poteris.

38 Necest nouum † in Cathalonia in casibus similibus,& non minùs priuilegiatis admitti hæc depositia, in quibus postea non liberatur pecunia nisi prælitica cautione parti pro suis prætentionibus , vt ecce in exequutionibus, quæ fiunt pro pentionibus censualium , & violariorum , in quibus est dispositum per nostras constitutiones ne supersedeantur nisi per exeptionem solutionis, & satisfactionis, de qua constet per publicum instrumentum , vt probauimus infrà dum de probatione solutionis dotis ageremus. In his quod inconcusè practicatur,est deponere in tabula ad soltam, & ordinationem Relatoris,quātitatem,pro qua fit executio, quo depositio attento fit, & fieri solet incontinenti supersedimentum , & ampliùs non proceditur via exequutiua , & si pars haber prætentiones, pecunia non liberatur, nec solta tollitur nisi cum cautione pro dictis prætentionibus . Hæc notiora sunt in Cathalonia , quàm debeant à nobis confirmari , ita quotidiè practicamus , ita quotidie practicari,& obseruari videmus. Et si vis processum, in quo à multis annis ratione eiusdem obligationis , & inter easdem partes hæc practicantur , vide illum qui nunc ducitur coram egregio Senatore Hieronymo Senjust inter pupillos Sayols , & Don Alexandrum Delentorn , & quasdam Vniuersitates ibi mentionatas , in quo propter quasdam prætentiones, quas rei habent aduersus censualia , de quibus ibi, singulis annis deponuntur pensiones, & singulis annis solent pupilli pro leuandis depositis cauere.

39 Obseruamus † præterea materiam depositi ad soltam , & ordinationem Iudicis, quando venditor vult agere aduersus emptorem ad retractum vigore pacti de retrouendendo , si post oblatam pecuniā,eam emptor noluit recipere,de qua re per Tiraquel. de retrac. conuen. §. 5. glos. 2. num. 4. Caro.de depos. quæstione 6. in fi. & quæstione 91. Ioan. Lup. de vsur.commen.2.§. 3. num. 107. in fin. & alij adducti per Cancer.3.par.variar.resolutio.cap.8.de depo.& commen.num.18.

40 Obseruamus etiam † in simili , licèt res diuersa sit ab instituto , quod prosequimur, pulchra tamen,& multùm scitu digna,quòd facto deposito ad soltam Iudicis pecuniæ processę ex bonis alicuius debitoris distractis vi & districtu curiæ,cessant statim currere fructus,& quod plus est , pensiones censualium , & violariorum,etiam si per multū temporis differat postea Iudex graduationem

rem inter creditores facere, & quod vnicuique ex eis ſpectat, liberari mandare, quia factum Iudicis non nocet, nec nocere debet
† parti. Ita multoties fuit in Senatu *declaratū*, & ſignāter in cauſis infraſcriptis. Ac primò quidem 12. Nouēbris 1596. Relatore egregio Senatore Anto. Oliba in cauſa graduationis creditorum bonorum Iacobi Ceruera ciuitatis Dertuſæ, Scriba olim Morato, nūc Domingo, ſub his verbis. *Quia poſt factum dictum depoſitum legitimè, & de Iudicis mādato, quod vim præbet realis ſolutionis factæ à parte, quia factum Iudicis iuridicè procedētis reputatur factum partis, & ſolutione eius quod debetur, ſeu conſignatione legitimè facta omnis obligatio tollitur, non potuerunt penſiones currere, ex quo cenſualia per dictum depoſitum cēſentur extincta, & obligatio finita.*
† Secundò idem vidi *declaratū* 5. Maij 1603. referente egregio tunc Senato. nunc in ſupremo Aragonum Concil. Regente Micha. de Salba & de Vallfeca in cauſa graduationis creditorum Ioannis Maſlohan cultoris de Sarria, Scriba Ioanne Segni. Et tertiò
† denique idem *dixit* Cancellarius Rouirola poſteà Epiſcopus Barcinonæ, facto verbo in Aula Regentis propter impedimentum omnium Doctorū ſuæ Aulę, die 15. Iunij 1604. in cauſa graduationis creditorum bonorum Sebaſtiani Pons Villefrāchæ Peniten. Actuario olim Bartholomeo Balle. Alia infinita ſimilia exemplaria poſſem ad propoſitum afferre, ſed hæc ſufficiant.

Et finaliter idem videmus obſeruari in alijs quibuſcunque negocij ſpeciebus quotieſcunque is, qui aliquam quantitatem ſoluere tenetur, ſi prætentionem aliquam habet, ob quam exiſtimet ſe non teneri ad ſolutionem, tunc debitor ad ſoltam & ordinationem Iudicis ſolet quantitatem deponere, & id cuicunque inconcuſsè admittitur, nec pecunia poſteà leuatur, niſi præſtita cautione optima, ſic ergo videtur in noſtro caſu admittendum.

41 Iam video, † dices iſtud redundare in magnum præiudicum mulierum, & illarum dotium, quę forſan non ſemper reperient fideiuſſores pro leuando depoſito, & plus iuſto perſæpè cauſa diſtrahetur culpa deponentis, aut aliàs. Sed Reſpondeo iſtud inconueniens eſſe etiam in reliquis caſibus, & tamen non propterea reſpuuntur depoſita. Ad hoc eſt, & eſſe debet Iudex, vt proſpiciat mulieribus ne damnum patiantur, nec bonis priuentur antequam dotem habeant expeditam.

42 Et ſi in dicto inconuenienti † vim facis, conſidera aliud, quod tibi referam contigiſſe in illa Don Onophrij de Lentorn cōtra Viduam Don Hieronymi de Lentorn, de qua ſuprà, quodque quotidie contingere poterit, & poteſt in ſimilibus caſibus, & iudica quid ſit remedio dignius, & vbi oporteat magis proſpicere. Ecce quòd in dicta cauſa, vt poſſet hæres recuperare hęreditatē à vidua, depoſuit eidem ſeptem mille libras dotales ad ſoltam, & ordinationē Iudicis, petendo in iudicio coram egregio Senato. primario Ioan. Gallego, reſtitutionem hæreditatis, & fructuum, attento prædicto depoſito, Senatus ſequēdo quod conſueuit, *noluit* annuere petitioni, ſed condemnauit ſolùm *ad hæreditatis reſtitutionem, omiſſis fructibus, & hoc ſublata prius ſolta in partita appoſita*, vt habetur in Regia ſententia indè lata, quam ſuprà retulimus.

Pro obtinenda executione Regię ſententiæ, & recuperanda hęreditate, curauit actor quòd ſolta tolleretur, & pecunia liberè traderetur viduæ, ſub ſpe quòd illa incōtinentì reſtitueret ſibi inuentarium, quod erat magni valoris, ſicut facere obtulerat. Audi huius negocij exitum, ſtatim atque habuit vidua pecuniam liberam in tabula, quod ipſa fecit, & ſeu fecerunt eius procuratores, nam illa erat abſens, fuit expendere illam, & alijs dicere, & ſcribere, & deindè die aſſignata ad reſtituendum inuentarium, & reddendum illius rationem, voluit reſtituere quid minimum ex eo, quod non aſcendebat, vt dicebat diuerſa pars, ad centeſimam partem valoris bonorum in eo continuatorum, dicendo ſe aliud non habere, quod reſtitueret, quia reliquum conſumptū fuerat pro ære alieno hæreditatis ſoluendo, & aliàs. Conqueſtus de hoc fuit agens apud Senatum, & clamabat dicens quòd ſi Senatus ſoltam non ſubtuliſſet ſine cautione, id ei damni non accidiſſet. Iuſtam iudicauit Senatus Actoris quærelam, & iuſtum eſſe duxit quòd in quantùm poſſet, illius indemnitati conſuleret, & quando aliud non potuit, quia factum non poterat non eſſe factum, Relatori cauſæ commiſit primò quòd ex ſui parte diceret adminiſtratoribus tabulæ ne permitterent pecuniam exire ab ea donec aliud ordinaret; ſed quia Ciuitas habet prætentionem quòd pecunia in tabula depoſita non poteſt emparari, nec illius liber vſus impediri, non profuit iſtud remedium, & ideò ventum fuit ad aliud. Iuſsit igitur deindè mandata expediri procuratoribus viduę ſub pęna ſoluendi de proprijs bonis, ne pecuniam prædictam in toto, vel in parte expenderent, & cuidam tertio, cui certa pars dictę pecuniæ dicta, & ſcripta fuerat, vt illā emparatā haberet nomine Regię Curiæ, & pro illius manifeſto; prove

apparet prouiſionibus factis in proceſſu cauſæ diebus 29. Ianuarij 1608. & 6. Februarij eiuſdem anni, & ſententia lata referente egregio Senatore Balthaſar. Morell 5. Maij 1608. qui in cauſa ſupplicationis primam prouiſionem confirmauit. Perquæ procedimenta compulit viduam Senatus, vt faceret quod à principio factum non fuerat, cauere ſcilicet idoneè, per quæ ceſſarunt amaritudines. Percontor, non ne melius fuiſſet quòd à principio cautio exacta fuiſſet, & præſtari iuſſa? Et ſi Senatus ſciuiſſet quòd eum exitum negocium erat habiturũ, non credis quòd ita præcepiſſet? exitus probauit quòd ſic. Ita futurum in omnibus omninò cauſis, & negocijs, debet quilibet conſiderare ſemper, atq; ideò obligare perpetuò ad cautionem, ne fraudandi hæredes occaſio detur.

43 Nec credo nocere † quæ in contrarium fuerunt adducta de depoſito liberè, ſimplici ter, & abſque conditione faciendo, id enim verum eſt, & procedit regulariter quando nõ adeſt cauſa aliter faciẽdi, provt hic. Nec exiſtimes contrarium ſibi eſſe Caſtrenſem ex quo eum pro vtraque parte in eodem loco adduximus, quia in nu. 4. vbi eum allegauimus pro contraria opinione, loquitur de periculo pecuniæ, cuius ſit ſi forte poſteàquàm depoſita eſt, caſu amittitur, quod nihil habet cõmune cũ noſtra quæſtione, & difficultate.

44 Vbi autem contraria † eſſet tenenda opinio, & contingeret depoſitum factũ fuiſſe ad ſoltam, & ordinationem Relatoris, ſufficeret ad impediendum ne vidua faceret fructus ſuos, quòd pars contẽtata fuiſſet ſoltam tolli, & pecuniam illi liberè tradi, ſi Iudex in ſcedula contentamenti, vt fieri ſolet, aut alibi prouidiſſet ſoltam tolli, vti per partem fuerat petitum: tunc enim ex eo die, quia tunc iam liberè poteſt mulier pecuniam recipere, ceſſant fructus, quãuis per aliquod tempus differat illa pecuniæ receptionem, non curando quòd Iudex faciat illud nudũ miniſterium, quod fieri ſolet dicendi verbo adminiſtrationis tabulę, & ſeu regenti illius manuale, quòd pecuniam mulieri liberè tradant; quia ideſt ipſi mulieri, non alteri,

† imputandum, provt in terminis Senatus *declarauit* Relatore egregio, ac Primario Senatore Ioanne Gallego 4. Februa. 1610. in cauſa coniugum Gayolans, & Coſtas, contra cõiuges Solers oppidi Biſulduni, Scriba Hiero

† nymo Boſch. Et fuit *confirmatum* referente egregio itidẽ Senatore Fran. Ferruz 26. Nouembris eiuſdem anni. Vndè eſt quòd notes differentiã inter hanc cauſam, & illam, quam ſuprà retulimus Puig contra Caſals, in illa enim, licèt conſenſus partis adeſſet, non tamen aderat Iudicis prouiſio, in hac verò

45 ſic. Quod idem etiam † vidi *declaratum* 7.

† Februa. 1613. Relatore egregio olim Senatore Raphael. Rubi, & Coll, in cauſa Petri Palau villę de Lliuia, contra Gratianum Bordas, & Guiller. Solallonc, vbi fuit dictum *quòd ex die quo fuerũt præſentatæ litteræ cui dam, vt ſoltaret vxor illius quantitatem dotis, quæ ad illius ſoltam, & ordinationem depoſita fuerat, quarum vigore potuit liberè quantitatem prædictam accipere, & recuperare, extinctæ erat hypoteca mulieris, & per conſequens ceſſabat ius faciendi fructus ſuos, &c.* In vno ca-

46 ſu † reperio indubitanter *admitti* in Senatu

† depoſitum in hac materia cum ſolta, quando apponitur ſolta alicuius notarij ad effectum vt penes eum mulier firmet appocham de recepto, contentando quòd firmata dicta appocha per mulierem, ſolta haberetur pro non appoſita, vti apparet ex Michael. Ferrer obſeruan. par. 3. cap. 157.

47 Sed ſi alia in † hæreditate mulier haberet credita, veluti quia aliqua ſoluiſſet pro hęreditate, quæ ad eam non ſpectabãt, vel alias, an facta ſatisfactione mulieri in dote, & ſpõſalitio ſtatim teneatur hęreditatem reſtituere, an verò retentionem habeat pro dictis creditis, vidi in facti contingentia dubitatũ. Reſponde breuiter quòd licèt pro alijs creditis non poſſit mulier facere fructus ſuos, cum pro ſolis dote, & ſponſalitio beneficiũ hoc conſtitutio concedat, verùm retentionẽ ſine dubio habet donec in dictis creditis ſit ei ſatisfactum, l. vni. C. etiam ob chirograph. pecuni. pig. retin. poſ. & tradit Bart. in l. ſolutum, §. ſolutam in fin. ff. de pignor. actio. Neguſan. de pignor in 4. membr. 2. part. nu. 129. Gramma. deciſ. 58. num. 2. Statil. Pacifi. de Saluia. interd. inſpectio. 4. cap. 1. nu. 222.

† vbi adducit quandam *deciſio*. Rot. Roma. factam de anno 1606. quam inſeruit ad longum in fine operis, vbi eſt in ordine deciſio 4. in codicibus additionatis, vide Alexand. Trentacinq. qui latiſsimè materiã retentionis tractat variar. reſolu. volum. 1. lib. 3. titu. de pignor. & hypothecis reſolu. 1. per totatque ita in terminis tenet noſter Mier. in hac conſtitu. num. 176. in fin. Et in terminis

† etiã Senatus *declarauit* 24. Ianua. 1182. Relatore egregio tunc Senato. Pontio Seſcaſes in cauſa Angelæ Celitrons, & Eliſabethæ Annæ Pedralbes, vbi ita expreſſim fuit dictũ ſicut nos ſuprà retulimus. Et in cauſa illorum nobilium de Alentorns, de quà ſuprà,

† ſimul, & ſemel fuit *dictum* quòd tolleretur priùs ſolta, & ſoluerentur certa credita viduæ, de quibus ibi, antequam ab hereditate expelleretur. Ita etiam expreſſis verbis Senatus Supremus Coronæ Aragonum

num apud ſuam Maieſtatem in hac noſtra materia *declarauit* 7. Septemb. 1613. in prima ſententia inter Marchionem,& Comicíſſam de Quirra lata,cuius ſuprà meminimus,quæ in hoc non fuit reuocata,licet in alijs capitibus ſic.

48 Intelligitur † ſi credita ſunt liquida, ea enim ſolùm cauſant retentionem,non ſi illiquida,Snrd.dicíſ.46.in fin.& Rot.Roma. in citata deciſ.anni 1606. quæ eſt 4. in ordine ex adductis per Staeil. Pacifi. in fine operis † de Saluia.interdict. Et *præſenſit* Senatus in illa nobiliú Dalentorns,quatenús licèe prætentio eſſet ſuper pluribus creditis, quia tñ. facto ex officio calculo viſum fuit ſolùm eſſe liquida quæ in Regia ſentẽtia exprimebantur,noluit quòd vidua amplius hęreditatem recineret, niſi quouſque credita liquida ei ſoluerentur.

49 Videamus quæ † poſsint eſſe iſta credita cõpetẽtia viduæ in bonis mariti, pro quibus ei cõpetat retẽtio. Dic quòd plura poſſunt eſſe,& ſignãter ſi quid mulier in viduitate ſoluerit ꝓ hæreditate,ad ꝙ nõ reneretur vti tenutaria,vt ſuprà dicebamus.Si quid meliora tum per viduam eſſet vltra debitum , & his ſimilia.

50 In ciuitate Barcinonę † quędã habet vidua iura in bonis viri,quæ lucratur eo ipſo quòd viro ſuperuinit,de cõſuetudine Barcinonæ, vltra prouiſionẽ anni luctus, de qua loquitur conſtitutio,de quaq; nos latè ſuprà egimus. Debentur ſiquidem ei veſtes quotidianæ,ſeu quas ad quotidianum vſum maritus parauit. Anulus ſpõſalicius, nec nõ vnũ ex iocalibus mediocribus auri,vel argẽti,de qua cõſuetudine atteſtantur noſtri Micha. Fer.in 3.par. obſer.cap.44.& cap.157.& Cance.in 1.par. var.reſo.cap.9.de dot.& dona. prop.nup. n. 40.quæ interpidè adiudicantur à Senatu qñ incidit ſuper his quęſtio,vti habes ex Ferret † vbi ſup.Et in terminis ita fuit dictũ,& *decisũ* Relatore egreg.Sena.Hiero.Aſtor 15. Nouẽb.1596.inter Mariã Ioannam Boquet, & † nobilẽ Paulũ Salba. Et *Iterũ* Relatore egregio tunc Senato. nunc in ſupremo Corouæ Arag.Cõcil.Regẽte Michael. de Salba & de Valleſca die 29.Octob.1602. in cauſa Mariannæ Roure viduæ cõtra Petrũ Roure drogueriũ ciuẽ Barcin.eius ſocerũ, actuario Papiol. Idem anteà fuerat *declaratũ* Relatore egregio itidem olim Sena. poſtea in eodem ſupremo Coronę Arag. Cõcil. Regẽte Don Ioan.Sabater die 15.Aprilis 1597. inter nobilẽ Mariã de Perapertuſſa,& nobiles Mariã & Petrũ de Perapertuſſa.De iocali mediocri iuxta cõſuetudinem Barcinonæ adiudicãdo, † vidi tractatũ iam antiquitùs,& poſtea *declaratum* adiudicari debere 1.Iulij.1532.refe-

rentibus Petro Mõtaner, & Petro Arnaldó Gort. Quod idem etiam poſtea vidi tractatũ,& diſputatũ in cauſa nobilis Ioãnæ de Bellloch olim Spuny, contra matrẽ,& filiũ Spunys corã egreg. Sena.Ioan.Magarola,in qua,ſentẽtia deindè lata de menſe Septem. † 1611.illud fuit *adiudicatũ*,Scriba Thio,atq; ita apnd nos quotidiè declaratur.

51 Explicemus hæc † paululùm. Dictum in primis fuit hæc acquiri mulieribus de conſuetudine ciuitatis Barcinonæ,ne exiſtimes generalẽ eſſe de his cõſuetudinem in tota Cathalonia,quomodo forſan exiſtimabat Can. in loco ſup.cita.dum hanc conſuetudinẽ referens nõ dicit eſſe cinitatis Barcino. ſed Principatus Cathaloniæ,Regię autem ſenecntiæ de cõſuetudine Barcinonę loquuntur,nõ totius Principatus. Habeo cauſam in Senatu Relatore egreg. Scna. Hippoly. Montaner inter Ioannã Ferrerons,& Mijauila, contrà Ioannẽ Soler,Scriba Domingo,in qua cõtrà me ptetenditur iura prædicta eſſe etiã debita mulieri non Barcinonenſi, ſed non poteſt eſſe quòd mulier repulſam non paciatur.

52 Eſt adeò verũ † hanc conſueeudinẽ parricularẽ eſſe ciuitatis Barcinonæ, nõ generalẽ totiùs Principatus, vt in illa nobiliú de Perapertuſſas,cuius ſuprà proximè, & alibi anteà nõ ſemel memini,ꝙ vt mulieri,cuius maritus deceſſerat extra hanc ciuitatem Barcinonæ,poſſent hæc adiudicari, oportuit ſumere motiuum,quòd erat originaria huius Ciuitatis, & eẽpore quo nupſerat , in ea habitabat,& domicilium habebat , & eius vir etiam quando contraxerat matrimoniũ, habitationem faciebat in hac Ciuitate quouſque occaſione peſtis ad caſtrum de Iocho ſe contulerat cum vxore & familia,& quia capitula matrimonialia fuerant inter dictos coniuges firmata iuxta morem , & conſuetudinem,quibus fieri,& celebrari ſolent capitula matrimonialia inter ciues Barcinonæ; & proindè,inquit,cõſtat dictum virum ſubieciſſe ſe legibus,& conſuetudinibus Barcinonæ , & ideò præſtanda eſſe alimenta annĩ luctus,iocale,& veſtes iuxta conſuetudinem Barcinonæ, &c. Non poterat clariùs loquí Senatus ad oſtendendũ ſolius ciuitatis Barcinonæ eſſe hanc conſuetudinem , de quo

53 puncto † an & quando debeamus ſequi leges terræ, vbi cõtractus celebratus eſt,vidè Felin. optimè declarancem in cap.de Francia num.51.de ſponſal.

54 Solùm mirari facit in illa † Boquet & Salba , Relatore Aſtor , ac in illa illorum Roures , Relatore Salba & de Valleſca; quòd fuerit dictũ hæc non ſolùm eſſe de cõſuetudine ciuitatis Barcinonę, ſed etiam de iure cõmuni,his verbis ,*Viduæ tam de iure,*

quàm de conſuetudine ciuitatis Barcinonæ debitæ ſunt veſtes &c. Forſan ita dictum fuit quia Micha. Ferrer de his agens in cita.cap. 44.col.4.in verſ.Attẽto quòd tam &c. eiſdẽ
55 eriã verbis vtitur.Sed eſt † animaduertendũ quòd inibi non loquitur Fer. dum id dixit, de omnibus iltis tebus, de quibus ſuprà, ſed ſolùm de veſtibus quotidianis,ſuper quibus eriã ius cõmune multa prouidit, vt habetur per Fer.ibidem, & per alios Doctores, qui infrà adducẽtur;& loquendo poſteà de anulo benedictionis in eodem cap. & de vno ex iocalibus mediocribus,ſolũ dicit quòd debentur de conſuetudine Barcinonæ, ibi non poſuit, tam de iure,quã de cõſuetudine, vti
56 ſuprà. Et licèt quoad † anulum deſponſationis id ſuſtineri poſſet,quia ille de iure cõmuni ſit ſine dubio vxotis,Honde.conſ.30.nu. 42.lib.2.Surd.deciſ.166.nu.1.Anto. Fab.in ſuo C.lib.5.tit.1.de dona.ant.nup. defin. 2. in fin.qui dicit id verũ etiãſi pretioſiſsimus anulus ſit,Guidobon.aduoca.64.nu.1.Certè
57 ſaltem † quo ad vnũ ex iocalibus, quod lucratur mulier,nõ poſſunt ſtare verba prædicta, *tam de iure*, quàm de cõſuetudine, quia nullibi in iure poteſt fundari,quòd illud debeatur mulieri ſupetuiuẽti vito, provt benè annotauit idẽ Fer.in d.cap.44.in verſ.de iocalibus,circa mediũ,ibi,qua autẽ tatione ſeu fundamẽto maiores noſtri &c. vbi totũ hoc conſuetudini, non iuri cõmuni ttibuendum eſſe docet,ſicut etiam idem faciunt Ioſeph. Ludo.in com.concluſ.conclu.38.num.43. & Guiller.Guidobon.aduoca.64.num.6.

58 De veſtibus † quotidianis,& ad vsũ quotidianũ paratis,quæ & quales debeãt mulieri adiudicari,nõ poſſum tibi ttadere certam regulam:id enim totũ in prudentis Iudicis arbitrio eſt poſitũ,qui iuxta qualitatẽ perſonarũ,& eotum facultates,iudicabit quæ dici debeant quotidianę,& ad vſum quotidianũ paratæ,& quæ nõ:nõ enim in hoc ſunt æqualia omnia matrimonia,ita & benè ponderauit,& animaduertit Fet. loco cita. col. 4. in verſ.Attento quòd tam de iure,quã de conſuetudine &c. optimè etiã Honded.in conſ.
59 30.n.4.& 22.lib.2.Vbi in ptopoſito † dicit Iocalia,& cætera ornamẽta,quæ ſunt feſtiua ptiuatis,teputãtur quotidiana Ducibus,Marchionibus, Comitibus, & ãlijs nobiliſsimis petſonis.

60 Circa anulum † ſponſalitiũ vidi dubitari, de quo anulo intelligetetur cõſuetudo,an d eo qui datut tẽpote ſpõſaliorũ,*al tẽps de les cartes*,vel de eo,quo poſteà mulier deſpõſa-
61 rur.Et in illa † cauſa illorũ Roures,de qua ſuptà, in cauſa liquidationis egtegius Relator exiſtimãdo intelligi debete cõſuetudinẽ de anulo,qui datur in ſpõſalib⁹ de futuro,illum liquidauerat prouiſione facta 3. Nouemb. 1604.ſed in cauſa ſupplicationis fuit per Senatũ 17.Decembꝛiuſdẽ anni iſtud caput re-
† formatũ,*declarãdo* intelligi debete de anulo,cum quo poſteà deſponſatut mulier,ſicut
† etiã *intellexerat* anteà Senatus in illis cauſis, quas refett Ferrer in locis ſup.cita.& Cãcet etiã vbi ſuprà, in quibus locis loquuntut de anulo benedictionis, qui datur ,p arrhis, vbi
62 tationes, † ob quas ille debeatur. De eodẽ anulo loquitur in his tetminis Gratia.deciſ.
63 118.n.9.De iſtis duobus,† nẽpè de veſtibus quotidianis,& anulo ſpõſalitio,quid eſſet de iure cõmuni,& an eo atrento fiant etiã vxoris,tractat Guiller.Guidob.in iam cita. aduoca.64.ſtatim in initio,Honde.in conſ.30. lib.2.Peregri.cõſ.89.ex n.8.lib.3.Ioan.del Caſtil.deciſ.Sicil.93.pet tot. vbi latiſsimè, latiùs per Sãchez de matrim.lib.6. diſp.25. cũ ſeq.Stepha.Gratia.in cita. deciſ.118.pet rot. Ricci.collecta.273.

64 Finaliter,quod † attinet ad vnũ ex iocalibus mediocribus,cõmunitet dicũt DD. noſtri ſuprà telati, illud fore adiudicãdũ arbitrio boni viri eligẽdũ.Cõmunitet practicamus quòd adiudicatio fit ſic genericè,de vno ex iocalibus mediocribus provt liquidabitur,vti habes in exẽplaribus ſuprà telatis,poſteà verò ſolet liquidati illud iocale, quod ſubſequitur poſt primũ, & magis pretioſũ, quod dicitur ſecũdũ iocale,apud nos *ſegona joya*, & ideò cum cingulũ auteum ſoleat eſſe apud nos ſecũdũ iocale,primũ enim regularitet eſt cathena aurea,quia ſolet illa eſſe maiotis valotis:fit indè vt ferè sẽpet pto iocali mediocti cingulũ adiudicetur, provt in pluti
†† bus caſibus vidi *obſeruatum*,& in tetminis in illa illorũ Boquet & Salba deciſum.

Pro his creditis habebit ſine dubio mulier hæreditatis tetentionẽ tametſi ſibi dos, & ſponſalirium ſoluantur.

65 Videamus de vno † pulchto dubio antequàm ab his diſcedamus, quod quotidie nos torquet;illud eſt & verſatur citca dona, ptout ſunt veſtes, & Iocalia miſſa ſponſæ antequàm matrimoniũ cũ effectu cõtrahat, ſicut quotidiè,& in omnib⁹ ferè mattimonijs intet eos, qui aliquid habent,fieri ſolet,an ſibi acquirantur tanquam preſumptiuè donata, an verò hęredibus matiti debeant temanere tanqaan ad ornatũ dumtaxat mulieti accom
66 modata. Vidi ſupet † hoc pũcto diſputatum fuiſſe in cauſa cõpromiſsi firmati inter Curatores egtegij Comitis de Queralt,& nob. Catharinã de Queralt viduam relictam nobilis Ludouici de Quetalt,in egregios Senatores Hietonymum Torner,& Hietonymũ Aſtor,quorũ primus fuit Regens in hoc Senatu,alter verò Regius in eo cõſiliarius, cui

adhuc

adhuc vita comes eſt, & in ſententia arbitrali, ſeu laudo lato 20. Feb. 1607. Scriba Perez *declaratum* in fauorē viduæ, adiudicādo ei quęcunq; poſt fidē datam de cōtrahendo matrimonio, *deſpres de dades les paraules*, antequā de facto per verba de præſenti contraherēt matrimoniū, dicto Don Ludouico miſit ſponſæ ſuæ, licēt eſſent pretioſiſsima, & ingentis, ac maximi valoris, eo motiuo, *Quia atenta conditione, & qualitate contrahentium, & attenta etiam ampla dote, quam dicta Domna Conteſina conſtituebat ſponſo ſuo, & attēto quòd prædicta fuerunt tradita dictæ ſponſæ antequm per verba de præſenti matrimonium cōtraherent, erat iuris præſumptio quòd prædicta tradebātur, & mitebātur dictæ Domnæ Conteſinæ animo donandi.*

67 Magna res foret † quòd hanc regulam ſequi in omnibus poſſemus, reſpondereq; in omnibus caſibus, ſemper cenſeri hæc animo donandi tradita; verū ego reperio quòd multum difficultatis res habet, quia receptior à Doctoribus opinio dicitur eſſe quòd in iſto caſu non præſumatur donatio, nec donandi animus, ſecūdum Bar. in l. 1. §. nec caſtrenſe
68 num. 10. ff. de colla. bonor. ita dicit † Gam. deciſ. 71. num. 1. quicquid (inquit) dicat Afflict. deciſ. 315. num. 7. quod idem poſtea repetit idem Gam. deciſ. 123. n. 1. vbi additionator dicit veram reſolutionē eſſe quòd de iure cōmuni non præſumitur donatio, niſi ex coniecturis aliud appareat. Rationem di-
69 cunt † eſſe quòd vbjcunq; poteſt colligi alia coniectura, quàm donationis, nunquam præſumitur donatio l. cum de indebito, de probatio. Cumq; in iſto caſu poſſit ſumi alia cōiectura, ob' quā ſponſus voluerit ſponſę tradere vel veſtes, vel iocalia, quas, & quæ ei miſit antequam matrimoniū contrahant de præſenti, quia velit ſponſus ſpōſam ornatiorem in publicum exire, ideò ceſſare debet donationis præſumptio, plures in idem adducit Ioan. Frādel Caſtillo deciſ. Sicil. 93. nnm. 2. Moli. tom. 2. de iuſt. & iur. tract. 2. diſputa. 290. §. quartum eſt dubiū, Sanchez de matrim. lib. 6. queſt. 25. num. 27. verſi. Molina autem, Surd. deciſ. 166. n. 27.

70 Diuerſę opinionis † ſunt alij, generaliter tenentes omnia tranſmiſſa per ſponſum ad ſponſam ante deſponſationē cenſeri donata; nec repeti poſſe ex l. cum veterū, & l. cum te ſponſæ C. de dona. ant. nup. quæ fuit opinio Afflic. & Senatus Neapol. in cita. deciſ. 315. nu. 7. quē licēt in hoc reprobet Gam. in duab. deciſ. ſuprà allega. verū eum admittit, & approbāt expreſſim Vrſil. ibid. Honded. in conſ. 30. nu. 8. lib. 2. & Georg. allega. 45. num. 30. Anto. Fab. in cita defin. 2. de dona. ant. nup. Seraphi. de Oliuar. deciſ. 914. n. 3. Stepha. Gratia. deciſ. 118. num. 9.

71 Mihi extremę † ambę opiniones videtur, nulla ex eis in ſuo rigore ſequenda, nō enim arbitror in omnibus caſibus poſſe dici ſimpliciter, non eſſe præſumendam donationē, nec in omnibus caſibus eſſe præſumēdā; ſed eo modo, quo Torner, & Aſtor in ſuprà relata cauſa dixerunt, præſumēdū eſſe animum donandi quando ad id mouet conditio perſonarum, & amplitudo dotis. Et adhuc †
72 quirerem quòd res non eſſent exceſſiui valoris, de quo nō fuit habita ratio in ſupradicta cauſa, niſi ſit quòd ſecundū qualitatē, & conditionē perſonarū viſa nō ſint ea, de quibus agebatur, magni valoris. Hæc omnia conſideranda eſſe in hoc negotio, expreſſis verbis dicunt Honded. in cita. conſ. 30. num. 19. lib. 2. Sāchez de matrimo. lib. 6. diſputa. 25. num 20. Surd. deciſ. 166. num. 29. & poſtea in fine deciſ. Rota. Roma. apud Seraphi. de Oliuar. in allega. deciſ. 914. num. 3 cum infinitis, quos iſti allegāt. Nota ergo quòd multùm in hoc faciet prudētis iudicis arbitriū.
73 Scripſit poſt † hæc egregius conſiliarius in ſupremo Regni Aragō. concilio Don Franciſcus Hieroñ. Leo deciſiones regni Valen. vbi deciſ. 36. quā de hoc cōpoſuit, cū noſtra hac opinione diſtinguēte cōcludit, caſus ibi
† dem referēdo, in quibus ita *declaratū* in eo extitit, tam reſpectu ſpōſi mitētis huiuſmodi iocalia vxoris, quàm etiā reſpectu ſoceri.
74 Et deindè prodierunt † nouiſsimè in lucē duo vltima volumina deciſſ. Rot. Rom. per Proſper. Farina. recollectarū, in quorum penul. deciſio 113. eſt tota de hoc, vbi in effectu ſic pulchrè Rota procedit, pro maiore materiæ explicatione. Aut enim (inquit) ſpōſus huiuſmodi iocalia ſponſæ animo donādi tradidit per ſe, vel per nuntiū habētē commiſsionē ad donandū, & tunc donatę intelliguntur, & non repetuntur. Aut verò cōtat ſponſum noluiſſe donare niſi ad vſum dictæ iocalia, & tunc ſoluto matrimonio remanent viri. Aut ſumus in dubio; quia non cōſtat de ānimo ſponſi, quo caſu in varias Doctores opiniones deuenerūt, ſed communiter (inquit) conueniunt in hoc quòd ſi iocalia ſunt pretioſa, & magni valoris, in iſto caſu non cēſētur donata, ſed tātùm accōmodata, & ad vſum cōceſſa cauſa, & gratia ipſius mariti, & eius honoris, & vt honeſtiùs, & magis honorificè ſponſa incedat, tum etiā quia quando alia cōiectura poteſt capi, nunquā præſumitur donatio. Hic eſt in † effectu diſcurſus il-
75 lius ſacri auditorij, quem cōfirmat pluribus videndis, & deindè probat nō eſſe in hoc faciendā differētiam ſi ab ſpōſo ante contractū matrimoniū per verba de præſenti fiat traditio, vel à marito poſt illud contractum.

76 Et finaliter † concludit idem fore iudicã dum etiã ſi verbo, dono, vſus fuerit tradens in traditione, quia intelligendum eſt ſecundum ſubiectam materiam. Declarat etiam
77 † illud, quod dicitur inter nobiles donationem iocalium præſumi, dicens verum ſi diuitiæ cum nobilitate concurrant in ſponſo at bitrio Iuditis, cui multùm in hoc defertur.
78 Et quando † ignobilis vit diues ducit nobilem. Hæc ſic ſummatim referre placuit, ne dicta per alios tranſcriberem, quæ ſatis conueniunt cum bis, quæ nos ſine Rota ante hęc dixeramus.
79 Quando autem † poſt contracta ſponſalia de futuro, illa diſoluuntur, reſtituendas eſſe gemmas, ac anulos, & margaritas, ac pre
† tioſas veſtes, abſolutè *reſoluit* Rotæ Roman. de anno 1610. vt eſt apud Farina. in vlt. vol. deciſ. 300. viden.
80 Si conſuetudo † poſſet probari in regione, quòd animo donandi hæc miterentur, res eſſet line difficultate, quia tunc ſecundum cõ ſuetudinẽ præſumeretur facta donatio, pro. vt ex infinitis probat Sanchez in cita. diſputa. 25. num. 16. & Sena. Mantua. apud Surd. in allega. deciſ. 166. in fin. ibi, *quia etſi pretio ſa eſſent, tamen attenta qualitate, & conditione perſonarum, quantitate earum patrimonij, & dotis datæ, & conſuetudine regionis, viſum eſt nobis, ea fuiſſe donata.* Curet pars, quæ donatas vult res iſtas, probare conſuetudinẽ, pro
81 qua forſan non deficient in Cathalonia teſtes. Aliàs ego † ſi iudex eſſem difficilem me teddetem multùm in præſumenda donatione in eo, quod tam longè videtur eſſe ab animo donandi, vix eſt vnus ex mille ex his, qui ſimilia tranſmiſerunt ad ſponſam, qui dicãt ſe animum donandi aliqno modo habuiſſe, omnes quòd cauſa ornatus, vt poſt publicatum inter eos matrimoniũ, ſeu fidem de matrimonio datam ornatior, quàm anteà ſolebat, in publicũ, ſicut decet, exiret: quomodo ergo donandi animum iudicamus in eo, quẽ aliam cauſam habere notorie videmus?
82 Sed quæ conſuetudo † in his ſit attenden da, ſi vir, & vxor habent diuerſa domicilia, ſi quæris, dicam quòd quamuis quando tractatur de reſtitutione, vel lucro dotis, attendatur domicilium viri per l. exigere dotem, ff.
83 de iudi. verùm quando † tractatur de donatiuo miſſo vxori, attenditur locus reſidentiæ vxoris, ſecundum enim morem illius regionis præſumuntur contraxiſſe, de quo eſt pun ctualis deciſ. Surd. 166. & locus multùm benè explicans apud Andre. Georg. allega. 45. ex num. 35.
84 Vt tamen omnis † omninò difficultas ceſſaret, conſulerem, quòd in traditione, vel miſsione proteſtaretur ſponſus de animo, ſi erat velle donare, vel accommodare tantùm, & iuxta hoc declararet animum: tũc cũ eſſemus in claris, ceſſarent præſumptiones, provt cum hæc ſcribo contigit mihi in quodam caſu, quem tractabam pro quadam vidua nobili huius ciuitatis: cum enim doctũ eſſet de declaratione animi contra donationem, tes tranſiuit ſine difficultate.
85 Et hæc proteſtatio cum † ſit de his, quæ pendent à voluntate mea, ſufficit extraiudicialis, & abſente parte facta, eleganter Surd. de alimen. tit. 1. quæſt. 48. num. 46. & ego ipſe in 1. tom. clau. 4. gloſ. 28. nu. 36. Si alia de hac materia habere volueris, lege vltra citatos Doctores, Menoch. præſump. 19. & præſump. 24. lib. 3. & de arbitra. iud. caſu 218. & copioſum Federi. Scot. conſ. 4. in ordine tom. 2. lib. 3.
86 Circa veſtes † autem, quas maritus facit vxori conſtante matrimonio, nullum arbitror eſſe priuilegium ciuitatis Barcinonæ, ſicut enim quotidianas, & ad quotidianũ vſum patatas in ea facit mulier ſuas, ſola pretioſarum, & feſtiuarum reſtituendarum obligatione manente ex conſuetudine, vt diximus, ſic vbicunque eædem fiunt eiuſdem ex diſpoſitione iuris, provt omnes fetè docent, quos in ſuperioribus retulimus, & ſignanter Hondedc. in cita. conſi. 30. num. 3. & 13. & deindè, Surd. in deciſ. 166. idem Surd. latiſsimè in tracta. de alimen. titu. 4. quæſt. 2. per tor.
87 vbi vlteriùs † latè explicat quę veniant ſub nomine veſtium, & illarũ appellatione, Guidobon. aduoca. 64. num. 2. Fab. in cita. defin. 2. tit. de dona. ante nup. optima ſicut larga eſt de hoc puncto diſputatio tota Thom. Sãchez. 25. lib. 6. & ſignanter in prin.
88 Vbi particulariter † aſſerit hanc donationem veſtium quotidianarum non indigere ad ſui validitatem quòd morte confirmetur, ſed ſtatim valet, quod non eſſet ſi expreſsè maritus donaret vxori veſtes pretioſas, dicẽs rationem eſſe, quia veſtes pertinent ad alimenta, vtrque tenetur vxorem alere, Barboſ. in l. quæ dotis num. 95. circa finem, latiſsimè Mar. Anton. Petegr. deciſ. 140. ex n. 3. vbi poſt relatas tres opiniones, quas circa rẽ hãc adducit Bar. in l. in his, §. 1. ff. ſolu. matri. in hac tandem reſidet opinione, & diſtin
89 ctione, addens num. 4. † quòd in perſonis nobilibus, & potentibus etiam veſtes pretioſę ſunt in quotidiano vſu, ex Bal. in l. cum te, col. fin. C. de dona. ante nup. Lofre. conſ. 52. ante num. 1. & Surd. qui alios adducit deciſ. 166. num. 8. quod idem nouiſsimè docuit Ioan. Franc. del Caſtillo deciſ. Sicil. 93. nu.
90 10. vbi tandem † ex conſuetudine mulierum nobilium, quæ nolunt, maximè in ciuitatibus magnis, & populoſis in publicum exire

miſi

nisi multùm ornatæ, omnes ferè vestes dici debent quotidianæ. Esset nunquàm facere finem si vellem omnes recensere, qui rem hâc tractant, quorum ego infinitos penè vidi, dũ studio huius materię pro habẽda vera illius resolutione incumbebam. Quod ergò mulieres prætendunt in hac ciuitate ex consuetudi ne, id prætendere vbiq; possunt alię mulieres ex dispositione iuris, & ideò quoad vestes has quotidianas appositè censeo fuisse dictũ in illa illorum Roures, quòd tàm de iure, quàm ex consuetudine debentur. Sed nescio si extra Barcinonem has vestes mulieres prętendũt, nescio quam ob rem non debeãt. Alia de anulis, vestibus, & iocalibus quomodo, & quando acquirantur mulieribus inter mins iuris communis, si scire volueris, vide Gerar. Maynard. decis. 8. per tot. lib. 4. qui est fauorabilis multò ipsis mulieribus circa rem hanc.

91 Sed de vestibus, † & alijs ornamẽtis, quæ nurui dantur à Socero videamus breuiter. Dic quòd idem de eis iudicandum est atque de traditis per maritum, vt pretiosa, & festiua non præsumantur donata, ideò restitutioni subijciantur: quotidiana autem sic, de quo accipe hæc pauca loca, quę te ducent ad alia, Surd. d. decis. 166. num. 5. & Sanchez de matri. allega. lib. 6. dispu. 25. ex num. 32. qui eãdem distinctionem admitit in patre ex num. 34. quod quomodo sit intelligendum numeris sequentibus postea declarat, Peregr. latè decis. 140. num. 5.

92 In his autem, † quę dunatur mulieri à consanguineis, vel affinibus, hęc distinctio fit communiter, quòd aut donantur à consanguineis viri, & tunc quia eius contemplatione censentur donata, ideò viro, non vxori acquiruntur, aut verò à consanguineis ipsius vxoris, & tunc ipsius fiunt, sic reperio sentisse olim Senatum dum die 1. Iulij 1532. referentibus Francisco Montaner, & Petro Arnaldo † Gort *declarauit* expresè, provt in quodam libro antiquo decisionum vidi, *data vxori cõtemplatione sui, veluti à consanguineis, fore ei soluto matrimonio restituenda*, sic ex Bart. Cagnol. & Clar. resolunt Castil. in iam cita. decis. Sicil. 93. num. 5. dicens ex eod. Bart. hanc resolutionem magis communem, vide vlteriùs patrem Sanchez in d. lib. 6. disputa. 26. per tot. vbi omnia habes, quæ circa hæc desiderari potes, tam respectu doctorum de materia tractantium, quia infiniti adducuntur, quàm etiam respectu considerationum, quæ fieri in materia possunt, quia propè immensæ sunt, quæ ad propositum fiunt. Solùm

39 aduerto † non videri mihi verum quòd sem per donata per consanguineos ex parte viri censeantur donata eius contemplatione, & propterea repetantur: quid enim vbi ex cõiecturis constare posset donatorem quamuis amicum, vel consanguineum mariti habuisse animum verè donandi mulieri, tunc nulli dubium esse posset quin mulieris dona efficerentur, ac ei plenè acquirerentur.

94 Quid etiam † vbi esset consuetudo in loco, quòd talia efficeretur vxoris, non ne idẽ dicendum foret? certè sic, ita probant in terminis Corne. in cons. 81. vol. 1. Rolan. à Val. in cons. 10. num. 10. & 11. vol. etiam 1. Peregri. decis. 83. num. 11. in fin. in verf. Addo prętera, & decis. 140. num. 6. Ad quæ in facti contingentia attendere debes si forsan cum eis mulieres, quibus multa debemus, iuuare

95 possis. In quo † est vlteriùs considerandum, vt facilius inclines pro muliere, quòd materia subiecta dictare videtur animum mulieri donandi, non marito fuisse, ex quo res conueniẽtes vxori, non viro, putà vestes, aut iocalia donantur, quod pulchrè post Bar. & alios consideravit Peregr. in cita. decis. 83. nu. 11. qui est viden.

96 Nota circa † hæc prætereà quòd si mulier dat iocalia, & vestes executoribus pro debitis mariti, potest agere ad restitutionem, de quo est decis. Gratia. 118. videnda.

97 Nota circa † hæc etiã, quòd si mulier decedat antequã petat iocalia supradicta, quæ lucratur in bonis viri secundùm consuetudinem Barcinonæ, ius proculdubiò petendi transmitit ad quoscunque hæredes suos: sunt enim lucra legalia, & statuaria, quæ ad hæredes transmituntur, de quo est tota quęstio 123. in pract. quæst. Ioan. Gutier. lib. 2. vbi infinitos allegat.

98 Nota deindè † quòd suprà adducta de lucrandis iocalibus secundum consuetudinem Barcinonę intelliguntur quando soluto ære alieno remanent iocalia, aliàs non, in dãnum creditorum, quia bona dicuntur, quæ superfunt deducto ære alieno, plena est de hoc eiusdem Ioan. Gutierr. quæstio 94. in 2. lib. practi.

99 Nota vlteriùs † quòd si ad secunda vota mulier, sicut sępiùs fit, transit, tenetur ista iocalia reseruare filijs primi matrimonij, sicut quæcunque reseruat, quæ à primo viro, & occasione primarum nuptiarum habuit titulo lucratiuo, de quo puncto latè per Gutier. in d. lib. 2. quęstio. practica. tot. quæst. 95. videnda, quia ibi latè hęc pertractat, quæ possunt deseruire ad omnem casum in his contingentem. Adde Velasc. de Auenda. in l. 14. Tau. glo. 2. per tot.

100 Nota finaliter † quòd sunt quidam tam sagaces homines; qui mulieres inducunt, vt istis lucris renuncient, de quarum renunciationum validitate vidi aliquando dubitarũ:

sed

sed si fiunt in principio in capitulis matrimonialibus, antequàm contrahatur matrimonium de præsenti, non video quòd possit aliquid obstare eis, per ea, quæ latè diximus in materia auctent. præterea C. vndè vir, & vxor, vbi de renunciatione illius auctenticæ egimus; si autem fiunt constante matrimonio, quod tamen contingit per rarò, tractat latè materiam validitatis renunciationis huiusmodi Ioā. Gutier. allega. lib. 2. pract. q. 126. per tot. qui plures allegat latè de hoc agētes.

101 Aduerte tamen † circa supradicta, quòd si maritus aliquid legauerit vxori præsumitur id ei legasse animo compensandi cum iuribus ei competentibus ratione anni lucrus, vestium lugubrium, anuli aurei, iocalis † mediocris, & similium, provt ita *declaratum* & obseruatum in Senatu docet noster Ferr. in 3. par. obser. cap. 157. incipien. legatum, sequitur Cancer. in 1. par. var. resolu. cap. 9. de dot. & dona. prop. nup. num. 41. Ratio-

102 nem † reddit eadem decisio relata per Ferrer. quia supradicta debentur ex dispositione, & necessitate legis, & ex causa lucrativa, ob idque ne hæres duplici onere grauetur, præsumit lex compensandi animum.

103 Est enim † notorium in his discrimen inter causam necessariam, & voluntariam, vt per Dida. Couar. in cap. officij num. 2. de testam. Mant. de coniectu. vlt. vol. lib. 10. titu. 2. & Menoch. de præsum. lib. 4. præsum. 109.

104 Qui declarant † vlteriùs quando debitum dicatur necessarium, vel voluntarium, de qua re pulchrè nouissimè per Rot. Rom. decis. 649. in reco. nuper per Fari. in pen. vol. decis. Sed an debitū quod non est contractū per testa-

105 torem, sed per hæredes ad † effectum compensandi dicatur necessariū, vel voluntariū vide in pulchro casu per Sur. in cons. 112. n. 7.

106 Limitatur † decisio Senatus vbi suprà nisi euidentissimè probetur aliud voluisse testatorem, quod clarè probant Doctores suprà citati, vide etiam Maluas. in cons. 72. per tot. vbi vlteriùs disputat quando è contra compensandi animus præsumatur etiam in debito voluntario, veluti quando dicitur pro omni eo, &c. de quo puncto disputauimus de anno 1616. coram egregio Senatore Fran. Gamis, Scriba Vilella inter Scipionē de Vallgornera, & nobilem Iacobum de Llupia, ratione certæ vigesimę partis hæreditatis, quæ per dictum de Llupia prætendebatur, quæ causa in gradu supplicationis nunc pendet corā egreg. Sena. Fran. Mijauila. Redeamus ad materiam consti. quam explicamus.

SVMMARIA.

1 *Priuilegium tenutæ, quod habet mulier in vim constitutionis transit in filios hæredes, non in extraneos.*

2 *Priuilegia dotalia transeunt ad filios hæredes matris, non ad extraneos, vbi decis. nostri, & aliorum Senatuum.*
Retentio conceditur hæredibus extraneis pro creditis mulieris defunctæ, sed non cum priuilegio faciendi fructus suos, ibidem.

3 *Interesse pecuniæ debetur creditori nō facienti fructus suos in exonerationem fructuum per eum perceptorum, vbi decis. nostri Senatus.*

4 *Priuilegium constitutionis hac nostra, an trāseat ad nepotes hæredes auiæ, ad quod communiter allegatur quædam prouisio peruniē egregium Senatorem nostri Senatus facta pro affirmatiua.*

5 *Nepotes veniunt appellatione filiorum, infauorabilibus, non per extensiuam, sed per comprehensiuam.*

6 *Nepotibus tenetur etiam auia relinquere bona vigore statuti præcipientis matrem tenerī ad relinquendum bona filijs, vbi decis.*

7 *Nepotes gaudent priuilegio filiorum, ne tenēatur fructus perceptos in legitimam, & trā. bellianicam imputare.*

8 *Constitutionis hac nostra, dispositio est odiosa, non fauorabilis, & talis dicenda, & de ratione.*

9 *Fauorabilis, vel odiosa dicitur dispositio ex principali intentione disponentium.*

10 *Dispositio quæ tendit ad lucrum cum iactura alterius, dicitur odiosa.*

11 *Dispositio omnis continens pœnam est odiosa.*

12 *Nepotes appellatione filiorum non veniunt in odiosis.*

13 *Nepotes semper admittuntur in locum filiorum quoties ex dispositione resultat fauor illorum, siue principaliter, siue incidenter.*

14 *Lex filium habeo, ff. ad maced. interpretatur Senatus cons. maced. an fit principaliter in fauorem filiorum inducitum, an principaliter in odium fœneratorum, ibidem.*

15 *Senatus cons. maced. habet etiam locum in nepotibus.*

16 *Filij primi matrimonij, & filij ipsorum, etiā de iure communi præferuntur pro dote matris, & auiæ respectiue filijs secundi matrimonij.*

17 *Auctor inclinat contra nepotes in materia priuilegiorum constitutionis hac nostra.*

18 *Nepotes non veniunt appellatione liberorum vbi statutū, & dispositio sunt intelligenda ad litteram.*

19 *Interpretatio omnis reijcitur, & omnis extensio, vbi statutum est intelligendum ad literam.*

20 *Quia solum dicitur esse in littera quod oculis ipsis legi potest.*

21 *Constitutiones Cathaloniæ sunt ad litteram, & provt iacent, ac Hæbrayce intelligendæ.*

Consti-

22 *Constitutio hæc nostra est multùm exorbitans, & ideò non extendenda.*

23 *Ne potes non veniunt appellatione filiorum in priuilegijs à iure communi exorbitantibus.*

24 *Optionis mulierum priuilegium licèt transeat ad filios, non tamen ad nepotes.*

25 *Mulier cum potuit sibi satisfacere in sua dote, & sponsalitio, & non fecit, perdit priuilegium tenutæ.*
Exemplum, quando inuenit in hæreditate viri pecuniam, aurum, vel argentum ad id sufficientia, ibidem, vbi decis. Senatus.

26 *Mulier cum inuenit pecuniam sufficientem in hæreditate debet sibi soluere.*

27 *Creditor ad quem peruenerunt plures pecuniæ debitoris tanquam negotiorum illius gestorem si sibi non soluit, damnum omne ei imputatur, quia censetur esse in culpa.*

28 *Decis. Senatus nostri per pulchra in hac materia.*

29 *Mulierem priuari tenuta ex eo quòd inuenit aurum & argentum in hæreditate viri sine pecunia, est difficile considerare quamobrem statutum sit.*

30 *Creditor in pecunia non tenetur accipere ad sui satisfactionem aurum, aut argentum in massa tanquam diuersa.*

31 *Sed contrarium verius est eo modo quo hic explicatur.*

32 *Mulier tenetur sibi satisfacere in sua dote, & alijs iuribus, ex pecunia, quæ posteà obuenit hæreditati.*

33 *Mulier non amittit tenutam bonorum viri ex eo quòd sint alia in hæreditate illius, ex quibus pecunia posset fieri, præter aurum, & argentum, vbi decis. Sena.*

34 *Ratio huius dicti adducitur.*

35 *Hæres grauatus an teneatur soluere sibi in suis creditis si adsint in hæreditate de quibus solutio fiat.*

36 *Decisio Senatus nostri in dubium reuocatur, quæ sinè auro, & argento, ac pecunia numerabili repertis in hæreditate declarauit debuisse mulierem sibi soluere ex alijs.*

37 *Mulier acceptando hæreditatem viri, à quo est instituta hæres, sibi præiudicat in tenuta, vbi decis. nostri Sena.*

38 *Creditor eo ipso quòd adit hæreditatem debitoris, in qua institutus est hæres, censetur sibi soluisse in suis creditis, vbi decisio.*

39 *Actiones primæuæ fauore dotis reuiuiscunt in multis casibus.*

40 *Creditor non præsumitur sibi soluisse ex hæreditate debitoris, in qua successit, si illa posteà ei euincitur.*

41 *Creditoris hypoteca non extinguitur ex aditione hæreditatis debitoris cum illa est fideicommisso subiecta.*

42 *Inuentarium hæredis impedit ne confusa possint dici actiones.*

43 *Mulier non amittit ius tenutæ ex institutione hæredis facta à viro si illa cum beneficio inuentarij adiuit hæreditatem, vbi decis.*

44 *Cancer. opinio amplectitur.*

45 *Hæres etiam sine inuentario deducit sua credita.*

46 *Solutio ficta non inducitur ex aditione hæreditatis nisi ad hoc ne hæres sit in damno.*

47 *Confusio cadit super actionibus, & quoad eas, sed non quoad retentionem vbi creditor instituitur hæres à debitore.*

48 *Et adhuc quoad actionem, res habet difficultatem.*

49 *Mulieribus adeuntibus hæreditates virorũ, ne sibi præiudicent quoad suas dotes, & beneficium nostræ constitu. quomodo sit subueniendum.*

50 *Mulier cum adiuit hæreditatem viri, in qua instituta est, quamuis si posteà ipsa relinquere habeat hæreditatẽ, non perdat dotem, & possit redire ad iura primæua, verum non ad priuilegium tenutæ.*

51 *Optionis beneficium datur filio pro recuperatione dotis matris etiamsi sit hæres patris.*

52 *Tenuta nedum amittitur per acceptationẽ institutionis hæredis, sed etiam per acceptationẽ donationis vniuersalis in pulchro casu de quo hic.*

53 *Donationis titulus est titulus particularis.*

54 *Actiones non confunduntur regulariter in titulis particularibus sed solum in vniuersalibus successionibus per hæreditatis additionẽ.*

55 *Confusio actionum causatur ab vnitate personarum, qua hæres, & defunctus pro eadem persona re putantur.*

56 *Confusio actionum quomodo possit esse considerabilis in creditore donatario debitoris.*

57 *Donatarius tenetur ad debita contracta ante donationem, quia bona intelliguntur, quæ sũ persunt deducto ære alieno.*

58 *Creditores an possint recta via agere contra donatarium, an teneantur prius excutere donatorem, vbi decis. nostri Senatus.*

59 *Creditor cum reperit in hæreditate aurum, & argentum, vel pecuniam numerabilem, vel pecunia debitoris ad eum posteà peruenit, tũc extinguitur eius debitum.*

60 *Mulier tutrix filiorum si adsunt in hæreditate sufficientia bona ex quorum venditione poterat sibi soluere, imputatur sibi si non fecit. vbi decis. Senatus.*

61 *Tutores tenentur liberare pupillos à præstatione grauium vsurarum.*

62 *Tutores tenentur sibi ipsis soluere sua credita ac in primis illa quæ pariũt magnas vsuras, aliàs eis imputatur.*

63 *Tutor tenetur facere pro pupillo quicquid bonus pater familias faceret pro se.*

Bona

64 *Bona pupillorum possunt alienari ad adsoluendum debita eorum, quæ pariunt magnas vsuras.*

65 *Intelligitur quòd fiat cum debitis solemnitatibus, vbi decis. nostri Senatus.*

66 *Mulier tutrix in culpa dicitur esse si sibi nõ soluit suum creditũ, ita vt nec vsuras dotis, nec alimenta petere possit.*

67 *Tutores quando sunt plures, omnes tenentur de neglectis insolidum, vbi decis. Sena.*

68 *Verum est quòd habent inter se se, & ad inuicẽ certa priuilegia, veluti quòd prius fiat executio contra administrantem.*

69 *Tutor qui vult suæ indẽnitati esse benè consulẽ, debet requirere alios, & conuenire eos cõtrã Iudice, vt faciant quod faciendũ est ad beneficium pupilli.*

70 *Mulier nõ facit fructus bonorum viri suos ex eo die, quo intrant pecuniæ in hæreditate, ex quibus sibi satisfacere potuit, quamuis aliqua debita hæreditaria, minorum tamen vsurarum, ex eis soluerit, vbi decis.*

71 *Mulier non perdit tenutam bonorum viri ex quo actoriam fecit eum alijs pupilli tutoribus, si apposuit clausulam, quòd proindè nolebat sibi in tenuta esse præiudicatum, vbi decis.*

72 *Mulieres, quæ volunt esse tenutariæ bonorum viri, & gaudere beneficio consti. hac nostra, debent fugere tutelas, & curas hæredum.*

73 *Mulieres non tenentur multæ acceptare tutelas, & curas.*

GLOSSA III. PARS VII.

Prosequitur eadem materia constitutionis hac nostra.

An eius beneficium transeat ad hæredes. Filios. Aut nepotes.

Et in quibus casibus cesset tenuta ex eo quòd mulier sibi potuit soluere, vel præsumitur soluisse, ex quo in uenerat vndè, in hæreditate viri. Aut quia erat illius hæres, vel tutrix filiorum.

Et de alijs similibus.

1 DIxi quòd † donec satisfactum sit mulieri in suis dote, & sponsalitio durat beneficium constitutionis, tam respectu tenutæ, quam etiam quoad acquisitionẽ fructuũ. Quæro an id etiam intelligatur post suam ipsius mortem, idest an hęredes succedant in dicta tenuta, & etiam in beneficio satiẽdi fructus suos. Communiter distinguimus inter filios hęredes, & extraneos hæredes, vt illis concedamus omnia priuilegia constitutionis, quia ea illis negare non possumus, cum concedantur à constitu. 2. declaratiua primæ, eod. titu. *disolt lo matrimoni qun dret, &c.* eo modo quo dicemus infrà cum de dicta consti. 2. huius titu. *disolt lo matrimoni*, agemus.

2 Et etiam à iure, † quo disponitur priuilegia dotalia ad filios transire, l. 1. C. de priuil. dot. & ibi glo. Frau. Stephan. decis. 28. nu. 1. Extraneis verò hæredibus negamus, cum ad eos priuilegia non transeãt, vt in d. l. 1. dicitur, & docet Fran. Stepha. loco cita. ita distinguit in terminis noster Mier. & pro filijs fuisse *declaratum* dicit in hac consti. nu. 24. & 79. qui loquebatur in terminis iuris communis antequam constitutio suprà allegata fieret, Cancer. var. resol. cap. 9. de dot. & dona. prop. nup. nu. 35. & 36. Despu. in addi. ad eund. Mier. nu. 39. vbi plures allegat, Olibæ ad §. fuerat in 2. relectio. inst. de actio. num. 13. & 14. Ita etiam pulchrè *distinxit* in facti contingentia Sena. Pedemon. vt est videte apud Gaspar. Anton. Thesau. quæst. foren. 5. nu. 4. & 5. lib. 1. vbi dicit *ita* de anno 1587 fuisse *iudicatum*. Atque ita in terminis contra hæredem extraneum fuit etiam *iudicatũ* 16. Ianu. 1595. in nostro Sena. Relato. egreg. Sena. Hiero. Astor, Inter nobilem Geraldum de Crudillis, & egregium Comitem de Rupebertino: fuit enim condemnatus hæres extraneus *ad restituendum fructus perceptos à die mortis viduæ*, verum est quòd fuit dictum, *soluta sibi prius dote, concedendo per ea verba retentionem hæredi donec restitutio esset facta.* Actuarius est Hieronymus Bosch: non nihil de hoc apud Michae. Ferr. in 3. part. obseruan. cap. 519. Et pro retentione, quam diximus competere hætedibus extraneis, multos allegat Despujol vbi suprà, & Canc. d. cap. 9. num. 36. Nota tamen † quòd in isto casu in compotum, & raram fructuum tenetur hæres accipere creditoti interesse dotis, & aliorũ creditorũ, pro quibus, vt in superioribus diximus, habet retẽtionẽ, provt in terminis dicit Olib. vbi sup. n. 14. Et *declaranit* olim Senatus 9. Maij 1541. inter Hieto. Salõ, & Iacobũ Mateu, Relatore Salauerdenya, vbi fuit dictum quòd quando creditor non facit fructus suos rei pignoratę, sed eos restituere tenetur, tenetur etiam dominus ei accipere in cõpotum, & ratam fructuum interesse sui ctediti, quod ibi dictum fuit esse debere, provt est communiter in Cathalonia, ad rationem vnius solidi pro libra. Ad quod faciunt quæ docuimus suprà in materia oppositionis, & optionis mulieris dum de materia tecisionis

con-

contractus meticulosi egimus hac ea.clausu. 7.glo.2.pat.5.nu. 14. vbi probauimus quòd li & vbi in remedio l.2. C. de rescin. vendi. vẽditor lęsus debebat habere fructus à die li tis motæ pro re vẽdita,emptor etiã debebat habere interesse pretij per eum soluti, & sic erat facienda compensatio vnius rei cũ alia.

4 Ad nepotes an † transeat beneficium d. consti.si ipsi sunt hæredes auiæ,vt faciant fructus suos sicut faciunt filij hæredes, dubitatio est non leuis,de qua re non est ex nostris qui aliquam Senatus decisionem viderit,solum pro affirmatiua allegatur commmuniter quòd ita per egregium olim Senatorem pollea Regentem,& nunc in Supremo Aragonum,Michae.Salba,& de Vallseca extitit † *declaratum* de anno 1605. inter nobiles coniuges Argensolas, & nobilẽ Philippum Roger,sine tamen voto, & interuentu Senatus, provt referunt Canc. in 3.par. variar. resol. cap.3.de priuil.num.386.& Despujol in addi.ad Mier.in hac consti.núm. 39. à qua tamen prouisione,& declaratione pendet causa supplicationis,& reuisionis inSenatu,quæ adhuc cum hæc scribo,non est terminata,ibi videbis quid Senatui placuerit quãdo in causa declarabitur.Actuarius est Fontana.

5 Vidi de hac re † magnam in foro controuersiam. Qui partes nepotum agebãt se habere dicebant illam regulam pro se,quòd in fauorabilibus appellatione filiorum veniunt nepotes sine difficultate,ac in lito quidẽ casu nõ per extensiuã,sed pet comprehensiuam, provt Gasp. Anto. Thesau. quæst.foren. 92. num.5.vbi propter † hanc rationem tenet, 6 † & *decisum* in Sena.Pedemon.de anno 1606. refert, statutum disponens quod mater teneatur filijs bona relinquere,procedere fauore nepotis,ita vt nõ existentibus filij,nõ possit auia, obstante existentia nepotis, donare bona sua extraneo.

7 Idem etiam † multis confirmat Steph. Gratia.discepta.foren.265.ex num.30. lib. 2.concludens dispositionem fauorabilem filijs,ne teneantur fructus in legitimam,& trebellianicam imputare, habere etiam locum; & procedere in nepotibus. Alias sexcentum instantias similes possem hic reffere,sed non expedit,cum vulgaris sit matetia hæc,& multùm triuialis.

8 Sed in contrarium † dicebant alij facete quòd ista dispositio non videtur posse dici fauorabilis,sed imò odiosa , vt dicit Mier. in hac consti.nu. 54. & optimè Oliba in sæpè cita. §. fuerat nu.5.versi.Hoc priuilegiũ, & num.etiam 26.vbi dicit hoc statutum esse potiùs odiosum,quàm fauorabile, tametsi respiciat fauorem mulieris, quo citiùs dotẽ recupetet,*principaliter enim*(inquit)*inducũ est in odium hæredis mariti,vt hac molestia tenutæ,& fructuum perceptionis affectus citiùs dotem soluat, & sponsalitium*, ad similitudinem eius,quod disponitur in l.1.& in l.is cui vt in posses.legat.seu fideicom.ibi,vt saltem tædio perpetuæ custodiæ extorqueat hęredi cautionem,probatur etiam per tex.in l.cum quidam §. si pupillo de vsur. vbi reddens I. C. rationem quare minor non restituatur aduersus non petitas vsuras, eam dicit esse vt glos.ibi exponit, quia vsuræ non propter lucrum petentium præcipuè , sed propter moram non soluentium iuslinguntur,tradit Oddus de restitu.in integr.par.1. quæst. 9 4.art.9.num.71.Fortificabant † hæc ex his, quæ nos in 1.tom.clau.4.glos.18. par. 4. ex nu.53.pluribus docuimus,dispositionem dici fauorabilem , vel odiosam ex principali intentione statuentium, vt scilicet si principaliter facta fuerit in fauorem vnius,licèt in consequentiam vergat in odium alterius,dicatur fauorabilis,& ecõuerso odiosa,si principaliter in odium alicuius sit facta,licèt redundet in fauorem alterius,ibi sunt videndę multæ instantiæ,quæ ad declarationem huius 10 resolutionis adductæ fuere. Et signãter † sũt attendendẽdæ duę regulæ,quas posui,& probaui num.62.Prima,quòd omnis dispositio, & statutum, quę tendunt ad lucrum cum iactura alterius, dicuntur odiosa. Et secunda, 11 quòd † omnis dispositio, & statutum conti- 12 nentia pœnã sunt odiosa.Hoc supposito † videtur in casu occurrenti appellatione filiorũ non posse venire nepotes, cum ipsi in dispositionibus odiosis non veniant,saltem quando principaliter in eorum fauorem dispositio facta non est,sed in odium alterius,vt docet ex pluribus quos allegat Anto. Gab. in com.conclusio.lib.6.tit.de verbor.sign.conclu.1.num.29.vers.Septimò amplia,Maresc.variar.resol.lib.2.cap.105.ex num.49.

13 Replicabant † aduersarij , & allegabant aliam regulam genetalem,qua simul respondebant contrarijs , quòd vbi adest fauor filiorum,ibi intrabant nepotes defficientibus filijs,vt apparet ex Doctoribus suprà citatis,solùm esse videndum , dicebant , an id procedat dumtaxat quando principaliter in odium alterius,licet in consequentiam in primo casu resultet in odium alterius, & in secundo in fauorem filiorum, vti in secũda opinione diximus,& se repetire asserebãt quòd siue principaliter,siue incidenter,aut alias resultat ex dispositione fauor filiorum ; semper appellatione filiorum veniunt nepotes, & isti admituntur in deffectum filiorum.

14 Ad hoc † allegabant tex. quem dicebant clarum in l. filium habeo ff. ad S. C. Macedo.Pro cuius tex. inductione est præsuppo-

ſupponẽdum,quòd Macedonianum,de quo in d.l.tractatur,attenta principali intentione,odioſum dicitur,non fauorabile, ex quo emanauit principaliter in odium creditorũ, licèt redundet in fauorem filiorumfamilias, ex Bar.& Bald.in l.qui exceptionem, de cõ dict.indeb.& probat abundè Peregr. de fideicom.art.1.nu.24. Hoc ſuppoſito, quærit I.C.in d. l.filium habeo,an Macedonianum, quod de ſolis filijs primi gradus loquitur,habeat etiam locum in nepotibus, & reſpondet quòd ſic: non poteſt aliquid magis ad propoſitum adduci. Per hunc tex.Bar.patet vetitatis in l.liberorum num. 6. in verſi. aut continet ff.de verbor.ſignifica.indiſtinctè docet quòd ſiue diſpoſitio ſit facta in fauorem filiorũ principaliter, ſiue in odium alterius, dummodò redundet in fauorem filiorũ, eorum appellatione veniunt nepotes.Rogo te videas Alex.Trentacinq.variar.reſol.lib. 1. reſol.1.titu.de ſtatu.num.2.in verſ.Senatuſconſultũ Macedonianũ, vbi dicit quòd licèt negari non poſsit quin habita cõſideratione ad finalem intentionem Senatuſconſultum dicatur odioſum,& ob id reſtringendũ,attamen (inquit) non poteſt negari quin reſpiciendo filiumfamilias, illud non dicatur fauorabile,& ideò ampliandum,propter quod (pergit vlteriùs)licèt tantùm loquatur in filio familias,& ei ſuccurrat, attamen ſuccurrit etiam eius patri,mãdatori, & fideiuſſori, l.ſed etſi paterfamilias §. non ſolùm in fin.
15 ff.ad S.C.Macedo.Et hinc etiam † eſt, dicit, quòd Senatuſconſultum in filio loquens locum habet etiam in nepote, l. filium habeo, ff.eod.Hęc Trentacinq.quibus benè probatur intentum,vide poſteà num.3.eiuſdem auctoris,vbi pluribus probat quòd ſtatutom, quod reſpectu filiorũ eſt fauorabile, ex hoc ſolo extenditur ad nepotes.

16 Secundò monebantur † ex tex. in auctẽ. vt exactione inſtante dotis primæ,ibi, ideſt dicere nepotes,&c.col.7. ex quo tex. videtur deſumpta conſli.2. huius titu. *diſolt lo matrimoni,&c.* Vbi Iuſtinia. Imper. tractat quęſtionem,quis ptęferatur ſi contendant filij primi matrimonij pro dote materna,cum muliere ſecundi pro ſua dote,& ſtatuit quòd filij primi matrimonij ratione hypothecarũ matris ipſorum,deindè ait idem procedere in .nepotibus, vt ipſi etiam pro auijs, non exiſtentibus liberis, præferantur ſicut filij. Hic tex. planè decidit noſtrum caſum, quẽ tex. ad propoſitum adducit etiam Bart. in loco ſuprà citato.

17 Hæc ſunt,† quæ adduci cum ingenio poſſunt pro vtraq; parte in hac difficillima quæſtione:in qua ego (non poſſum negare)laboraui quantùm potui ad excludendum nepotes in hac periculoſa materia, quam vix Doctores admitere volunt pro mulietibus ipſis, quarũ fauore introductum priuilegium fuit propter periculum, quod verſatur in exactione,& receptione vſurarum, & interesſe, ac fructuum in pignote,& demùm inclinaui contra ipſos nepotes,hac ſola vnica ratione particulari, particulariterque reſpectu noſtrarum conſtitutionum, & in eis, quicquid aliàs ſit de iure communi,ex qua arbitror reſultare reſponſionem ad omnia ſuprà dedu-
18 cta.Eſt ratio,† quòd nepotes non veniũt appellatione liberorum vbi ſtatutum,& diſpoſitio ſunt intelligenda ad litteram,vt probãt in terminis Bal.in l.maximum vitium num. 16.& 17.verſ.Quare dico quòd aut ſtatuto, C.de liber.præter.Alex.conſ.98.nn.13. lib. 6.Simon de Pret.de interpreta.vlt. vol.lib. 3.interpreta.3.dubi.3.ſolu.1. num. 38. fol. 206.Menoch.in conſ.215.num.15. vbi multis ſimilibus iſtud comprobauit, & loquitur de quodam foro Valentino, vbi ad litteram illi ſunt intelligendi poſt Bero.qui in alio ſimili caſu Hiſpanarum etiam ſcripſit,in conſ. 120.num.9.lib.2. Idem Menoch. in tractat. de ptæſump.lib.4.præſump.93.nu.15. Horat.Carpan.in ſtatu.Mediol.par.2.cap.174. num.59.cum ſeqnen.Ludoui. de Caſſana. in conſ.34.num.9.& in conſ.58.nu.32.vbi reſpondet ad Portol.in ſchol.ad Molin. qui cõtrariũ tenere viſus eſt in Regno Aragonum de quo loquitur Caſſa.vbi chattę eſt ſtandũ, quod eſt,intelligi debere foros,& ſtatuta ad
19 litteram. Et eſt ratio † rationis,quia vbi ad litteram ſtatuta ſunt intelligẽda, omnis ipſius interpretatio reijcitur,& omnis extenſio, vt pluribus probat Caſſana.d.conſ.58.n. 33.Cęſ.Barz.deciſ.Bono.97.num.11.& deciſ.98.ex num.24.Stepha.Gratia.deciſ. 17.
20 num.26.Quia ſolùm † eſſe dicitur in littera quod oculis ipſis legi poteſt, l. 1. ff. de his quę in teſta.delent.latè Menoch.& Barz. & reliqui in locis ſuprà citatis. Conſtitutio-
21 nes † autem noſtras,& noſtra iura municipalia fore ad litteram, & provt iacent, ac hębraycè intelligenda,nõ elt qui dubitet apud nos, infinita loca ad id adferunt Michael Fer.in 3.part.obſeruan.c.7.incip.aduocatus fiſcalis nu.4.in nouis,&Olib.par.1.lib.3.ad §.ſunt prętereà n.22.de actio.Sequitur ergo ne conſtitutionẽ noſtram ad nepotes extẽde
22 re valeamus. Et certè in † hoc caſu res videtur indubitata per id quod diximus ſuprà de magna exorbitãtia huius cõſtitutionis,propter timorem vſurarum,quę ſi nunc fieret, vix auderemus eam in praxim deducere, ſequimur enim eam,vt ſuprà etiam diximus, quia videmus de facto per tot ſecula fuiſſe obſeruatam à maioribus noſtris,quę obſeruantia,

& anti-

& antiquitas magnum, imò totum robur ei
23 tribuit. Adderem ego † ei doctrinam Ludo. Roma. in l. etiam filios n. 9. ff. ſolu. matrimo. vbi vult in priuilegijs à iure communi exorbitantibus appellatione filiorum non venire nepotes.

24 Per hæc reſoluere † poteris quam ſuprà in materia optionis omiſimus quæſtionem, ſi priuilegium optionis mulieribus conceſſum, ſicut tranſit ad filios primi gradus, tranſeat etiam ad nepotes: ex his enim negatiuè illa reſoluenda videtur, ſicut negatiuè reſoluit Cantet. in 3. par. variat. cap. 3. de priuil. à num. 380.

25 Donec ſibi † in dote, & ſponſalitio ſuis fuerit integrè ſatisfactum. Fallit niſi litetiſſet per ipſam mulierem quominùs ſibi eſſet ſatisfactum, quod præſertim contingit quando ipſa potuit ſibi ſatisfacere, puta quia inuenit in hæreditate viri pecuniam, aurũ, vel argentum, prout habetur apud noſtrum Michael. Ferrer in 3. par. obſer. cap. 353. vbi ita † *deciſum* in Senatu refert, idem etiam, & ego † *deciſum* vidi in alia cauſa 3. Maij 1575. inter Annam Daul, & nobilem Annam de Robles, & Leon; quæ eſt doctrina Mier. in hac conſt. n. 53. vbi dicit nõ facere mulierem fructus ſuos quando ſunt tot pecuniæ in hæreditate quòd potuit in dote eſſe ſatisfacta, quia
26 ſibi, † inquit, debuit ſoluere ex quo pecuniæ erãt in eius poſſe, allegat ad id l. Titia de ſolutio. Ratio horum Doctorum concludit, & bene, contra vnarem in primo capite, quando eſt in hæreditate pecunia ſufficiens ad ſatisfactionem, quòd ex ea debeat dicta ſibi ſatisfactum, per d. l. Titia. Addi poteſt † id quod
27 dicit Roma. in conſ. 187. nu. 4. cum ſequen. & ſequitur Bara. multa de hoc tradens deciſ. 72. num. 10. & ſequen. quòd ſi maritus (ponamus) eſt exul à ciuitate, vel tanquam bannitus, & inſons ad mulierem tanquam negociorum geſtricem perueniant pecuniæ ſufficies ad dotem ex bonis ipſius mariti, quòd ſi ſibi prò dote non conſuluit, hypotheca, & hypothecaria actio eſt extincta, ita quòd nõ poteſt agere contra bona quę fuerunt mariti, hac ratione, quia quando quis ſui debitoris negotia gerit, ſi ſolutionem pecuniæ eiuſdem debitoris ſui ſibimet ſine iuſta cauſa facere differt, in culpa eſſe cenſetur, &c. allegat tex. quem dicunt ſingularem, & vnicum in l. debitor de nego. geſt. & plures ad propoſitũ adducũtur videndos, quod eſt in effectu idem quod dicunt glo. Bar. & Paul. de Caſtr. in l. diuortio, ff. de nego. geſt. & quod Fer. noller dixit vbi ſup. Nõ ergo in noſtro caſu eſt audiẽda mulier volens facere fructus ſuos ſub prætextu, quòd nõ ſit ſatisfacta, ſi inuenerit in hæreditate pecuniã, ex qua ſibi ſatisfacere poſſet.

28 In tantùm † eſt verum mulierem habere pro ſatisfacta, & dotem pro ſoluta in iſto caſu, quo mulier inuenit in hæreditate pecuniam numetabilem ad dictam ſolutionem ſufficientem, vt per id videas bonum caſum in Senatu deciſum de anno 1621. ſub die 27. Ianua. Relatore egregio Senatore Hiero. Aitor, in cauſa ſucceſſorum Petri Roca de Parlana, contra nob. Chriſtophorum de Barutell, & de Baſtrãca, & alios. Vbi vidua inuenerat in hæreditate plures pecuniæ quãtitates, quę erant ſufficientes ad ſolutionẽ mille librarum dotalium, & eas receperat; quarum ratione fuit prętenſum illam fuiſſe ſatisfactam in ſua dote, & ideò debere eijci de hæreditate, nihilominùs vt minorem res difficultatem haberet, fuerunt ei depoſitæ mille libræ ad ſoltam Iudicis, vt caſu quo ex primis quantitatibus non videretur in dote ſatisfacta, ſaltẽ ex iſtis ſatisfactio negari non poſſet. Fuit electa mulier, & cũ tractaretur de iſtis mille libris depoſitis, quas volebat recuperare deponens quia iam ex alijs erat ſoluta dos, moritur mulier, & opponit ſe tertius dicens dimidiam partem dictarum mille librarum depoſitarum ſibi libe randam fore, & eſſe ex eo quòd mulier deceſſerat abſque liberis, quo in caſu ſtipulatum erat in capitulis matrimonialibus ad donatorem dictam dimidiam partem reuerti debere, ſed *ſubcubuit*, ex quo non erat ex iſtis ſoluenda dos, quæ iam erat ſoluta, ſeu pro ſoluta habita, ex pecunijs repertis in hæreditate, dixitque Senatus huic tertio opponenti, quòd ageret cum Geminiano, licet ei valdè durum fieret, quòd in ſuo vinculo fruſtratus maneret non valens ab hæredibus mariti, ob defectum bonorum, quicquam recuperare. Actua. Prats.

29 Sed de ſecunda † parte deciſionis, & reſolutionis, quòd ſcilicet idem ſit licèt nõ inueniat mulier in hæreditate pecuniam numerabilem, ſed aurum, & argentum, non reperio quòd noſtri rationem reddant, quia forſan non fuit ita facile ſicut reſpectu primi caſus, & capitis, quando reperitur pecunia in hæreditate, & ita audiui aliquos ex noſtris non infimæ claſſis, qui dicerent hæc magis fundari in ſtylo Regiæ Audientiæ, quæ quantùm potuit limicauit, & reſtrinxit harum tã grauium vſurarum perceptionem; quam alias. Difficultas oritur † quòd mulier credi-
30 trix in pecunia non videtur poſſe compelli, quòd ad ſui ſatisfactionem recipiat aurũ, aut argentum in maſſa, quia ſic cogeretur recipere diuerſum ab eo, quòd ſibi debetur, cõtra l. 2. in §. 1. ff. ſi cert. pet. atque ita in expreſſo tenent Decius in d. l. 2. §. 1. num. 6. & Rip. ibid. nu. 12. verſ. Contrarium, & Pinel. in tub.

in rub.C.de reſein.vendi.In prima par. c. 3.
31 mm.14.vbi alios allegat.Sed verior eſt,† & in hoc poteſt fundari ratio noſtræ deciſionis, opinio Bar.in l.diuortio §.ob donationes n. 3.ff.ſolu.matrimo.Iaſ.in §.in bonę fidei nu. 62.inſtitu.de actio.ac Barboſ.in d.§.ob donationes num.28. quòd ſicut ſatisfacit quis dando pecuniam numeratam,& nummos argenteos eiuſdem æſtimationis quando debet ex aliquo legato,vel aliàs pecuniam numerabilem l.1.§.fina.de auro, & argen.lega. ſic è contra, infrà videbis locum Peregr. in quo ex auro,& argento,ac lapidibus pretioſis repertis in hæreditate præſumitur facta ſolutio,quæ aliàs non præſumeretur, ſed ex ſtylo potiùs,vt apud nos,vt ex ibi traditis colliges.

32 Quid autem † ſi licèt à principio non eſſet in hæreditate pecunia,obuenit tamen ei poſtea,cenſeo quod illam imprimis teneatur mulier conuertere in extinctionem ſui præiudicialis crediti, ne luat pœnas, quas Senatus † de anno 1589.*declarauit* in caſu,quo in alios vſus expenderat, vt habebis infrà dum de muliere tutrice agemus.

33 Sed ſi non adeſt † nec pecunia numerata, nec aurum,nec argentum in hæreditate,ſunt autem immobilia,& mobilia etiam,puta veſtes,& res ſimiles,an iſto caſu idem ſit, quòd imputet ſibi mulier ſi ſibi non ſatisfecit ex dictis rebus.Ferrer d.cap.353. circa finem, dicit non eſſe receptum in alijs rebus præter pecuniam numerabilem,& aurum,& argen† tum,atque ita *determinatum* in Senatu fuiſſe ſe ipſo teſſerente de anno 1552. Et metiò, †
34 quia aliàs nihil eſſet priuilegium hoc, nec quicquá proficeret viduis,ſemper enim, aut ſaltem à communiter accidentibus,eſt in hereditate tantum,vel de mobilibus, vel de immobilibus, de quo poſſit eſſe ſatisfactũ
35 mulieri.Vide ad † propoſitum non multùm diſſimile,Peregri.de fideicom.art.35. num. 23.Vbi eandem differentiam facit, quam nos hic, quando in hereditate reperitur aurum,& argentum, vel lapides pretioſi, & ſimilia reperiũtur, vel non,ad indicandum an hæres grauatus teneatur ſibi ſoluere in ſuis creditis, vel non.

36 Vndè in facti † contingentia ego dubitabam de iuſtitia *declarationis* Senatus facti
† Relatore egregio Senatore Primario Ioan. Gallego 4.Februa.1608, in cauſa coniugum Gayolans,& Coſtas,contra coniuges Solers villæ Biſulduni , in quantùm pro referenda tenuta mulieri, conſideratum fuit quòd in hæreditate erant plura bona mobilia , fructus,& grana, boues, & captæ,& alia animalia,& multæ aliæ res, quæ ſeruando ſeruari non poterant , ex quibus dicta mulier , vel magnam pecuniæ quantitatem receperat, vel recipere poterat,ex quibus ſatis congruè in quãtitate dotis,quę nõ erat magna,ſibi ſol
† uere poterat,&c.provt poſtea *reuocata* dicta Regia ſententia in alia aula fuit, referente egregio itidem Senatore Franciſco Fetuz ſub die 20.Nouembris 1610.dicendo quòd ex quo in hæreditate non fuit pecunia numerata,nec aurum,nec argentum, ex quibus mulier ſatisfieri potuiſſet,ideò faciebat , & fecerat fructus ſuos,vſque ad depoſitum de dote ſibi factum, & ſoltam ludicis ſublatã. Et licèt poſtea prima fuerit confirmata in tertia Aula teferente egreg. etiam Senato. Franciſco Bonet, non tamen ex motiuis in ea expreſsis , ſed ex alijs, & ſignanter quia mulier erat tutrix filiæ hæredis,de quo puncto inferiùs dicemus latè. Actuarius erat Hieronymus Boſch.

37 Si mulier fuit † inſtituta hęres à vtro ſuo, & adit ſimpliciter hęreditatem, vt ſæpè fit, quæritur an ceſſet priuilegium cõſtitutionis. Hanc quæſtionem tractauit primò noſter † Mier.in ead.conſti.num.125.& 126. vbi dicit ſibi videri,quòd per additionem hęreditatis ſint confuſæ actiones, nec poſsit amplius de illo priuilegio tractari. Eãdem quæſtionẽ poſtea tractauit noſter etiam Micha. Fer. in 3.par.obſeruan.cap.520.qui idem in effectu
† dicit quod Mier.atque ita *reſolutum* in Senatu de anno 1546.refert, ſed ex alia ratione,quia mulier vti hæres potuit vendendo,
38 aut aliàs ſibi ſatisfacere.Addi poteſt † quòd imò per additionem hæreditatis eo ipſo quòd eam adiuit mulier,viſa eſt ſibi ſoluiſſe,& ſatisfeciſſe in ſuo credito de bonis hæreditatis,de quo puncto latè per Ludoui.Caſſana. in conſ.23.ex nu.23. vſque ad finem , & ibi
† *deciſio* pro hac reſolutione,viden. etiã Por. Immol.in conſ.92. num.94. Manti. de coniect.vlt.vol.lib.7.tit. 8.num. 13. Peregr. de fideicom.art.35.ex num.15. nec omittendus Aſſlict.deciſ.237.num.6.

39 Hęc dicunt illi, † quæ tamen neceſſaria egent declaratione, alias nihil proficerent; quid enim commodi,& vtilitatis adfert ſcire quòd mulier hęres non habet tenutam, nec titulo tenutæ facit fructus ſuos,ſi iam habet alium titulum multò pinguiorem? Difficultas eſt quando mulieri mouetur quæſtio ſuper hæreditate,vel per aliquem,qui prætẽdat ſibi ex aliquo vinculo ſucceſsionem deberi,vel pet aliquem creditorem,qui credita in bonis habeat,pro quibus inſtet contra mulierẽ.Sanè in iſtis,& ſimilibus caſibus redibunt proculdubio primeuę actiones. Dotis enim fauore,vt prima hypotecaria actio tollatur,neceſſe eſt vt hæreditas penes mulierẽ remaneat,alioquin remanet, & permanet

prima

prima actio, tam personalis, quàm hypotecaria, provt ex Ioan. Fran. del Castil. decis. Sicil. 5. ex nu. 7. & alijs ibi allegatis, latè in superioribus probauimus, vbi de euictione fundi dotalis egimus, clau. 5. glos. 8. par. 14. ex nu. 86. vbi videas. Adde Sesse decis. 46. nu. 35. Viden. plures quos Gasp. Roder. adducit de annu. reddi. lib. 2. q. 19. ex nu. 5. benè Afflict. decis. 237. num. 6. Vbi notabiliter † dicit præsumptionem solutionis nõ cadere vbi hereditas euinceretur, quia (inquit) tunc non est credendum quòd ipse sibi soluisset à quo hæreditas euincitur per l. Sticũ, §. fic creditor, de solutio.

Deindè, vbi † mulier est grauata de hæreditate restituenda post mortem, provt communiter fit, vix enim ad suæ voluntatis libitum mulieres instituuntur hæredes vnquàm, tunc ipsius hypothecę nunquàm extinguntur, ea ratione, quia dominium rerum hęreditariarum fuit reuocabiliter eis quęsitum, provt pluribus post Afflict. probat Vrsil. in addi. ad eam decis. 237. num. 2. Vincen. de Fran. decis. 39. nu. 5. & 80. nu. 12. & 21. Meno. in cõs. 89. n. 153. & 154. Capi. decis. 195.

Erit etiam considerandum, † si mulier cõfecit inuentarium, provt semper solet, illud enim palam est quod præseruat à confusione actionum, vt in l. fin. §. in computatione C. de ior. deliber. de quo latè per nostrũ Cancer. in 3. par. variar. cap. 2. de inuen. nu. 166. & sequen. pulcherrimè Ioan. Baptista Azin. de execu. §. 7. cap. 69. vbi prę cæteris oprimè declarat qualiter in hoc casu mulier hæres per inuentarium dicatur compatibiliter re- præsentare duas personas. Et ideò † benè dixisse eundem nostrum Mier. in hac ead. constitu. in suprà cita. nn. 126. existimo, quod si est factum inuentarium, in isto casu retinetur dos, & reliquum restituitur, addendo se † ita vidisse *pronuntiari* in Audientia Regia.

Optimè etiam † ob id iudico dixisse Cancerio cita. cap. 2. de inuen. num. 170. de hac re tractando, non transire sine difficultate quod ex Mier. & Fer. suprà in principio sim pliciter diximus pro exclusione mulieris à beneficio constitutionis, quando est instituta hęres. Imò etiam sine † inuentario deducit hęres sua credita, vt latissimè per Peregrin. de fideicommis. art. 35. num. 1. qui infinitos adducit, Hieron. à Lauren. decis. Auenio. 45. num. 8. circa medium, Sesse allega. decis. 46. per tor. qui loquens in nostro casu mulieris institutę hæredis, quomodo hæc fieri possint, late declarat.

Aduertẽdum etiam † erit circa hæc, illud quod communiter dicunt Doctores, quòd fida solutio non inducitur per aditionem hæreditatis, nisi ad hoc ne hęrea fiat in damno, vt post Pau. de Castr. in citata l. Sticum, §. aditio, ff. de fideiusso. declarat Gasp. Roder. de annu. reddi. lib. 2. quæst. 19. nu. 4. Afflict. in cita. decis. 237. num. 4. Sesse in allega. decis. 46. Hondede. qui prę cęteris est in hoc viden. in cons. 58. nu. 4. & 5. & num. 52. cum sequen. lib. 1. multò ergo minùs inducetur si imò damnum sentire habet.

Animaduertas etiam † finaliter quòd ea, quæ dicuntur de confusione actionum, procedunt quoad actionem, sed non quoad retentionem, licèt confectum non sit inuentarium, Vincen. de Fran. decisio. 39. num. 3. Cost. de portio. rar. quæstio. 45. num. 8. & q. 237. num. 3. vbi de nouo allegat, l. debitor, ad trebellian. & Afflict. in sæpè à nobis cita. decis. 237. quod idem pulchrè, ac in pulchro casu, quando donatarius fuit postea à donatore hęres itidem constitutus, probat Anton. Faber in suo Cod. lib. 6. titu. 11. de iur. deliber. defi. 44.

Imò etiam quo † ad actionem non fierī confusionem ex regula aliàs superiùs adducta, quia sic esset hæres in manifesto damno, si non posset agendo recuperare sua credita, voluit Hondede. in cita. cons. 58. num. 53. lib. 1. Si alia plura de confusione actionum scire volueris, vide Sotomaior de vsufruct. tot. cap. 71. & Statil. Pacifi. de Saluia. interd. inspect. 5. cap. vnic. ex num. 123. cum multis sequent.

Hæc accommodabis, † secundum facti cõtingentias, vt infortunijs mulierum, quæ hęreditatea maritorum, nescientes quid intùs lateret, adiuerunt, occuras, ne iurium suorum amissionis dammõ per dictas aditionea sentiant, quod quomodo faciendum sit, nõ potui tibi hic particulariter explicare, quia nõ occurrunt in promptu contingentiæ casuũ, quæ possunt succedere, sufficit regulas generales tibi monstrasse, quibus in hac re vti potes.

Aduerto tamen † me suprædicta non dixisse existimando quòd in illa reuiuiscentia actionum primęuarum, ac iurium, veniat ius tenutę, & faciẽdi fructus suos in vim cõstitutioois: id enim est impossibile per rationẽ † *amplexã* per Senatũ in illa decis. quã refert Fer. in 3. par. obseruan. cap. 520. quia ex quo vendendo vt hęres, potuit sibi mulier satisfacere, & non fecit, amisit sine dubio priuilegium; solùm igitur proderunt suprædicta vt in omni casu aduersæ fortunæ, dotes saluas mulieres habeant.

Ad hæc non omitas † recurrere ad illud, quod diximus suprà in materia optionis, quòd ea non denegatur filio pro recuperatione dotis maternæ, propterea quòd sit nedum hæres matris creditricis, sed etiam patris debitoris, ex famosa decis. Rot. Roman.

apud Card.Manti.326. quam poſteà reperi ad litteram poſuiſſe Statil. Paoiſi. poſt ſuum tractatum de Saluia.interd.deciſ.75.

52 Ampliatur qnod † diximus per aditionē, & acceprationem hæreditatis amiti tenutā, & priuilegium conſtitutionis, vt procedat etiam in acceptatione donationis,vt ecce,filia,quæ erat hæres matris, dū nuptui á patre traderetur,acceptauerat donationem ab eo in ſui fauorem de vniuerſis bonis cum reſeruatione vſusfructus, & certæ quantitatis ad teſtandum factam,cumque poſteà de reſeruatis donationem idem pater feciſſet alteri filio,qui poſt mortē patris ingreſſus fuit poſſeſsionem,& contenderetur,& diſputaretur inter eos de ſpolio, quod filia hęres matris prætēdebat eo nomine in vim conſtitutionis

† 2.hoc titu.*diſolt lo matrimoni*, fuit *declaratū* ſpolio non eſſe locū,*quia*(inqnir declaratio) *cum filia acceptauerit donationem à patre, per confuſionem actionum indè reſultantem iam ex tunc in dote matris ſuæ fuit ſatisfacta, & conſequenter pro dicta dote ſibi modo prædicto ſoluta,& reſtituta,ei non competebat remedium recuperandæ poſſeſſionis*.Cauſa erat inter Michaelem Ioannem Vilagerin, & Eufraſinam Sorts,RelatorFerrer. Auctuar. Paſtor. Dies declarationis 1.Februar.1620.

53 Conſiſtebat confuſio † in iſto caſu,quamuis titulus donationis ſit titulus particularis, l.vlt.de vſufruct.leg.Coſta de remed. ſubſidia.remed.108.nu.13.& Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.8.tit.34.de dona.defin.4.in quibus

54 titulis † particularibus regulariter confuſionis materia non intrat,ſed ſolùm in vniuerſalibus ſucceſsionibus per hæreditatis aditionem,l.qui hominem,§.qnidam filium, de ſolutio.l.Sticum §. aditio, ff.eo.l.debitori, C. de pact.l.cum à matre,C.de rei vendicatio. cum ſimil.adductis per Gaſp. Roderic. de annu.reddi.lib.2.quæſtio.19.num. 30. ver-

55 ſic.Quid dicendum, quia in titulis † particularibus non eſt conſiderabilis illa vnitas perſonarum, quæ in vniuerſalibus, in quibus hæres & deffunctus pro eadem perſona habentur, quę vnitas cauſat hanc confuſionem actionum,Colt. de portio. rat.quæſtio. 45. num.7.

56 Conſiſtebat (inquam) in iſto caſu confuſionis conſideratio in hoc, quia clarum

57 eſt † quòd donatarius omnium bonorum, qualis erat iſta mulier, ſuccedebat in obligatione ſoluendi debita ante donationem contracta, ita vt reſeruatio libera maneret donatori; hęc enim eſt mens donantis bona, vt illa cenſeatur donare, quę ſuperſunt deducto ære alieno,l.mulier bona, ff. de iur. dor. & in hoc concordant omnes, ſolùm diſputant

58 † ſi recta via poteſt agi contra ipſum donatarium, vel priùs excutiendus ſit donator, vel illius hæres,vt colliges ex Guido. Pap. deciſ.105.& ibi additionatores,Carro. deciſ.ſeu caſ. 125.Coſt. remed. ſubſidia.108. num.7.Anton.Fab.loco ſuprà cita. Decius in conſ.237.Capel.Tholoſ.deciſ.93. lib. 2. viden.Boer.deciſ.204.ex num.43.cum infi-

† nitis alijs,quos allegant.Et in terminis *declarauit* Senatus Relatore egregio Senatore Hieronymo Senjnſt die 16.Nouemb.1618. in cauſa Iacobi Llunell presbiteri contra Petrum Llunell Notarium publicum Barcinonæ, in qua fuit condemnatus dictus Petrus Llunell vti donatarius vniuerſalis Antici Llunel patris ſui,ad ſolnendum dicto Iacobo pentiones cuinſdam annui redditus ante donationem facti,& creati dicto Iacobo per dictum Anticum patrem ad accipiendum ordines,& pro patrimonio Eccleſiaſtico,idque non obſtante quòd dictus Iacobus eſſet hæres patris,reſeruationis ſcilicet, eo motino quòd debita ante donationem contracta cedebant oneri donatarij,non hæredis reſeruationis. Actuarius erat Benedictus Sacares. Idem anteá die 17. Maij 1601. Relatore egregio itidem,ac Primario Senarore Ioan.

† Gallego fuerat expreſsè etiam *declaratum* ad donatarium ſpectare ſolnere debita donatoris ante donationem contracta, & omne æs alienum,& cenſualia hęreditatis, in cauſa nobilis Ioannis de Ioſa contra nobilem Guillermum de Ioſa,inter quos duos fratres magna de hoc fuerat contentio, & controuerſia,cum vnus eſſet donatarius vniuerſalis, & alius hæres. Propter quod cum actio, & paſsio reſiderent in eodem ſubiecto, & in eadem perſona, fiebat vt confuſio inducta de neceſsitate cenſeretur, & ex conſequenti extinctio crediri, quod mulier creditrix non poterat niſi á ſe ipſa recuperare.

59 Si autem mulier † reperiret in hæreditate aurum, & argentum, vel pecuniam numerabilem,vel poſteá, ipſa pro hęrede poſſidente,pecunia ſufficiens ad ipſam pertineniſſet,tunc minorem,imò nullam res haberet dubitationem circa extinctionem crediti dotalis, per ea quæ ſuprà diximus de muliere non hærede,quæ hæc adinuenit in hæreditate;non enim video diuerſitatis rationem,quod optimè in terminis probat Peregrin.in cita.artic.35.de fideicom. nnm. 23. qui ſupradicta, & alia enumerat, quæ cedunt creditori in ſolutum pro ſuis creditis quando eſt hæres debitoris,ibi videas.

60 Si non eſt relicta † hæres mulier, ſed tutrix filiorum hęredum,nec reperit in hæreditate ea,quæ diximus facere ceſſare tenutā, & beneficium conſtitutionis,ſed ſunt plura, quæ ſi venderētur,poſſet ex eis ſufficiens pecunia

cunia haberi pro ſolutione, & ſatisfactione ſuorum creditorum, quæritur quid iuris. In
† hoc caſu intrepidè Senatus *concludit* contra mulierem, & contra filium tenutam, vt habes apud Michael. Fer. in cita. cap. 520. in 3. par.
† obſer. & *clarius* in vna coniugum Blanxarts contra Anticum Coſta Relatore egregio Senatore Franciſco Gamis ſub die 19. Martij 1614. Scriba Tio. Verum eſt quòd inibi non fuit ſumptum iſtud motiuum ſolum, ſed etiã quòd in hæreditate erant aurum, & argentũ, & pecuniæ numerabiles, & mulier comiſerat dolum in confectione inuentarij omitendo plura ponere in eo, quæ poſtea confeſſa fuerat in articulo mortis ſe habere. Et plenisſimè in illa coniugum Gayolans, & Coſtas, contra coniuges Solers coram egregio Senatore Frãciſco Bonet, de qua ſuprà; poſtquam enim in alijs duabus Aulis ſententijs contrarijs in ea cauſa latis, latè diſputatum fuit, ſi mulier amiſerat tenutam ex cauſis, & rationibus, quæ inibi deducebãtur, tandem Senatus in tertia Aula, & inſtantia, contra mulierem declarauit ex hoc ſolo motiuo quòd fuerat tutrix filiæ ſuæ hæredis, *cuius officio* (inquit) *incumbebat deffendere, & liberare pupillam à præſtatione grauium vſurarum*, in qua declaratione habes deciſionem, & ſimul illius rationem, quam non adduxerunt huc vſque practici noſtri, licèt de obſeruantia Se
61 natus meminerint, quia tutores † tenentur liberare pupillos à præſtatione grauium vſurarum, quæ ratio fundatur in clara diſpoſitione tex. in l. quoties, in §. ſicut, ff. de adminiſ. & perĩ. tutor. qui vlteriùs probat id quod volui dicere, & reuerà dixit, & intellexit Sena
26 tus, quòd ſibi † ipſi tenetur ſoluere tutor quãdo ipſius debitũ eſt cum grauibus vſuris, & ſi non fecerit, ſibi imputari debet, nec vlteriùs currunt vſuræ damno pupilli. Benè Bae. de decima tutor. cap. 2. num. 112. verſ. Rurſus, Surd. de alimentit. 8. queſt. 37. n. 10. Gutier. cum alijs quos allegat de tutel. & cur. par. 2. cap. 9. nu. 40. Ceſi. Hugo in terminis noſtræ conſtitutionis conſ. 75. num. 9. & poſt eum Cancer. in 1. par. variar. cap. 9. de dote ex
63 num. 24. Et hoc faciendo, † dicetur feciſſe tutor quod promiſit, & iurauit in acceptatione tutelæ, deſſendere ſcilicet pupillum facièdo quod quilibet paterfamilias idoneus faceret, vti abundè probat Gutierr. dicto cap. 9. num. 40. quod expreſſim fuit conſideratum, & dictum, ac poſitum pro motiuo per Senatum in ſuprà relata cauſa coniugum Gayolans, & Coſtas, contra coniuges Solers, Relatore egregio Senatore Fran. Bonet.
64 Verùm eſt, † quòd ſi eſt facienda alienatio, & diſtractio immobilium, quæ ſine dubio fieri poteſt ad iſtum effectum liberandi pupillum hæredem ab iſtis grauibus vſuris, vt docet inter alios Morot. conſ. 85. nu. 14. & colligitur ex Gutier. in cita. cap. 9. & ex infrà
65 allegandis, fieri debebit † cum debitis, & requiſitis à iure ſolemnitatibus in alienationibus rerum ſtabilium minorum laſ. in l. 1. 8. fuit quæſitum ff. ad trebel. Simoneel. de decret. lib. 3. tit. 8. inſpect. 14. nu. 121. & 122. vſque ad fin. & poſt eos Ioſeph. Ludouic. conclu. 2. fallen. 13. & fina. Prouc in
† terminis terminantibus ſic Senatus *declarauit* 27. Septemb. 1588. Relatore dou Monſerra. de Guardiola inter Stepha. Simeo. Iaubert, & Ioan. Peyrona, *vbi fuit declarata nulla alienatio facta de bonis pupilli ſine ſolemnitatibus, etiam pro ſoluendo dotem, & augmen-*
66 *tum debitum per pupillũ*. Et in terminis † eſt notandus locus ſingularis apud Stephan. Gratia. diſcep. foren. 563. núm. 42. vbi in culpa dicitur eſſe mulier tutrix ſi ſibi ſuum creditum non ſoluit, ita vt nec vſuras dotis, nec alimenta poſſit conſequi.
67 Nec excuſantur † mulieres ordinaria excuſatione, qua excuſari volũt, quòd nunquã ipſæ ſolæ fuut relictæ tutrices filiorũ, ſed ſimul cũ alijs, quo præſuppoſito ſi alij nolũt eis ſuã dotẽ ſoluere, nec ad id bona diſtrahere, nõ debet id eis imputari; quia reſpondemus quòd quando plures ſunt tutores omnes inſolidũ obligãtur circa neglecta, vt palam eſt, & probat latè Gutierr. in dicto tract. de tutel. & cur. par. 1. cap. 15. in prin. & per totum, & eſt larga deciſ. nouiſſima Siciliæ apud Mu
68 tam 32. Licèt habeant † inter ſe certa priuilegia, de quibus dõ Garc. Meſſril. deciſ. 41.
† la 2. lib. 1. Et eſt de hoc clara Senatus *deciſio* referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor facta 17. Aprilis 1597. in cauſa Eleonoris Font Domenyana, contra Ioannem Vidal, Scriba Serra, vbi fuit facta condemnatio inſolidùm contra omnes, hoc intellecto quòd fieret priùs executio in bonis illius, penes quem fuit adminiſtratio curę, & in ſubſidium contra alios. Et idem etiam
† fuerat antiquitùs *declaratum* 28. Iulij 1491. inter nob. Ioan. Mate. de Retaſens, & nob. Pet. de Montecateno, Relato. egreg. Senato. Solſina, vbi fuit dictum *quòd tutores teſtamẽtarij quando non monſtratur diuiſio aliqua à teſtatore, vel Iudice facta, tenentur omnes in-*
69 *ſolidũm*. Quo præſuppoſito † non erit mulieri bene conſultũ niſi diligentias faciat, eſi quibus extinguatur ſuum creditum, requirendo contutores, & vbi nolint facere, conueniendo eos corã Iudice, vt illos cõpellat ad vendendum, & reliqua faciendum, quibus bona pupilli liberentur ab iſto credito, tam graues vſuras pariente, prout contigit in ſuprà relata cauſa coniugum Gayolans,

& Coſtas, contra coninges Solers, in qua ingens damnum contigit viduæ tutrici filiorum, ex quo non curauerat, quòd ſibi ſuũ creditum ſolueretur. torum enim in ſui præiudicium redũdauit, & ceſsit, licèt alij adeſſent contutores, quia contra eam actum fuit,
† & contra eam *declaratum* ad reſtitutionem fructuum, &c. Videndus circa hanc aliorum contutorum requiſitionem Ioſeph. Ludou. conclu. 2. in fin.

70 Quid erit ſi † contingat hæreditati obuenire aliquam quantitatẽ ex poſt, ex qua poſſet mulieri eſſe ſatisfactum, ſi ipſa, & reliqui tutores in alios vſus non tam neceſſarios ex
† pendant? Audi quid *dixerit* Senatus 24. Iunij 1589. Relatore egregio tunc Sena. Fran. Sala in cauſa Michaelis de Olſiuelles, ſeu ſuorum tutorum, contra don Ludouicum de Alentorn, Scriba Cortell, contra mulierem tutricem, quæ pecuniam, quæ hæreditati obuenerat, conuerterat in luitionem cuiuſdam cenſualis, quod non pariebat tam magnas vſuras, ſicut ipſius dos. *Quo verò* (inquit) *ad penſiones Cenſualium luitorum per dictam Margaretam tutricem, &c. licèt conſtet dicta cenſualia ſimul cũ alijs curatoribus fuiſſe luita per dictam Margaretam tutricem rẽ dictam dicti N. Tamen attento conſtat dictam Margaretam geſiſſe ſe pro tutrice, & curatrice filiorũ ſuorum, & cenſualia prædicta fuiſſe luita ex pecunijs dictæ hæreditatis, & eam diligentiam, quam adhibuit in luitione cenſualium, adhibere debuiſſet, vt ſibi in dote ſua ſatisfaceret, quia vtilius fuiſſet filijs ſuis dotis prædictæ reſtitutio, quàm cenſualium luitio, cum dote reſtituta non faceret fructus dictæ hæreditatis ſuos, quos aliàs facere non potuiſſet, &c. His & alijs meritis proceſſus attentis ſua Illuſtris dominatio dictam inſequendo cõcluſionem in Regia Audientia factam pronũciat, ſententiat, & declarat dicto nobili Ludouico Delentorn imponendum fore, & eſſe ſilentium, provt cum præſenti imponit, & dictos Michaelem de Olſinelles, & Andream Botella illorum tutorem, & curatorem à dicta petitione abſoluẽdum fore, vt cum præſenti abſoluit.* Quod idem imputatum fuit ſuprà mentionatæ Anticę Solera in ſententia vltimò lata reſtetẽte Bonet, ex quo obuentã hæreditati viri, quã ipſa tenebat, & poſsidebat, pecuniã in alias cauſas non tã vrgentes, licèt pro hæreditate conuerterat. Quæ habent fundamentum inter alia, in expreſsis verbis Celſ. Hugo. in conſ. 75. nu. 9. Ecce quot infortunijs eſt ſubiecta mulieris tenuta ſubiecta, à quibus vix eſt quòd poſsit ſe quis liberare, nec mirum cum ſit res odioſiſsima, vt ſæpè diximus.

71 Vndè ſuperflua † mihi videtur quæſtio, quam repeti diſputatam in Senatu de anno 1587. inter Catherinam Salua, & tutores pupillorum Salas, Relatore egregio tunc Sena. & poſtea in Supremo Coronę Arag. Regente don Ioanue Sabater, ſi vidua amiſerat tenutam, & illius beneficium, ex eo quòd vt tutrix, & tutorio nomine fecerat actoriam ad exigendum reditus hęreditatis viri, quaſi viſa per id fuerit tenutria ſſe tenutæ actus con-
† trarios faciendo, quæ fuit *declarata* in fauorẽ vxoris pro non amiſsione, ex quo appoſita in actoria fuerat clauſula, & proteſtatio, ſine præiudicio iurium ſuorum, per quam clauſulam, & proteſtationem viſum fuit remanere illeſam tenutam in omni caſu, quo vellet vidua illa vti. Dico, in quam, quod huius quæſtionis diſputatio ſuperflua mihi videtur, tũ mulieri quæ ſemel acceptauit tutelæ munus, vix poſſit proficere tenuta, vt ex ſuprà traditis apparet.

72 Ad hæc, licèt † quotidie contingant, parũ attẽditur à principio, vndè euenit totalis ruina mulierũ, totaliſq; euerſio beneficij, & priuilegij tenutæ, quod concedit cõſtitutio, vix eſt vnus ex mille tellatotibus, qui vxorẽ non relinquat tutricẽ, vix eſt vna ex vxoribus, quę incõſideratè tutelã nõ accepter, & ſic vix eſt vna ex mille, quę leſa nõ remaneat. Remediũ tamẽ eſt facillimũ, quo iſtas mulieres ab iſtis periculis, & dãnis liberemus, quodq; ſemper cõſulere debemus niſi ab eis habeamus malle ipſas bona integriter, & ſic cum fructibus, eſſe filiorum, quam quòd ipſæ commoditatẽ ex eis in vim conſtitutionis percipiant. Re-
73 medium eſt † quòd non acceptent tutelam; clarum enim eſt quòd matres non cõguntur ſi nolunt accipere tutelas, & curas filiorum, vt in auctẽ. matti, & auiæ, C. quan. mul. tutel. offi. fung. poſ. & in corpore vndè ſumitur, Gutier. de tutel. & cur. cum ſequent. & cap. 8. num. 18. & per totum, Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 21. quando mulier, &c. defin. 1. Hoc facili conſilio redimes mulieres ab iſtis moleſtationibus, & tranferes onus in alios.

SVMMARIA.

1 *Mulier an teneatur vendere de bonis mariti, quæ poſsidet, vt ſibi ſoluat dotem.*
2 *Mulier ad inſtantiam creditorum tenetur vendere, vel patientiam præſtare, non ad inſtãtiam hæredum viri.*
3 *Vſufructuarius non poteſt impedire creditores ne ex bonis, quibus fruitur ſatisfiant.*
4 *Creditor non cogitur vendere pignus, ſed vide contra nu. 10. & nu. 17.*
5 *Mulieres debere præſtare patientiam ad inſtantiam creditorum, vt venduntur bona, quomodo practicetur.*
6 *Socarrati notatur.*

Mulier

7 *Mulier tenens, & possidens non potest conuenire à creditoribus secundum Alua. Vlas. qui tamen reprobatur.*

8 *Mulier tenens, & possidens non debet molestari à creditoribus viri, cum clarè constat bona non sufficere.*

9 *Decisio Senatus quòd mulier non teneatur præstare patientiam vendendi bona viri ad satisfactionem suæ dotis. Vide nu. 11.*

10 *Debitor potest vendere pignus etiã renuẽte creditore, ad satisfactionẽ creditorũ, & tenetur creditor tali casu pignus exhibere debitori.*

11 *Decisiones Senatus quòd mulier teneatur præstare patientiam instantibus hæredibus, vt vendantur bona viri ad sui satisfactionem.*

12 *Constit. hac nostra, non emanauit simpliciter, & principaliter, ac absolutè in fauorem mulieris, sed vt citius dotem recuperaret.*

13 *Modus practicandi rem hanc, quòd mulier præstet patientiam vẽdendi bona viri, vt ei sit satisfactum in sua dote.*

14 *Hæres hæredis grauati, qui possidet bona vinculata, tenetur præstare patientiam ad mittam fideicommissarij, vt bona vendantur vt ex eis sibi satisfiat in suis creditis, vbi decis.*

15 *Decisio Senatus quòd mulier tenens, & possidens teneatur præstare patientiam venũendi bona, vt ei satisfiat.*

16 *Vsufructuarius tenetur præstare patientiam de vendendis bonis pro soluendo ære alieno hæreditatis.*

17 *Creditor licèt non cogatur vendere pignus ad sibi satisfaciendum, benè tamẽ ostendere, & exhibere illud, vt per debitorem vendatur.*

18 *Mulieri licitum est quando velit bona viri vendere pro satisfactione suæ dotis, & creditorum, vbi decis. Senatus.*

19 *Mulier non amittit beneficium constit. hac nostra, per transitum ad secundas nuptias.*

20 *Constitutionis hac nostra, priuilegium, an trãseat ad cessionarium mulieris.*

21 *Mier. noluit resoluere quæstionem, si priuilegium constit. hoc nostra transit in cessionarium, propter fui difficultatem.*

22 *Bartol. propter difficultatem noluit resoluere, si priuilegia dotalia transeunt in cessionariũ.*

23 *Cessibile non est, quod non est transmissibile ad hæredes.*

24 *Exceptio declinatoria fori non transit in cessionarium.*
Statutum de eõpromisso inter coniunctos faciendo non comprehendit cessionarium, ibid.

25 *Constitutio. hac nostra beneficium non transit in hæredes præterquàm in filios.*

26 *Decisio nostri Sena. quòd constitutionis hac nostra beneficium non transeat in cessionariũ.*

27 *Commoditas percipiendi fructus potest cedi.*

28 *Vsufructuarius, qui non potest cedere alteri vsumfructum formalem, potest tamen cedere commoditatem percipiendi fructus.*

29 *Vsufructuarius transferendo in alium ius percipiendi fructus, videtur ipse frui.*

30 *Vsus fructus, seu ius vtendi, & fruendi potest in dotem dari.*

31 *Mulierem posse ius tenutæ in alium cedere, tenet Cancer. cum nostro Senatu.*

32 *Cessio necessaria differt à voluntaria, & quomodo.*

33 *Auctoris opinio circa articulum, si ius tenutæ potest cedi, vel non, vbi decis. Senatus.*

34 *Mulier potest ferre in dotem secundo viro tenutam bonorum primi viri, quam habet.*

35 *Mulieribus in diœcesi Gerundæ de consuetudine conceditur tenutam bonorum primi viri ducere in dotem secundo.*

36 *Maritus non retribuit vxori, seu hæredibus fructus bonorum primi viri, quos ei adduxerat in dotem, vbi decis. Sena.*

37 *Mulier an perdat tenutam bonorum viri ob turpem illius vitam.*

38 *Mulier vidua in Cathalonia non perdit dotem ob turpem illius vitam.*

39 *Idem est in alijs partibus.*

40 *Opinio negans circa contenta nu. 37. vbi decis.*

41 *Mulier non habet beneficium constit. hac nostra à viro.*

42 *Mulier vidua solùm perdit per stuprum ea, quæ ex liberalitate viri acquirit.*

43 *Mulier vidua propter stuprum perdit dotem, & sponsalitium, cum de dotis numeratione nõ constat aliter quàm per confessionem viri, quæ solùm importat legatũ, vbi decis.*

GLOSSA III. PARS VIII.

Continuatur eadem materia constitutionis hac nostræ.

Et explicantur alij casus, in quibus mulieri auferitur tenuta, & possessio bonorum viri.

1 DOnec sibi † in dote, & sponsalitio suis fuerit integrè satisfactũ. Reuertamur ad mulieres, quæ non sunt hærdes maritorũ defunctorum, nec tutrices filiorum hæredum, nec inuenerunt in hæreditate pecuniam, nec aurum, & argentum, ex quibus satisfieri possent, de quibus suprà diximus, sed reperierũt alia mobilia, & immobilia in hæreditate maritorum. De his iam diximus etiam suprà quòd faciunt fructus suos, nec eis aliquid obstat ad id. Sed dubitatio est, an licet mulier non teneatur in isto casu ex se à nemine instigata vendere de bonis, & sibi soluere, & hæreditatem hoc onere libe-

liberare,an ſaltem ad id teneatur interpella
2 ta ab alijs. Communiter † diſtinguũt noſtri inter creditores mariti,& hęredes ipſius, vt illi poſsint compellere vxorem ad ſupradicta,& ad eorum inſtantiam teneatur mulier vendere,& ſibi ſatisfacere,& ſeu patientiam de vendendis bonis præſtare. Hæredibus verò non ſit id permiſſum,nec ad eorum inſtantiam teneatur mulier vendere,nec patientiã prædictam præſtare,ſed quòd querant hęredes aliundè pecuniam,ex qua ei ſatisfaciant. Hanc in effectu diſtinctionem tradunt Mier. in hac conſti.num.58. & 59.vbi dicit ſe ita
† vidiſſe *iudicari* Socar. in commem. Pet. Alber.cap.ſi deffuncto in fin.pag.243. vbi etiã
† dicit ſe ita vidiſſe *declarari* in Audientia, nob.Ludouicũ à Pegue.in conſti.item ne ſuper laudemio,verſ.8.*Entenent empero*, num.12. qui integram columnam tranſcripſit ex Socar.in loco allegato, eo tamen non citato, Canc.in 1.par.variar.cap.9.de dot.& dona. prop.nup.num. 116. & non nihil in 3. par. cap.17. de ſenten.& ear. execut. num. 417. Deſpujol in addi.ad Mier.in hac conſti. ou.
3 94.& 106.Rationem primę † partis diſtinctionis adducit Socar. vbi ſuprà, quia hæc (inquit)vxor eſt vſufructuaria,& vt voluerſaliter poſsidens dicta bona,domina,& procuratrix conſtituta cenſetur per dictã conſtitu. hac noſtra,vt ſuperiùs dictum eſt,& ideò dictos creditores quoad prędicta ipſa mulier
4 impedire non poteſt. Secundę autem † partis diſtinctionis non ponunt noſtri rationẽ, ea poteſt eſſe quia creditor non videtur poſſe cogi vendere pignus, Moro.conſ.66. nu. 5.per l.quamuis,ff.de pignor. & l. creditor, C.eodem titu.

5 Hæc diſtinctio † fuit millies apud nos practicata, quoad primum ſcilicet caput, hoc modo,conueniuntur mulieres teoentes, & poſsidentes à creditoribus pro recuperatione creditorum ſuorum, & condemnatur ad ſoluendum ſi credita ſunt iuſta, fit decretum executionis,& venduntur bona diſtrictu curiæ,& hoc modo verificatur quod dictum eſt eogi mulierem ad præſtandum patientiam ad inſtantiam creditorum. Verùm ſi mulier eſt prior tempore, ſeu iure potior pro ſuis dote,& ſponſalitio,nec firmauit io inſtrumẽto,habet priuilegium optionis, de quo poteſt opponere in decreto executionis, & eo mediante conſequitur ſatisfactionem inprimis,& ante omnia in boois hæreditatis, eo modo quo diximus ſuprà vbi de hac optionis materia latè verba fecimus,non eſt quòd
6 hic repetamus. Circa quæ † eſt notandum quòd noſter Socar.nimis generaliter,& abſolutè io loco citato ſuprà,docet mulierem nullo modo poſſe impedire diſtractionem, & venditionem bonorum, etiamſi ſit prior tempore,& dicat bona non ſufficere, compelletur enim(inquit) nihilominùs vendere cum hoc quòd ipſa,& non alius recipiat prætia,& facta ſibi priùs ſatisfactione integriter,reſiduũ ſoluetur creditoribus; hoc enim nõ eſt abſolutè verũ,per optionẽ enim,& ea mediãte impedit proculdubiò mulier diſtractionẽ perſępè,vt in dicto tractatu de oppoſitione,& optione mulieris latè explicauim⁹.

7 In quo eſt † quòd obiter animaduertas, contrarium in hac eadẽ facti ſpecie tenuiſſe Aluar.Velaſ.conſulta.128.ex num.6.dicẽtem mulierem hanc,quę debet poſsidere bona mariti donec in ſua dote,& alijs iuribus ſit ſatisfacta,non poſſe ab aliquo conueniri, cæterùm ego non video qualiter id fundari valeat,& quomodo dici poſsit quòd priuentur creditores ſuis creditis, nèc petere illa poſsint ex quo mulier poſsidet bona pro ſua dote;quamuis igitur ille Senatus in contra-
† rium *declarauerit*, ego id nunquam admite-
8 rem.Solùm mihi † placeret quòd ſi vxor mõſtraret euidenter ſe eſſe priorem tempore, & iure potiorem,& bona eſſe talia quòd nõ ſufficient pro ea,& pro creditore,& ſic expẽſę fierẽt inutiliter ralirer quòd propter easius mulieris fieret deterius ſine aliquo commodo creditoris,ſolùm(ſoquam)in illo caſu mihi placeret quòd non fierent expenſæ inutiliter,provt latè probauimus ſuprà in materia oppoſitionis,& optionis mulieris,ſed velle, ſicut vult Senatus Luſitanus, quòd nullo modo poſsit mulier conueniri,vel ſicut exiſtimat Velaſ. in d. conſulta. 128. num. 11. quòd ſaltem non poſsit conueniri donec eſt dubium ſi bona ſufficient pro ipſa, & pro creditoribus,niſi quando clarè conſtat quòd ſolutis debitis bona ſufficiunt pro ſua dote, ego iuſtum non iudico.

9 Circa ſecundum caput,† multas vidimus
†† *declarationes* in Senatu factas, in quibus fuit expreſsè dictum non teneri mulierem ad inſtantiã hæredũ patientiã præſtare bona pro ſua ſatisfactione vendendi,& diſtrahendi,& ſignãter ira dictũ fuit expreſſiſsimis verbis ex cuſando mulierẽ cur ſibi non ſatisfeciſſet, & tutorẽ etiam ex eo quòd illam ad id non interpellaſſet,& compuliſſet,*quia*(inquit) *non tenebatur mulier ad vendendum etiam ad inſtantiam tutoris, qui hæredem repræſentabat*, in illa coniugum Gayolans,& Coſtas,contra coniuges Solers Relatore egregio Senaro. Fran.Feiruz,quæ in hoc noo fuit reuocata.

10 Hęc dicunt noſtri; † Hæc ſequutus eſt Senatus huc vſque.Mihi,ſalua pace, videtur nõ poſſe mulierem impedire,aut prohibere hæredibus iſtam venditionem, ſi illam facere voluerint pro ſatisfactione ipſius. Moueor

ex

ex contratio eius quod pro ratione adductũ fuit pro contraria opinione, ex eo ſcilicet quòd permiſſum ſit debitori vẽdere pignus, & ex eo ſatisfacere creditori, etiam ipſo creditore nolente, qui non poteſt id impedire, ſed imò debitori volẽti vendere tenetur cõſentire, & illud exhibere, cũ hoc tamẽ quòd ſi bona vendenda ſint mobilia, circa quæ facilè fraus mulieri fieri poſſet, caueatur ſibi pro ſua indemnitate, vt claris verbis probat tex. in cita. l. quãuis, ff. de pignor. act. de hoc etiam eſt expreſſa auctẽ. hoc ita, & in corpore vndè ſumitur C. de pignor. & hypothe. Bart. num. 2. & poſt eum not. Iaſ. ad in 1. nota. in l. à Diuo Pio, §. ſed & illud, ff. de re iudi. Neguzan. de pignor. 6. par. memb. 1. num. 23. Molin. Theolog. de contract. diſpu. 538. num. 5. Et neſcio qualiter pro contraria opinione poſsit allegari Mier. niſi arguendo eum de contrarietate, & inconſtantia, ipſe enim in hac conſti. num. 123. hæc formalia verba ſcribit, *ſed quid ſi hæredes viri non habent vndè ſoluant, niſi de bonis ipſius hæreditatis, nunquid cogetur vxor præſtare patientiam vendendi ipſa bona, & quod ipſa recipiat pretia vſque ad integram ſatisfactionem. Quidam tenuerunt quòd non, propter verba huius conſtitutionis, ſcilicet donec integrè, &c. Sed contrarium vidi pronuntiari, & ſeruari, & benè, nec conſtitutio iſta ſentit oppoſitum, nam creditor cogitur vendere pignus, & illud offendere emptori, & recipere pretium pro ſibi ſoluendo debitum, &c.* Hęc ſunt Mier. verba, quę ſi ſua, & rei iudicatæ auctoritate non probant inſtiturum, non video quomodo probari valeat, ſequitur magni apud nos, qui eum cognouimus, nominis Anto. Oliba in §. fuerat, in 2. relectio. nu. 41. inſtit. de actio. huius etiã opinionis, mutata ſententia, videtur eſſe Canc. in 3. par. variar. cap. 17. de ſenten. & ear. exe
11 cu. x nu. 417. Vbi adducit † *exemplaria*, li-
†† cèt forſan non ita concludentia ſicut quæ nos infrà allegamus, quia in illa, quam dicit Relatore egregio Senato. Hierony. Aſtor factam, fuit conſiderata qualitas bonorũ, quæ erãt mobilia, & res venales exillẽtes in quadã aporetica mercium, propter quod pro nunc, & ſine præiudicio iurium, & prætentionum partiũ, & donec facta eſſet exactior diſcuſsio creditorum viduę, fuit prouiſum bona vendi debere, & pretia deponi in tabula, vt ibi eſt videre.

12 Moueor deindè † ad hanc opinionem tenendam, quòd conſtitutio non conſiderauit principaliter in conceſsione huius priuilegij tenutæ, & fructuum percipiendorum, cõmoditatem mulieris quo ad ipſos ſtructus, ſed ſolùm commoditatem, & beneficium ipſius vt faciliùs dotem, & ſponſalitium recuperaret, & vt citiùs hac via cõpelleretur hęres mulieri ſoluere, vt conſtat ex adductis in ſuperioribus. Hoc ſuppoſito, nõ videtur mihi debere Iudicem ad aliud attendere, quã quòd mulier ſuam dotem, & ſponſalitiũ integrè recipiat, & quoties videbit id poſſe cõſequi ſinè damno hęredis, vel cum modico, eam ſine dubio viam ſequi debet, per quam vtrique parti conſulatur, vt aliàs non ſemel diximus de vendendis bonis cum ſecuritate vxoris, quòd pretium ei tradatur, non alteri, ergo, &c. Mulieri hęc non nocent, & debitoti proſunt, cur non cogetur id permittere? cur non patietur quòd dominus vtatur re ſua ſine ſuo detrimento? Nec eſt quòd miſereris mulieris in his, quaſi damnum patiatur ob amiſsionem renutę, quia per hoc nullum dãnum dicitur ſentire, cum de ſuo patrimonio nihil amittat, iux. l. 3. de dam. infect. cũ ſimil.

13 Modus practicandi † rem hanc eſt facilis. Si ſunt mobilia, ea ſolent vendi in encantu publico, ibi aſsiſtere poterit mulier, vel alia perſona receptura pecunias, quæ procedent ex venditione, vel ſi non vult aſsiſtere, præſterur ſibi cautio, de qua ſuprà loquuti ſumus, vel fiat depoſitum in tabula, provt com
† muniter fieri ſolet, & *practicatum* fuit in cauſa Relatore egregio Senatore Hiero. Aſtor deciſa, quam adducit Canc. in loco ſuprà citato. Si ſunt immobilia, ſubhaſtabuntur etiã in encantu publico, cum hoc quòd empror ſoluat mulieri ex prerio vſque ad concurrentem quantitatem ſui crediti, vel deponat in tabula, ſi deponẽdũ Iudici benè viſum fuerit, vt in caſu, de quo infrà, & tali caſu non dimitter poſſeſsionem, & tenutam quin ſolutio ſibi fiat, & plenaria ſatisfactio. Hæc nõ video quòd aliquod inconueniens præ ſe ferant.
14 Habeo oprimam † in Senatu bis factam in
†† ſimili caſu *declarationem*, qua praxim hanc mirificè probem. In illa cauſa Vrſulæ Argenter contra Paulum Llançes, cuius ad aliud propoſitum memini in 1. tom. clau. 4. glo. 5. nu. 57. facta fuit declaratio Relatore egregio tunc Senatore, nunc in Supremo Regente Michaele de Salba, & de Vallſeca, & Scriba Papiol, de anno 1601. qua fideicommiſſum fuit adiudicatum dictæ Argenter actrici, ſoluris priùs creditis dicti Llançes rei, tã reſpectu legittimę, & trebellianicę, quã aliis, liquidatione reſeruata, cuius reſeruationis vigore ſententia non fuit exequuta, ſed reus remanſit in poſſeſsione incumbens pignori, donec ſibi ſolnerentur credita, fuit proceſsũ ad liquidationem, cumque poſt ea liquidata non haberet actrix vnde illa ſoluerer, niſi ex eiſdem bonis, petijt quòd illa venderentur in encantu publico, & pretium vſque ad cõcurrentem quantitatem ſolueretur reo, quo fa-

&to haberet dimitere poſſeſsionem, contradicebat reus,& volebat primitùs aliundè ſibi eſſe ſatisfaciendum,ſed ſubcubuit,prouiſione 2. Apprilis 1605. his formalibus verbis facta. *Viſis partium altercatis ſuper licentia vendendi petita,&c. facto verbo in Regia Audientia prouidet quòd Paulus Llanços præſtet patientiam vendendi cum inſtrumento gratiæ, vel inperpetuùm aliquas proprietates hæreditatis N. per eum poſſeſſas ad effectum, vt ex pretijs illarum ſibi ſatisfiat in ſuis creditis, & quòd pretia illarum deponantur in tabula cambij dicta & ſcripta alteri ex virgarijs Regiæ Audientiæ ad ſoltam Relatoris, & pro his fiant,&c.* Atque ita executum fuit, & factis poſtea venditionibus, & pretijs depoſitis pars relaxauit liberè poſſeſsionem reſtantiũ bonorum. Cur non idem fiet in mulierę? Et ne eamus † per mendicata ſuffragia, reperi † quòd Senatus olim *amplexus* fuit hanc opinionem,dum referente egregio olim Senatore N. Amell die 20. Maij 1582. in cauſa inter viduã, & inter hęredem mariti deffuncti vertenti conceſsit expreſsim hæredi petenti licentiam vendendi de hæreditate ad effectũ ſoluendi dotem, & ſponſalitium viduę, tot bona,quot neceſsaria eſſent ad dictum effectum,& ita exequutum fuit,nam & ego vidi inſtrumentum cuiuſdam alienationis in vim huius licentiæ factæ, vbi erat dicta licentia inſerta, ſeu ad longum enarrata. Actuarius erat Vilar,nunc Prats. Partes Catherina Salba,& Ioannes Vidal.

16 Simile eſt † quod dicimus de vxore vſufructuaria relicta, ac eo nomine poſsidente bona,quę tenetur ad inſtantiam hæredis præſtare patientiam de vendendis bonis pro ſolutione æris alieni,de quo per Borgn. Caual. de vſufruct. mulier. relict. num. 212. Hercul. Mareſcot. variar. reſolu. lib. 1. reſolu. 29. nu. 34. vbi plures alij.

17 Ad auctoritatem Morot. † pro contraria parte allegati, reſpondebo cum Bart. in cita. l. à. Diuo Pio in ſ. ſed & illud num. 2. ff. de re iudi. quòd non cogetur creditor vendere,benè tamen oſtẽdere,& exhibere pignus, vt per debitorem vendi poſsit.

18 Et in hoc † æquales ſunt vxor, & hæredes, ſi enim illa non vult vti frui bonis, ſed melius ducit ſuam dotem,& alia iura recuperare,& habere ab hęreditate viri, poteſt vtiq; citatis hæredibus petere licentiam vendendi vſque ad concurrentem quantitatem ſuæ dotis,& iurium, provt in terminis de vxore loquẽs, quæ immiſſa eſt in poſſeſsionẽ bonorum viri pro ſua dote, docet Ludoui. Molina de primoge. Hiſpan. lib. 4. cap. 5. ex num. 8. & don Garcias Meſtril. latè tot. deciſio. 100. part. 1. Et in terminis noſtris id vidi

† *practicatum* in Senatu in cauſa Magini, & Michaelis Pujalt, Relatore egregio Senatore Hierony. Aſtor ſententia lata 20. Maij 1595. Inſtituta fuerat cauſa pro hac licentia vendendi habenda,& ea fuit conceſſa mulieri poſsidenti poſt mortem mariti,cum dicta Regia ſententia.

19 Donec ſibi † in dote, & ſponſalitio ſuis fuerit integrè ſatisfactum. Quærunt Doctores ſi per tranſitum ad ſecundas nuptias ami tit mulier iſtud beneficium,licèt ſibi dos nõ ſoluatur,& ſpõſalitium, maximè ſi nubit intra annum luctus,vt ſæpè fit. Breuiter reſpõdet Mier. in hac conſt. nu. 22. quòd nõ amittit, allegat ad id glo. quã dicit notabilẽ in l. aſsiduis, C. qui potior. in pig. hab. ſequitur Olib. in ſ. fuerat in 2. relectio. n. 24. inſtit. de actio.

20 Sed an eam † tenutam cum priuilegio, & cõmoditate faciendi fructus ſuos poſsit ilta mulier,ſi poſtea ſecundò nubit, portare in dotem,dubitatum ſæpè vidi inter noſtros. Hæc quæſtio dependet ab illa,num ad ceſsionarium mulieris tranſeat iſtud priuilegium, & conſtitutionis beneficium. Pro cuius reſolutione videnda ſunt quæ ſuprà clauſ. 5. glo. 8. par. 15. ex num. 34. tradidimus de interpretatione cap. ſalubriter de vſur. agentes, vbi diſputauimus num illud priuilegium, quod habet maritus faciendi fructus ſuos ex re ſibi pro dote pignorata,tranſeat in illius ceſsionarium,ibi videbis Doctores, qui vnam, & qui aliam tenent opinionem,quorum auctoritate noſtri iuuantur ad hanc quæſtionem de ceſsionario mulieris decidendam.

21 Hanc quæſtionẽ † tetigit,ac mouit noſter Mier. in hac conſt. num. 26. ſed non reſoluit, ſolùm ſe remitit ad latiſsimè (vt ipſe ait) tradita per Bar. in l. poſt dotem, ff. ſolu. matri.

22 Difficilis eſt multùm, † quod tibi demonſtrabunt, ſi legeris, verba quæ ponit Bar. in d. l. poſt dotem, vbi de ea tractat, ſignãter nu. 3 5. vbi ſic ait. *Pone ergo in ſimili quòd mulier cedit actionem de dote alteri, tranſit ne in ceſsionariũ viua muliere cum priuilegijs ſuis? Pet. & Cyn. in l. 1. C. de priuil. dot. dicũt quòd ſic, quia pertinet ad vtilitatem mulieris, & allegãt l. vlti. C. de priuil. fiſ. & eodẽ modo tranſit ad patrẽ domini. Ego cogitaui quòd hoc anno tenui opinionem Petri vbi vbi ponit; ſed reperi vnam legem, quæ turbauit ſpiritũ meũ in hoc, in auct. vt inſtan. exact. dot. circa principalla. 7. Neſcio quid dicã, &c.* Audiſti verba noſtri sũmi Iuris Monachæ? vbi vidiſti eũ ſic timidè,& hæſitanter in alio propoſito loquutum? Non fruſtrà extuli rei difficultatẽ. Si cõſideras (quod magis eſt) varietatẽ deciſionũ Senatus noſtri perſpicaſsiſsimi, de quibus mox dicemus, id magis difficultatẽ augebit. Videamus in quo illa conſiſtat.

Inpri-

23 Inprimis igitur † videtur quòd iſtud ius tenutę,& beneficium faciendi fructus ſuos, etiam durante vita mulieris, non poſsit extraneo cedi modo aliquo, ex vulgari regula, quod non eſt tranſmiſsibile ad hæredes, nõ eſt ceſsibile, l. mulier §. ex aſſe, de iur. dot. l. ex pluribus, de adminiſ. tutor. quam regulã declarat Curt. iun. in conſ. 4. n. 7. & in conſ. 130. num. 9. Pet. Barboſ. latè regulam explicans in l. quia tale ex num. 20. ff. ſolu. matri. Villar in Silua reſponſ. reſpon. 16. cap. 3. n.
24 40. Simile eſt † quod dicimus de exceptione declinatoria fori,& de compromiſſo inter coniunctos faciendo, quod non tranſeãt in ceſsionarium, Aſſli. & decis. 74. Marſil. ſingu. 335. Caſſane. in conſuet. Burgun. rub. 4. §. 17. glo. 5. num. 2. & glo. ſequen. Conſtat
25 autem † quòd iſtud noſtrum priuilegium, & beneficium conſtitutionis ad hæredes non tranſmittitur, præterquàm in filios, de quibus non loquimur, vt in ſuperioribus latè probauimus; ſequitur ergo quòd nec tranſibit in ceſsionarium.

26 Atque ita † per hæc *tenuit* in terminis
† Senatus, & *declarauit* in cauſa N. Vilaplana contra nobilẽ Dalmatium Copons Villæfranchæ Peniten. Relatore egregio tunc Senatore Micha. Ferrer Auctore libri obſeruantiarum, vbi licèt poſsidens bona ſe defenderet aduerſus vindicantem ea, reſpectu fructuũ vigore cuiuſdã ceſsionis ſibi per viduam, cui ipſe ſoluerat dotem, factæ in quadam concordia inter eos inita, nihilominùs ſequuta fuit ſententia 20. Decembris 1572. qua *dictus de Copons fuit condemnatus ad dimittendam vacuam, & expeditam poſſeſsionẽ bonorum dicto Vilaplana, vnà cum fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt à tempore* (inquit) *finitæ tenutæ dictæ Matianæ de Copons vſque ad realem reſtitutionem, liquidatione reſeruata &c.* Facta fuit poſtea prouiſio liquidationis per eundem Relatorem facto verbo in Regia Audientia 5. Februarij 1587. qua *fructus fuerunt liquidati à die dictæ concordiæ, & capitulationis, & ſeu à die adeptæ poſſeſsionis in vim illius, declarando quòd tunc fuit finita tenuta, & priuilegium, ac beneficium Conſtitutionis.* Actuarius dictæ cauſæ eſt nunc Boera. En Senatum pro illa negatiua opinione.

27 Eſt & alia † opinio de directo contraria ſuperiori, quæ ſimpliciter tenet ceſsionariũ, in quem mulier tranſtuletit per ceſsionem iura ſua, poſſe, & debere vti frui bonis, & fructus facere ſuos durãte vita mulieris, ſeu negligentia hæredum in ſatisfaciendo ei, ſicut faciebat mulier ante ceſsionem, quæ opinio licèt non poſsit defendi dicendo ſimpliciter contrarium omninò eius, quod dictum fuit pro priori opinione, quòd imò iſtud ius tenutæ, & priuilegium faciendi fructos ſuos tranſit in ceſsionariũ; obſtat enim ipſa perſonalitas priuilegij, quam ſuprà conſideraui mus, Negari tamen non poteſt quin cõmoditas ipſa percipiendi fructus, per quam idẽ proculdubio conſequetur effectus, & eadem vtilitas, poſsit alteri cedi, & in alium tranſ-
28 ferri; Exemplum † habes clarum in vſufructuario, quem conſtat non poſſe cedere ius ipſius vſusfructus, ideſt vſumfructum formalem alteri, quàm proprietario, benè tamen cõmoditatem percipiẽndi fructus, l. arboribus §. vſufructuarius, iuncta gloſ. & l. cum vſusfructus, ff. de vſufruct. §. fina. inſtitu. eo. Pet. Barbo. in l. diuortio, in prin. par. 2. num.
29 35. ff. ſolu. matri. adducens rationem, † cur vſufructuarius ius percipiẽdi fructus licitè in aliũ tranſfert, eſſe quia tranſferendo videtur frui, vt probat §. vſufructuarius ſuprà adductos, Ioan. del Caſtil. Sotomaior de vſufruc. c. 69. ex nu. 7. vbi quoad ceſsionem, de qua agimus, pluribus probat haoceſſe communẽ Doctorum diſtinctionem, licèt non deſint qui eam controuertant, quos ibidem teſſert.

30 Et in terminis † quòd vſusfructus, ſeu ius vtendi, & fruendi, & percipiẽdi fructus poſsit in dotem dari, poſt Nouel. & alios probat Sotomaior vbi ſuprà num. 10. de quo puncto latè per Barboſ. in l. vſufructu 58.
31 per totam ff. ſolu. matrimo. Perquæ † noſter Cancer. in terminis terminantibus noſtræ tenutæ, & priuilegij faciendi fructus ſuos, in 3. par. variar. tr ſolu. cap. 7. de pact. num. 46. & 47. tenet, & benè defendit, poſſe hæc in alium tranſferri, cõmoditatem nempè percipiẽndi fructus, in quam reſoluitur quæcunque conceſsio fiat, ſiue de vſufructu ipſo, ſiue etiam de iure tenotę, & beneficio faciendi fructus ſuos, quæ perſonalitatem ſonant, vt ſuſtineatur actus in eo, in quo poteſt, vt docet Sotomaior vbi ſuprà nu. 8. ex omnibus, qui ſunt infiniti; quos anteà adduxerat pro cõmuni diſtinctione, ibidem Cancer. refert
† *deciſionem* Senatus in his terminis in fauorẽ ceſsionarij factam de anno 1601. En etiam Senatus deciſionẽ pro hac diuerſa, imò contratia, opinione. Hæc cuius ſpiritum non turbabunt? vt dicam cũ magno Bar. Neſcio quid dicam.

32 Audi vltetiùs, † tractans Bat. hanc eandẽ quæſtionẽ in cita. l. poſt dotem num. 35. aliã viam ſequutus eſt, diſtingueodo inter ceſsionem volũtatiam, & ceſsionem neceſſariam, vt in prima procedat prior opinio, in alia verò ſecunda, quem ſequitur noſter Deſpuiol in addi. ad Mier. ad hanc conſtitu. n. 47. &
Villar in d. reſpon. 16. cap. 3. nu. 40.

33 Breuiter, † mihi plus proculdubio placet poſterior

posterior opinio, quæ simpliciter est pro cessionario, quàm aliæ, ex rationibus ibi ponderatis, quæ non videntur habere euasionem, sicut quæ adductę fuere pro ptiori, dicendo quòd procedunt in mero iure tenutę, & beneficij faciẽdi fructus suos, quæ sunt personalia, & ideò nõ transferuntur in aliũ, sed non in commoditate ipsa percipiendi fructus, quę in quemcunque potest trãsferri, vti latè ibi probauimus, exẽplo vsusfructus, cuius materia est eadem cum nostra. Vide vltrà suprà adductos, Cassane. in cõsue. Burgun. rub. 4. §. 17. in tex. ibi, & sensiblemét num. 2. Pro hac opinione, quòd tenuta possit cedi in quemcumque, reperio vltrà decisionem adductam per Cancer. in cita. loco, antiquitùs etiam Senatum *declarasse* 8. Mar. 1513. in causa Iaumetæ Grau, & Marię N. referente egreg. tunc Senatore N. Ortit, provr in Archiuo Regio vidi.

34 Hoc supposito, † clara est decisio prioris, & principalis quæstionis suprà propositæ si tenuta ipsa, & ius faciendi fructus suos potest in secundo matrimonio viro duci in dotem; Respondemus enim quòd sic, per quam constitutionem censebitur marito ducta cõmoditas percipiendi fructus, & eius vigore eos percipier, & suos faciet durante vita vxoris. Ad quod vltrà suprà considerata, facit quod de vsufructu dicit Mier. in hac constitu. n. 77. vers. Nunquid, vbi quærit, *Nunquid mulieri si reliquerit vir vsumfructum, & duxerit alium virum, nunquid maritus, & tota familia vti poterit cum vxore, R. verecũdosum est hic petere, nam casus est quod sic, vt in l. cæterum §. fina. & l. 2. ff. de vsufruct. & habita. & l. qui liber. de vulgar. &c.*

35 Ibi etiam † adducit consuetudinem Diœcesis Gerundę, vbi solet conueniri inter partes, quòd coniux superuiuens possit iterùm nubere, & portare tenutam, & beneficium † faciendi fructus secundo coniugi. Id *sensit* Senatus in illa coniugum Gayolans, & Costas, cõtra coniuges Solers, de qua suprà, vbi mulier secundo vito expressè constituerat in dotem tenuram, quam habebat pro sua dote in bonis primi viri, & in nulla ex tribus sententijs, quæ in tribus Aulis in dicta causa sequutę, vt diximus, fuere, dictum quicquam fuit, ex quo colligi posset non placuisse Senatui dictam dotis constitutionem quo ad fructuum acquisitionem, & perceptionem per maritum faciendam, imò pertransiuit faciliter Senatus in vtraque aula per eam dotis constitutionem: si enim non placuisset, nullum verius, & securius motiuum ad declarandum contra dictos coniuges Solers pro restitutione fructuum, quàm istud, quod ex die, qua mulier dictam constitutionem dotalem fecit, finiuit tenuta, & cessassent reliquę amaritudines, quæ circa alios articulos, vt ad hanc condemnationem deuenire-tur, passę fuerunt. Hæc ergo opinio videtur indubitabilis.

36 Quæsitũ deindè † vidi, & dubitatũ num in restitutione dotis, quę possea per viri mortem, aut aliàs est facienda, restitui fructus isti debeant, qui per maritum reciperentur, quasi ipsi in dotem constituti sint vt ptoptietas. Verecundosum est id petere, vt dicebat Mier. vbi suprà. In casu simili reperio antiquitùs respondisse Senatũ, hæredes viri non fore obligatos ad restituendum vxori fructus perceptos constante matrimonio ex quodam legato certarũ mẽsuratum tritici, & vini onetum ei per primum virum in singulos annos relictorum, & per eam dicto secundo vito in dotem allatorum: dixit enim Senatus conclusione facta 21. Iulij 1523. *non esse fructus prædictos restituendos, ex eo quòd per dictam*, inquit, *constitutionem dotalem censebatur mulier ius percipiendi in dotẽ constituisse, & non fructus annis singulis percipiendos, & consequenter fructus lucro mariti cedebant, & in dotis restitutionẽ nõ veniebant.* Partes erant Didacus de Otoscо, & Bartolomeus Mas. Iudico quòd domini tabelliones possent has difficultates magna ex parte tollere, explicando benè mentem cõcontrahentium, si fuit quòd fructus restituerentur, vel non, sed nihil videmus emendatũ quamuis sepè in hoc persuadendo, & consulendo caput nostrum conteramus.

37 Donec sibi † in dote, & sponsalitio suis fuerit integrè satisfactũ. Quero, an mulier, quæ impudicè viuit post mortẽ viri, gaudeat beneficio constitutionis, an verò illud amittat propter eam vitã lic turpiter gestam. Diximus in superioribus dum de quarta auctẽ. prętereà ageremus, clau. 5. glo. 8. par. 11. ex nu. 51. quod ius, quod habebat ad quartam,

38 mulier sic viuẽdo perdit sine dubio. Sed † alibi infrà vbi de restitutione dotis tractauimus, etiã resoluimus quòd nõ dotẽ in Catha lonia amittit, vt habemus ex vsa. vidua in rit. *disolt lo matrimoni*, Canc. in 1. par. var. cap. 9. de dot. & dona. prop. nup. n. 75. Despujol

39 ad Mier. n. 135. Non dixi † quòd in Carhalonia non perdat vidua dotem, quasi cooccedens quòd alibi perdat, idẽ enim & vbique esse habes ex traditis per Fab. in suo C. lib. 5. tit. 7. de iur. dot. defini. 7. Quo præsuppositо,

40 † cũ dos adhuc sit debita, debebitur etiã teouta, sic in terminis docet Mier. in hac constitu. n. 86. ex auctoritate Francis. Franc,

† qui dicit ita vidisse *pronũtiari* de anno 1498.

41 Et rationem † adducit quia (inquit) beneficium huius constitutionis non habet vxor à marito

marito, vel eius contemplatione, ſed veriùs ècontra, quia in odium hęredis non ſoluentis eſt conceſſum, ſequitur Deſpujol in addi.
42 num. 136. qui explicat † quæ perdat vidua propter ſtrupum, quod cõmiſit poſt mortem viri, quæ finaliter ſunt quæ mulier ex libetalitate viri acquirit, non aliâ. Opponebatur
43 † mihi dum de his tractatem in certa fa- † cti contingentia, de quadam *declaratione* facta in Senatu 18. Ianuarij 1572. referentibus Paſqual & Fettet inter tutores pupillorum Iunclas, & Paulam Ciciliam Gregor. Cucutella, in qua dicebatur declaratum viduam propter ſtuprum, & vitam turpiter actam in viduitate, amiſiſſe non ſolùm cõmodum inſtitutionis factæ à vito ſuo in eius vltimo teſtamento, ſed etiam & dotem, & ſpõſalitium, de quo mirabat valdè quomodo fieri potuiſſet, & propterà volui videre originale concluſionis, & legi ibi cauſam ob quam ita declaratum fuerat quo ad dotem. & ſponſalitium, quia ſcilicet de dotis ſolutione, & numeratione non conſtabat alitet, quàm per confeſſionem viri factam in teſtamento, quo ſtante nõ erat dubium quòd debebat ſic declarari, ptout declaratũ fuit; Ratio eſt, quia in iſto caſu dos non habet priuilegia dotis, ſed eſt mera viri largitio, & debetur vt legatum, non aliàs, vt millies dixi, propter quod imò confirmatur multũ quod ſuprà docui. Atq; hæc de iſta conſtitutione hac noſtra, quæ eſt prima in hac materia, dicta ſint ſatis.

SVMMARIA.

1 *Conſtitutionis 2. tit. ſolu. mat. diſpoſitio refertur.*
2 *Spolium. Pro ſpolio poteſt agi ciuiliter, & criminaliter.*
3 *Mulier cum ſpoliatur violenter, & manu armata poteſt agere criminaliter pro ſpolio, vbi deciſ. Sena.*
4 *Sequeſtrum apponitur cum inter partes contẽditur de poſſeſſione, & timetur ne partes veniant ad arma. vbi deciſ. noſtri Senatus.*
5 *Tenor prouiſionis ſequeſtri.*
6 *Iudex ratione ſcandali euitandi, poteſt ad ſe auocare poſſeſſionem.*
7 *Iudex non poteſt ad ſe auocare poſſeſſionem cum vna pars poſſidet, & non conqueritur, niſi de turbatione alterius.*
Spoliatus & poſſeſſione priuatus non dicitur qui ſolum dicit prout poteſt ſe turbatũ, ibidem.
8 *Iudex nõ auocat ad ſe poſſeſſionem cum adeſt certus poſſeſſor, quãuis adſit aliquis timor.*
9 *Sequeſtrum non debet prouideri, & recedi à tramite iuris propter timorem armorum.*
10 *Sequeſtrum non poſſe apponi cum adeſt certus poſſeſſor, ſed dandam aſſiſtẽtiam poſſeſſuri, declarauit Senatus in pulchro caſu.*
11 *Aſſiſtentia conceditur in Senatu poſſeſſori, non prouidetur ſequeſtrum quamuis ſit timor armorum.*
12 *Tenor declarationis ſuper hoc in Senatu factæ.*
13 *Aliæ declarationes de eadẽ re in Senatu factæ.*
14 *Deciſio noſtri Senatus quòd poterat Conſilium criminale dare aſſiſtentiam turbato in ſua poſſeſſione, & procedere contra turbantes.*
15 *Iudex cauſæ criminalis pendente ciuili, poteſt de iure communi dare aſſiſtẽtiam turbato in ſua poſſeſſione.*
16 *Alia deciſio quòd Iudex criminalis poteſt cõcedere hanc aſſiſtẽtiam turbato in ſua poſſeſſione.*
17 *Mulier nedum poteſt agere de ſpolio cum ſpoliata eſt, ſed de turbatione cũ turbatur, veluti ſi ei impediatur per ſequeſtra, aut emparas liber vſus rerum mariti, vbi deciſ. Senatus.*
18 *Filij primi matrimonij hæredes matris præferuntur pro illius dote & ſponſalitio, ſecundæ vxori in tenuta, & filijs eius, & beneficio conſtitu. & ideò poſſunt cõtra illos agere de ſpolio, vbi deciſ.*
19 *Filij prima vxoris an habeant idem priuilegium conceſſum per conſt. quando non adeſt ſecunda vxor, nec filij eius.*
20 *Deciſio Senatus pro negatiua opinione, cum diuerſitate votorum.*
21 *Deciſio Senatus pro affirmatiua, ex contrarijs motiuis.*
Conſtitutiones Cathaloniæ an admittãt extentionem de vno caſu ad alium. Ibidem.
22 *Alia & tertia deciſio circa eandem rem cum diuerſitate votorum pro affirmatiua.*
23 *Auctor tenet pro affirmatiua.*
24 *Statuta, quæ ſunt intelligenda ad litteram, non reijciunt iuſtas, & legitimas interpretationes, ſed friuolas.*
25 *Interpretatio ex mente, nunquam cenſetur reiecta etiamſi ſtatutum ſit intelligendum ad litteram, & Hebraicè.*
Mens potiùs quàm littera, etiam in noſtris conſtitutionibus attenditur. ibidem.
26 *Interpretatio quæ ſit ex mente, nõ dicitur extenſio, ſed comprehenſio.*
27 *Omiſſum non dicitur quod venit ex veriſimili mente diſponentis.*
28 *Omiſſus caſus includitur in expreſſo ex identitate rationis, non per extenſionem, ſed per intentionem.*
29 *Interpretatio intellectiua, & declaratiua quæ ſit.*
30 *Extenſionis, & comprehenſionis differentia.*
31 *Expreſſa frequẽtiorus vſus gratia non reſtringunt diſpoſitionem.*

Inter-

32 *Interpretatio vt vitetur absurdum, est etiam admittenda in statutis intelligendis ad literam.*

33 *Interpretatio est admittenda, quæ habet conformitatem cum iure communi.*

34 *Spoliator conquerente spoliatore multa damna, & incommoda exindè sentit, tam in restitutione rei, & fructuum, quã in alijs.*

35 *Fructus percipiendi quando quis ad eos est cõdemnatus, quomodo debeant liquidari.*

36 *Spolium non dicitur purgatum donec est facta restitutio vsque ad vltimum quadrantem, tam in re ipsa, quam in fructibus.*

37 *Spoliatus quamuis postea succumbat in petitorio, non restituit fructus, ad quos restituti anteà fuerat.*

38 *Fructus, qui restituuntur spoliato per spoliatorem, dicũtur restitui pœnæ nomine.*

39 *Spolium non potest allegari per eum, qui consensit alterius possessioni.*

40 *Iniuria non fit scienti, & consentienti. Consensus spoliati circa possessionem alterius, ex quibus probetur, ibidem remissiuè.*

41 *Spoliatus videtur cõsentire, & sibi præiudicare cum se non opponit distractioni bonorum, quæ ipse possidet, imò permittit rem vendi, & emptori tradi.*

42 *Spoliatus ne sibi præiudicet, non debet permittere quòd in causa permisceantur merita petitorij.*

43 *Spoliati simplex contradictio quòd non tractetur de petitorio, non sufficit, sed continuata, imò quandoque necessaria etiam est appellatio. vbi decis. nostri Senatus.*

44 *Spoliati consensus super meritis petitorij etiã post sententiam, tacitè præstitus ei nocet.*

45 *Spoliatus si diu distulit petere restitutionẽ, posteà non auditur.*

46 *Veluti secundum aliquos si steterit per decennium.*

47 *Quod tamen auctori non placet. Remedium reintegrandæ non præscribitur minori spatio triginta annorum, ibidem.*

48 *Remedium retinendæ non potest intentari post lapsum decennium. Possessio Ciuilis amittitur per lapsum decennij. ibidem.*

49 *Duæ decisiones nostri Senatus, quibus differentia inter remedium recuperandæ, & retinẽdæ in hac materia probatur.*

50 *Interdictũ retinendæ possessionis in incorporalibus, si solutio non fuit denegata, & possessio non fuerit interuersa, potest intentari post decennium.*

51 *Possessio in dubio non præsumitur interuersa.*

52 *Dominus præsumitur esse in quasi possessione continua seruitiorum vassallorum nisi interpellati negauerint.*

53 *Remedium reintegrandæ intẽtatur, seu intẽtari potest stante negatione possessionis.*

54 *Successor negans soluere dicitur spoliare.*

55 *Possessio præsumitur continuata vltra decennium, nisi reperiatur quòd aliquis naturalẽ interim apprehendit.*

56 *Decis. Senatus de qua suprà num. 49. in dubiũ vertitur.*

57 *Spoliatum, an turbatum melius sit se dicere.*

GLOSSA III. PARS IX.

Declaratur latè consti. 2. sub tit. solu. matrimo.

Et agitur fusè de materia spolij.

1 VEniamus † ad cõsti. 2. incipiẽtem declarant, tit. solu. matri. quæ declarando præcedentem statuit quòd mulier mortuo viro suo fine alia apprehensione corporali possessionis bonorum illius, censeatur possidere bona dicti viri sui, taliter quòd possessio dictorum bonorum, immediatè, & sine ministerio alicuius personæ, cẽseatur translata in fauorem ipsius vxoris, & quòd si intra tempus conficiendi inuentariũ, vel post illud iam confectum, aliquis apprehenderit dictam realem possessionem bonorum mariti, aut alicuius partis illorũ, liceat viduæ contra illum intentare remedia spolij, ac si ipsa realiter, ac de facto bona prędicta possedisset; & finaliter statuit eadẽ constitutio, declarando etiam præcededentem, ad tollẽdum omne dubium, quod posset occurrere super hypoteca, & renuta bonorum viri cõcurrentibus ex vna parte filijs primi matrimonij, & secunda vxore, vel filijs illius ex altera parte, statuit (inquam) quòd tali casu filij, qui sunt hæredes matris mortuę, præferantur quantùm ad priuilegia, & beneficium dictæ constitutionis hac nostra, secundæ vxori, aut filijs illius, donec, & quousque sit eis integrè satisfactum in dote, & sponsalitio matris. Hęc in effectu disponit dicta cõstitutio, prosequamur singula illius capita.

Quoad primũ, quod attinet ad continuationẽ possessionis, quę fit cõstitutionis ministerio, sine apprehensione, & ope Iudicis, quæque illa sit, & cuius speciei, non est quòd hic aliquid dicamus, cum suprà in principio constitu. hoc nostra, latè de hoc tractatum sit, vbi videatur.

2 De materia spolij, † quod dicit posteà cõstitutio posse intentari per viduam, est quòd particulariter in præsẽti videamus. Ad quod præsupponimus primùm, pro spolio posse agi criminaliter, & ciuiliter, criminaliter quidem,

quidem, quando illud eſt cum armis communiter, ciuiliter verò quãdo eſt ſine eis. Hæc diſtinctio fit cõmuniter in Cathalonia inter ſpoliũ, & ſpolium, licèt de iure cõmuni aliud obſeruetur, per illud enim pro vtraq; ſpecie ſpolij datur actio criminalis, provt abundè probaui in 1. tom. clau. 4. glo. 22. ex num. 48. cum mult. ſequen.

3 Hoc præſuppoſito † dicendum eſt, cũ cõſtitutio actionem ſpolij concedat viduę, intelligi debet tam de actione criminali ſuo caſu, quàm ciuili, cum non diſtinguat, imò loquatur per verba apta cõprehẽdere vtrũq; procedendi modum, atq; ita quando viduæ fuit facta violẽter, & manu armata ſpoliatio, ſolet in concilio criminali procedi criminaliter contra ſpoliatores. Et in terminis 3. Martij 1570. in facto dubij an eſſet ciuiliter, an criminaliter agendum inter Margaretam, & Hieronymam Fetrer ſuper ſpolio violento, & manu armata de bonis poſſeſsis per viduam in vim cõſtitutionis hac noſtra,
† facto, *declaratum* fuit cognitionem ſpolij prædicti ad Regium concilij criminale ſpectaſſe. Et deinde de anno 1613. me aduocato *proceſſum* fuit criminaliter in Regio conſilio pro nobili Anna de Vilanoua, & de Tamarit vidua relicta nobilis Raymundi de Vilanona oppidi Petpiniani, pro quadam turbatione, quæ manu armata facta fuerat, poſſeſsionis quam habebat in vim conſtitutionis hac noſtra pro ſuis dote, & ſpõſalitio de bonis mariti, provt habes in proceſſu cauſæ ciuilis, vbi procedimenta criminalia ſunt inſerta, ducto in Regia Audientia ciuili, coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt. Actuario Ioſepho Cortes intet dictam nobilem viduam, & coniuges Vilas; Iudex ergo criminalis in iſto caſu procedet contra vim hanc publicam committentes debitis pœnis legalibus, de quibus in locis ſuprà ex primo tomo à me citatis, in quibus multùm abũdè hæc materia tractatur, vbi etiã videndum ne idem inutiliter reperatur, adde Fab. in ſuo C. lib. 8. tit. 3. vnde vi, defini. 28.

4 Sed an in iſto † caſu debeat Iudex criminalis reſtituere ſpoliatum, ſi ſpoliatum ſe dicit, vel tueri, & defendere poſſeſſionem, ſi turbatum ſolùm ſe aſſerit, aſſiſtẽtiam ei cõcedendo alicuius officialis, qui id miniſterij faciat, aut verò debeat auocare ad ſe poſſeſſionem, & ſequeſtrare eam, ne partes veniãt ad arma, & ex conſequenti ad obuiãdũ ſcandalis, quę in his ſolent ſuccedere. Memini quòd Senatus in ſuprà relata cauſa nobilis Annę de Vilanoua, & Tamarit in cõcilio criminali, ſequẽdo punctualiter quod iam aliàs Senatus in alia cauſa Baronix de Centelles ſequutus fuerat in ſimili caſu, vt infrà videbimus, proceſsit per auocationẽ, & ſequeſtrationem poſſeſsionis, de qua inter partes contendebatur, donec in iudicio ciuili foret declaratũ quis poſsideret, aut deberet poſſidere, his formalibus verbis, Relatore egregio Senatore Franciſco Gamis tunc Iudice Regiæ Curiæ, per quæ habebis etiam qualiter, & ex quibus motiuis hę prouiſiones fieri ſoleant. *Die 8. Iunij 1612. Viſa ſupplicatione* † *oblata per fiſci procuratorem Regiæ Curiæ, qua in effectu deducit, quòd ſuper apprehenſione poſſeſsionis vniuerſalis hæreditatis bonorum, & iurium, quæ fuerunt quondàm domni Raymundi de Vilanoua in villa Perpiniani populati, & ſuper collectione fructuũ, & granorũ eiuſdem hæreditatis grauiter contenditur inter partes in ſupplicatione nominatas. Ideo ſupplicat ne partes veniant ad arma ſuper exercitio iuriſdictionis loci &c. & iuribus illius, & ſuper collectione, & adminiſtratione fructuũ, & granorum dictæ vniuerſalis hæreditatis, & aliorum bonorũ, quæ fuerunt dicti quòndà domni Raymundi de Vilanoua, quòd ſub ſequeſtro Regio ponantur, & dictorum fructuum, & granorum collecto, & adminiſtratio alicui perſonæ per ſuam Excellentiam nominandæ cõmendetur. Viſo proceſſu, & alijs videndis viſis, inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam, prouidet quòd pro nũc, & donec aliter ſit prouiſum, ſine præiudicio iurũ, & prętenſionum partium, tam in petitorio, quàm in quocunq; poſſeſſorio, & ad effectum ſupplicatum tantum, & non altàs dictus locus de Palaudar cũ iuriſdictione, quæ dictus nobilis Raymun. de Vilanoua tempore ſui obitus, vt dicitur, poſsidebat in dicto loco vnà cũ reditibus, iuribus, & pertinẽtijs illius apprehendatur, & ſub ſequeſtro Regio ponatur, & fructuum collectio, & eorundem adminiſtratio, ac vniuerſalis hæreditatis, & bonorum, quæ fuerunt dicti quondã &c. cõmendẽtur perſonæ per ſuam Excellẽtiam nominandæ, & proindè fiant litteræ, commiſſionis prouiſiones, & aliæ inſtructiones opportunæ iuxta Regiæ Curiæ ſtylum.*

6 Quę poſſeſsio † fuit penes ſequeſtrum, do nec Iudex ciuilis declarauit, provt habes in proceſſu cauſæ ciuilis; vbi ſunt inſertæ prouiſiones ſuper his factæ, ſequendo doctrinam Surdi, & ab eo allegatorũ, deciſ. 335. n. 18.
7 lib. 2. vbi probat † iſtam auocationem, & ſequeſtrationem eſſe Iudici permiſſam quoties ratione vitandi ſcandali. aut aliàs videt ita expedire. Viden. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. vlti. n. 25. & 31. Virgin. de Boca. de interdic. cap. 20. ex n. 22. vbi optimè declarat. Quod tamen
8 † pluribus non placuit, præſuppoſito quod dicta Domna Anna de Vilanoua non ſe dicebat ſpoliatã, ſed

tut.

turbatã,nec de ſpolio cõquerebatur,ſed ſolũ de turbatione,vti poterat, ex adductis per Anto.Fab.in ſuo Cod.lib.8.tit.3.vndè vi,de
8 fin.37.nn.1.in allega. Quo ſtãte † videbatur ꝙ ipſa quę nullũ delictũ cõmiſerat,erat quæ puniebatur,nõſpoliator,qui delinquerat,vndè in iſto caſu quãdo certus eſt poſſeſſor,quãuis ſit timor ne deueniatur ad arma,dicũt Doctores non debere deueniri ad ſequeſtrationem Pariſ.conſ.41.num.17.lib.1. Grat.conſ. 10. nu.11.lib.1.Guid. Pap.deciſ.246. Beniten. deciſ.76.Alex.Rauden.qui alios etiam allegat in conſ.27.nu.7.lib.1.vbi dicit † ex cita.
9 per eum Doctoribus, quòd ꝓpter metum armorum non debet fieri ſequeſtrum, & recedi à tramite iuris, & ettate etiam dicit Rectores terrarum, qui ſequeſtrant in continenti, antequam ſumpſerint informationes,ex quibus appareat neutrum poſsidere, vel dubium eſſe,vter poſsideat,etiamſi ſit timor ne deueniatur ad arma. Videatur illud conſ.Rauden.quod fuit factum totum ad fauorem puſſeſſorum,& contra illas auocationes,& ſequeſtrationes,& quod videtur totũ eſſe contra illam prouiſionem. Pulcherrima ſunt ad propoſitum verba Anton.Fab.in ſuo Cod.lib.8.tit.3. vndè vi,defin.20. ibi, *ſemperque cautre Iudex debet,vt certum poſſeſſorem conſtituat, ne alioqui ſi rem ſequeſtrari iubet,iniuriam ei faciat,qui in ſua poſſeſſione retineri debuit,iuſtamque appellandi cauſam illi præbeat, quamuis ſoleat dici, ſequeſtratione,quæ fit decreto Iudicis, non auferre poſſeſſionẽ.* Videatur idẽ Fab.in eod.tit.defin. 16.

10 Habebam ego † qui partes dictę domnæ Annæ de Vilanoua deffenebam,optimam deciſionem in Senatu factam ad illud propoſitum inter Excellentiſsimam Duciſſam Cardonæ,&Syndicũ de Cambrils 4.Mar.1577. vbi cum pro parte dictę Excellentiſſimæ Duciſſæ fuiſſet petitum tolli debere ſequeſtrum appoſitum ad inſtantiam procuratoris fiſcalis Regiæ Curiæ ad vitandum ſcandala,iutiſdictioni dictæ villæ de Cambrils, tanquam
† in caſu nõ permiſſo appoſitũ,*declaratum* fuit locum non fuiſſe dicto ſequeſtro, ſed dictæ Excellentiſsimæ Duciſſæ concedendam eſſe Regiam aſſiſtentiam pro tuenda,& continuãda poſſeſsione,ſeu quaſi dictæ iuriſdictionis. Fundata fuit illa declaratio in poſſeſſione, ſeu quaſi,quam Duciſſa probauerat, dicendo expreſsè,*quòd exiſtente dicta Duciſſa in dicta quaſi poſſeſſione, non licuit illam ſequeſtrare,imò in illa manuteneri Duciſſa debebat,& ſolita mandata alteri parti fieri,ne eandem poſsidentem ampliùs moleſtaret, cum* (inquit) *ſcandala,& alia,ex quibus fuit petitum imponi ſequeſtrum, non fuiſſent per dictam Duciſſam cauſata,&c.*

11 Succeſſit in † hoc eodem Senatu de anno 1613.inter perſonas nobiliſsimas, & potentiſſimas don Ludouicum Deſcallar, & de Rocaberti,& dõMichael.de Cardona Seguriolas,& de Rocaberti,caſus de hoc multum exemplaris. Ecce quod moritur nobilis Galcerandus de Cardona poſſeſſor Baroniæ ſancti Mauritij,& aliorum bonorũ magnæ eſtimationis in hoc Principatu,ad quæ quilibet ex dictis nobilibus viris exiſtimabat ſe ſuccedere debere in vim vinculorũ ſuorũ maiorũ,& aliàs, & propterea cum magnum arbitrarentur eſſe,provt eſt,commodũ poſſeſsionis,omnes fuerunt diligentiſſimi in congregando amicos,cum quibus accederent ad accipiendum dictam propria auctoritate poſſeſsionẽ. Et factis per ambos circa hoc poſſibilibus diligentijs,per quas quilibet ſe puſſidere exiſtimabat,& potius altero ius habere,omnes acceſſerunt ad Regium Concilium ciuile,vnus de alio conquerendo,quòd in ſua poſſeſsione eum moleſtaret,& ſuper hoc cõmiſſa fuit cauſa ciuilis in Aula admodum Reuerendi Cancellarij egregio Senatori Ioſepho Dalmau. Actuat. Ordinyachs. Quo non contentus dictus don Michael adiuit Concilium criminale, querelam offerens cõtra dictum nob. Deſcallar, pro vi turbatiua, vel mauis,expulſiua,quam dicebat fieri ſuæ iuſtæ poſſeſsioni cum gente armata, quam ad ſuam,quam prętendebat ſe habere, conſeruandam ad locum quæſtionis adduxerat dictus nobilis Deſcallar,petendo remedium contra prætenſam vim,cui prætentioni contradixit multùm dictus Deſcallar,prętendendo non ſpectare ad Iudicem criminalem de hoc articulo merè ciuili,ſaltem ante ſententiam ferendam in iudicio criminali,ſe intromittere,maximè ſtante iam iudicio ciuili ſu
† per eadem re moto.Super hoc negocio *reſolu*it Senatus non de ſequeſtro ponendo,quãuis ade eſſet magnus armorum, & ne partes deuenirent ad arma,timor, ſicut ex ea cauſa factum fuiſſe in illa nobilis Annæ de Vilanoua vidimus, ſed imò de aſsiſtentia concedenda interim per Concilium criminale dicto don Michaeli de Cardona, quem iudicauit,rebus vt tunc, meliorem poſſeſſorem pro conſeruanda ſua poſſeſsione, his formalibus verbis.

12 *Die 12.Iulij 1613.† viſis ſupplicationibus per Ioannẽ Baptiſtam Baro cauſidicum,vti procuratorem nobilis Michael.de Cardona oblata 4.& 9.Februarij proximè præteriti,viſo proceſſu,& viſis videndis inſequendo concluſionem in Regio Concilio factam,prouidet quòd ſine præiudicio prætentionum partium, taliter quòd per præſentem prouiſionem nullum ius partibus reſpectu cauſæ ciuilis accreſcat, vel decreſcat*

decreſcat aliquis ex Regijs Algutzirijs accedat ad molēdina Caſtri et termini de S. Mori, qui inquirat, inquiſita fortificet, & aſſiſtat poſſeſſioni per procuratorē dicti Don Michaelis adepta de molendino, ſeu molendinis dicti caſtri, & terminis de ſancti Mori, & gētes ēgregatas, & armatas intuli dictum molēdinū, ſeu molendina vim turbatiuam inferentes ab eis expellat, & ſi quos culpabiles inuenerit, eos capiat, & ad Regios careceres Barcin. adducat, & pro his expediantur litteræ, & aliæ prouiſionis iuxta Regij concilij ſtilum. Relator erat egregius olim Senator Laurentius Iouer, Actua. Micha. Orpi, atq; ita fuit executum. Ecce qualiter ſequutus Senatus fuit quod in illa Excellentiſs. Duciſſę Cardonæ fuerat anteà declaratum.

13 Idem etiam † ante hanc prouiſionem fa-
†† ctā pro nobili Michaele de Cardona *declarauerat* Senatus in duabus cauſis multùm exemplaribus. Primò pro egregio Comite de Saualla contra qnoſdam Commendatores ſancti Ioannis Hieroſolomiran. Relatore nobili Don Petro Soler tunc Iudice Regiæ Curiæ. Et poſteà pro nobili Raphaele de Biure contra Priorem ſupradictæ religionis ſancti Ioannis, coram egregio Senatore Franciſco Gamis. In quibus in criminali *data fuit aſſiſtentia turbato eodem modo, quo Don Michaeli de Cardona.*

14 In qua dicti † Don Michaelis cauſa negocium fuit multùm examinatum, nedum per Aulam criminalem, in qua primò tractatum fuit, in quaq; facta fuit prouiſio de qua ſuprà, ſed etiam per totum integrum Concilium: poſtquā enim nobilis Ludouicus Deſcallar non potuit impedire corā Iudice criminali, ne fieret prouiſio ex rationibus, qnas de iure communi allegabat, confugit poſt eam factam, ad remedium conſtitutionum, & iurium noſtrorum municipalium, dicendo quòd per dictam prouiſionem contrafactum fuerat conſti. 12. & 15. ſub tit. de elec. Doctor. Regij Concilij, quatenùs diſponunt cauſas ciuiles eſſe in Audientia ciuili tractandas, & cauſas criminales corā Iudicibus criminalibus, ita vt vnus de cauſis alterius ſe intromittere nequeat. Vndè dicebat quòd cum prouiſio prædicta eſſet facta in criminali principaliter ſuper intereſſe ciuili, non poterat euitari contrafactio. Alię etiam ſimiles cōſtitutiones in idem allegabantur, quibus prætendebatur contrafactum, quas non oportet hic referre. Propter quod oportuit, quod fitmaretur dubium declarandū per reliquos Dominos de Senatu, tam ciuili, quàm criminali, qui prouiſioni non interuenerant in forma conſti. incip. *poeh valdra, de obſer. conſti.* Quo tādem negocio iterùm ad plenum examinato, partibusq; & aduocatis non ſemel
† auditis *declaratum* fuit 8. Augusti 1613. per admodum Reuerendum Cancellarium Iacobum de Agullana de voto & conſilio totius reliqui Senatus, pro non cōtrafactione. Reperies declarationem hanc inſertam in proceſſu cauſæ ciuilis corā Dalmau, Actua. Ordinachs, de quo ſuprà.

15 Reſtabat videre, † ſi non obſtabant conſtituriones, & iura noſtra municipalia procedimēris his, num obſtaret eis ius commune, ideſt, an in eo fundari poſſet quòd fieri deberent in concilio criminali ante diffinitiuā, pendente maximè ex alia parte ſuper eadē re iudicio ciuili. Si ego cauſas dictorum egregiorum virorum nunc agerem, laborarem ſine dubio in re hac perfectè examinādā, nūc verò ſaris me facturum muneri arbitror, ſi loca inſinuem principaliora, in quibus procedimenta hæc fundantur. Ad id viderur eſſe tex. expreſſus in l. ſed & loci in §. ſi dicantur ff. fin. regun. vbi I. C. *ſi dicantur* (inquit) *termini directi vel exarati, Iudex qui de crimine cognoſcit, etiam definibus cognoſcere poteſt.* Eſt etiam de hoc tex. in l. ſi quis ad ſe fundū C. ad l. Iul. de vi pub. Ibi, *quod ſi vim poſtidēti intulerit ante omnia violentiæ cauſam examinari percipimus, & in ea requiri quis ad quem peruenerit poſſidentem vt ei quem conſtiterit expulſum amiſſæ poſſeſſionis iura reparentur, eademq; protinus reſtituta, ſi criminalis quæſtio agitetur &c.* Videnda eſt ibi gloſ. & notanda in verbo, violentiæ, quę in terminis dicit hunc tex. intelligi de cauſa poſſeſſionis ſub nomine cauſæ violentiæ, interpretando cauſam violentię, ideſt, cauſam poſſeſſionis, in qua commiſſa eſt violentia, & in qua de violentia incidenter quæritur, & poſteà principaliter in forma accuſationis. Vide ibi, quia benè hęc declarantur, optimè Salice. in l. ſi quis ad ſe fundum nu. 4. Bart. ibidem nu. 8. Capel. Toloſa. & ibi Aufrer. q. 22. in fin. Nat. conſ. 138. Duo prætereà ſunt loca de hoc ſingularia, vnum Cabal. in reſolutio. criminal. caſ. 82. & aliud Farina. in conſ. 69. Videndus etiam eſt idem Farina. in praxi & theorica criminali, quæſtio. 100. ex num. 134.

16 Hoc idem † *ſequutus* noniſsimè fuit Se-
† natus referente egregio Senatore Franciſco Ferruz in cauſa Illuſtriſsimi Tarraconen. Archiepiſcopi contra ciuitatem Tarraconæ, cum enim ageretur ſi vicarius per dictū Archiepiſcopum creatus deberet continuare ſuam poſſeſſionem, & ſuper hoc fuiſſet ſequutus aliqnis tumultus in Ciuitate, propter quod oportuit quòd concilium criminale manus apponeret, fuit petita aſsiſtentia alicuius officialis Regij in eodē criminali concilio,

cilio,& poſt diu,multùmq; ſuper hoc litigatum,quia Vniuerſitas prętendebat non debere aſsiſtentiam concedi cum non eſſet vicarius legitime creatus, & quia cauſa ciuilis ſuper hoc in concilio ciuili ducebatur, fuit tandem die 13. Octobris 1620. in concilio criminali ex doctrinis ſuprà relatis † *conceſſa* his verbis. *Die 13. Octob. 1620. inſequendo concluſionem in Regio Concilio factã prouidet quòd ſine præiudicio iurium,& prætentionẽ partiũ, ita vt nullũ ius eis accreſcat, vel decreſcat reſpectu cauſæ ciuilis, aliquis ex Regijs Alguazirijs accedat ad ciuitatẽ Tarrachonæ,qui inquirat, inquiſita forcifiet, & aſſiſtat Iacobo Caſals Veario Tarrachonæ in exercitio ſui officij, gentes armatas, aut vim turbatiuam dicto Caſals inferentes expellat, & quos culpabiles inuenerit capiat,& ad carceres Barcinonæ adducat,& pro his expediantur litteræ,commiſſiones,& prouiſiones oportunæ iuxta Regiæ Curiæ ſtylũ*. Actuarius eſt Gendarmes.

Ecce qualiter ſit in Senatu canonizata opinio, quod non per viam ſequelli in his eſt procedẽdũ,ſed imò per viam aſſiſtentiæ vero poſſeſſori præſtandæ, quantumuis adſit timor armorũ,& modo,quo in ſuperioribus vidimus practicatũ,atque ita practicari debere inpoſterùm exiſtimo quãdo ſuccedet caſus, ſed nos qui criminales non ſumus, omittamus hanc criminalem materiam, & ad materiam ſpolij ciuiliter intentati, quæ eſt frequentior,nos conuertamus.

17 Poſſit vidua † intẽtare remedia ſpolij &c. dicit cõſtitutio.Non ſolùm agit mulier quãdo reverã ſpoliatur per hęredem mariti, vt conſtitutio dicit,ſed etiam quando turbatur in illa poſſeſsione, quam habet in vim conſtitu.Vt ecce(ſicut ego practicatum vidi)videns hæres ſe non poſſe auferre poſſeſsionẽ ipſi mulieri, inſtat penes Iudicem quòd ſequeſtret,vel emparet rem aliquã hæreditatis penes tertiũ exiſtentẽ, vel penſionẽ, aut penſiones aliquas,quas tertius facit hæreditati,horũ procedimentorũ renocationẽ poteſt inſtare mulier, licèt non ſint ſpoliatiua, quia ſunt turbatiua ſuę poſſeſsionis,Felin. in cap. licèt cauſam num. 11. de proba. Paris. conſ. 126. num. 5. lib. 4. Meno. de retinen.poſſeſſ.remed.3.num.475.Virgin. de Boca. de interdic. cap. 11. de interdic. vti poſsidetis num. 14.Atque ita in facti contin
† gentia olim fuit *deciſum* 1. Iunij. 1523. in cauſa cuiuſdam Callellanę Ferrana contra Blaſium Ferran,Relatore Michael. de Hoſpital,declarando expreſſim, *annullandas fore quaſdam emparas ad inſtantiã hęredis factas in bonis mariti defuncti penes tertiũ exiſtentibus tanquã turbatiuas tenutæ muliebris*. Quod tamen non eſt perpetuò verum, nec ſemper procedit, vti habes declaratũ ſuprà hac eadem glo. 3. par. 6. ex nu. 11.

18 Itud ſpolium † poſſunt prætendere etiã filij, & hæredes primę vxoris contra ſecundam vxorem,vel filios illius, qui poſſeſsionem acceperunt poſt mortem viri, vt ſtatuit hæc conſtitutio 2. incip. declarant, ſub rit. *diſſolto matrimonio quindecim &c.* quę facta fuit ad declarationem conſtiturionis prædictis incipi. Hac noſtra. Cuius cõſtitutionis diſpoſitio habet concordantem nouellam, vt exactione inſtante &c.collatio. 7. in lib. auctẽ, quatenus filios primę vxoris in hypotheca,& priuilegijs dotis præfert ſecũdę,
†† & filijs illius,ſecũdum quam cõſtitutionẽ *declarat* inconcuſsè Senatus in Cathalonia ſine difficultate, non eſt quòd tibi caſus deciſos referã quia poſſem immẽſos. Nuper die 26. Octob. 1620. referente egregio Senatore Hippoly. Montaner inter Iacobũ Huguet, & Dorotheam Xamallau. Actuar.Reig,ſucceſsit is caſus diſputandus in Senatu, & fuit
† *declaratum* ſpolium in fauorem filij primi matrimonij cõtra ſecundam vxorem in vim huius conſtitutionis ſine aliqua difficultate, non obſtante certa prætentione, quam mulier habebat reſpectu cuiuſdam concordiæ initę inter eam, & curatores pupilli, per quam exiſtimabat dictum pupillum amiſiſſe ius omne, quod circa tenutam poterat prætendere.

19 Circa hanc conſtitu. † illud apud nos ſæpè in dubium venit,num illius diſpoſitio ſit ſtrictè intelligenda in terminis tantùm, in quibus loquitur reſpectu ſecundæ vxoris,aut filiorum illius, an etiam compræhendat illũ alium caſum, quando non adeſt nec prima vxor, nec filij illius, qui prætendant renutam,ſed ſolùm adeſt defuncti viri vel filius, vel alius hęres: an contra iſtum etiam accipientem poſſeſsionem bonorum liceat filijs hæredibus vxoris pręmortuæ, prætendere priuilegiũ tenutę,& intentare remedia ſpolij, ſicut facerent contra ſecundam vxorem, vel illius liberos ſi extarent,& ſimilem poſſeſsionem accepiſſent.

20 Ardua quæſtio, † circa quã miraberis varieratem declarationũ Senatus,quas ſtatim tibi referam. Contigit iſtę caſus diſputandus de anno 1589. in Aula Regentis Cancellariam Relatore nobili Don Ioanne Sabater,inter Don Galcerandũ, & Don Ludouicũ de Cardona, vbi ex duobus filijs eiuſdem matrimonij vnus erat hæres matris prædefunctæ, alius hæres patris: hic mortuo patre accepit ſtatim poſſeſsionem bonorũ, cõtra quem alius filius hæres matris cõqueſtus eſt de ſpolio,per eum vt prętendebatur com-

commisso, allegando pro se dispositionem
† huius constitutionis. *Declarauit* Senatus 1. Februarij contra filium hæredem matris, & sic contra spolium, & prætentionem illius, quòd scilicet in isto casu non sic habebat filius tenutam, sicut habuisset mater si superuixisset, & respondendo constitutioni sic ait; *Nec constitutiones Cathaloniæ, quæ extraordinario iure, & in certis casibus tenutam prædictam concesserunt, extendi possunt, maximè subsistente diuersitatis ratione, quæ omnem extentionem excludit. Ex quibus constat* (inquit) *dotem, de cuius restitutione agitur, per ordinaria iuris remedia repetendam esse, & repeti debere, & non per dictum remedium tenutæ, quod vtpote singulare in casibus singularibus, & expressis locum habere potest, & non in alijs.* Scriba erat Benedictus Sacares. Quæ declaratio transiuit in iudicatum, non enim reperi fuisse ab ea supplicatum. Erant in Aula Ferrer, Font Pastor, Sufier, Guardiola, Sabater, & Oliba, sed Sabater qui erat Relator, nõ concordauit cum alijs, Oliba verò aliam viam discordem ab omnibus eligebat.

81 Idẽ casus † postea de anno 1591. successit etiam disputandus in Senatu in Aula admodum Reuerendi Cãcellarij, coram nobili Relatore Ludouico à Peguera, inter Ludouicum de Masdouellas, & Castellanam de Paramola, in qua causa totum cõtrarium ex
† diametro sub die 20. Iunij, fuit *declaratum*, quòd scilicet filij hæredes matris poterant prætẽdere tenutam, & spolium ratione dotis maternæ, contra quoscunq; hæredes patris, qui accepissent possessionem bonorum illius, idq; ex rationibus ex diametro contrarijs illis, quæ in præcedenti decisione sumptæ fuerant. Verba sunt hęc: *Quia quãuis constitutio Cathaloniæ videatur tantum loqui in fauorem filiorum primi matrimonij respectu secundæ vxoris, hoc est nouercæ, vel filiorum illius, & propterea videatur dicendum non posse fieri extensionem ad alium casum, tamen cum constitutiones Principatus Cathaloniæ sint ius dicti Principatus ordinarij, & omnibus eiusdem Principatus, ac in eo existentibus commune, cum in dicto Principatu proprijs, & peculiaribus legibus viuatur, ideò constat dictam nostram constitutionem, quæ in supradicto tantum casu loquitur, & propterea inducta fuit, posse reuspere extensionem in alio casu ex identitate rationis, quæ identitas in fauore filiorum primi matrimonij consideratur; & consistit, ideſt, in casu quo non extant secunda vxor, vel illius filij, sed solum haret extraneus, qui ad dotis restitutionem tenetur, imò maiori ratione in hoc casu debet cõstitutio locum habere: si enim filij primi matrimonij præferuntur secundæ vxori, vel illius filijs, qui pro sua dote in bonis habent hypothecam, multò maiori ratione debent præferri in dicta tenuta hæredibus extraneis &c.* Erant in aula Sala, Peguera, Descamps, & Castello, & fuerunt concordes omnes. Ecce diuersitatem in declaratione articuli principalis, & ecce diuersitatem in motiuis, prima enim dicit non fieri extensionem, quia adest ratio diuersitatis, secunda fieri cõcedit, quia imò sit rationis identitas, imò maior ratio. Quis hęc concordabit?

82 Non acquieuit † pars condemnata huic declarationi, sed supplicauit ad aulam Regentis Cancellariam, vbi prior illa declaratio illorum Masdouellas, & Peramola facta fuerat, & commissa causa egregio olim Senatori Antonio Oliba, disputatum fuit iterùm in ea aula negotium de anno 1593. existentibus in aula eisdem illis, qui in illa illorum de Cardona, de qua suprà, præter Font Pastor: Duo tamen ex eis reperti fuerunt contradictores, ac illi quidem tales, qui meruerunt connumerari inter doctiores, & æquiores, ac rectos Iudices, qui multis ab hinc temporibus in Senatu fuerunt, vt palàm est, & notorium apud nos, qui eos nouimus, Oliba scilicet, & Sunyer, qui ex eisdem in effectu motiuis, quæ posita fuerant in illa illorum nobilium Cardonas, voluerunt sententiam reuocare. Verùm
† maior pars *concludit* pro confirmatione recedendo ab eo, quod prius in ea aula extiterat declaratum, sub die 3. mensis Octobris. Actuarius Onophrius Michael Puigferrer, & sunt dictæ sententiæ inferrę in alio processu inter nobilem Bernardum de Pinos, & dictum Masdonellas, Relatore egregio Senatore Hieronymo Artor. Actuario Hieronymo Bosch.

83 Restat nunc † & nos dicamus quid in his sentiamus, impossibile tamen est quòd non timidè multùm, postquàm tantam diuersitatẽ in Senatu vidi. Et vlteriùs legi quasdã annotationes modernas ad hãc cõstitutionẽ Guillermi Sunyer vnius ex Doctorib⁹ suprà relatis. Et alias antiquas alterius Sunyer patris sui, eodẽ modo diuersas vt sunt decisiones prædictæ. Ego vt alias dixi, non possum negare, malè accipio extensiones horũ tam exorbitantium, & periculosorum iuriũ, quæ vix in casu in quo loquuntur possunt admitti, verùm præsuppositò quòd iam non dubitamus de validitate, in casu occurrenti adhæreo sine hęsitatione opinioni tentæ in ambabus aulis in causa dicti Masdonellas, quòd constitutio procedat, siue extet secunda vxor, vel filius illius, siue non, & sic eo-

dem modo contra quemcumque heredem patris, ſicut contra ſecundam vxorem, & filios eius, qui eſt caſus in noſtra conſtitu-
24 tione expreſſus. Non tam fundo † prætentionem in extenſione de vno caſu ad alium; quia, ſiue conſtitutiones noſtræ ſint, & dici debeant ius commune, ſiue etiam ius municipale, de quo agit latè Cancer. in 2. par. variar. reſolu. cap. 1. de minor. 25. annis in prin. (quem neſcio ad quid reprehendat in hac materia Molinus noſter in ſuo nouiſſimo de rit. nuptia. & pac. in matrimo. conuen. tracta. lib. 3. quæſtio. 28. nu. 13.) cum ſint intelligendæ ad litteram, periculoſa eſt quæcunque extenſio, prout diximus ſuprà dum de extendendis priuilegijs tenuræ, vel non, à filijs ad nepotes egimus, quàm in iuſta, & iurjdica conſtitutionis interpretatione; quamuis enim ſit ad litteram ea cum reliquis intelligenda, non tamen reijcit iuſtas, & legitimas interpretationes, ſed ſolùm friuolas, vt Alexan. docet in conſ. 50. num. 11. & conſ. 80. num. 5. lib. 1. Rip. in l. 1. num. 26. ſi cert. peta. Paris. conſ. 127. num. 145. lib. 1. Guidobon. Aduoca. 8. nu-
25 3. Vna ex ipſis † eſt quæ ſit ex mente conſtitutionis, quę nunquam videtur reiecta, imò attenditur ſemper mens potiùs quàm litera, prout eſt doctrina noſtri Mier. in terminis noſtrarum conſtitutionum communiter apud nos recepta, & approbata in cap. 10. *per tal que las lleys* col. 9. num. 20. & 21. fol. 90. & in cap. 18. contra *la penſa*, ca. colla. 9. num. 2. & 3. fol. 103. vol. 2. latè in terminis etiam noſtrarum conſti. noſter Michael. Ferrer in 1. par. obſeruan. Guberna. Cathalo. cap. 23. circa medium, qui dicunt quod licèt conſtitutiones Cathalo. debeant intelligi ad vngnem, hebraycè, & ad litteram, tamen non ita ſtrictè, & litteraliter, vt non admittant declarationẽ ſecundum mentem illatum, in tantùm quòd ſi ſeruando conſtitutionem ad litteram, non poteſt ſaluari mens, & moriua dictę conſtitutionis, tunc non debet dicta conſtitutio ſeruari *a la letra*, ſed deber ſeruari, intelligi, & interpretari ſecundum mentem dictę conſtitu. Non nullarum conſtitutionum, quæ ſic interpretandæ ſunt, exempla adducit Ferrer loco cita. viden.

26 Nec id mirum, † cum interpretatio, quæ ſit ex mente, non ſit, nec dicatur extenſio, quia inerat, prout dicit Mier. in his terminis in dicto cap. 18. contra *la penſa* num. 3. Aldera. Maſcar. de interpreta. ſtatu. conclu. 4. num. 162. Et eſt generale in omni materia vt interpretatio, quę ſit ex mente, comprehenſiua potiùs dicatur, quàm extenſiua, cum caſus comprehenſus in diſpoſitione dicatur quòd venit ex tacita mente diſponentium l. ſi extraneus de condic. ob. dar. Nec
27 omiſſum † dicitur quod ex veriſimili mente diſponentium in caſu expreſſo contineri poteſt, Curtl. ſen. conſ. 57. Ruin. conſ. 170. lib. 2. Paris. conſ. 75. & 76. lib. 2. Menoch. conſ. 76. nu. 25. vol. 1. Theſau. deciſ. 270. num. 31.

28 Hoc vnum † pulchrum dictum addens, quòd caſus omiſſus includitur in expreſſo ex identitate rationis, non per extenſionem, ſed per intentionem, neque per ampliationem, ſed per declarationem, plures in id aduocat per te ipſum viden. Molin. de primogenijs Hiſpanorum lib. 1. cap. 5. num. 11. Surd. in conſ. 67. num. 39. in
29 fin. Interpretationem † intellectiuam, & declaratiuam, quod idem eſt, alij appellant vt eſt text. & ibi gloſ. & omnes in l. quamuis C. de fide icommiſſ. Simon. de Prer. de interpreta. vltim. volun. lib. 7. interpreta. 3. dubio 1. ſolutio. 11. num. 5. circa medium, Tibe. Decia. in conſ. 1. num. 143. vol. 1. Ceſ. Barzi. in conſ. vnic. poſito poſt deciſ. Bonon. num. 141. Vincen. Hondede. conſ. 1. num. 8. lib. 1. Surd. conſ. 241. num. 39. & 12
64. Illuſt. Cardin. Manci. de taci. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 32. nu. 69. Paris. conſ. 72. num. 98. lib. 4.

30 Nota eſt † enim comprehenſionis, & extentionis differentia, quia comprehendi non extendi dicuntur illa, in quibus eſt, † & militat eadem numero ratio, extendi autem, quando non eſt eadem numero, ſed ſimilitudine, Iaſon. l. ſi conſtante num. 32. & 78. ff. ſolut. matrim. Cepol. de exten. cap. 1. num. 115. & 116. & cap. 6. num. 118. & cap. 8. num. 14. Matthæ. in ſimili. tract. num. 1. 98. 33. & 39. Rauden. varia. reſolu. cap. 28. num. 21.

31 Mens autem † conſtitutionis clara eſt, quòd voluit concedere filijs priuilegium tenutę, quod in conſtitutione prędicti conceſſerat matribus, & non voluit comprehendere caſum dumtaxat quando cum filijs primi matrimonij concurrit nouerca, vel filij illius, quàis is ſolus ſit expreſſus, tum quia is caſus frequentioris vſus gratia potiùs expreſſus dici debet, quia cum prędictis ſunt regulariter contentiones de tenuta, quàm aliàs, alioque reſpectu, quod non ſolet alterare, mutare, ſen reſtringere diſpoſitionem, nec indè infertur quòd in alijs caſibus diſpoſitio non habeat locum, prout pluribus exemplis ego probaui in primo tom. clau. 4. gloſ. 29. nu. 3. Quibus nunc adde Anton. Gam. deciſ. 377. num. 2. qui plures allegat.

32 Tum etiam † quia ſi ad prædictũ caſum reſtrin-

teſtringeretur diſpoſitio, abſurdum illud ſequeretur, quod conſideauit optimè Senatus in illa illorũ de Masdouellas, & Peramola, illudq; maximum, quòd haberẽt filij primi matrimonij tenutam aduerſus magis priuilegiatos, nempè aduerſus ſecundã vxorẽ, cui & tenuta, & hypotheca de iure cõpetit, & filios ſecundi matrimonij, quibus ſaltem hypotheca non poteſt denegari pro dote matris, & illã non habetent cõtra hęredes, quibus illa iura non competunt, quę interpretatio ab abſurdo vitando admittitur pro cul dubio etiam in ſtatutis intelligendis ad litteram, vt ex mẽte comprehendãt ea omnia, quæ ſi non comprehẽderẽt, abſurdũ aliquod maximũ ſequeretur, Portoles ad Molin. in verbo, forus, num. 56. Cæſ. Barzi. deciſ. 97. n. 24. Caſana. conſ. 60. n. 32. quod eſt totum de hac materia cõpactum conſilium, & Guidobon. in cita. aduoca. 8. n. 4. Quod idem in terminis determinantibus huius conſtitutionis abſurdi vitandi intellexerunt noſtri Cancer. in 2. par. varia. reſolu. cap. 1. de minor. 25. annor. num. 140. & Deſpnjol in additio. ad Mier. in conſti. Hac noſtra num. 3.

33 Fauet huic † etiã opinioni quod in ſuperioribus docuimus quòd priuilegia dotis de iure cõmuni pertinent regulariter ad filios primi gradus, vndè fit quòd hæc interpretatio conformitatem habeat cum iure cõmuni, & ideò amplectenda. Vides quanta difficultas in re, quam forſan facilem iudicabas, valdè? Bonum eſſet quòd pro tollendis, & amputandis iſtis diſſentionibus, & cõtrarijs inter Doctores opinionibus tractaretur in Curijs generalibus, vbi dictæ cõſtitutiones factæ fuerunt, de vero illorum ſenſu, & intelligentia impoſterùm ſequendis.

34 Por finali reſolutione † hui' ſpolij, & reintegrãdę poſſeſsionis materię, monitos hęredes eſſe velim, curent taliter ſe in his habere, ne occaſionem mulieres habeãt conquerendi aduerſus eos de ſpolio, nam ſi illud probant, & tenerà commiſſum ſit, multa eis indè incommoda reſultabunt ineuitabilia: oportebit inprimis, quòd mulierem reſtituant in poſſeſsionẽ, nec interim audientur in meritis, ex regula ſpoliatus ante omnia eſt reſtituendus, de qua in cap. 1. extra de reſtitu. ſpol. cum ſimil. Et poſtquàm reſtituerint mulierem in poſſeſsionem, adhuc non audientur donec in fructibus omnibus, nedùm percepris, ſed & quos non percepcrint, & ſic in percipiendis ei ſatisfecerint, & in expenſis etiam, ad quos fructus, & expenſas debent ſpoliatores comdemnari, de quo puncto eſt pulchrum conſ. Surd. 28. nu. 30. & optima deciſ. Rot. Rom. apud Farina. 18.
35 nu. 1. & 2. vol. 2. Et quomodo fructus † percipiendi ſint probãdi docet re idẽ Surd. deciſ. 282. ex num. 26. & deciſ. 270. ad quod aduertes qui viuis in Cathalonia, vbi ſemper in omnibus fetè iudicijs fiunt iſtę condẽnationes fructuum percipiendorum i Spo-
36 lium † enim nõ dicitur purgatum donec ſint reſtituti fructus, & expenſę, imò dum teſtitutio non eſt in omnibus vſque ad vltimum quadrantem facta, ſemper ſpoliator dicitur delinquere, provt probãt Rot. Roma. apud Farina. deciſ. 885. vol. 2. & Giur. deciſ. Sicil. quę ſunt facundiſsimę in hac materia. Quod eſt infinitæ moleſtię: Nunquam enim poſtea volunt mulieres ſpoliatæ confiteri ſe ad plenum reſtitutas, & interim patiuntur hæredes
37 immenſa damna. Et adhuc, etiamſi † poſtea ſpoliatus ſuccumbat in petitorio, nõ tamen reſtituit fructus ſibi reſtitutos per ſpoliato-
38 rem, ex quo † teſtituũtur velut pœnæ nomine, ideſt in pœnam & odium ſpoliationis, vt pluribus probant Surd. in conſ. 166. n. 3. lib. 2. Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 3. tit. 7. de ordin. Iudi. defin. 8. Alex. Rauden. deciſ. Piſa. 13. num. 93. Rot. Roma. de reſtitu. ſpolia. deciſ. 405. incip. ſiquis in cauſa, in nou. Capel. Tholoſ. & ibi Autrer. deciſ. 495. qui hoc dictũ declarant, de quo ſcio multùm diſputatum nõ multis ab hinc annis fuiſſe in certa cauſa, quam nõ refero, quia non oportuit ſuper eo puncto poſtea declarari.

39 Caueant etiam † mulieres, & ſint cautę ſi nolunt ſuis prætẽtionibus circa illas ſpoliationes eſſe prejudicatum. Primò ne getant actus, per quos viſæ ſint cõſentire poſſeſsioni, quia per talem ſubſequutum conſenſum, purgatum cẽſeretur ſpolium ſi quod fuit, pro vt ex multis quæ allegant probat Padil. de Meneſ. in l. interpoſitas n. 22. C. de tranſac. Aluar. Velaſ. conſulta. 111. num. 16. Scien-
40 ti enim † & conſentienti nulla fit iniuria, vt eſt iuris regula, Velaſ. vbi ſuprà, qui ponit actus aliquos, ex quibus infertur talis conſenſus, quos tuo caſui poteris accommodare quãdo de his diſputare habebis. Optimũ
41 eſt † exemplum, quod de hoc ponit Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 3. vnde vi, defin. 24. quod ego aliquando deduxi in praxim, illud eſt quãdo mulier paſſa eſſet auferri ſibi poſſeſsionẽ auctoritate Indicis, putà ſi paſſa ſit publicè diſtrahi rem, tunc non poteſt ſe ſpoliatã dicere, & allegare, quia per ſuum tacitum conſenſum ſibi prejudicauit: Circa quod non omittas tamen in facti contingẽtia videre noſtrum Cancer. in 2. par. variat. reſolu. cap. 7. de reſtitu. ſpolia. ex num. 13. qui videtur rem hanc alio modo intelligere.

42 Secũdò cauta † mulier eſſe debet, ne permittat in cauſa, in qua intentauit ſpolium, permiſceri petitorium, tũc enim de vtroque

foret agendum, & ipſa non conſequeretur intentum, ſed ſuper vtroque eſſet ius dicendum, Gam. deciſ. 316. n. 3. latiſſimè (vt in vno omnes habeas) Surd. in cita. conſ. 166.

43 ex num. 10. Vbi dicit † non ſufficere ſimplicem contradictionem, ſed neceſſariam eſſe continuam proteſtationem, & quandoque appellationem ſi quid ſit in contrarium, ſic † *Senatus* in cauſa Pauli Puiggener, cõtra Michaelem Puiggener, Relatore egregio olim Senatore, poſteà in ſupremo Regni Aragonũ Concilio Regẽte Don Ioanne Sabater, ſententia lata 22. Octob. 1597. vbi fuit dictũ, *quod quia partes ſubingreſſæ fuerant merita petitorij, ideò erat de eo cognoſcendũ, eũ petitorium* (inquit) *abſorbeat poſſeſſorium*. Plus di-

44 cit † Surd. in cita. conſ. 166. num. 10. & multis cõfirmat, nedum nocere cauſę ſpolij tacitum conſenſum ſpoliati quòd de meritis petitorij tractetur ante ſententiam, ſed & poſt eam etiã latã ſuper ſpolio, ſi enim patitur de meritis petitorij tractari, & fieri probationes ſuper eis, impedietur proculdubio executio. Quod eſt notandum, & attendendum vti pulchrum valdè.

45 Et tertiò † deniq; ſollicita debet eſſe mulier, nec multùm dormire ſuper hoc ſpolio, tãtùm enim poterit differre illius quærelam quòd poſtea nõ audietur, ſi voluerit eã pro-

46 ponere: Sunt qui † huius negligentiæ exemplum ponunt ſi quis ſteterit per decẽ annos, provt dicit noſter Cancer. in 2. par. variar. cap. 7. de reſtit. ſpolia. n. 29.

47 Quod tamen † ego verò nõ iudico, cum huic remedio non præſcribatur (eſto quòd in eo habeat locũ præſcriptio, quod multis nõ placuit vt ex infrà allegandis habebis) minori temporis ſpatio, quàm 30. annorum, optima decil. Rot. Roma. apud Farina. in ſecundo volumne 763. & alia noüiſsima apud eundem Farina. in penul. volum. deciſſ. à ſe compilatarum deciſ. 97. videda, & alia apud Seraphin. de Oliuar. quam adducit latè articulũ diſputans Alex. Ambroſi. deciſ. Peruſ. 20. lib. 1. Duę ſũt etiã addirio. Vrſil. ad Afflic. nẽpè ad deciſ. 327. nu. 3. & 394. n. 2. Nonnihil apud Aequil. de Graſ. de reſtit. ſpolia. deciſ. 6. aliàs 111. iuxta ordinem lib. & Menoch. de recupe. poſ. remed. 15. nu. 97. Omnium clariùs Cęſ. Barzi. deciſ. Bononien. 48. nu. 18. dicens in hoc caſu non poſſe quem dici negligentem niſi tranſacto ſpatio 30. annorum, hancque dicit cõmunem eſſe opinionem ex Grat. in conſ. 70. num. 18. vol. 1. & Plot. de in litem iurando §. 3. num. 8. Vndè (inquit) ſi ante negligentiam naturalis poſſeſsio occupatur per aliũ, nõ ceſſat hoc remediũ, quod ceſſaret ſi trã-ſacta eſſent tempora, quorum curſu quis negligens dici poſſet, & ciuilem amiſiſſet, tunc enim taliter occupans nõ tenetur hoc remedio tanquam rem vacantem occupauerit, vt dixit notab. Gabri. in cõſ. 36. n. 20. vol. 1.

48 Procedunt † quæ dicuntur de non intentandis remedijs poſſeſſorijs poſt decẽnium, in remedio retinendę poſſeſsionis, ex quo per iſtum tẽporis lapſum amittitur poſſeſſio ciuilis, quæ neceſſaria eſt ad auocandum naturalem penes aliũ exiſtentẽ, provt ita inter remediũ recuperandæ, & remediũ retinendæ diſtinguunt ſupradicti Doctores, & ſignanter Vrſil. & Barzi. in locis ſuprà cita. & elegãter etiam diſtinguit Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 4. vti poſſidetis defini. 9. omninò viden.

49 Habeo † duo exemplaria in Senatu in duabus cauſis ſecundum facti contingentias facta, quibus hæc differentia inter iſta duo interdicta mirè probatur. Primũ fuit factũ in cauſa Reueren. Abba. Biſulduni cõtra Bart. Maure, & Iacobum Geli, & alios ſuæ Abbatiæ Emphyteotas, cui referẽte egregio olim Senatore, & poſtea Regente Cancel. Hiero-

† ny. Torner, *proniſione* facta 2. Maij 1605. & poſteà in cauſa ſupplicationis cõfirmata, *conceſſũ fuit reſtitutio tanquã ſpoliato ad poſſeſſionem quorundam iurium, & annualium penſitationum, non obſtante quòd eſſent lapſi decem anni, & vltra, ex quo ea non recipiebat.* Actuarius erat Michael Perez. Secũdũ verò exemplar fuit nuper factum referẽte egregio Senatore Ioſepho Ferrer in cauſa adminiſtratorum baſsini pauperum verecundantiũ Eccleſiæ Parrochialis B. Mariæ de Pinu huius Ciuitatis, contra nobilem Antichum

† de Barutell, & de Baſtraca *concluſione* in Senatu facta 8. Iulij 1614. ex quo enim lapſum erat decennium, quòd dicti adminiſtratores non receperant penſiones cenſualis, de quibus agebatur, *ex qua* (inquit) *decennali negligentia exigendi penſiones dicti cenſualis amittitur ciuilis poſſeſſio, ſeu quaſi exigendi*, fuit eis impoſitum ſilẽtium in interdicto retinendæ, quod intentauerant.

50 Limitat Stepha. † Gratia. diſcep. foren. par. 1. cap. 113. ex num. 21. quando ſumus in materia iurium incorporaliũ, veluti annuarum præſtationũ, tũc enim, inquit, quamuis non fuerit exactum poſt multos annos, non ex hoc quis prohibetur ſuã poſſeſsionẽ, vel quaſi exigẽdi eõtinuare, ſi ſolutio nõ fuerit denegata, & eius poſſeſſio interuerſa, allegat Innocenti. in cap. querelam nu. 3. & ibi Abb. n. 2. de electio. Bal. in l. 2. col. 7. in fin. verſ. 3. quæritur an per negligentiã o. 44. de ſeruit. & aqua. & in exactione decimarum concludit Ruin. in conſ. 165. nu. 4. lib. 5. & in penſione, quãuis per triginta annos non petita

petita Betthazol.conſ.ciui.47.num.21. Vbi
51 eriam † quòd in dubio non præſumitur in-
reruerſa poſſeſsio, Arerin.in l. quemadmo-
52 dum ante fin. de acquir. poſſeſ. provt † etiã
dominus præſumitur eſſe in quaſi poſſeſsio-
ne continua ſeruitiorum ſibi per vaſſallum
debitorũ,niſi interpellatus negauerit, Balb.
de præſcrip.4.par.principali nn.3.4.& 5.Ita
53 vr ſtante † negatione quis cenſeretur ſpolia-
rus, & poſſet agere remedio reintegrandæ,
c.quęrelam de electione,Menoch.de recupe
54 ran.poſſeſ.reme.1.q.8.n.81.vbi etiam † am
pliat quando ſucceſſor negaret ſoluere,Bet-
razol. conſ.ciui.47.in fin.nu.23.

55 Hæc Gratia.quorum rationem † reddens
Ror.Rom.in recol.per Fari.in vol.vlt.deciſ.
404.nu.7. dicit regulam, quòd præſumptio
continuationis non durer vltra decennium
iuxta Bar.in l.ſiue poſſidetis nu.8.de proba.
procedere quando alius poſſeſsionem natu-
ralem occupauit,quia tunc præſumptio con-
tinoatſonis poſſeſsionis ciuilis non militat
vltra decennium,ſecus verò quando ab alio
non fuit naturalis poſſeſsio occupata, tunc
enim etiam poſt decennium præſumitur il-
lius continuatio,& animi rerentio,iuxta Gui
do.Pap.deciſ.629.Couar.in reg.poſſeſſor.2.
par.§.1.nu.3.verſ.Ar ſi conſter.Cumq;in in-
corporalibus non cõſideremus eũenire poſ-
ſe quòd obligatus occupauerit poſſeſsionẽ
naturalem,ſequitur quòd ſemper præſumi-
tur durare continuario,& niſi probetur dene
gatio cum acquieſcenria,vel quod alius occu
pauerit naturalem poſſeſsionẽ,nihil nocebit
curſus decennij ne poſsit cõtra eum agi. Per
56 quæ periclitãtur † quę deciſa fuerũt in noſtro
Senaru refferente Ferrer,de quibus ſuprà n.
49.& quæ in Senatu Sebuſiano apud Fab.in
cit.deſi.9.cũ in ambobus caſibus ageretur de
57 exactione annui redditus. Tu vide,† & vlre-
riùs examina,qualiter,quãdo adeſt negligen
tia mulrorũ annorũ,melius ſit dicere ſe ſpo-
liatũ,quã rurbatum,licèt in alijs caſibus me-
lius ſit dicere è contra. Tranſeamus ad alia.

SVMMARIA.

1 *Mulieri non eſt prohibitum intentare alia remedia poſſeſſoriæ,ex quo conſtitutio ſolùm loquitur de remedio ſpolij,& reintegrandæ.*

2 *Mulier pro tenuta in vim conſti. hac noſtra, quomodo,& qualiter poterit intentare remedium adipiſcendæ poſſeſsionis.*

3 *Poſſidẽs in vim clauſulæ conſtituti poteſt pro habẽda actuali,& reali poſſeſsione intentare interdictum adipiſcendæ.*

4 *Poſſeſsio in ſucceſſorem in maioratu in Regno Caſtellæ tranſit ipſo iure,ſicut in Catbalonia in viduam.*

5 *Mulier poſſidens pro ſua dote bona viri,ſi turbatur,poteſt intentare interdictum retinendæ poſſeſsionis.*
Turbari vix quis poteſt in poſſeſſione quin eo ipſo ſpolietur,ibidem.
Spoliatus ſi vult, poteſt tacere ſpolium, & dicere ſe poſſeſſorem, ac ſuam poſſeſsionem tueri. ibidem.

6 *Interdictum retinendæ poſſeſsionis magis vtile eſt,quàm reintegrandæ.*
Poſſeſſionis commoda multa ſunt, ibidem, remiſſiuè.

7 *Interdictum ſummariſsimum interim, poteſt intentari in iudicio poſſeſſorio retinendæ,nõ in reintegrandæ.*

8 *Spoliatori conceditur manutentio, & ſic interdictum interim, ſi aduerſarius dicit ſe ſpoliatum.*

9 *Poſſeſſor per remedium retinendæ intentatum conſequitur etiam fructus, & alias etiam res penes alios exiſtentes, ſicut per reintegrandæ.*

10 *Poſſeſſor ſi non dicit ſe ſpoliatum, poteſt pro reuocatione vti mandato de manutenendo, & quid per id conſequatur.*

11 *Perpulchra in hac materia Senatus noſtri deciſio,qua qui obtinuit in poſſeſſorio ſummariſsimo retinendæ, egit ad recuperationem rerum penes alios exiſtentium.*

12 *Alia deciſio,qua per remedium interim recuperat poſſeſſor quod ab eo exactum pendente lite fuit.*

13 *Actor dicitur etiam in remedijs poſſeſſorijs ille, qui alium ad iudicium traxit.*

14 *Poſſeſſorium aliud dicitur plenarium, aliud ſummarium.*

15 *Poſſeſſoriũ ſũmariũ ſiuè ſummariſsimũ quod dicatur,& ad quid inſtituatur,& nu.ſequẽ.*

16 *Poſſeſſorium ſummarium dicitur poſſeſſoriũ retinendæ,vel habens ſimilitudinem cũ eo. Interdictum interim quod dicatur,ibidem.*

17 *Poſſeſſorium plenarium quod ſit, & dicatur, & ad quid inſtituatur.*

18 *Poſſeſſorium plenarium dicitur, quia perpetuum adfert præiudicium donec de proprietate ſit cognitum,ideò requiruntur in eo ſolemnia iudiciorum.*

19 *Interdictũ ſummariſsimũ interim an poſſit intẽtari per mulierẽ contra eũ,qui poſt mortem viri occupauit illius bona,& num.30.*

20 *Interdictum iſtud ſine dubio competit mulieri cum ipſa vltra poſſeſsionem tranſlatam in eam per conſti.apprehendit etiam corporalẽ, & realem,vbi deciſſ.noſtri Senatus.*

21 *Interdictũ interim datur poſſeſſori nõ obſtãte quòd poſt ſuã poſſeſsionẽ ſit res ſequeſtrata.*

22 *Poſſeſsio non amittitur ſequeſtratione.*

23 *Interdictum ſummariſsimum interim reſpicit merum factum,non ius.*

24 *Et in eo ſolùm conſideratur corporalis detẽtio, & inſiſtentia.*

25 *Interdictũ interim non ſuffragatur in iuriſdictionalibus niſi reſpectu eorum tantum, contra quos probatur in ſpecie iuriſdictio exercita. Vbi deciſ. noſtri Senatus.*

26 *Iuriſdictio cõtra omnes de territorio habetur pro probata ex probatione exercitij in aliquos.*

27 *Titulus eſt neceſſarius in iuriſdictionalibus, etiam in poſſeſſorio.*

28 *Tenor declarationis Senatus de qua ſup. n. 25. Interdictũ interim nõ datur ad ea, quæ ventunt interpretatiuè.*

29 *Interdictum interim non ſuffragatur ei qui habet ſolùm poſſeſſionẽ in ſe vigore ſtatuti translatam.*

30 *Sed contrarium alij tenent, & quomodo.*

31 *Interdictum interim nõ ſuffragatur ei, in quẽ poſſeſſio ciuilis tantùm in vim ſtatuti trãſfertur, ſecus vbi vtraque tam naturalis, quàm ciuilis transfertur.*

32 *Mulier cum alius de facto occupauit poſſeſſionem bonorũ viri, poteſt cõtra eum inſtituere cauſam ſummariam pro habenda aſſiſtentia officialis ad effectum conficiendi inuentarium, & continuandi ſuam poſſeſſionem. Vbi deciſ. Senatus.*

33 *Interdictum interim olim parùm practicabatur in Catbalonia, & à principio fuit prætenſum eſſe contra conſtitutiones generales Catbaloniæ.*

34 *Michael Pomet olim aduocatus percelebris huius Principatus laudatur.*

35 *Interdictum interim nulla conſtitutione, aut alio iure municipali apud nos approbatur.*

36 *Interdictum interim antiquitùs fuerat multotics intentatum, ſed nunquam conceſſum.*

37 *Iudicandum eſt in Catbalonia per directum ſeruatis terminis conſtitutionis.*

38 *Interdicti interim nulla fit mẽtio in libro obſeruantiarũ R. Aud. huius Principatus.*

39 *Summariſſimi, & breuiſſimi ſine libello procedendi modi in iudicijs ſunt per noſtras cõſtitu. in multis caſibus approbati.*

40 *Manutenentiæ olim concedebantur in Catbalonia in profanis ſicut nunc in eccleſiaſticis. Vbi deciſſ. Senatus.*

41 *Sed id iam receſſit ab aula, & de ratione.*

42 *Interdicto interim ſummariſſimo ſe poteſt defendere ab vniuerſitate, quæ vult tributa exigere, is qui prætẽdit immunitatem.*

43 *Interdicto interim ſe defendit quis ne à burſa officiorũ ciuitatis ex aliqua cauſa exburſetur, qui prætendit non poſſe exburſari.*

44 *Interdicto interim ſe defendit poſſidens quaſdam aquas eum ab alio in eis moleſtatur.*

45 *Interdictum interim intrat ad ſedandũ contẽtiones inter fratres, qui prætendũt omnes poſſidere poſt mortẽ patris, vnus ex clauſula conſtituti, & alius per apprehenſionem realis poſſeſſionis.*

46 *Donatarius cũ clauſula conſtituti præfertur vxori in interdicto interim.*

47 *Interdictum interim datur etiã aliquando in negocijs eccleſiaſticis, & inter perſonas eccleſiaſticas.*

48 *Rex ſe interponit etiam inter clericos, vbi eſt timor ſcandali.*

49 *Motiua non ponuntur in Catbalonia niſi in ſententijs diffinitiuis.*

50 *Interdictum interim, ac iudicium ſummariũ l. fin. C. de edic. Diui Adria. tollen. fuit me liùs quã alibi tractatũ in cauſa de qua hic.*

51 *Poſſeſſio in primis eſt probanda in interdicto interim.*
Detentatio ſola ſufficit, ibidem.

52 *Interdictum interim non competit dicenti ſe ſpoliatum.*
An id procedat tam reſpectu poſſeſſionis naturalis, quã ciuilis, & aliàs, latè tractatur, ibidem.

53 *Poſſeſſio paulò ante litem motam ſufficit in interdicto interim. Vbi deciſ. noſtri Sena.*

54 *Poſſeſſio, quæ erat tempore litis motæ, vel paulò ante, non eſt neceſſarium quòd ſit conſeruata pendente lite. Vbi deciſio. noſtri Sena.*

55 *Niſi quis propterea reputet ſe pro ſpoliato.*

56 *Poſſeſſio, cuius ratione prætenditur manutentio, nõ ſuffragatur ſi prætẽditur ex actibus, qui dederunt cauſam liti.*

57 *Interdictum interim non datur illis, qui cautè procurant aliquem actum facere, & poſteà mouent in continenti litem.*

58 *Poſſeſſio paſſiua non ſuffragatur ad obtinendum in interdicto interim, & quomodo.*

59 *Interdictum interim ſecundum aliquos, non datur niſi probata turbatione.*

60 *Interdictum interim intrat cum ſolo timore futuræ perturbationis.*

61 *Manutentio datur cum ſola poſſeſſione ſine perturbationibus. vbi deciſio.*

62 *Interdictum interim non intrat niſi in cauſis in quibus prætendit quis ſe poſſidere.*

63 *Petitorio agens videtur renuntiare ſuæ poſſeſſioni, aut fateri illam eſſe penes alium.*
An intentato petitorio poſſit interim intrare, ibidem.

64 *Interdictum interim intrat, tam in ſecunda, quàm in prima inſtantia.*

65 *Mandatum de manutenendo poteſt dari ei qui ſubcubuit in prima inſtantia, ſi appellauit.*

66 *Sũmaria cognitio ſufficit in interdicto interim*

67 *Interdictum interim habet dilationes arbitrarias in ſui cognitione.*

68 *Reſtitutio in integrũ ad probãdũ nõ datur in interdicto interim. vbi deciſ. noſtri Senat.*

69 *Deciſio noſtri Senatus contraria notatur.*

Teſtes

70 *Tollet non obijcimtur in interdicto interim.*
71 *Interdictũ interim respicit potius statum rei, qui erat tempore litis motæ, vel paulò ante, quàm veram possessionem.*
72 *Possessio asinina, seu asinaria quæ dicatur. Huiusmodi possessio sufficit in interdicto interim, ibidem.*
73 *Detentio verarei corporaliter solùm attenditur in interdicto interim.*
74 *Interdictum interim non curat de iustitia, aut iniustitia possessionis, quæ pro eo allegatur.*
75 *Exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginẽ, reppelluntur in quocunque iudicio summario.*
76 *Interdictum interim est modici præiudicij.*
77 *Interdictum interim concessum alicui potest deinde auferri, & reuocari, si detegitur quòd ille non possidebat, & è contra.*
78 *Interdictum interim non est concedendum nisi cognito aliqualiter de proprietate.*
79 *Attentata non allegãtur, nec allegari possunt in interdicto interim.*
80 *Prouisio qua fit in interdicto interim, habet executionem nõ obstante supplicatione, nisi sit contrarij imperij.*
81 *Attentatorum prouisiones non solent in Senatu etiam cum cautione, pẽdente supplicatione executioni mandari.*
82 *Spolij pendente lite prouisiones nõ exequuntur in Senatu pendente supplicatione.*
83 *Decisio Senatus quòd prouisio facta in interdicto interim sit exequutioni mandanda pendente supplicatione.*
84 *Sententiæ, quæ secum trahunt executionem, nõ indigent executione.*
85 *Prouisiones factæ in interdicto interim secum trahunt executionem.*
86 *Appellatio, secundam aliquot, non admittitur in interdicto interim.*
87 *Supplicare in Cathalonia licet à quacunq; interloquutoria.*
88 *Appellatio, & supplicatio suo casu admittitur in interdicto interim quoad effectum deuolutiuum tantùm.*
89 *Executiuæ prouisiones executioni mandãtur non obstante appellatione.*
90 *An sit in his differentia inter appellationem, & supplicationem.*
91 *Actor, & reus vterque dicitur esse in iudicijs possessorijs.*
92 *Actor dicitur esse etiam in iudicijs possessorijs qui alium prouocauit, & prouocatus dicitur reus.*
93 *Clericus non potest etiam in iudicijs possessorijs conueniri coram Iudice seculari.*
94 *Filia quamuis sit hæres matris, si dum nuptui traderetur renuntiauit hæreditati paternæ, & maternæ, non habet tenutam, nec beneficium constit. V bi decisio Senatus.*
95 *Quod procedit etiamsi renuntians obtinuerit absolutionem iuramenti, & mouerit litem ad impugnandum renuntiationem.*
96 *Sorui quæ firmauit in capitalis matrimonialibus nurus, non habet tenutam, nec beneficium constit. V bi decis. Senatus.*
97 *Filius hæres patris vel donatarius non habet tenutam, nec beneficium constitutionis tametsi sit hæres matris.*
98 *Mulieri vtilius est beneficium constit. quàm legatum vsusfructus.*
99 *Legatum vsusfructus vxori factum stãtibus liberis resoluatur in alimenta cum quadam præeminentia. V bi decis. Sena.*
100 *Bulgari consuetudo de alimentis dandis vxori tantùm cum ei relinquitur vsusfructus, seruatur in vniuerso orbe.*
101 *Legatum vsusfructus non restringitur ad alimenta existentibus liberis, nisi illi sint varedes patris.*
102 *Filij mortuis mater recuperat plenum vsumfructum, qui propter illos restrictus erat ad alimenta, vbi decis. Sena.*
103 *Legatum vsusfructui non restringitur ad alimenta, cum adsunt in cõtrariam cõiecturæ.*
104 *Legatum factum ab vxore viro restringitur etiam ad alimenta.*
105 *Ioan. Crot. impugnatur.*
106 *Filiorum bonis confiscatis legatũ vsusfructus reassumit suam naturam, vt comprehendat integrum vsumfructum.*
107 *Mulier vsufructuaria cauet, sed non tenutaria.*

GLOSSA III. PARS X.

Agitur latè de materia aliorũ remediorum possessoriorum viduæ spectantium cũ turbatur in sua possessione bonorum viri.

Et signãter latè de interdicto retinendæ, tam plenario, quàm summariissimo, post aliqualiter tractatũ de interdicto adipiscendæ.

Et de alijs quæstio. in materia constit. 2. tit. solu. matrimo.

1 POsit vidua † intentare cõtra illum remedia spolij &c. Diximus in superioribus videã, in qua per illud statutum transfertur possessio ipso iure, & illius ministerio, absque aliqua corporali apprehensione, cõpetere omnia remedia possessoria

ſeſſoria aduerſus turbantes, ſiue ſpoliantes, quę cuicunque alteri vero poſſeſſori de iure competunt, quæ noo arbitror ei ſublata fore per iſtam conceſsionem, & particularé prouiſionem, quam conſtitutio facit intentandi remedia ſpolij, vt ibidem dixi, quibus nunc adde quæ in ſimili dicit Ludo. Moli. de primogen. Hiſpan. lib. 3. cap. 13. n. 5. verſ. Quãuis autem. Videamus de ſingulis.

2 Inprimis poteſt † mulier intentare remedium adipiſcendæ poſeſsionis io hunc ſeoſum, vt quæ eſt vera poſſeltrix ciuilis, & naturalis in vim cõſtitutionis, efficiatur realis, & actualis, & vt actualis, atq; corporea illa detentatio, quæ eſt apud illum, cum quo contenditur, ſibi adijciatur, per quę tollitur obiectum, quod fieri poſſet, dicendo, quòd cum mulier verè, atq; naturaliter, & ciuiliter poſsideat, nõ videtur deficere ei aliquid, ad quod ſit neceſſarium interdictum adipiſcẽdę proponere: deficit eoim mulieri actualis, & realis, atq; corporea illa detentatio,
3 quæ apud alium exiſtit, non ſecus † atqui dicimus de eo, in quem in vim clauſulæ cõſtituti poſſeſsio translata eſt, quamuis enim ipſe verè poſsidcat, oon fictè, & iam naturaliter, quàm ciuiliter, provt pluribus probaui in 1. tom. clau. 4. glo. 27. per tot. Quibus adde Molin. vbi inferiùs citabitur, poteſt tamẽ interdictum adipiſcendæ pro conſequenda reali, ſeu actuali teoota, atque detentatione proponere, vt probat Tiraq. de conſtitu. 1. par. num. 10. & in tracta. de morte 6. par. de-
4 clara. 2. n. 4. Hæc pulchriùs, † quàm ego ſcirem referre, docet Moli. de primog. Hiſpan. lib. 3. c. 13. ex nu. 2. cum ſeq. vbi loquitur in caſu l. 45. Thori, quę eſt huic noſtrę ſimilis, cũ quo ad trãslatioõe, & continuatione poſſeſsionis defuncti in ſucceſſorem maioratus, diſponat idem prorsùs, quod hęc noſtra cõſtitutio ad fauoré viduarum, vbi videre poteris; ego enim hanc materiã omitto, quia non eſt apud nos in vſo ille procedendi modus, verum eſt quòd ego neſcio quamobrem niſi exiſtimetur vtilius remediũ ſpolij, quod in illo caſu conſtitutio concedit. Neſcio ſi priſcis temporibus, ante quàm fieret conſti. 2. & vltima hoius tit. *diſſolo matrimonio*, quę facta fuit in curijs anni 1554. practicabatur iſtud remediũ in illa declaratione, quam in ſui fauorem mortoo viro tenebantur priùs mulieres inſtare, quàm tenutã poſſent prætendere, de qua in ſuperioribus diximus.
5 Poteſt etiam † ſine difficultate intentare remedium retinendæ poſſeſsionis, quamuis eoim vix ſit vt quis in ſua poſſeſsione turbetur, quin hoc ipſo ſpolietur, quia qui turbat ſpoliat l. vim facit ff. vnde vi, id intelligitur ſi malit ſe ſpoliatũ dicere, quàm poſſeſſorem, nam ſi malit ſuam tueri poſſeſsionem, & ſe dicere adhuc poſſeſſorem, non eſt prohibendus, l. 1. §. eſt igitur ff. vti poſside. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 3. vnde vi, defini. 37. ego ipſe in 1. com. clau. 4. gloſ. 18. par. 4. num. 10. vbi allegaui aliom Fabri locum io eo. ſuo Cod. lib. 8. tit. 4. vti poſside. defini. 9. Quibus adde pulchras Rot. Roma. deciſſ. apud Aemil. Veral. 167. par. 3. apud Virgin. de Boca. de cenſib. par. 2. num. 175. & apud Seraphi. deciſ. 1089. 1176. & 1386.
6 Hoc remedium † vtilius iudicamos, & commodios communiter, quàm ſpolij remediũ, ootum eoim eſt plura eſſe cõmoda poſſeſsionis, provt ego dicebã aliàs in ſuprà narrato loco, quę largiſsimè commemorat Maran. in tract. de remed. poſſeſ. ioter ſua conſilia à nu. 210. cum ſequentibus.
7 Et hoc remediũ † habet iſtud plus, quòd poſt illud intentatum, poteſt intentari ſummariſsimũ interim, vt pendente lite ex ſummarijs, & breuiſsimis probationibus quis declaretur poſſeſſor, & poſſeſſoris cõmodis fruatur, quod non poteſt facere qui ſpoliatũ
8 ſe dicit, vt eſt notorium. Quod, econtra † cõceditur ſpoliatori ſi aduerſarius ſe ſpoliatũ dicit, vt eſt deciſ. Rot. Roma. apud Ferina. 118. n. 3. vol. 2. vbi dicit ſpoliatori in iudicio ſpolij mãutentionẽ denegari nõ ſolere. Idem dicit eadem Rota apud Seraphin. de Oliuar. deciſ. 555. n. 9. & deciſ. 1471. o. 7.
9 Et finaliter † per iſtud remedium conſequitur vltrà manutentionem, quicquid poterat per remediũ ſpolij, quod eſt ſummè notandum, quia multos propter hoc trepidare vidi in eligendo iſto retinendæ remedio potiùs, quàm reintegraodę, quia dubitabant de conſequotione rei, vel fructoum, quam, & qoos pendente lite, aut ante eam, recepiſſet reſpectiuè aduerſarius. Conſeqoitur igitur rem ipſam, & fructus ſine dubio qui obtinet in iſto iudicio tetinendę ſicut ſi recuperandę intentaſſet, provt eleganter docet Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 3. vndè vi,
10 defi. 37. Adeò vt † dicat Roc. Rom. apud Seraphin. de Oliuar. deciſ. 1176. nu. 6. qui nũquam habuit ſe pro ſpoliato, poteſt pro reuocatione attentatorum vti mandato de manuteoendo, nec ſibi præiudicat quin fructus per viam attentatorum recuperare
11 poſsit. Non reperi † in Senatu de hoc particulariter factam deciſionem, memini tamen quòd de hoc oteo tempore fuit in eo tractatom. Primò in cauſa nobilis Annæ de Vilanoua, & Tamarit contra nobiles coniuges Vilas, vbi cum poſt factam prooiſionem in interdicto ſummariſsimo interim, quod eſt retinendæ, vt dicemus infrà, ad fauotem dictæ Nobilis domnę Anoæ ad

rela-

relationem egregij Senatoris Hieronymi Seujuſt de tenēda,& poſsidenda hæreditate donRaymundi de Vilanoua quondā viri ſui lite pendēte, & donec aliter eſſet prouiſum, & poſt factum,& prouiſum decretum executionis,deueniſſet ad notitiam dictę nubilis agentis, quòd apud tertium extabant quædam iocalia dictę hæreditatis, contra eum egit in eadem cauſa de anno 1613.vt in executionem dictarum prouiſionum ſibi reſtituerentur,& *obtinuit* in continenti ſequeſtrum † dictorum iocalium ne occultarētur facto verbo in Regia Audientia,& proſequuta fuit lis ſuper hoc articulo abſque contradictione aliqua vel partis, vel iudicis, donec poſteà fuit per concordiam ſopita,quæ procedimēta ſatis clarè innuunt admiſsionem per Senatum factam huius prætentionis, alias nec ſequeſtrum prouidiſſet, nec alia in cauſa, Actuar. erat Ioſeph. Cortes.

12 Et ſecundò de eodem † articulo fuit tractatum de anno 1617. in cauſa Syndici villę Siccæ,contra Syndicum Tarracon. coram egregio Senatore Ioſeph. Roca. Ecce quòd Vniuerſitas Tarraconæ pignotauerat homines dictę villæ prętendendo eos teneri ad ſoluendum certum ius leſdæ, quod exigitur in dicta ciuitate, à quibus procedimentis ſentientes ſe grauatos dicti homines,recurrerunt ad Regiam Audientiam, & euocauerunt cauſam ad relationem dicti Roca,corā quo ſtatim intentarunt interdictum ſummiſſimum interim,in quo 14.Iunij 1616.obtinuerunt declarando ipſos fore manutenēdos in poſſeſsione,ſeu quaſi,in qua erāt ante exordium litis, & cauſæ, & tempore quo mota fuit, libertatis non ſoluendi leſdam. Deindè petierunt pro executione ſententiæ † pignora reſtitui,& reſtituēda eſſe fuit *prouiſum* 15. Septembris 1617. Verum eſt quòd non interuenit in hoc Senatus, ſed nullus contradixit. Actuarius eſt Segui.Si in ſummiſsimo hæc fiunt,multò magis in plenario, quod latiores, & ampliores habet habenas. Ex his colligere poteris qualiter expediat mulieri interdicto potius retinendę, quàm recuperandæ experiri.

13 In hoc iudicio † quādo ambo cōtendūr de poſſeſsione,ſolet cōmuniter dici,q; vterq; dicitur actor,& vterq; reus,verū ſi opus habes ad aliquā prærogatiuam cōcedendam,vel ei qui actor ſit,vel ei qui reus,aduerte q; etiam in iſtis iuditijs eſt diſtinctio actoris, & rei, reuerā enim qui alium ad iudicium traxit,& prouocauit actor iudicatur,& actoris partes ſuſtinet,alius verò rei,vt probatur l. in tribꝰ, de iudi.vbi glo.1.declarat procedere in omnibus interdictis,Ioan. Andre. Georg. allega.13.num.4.

14 Sed cum, vt † inſinuauimus iam ſuprà,& pluribus,ac pulchriùs,quàm ego ſciam refert re,docet Fran.Bec.in conſi.21. ex nu.10. & poſt eum,eo tamē non citato, Cæſ.Barz.deciſ.Bononien.47.num. 9. & Fran. Milanen. deciſ.3.num.184. & 185. lib. 1. ac Andreæ tam Gayl.obſerua.7.lib.1. duplex ſit poſſeſſorium iudicium:ſummarium,& plenariū.

15 Summarium proprie eſt, † quod principaliter ordinatur ad hoc, ne lite pendente ſuper proprietate,vel poſſeſsione, partes veniant de arma ſe inuicem turbantes, enſemque pro libello oſtendentes, quando ambo contendunt ſe poſsidere,& neuter vult actoris partes ſuſtinere.In quo Iudex cognito ſummariē,ex officio,nullo dato libello, & iuris ordine non ſeruato, de poſſeſsione vnius, mandat alteri ne moleſtiam faciat in poſſeſsione,& eum conſtituit actorem in petitorio,vel poſſeſſorio plenario,& dicitur quodamodò iudicium præparatorium,de quo latè per Dida.in prac.tot.cap.17.& Menoc.in preludijs de recuper.poſſeſſ.nu.24.& ſequen. ac infiniti alij,quos adducit Bec.in loco cita.

16 Et eſt † poſſeſſoriū retinendæ,vel habens ſimilitudinem cū eo,prout ex Bal.& Ruin.docet Bec.vbi ſuprà,& hoc eſt poſſeſſorium illud,quod apud Hiſpanos communiter dicitur poſſeſſorium ſummariſsimum,ſiuè interdictū interim, de quo latè per Dida.in prac.quæſtionib.cap.17.per tot. & per Gaſp. Roder.in tracta.de anno.reddi.lib.1. q.17. Menoch.de retinen.poſſeſſ.toto remedio vti.& per noſtrum Cancer.in 3.par.variar.reſolu.de manutenen num.39.& alios plures, qui in diſcurſu allegabuntur.

17 Poſſeſſorium autem † plenarium eſt,quod agitatur poſtquàm certum eſt quis de præſenti poſsideat, & quis ſit actor, & quis ſit reus, & ordinatur ad effectum perueniendi ad diffinitiuam ſententiam ſuper petitorio, in quo principaliter diſceptatur de proprietate iurium,vel ſuper poſſeſſorio retinendæ, in quo principaliter diſputatur, quis ſit poſſeſſor, quod cognitum,& pronunciatum hāc habet vim,vt poſſeſſor perpetuò defendatur donec pars alia petitorio egerit,& obtinuerit,l.exitus,de acquir. poſſeſſ.

18 Et quia † perpetuum affert præiudicium donec pro altera parte cognitum & pronunciatum fuerit ſuper proprietate, dicitur plenarium iudicium,& idem diligenti iuditiario ordine tractari ſolet, & in eo requiritur libellus,litis conteſtatio,diffinitiua ſententia, & alia in ordinarijs iudicijs requiſita, plenè Bec.viden. in loco cita. vbi plures adducit differentias inter iſta duo poſſeſſoria multùm notandas.

19 Cum(inquam)duo † ſint poſſeſſoria, dubium

bium eſt,an ſicut mulieri conceſsimus, quòd poſsit agere plenario poſſeſſorio retinendę, poſsit etiam alio,ſummariſsimo interim vocato.experiri contra hęredem ponamus, vel aliũ,qui realiter,& de facto ante illam realem,& actualem poſſeſsionem nactus eſt, & ſic an inter remedia i'la poſſeſſoria, quæ diximus concedi mulieri,in quam transfertur poſſeſsio per conſtitu.cõnumeretur & illud. Punctus eſt,circa quem magnas vidi in foro excitaras controuerſias. In quo, vt certa ab incertis ſeparemus,diſtinguendi ſunt duo caſus,vnus quando mulier vltra poſſeſsionem, quam in eam transfert conſtitutio, accepit actualiter, & de facto poſſeſsionem corporalem,& realem,& alius quando ſoli poſſeſsioni translatæ in vim conſtitu.inſiſtit.

20 In primo caſu † non eſt dubium quòd intrat iſtud poſſeſſorium pro manutenenda, & conſeruãda muliere in illa tenuta,& poſſeſsione,quã habebat tẽpore litis motæ,aut paulò ante,ſicut in quolibet alio detentore,

11 provt bi ſa'tem,vidi in Senatu *obſeruatum* Primò ad relationem Michael. de Salba, & de Vallſeca nunc Regentis in Supremo Aragonum Concilio,in cauſa domnæ Mariannæ de Pinos viduæ relictæ don Ioachimi Carroz,& de Centelles Comitis de Quirra, cõtra nobilem Ioannam Carroz,& de Centelles,prouiſione enim facta 10.Octob.1601. confirmara poſteà in alia Aula referente egregio Senatore Ioſeph. Dalmau 14. Maij 1612.Scriba Papiol,nunc Domingo, datum fuit interdictum interim dictæ viduæ, quæ pro ſuis dote,& ſponſalitio acceperat realẽ, & actualem poſſeſsionem Baroniæ de Centelles,quam dictus don Ioachimus poſsidebat.Idem etiam poſteà fuit declaratum pro domna Anna de Vilanoua, & de Tamarit contra nobiles coniuges Vilas, referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, quæ etiam pro ſuis dote,& ſponſalitio poſſeſsionem acceperat corporalẽ, & realem, his verbis, quæ eſt bonũ habeas pro ſingulari aliarum exemplari. *Die 13.May 1613. viſo proceſſu,&c.facto verbo in Regia Audientia, prouidet quòd ſequeſtrum prædictum tollatur ſicuti cum præſentis illud tollit, & quòd pro nunc donec aliter ſit prouiſum,& ſine præiudicio iurium, & prætentionum partium in iudicio poſſeſſorio plenario,dicta nobilis Anna de Vilanoua,& de Tamarit teneat hæreditatem prædictam,& bona vna cum iuribus,& pertinentijs ſuis,quæ fuerunt dicti quondàm viri ſui per eam poſſeſſa,& qua dictus ſequeſter detinebat vigore dicti ſequeſtri,& quòd in dicta detentione manuteneatur, & conſeruetur donec ſuper dicto iudicio poſſeſſorio plenario,vel proprietatis ſit ius dictum.* Sic eiſdem formalibus verbis Senatus dixerat in illo interim Baroniæ de Centelles,de quo ſuprà,quia idẽ erat caſus.

21 Nota,fuiſſe † datum interdictum interim non obſtante ſequeſtro,quod fuerat poſitum in hæreditate poſt adeptam poſſeſsionem per vidnam,qui fuit punctus quem diſputauimus inter alia in dicta cauſa, & diſputarũt etiam alij aduocati in illa alia cauſa Baronię de Centelles, de qua ſuprà, quia iudicium ſummariſsimum, interim, non ceſſat ex eo quòd ad vitanda ſcandala ſit poſſeſsio per ſuperiorem auocata,& ſequeſtrata; Gail. in terminis lib.1.obſerua.5.num.2. Tiraquell. in tracta.*le mort ſayſit*, par.6.declaratio. 9. & punctualiter Guido Pap.deciſ.532. nu. 6. & Seſſe de inhibitio.cap.6.§.1.ex nu.40. in ſequẽ. Ror.Rom.apud Fari.deciſ.435.vol.2.

22 Ratio † eſt clara,quam adducit Gail. vbi ſuprà num.10. quia ſequeſtratione non amittitur poſſeſsio,ſed ſequeſter eſt in poſſeſsione cuſtodiæ cauſæ tantùm,Boer. deciſ. 172. Farina.deciſ.161.num.9. ergo is qui poſsidebat antèà,poſsidet etiam poſt ſequeſtrationem,ergo poteſt intentare quæcunque remedia poſſeſſoria,non obſtante ſequeſtratione. Et in noſtro caſu res eſt citra omnem difficultatem,cum expreſsè in prouiſione ſequeſtri ſoleat poni clauſula, *ſine præiudicio iurium,& prætentionum partium, tam in quocunque poſſeſſorio,quàm petitorio,*& apponitur ſequeſtrum per conſilium criminale ad alium finem,nempe ad tollenda ſcandala,nõ attendendo,an vnus potiùs quàm alius poſſideret,nec quicquam circa hoc conſiderando, vt optimè conſiderabat in ſuo caſu, noſtro ſimili,Gayl.vbi ſuprà, per quæ ceſſant quæ alias conſidarabat Anton. Fab. in ſuo Cod. lib.8.tit.3.vndè vi,defin.16.

23 Circa ſecundum caſum † eſt tota negotij difficultas,quando mulier inſiſtit ſoli poſſeſsioni in eam translatæ in vim conſtitutionis hac noſtra, & alius habet detentionem corporalem, & actualem ; patet enim quòd iſtud interdictum aperit viam facti, non iuris,ideſt reſpicit merum factum,non ius, vt dicebat Milanen. deciſ.Sicil.3.num.196.& 179. Nat. conſ.121. vol.1.poſt magiſtrale conſ.Paul.de Caſt.3.vol.2.

24 Adeò vt dicat † Cæſ.Barz.deciſ.Bononiẽ. 47. num.19. in iudicio ſummariſsimo conſiderari dumtaxat corporalem detentionem & facti inſiſtentiam,etiamſi iniuſta ſit, non autem poſſeſsionem, provt eſt iuris, *ſicut* (inquit) *eſt illa,quæ acquiri poteſt in toto reſpectu apprehenſionis partis,nam hæc poſſeſſio conſiſtit in animo,pendetque ab animo acquirentis,& eatenus acquirit ingrediens, quatenus intendit, & non vltrà, &c.*

Per quæ

25 Per quæ Senatus in pulchro caſu Conſulum logiæ maris Oppidi Perpiniani contra Syndicum Oppidi de Prada in terra Confluen. hoc anno 1620. die 22. Maij referente egregio Senatore Hieronymo Aſtor. Actua. Paſtor, † *declarauit* contra Conſules, quòd eis nõ ſuffragabatur interdictũ interim intentatũ. Ecce quòd dicti Conſules per ſuum Syndicũ intentauerant interdictum prædictum, prætendẽtes ſe eſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi cognoſcendi generaliter, & vniuerſaliter, & indiffinitè de omnibus omninò cauſis mercãtilibus inter quoſcunque de dicto Oppidо Pratæ, & propterea in ea, lite pendente, fore & eſſe, per remedium interim, cõſeruandos, & manutenendos; ſed quia ad dictam poſſeſsionem, ſeu quaſi iuſtificandam nihil oſtendebant dicti Conſules, præter diuerſas litteras à ſuo Magiſtratu contra diuerſos homines, & particulares dicti oppidi pro factis mercantilibus expeditas, & executas, per
26 quas † licèt probarentur diuerſi actus iuriſdictionis contra dictos homines in dicto Oppido in dicta ſpecie iuriſdictionis factorum mercantilium exerciti, & ex eis poſſet prætendi iuriſdictionem, & poſſeſſionem illius cõtra omnes in ea ſpecie iuriſdictionis remanere probatam, & iuſtificatam, iuxta pulchrũ Oldra. conſ. 254. num. 7. verſ. 5. opponitur, Surd. qui pulcherrimè loquitur in conſ. 429. ex num. 42. lib. 3. Olib. in 2. par. de actio. lib. 1. cap. 11. num. 31. Stephan. Gratian. diſcep. foren. 425. ex nu. 39. cum multis ſequen. vbi eundem ferè diſcurſum facit, quẽ Surdus in citato loco, eo tamen non citato, nec allegato, Mareſcot. variar. reſolu. lib. 1. cap. 11. num. 33. Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. 3. num. 585. qui latè hæc extendunt quæ videbantur ſufficere ad manutẽtionem,
27 maximè † conſtiro, provt conſtabat, de legitimo titulo dictæ iuriſdictionis, de quo eſt neceſſarium docere in iſta materia iuriſdictionali contra Regem, de quo eſt totum cõſil. Peregri. 2. lib. 1. Mart. vol. 185. Stephan. Gratia. diſcep. forem. 441. ex num. 1. cum ſequen. Senatus tamen noluit in fauorem Conſulum declarare, nec habuit eam probationẽ prò ſufficienti in hoc interdicto, ex rationibus ex Barz. & alijs ſuprà adductis, his pulchris verbis. *Attento quod* † *probatio poſſeſſionis facta pro parte dictorum Conſulum non eſt generalis, & indefinita, ſed tantum ſpecialis reſtricta ad certos particulares villæ Pratæ Confluen. nominatos in actis, & proceſſibus exhibitis, qui coram dictis Conſulibus comparuerunt citati, nulla fori declinatoria oppoſita exceptione, quæ poſſeſſio an ſit extendenda vt illa ſufficiat, & comprehendat omnes alias cauſas mercantiles Vniuerſitatis, & omnium*
28 *incolarum illius villæ, ita quòd vigore illius poſſeſſionis, & ſtatus, & Regiorum priuilegiorum teneantur, & poſſint compelli ad ibi comparendum omnes homines, & vniuerſitas illius villæ in alijs cauſis, & quæſtionibus mercantilibus, non obſtantibus conſtitutionibus Cathaloniæ diſponentibus quòd cauſæ Baiuliæ, & Vicariæ tractentur, & finiantur intra Vicariam, & Baiuliam, requirit altiorem indaginẽ, & Iudicis declarationem, maximè contradicẽte Syndico nomine omnium, quæ propterea cum diffinitiua ſunt terminanda, cuius merita pandarentur, cum hoc ſit de quo contenditur, ſi prædicta deciderentur in interdicto interim ſummariſſimo, in quo nudum factum tantùm attenditur, &c.* Ideò iſte articulus remittitur ad diffinitiuam. Sic in caſu, quem tractamus, videtur dicendũ, quòd cum reperiamus realem, & actualem, ac corporalem poſſeſſorẽ, non debet mulieri dari manutenrio in hoc iudicio, cuius poſſeſſio venit interpretatiuè, miniſterio iuris, & magis habet de iure, quàm de facto, quod dumtaxat inſpicitur in hoc interdicto.

29 Additur quod † ex Tiraquel. & alijs videtur dicere Dida. in cita. cap. 17. num. 5. in pract. quæſtio. in terminis terminantibus, quòd is in quem transfertur poſſeſsio in vim alicuius ſtatuti, aut legis municipalis, non obtinet in hoc interdicto aduerſus eum, qui ex poſt realem, & actualem nactus eſt eiuſdẽ rei poſſeſsionem.

30 Sed in contrarium † eſt veritas, quòd imò licebit mulieri in iſto caſu intentare illud remedium poſſeſſorium, in quo obtinebit ſinè dubio (intelligo in terminis habilibus, niſi alius, qui de facto poſſeſsionem accepit, potiora iura habeat, veluti ſi eſſet filius, & hæres primæ vxoris, &c.) Ad quod tot, tantaque adducit Fran. Milanen. deciſ. Sicil. 3. lib. 1. ex num. 178. qui articulum diſputat in terminis de eo, in quem translata eſt poſſeſsio in vim ſtatuti, agente contra eum, qui ex poſt poſſeſsionem de facto adeptus eſt, & pro agẽte concludit, vt nihil ſuperaddendum eſſe
31 arbitrer, ibi reſpondet † doctrinę Didaci, & aliorum ſuprà adductorum, quòd procedere poſſet, vbi tantùm ciuilis poſſeſsio, nõ naturalis ſimul cum ea translata in vim ſtatuti foret. Vbi autem ſit naturalis ſimul cũ ciuili translatio, provt in ſuo caſu, & in noſtro etiam contingit, ſine dubio concludit potiora iura eſſe eius, in quẽ poſſeſsio tranſlata eſt in vim ſtatuti, quàm eius, qui ex poſt corporalem nactus fuit. Ibidem adducit multos Doctores, qui hoc etiam modo reſponderunt in alijs caſibus ſi nilibus, ibi videas, quando caſus occurret, dabit enim tibi materiã, qua hanc partẽ multis medijs probes.

Quod

Quod ego verius exiſtimo,quàm quod in contrarium,ſcilicet quòd imo in hoc iudicio vincere debeat qui actuatiẽ, & de facto poſſeſsionem habeat,quàm qui ciuilem, & naturalem miniſterio iuris,docet Lader. Immolen. in conſ. 95. nu. 11.

32 Vis optimum † modum procedendi per viduam,vel eius hæredes filios, quando circa tenutam hanc per hæredes viti fit eis aliquod impedimentum? vide proceſſum cauſę don Galceranda Cardona,cum don Ludouico à Cardona,ducto penes Benedictum Sacates,coram egregio olim Senatore Ioan. Sabater, cuius iã antea memini dũ de cõtrouerſia inter filios primi,& ſecundi matrimonij agerẽ,ibi videbis qualiter de anno 1588. pro parte filij primi matrimonij pro dote matris,cuius erat hæres contra frattem hæredem patris, qui nolebat illi permittere quod conficeret inuentarium, & poſſeſsionem in vim conſti. translatam in eum,continuaret,*admiſſa* † fuit cauſa ſummariè per eõpareant partes pro habenda ad effectum cõficiendi inuentarium, & continuandi poſſeſsionem,aſsillentia alicuius Officialis, & fuit proceſſum in dicta cauſa per breues, & ſummarias dilationes,provt ſolet in ſimilibus iudicijs procedi, per quem procedendi modum euitatę fuerũt plures amaritudines, quas ferre ſecum ſolent plenariæ lites.

33 Dicamus nunc † aliqua generalia de hac pulchra interdicti ſummariſsimi interim materia,quę apud nos multùm practicatur,quæ tibi aliquo adiumento eſſe poſsint, ad tractandas cauſas de eo occurrẽtes. Olim in Cathalonia parũ, aut nihil iſtud interdictũ frequentabatur,adeò,vt cum de anno 1600. in illa Comitatus de Centelles,intentatũ fuiſſet per viduam ſecundi matrimonij iſtud interdictum ſicut ſuprà diximus, miratus de hoc,vt ipſe aſſeriţ in ſuis allegationibus iuris pro ea cauſa factis,fuerit aduocatus alterius partis,qui in omnium † opinione vnus
34 erat ex peritioribus, & Doctioribus de Prouincia, Michael Pomet, quem honoris cauſa nomino,cum fuerit omnium ferè qui nunc viuimus in hac Prouincia Doctorũ pręceptor venerandus in ſcholis, & tentauit perſuadere clariſsimis Senatoribus interdictum prædictum in Cathalonia non poſſe practicari.

35 Fundabat † opinionem primò, in hoc quòd in nullo vſatico,vel cõſtitutione fundati poterat illius proceſſus,vndè erubeſcendũ erat loqui ſine lege,l. illam,C. de colla. nam in noſtris conſtitutionibus ſolùm fit mentio de cauſis plenatijs,& ſummarijs, & ordinatijs,dando eis ſua tempora, plenatijs longiora,& ſummarijs breuiora. Inter quas cauſas non videmus fieri mentionem de hoc ſummariſsimo interdicto,& ſummariſsimo illius proceſſu.

36 Deindè dicebat † quòd licèt multoties fuiſſet in Senatu in plurib⁹ cauſis,quas ipſe enumerabat,petitum iſtud Iudicis officium nobile,nunquam tamen fuerat eo tunc vſq;
37 conceſſum. Item aiebat † in Cathalonia eſſe iudicandum per directum, iuxta vſat. alium namque,de iu. fiſ. Non eſſet autem ſic iudicare ſi tam breuiter,& ſummariè de aliquo negocio tractaretur, non ſeruatis, provt non ſeruantur in hoc iudicio tempora, quę iura noſtræ patriæ ſtatuunt, & præfigunt tàm in cauſis plenarijs,quàm ſummarijs. Item dice-
38 bat † quòd ſi inſpiciatur liber obſeruan. Michael. Ferrer,vbi ſunt exemplaria omniũ ferè negociorum,quæ à multis annis tractata fuere in Senatu,reperietur nullibi in toto eo libro fieri aliquam mentionem iſtius ſummariſsimi interdicti interim, ſignum ergo eſt,dicebat,nõ eſſe ſolitum in Senatu de hac materia tractari, quia veriſsimile eſt, quòd vbi de reliquis omnibus negocijs in Senatu tractatis fit copioſa mentio, fieret etiam aliqua de hoc. Finaliter alia cõtra iſtud interdictum dicebat is Doctor, quæ ego omitto, quia non oportet multum me in hoc eſſe.
39 Sed eis nõ obſtantibus,† & in prima,& in ſecunda inſtantia ſubcubuit. Nec mirum, quia voluntarium eſt prætendere quòd per conſtitutiones, & iura noſtra municipalia prohibeatur iſte ſũmariſsimus procedẽdi modus. Nec veſtigium de hoc eſt in toto volumine conſtitutionum, imò, vt optimè dicit egregius olim Senator Anton. Oliba de actio. p. r. lib. 3. cap. 4. ex num. 38. aprobarus eſt ſimilis ſummariſsimus,& breuiſsimus procedendi ſine libello modus in plurib⁹ cauſis in noſtra Cathalonia, veluti per dilationes arbitratias,præter id quod conſtitutiones diſponunt,vbi exemplum ponit in cauſis, quę tractantur per compareant partes, in negocijs, quæ celeritatem requirunt ex ſui natura. Quod mihi poteſt dici eſt,quòd iſtud interdictum parum practicabatur olim in Cathalonia,vix reperies à viginti annis retrò vnũ caſum,in quo de eo tractatum ſit, veruntamen ex poſt nihil magis frequentatur in iudicijs, quàm iſtud interdictum, ad omnem materiam noſtri illud applicant,adeò vt iam communiter apud nos dicatur quòd iam fœtet in Cathalonia tantum interim.

40 Alium ego vidi † qui antiquitùs practicabatur,procedendi modum, qui maiore ſine dubio dignus erat,& eſt admiratione,quàm qui fit per interdictum interim. Ille erat per conceſsionem litteratum manutenentię in profanis, ſicut conceduntur in Eccleſiaſticis

ſine

ſine citatione partis, eo modo quo dicitur in conſtit. 1. & 2. tit. de manutenē. dē quo habes in Archiuo Regio plures *concluſiones*, & ſignā tet ſequentes, nēpe 21. Mar. 1548. 8. Octob. eiuſdem anni, & 21. Octob. 1549. Quid ad hęc dixiſſent quibus procedimenta per interdictum ſummariſsimum interim non nō placent? Verum eſt † quòd iam id receſsit
41 ab Aula. Dicit Canc. in 3. par. variar. cap. 14. de manuteneñ. num. 7. quòd propter diſpoſitionem conſtitu. 2. ſub dicto titu. de manutenē. Sed ego, quòd propter rationem illius, quia ſemper viſum fuit, inquit eadem conſt. non debere concedi has manutenentias: nā conſtitutio prior erat concluſionibus Senatus ſuprà relatis. Nunc autem loco dictarum manutenentiarum vtimur in Cathalonia procedimento illo ſummario, quod fit per interdictum ſummariſsimum interim, in omni fere materia poſſeſſoria.

42 Vult vniuerſitas † exigere ſua iura ab aliquibus, quos prætendit fore obligatos, per interdictum interim, ſe liberant illi á ſolutione dictorum iurium, allegantes ſe eſſe in libertate non ſoluendi, & petentes interim dum dolor cognoſcitur, ſe manuteneri, & † conſeruari in eo ſtatu, vt *vidiſti* ſuprà in illa ciuitatis Tarraconę contra oppidum vil-
43 læ Sicca. Vult Vniuerſitas † exburſare aliquem ad aliquā burſa officiorum illius, in qua eſt inſiculatus, ex eo quòd mutauit conditionem, & ſtatum per interdictū interim ſe liberat ille ab exburſatione allegando ſuā poſſeſsionem, & petendo in eo ſtatu ſe manuteneri, & conſeruari, donec de nēgocio ſit † cognitum, prout vidi *præticatum* prouiſione facta verbo in Senatu facta 19. Decembris 1613. per egregium olim Senatorem Iacobum Puigmija in cauſa Vincentij Saigs Legum Doctoris ciuitatis Vici, contra ciuitatem, ibi enim volebat ciuitas exburſare dictum Saigs, ex quo effectus fuerat Iuriſperitus (non enim admittuntur, & ſeu admittebant antiquitùs inibi priuilegia homines litteratos, num bene, tu iudica) á qua exburſatione ſe deffendit dictus Saigs per medium dicti interdicti. Verum eſt (vt & hoc obiter habeas) quòd reſpectu officiorum, in quibus clarè loquebantur Regia priuilegia, non fuit interim declaratum, ſed reſpectu aliorum, in quibus non erat ita clarum quòd ad ea non poſſent admitti Iuriſperiti. Ratio eſt quia in primo caſu reſiſtebat ius clarum, non ita ſecùdo, Actua. Simon Font.

44 Prætendebat † egregius Senator Ioſeph. Dalmau, contra egregium etiam in Inſula Sardiniæ Senatorem Franciſcum Corrs ex hac ciuitate oriundum, quaſdam aquas, quæ decurrebāt in montaneis parrochiæ de Sar-
ria, fatis propè hanc ciuitatem, in qua ambo habent turres, quorum diſceptatio per inter
† dictum interim fuit *ſopita* intentatum per dictum Dalmau prouiſione facta, Relatore egregio Senatore don Petro Soler 16. Ian. 1620. Actua. Tio, poſtea confirmata in alia Aula, Relatore egreg. itidē Sena. Franciſco Gamis de menſe Nouemb. eiuſdem anni.

45 Quando inter † duos fratres mortuo patre eſt contentio de poſſeſsione, quia ambo prętendunt ſe poſsidere, vel quia ambo retinerā poſſeſsionem actualem apprehenderūt poſt mortem patris, vel quia vnus tantùm, alio prætendente ſe poſsidere in vim clauſulæ conſtituti in aliqua donatione ei antea facta appoſitę, aut alias, hæc diſceptatio ſolita eſt apud nos, poſtquàm interdictum interim conſueuit eſſe in vſu, per illud, & ſeu eo me-
† diante terminari, ſic vidimus *obſeruatum* inter duos fratres Dominicum, & Michaelem Ioannem de Monrodon Domicellos ciuitatis Vici, prouiſione facta Relatore egregio Senatore Ioanne Magarola die 13. Iulij 1613. Actuar. Puiguert. Et rurſus inter fratres Balthaſarem, & Ioannem Baptiſtam Folchs referente eodem Magarola 19. Decemb. 1615. Scriba Oſsina.

46 Vult † aliquis viri donatarius, cui iam in vita tradita eſt per illum poſſeſsio rerum donatarum, liberare ſe á moleſtijs vxoris, quæ prętendit mortuo viro retinutam bonorū illius in vim conſti. Hac noſtra, de qua huc vſque egimus, per medium huius interdicti conſequitur intentum, prout *obtinuit* Petrus
47 † Spigol Notarius Regius ciuitatis Gerundæ prouiſione facta referente egregio Senatore Balthaſar. Morell die 16. Iunij 1620. contra nob. Hieron. Vilademany, & de Crudilis, quæ poſt mortem nob. Caroli de Viladēmany eius viri, bonorum in vita per maritū donatorum, & traditorum poſſeſsionē actualem pro ſua dote, & alijs iuribus acceperāt, Actuar. Payſa. Nec mireris de dicta declaratione cum ex his, quę nos ſuprà hac eadem glo. 3. par. 3. ex num. 29. reſoluimus mulierem non habere tenutam in bonis anteà per virum donatis, appareat donatarium habuiſſe potius, ac melius ius, quàm vxor. Et quod † plus eſt, non ſolùm inter laicos, & per
48 ſonas ſeculares, ac de re ſeculari agentes in vſu iam nunc apud nos eſt interdictum, ſed vidi etiam aliquando illud datum, & conceſſum inter perſonas Eccleſiaſticas, & in re Eccleſiaſtica. Interponit ſe † enim Rex etiam inter clericos, & religioſos, vbi eſt timor ſcā dali, & ſeditionis, vt eſt apud Canc. in 3. p. variar. reſolu. cap. 14. de manuten. num. 8. plenè probatum. Vt ecce contendebant de anno 1604. duo Religioſi Sancti Antonij,

Ferdi-

Ferdinan. Broca, & Onophrius Lliſet, & Serra, ſuper poſſeſsione Eccleſiæ, & domus Sancti Antonij huius ciuitatis, in qua contentione timebatur aliquod magnum ſcandalum, quia ambæ partes fecerant ſuas præparationes, vt quæliber deffenderet ſuam prætentionem, admiſit Senatus cauſam per vnum ex ipſis ſuper interdicto iurerim motâ, & illo mediante, ſedauit contentionem, prouiſione facta 28. Iuanua. anni prædicti 1604. Relatore egregio Senatore Hierony. Allor. Ex quibus cum alijs exemplaribus a me ſuprà de hoc interdicto relatis, iunctis alijs, quæ adducit Canc. in 3. par. variar. reſolu. cap. 14 de manuten. ex num. 33. & ſignanter nu. 35. & num. 71. colliges quam frequens ſit in hoc Principatu huius ſummariſsimi interdicti interim, quod per tot ſecula dormierat, vſus.

49 Non citro † (ſequendo ſolitum morem) ponere tibi verba formalia prouiſionum, & declarationum prædictarum, vt indè comprehenderes, ex quibus contra vnum, & in alterius fauorem fuit declaratum, quia cum conſilio, 2. ſub tit. de ſenten. non obliget ad motiua ponenda niſi in diffinitiuis, egregij Senatores in interlocutorijs regulariter abſtinent ab eis, & ſignanter obſeruaui quòd in nulla ex prouiſionibus relatis factis in interdicto interim (dempta illa Conſulum Logiæ maris villæ Perpinianj) fuit politum aliquod motiuum.

50 Vr tamen in † duabus declarationibus, & deciſionibus habeas omnia ſimul iuncta, quæ poſſunt dici, & excogitari in hac materia interdicti ſummariſsimi interim, & vlteriùs in iudicio ſummario l. fin. C. de edic. Diui Adria. tollen. pet quæ facile venies ad perfectam cognitionem huius materiæ, conſulo videas proceſſum cauſæ, quæ in prima inſtantia. ad relationem egregij Senato. Ioſephi Dalmau, & in ſecunda coram egregio itidè Sena. Balthaſare Morell, ducta fuit in Senatu, inter nobiles Ludouicum Deſcallar, & Michaelem de Cardona ſuper apprehenſione Baroniæ de Sant Mori, vbi reperies binas declarationes ſuper his materijs de anno 1617. factas tam doctas, larèque materiam explicantes, vt nihil vltrà deſiderare valeas. Eſt iſte proceſſus penes N. Ordinyachs.

51 His poſitis, † dicamus rursùs aliqua in genere de hac pulchra interdicti interim materia, quæ ſeruiant pro omnibus cauſis, quæ de ea in poſterùm veniêt in iudicio tractandę. Dicimus igitur primò, primum requiſitum ad obtinendũ in hoc interdicto, eſſe poſſeſſionẽ probarã de tẽpore litis motę, ſine qua clarũ eſt quòd nõ poſſet quis prærendere ſe eſſe manutenẽdũ, niſi haberet poſſeſsionem, ſub quo poſſeſsionis vocabulo, intelligo quãcunq; detẽtionẽ, qui eſt proprius terminus huius interdicti, quod non quærit veram poſſeſſionem, ſed derentione ſola contenratur, vt vidiſti in deciſionibus ſuprà relatis, nec vllus ex Doctoribus diſcrepat. Et de hoc eſt tex. in l. 1. §. huius inrerdicti, ff. vti poſside. Dida. in prac. quæſtio. c. 17. num. 3. latiſsimè Portol. ad Molin. verbo, apprehenſio, 2. nu. 38. cum ſequent.

52 Secũdũ hoc † caiere debet iſta mulier, quæ vult intẽtare illud interdictũ, ne dicat, & fateatur ſe ſpoliaram, quia nõ poſſet ei dari manutentio, quamuis vellet interpretari quoad naturalem poſſeſsionem ab alio occupatam ſe voluiſſe dicere ſpoliaram fuiſſe, nõ quoad ciuilem, quam ſemper retinuit, cuius reſpectu eſt ei danda manutentio, iuxta deciſ. Rotæ Romanę apud Pute. 419. lib. 2. quę eſt in nouiſsimis 409. Quia vt ait eadem Rota nouiſſimè in deciſ. 704. in recollec. per Farin. vol. penul. Rota non admitit ſimpliciter illam deciſionem, ſed quando ex circunſtantijs facti apparet, q̃ qui dixit ſe ſpoliatũ de pertur bationibus, & moleſtationibus de facto illatis intellexit, & quòd animo retinuit ciuilẽ, ſecus è cõtra, de quo conſtare dicitur quo ties pars allegat aliquẽ actũ poſitiuum ſpoliationis, veluti narrando actum poſitiuum vẽditionis domus, ad cuius poſſeſsionem petit ſe reſtitui, ſignum tunc eſt quòd adeundo Iudicem pro reintegratione, amitit vtramque poſſeſsionem, & ſic non poteſt manuteneri. Ibi vide, vbi ſunt plures deciſiones.

53 Et non ſolùm ſufficit poſſeſsio, ſeu detentatio de tempore litis motę, ſed etiam ſi probetur paulò ante motam litem. Idem enim eſt, vt eſt doctrina clara Did. qui eſt princeps huius materię interpres in cita. c. 17. in prac. quæſtio. num. 5. Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. vlti. num. 18. Gaſpar. Rodet. de annu. reddi. q. 17. num. 25. lib. 1. Cardi. Mãric. deciſ. 172. num. 3. Cancer. 3. par. variar. reſolu. cap. 4. de ſeruitu. ex num. 94. Hunc ea ſum habuimus in ſuprà relata cauſa egregij Senatoris Ioſephi Dalmau, ex quo enim pars aduerſa ante litem motam propria auctoritate demolierat, ſeu demoliri fecerat aquę ductus dicti Dalmau, propter quam demolitionem exiſtimans ceſſaſſe poſſeſsionem illius ducendi aquam ad ſuam hęreditatem, dicebat non poſſe eſſe locum interdicto interim per dictum Dalmau ex poſt incontinenti intentato, quia non probabat poſſeſsionem de tẽpore litis motæ, diximus quòd † ſufficiebat poſſediſſe paulò antè, & ita *obtinuimus*, & hoc eſt fundatum in maxima ratione, quia aliàs in manu aduerſarij eſſet per hęc vel ſimilia procedimenta priuare me beneficio huius interdicti.

Et

54 Et hæc poſſeſsio, † non eſt neceſſarium quòd ſit conſernata durante lite quouſque in interdicto interim ſit declaratum, ſed ſufficit quòd adeſſet tempore litis motæ, vt dicit noſter Cancer. in ſæpè cita. 3. par. variar. reſolu. cap. 14. de manuten. num. 70. & 71. vbi reprobat Lader. Imol. contrarium tenentem in conſ. 95. num. 10. & quandam Senatus noſtri *deciſionem* ad id adfert de hoc pũcto in terminis factam. Aliam *deciſionem* de hoc eodem articulo fecit Senatus 6. Octob. 1614. inter Iacobum, & Gaſparem Petits, ex vna, & Bartholomeum Petit ex altera, Relatore egregio Senatore Ioſepho Dalmau, quæ fuit poſteà *confirmata* in alia Aula coram nobili dom Petro Solet. Actuar. Paſtor. Eodem modo *declarauit* poſteà idem Senatus 2. April. 1615. Relatore egregio Senatore Ioſeph. Ferrer, inter Communitatem presbyterorum Sancti Ioãnis de Ablatitijs & Federicum Morer paratorem eiuſdẽ Oppidi. Actuar. Domingo. Quæ fuit in alia Aula poſteà *confirmata* Relatore egregio Sena. Baltha. Morell. In quibus omnibus caſibus licèt agens propter impedimẽtũ aduerſarij de facto cõtinuare poſſeſſionem non potuiſſet in qua erat tempore litis motę, aut paulò antè, obtinuit nihilominùs in hoc interdicto.

55 Quod ego vetũ † exiſtimo dum ipſe non habeat ſe pro ſpoliato, ſed animũ ſempet poſſidendi retineat, alias impoſsibile iudicio, qui eſt Laderchij Immolẽ. loquendi modus vbi ſuprà, intrare manutentionem, ſed tũc opus eſſet vti aliis remedijs, vt idem ſcribens dicit, & inſinuat Rot. Roma. in ſuprà allegata deciſ. 1176. num. 6. apud Seraph. de Oliuar.

56 Eſt tamen vnum † aduertendum, in quo plures errare vidi, quòd illi actus, quorum vigore prætenditur poſſeſsio, & eius tuitione manutentio, non ſint qui dederint cauſam lití, iſ enim non habentur in conſideratione ad effectũ manutẽtionis, ſed neceſsariũ eſt quòd manutentionẽ prętẽdes habeat alios actus pacificos, prout pulchrè dixit Rota Roma. de anno 1612. in celebri cauſa Eccleſiarum Cathedralis, & del Pilar Cæſaraugustæ, vt habetur in recollect. per Farina. in vlt. vol. deciſ. 409. & rurſus de anno 1613. vt habetur etiã in recollectis itidẽ per eundem Farin. in penult. vol. deciſ. 333.

57 Rom eſt hoc † pro illis, qui non habẽtes poſſeſsionem tanto procurant aliquem actũ facere, quem exiſtimant ſibi poſſe tribuere poſſeſsionem, & inconſiderati mouent cauſam, petẽtes ſe manuteneri, cõtra quos alias iuſtè inuehit noſter Cancer. in 3. par. variar. reſolu. cap. 14. de manuten. ex nu. 75.

58 Sed non ſufficit † poſſeſsio paſsiua, vt puta ſi quis prætenderet ſe eſſe in poſſeſsione, ſeu quaſi decimãdi, & ad probandũ poſſeſsionẽ pro habenda manutẽtione probaret ſolùm quòd ipſe ſoluit cenſus po decimis ſibi in inueſtitura, aut aliàs pro eis appoſitos, hæc enim paſsiua poſſeſsio ſolùm prodeſt ei qui cenſus recipit, non ſoluenti, Rip. in cap. cùm Eccleſia Sutrina num. 2. de cauſ. poſ. & proprie Felin. in cap. inter dilectos num. 8. de fi de inſtru. Rot. Roma. quæ ita *reſolvit* deciſ. 505. in recollec. per Farina. in penult. vol. quod nota quia vidi plures in hoc lapſos.

59 Secundum requiſitum † vt locum illud interdictum habeat, ponunt & cõſtituunt alii qui, quòd cõſtet de turbatiune, ex quo enim eſt ſpecies interdicti retinendæ, vel illi ſimilis, vt omnes dicunt, neceſsariũ videtur iſtud ſecundum extremum ad obtinendum, ex Dida. in ſæpè cita. cap. 17. lib. pract. quęſtio. num. 3. & Menoch. de retinen. poſſeſ. remed. vlt. num. 29. qui enim non turbatur, nihil cauſæ eſt, cùr debeat turbare aduerſarium propoſito contra ipſum interdicto, vt dicit Faber in ſuo Codice lib. 8. tit. 4. vti poſſidẽ. diffin. 8. num. 5. de quà perturbatione cùm non conſtaret in certo caſu, quo quis per huiuſmodi interdictum petebat manutentionẽ, non deerant qui dubitabant ſi ſuper eo ex ipſa poſſeſsione de tempore litis motæ probata, poterat declarari in fauorem agẽtis, dicebant enim quòd fruſtrà ſe ipſum ipſe pertubabat, non alius, & videbatur ſingere nemine perſequente, ſed bene nihilominùs ſuccesſit negocium, quia ſufficit ei mor futuræ pertur bationis, vt Didacus, & Menoch. dicunt vbi

60 ſuprà. Plus dicit † Seraphi. de Oliuar. deciſ. Rot. Roma. 299. num. 12. Rotam Rom. dare Mandatum de manutenendo cõſtito de poſſeſsione, & ſine turbationibus, & ſine timore ſcandali. Ibi allegat ad id quandam

61 † *deciſionem*, in qua ita reſolutum dicit.

62 Secundo videndum † eſt, in quibus cauſis poſsit interdictum fieri in intentati. Reſpõdeo quòd ſolùm in his, in quibus quis exiſtimat, & prętẽdit ſe poſſidere; nam ſi aliud conſtaret, non intrat materia interdicti quòd non eſt curo probare, quia in cõſeſſo apud omnes eſt, qui admonent volentẽ agere hoc interdicto, ne fateatur ſe ſpoliatũ, aut poſſeſsionem apud alium eſſe, quia tunc nihil agit, vide Dida. in cita. cap. 17. nu. 3. & alios qui tractat de requiſito poſſeſsionis tempore litis motæ. Vide cũ † regulariter qui agit

63 petitorio, videatur vel retinere ſuæ poſſeſsioni, vel fateri illam penes aduerſarium eſſe, de quo plura apud noſtrum Cancer. qui late de his agit, & per omnia neceſsaria pertractauit in 3. par. variar. cap. 4. de ſeruitut. num. 88. & plenius ut apud Phil. hp. Maſsin. diſtin. 43. per tot. Sequitur quod

regu.

regulariter non poterit poſteà intentare hoc interdictum. Dixi regulariter, quia ſunt caſus in quibus ſupradicta tacita renunciatio, & cõfeſsio non inducitur, vt habes apud dictos ſcribentes, in quibus non prohibetur agens intentare hoc interdictum.

64 Sed an ſicut in † prima inſtantia, ſic in ſecũda poſsit ſimiliter hoc interdictum moueri, & ſuſcitari in iudicijs plenarijs poſſeſſorijs, vidi quandoque diſceptatum, & memini me aduocante pro Confratria Cotonerioru præſentis ciuitatis, contra Confratriam Corderiorum cordarum violæ eiuſdẽ ciuitatis, prætendiſſe aduocatum, qui doctus erat, partis aduerſæ, in tertia Aula, in qua in gradu appellationis cauſa ducebatur, declarandum fore inprimis ſuper interdicto interim omiſſo in cauſa principali, quod mouerat in cauſa appellationis, & non fuiſſe exauditum, nec auſum expectare ſuper hoc prouiſionem, per territum à Iudice, qui comminabatur contra eum ſe declaraturũ, exiſtimans non dari iſtud poſſeſſorium in cauſa appellationis, in quo ego nihil dicebam, quia veniebat in fauorẽ partis, pro qua agebam. Veritas eſt, quòd ſic in vna, ſicut in alia cauſa poteſt intentari, pro vt latè probat Rota Roma. apud Seraphin. de Oliuar. deciſ. 299. quam ſequitur Stepha. Grantian. diſcepta. foren. 569. num. 34. & eadem Rot. Roma. apud Farina. in vltim. vol. deciſ. 147. num. 5. & deciſ. 404. num. 3.

65 Vbi quòd † etiam mandatum de manutenendo poſsit dari ei, qui ſubcubuit in prima inſtantia ſi appellauit. Et certè nulla eſt ratio diuerſitatis, loquor quando prima ſententia non habet executionem, quamuis enim vnus ſit declaratus poſſeſſor per diffinitiuam, nihilominùs, ſi alius non deſiſtit, iuſtũ eſt quòd per hoc interdictum contentiones partium amputentur.

66 Tertiò eſt videndum † dẽ probationibus in hoc Iudicio faciendis. Concordãt omnes quòd ſummaria tantum cognitio eſt ad huius interdicti pronuntiationem neceſſaria, de quo plura Dida. dicto cap. 17. num. 4. & Menoch. in ſæpè cita. remed. vlt. de retinen. poſſeſ. ferè per tot. in quo non poteſt dari certa regula, ex dictis Doctoribus, & alijs, qui allegantur in diſcurſu, habebis quid in hoc ſequaris.

67 Circa tempus, † in quo ſint faciendæ probationes, non conſtituitur, nec conſtitui poteſt certa regula, per dilationes arbitrarias proceditur, vt dicunt ijdem Doctores. Nec

68 ſi minor † eſt vnus ex litigantibus, qui prætendat ſe læſum in probando ex eo quòd nõ probauerit intra diem, & terminum ei præfinitum, concederetur et reſtitutionis in integrum beneficium in fauorem minorum læſorum introductum, prout in terminis docent Dida. dicto cap. 17. num. 4. verſ. Sextum ad ad hæc, Meno. d. remed. vlt. de retin. nu. 54. Capi. deciſ. 13. & 55. Graua. ad Veſtr. lib. 5. cap. vlt, num. 36. Beniten. deciſ. 79. num. 8.

† Quod in terminis noſter Senatus *ſequutus* fuit Relatorore egregio Senatore Ioſepho Roca, in illa ciuitatis Tarraconæ contra Oppidum Siccæ, de qua ſuprà, vbi ſic fuit dictum. *Attento merita huius interdicti interim ſunt momentanea, & modici præiudicij, & conſtat minoribus, ſeu illis, qui illorum priuilegio gaudent, non competere reſtitutionis beneficium in rebus, & actibus modici præiudicij*: ideò fuit denegata reſtitutio, &c. In illa etiam domnæ Annæ de Vilanoua, & Tamarit, de qua ſuprà, petita etiam fuerat reſtitutio in integrum ad probandum, ſed ego ſemper contradixi, & per proceſſum ad vlteriora, & declarationem in meritis *repulſa* fuit prætentio.

69 Vndè ego mirabar † quando in illa Conſulum Logiæ maris Oppidi Perpiniani, de qua ſuprà, conceſſa in prouiſione huius interdicti fuit Syndico villæ Pratæ, contra quem agebatur, reſtitutio in integrum ad reuocandum confeſsionem, quam fecerat de poſſeſſione huius partis, poſtquàm acceptata fuerat illa confeſsio.

70 Ex eodem fonte † dimanat obiectio teſtium, quæ ex eiſdem rationibus non fit in hoc iudicio, vt ijdem ſuperiùs relati Doctores probant in cita. locis.

71 Quartò eſſet inueſtigandum, † quis in hoc interdicto ſit præferendus, & quæ exceptiones ſint in eo admittendæ, aut repellendæ, & ſimilia. Magna res foret quòd tibi ego poſſem certam ſuper hoc regulam tradere, quæ te nunquam falleret, ſed id eſt impoſsibile, cum ex varijs caſuarum, & rerum figuris, quæ contingunt in ſingulis negocijs, id ſit deprehendendum. Materiam tibi tribuunt Doctores, qui in toto hoc diſcurſu referuntur, ex quibus haurias quid in hoc ſequi debeas. Solùm aduerto attendendum eſſe ſemper in his cauſis diffiniendis quòd iſtud poſſeſſorium interim non tam reſpicit propriã, & veram poſſeſsionem, quàm ſtatum illum rei, qui erat tempore motæ litis, vel paulò antè, prout pulchrè Dida. docet in cita. c. 17. num. 5. in fin. ſequitur Gaſp. Roderi. de annuis redditib. lib. 1. q. 17. num. 25. Aluar. Velaſ. conſul. 79. num. 11. Quia (inquit Velaſ.) interdictum hoc inductum eſt ad impediendam qualemcunque perturbationem, & moleſtiam fieri lite pendente alteri ex litigantibus circa poſſeſsionem illius, qui tempo-

72 re litis motæ poſsidebat. Aſininam † ſeu aſinariam poſſeſsionem (quam ego interpretor

pretor, ideſt, ſine ratione aliqua, dum alius queñ adhuc ego non tepeti, meliorem det termino interpretationē) dicunt alij ſufficere ad illud interdictum, vt quis obtineat in eo, Fran. Milanen. deciſio. Sicilię 3. num. 196. quia non aperit viam iuris, ſed viam facti, & Natta in conſil. 121. vol. 1. poſt magiſtrale conſ. Pauli de Caſtro 3. vol. 2.

73 Adeò vt † non debeat inſpici iuſtitia poſſeſſoris, ſed vera rei corporaliter detentio, vti latiſsimè ſcripſit Maſſol. in conſil. 71. & Milanen. vbi ſuprà num. 179. Addendus eſt his noſter Cancer qui ſupradicta etiam ferè omnia tradit in 3. par. variar. reſolutio. 74 cap. 4. de manutenen. ex nu. 39. dicēs † poſteà num. 54. quod arbitror multùm fore in his conſiderandum, non eſſe attendendam iuſtitiam, aue iniuſtitiam poſſeſsionis, vbi illa eget aliqua diſceptatione. Idque optima † ratione, quia regulare eſt in quocunque iudicio ſummario repelli quæ requirunt altiorem indaginem, l. ille, à quo §. ſi de teſtamento ff. ad trebellia. l. is à quo in princip. ff. ſi in poſſeſſ. legat. glos. ordinaria in l. 2. verbo, quamuis, C. de edicto Diui Adriani tollen. Milanen. poſt alios, deciſio. 3. num. 12. latè Cæſ. Barz. deciſio. Bononiē. 47. per totum.

76 Eſtque ſupradictorum † omnium ratio manifeſta, quia poſſeſſorium hoc iudicium ſummariſsimum interim eſt modici præiudicij tanquam præparatorium dumtaxat ad plenarium, & quia ordinatur tantùm vt ſciatur quis ſit reus, vel actor, dumtaxat ſolùm per illud tempus, per quod durat lis in plenario, vel quamdiu non reuocatur etiam pēdente lite.

77 Ne enim † dubites quin iſtud mandatum de manutenendo reuocari poſsit, quoties conſtat de non poſſeſsione vnius, aut detegitur poſſeſsio alterius. Et denegata ſemel manutentione, conceditur de nouo docendo de poſſeſsione, provt pulchrè dicit, & rationem reddit Rota Romana in recollect. per Farinac. vltimo volum. deciſio. 404. num. 4. & 5. Et quamuis aliquos ex noſtris in hac trepidare viderim, quibus durum fiebat quòd ſemel denegata manutentione iterùm poſteà tractaretur de ea concedenda, & è contra, ea ſemel conceſſa, ageretur de ea reuocanda, veritas tamen eſt, quòd vtrumque fieri poteſt. Imò & in ſecunda inſtantia poteſt reuocari manutentio data in prima. Hæc omnia habes apud omnes ſuprà citatos, & ſignanter apud Didac. & Meno. qui vltrà allos naturam interdicti huius ex propoſito explicant, Rota Roman. apud Seraphin. de Oliuar. deciſio. 299. num. 6. Vidend. in ſupradictorum omnium confirmationem Hieron. Portol. in ſchol. ad Molin. verbo, apprehenſio 2. ex num. 38.

78 Sed quāuis † vera ſupradicta ſint, ego tamen ſequeret ſemper quod de Senatu Neapolitano, & illius practica docet Vtil. ad Afflict. deciſ. 364. in fin. *In ſacro* (inquit) *Conſilio Neapolitano nunquam, provt ego vidi obſeruari, deciditur aliqua cauſa poſſeſſorij, quin cognoſcatur aliqualiter de proprietate, & ſic magni momenti, ne lites fruſtrà fiant*, ad quod habitum fuiſſe particulariter reſpectū ſcio, & declarat ipſa prouiſio, in illa don Michaelis de Cardona, contra don Ludouicum Deſcallar, de qua ſuprà.

79 Quartò foret † videndum an in hoc iudicio poſsit dici de attentatis, vt ecce quando is qui iſtud intentauit præteodens ſe poſſidere, aliquid facit pendente iudicio, quo magis confirmet ſuam poſſeſsionem, veluti ſi ſolùm habens ciuilem, apprehenderet naturalem, aut aliàs. Vidi plures, qui naturam huius interdicti parùm cōſiderātes ſtatim conquerūtur de attentatis, ſi quid vident fieri per aduerſantem, quod eis non placeat, ſed errant egregiè, quia in hoc iudicio non eſt licitum dicere de attentatis, panderentur enim merita cauſæ interdicti, quæ in hoc eſt cauſa principalis, hoc enim ſi eſt attentatum vel non, clarum eſt pendere ex illo, an qui prætendit attentatſſe ſit in poſſeſsione, vel non. Ex his, & alijs rationibus hanc doctrinam tenent Patiſ. in conſil. vlti. num. 13. & paulò ante, & deiodè vol. vlt. Borgni. Caual. deciſio. 23. num. 118. part. 2. Anton. Mona. deciſio. Bononien. 30. num. 22. ac noſter Cancer. in 3. par. var. reſolu. cap. 14. num. 73. Per hæc non contradico his, quæ ſuprà dixi quod per viam attentatorum is qui obtinet in hoc interdicto poteſt conſequi fructus, & tem, in qua turbatus fuit, diuerſus eſt ille caſus ab iſto ſine dubio.

80 Finaliter eſt † videndum ſi prouiſiones, & declarationes, quæ fiunt in hoc interdicto, habent de iure executionē præſtita cautione non obſtante quòd interponatur ab ea ſuppli catio, ſicut regulariter habent Regię ſenten tię. Hunc articulum latè diſputauimus in illa dōnæ Annæ de Vilanoua, cōtra nob. Giſmundum Vila, de qua ſuprà, negabant enim firmo pede qui partes don Giſmundi agebant, executionem poſſe fieri. Ego diſtinguo ſupplicationem à ſupplicatione: ſi enim ſupplicatur, ſicut poteſt, quia eſt inrelocutoria, contrario imperio, tunc nō tractatur de executi one, quia eā impedit ea ſupplicatio quā tumuis priuilegiata ſit cauſa, provt abundè probauimus in 1. to. clau. 4. gloſ. 18. par. 4. ex 81 n. 90. Solùm eſt difficultas † in ſupplicatione in forma, quę interponitur coram alio Rela-

tore. Dubiũ facere poteſt praxis Senatus, quæ hę prouiſiones, quæ fiũr pendẽre lite pro cõ-
† ſeruatione poſſeſsionis alicuius, nõ *ſolent* exe cutioni mandari prętitta cautione, prout in materia attentatorum ex Micha. Fer. in 3. p. obſer. c. 333. ego probaui in 1. to. clau. 4. glo.
82 18. p. 4. nu. 94. Et poſteà † idẽ vidi *obſeruatũ*
† in materia ſpolij attentatiui cõmiſsi lite pẽ dente, ſimiliter enim denegatur eius declara tionis executio donec ſit terminata ſupplica tionis cauſa, prout in cauſa Frãciſci Alella, cõ tra Paulum Ferrer, referente egreg. Senato.
† Ioanne Magarola, de anno 1613. *reſolutum* fuit per ambas Aulas, tractato ibi negocio per Relatorem, & nobis notificata determi natio, propter quod qui partes dicti Alella agebamus, habuimus inſtare cauſam ſuppli carionis, quæ pendebar coram egregio Sena tore Ioſepho Dalmau, qua finita cõceſſa fuit executio, quæ anteà fuerat denegata. Actua rius erat Tio. Si in his cauſis, quæ ſunt huic noſtræ tam ſimiles, iſtud obſeruauat Senatus, videbatur idem in noſtro interdicto fore di cendum.

83 Sed ego fortiter † tenui in dicta cauſa no bilis Annæ de Vilanoua, & Tamarit, quæ for ſã prima erat, in qua iſte articulus inciderat, exequendam fore prouiſionem, in qua taudẽ
† *obtinui* prouiſione facta 13. Ianua. 1613. Ex his motiuis. *Attento prouiſio de cuius executio ne agitur, facta eſt in iudicio extraordinario, & ſummariſsimo interim, ex cuius prouiſio nis tenore conſtat ſecum illam trahere executio nem, & ſic executiuam cenſendam fore, & eſſe & ſic ſupplicationem interpoſitam per dictã N. tantum operari poſſe effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum præſtita cautione, &c.* Motiua hæc habent optimum fundamen tum in iure.

84 Primò, quòd † ea, quę trahunt ſecum execu cionem, non egeant executione, ego plu ribus probaui in 1. to. clau. 4. glo. 15. nu. 86. Quòd
85 autem † trahat ſecum executionem iſta pro uiſio, nec executione propriè egeat, cõfirma tur ex docta defi. Fab. in ſuo C. lib. 7. tit. 20. de excep. rei iud. defi. 45. ea ratione, quia qui iã eſt in poſſeſsione nõ poteſt magis poſside re, & in terminis interdicti interim, docet idem Menoch. de retinend. poſſeſſ. remed. vltim. num. 53.

86 Imò dicunt † plures nullo modo admit ti appellationem in hoc iudicio, nec ad vnũ, nec ad alium effectum, Meno. remed. vlt. n. 88. Gutier. in cano. quæſt. lib. 1. q. 34. n. 108. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 25. nu. 14. Cæſ. Barz.
87 deciſ. 71. per rot. Quod tamen † non admit titur in Cathalonia, quia enim inibi permiſ ſum eſt de iure municipali ſupplicare à quibuſcunque interlocutorijs, vt eſt conſtitutio 3. & 4. & paſsim tot. tit. de ſupplicatio. in r.
88 vol. conſtit. Ideò intrepidè † in his admit tũtur appellationes, & ſupplicationes, ſequẽ do doctrinam Beniten. deciſ. 79. nu. 6. vbi ad ducit rex. quem ad id dicit eſſe expreſſum, in c. fi. §. de poſſeſsione 2. q. 6. cuius hæc ſunt formalia verba, *De poſſeſsione etiã, et eius mo mento ſi cauſa dicatur, quæ ſententia interlocu toria appellatur, quamuis appellatio interpo ſita fuerit, tamen lata ſententia fortiatur ef fectum*; multa poſteà adducit ad propoſitũ
89 videnda. Prætereà illud † motiuum, quod prouiſiones executiuę debeant non obſtante ſupplicatione executioni mandari, probat Michael Ferrer lib. 3. obſeru. cap. 337. & Ia cobus Cancer. in 3. par. variar. cap. 17. de ſen ten. & ear. execu. n. 123. & eſt conſti. 9. tit. de
90 execu. de ſenten. Nec habendam fore † exi ſtimo rationem, ſicut nec habita in dicta cau ſa fuit, de his, quæ circa hanc materiam, di ſtinguendo inter appellationem, & ſuppli cationem, & aliàs, tradunt Gaſp. Roderi. de annu. reddi. lib. 1. q. 17. num. 51. in fin. Gar cia de nobilita. glo. 1. §. 2. nu. 6. Molin. de primog. Hiſpa. lib. 3. c. 13. nu. 19. & Gucier. in cano. c. 34. n. 112. lib. 1. qui vix aliquid alle gant, quo ſuũ intentũ probent. Dicit Canc.
† in cita. c. 14. de manuten. à num. 36. ita *obſer uare* Senatum, prout nos dicimus. Et Tiraqu.
† in tracta. *le mort ſayſit le vif.* ita dicit *obſer uari* in Francia. Idem dicit Petr. Gregor. de appella. lib. 2. cap. 5. nu. 4. Non omittamus Dida. quem fidum ducem in hac materia ſemper habuimus, in practicis quæſtiõ. c. 23. nu. 8. circa fin. in verſ. Pari ſanè iure. *Fit enim* (inquit) *eius ſententia executio non obſtante ſupplicatione propter momentaneam ipſam poſſeſsionẽ, quæ ſtatim mortuo poſſeſſore trãſ fertur iure Regio ad legitimè vocatum ad pri mogenium, iuxta legem 45. Tau. nec debet di ci vacare occupatione, aut reali apprehenſione, præſertim quia non tam agitur in hoc iudicio ſummario de ipſa poſſeſsione, quàm de deten tione, vt inquit ipſa lex. Detentio ſiquidem ma gis momentanea cenſetur, quàm ipſa poſſeſſio,* loquitur Didac. de poſſeſſorio ſummariſsi mo, l. 45. Tau. quod ſimile eſt, & pari paſſu ambulat cum noſtro interim, vt docet Mo lin. de primog. lib. 3. c. 13. nu. 1. & 71. Gu tier. in pract. lib. 3. quæſt. 74. Atque ita fuit in d. caſu executum.

91 Poſt hęc, vnum † nolo te ignorare, quod for ſan erit tibi aliquando valdè vtile ſcire li cèt iam tetigerim ſuprà. Audiſti, quòd cõmu niter in hac materia dicũt ſcribẽtes, & habe tur in ore omniũ, iſtud iudiciũ ſummariſsi mi poſſeſſorij interim introducitur, ac intro duci ſolet, vt ſciatur quis debeat eſſe actor, & quis reus, quiſq; vel actoris, vel rei ſuſcipere

penden-

pendente lite, quia in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus hæc ſummariſsima cõmiſcentur, vterque ſimul dicitur actor, & reus, l. iudicium, ff. fini. regun.

92 Id ſaue eſt † intelligendum, non vt præſumas interim non dari certũ actorẽ nec certũ reũ, impoſsibile enim eſt q̃ ſine hoc poſsit iudicũ ſubſiſtere. Erit ergo actor, & pro tali habebitur, ac actoris partes ſuſtinebit, qui priùs venit in iudicium, & è contra, reus erit, & pro reo habebitur qui prouocatus fuerit, & rei partes ſuſtinere habebit iuxta l. in tribus ff. de iudi. vbi glos. 1. declarat procedere in omnibus interdictis, l. a. ff. fam. herciſ. iuncta l. 2. in fin. ff. commun. diuid. optimè Andre. Georg. allegatio. 13. num. 4.

93 Hæc applicabis † pro Eccleſiaſtico, ſi contingat, quòd in materia iſtorum interdictorum pulſetur coram Iudice ſeculari, provt ego feci non multis ab hinc menſibus in quadam contentionis inter Curiam Eccleſiaſticam, & ſecularem Regiæ Audientię vertente cauſa, pro Reuerendo Franciſco de Copons Abbate de Amer contra N. Boſca de Roſes, à quo dictus Abbas conuẽtus, & poſteà condemnatus fuerat in Regia Audientia, referente egregio Senatore Balthaſare Morell, in interdicto retinendæ poſſeſſionis: prætendi enim quòd dictus Abbas erat reus in dicta cauſa, & ideò non poterat conueniri in Curia ſeculari: non eſt adhuc declarata cauſa prædicta. Alia plura de hoc interdicto interim, videre poteris, vltra citatos, apud Anton. Mona. tot. deciſio. Bonon. 36. Si plura de hoc interdicto, & eius materia ſcire volueris (iam enim eſt neceſſarium, quòd ego illud relinquam) vide vltrà citatos, Ioan. Botã in conſ. 76. per tot. Cornezan. deciſ. 57. etiam per tot. Alex. Stiatic. in prac. iudi. tor. cap. 12. Ricci. qui plures deciſiones adfert in collecta. deciſſ. 1870 & 1909. Et cum his redeo ad materiam conſtitu. hac noſtra, & ſeu conſti. declarant, quæ poſt eam immediatè ſequitur, de qua anteà agebamus, proſequendum.

94 Quærimus ergo † an ſit in omni caſu verum, quòd filij primę vxoris hęredes illius præferantur ſecundæ & filijs, & hæredibus illius in tenuta. Reſpondeo quòd licet regula ſit generalis affirmatiua fundata in conſtitutione ipſa, nihilominùs non deſunt ei fallentiæ, & limitationes perpulchrę, inter quas illa eſt ſcitu digna, quando filij, & filiæ primi matrimonij legitimi, & dote reſpectiuè contentę renuntaſſent, provt ſæpè fit, maximè in filiabus quando nuptui traduntur, omnibus iuribus ſibi competentibus, tam in hęreditate paterna, quàm etiam materna cum enim iſta renunciatio excludat filios, & filias à dote, & iuribus maternis, ex Maſcar. de proba. conclu. 1265. per tot. Meno. in conſil. 370. num. 29. & 32. lib. 4. & Surdo conſil. 192. num. 9. & alijs etiam num. eiuſdem conſ. ſequitur quòd excludet etiam eos, & eas ab omni prætentione tenutæ, quæ datur pro dote. Sic in terminis Senatus † *declarauit* referente egregio olim Senatore Antonio Oliba 20. Octob. 1592. inter Magdalenam Iorda, & Iacobum Tauernas.

95 In qua declaratione eſt † & aliud ſingulari notatione dignum, quod non iuuat obtinuiſſe filios abſolutionem iuramenti in renũciatione appoſiti, mouiſſeque cauſam pro reciſione ex aliquo particulari motiuo, propter quod videatur illam reſcindi debere, quia ſufficit non eſſe renunciationem adhuc in iudicio reciſam.

96 Idem eſt reſpectu † ſoceri, quando ipſa, provt ſæpiſsimè contingit, firmaſſet in capitulis matrimonialibus ipſius nurus, & ex conſequenti aſſecuraſſet ſimul cum filio dotem nurus, tunc ſine dubio non haberet ipſa tenutam prętextu ſuæ dotis quamuis bona fuiſſent prius viri ſui, ſed præferretur vxor filijs, qui vltimò ea bona poſsidebat, quia mulier per illam firmam præiudicauit ſine dubio ſuæ hypotecæ, ad latè in hac materia tradita per Antoni. Theſau. deciſio. 223. per totum, optima eſt de iſtis conſenſibus, & firmis mulierum ad fauorem alicuius nouè contrahentis cum viro, deciſ. Vincen. de Fran. 477. per totum. Vide quæ ſuprà, fusè diximus in materia oppoſitionis, & optionis mulieris, circa tertũ requiſitum quod erat, quòd non firmaſſet mulier in obligatione, cuius vigore fiebat executio in bonis viri, ibi docui quid, ac quantum noceat iſta firma ipſi mulieri in ſuis iuribus, ideò caueant mulieres ab iſtis firmis, ſicut cauere etiam debent filij hęredes priorum vxorum à renunciationibus ſuprà mentionatis ſi nolunt ſuis iuribus eſſe præiudicatum, vel ſaltem illas faciant cum ſalutaribus protellationibus pro omni tempore, quo hæc ſuccedere poſſent. Et in terminis, quando ſocrus firmauit in capitulis matrimonialibus filij, quòd non habeat tenutam, ſed illam habeat nurus, † *declarauit* Senatus, Relatore egregio olim Senatore Raphaele Rubi, & Coll. 17. Octobris 1612. in cauſa viduæ Maſſo, contra aliam viduam Maſſo.

97 Finaliter non habet † filius primi matrimonij tenutam quantumuis ſit hæres matris, ſi eſt ſimul hæres, aut donatarius patris, tunc enim per confuſionem cenſetur ſibi ſoluiſſe, & ſatisfeciſſe in dote matris, & ideò non poteſt prætendere tenutam pro dote, in qua iam eſt ſibi ſatisfactum, & propterea

intrar in tenutam ſecunda vxor, aut filij illius. Quod quia latè probaui, & *deciſione* noſtri Senatus in terminis facta, ornaui ſuprà in materia cõſti. hac noſtra dum de muliere hæ rede viri, & de confuſione actionum hac eadem glo. 3. par. 7. ex num. 37. cgi. Ibi videas, volo enim quòd hic dicta intelligantur ſecundum ea, quę ibi reſolui.

98 Per hæc, † quæ diximus huc vſque de materia conſtitutionis hac noſtra, & beneficijs illius, colligimus vtilius eſſe mulieri beneficium huius conſtitutionis quo ad vtendum & fruendum fructibus hæreditatis, quàm legara vſusfructus, quę communiter relinqui ſolent viduis à viris ſuis in illorum teſtamentis, ſaltem quando, vt regulariter contingit, remanent filij ex eis, qui à viris inſtituuntur hęredes: Conſtat enim quod per conſtitutionẽ omnibus omninò fructibus fruitur, & potitur indiſcriminatim mulier, vt vidimus,

99 quod non ſic † eſt in legaro vſusfructus, quod ſtantibus liberis reſoluitur ſine dubio in alimenta tantùm ex bonis viri percipienda, ex opinione Bulgari, quam conſuetudo, & communis praxis inconcuſſe recepit, de qua per glo. in auctẽ. hoc locũ C. ſi ſecũ. nup. mul. Alimenta (inquã) cum victu, & veſtitu, quæ omnia habet vnà cum liberis ſuis cum illa præheminentia, vt ſit rectrix, & adminiſtratrix, quæ importat vt ipſa manu ſua propria expenſas, & alimenta miniſtret, nec capiantur de manu hæredis. Infiniti ſunt qui materiam hanc tractant, & ſignanter ſequentes, in quibus reliquos habebis omnes, Anron. Gabriel in commun. opin. titu. de vſufruct. concluſio. 2. per totum. Mantic. de coniectu. vltim. volunta. lib. 9. titu. 7. etiam per totum. Queſada diuerſ. quæſtio. iur. cap. 24. per totum. Brunorol. à Sole quæſtio. lega. 48. etiam per totum. Menoch. de præſumptio. lib. 4. præſumptio. 139. per totum. Surd. de aliment. titu. 2. tot. quæſtio. 15. Riminal. conſil. 168. Ripa obſerua. 238. Flam. Carhar. deciſio. 74. Ioan. del Caſtillo Sotomaior de vſufruct. tot. cap. 45. noſter Cancer. in 3. par. variar. cap. 20. de lega. ex num. 198. Gaſpar. Anron. Theſau. quæſtio. foren. 54. lib. 1. cum alijs iam aliàs à me adductis in 1. tomo clauſ. 5. gloſ. 22. num. 57. & ſuprà etiam in hoc tom. in tractatione matęriæ auctẽ. prętereà C. vnde vir & vxor clauſ. 5. gloſ. 8. par. 12. ex num. 17. vbi aliqua notabilia in materia tradidi.

100 Qui omnes † cum infinitis, quos etiam allegant, ita in vniuerſo orbe communiter obſeruari aſſerunt, quam opinionem & conſuetudinem & in Cathalonia obſeruamus intrepidè, provt poſſem multis exemplis comprobare, & ſignanter reperi quandam

† de hoc *deciſionem* antiquam factam 11. Iulij 1523. Relatore egregio Senatore Ioanne Sunyer in cauſa Caſtellanę Ferran, contra Blaſium Ferran, in qua fuit punctualiter dictum illud idem, quod ſuprà ex Doctoribus qui tractant de opinione Bulgari, adduximus, dicendo, *quòd attento erant filij hæredes in vim clauſulæ, & diſpoſitionis teſtatoris, vidua debebat habere tantùm alimenta, & non plenum vſumfructum, quæ alimenta* (inquit) *ſeu pro dictis alimentis neceſſaria ipſa met propria auctoritate ex bonis, & hæreditate teſtatoris percipiat, & perciperе poſſit.*

†† Idem fuit *declaratum* alijs exemplaribus, quę infrà in hac materia referentur.

101 Dictum eſt non ſine † conſideratione, attento quòd filij erant hæredes inſtituti, quia ſola exiſtentia liberorũ ſine inſtitutione non operaretur iſtum effectum, provt latè probat Surd. in loco ſuprà proximè citato ex num. 90. & reliqui omnes qui fuerũt ſuprà proximè à nobis adducti, id enim inductum eſt in fauorem filiorum benigna interpretatione accepta, ne dicamus patrem plus vxorem, quàm filios dilexiſſe, vt latè proſequitur Surd. ex num. 2. & rurſus poſteà ex num. 90.

102 Niſi moriantur † liberi, & per mortem ſuccedant extranei, tunc enim ceſſante cauſa ceſſat effectus, Theſau. vbi ſuprà num. 2. & reliqui omnes. Er cum ſucceſſiſſet de anno 1600. iſte caſus diſputandus in Senatu corã egreg. olim Senaro. Ioſeph. Benac in cauſa Iacobi Balle loci de les Belianes, cõtra Catherinã Balle viduam, ira fuit in fauorem mu-

† lieris *declaratus*, 4. Nouembris anni prædicti 1600. qui erat caſus ſingularis declaratus in caſu quo filij adiuerãt hęrediratem patris, & ſic legatum cœperat habere vires ex perſona filiorum, quod video eſſe contra doctrinam Bart. in l. Titia, §. teſtamento, num. 10. ff. de legat. 2. de quo tamen, vide latè Surd. in dicto titul. 2. de alimẽt. quæſtio. 15. ex num. 161. verſic. Quinto principaliter, & noſtrum Cancer. in 3. par. variar. reſolut. cap. 10. de lega. ex num. 202. vbi idem exemplar adducit refferente Benac factum. Ego non poſſum ampliùs in hac materia extranea ab inſtituto, quod proſequor, immorari.

103 Solùm aduerto † duo, aut tria particularia in hac materia, de quibus quotidie interrogamur à noſtris clientulis. Primum, quod ex coniecturis faciliter receditur à dicta cõſuetudine, & vxor conſequitur totum plenum vſumfructum, veluti ſi extant verba, quę demonſtrent voluntatem teſtatoris eſſe non relinquere ſolùm alimenta, ſed totum vſum-

fructum

fructum, quę quales ſint, videbis apud citatos Doctores, ſecundum quos habet conſuetudo locum.

104 E contrà etiam, † quando matito ab vxore relinquitur vſusfructus, ex natura correlatiuorum, quod enim de vno dicitur, & de alio etiam dictum eſſe cenſetur, ex doctrina Bal. in auctẽ. hoc locum in fin. C. ſi ſecun. nup. mul. quod latè, & extensè probat, & ſimul declarat Surd. in cita. quæſtio. 15. ex
105 num. 18. Vndè miror † quòd Crot. in conſil. 67. num. 7. allegauerit Bald. in loco citato, pro contraria opinione, clarè enim imò noſtram tenet ſine difficultate, ſed decepit Crotum animus iuuandi clientulum.

106 Et tertium denique, † quòd quemadmodum deſcedentibus liberis legatum vſusfructus reaſſumit ſuam propriam naturam, vt diximus, ſic confiſcatis bonis eorum, prout elegantèr docent Baiar. in additione ad Clar. quæſt. 78. num. 34. Cabal. crimin. reſolu. 222. num. 32. & 33. par. 2. & Farina. conſ. 159. num. 31. par. 2.

107 Eſt alia differentia † inter ſupradicta, quia clarũ eſt quòd mulier relicta vſufructuaria tenetur ſine dubio cauere de vtendo, & fruẽdo arbitrio boni viri, & adhuc cum idoneis fideiuſſoribus, nec ſufficit iuratoria cautio, prout ſuprà probaui & iuſtum, & Doctorum, ac deciſionũ noſtri Senatus auctoritate in tractatione materię ſponſalitij, clau. 2. gloſ. 7. par. 1. ex n. 53. mulier autem tenutaria ad id non tenetur modo aliquo, vt in ſuperioribus etiam docui in materia conſtitutionis hac noſtra, hac. eadem gloſ. 3. par. 2. num. 77. Alias vtilitates mulieri aduenientes, ex eo quòd potiùs ſit tenutaria, quàm vſufructuaria, poſſem cumulare, ſed hæ ſufficiant, multas potes colligere ex largo diſcurſu quẽ feci circa conſtitutionem hac noſtra.

SVMMARIA.

1 *Dos conſiſtens in pecunia, vel in bonis mobilibus, aut ſemouentibus non reſtituitur niſi poſt annum, ſecus in conſiſtente in immobilibus.*

2 *Reſtitutio rerum immobilium eſt facilioris expeditionis.*

3 *Mobilia in dotem data non reſtituuntur niſi poſt annum, quamuis repertantur adhuc extare tempore mortis,*
Et idem eſt de dote conſiſtente in pecunia quamuis diues maritus ſit, & nulla egeat dilatione, ibidem.

4 *Boer. & Mier. notantur, quòd in his contrarium voluerint.*

5 *Dos poteſt peti intra anni dilationem, vt ſoluatur poſt illum, vbi deciſ. Senatus.*

6 *Ius de futuro non poteſt in iudicium deduci.*

7 *Dos poteſt peti ſtatim poſt mortem mariti, ſi legata ab eo vxori ſit, vbi deciſ.*

8 *Maritus ſoluto matrimonio non habet actionem etiam intra tempus dilationis, exigendi dotem adhuc debitam.*

9 *Dos etiamſi à principio conſtituta ſit in pecunia numerata, verumtamen poſtea ſit conuerſa in corpora hereditaria, poteſt in continenti exigi ſoluto matrimonio.*

10 *Maritus perdit anni dilationem pro reſtitutione dotis cum malè ſe geſſit cum vxore.*

11 *Maritum malè ſe geſſiſſe cum vxore ad effectum perdendi anni dilationem pro reſtitutione dotis, non præſumitur, ſed probandum eſt ab allegante.*

12 *Maritus perdit ſecundum aliquos, beneficium anni dilationis in reſtitutione dotis, cum dictum eſt in capitulis matrimonialibus, eam reſtituendam fore eis modo, & forma quibus ſoluta fuit, ſi ſoluta fuit tempore contractus matrimonij.*

13 *Mulier poteſt petere dotem poſt annum etiam ſi pactatum in capomatr. fuiſſet eam fore reſtituendam eiſdem modo, & forma, quibus &c. etiamſi ſoluta illa non fuiſſet niſi poſt quinquennium.*

14 *Mulier poteſt facere dotis conditionem meliorem, ſed non deteriorem.*

15 *Fallit ſi in pacto adeſt iuramentum, quia tunc ſeruandum eſt.*

16 *Æqualitas inter virum & vxorem in pactis inter eos factis, ſeruanda eſt.*

17 *Deciſio Senatus, quòd ſtante pacto debeat dos reſtitui per eas ſolutiones, per quas ſoluta fuit.*

18 *Legatum dotis efficit, vt ſtatim ſoluto matrimonio illa exigi poſſit.*

19 *Mulier, vel eius hæredes non poſſunt ſoluto matrimonio propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem rerum dotalium, vbi deciſ. Senatus.*
Maritus, vel eius hæredes poſſunt intentare interdictum retinendæ, vel recuperandæ cum propria auctoritate moleſtatur per vxorem, vel eius hæredes poſt diſſolutum matrimonium circa res dotales, ibidem.

20 *Fallit vbi maritus non haberet aliquam retinendi cauſam.*

21 *Exceptio dotis non ſolutæ poteſt opponi per maritum quando agitur contra eum de reſtitutione dotis.*

22 *Socer fallens generum in dote, quam certò ſciebat ſe non poſſe ſoluere, dicitur genero inſidiari, & punitur criminaliter.*

23 *Debitor faciens ſe dimitem & ſub hoc pratextu plura debita contrahens punitur extraordinariè.*

24 *Maritus tenetur ad dotis reſtitutionem etiam*

non receptam, ſi ei culpa imputari poteſt cur non exegerit, & quomodò.

25 *Marito in reſtitutione dotis competit beneficium ne egeat.*

26 *Beneficium ne egeat, an habeat aliquod fundamentum in noſtris conſtitutionibus.*

27 *Beneficium, ne egeat, datur ſolùm marito pauperi, non marito diuiti.*

28 *Pauper an aliquis iudicandus ſit, ſpectat ad arbitrium Iudicis.*

29 *Beneficium, ne egeat, dicitur vulgò priuilegium militare, ſeu militum.*

30 *Beneficium, ne egeat, in Regno Valentiæ ſolli conceditur perſonis militaribus.*

31 *Beneficium, ne egeat, vt intret, quomodo debeat marito remanere vndè viuat.*

32 *Viuere aliy ſolent cum magna opulentia, quia diuites, & aly etiam ſi ſint eiuſdem ſtatus, parcè, & miſerè, quia pauperes.*

33 *Maritus dicitur habere vndè ſe alat ſi habet cum quo viuat eo modo quo viuunt ſui ſtatus homines pauperes, licèt non habeat vndè viuat ſicut diuites.*

34 *Maritus, vt habeat, vel non habeat beneficium ne egeat, non attenditur primus eius ſtatus antequàm ad paupertatem deueniret.*

35 *Deciſiones Senatus factæ in confirmationem prædictorum.*

36 *Status præſens inſpicitur, non qui ex aliquo accidenti contingere poteſt, in hac materia beneficij ne egeat.*

37 *Deciſiones Senatus concedentes beneficium ne egeat ex eo quòd quis non haberet vndè viueret ſecundum ſuam qualitatem*

38 *Beneficium ne egeat non competit ſolis militibus, ſed alijs etiam aliorum ſtatuum perſonis.*

39 *Beneficium ne egeat, fundatur in reuerentia debita viro.*

40 *Deciſiones Senatus, in quibus mercatoribus, & ſimplicibus ciuibus Barcinonæ fuit conceſſum beneficium ne egeat.*

41 *Beneficium ne egeat, facilius conceditur perſonis militaribus, quam alijs.*

42 *Beneficium ne egeat, non competit viris, qui ex artificio viuere poſſunt.*

43 *Beneficium ne egeat, denegatum fuit in Senatu Notario, & alijs qui ex officio viuere poterant.*

44 *Beneficium ne egeat, nõ denegatur ei qui licèt officium habeat, tamen iam tunc ſuis manibus non laborabat ſicut antè.*

45 *Beneficium ne egeat, an detur Iuriſperito, & aduocato.*

46 *Opinio negans, quia habet artem, ex qua viuat.*

47 *Iuriſperitus nõ poteſt ſe pauperè dicere ex quo ſcientia legalis quã profitetur, theſaurus appellatur, & per eam homines ditiſſimi fiunt.*

48 *Leges non ſinunt aliquem in paupertate viuere, nec in anxietate mori.*

49 *Ceres dicitur inuentrix legum, & frumenti, & quare.*

50 *Filius Iuriſperitus nõ alitur à patre quia habet vndè viuat, & de ratione.*

51 *Doctores legum ſunt in omni loco, & tempore felices.*

52 *Opinio affirmans Iuriſconſultis, & Aduocatis competere beneficium ne egeat.*

53 *Aduocati ſunt plures, qui licèt docti ſint, non tamen ſunt fortunati in negocijs.*

54 *Beneficio ne egeat maritus renuntiare non poteſt ſecundum vnam opinionem.*

55 *Etiamſi renunciatio ſit iurata, vbi deciſ.*

56 *Eſt tamen neceſſaria ad agendum iuramenti abſolutio.*

57 *Reuerentia, quam vxor debet viro, efficit ne beneficio ne egeat renuntiari valeat.*

58 *Beneficium ne egeat cum competit ratione reuerentiæ, ei renuntiari non poteſt, ſecus eſt quando alia ratione conceditur.*

59 *Beneficio ne egeat competenti marito poteſt renuntiari ſecundum alios.*

60 *Nec eſt neceſſaria expreſſa renunciatio, ſed ſufficit generalis omni legum, & iuris auxilio.*

Maximè ſi renunciatio eſt iurata, ibidem.

61 *Deciſio Senatus ſuper iſtis renunciationibus cum diuerſitate votorum.*

62 *Iuramentum eſt ſeruandum vbicunque non vergit in detrimentum ſalutis æternæ, vbi deciſ. Senatus.*

63 *Beneficium ne egeat, fuit in Senatu ſimpliciter declaratum non tolli renunciatione.*

64 *Auctoris opinio quòd valeat renunciatio beneficij ne egeat facta ante contractum matrimonium.*

65 *Ius Canonicum eſt in primis in Cathalonia ſequendum.*

66 *Reuerentia debita marito non eſt conſiderabilis in his, quæ conferuntur ad tempus ſoluti matrimonij.*

67 *Maritus, cui creditur beneficium ne egeat, tenetur cauere in caſum pinguioris fortunæ, vbi deciſ. Senatus.*

68 *Cautio iuratoria ſufficit in eo, cui conceditur beneficium ne egeat.*

69 *Cautionis verbum vbi ſimpliciter à lege profertur, intelligitur ſine fideiuſſore, aut pignore.*

70 *Cautio iuratoria non ſufficit ad exequendum ſententiam Regiam, vbi deciſio Senatus.*

71 *Cautio iuratoria admittitur clerico in caſu c.*

Odoar-

Odoardus, de ſolu.

72 Cautoridonea verificatur quandoquè in ſola iuratoria.

73 Deſpujol noſter notatur.

Cauere non tenetur reus pendente lite de re poſt ſententiam reſtituenda, ibidem.

74 Cautio iuratoria quomodò præſtetur, & quæ ſint ad eam neceſſaria, remiſsiuè.

75 Maritus per tranſitum ad ſecunda vota non amittit beneficium ne egeat.

76 Niſi vbi tam magnam reciperet dotem vt ceſſaret in eo inopia, & paupertas, vbi deciſ. Senatus.

77 Mier. reprobatur circa quæſtionem, ſi maritus perdit beneficium ne egeat per tranſitū ad ſecunda vota.

78 Quartā auctor. præterea C. vnde vir, & vxor, non perdit mulier per tranſitum ad ſecunda vota.

79 Maritus an habeat beneficium ne egeat, cum dos conſiſtit in immobilibus, & fundo dotali.

Beneficium ne egeat, non intrat cum maritus conuenitur actione reali, ſed cum perſonali, ibidem.

80 Sed contrarium eſt tenendum, quòd in omni ea ſu competit beneficium ne egeat, vbi deciſionem Senatus.

81 Maritus non habet beneficium ne egeat, cum non conuenitur vt talis, ſed vt quilibet poſſeſſor, vbi declaratur quomodò iſte caſus poſſit ſuccedere.

82 Maritus non habet beneficium ne egeat, cum ſtante matrimonio agit mulier ad dotis repetitionem ob illius vergentiam ad inopiam.

83 Maritus non habet beneficium ne egeat in dote alteri vinculata. vbi deciſ. Senatus.

84 Deciſionee Senatus Valentini de eadem re.

85 Marito competit beneficium ne egeat nedum contra vxoris heredem, ſed etiam contra illius legatarios.

86 Maritus non habet beneficium ne egeat, quando iam reſtituit dotem.

Etiam ſi anteà habuiſſet ſententiam pro ſe, ibidem.

Beneficium ne egeat, non parit actionem ad agendum, ſed exceptionem ad retinendum, ibidem.

87 Marito non ſuffragatur beneficium ne egeat reſpectu dotis adhuc non exactæ, vt eam exigere valeat, vbi deciſ. Senatus.

88 Marito non competit beneficium ne egeat cum dos eſt reſtituenda extraneo.

89 Marito competit beneficium ne egeat, nedum contra vxorem, ſed etiam contra eius heredes, vbi deciſ.

90 Beneficium ne egeat competit filijs etiam heredibus patris.

91 Marito non datur beneficium ne egeat, qui dolo fecit quominus dotem ſoluerat.

92 Nec quando ſua culpa pauper effectus eſt.

93 Maritus non habet beneficium ne egeat. cum vxor, vel eius heredes ſunt æque pauperes.

94 Maritus ingratus vxori non habet beneficium ne egeat.

95 Socer ſicut maritus habet beneficium ne egeat.

96 Soceri ſunt nominatim quàm petentes honorandi.

97 Beneficium ne egeat, non conceditur extraneo dotanti.

98 Sed illud habet vt donans.

99 Beneficium ne egeat competit fratri dotanti, eo modo quo hic declaratur.

100 Beneficium ne egeat quomodò practicatur.

101 Beneficium ne egeat poteſt opponi in executione.

Beneficij ne egeat exceptio non impugnat ſententiam, ibidem.

Beneficij ne egeat exceptio ſolet remitti ad diffinitiuam, ſi anteà opponitur.

102 Fallit ſi ante ſententiam fuiſſet repulſa.

103 Mariti, qui ſunt de ſtatu, habent ſecundum

104 Mier. aliud priuilegium firmius quam beneficium ne egeant, in reſtitutione dotis.

GLOSSA III. PARS XI.

De reſtitutione dotis.

Et de exceptionibus marito circa eā competentibus.

Et ſignanter de beneficio, ne egeat.

REſtat finaliter, † & vltimò, vt pro vltima, & finali reſolutione materiæ huius clauſulæ, & gloſ. agamus pluluùm de reſtitutione dotis, quantum de materia illius ſcire, & intelligere oportet pro bona directione negociorū in praxi nobis cōtingentiū. Qua in re ſit concluſio certa, & indubitata. Dos pecuniaria, ſeu in pecunia conſiſtens, vel in mobilibus, & ſemouentibus non reſtituitur niſi poſt annum à die ſoluti matrimonij, immobilia autem in dotem data ſtatim reſtitui debent, vt eſt tex. clatus in l. vnica §. exactio, C. de rei vxor. actione.

Ratio eſt † quia reſtitutio rerum immobiliū, eſt facilioris expeditionis, latè Didacus Couar. in epitome ad quartum decretalium de matrimo. 2. par. cap. 3. 6. 9. num. 9. & cap. 6. §. 8. num. 24. Anton. Gom. in l. † 50. Tau. ex nu. 46. & latiſsimè Petrus Barboſ. in l. 2. in princip. in prima parte per totum. ff. ſolu. matr.

3 Nec immutantur † hæc sub prætextu quòd mobilia adhuc extant, & ideò facilè restitui possint, putá quia modicum duraverit matrimonium, & maritus sit tam dives, vt nulla dilatione egeat ad restituendum, putá quia sit publicus campsor, cui non desit pecunia, adhuc nó cogitur maritus ante annum facere restitutionem, quod quia pluribus probat pulcherrimè Anton. Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 13. soluto matrimonio tota definitione 5. quæ longa est, ideò non repeto. Ibi videbis huius dicti optimas rationes, & Senatus Sebusiani *decisionem* per eo factam.

4 Iuxta quę, non erit † admittendum quod in contrarium voluit dicere Boer. inconsl. 50. num. 19. provt nec simpliciter videtur velle admittere eius additionator ibi, nec etiam admitti debebit quod in contrarium tenuit noster Mier. colla. 9. in Curia Barcinone Reg. Ferdin. cap. 8. de salario aduoca. num. 82. vbi ex Cin. dicit quòd si vir fuerit dives ita quòd sine diminutione sui status dotem persoluere possit, quòd etiam infra annum luctus Iudex de æquitate possit compellere ad soluendum.

5 Sed non propterea † quòd ista dos consistens in mobilibus, & pecunia numerata nó debet restitui, nisi post annum, prohibetur mulier illam petere ante annum, vt solvatur post annum, provt docet Viui. decis. 463. num. 3. vol. 2. qui plures allegat, optimum est de hac re consl. Zucar. 68. per tot. Quod Sena-
† tus noster *approbauit* sententia lata in illa Mariannę Roure, contra Petrum Roure, refetenre egregio tunc Senatore, nunc Regente in Supremo Aragon. Michaele de Salba, & de Vallseca 29. Octob. 1602. Actua. Papiol, cuius ad aliud institutum fuit in superioribus alibi facta mentio: in hac sententia habens anni dilationem fuit condemnatus intra annum ad dotem cum sponsalitio restituendam, *hoc intellecto* (inquit) *quòd non possint exigi, nec illorum interesse currere incipiat nisi elapso anno à die mortis.* In hoc priui legiata dos reperitur præ cæteris, patet enim
6 † quòd in alijs ius de futuro non potest in iudicium deduci, provt ego abundè probaui in 1. tom. clau. 4. glos. 18. par. 4. ex num. 18.
7 Hinc fit † vtile esse mulieri quòd sibi à viro dos legetur, consequitur enim hoc exiegato commodum, quòd statim poterit petere, & exigere legatum nulla legali dilatione expectata, provt pluribus probat Viuid in cica. decisl. 467. per tot. & nouissimè Philip. Pascal. in tracta. de iurib. patriæ potestatis
† par. 2. cap. 7. nu. 25. vbi ita sępiùs *declaratum* in Senatu Neapolitano dicit, & dicemus nos etiam infrà num. 18.
8 Vidi dubitatú † in negocio magni ponderis circa materiam hanc, nunquid maritus intra istam anni dilationem possit exigere dotem, vel partem illius, quam non exegerat constante matrimonio, & licèt videretur dicendum quod sic, propter commoditatem, quàm lex ei tribuit circa fructus percipiendos durante tempore dictæ dilationis, verú respondi non esse id licitum viro, sic benè Sesse decis. 86. num. 2. qui allegat glos. in auctético de nup. in §. dotes, verbo, percipiant, Alberi. in l. unica §. exactio, C. de rei vxor. actio. Gregor. Lop. in l. 31. tit. 11. par. 4. ver sic. in anno. ad medium, & post Bart. Cápec. de dote, tit. de exact. dot.
9 Non procedunt † suprà adducta de anni dilatione respectu dotis consistętis in pecunia numerata, quando illa conuersa esset in corpora hæreditaria constante matrimonio, sicut sępè fit, & fieri posse quando est vtile mulieri, probatur in l. si constante 26. cum l. sequent. ff. de iur. dot. tunc enim statim restitui posteà soluto matrimonio debet, sicut restituuntur immobilia, provt pulchrè Faber in suo Cod. lib. 5. tit. 8. de rei vxor. ac. defin. 7. qui qualiter id procedat optimè declarat.
10 Perdit maritus † cum reliquis lucris dotalibus, beneficium illud, & commodum dilationis, quando malè se gessit cum vxore infirma, veluti deferendo eam, vel alias necessaria nó adhibendo, provt benè probat Frá-
† Viui. decis. 197. num. 14. vbi optima *decisio* de hoc facta in suo Senatu. aduersus maritú, & Steph. Gratian. discep. foren. 405. per tot. Applicare eis poteris quę docet noster Molin. de ritu nup. & pac. in matrimo. conuę. lib. 3. quæst. 42. ex num. 18. sicut & infrà diximus perdere maritum beneficium ne egeat quando ingratus fuit vxori.
11 Notanda sunt † hęc multùm contra plures, qui malè se habent in infirmitatibus erga miseras vxores, ex quibus tot beneficia in sanitate receperunt, digni enim sunt qui hac & alijs pœnis iustè plectantur, si ex aduerso contra eos hęc probantur, quæ probanda ne cessarió venient per allegantem, alias non præsumuntur, Polidor. Ripa singula. ob feruatio. 145. num. 5. Aliqua alia dixi de hac cadę re suprà vbi de alenda vxore ægra tractaui.
12 An autem † illud etiam perdat quando, provt communiter fit apud omnes, capitulatur in capitulis, & instrumentis nuptialibus quòd dos restituatur eo modo, tempore, & forma, quibus soluta fuit, quæritum non semel vidi. Qua in re reperio quòd Nicolaus Boer. in consl. 50. ex num. 18. affirmatiuam opinionem tenet, quòd perdat maritus priui legium per istud pactum, & per illam conuentionem, quãdo dos soluta, & paccata, vt ipse dicit, fuit integraliter in ipso contractu, &

ante

ante diem ſolemnitatis nuptiarum, allegat pro illa opinione textum, quem dicit eſſe ſingularem, in l. Atillicinus, ff. de pactis dotalibus, & in l. aliud eo. tit. Quæ leges † ſecus dicunt eſſe, quãdo dos non eſſet ſoluta niſi poſt quinquennium, vel aliud tempus vltrà annũ. Tunc enim non teneretur mulier expectare eundem terminum ad dotem recuperãdam, nec id operaretur pactum, nec ad id valeret vt ibi dicitur. Ratio eſt † quia mulier benè quidem poteſt facere dotis ſuę conditionem meliorem, non tamen deteriorem, provt & in hoc, & in primo tomo pluriès diximus, & in his noſtris terminis ſunt videndi Surd. in conſ. 112. ex num. 30. Ambroſ. deciſ. 6. num. 4. 26. 27. poſt Affli. & ibi Vrſil. deciſ. 154.

13 14

15 Sed cum † iſta pacta fiant ſemper cum iurumento, quod ſine interitu ſalutis æternæ poteſt ſine dubio ſeruari, ſequitur quod valeant, & obſeruanda ſint, cap. licèt mulieres cum ſimil. de iur. iur. in 6. & ideò ſicut quando ſtatim ſoluitur marito dos, non habet ipſa in reſtitutione annum vigore huius pacti, ſic ſi non ſoluitur ſtatim, nec intra annum, ſed multò poſt, gaudere debet maritus alia ſimili, & æquali dilatione.

16 Et in hanc † opinionem debet faciliter inclinari Iudex cum per eam reducatur negocium ad æqualitatem, durum enim videretur quòd mulier gauderet beneficio pacti, maritus vero non, adeò vt admiratus magnus ille iuris coriphæ Bar. in cit. l. Attillicinius, de hac in æqualitate dicat. *Nota l. quia ſi non eſſet iſta lex, neſcio quid dicerem. Contra hanc legem* (dicit deindè) *oppono, & videtur quod propter incertum euentum valet pactum, nec poſſet mulier conqueri quia ex eo poteſt fieri deterior, & melior eius conditio, l. 1. ff. de tranſact. l. fideicommiſ. C. de tranſac. cogitabis pro hac ſolutione.* Hęc Bar. per quæ vides quàm dura viſa fuerit ei huius l. diſpoſitio, & ideò quoties ab ea recedere poſſis, facere debes

17 libenter. Iam iſte † caſus ſucceſſit quandoque in Senatu diſputandus olim, de anno ſcilicet 1489. Inter Comitem, & Comitiſſam Cardonæ, referente Ioanne Maij, in qua cauſa, *declaratione* facta 30. Octob. fuit expreſsè dictum, *quòd vxor ſtante pacto iurato in capitulis matrimonialibus de dote non reſtituenda, niſi per eaſdem ſolutiones, per quas fuit recepta, debet illud de neceſſitate iuris ſeruare, non obſtante* (inquit) *l. Attillicinus, & l. cum diè l. ſequenti de pactis dotalibus, & notatis in l. ſi ſocer, §. Lutius, ſoluto matrimonio, attento pacto iurato.* Ad hæc non video quòd multũ attendant noſtri in his dotium reſtitutionibus licèt multùm prodeſſe quandoq; poſſint. Verùm ſi poſtea † maritus in teſtamẽto

† 18 legat vxori dotes, tunc ceſſat pactum, & ſimpliciter, nullo tempore expactato, nec vlla dilatione, poteſt vxor in vim legati dotẽ petere, provt pulchrè probat Surd. in conſ. 113. num. 30. vbi dicit quòd maritus legans vxori dotes cenſetur remittere pactum factum in earum conſtitutione, de quo iam aliqua diximus ſuprà num. 7.

19 Suprà dicta † reſpiciunt dotes, quę conſiſtunt, vel in pecunia numerata, vel in bonis mobilibus, in quibus anni dilationem ius indulget ad reſtitutionem. Videamus de dotibus, quæ conſiſtunt in immobilibus, in quibus nec dies vnus datur ad reſtituendũ. Circa eas frequentiùs vidi à nobis ſciſcitatum num mortuo marito mulier, vel mortua muliere eius hæredes, poſſint propria auctoritate apprehendere poſſeſſionem bonorum ſtatim quòd ſoluitur, & finitur matrimoniũ, ſub prætextu quòd non poteſt maritus, nec ſi ille priùs moritur, illius hæredes, euitare promptam reſtitutionem. Hanc quæſtionem ſemper reſolui negatiuè, quòd non ſit locus vſui proprię auctoritatis, ſed eſſe poſſeſſionem, vel à marito ſi viuit, vel ab hæredibus tradendam, ex duabus pulchris definitio. Anton. Fab. de hoc particulariter factis, in ſuo Cod. lib. 5. tit. 13. ſolu. matri. defin. 4. & 10. vbi reſpondet argumento, quod faciliter ſit, & occurrit in contrarium, de circuitu vitando, ibi videas, & ſatiaberis, idem docet don Garcias Meſtril. deciſ. 193. num. 21. lib. 2. ad quod allegat tex. quem dicit eſſe notabilem, in l. dotis, C. ſolu. matri. per quem dicit probari non licere mulieri ingredi poſſeſſionẽ ſine auctoritate Iudicis, hęredibus mariti non conſentientibus, licètaliàs dicatur reni dotalem per mortem mariti ſoluto matrimonio reuerti ipſo iure ad vxorem, ex l. in rebus, in prin. C. de iur. dot. Quibus accommodabis quæ in ſuperioribus aliàs docuimus in materia, quis ſit dominus dotis, vir ne, an vxor, claus. 6. gloſ. 1. par. 3. quòd maritus eſt verus, & legitimus poſſeſſor dotis, quo ſuppoſito nullo iure poteſt poſſeſſione hac ſpoliari, aut priuari ſine iuris cognitione: poteſt enim habere vir iura, quæ ei tribuent retentionem, & cauſas allegare, ob quas non tenebitur reſtituere, provt ſunt quæ infra allegabuntur. Succeſsit iſte caſus diſputandus in Senatu de anno 1607. inter Ludouicũ de Boix & Annam Ferruſſa, in qua cauſa 11. Ianu. referente nobili, & egregio Senatore don Ludouico de Peguera, fuit *declaratum* in fauorem marici contra ſocrum in interdicto retinendæ, reſpectu earum rerum dotaliũ, quarum aſſeruit ſe retinere adhuc poſſeſſionẽ, non obſtante perturbatione ſocrus, & in interdicto recuperãdę reſpectu earum rerum, quibus ſe ſpoliatum dixit, veluti in quibuſdã

† penſio-

pensionibus certorum censualium dotalium per socrum post mortem filiæ exactis. Quod
20 tamen ego † non concederem vbi non cõstaret de aliqua legitima causa, ob quam maritus deberet dotem retinere, aliàs ex regula dolo facis &c. in fauorem successoris mulieris declararem, ex Hierony. Gab. in pulchro cons. 34. num. 6. lib. 1. vbi ita dicit in terminis terminantibus, & Peregrin. decis. 130. num. 2. in fin. vbi alios allegat, faciunt quæ suprà diximus in materia rõstit. hac nostra, de muliere, quæ se spoliatam dicit ab hæredibus viri, quando ei deponitur dos cũ reliquis luribus suis, hac eadem gln. 3. par. 7.

21 Hęc sufficiunt † pro introductione huius materiæ, perquæ resoluũtur ferè omnia, quę in ea cõtingere in praxi possunt. Veniamus ad exceptiones, quas maritus potest opponere ne dotem restituat, quæ est frequens materia, quæ quotidiè ventillatur in foro. Inter eas principem locum habet exceptio non numeratæ doris, nisi enim constet eam solutam fuisse eo modo quo constare debet, nõ poterit tractari de restitutione, non enim restituitur quod receptum non est. Sed hæc exceptio, & illius tractatio magnam habet latitudinem, an & quando, & intra quę tempora possit opponi, de quib' omnibus, deque, è cõtrario, modo probandi solutionem, quia omnia, quæ necessaria erant, lata manu tractaui in hoc eo. tom. infrà vbi de appocha dotis egi, ideò hic omito, ibi habebis quęcunq; in materia desiderare pores.

22 Solèm aduerto † practicari multùm quòd soceri fraudẽr in dies miseros generos, promittentes tris maiores dotes, quàm se soluere posse certò sciant, ex quo videmus quotidie pessimos in nuptijs exitus. Non reliquerunt istud facinus iura nostra sine debita punitione, ex l. enim penul. in fin. ff. de iu. dot. docent scribentes, quòd si socer spe futurę dotis, induxerit generem, & cum sciret se dotem præstare non posse id egerit, dicitur se genero insidiari, propter quod solum puniendus videtur extraordinariè arbitrio
23 iudicis. Prout sic † puniendus est ille qui sciens non esse soluendo facit se diuitem, & plura cõtrahit debita, sic Cabal. resolu. crimin. 136. in fine. Hæc dicunt scribentes, sed non est qui id exequatur, aut deducat in praxim, forsan non modicùm redundaret in publicam vtilitatem si id fieret.

24 Supradicta procedunt † quando maritus confessus est se recepisse dotem, & non obstante ea cõfessione allegat se dotem nò recepisse. Alius tamen est casus quando nulla adest confessio dotis, & allegat maritus se eam non recepisse. In quo dubitatur num sint aliqui casus, in quibus nihilominùs teneatur ad dotis restitutionem. Communis distinctio inter patrem dotantem, & extraneũ notissima est, fundata in l. si extraneus, de iu. dot. de qua ego nihil ad præsens dicam contentus quòd satisfies in omnibus, quę hic desiderare posses, ex his, quę latissimè in materia tractaui in superioribus in prin. clausulæ constitutionis dotalis, clau. 6. glos. 1. par. 2. ex num. 64. vbi egi de actione competenti marito pro exactione dotis, & de negligentia mariti circa dictam exactionem, & ex alijs quę postea adduxi in materia sponsalitij, clau. 7. glos. 1. par. 2. ex n. 43. Vbi quæstionem tractaui, nunquid tota dote non soluta debeatur totum sponsalitiũ. Hic erat necessarium tractare, an in isto casu, quo dos constante matrimonio non sit exacta, marito an vxori ad illam exigendãab obligatis actio competat, id iam latè explicui in principio clausulæ dotalis, clau. 6. glo. 1. par. 1. ex num. 12.

25 Secunda exceptio, † ac illa quidè ex principalioribus etiam, est exceptio beneficij ne egeat, vel ne cõueniatur nisi in quantùm facere potest, de qua in l. maritum, & l. si maritus, & l. alia §. eleganter ff. solut. mat. & l. vni. in §. cum autem C. de rei vxor. actio. latè Mari. Giurb. in consue. Sena. Messanen. cap. 13. glos. 6. par. 1. ex num. 40.

26 De hoc priuilegio † verba faciens noster Molin. de ist. nup. & pac. in matrim. conuen. lib. 3. quæst. 28. nu. 15. dicit illud competere marito in hac prouincia, non solùm de iure communi, sed etiam de iure nostro municipali, in quo matriam considerandi, & ruminandi dedit non modicam: Nam ipse non dicit vbi iure nostro illud priuilegium concedatur, ac proinde habui perquirere, vbi nam reperiretur, & aliqua diligentia facta, solùm inueni quòd Mier. noster in Cur. Barci. Reg. Ferdin. cap. 8. de salar. aduoca. nu. 83. col. 9. fol. 88. ad istud priuilegiũ accõmodat vsat. vidua, sub tit. *disolt lo matrimoni &c.* argumẽto ducto à minori ad maius, quia ibi statuitur viduam honestè, & castè viuẽtem post mortem mariti in suo honore, nutriendo, & educando benè filios suos, debere habere substantiam mariti toto tempore vitæ suę, ergò eodem modo, ac maiori ratione secũdum Mier. debet maritus habere substantiã vxoris si ei superuiuit. Quod tamen argumentum mihi nihil concludit. Tu videbis si aliud reperies, quo dictum Molini probes.

27 Fundatur istud † priuilegium sine dubio in paupertate mariti: clarum est enim quòd diuiti illud non datur. Vndè sequitur non posse dari certã regulam, si in hoc vel in illo casu illud competit, & concedi debet.

28 Ratio est, † quia dependet ab articulo paupertatis,

pertatis, quæ arbitrio Iudicis remittitur, provt latè probat Menoch. de arbit. Iudi. caſu 65. per tot. Eman. Soar. à Ribey. in Theſau. recep. ſenten. verbo pauper nu. 57. Cæſ. Barzi. deciſ. Bonon. 69. num. 51. Quo præſuppoſito, non eſt mirãdum ſi quandoq; reperiamus in noſtro Senatu beneficiũ iſtud conceſſum, quandoq; verò denegatum, eſt in cauſa probatio vel non probatio paupertatis, & deficientiæ viri, vt inferiùs latè videbimus.

29 Iſtud priuilegium † dicitur vulgò priuilegium militare, ſeu priuilegium militum, ac perſonarum de ſtatu, adeò vt vulgò credatur ſimilibus perſonis tãtùm competere; non quòd alij illud non habeant, ſi adſint requiſita, ſed quia frequentiùs in eis practicatur, qui non poſſunt laborando victũ quærere, quàm in alijs, adeò vt viderim quòd Senatus in illa Hieronymi de Gauer, contra manumiſſores teſtamenti, & victimę voluntatis Mariannæ Gauer, & Xammar, cuius memini in ſuperioribus in materia auctoritatis, in ſententia lata referẽte egregio Senatore Primatio Ioanne Gallego 14. Iulij 1608. confirmata in alia aula referente egregio itidem Senatore Franciſco Ferruz, priuilegiũ iſtud, priuilegiũ militibus, & ſeu militaribus perſonis concedi ſolitum *appellauerit*, ex ea ratione, quã ſuprà diximus, quia ordinariè in eis practicatur magis quã
30 in alijs. In Regno Valentiæ † propriè dici debet priuilegium militare, quia non competit omnibus maritis, ſed ſolùm militibus, & eorum priuilegio gaudentibus, vt dicit egregius conciliar. in ſupremo Regni Aragon. concil. Don Franciſ. Hierony. Leo deciſ. 31. num. 12.

31 Circa quod vidi † expreſsè diſputatum, & diſceptatum, per quod iſta materia optimè declaratur, quomodò ſit intelligendum illud, quod cõmuniter dicimus, debere remanere perſonæ, quę beneficiũ petit, vndè ſe decenter, & honeſtè alat, vt ei denegetur
32 priuilegium. Qua in re † quia frequentiùs, imò cõmuniter hęc materia incidit tractãda inter perſonas militares, aduertendum eſt, quòd inter iſtas perſonas, alię ſunt quæ ſolẽt ſplendidè, & opulenter, quia diuites ſunt, viuere; aliæ verò, quę licèt ſint eiuſdem ſtatus, & qualitatis, quia pauperes ſunt, ſolẽt in paupertate viuere, parcè ſe alere, ac cum modica demonſtratione, ac pompa.

33 Quando quærimus † an militi competat beneficium, non inſpicimus ſi habeat vndè ſe alat, quomodò ſolent ſe alere, & tractare reliqui homines ſui ſtatus diuites, ſed imò eo modo quo pauperes, ad eum ſcilicet modum, quo homines eiuſdem qualitatis paupertate oppreſſi ſolẽt degere, verbi gratia, ſi homines diuites eiuſdem conditionis, & dignitatis ſolent equites incedere, & tamen eiuſdem conditionis homines paupertate oppreſſi pedites incedunt, ſufficit quòd maritus habeat vndè pedes incedendo viuat, quamuis non habeat vndè equum alat. Ita Paulus de Caſtro in l. ſi maritus in id num. 22. ff. ſolut. matrimo. Iaſon in l. cũ hi, §. vult igitur num. 1. ff. de tranſac. Lara in l. ſi quis à liberis §. nó tãtũ n. 17. ff. de liber. agnoſcen. Barboſ. qui hæc alia in proposito latè tradit in l. maritum 13. num. 7. ff. ſoluto matrimonio, addens vniuerſalem, & generalem regulam, quod ad amittendum beneficium d. l. maritũ, ſufficit quòd maritus habeat id, quo indiget attenta qualitate perſonarum ſimilium paupertate oppreſſarum, vt colligitur ex mente l. inter eos 19. §. fi. de re iudicata, quod & voluit Ioan. Gutier. de iura. cõ-
34 fir. par. 3. cap. 15. nu. 8. Vbi dicit † quòd debet deduci ne egeat, intelligi non attenta prima dignitate eius, qui nunc deuenit ad paupertatem. De hoc eodem art. quæ relinquenda viro ſint ne egeat, tractat nouiſsimè Mari. Giurba in conſuetud. Sena. Maſſanen. cap. 13. glo. 6. par. 1. num. 51. & 52. ſed non ita declarat.

35 Hunc caſum † diſputauimus multis in ſuprà relata cauſa Hieronymi de Gauer in 1.
†† & 2. inſtantia, & in vtraque *obtinuimus* cõtrà maritum, licèt ipſe alleganet ſibi non remanere vndè viueret ad eum modum, quo viuere ſolebãt perſonę militares, & ſtatus fuit Diximus enim quòd probationes per eum factę probabant ſe non habere vndè viueret ad eum modum, quo perſonę fui ſtatus diuites ſe alere ſolebant, ſed non probabat non habere vnde ſe aleret ad eum modum, quo pauperes eiuſdem conditionis viuere ſolebant, imò per manumiſſores erat contrariũ bene probatũ, quòd ſcilicet habebat quoddam officium in domo Generalis Cathaloniæ, ex quo cum alijs rebus, quas habebat, poterat viuere potteriori modo: propter hoc fuit repulſa bis eius prætenſio. Actua. erat Michael Perez. Ad id etiam attẽdiſſe Senatum arbitror in declaratione cauſę huius beneficij ne egeat, intentatæ per nobilẽ quondàm Gaſparem de Vilanoua, & Perues, Locomten. in officio Magiſtri Rationalis, contra ſucceſſores vxoris ſuæ dotem repetẽtes, quę facta fuit Relatore egregio Senatore Hieronymo Aſtor 16. Mar. 1605. dom be-
36 neficium ei *denegauit*, ſub prętextu quòd habebat officium iam dictum cum alijs rebus, *ex quibus* (inquit Senatus) *poterat commodè, & decẽter viuere &c.* Actua. Hieron. Boſch. Clarum erat quòd emolumenta officij non ſuffi-

sufficiebant ad viuendum ita lautè, & opulenter sicut personę diuites suæ conditionis.

36 In quib⁹ † duabus declarationibus fuit & alius pulcher articulus decisus, quòd nempè non obstabat, officia, quę prædicti milites obtinebant, subiecta esse reuocationi. Illud quidē quod Hieronym. de Gauer. habebat in domo Generalitatis Cathalonię, erat subiectū visitę, quæ fit de triennio in triennū, in qua illud sibi auferri poterat, etiā sine sua aliqua culpa, ex aliqua omissione, aut aliàs. Et illud deniq; q⁹ nobilis Gaspar de Vilanoua regebat in officio magistri Rationalis, subijciebatur beneplacito, & liberæ, ac meræ voluntati Regis si quādo placeret sibi beneplacitum reuocare, quæ allegabantur multùm contingibilia, quia expertæ in multis fuerunt istæ reuocationes, & priuationes, & signanter post mortem dicti Don Gasparis, vidimus priuationem, & reuocationem regij beneplaciti in suo immediato successore. Quia in hac materia præsens statos tātùm inspicitur, non qui aliàs contingere potest ex aliquo accidēdi, vt pulchrè Rot. Bonon. apud Cæsar. Barzi. decil. 129. ex nu. 30.

37 Ad idem finaliter † attendisse Senatum è contra, arbitror dum egregio Comiti de Quirra Don Ioachimo Carroz de Centelles contra filiam, & generum suum repetentes dotem matris, & socrus respectiuè, sentētia lata referente egregio olim Senatore postea Regente Canc. Hieronymo Torner sub die † 18. Maij 1600. *concessū* beneficium, sub prætextu, *quòd ferè nihil possidebat, cū fructus suorum Statuum magna ex parte essent sub Regio sequestro, & qui ei relicti erant, erant modicæ vtilitatis, adeò* (inquit Senatus) *vt non sufficiant ad se alendum iuxta suam qualitatē &c.* Hanc qualitarem ego intelligo secundū quòd homines pauperes eius qualitatis viuere solent, vt iuri conformis declaratio sit. Idem etiam beneficium fuerat anteà 7. Iulij † 1574. *concessum* Clementi Scarrer militi aduersus restitutionem dotis petitam per Ioannem de Rajadell, referēte egregio tunc Senatore postea in supremo Regēte don Ioan. Sabater, vbi fuit consideratum, *quòd erat miles, siue domicellus, vt nos dicimus, & pauper, & ita pauper* (dicit Regia sententia) *quòd si compelleretur ad dotem restituendam non haberet vndè se aleret, &c.* Ex quibus apparet beneficium concessum fuisse, quia nec vt homines diuites, nec vt pauperes sue conditionis poterant prædicti viuere, & se alere. Per hæc resolues faciliter omnes quęstiones in hac materia incidentes: Considerabis enim si is, qui allegat priuilegium, habet vndè se alat ad eum modum, quo solēt homines suæ conditionis pauperes: vel non, & aliud non curabis inuestigare.

38 Quia tamen † diximus vulgò dici priuilegium militum beneficium illud, noo existimes propterea voluisse nos ab eo excludere personas aliorū statuum, imò in quibuscūq; alijs potest sine dubio illud locum habere, si ita sunt pauperes, vt noo possint se se decēter alere, quia lex non facit distinctionem, & exceptionem personarum, Imó indistinctē 39 loquitur, & propterea † ratio generalis huius beneficij concedendi, quę fundatur in reuerentia, quæ debetur maritis iuxta l. alia §. elegāter ff. sol. mat. quā agnoscunt omnes, hanc etiam distinctionem, & differentiam non patitur. Et ideò nonsolùm soleat personas militares videmus tractari de his, sed inter alias etiam personas. Et signāter † 11. 40 Feb. 1549. inter Galcerandum Miquel, & † Petrum Ferrer referente Marti, repetio *concessum* beneficium mercatori, quia constabat *ipsum egentem, & pauperem esse, & non habere* (inquit) *vndè alimēta sibi procuraret absq; detrimento sui honoris, seu status mercantilis &c.* in quo etiam fuit eōsideratum *illum fuisse in tanta paupertate, & miseria, vt ob necessitatē victus sui coactus esset viuere sub laribus alienis in maximū dedecus suum &c.* Idem etiam benficium reperiò anteà 26. Maij 1522. inter Elisabethem Marca, & Matthęum Ferrer referente N. Pasqual, † † fuisse in bonis liberis vxoris *concessum* dicto Ferrer simplici Ciui Barcinonæ. Atque ita noster Mier. de hoc eod. prioilegio loquens in Cor. Barcino. Reg. Ferdin. c. 8. de salar. aduoca. n. 80. fol. 88. dicit clarè illud competere omnibus viris cuiuscunque conditionis fuerint.

41 Verum est, quòd † inter istas personas militares, & nobilis conditionis, & status, magis hæc practicātur, quia cū ipsi magis quàm alij teneantur suum statum, & decorem cōseruare, nec possiot ita facilitet ex alijs arbitrijs victum sibi quęrere, sicut alij infimæ conditionis viri, fit quòd faciliùs eis beneficium 42 eōceditur quàm alijs. Imò alijs, † qui possunt ex artificio, & officio vioere, regulariter denegatur beneficium, de quo puncto aliud non ago, quia totus de eo est Barbos. in l. maritū 13. ex o. 9. cum sequent. ff. solut. mat. vbi optimis rationibus id probat post glos. fin. in prin. quæ priùs id docuit in l. si maritus io id 44. ff. eo. tit. solut. mat. & Costa remed. subsidiar. 28. num. 7. qui vlteriùs adducit Viui. decis. 527. n. 18. lib. 4. Mascar. conclu. 1154. num. 36. & noster Mier. in Cur. Bar. Reg. Ferdin. c. 8. de salar. aduoca. nu. 78. colla. 9. fol. 88. vbi dicit quòd hęc exceptio, quod quis non teneatur nisi in quantum facere potest, non habet

bet locũ in marito, qui victũ ex labore quæ-
† rere poſſit, apud quos videas, provt *denega-*
43 *tum* † expreſsè vidi Notario, ſententia lata
12. Iulij 1546. inter Bernar. Bager, & Nuriũ
Ioan. Fogaſſot referẽte Zauilla, eo prætex-
tu *quòd in ſua arte laborare poterat.* Et 4.
Maij 1580. inter Eliſabetham Modolell, &
Baudilũ Pinos, referente Ceſcaſes, fuit etiã
† *denegatum* beneficium cuidam guanterio, &
mercerio, ſub prætextu generali, quia habe-
bat artẽ ex qua laborando poterat ſibi quæ-
rere victũ, quod quando contingit fuit dictũ
generaliter non dari beneficium.

44 Id limitat † Barboſ. in loco cita. ſi tam
tunc non ſolebat maritus proprijs manibus
operari, & de artificio viuere, tunc enim,
quoniã dedecus eſſet ei ad operas illas ma-
nuales redire, nõ poteſt ei improperari quòd
de illis viuat, noſter Mier. in cita c. 8. Cur.
Barcin. Reg. Ferdin. col. 9. num. 78.

45 In Iuriſperito, † & aduocato vidi dubi-
tatum, ſi poterat iſtud beneficium, ne egear,
in reſtitutione dotis opponere. Non dico
in Iuriſperito, Doctore, & Aduocato, vt tali,
qui eſt artículus, qui latè dilcutitur p Lader.
Immolen. in tot. conſ. 30. ſed in Iuriſperito
46 marito. Opinio negans † auctorem habet
in terminis Hippoly. Riminal. in cõſ. 188.
ex num. 22. vſque ad finem lib. 2. tum ex ra-
tione ſuperiùs adducta, quia habet Iuriſpe-
47 ritus artem, ex qua viuat, tum etiã † (& hæc
eſt propria ratio huius Doctoris, quam ſcri-
ptam reliquit n. 29. & deindè) quia Iuriscõ-
ſultus nõ poteſt pauperem ſe dicere, & alle-
gare, ex quo ſola ſcientia legalis, quam pro-
fitetur, theſaurus appellatur in procemio ff.
in ver. Theſauros, & per eam homines di-
tiſsimi fiunt, vt ibidẽ in verſ. Ditiſsimi effi-
ciantur, cui (addit) deſeruit tex. in §. fin. in
48 auctẽ. de hæred. & falcid. dicens quòd † lex
nõ permitit quem in paupertate viuere, nec
in anxietate mori, vndè vulgò ſolẽt illa duo
carmina circumferri

Dat Galenus opes, dat ſanctio Iuſtiniani,
Ex alijs paleas, ex iſtis collige grana.

49 Hinc Cererem † legum, & frumenti inuen-
tricem ferũt, ad denotandum quòd potiſsi-
mè per ſcientiam legalem fiunt homines di-
tiores. Ex quibus prætendebat is Doctor in
caſu in quo ſcribebat, nõ fore ceum Docto-
rem beneficiũ ne egeat allegantem audiẽdũ.
Addendus eſt Craue. in conſ. 199. poſt n. 11.
50 Vbi poſt alios † relatos per Viui. deciſ. 523.
n. 18. lib. 4. ad excludendũ filiũ ab alimentis
præſtandis per patrem, & ad excuſandũ pa-
trem ab eis, conſiderauit quòd ille eſſet Do-
ctor, in quo (inquit) adeſt certus, atq; tutius
capitale nunquam deficiens apud etuditos.

51 Addendus † denique Bal. per illum tex.
in procem. digeſtorum in 1. conſti. §. itaque
n. 9. quem refert Hierony. Gonzal. de men-
ſib. & alterna. gloſ. 4. num. 22. quatenùs dicit
Doctores legum eſſe in omni loco, & tẽpore
fœlices. Quod maximè procedit in Doctо-
ribus peritis, qui præſumũtur viuere ex quæ-
ſtu, Socin. in l. miles nu. 5. de re iudi. Lader.
Imol. in conſ. 30. num. 3.

52 Sed diuerſa † opinio affirmatiua eſt ſinè
dubio verior, quòd etiã Iuriſperitus, & Ad-
uocatus poteſt allegare priuilegium, & bene
ficiũ iſtud, ſi in eo requiſita cõcurrant, provt
concurrere poſſunt, & concutrunt non rarò,
nec ſcientia legalis, quam profitetur, eum
excludit ſimpliciter, & generaliter.

53 Pone eſſe † Iurisconſultum, & aduocatũ,
cui licèt digno, vt in multis videmus, fata nõ
conceſſerunt, quòd (vt quidam ad quendam
ludendo dicebat) aduocationis, & conſulto-
ris officio ſuſcepto, longa ſit clientũ obſtre-
pentium turba ſtipatus, vndique ex prouin-
cijs ad eundem veluti ad Apollinem Pytium
concurrentium, vt coactus fuerit pluries di-
cere parẽtibus ſuis quodammodo malè ſuc-
cenſere, quòd tãtis eum laboribus, & ærum-
nis etudiri curauere: ſed ſic talis, qui paruam
nactus fuerit clientulorum ſuppellectilem,
ex qua vix aliquid conſequatur in annum,
quod ſit conſideratione dignum, provt con-
tingit in hac ciuitate, in qua licèt ſit nume-
roſa Iuriſperitorum, & aduocatorum copia,
talirer tamẽ ſunt diſtributa negocia, vt ferè
omnia, ſaltem quę ſunt maiorũ prouentuũ,
in quinq; aut ſex ad ſummũ reſidere videa-
mus. Vel pone eſſe Iuriſperitũ, qui habitet
non in aliqua populoſa ciuitate, vbi optimi
Iureconſulti cauſarum patroni non tantùm
ſufficientia alimenta ſibi ipſis, familięq; pro
dignitate perſonæ, & loci ſuppeditant, ſed
plurimas etiam opes compatare ſolent, ſed
in paruis ciuitatibus, & locis, in quibus vix
aliquid ad viuendũ Iurisprudentia illa, quã
dicebat Riminal. ditiſsimos homines effice
re, ei prodeſt: Hunc quis non dicet pauperẽ?
quis beneficiũ iſtud pauperũ nõ cõcedet ei?
Habeat quantũ velit in pectore theſaurum
illum legalis ſcientiæ, quem conſiderabat
Riminal. & viuat ex eo. Sanè non poteſt ne-
gari, quin hæc opinio probatis probãdis ſit
verior, & iullior. Vide ad eam Viui. in cita.
deciſ. 523. n. 18. cum ſequent. qui hæc & alia
multa eleganter ad propoſitum conſiderat.
Viden. noſter Mier. in ſæpè cita. cap. 8. de
ſalar. aduoca. ex nu. 78. col. 9. fol. 88. Vbi in-
ter homines de ſtatu, vel honore, quibus par
ticulatiter illud beneficium competit, ſem-
per enumerat aduocatos, ibi, vt sũt milites,
aduocati, & ciues honorati, & n. 80. de eiſdẽ
perſonis agens dicit, vt ſunt milites, ciues
honorati,

honorati, & Doctores, & Licentiati ſtatum honoris tenentes, optima eſt etiam de hoc addirio ad Bar. in ſępè cita. l. maritũ in litte. B. vbi ſine difficultate reſoluitur Aduocaris etiã competere iſtud priuilegium ſi ex aduocatione commodè viuere nò poſſunt, cõtrarium foret ſi poſſent, provt in terminis dicit Caſtren. in l. maritum num. 8. ff. ſolu. mat. Socin. in l. miles nu. 5. ff. de re iudi. & Lader. Imol. in conſ. 30. n. 3. Vide nouiſsimè egregium conciliarium in ſupremo Coronę Aragonum Don Fran. Hierony. Leo deciſ. Vale. 39. n. 9. vbi *deciſſ.* illius Senatus.

54 An autem † huic priuilegio & beneficio poſsit renunciari, tractant ſtatim Doctores, nec rarò incidit hęc diſputatio, quia iam hodie tam ſagaces ſunt homines, vt multi tractent de his renũciationibus, & pactis abdicantibus, & tollentibus iſtud beneficiũ, in capitulis matrimonialibus apponẽdis. Et quidem tex. in l. alia §. eleganter ff. ſolu. mat. renunciari poſſe negat his verbis, *elegãter quærit Pompo. lib. 15. ex Sabino, ſi paciſcatur maritus ne in id quod facere poſsit condemnetur, ſed in ſolidum, an hoc pactũ ſeruandum ſit? & negat ſeruari oportere, Quod quidem & mihi verũ videtur. Namq; cõtra bonos mores id pactũ eſſe, melius eſt dicere, quippe cum cõtra receptã reuerentiam, quæ maritis exhibenda eſt,* 55 *id eſſe appareat.* Quam † opinionẽ magis cõmuniter Doctores tenẽt, etiã ſi pactũ ſit iurisiurãdi religione roboratum, Dida. in cap. quamuis pactũ in 2. par. relec. in ptin. ſub n. 4. verſ. Poſtremo ex hac, de pac. in 6. Anton. Gom. in l. 53. tau. n. 49. Bac. de debitor. inope c. 17. n. 37. Barboſ. in l. maritũ n. 28. ff. ſolu. mat. Capel. Tholoſa. deciſ. 259. Vbi 56 dicit † neceſſariã tamen eſſe abſolutionem iuramẽti, Ameſ. in trac. de poteſ. in ſe ipſum c. 24. n. 1. & 2. lib. 2. Meltril. deciſ. 93. n. 3. & nouiſſimè Philip. Paſcal. in tracta. de virib. † par. poteſ. par. 2. c. 9. nu. 26. Ita *deciſum* in Senatu Neapolita. aſſerit Franchis deciſ. 164. vbi latè materiã tractat ex n. 13.

57 Ratio fundatur † in reuerentia illa maritali, quam confidetauit I. C. in citato §. elegantet, & in alijs eleganter perpẽſis per Barboſ. loco proximè citan. Mari. Giur. deciſ. 58 Sicil. 42. n. 9. vbi infiniti. Ibi generaliter † tractans materiã renũtiationis huius beneficij, nedum reſpectu mariti, ſed etiã cuiuscunq; alterius perſonæ, diſtinguit, quòd aut beneficium ne egeat cõpetit perſonę propter debitam reuerentiam, vt de marito & vxore, de ſoceto, & genero, & ſimilibus, & iſto caſu (inquit) renuntiari non poteſt. Aut competit ex alia ratione, vt contractus, vel ſocietatis, & tunc ſecus eſt, vbi latè vide, idem repetit in nouiſsimis cõmen. ad conſue. Senat. Meſſanen. cap. 13. glo. 6. par. 1. n. 40. & 41.

59 Sed contrarium & † forte verius, vt dicit Gurier. de iura. cõſir. par. 1. c. 16. n. 49. tenet Mencha. de ſucceſ. crea. §. 28. n. 18. latè hãc eandem opinionem tenet, probat, & defendit Lader. Imol. in caſu quo adeſt in pacto iuramenti, Imolen. (inquam) in conſ. 30. n. 10. vbi eſt viden. optima deciſ. Rot. Rom. 485. in recollec. per Farina. in vltimo vol. † vbi pluribus probatur, & *deciſum* refertur 60 poſſe huic beneficio renũtiari. Nec † eſſe neceſſariam expreſſam renuntiationẽ, ſed ſufficere quòd fiat omni legũ, & iuris auxilio generaliter, licèt in hoc (inquit) contradicat Vincen. de Fran. deciſ. 185. Sunt & alij qui renuntiationem valere tenent, quos refert Giurba in cita. glo. 6. par. 1. nu. 40. in fin.

61 Quid dicemus † ad hãc rem? Senatus ſententiam tibi aperiam in primis, mox, quid ego ſentiam, libenter. Cõtigit igitur de hoc diſputari quandoq; in Senatu cũ pactũ factũ eſſet in capitulis matrimonialibus, ante quã per verba de præſenti eſſet contractum matrimonium, & ei ſucceſsit idem quod vidimus de auctẽ. præterea C. vndè vir & vxor. clau. 5. glo. 8. par. 12. circa fin. dum de renunciatione illius beneficij introducti in fauorẽ mulieris pauperis, & inopis ageremus, quod in diuerſas itum ſit ſententias. Nono enim Mar. 1496. reperitur quòd iſte pũctus pacti de nõ allegãdo beneficiũ, ne egeat, facti, & iurati in capitulis matrim. fuit diſputatus in ſecũda inſtãtia inter Gaſparẽ Deſualls militem, & Petrum Ioannẽ Valls, Relatore † Iorda, vbi per maiorẽ partem fuit *reuocata* ſententia primitiua, quæ lata fuerat pro validitate pacti, dicẽdo *quòd non valebant nec pactũ, nec renuntiatio, etiam cum iuramento, attenta reuerẽtia maritali, minore tamen parte egregiorum Senatorum contrarium concludente pro validitate pacti, & renuntiationis.* Rationes, quibus mota d. minor pars fuit, iam dixi in materia renunciationis auctẽ. præterea, vbi huius deciſionis etiã memini, *quia pactum factum fuerat antequam matrimonium contraheretur, & ſic antequam ius aliquod marito quæſitum eſſet*, non eſt quòd re- 62 petam. Additur & alia † ratio fundata in iuramento, quod in his pactionibus, & conuentionibus apponitur, dicendo: *quòd illud ex quo Deo eſt præſtitum, licet eſſet contra bonos mores ciuiles, quia non eſt contra bonos mores naturales, nec vergit in detrimentum ſalutis æternæ, nec in alterius redũdat præiuditiũ, eſt ſeruandũ, cum lex* (inquit) *ciuilis, imò etiã canonica licèt poſsit impedire obligationem faciendã partis, non tamen poteſt impedire obligationem faciendã Deo, ideò dictum pactum iuramento vallatũ eſt ſeruandũ*, in cuius ra-

tionis

tionis confirmationē videre poteris Rotam Rom. in cita.decis.485. quæ eam latissimè
63 probat. Et cum idem † casus etiam successisset disputandus in Senatu de anno 1574. inter Ioānē Rajadell,& Clementē Scarrer, Relatore Sabater,fuit concessum beneficiū nō obstante renunciatione, eo motiuo, *quia* inquit *in viam iuris maritus non potest renūtiare dicto beneficio.*

64 Meam in his † opinionem iam habes declaratam in quęstione aucten. prętereà, circa illius renunciationem, vbi tenui tum ex iuramento, quod solet in ea apponi, tum ex aliis confideritionibus, quæ militant & in isto casu,renunciationem esse validam, ibi videas,non est quòd repetam, ego nescirem non concludere pro pacto isto,& illius validitate quando, provt hic, fit ante contractū matrimonium, ex rationibus ibi adductis, nec contra iuramentum auderem declarare.

65 Maximè † in Cathalonia vbi ex l.municipali obstringimur sequi ius canonicum priùs quàm ciuile, quę erat confideratio Lader. Imol.in conf.30.nu.10. Tu cogita quia multùm ex alia parte premit tot Doctorum, & tanti Senatus in contrarium declarata sententia:nolo enim quòd mihi credas plusquā

66 sit iustum. Vide vltrà † supradictos,pro validitate & sustentatione istius pacti,& renūciationis,Surd.in tracta.de alimen. tit. 1.q. 78.nu.48.qui considerat quòd istud pactum, & renunciatio confertantur in tempus soluti matrimonij in casu quo agitur de restitutione,quo tempore iam cessat reuerētia, in quā fundatur diuersa opinio. Et pro iuramento in his pactis appositō ad eorum sustentationem; vide eundem Surd.ibidem num.26.

67 Is,cui conceditur † istud priuilegium, tenetur sine dubio cauere,quòd soluet seu restituet integram dotem,si ad pinguiorē deuenerit fortunam, vt dicit expressis verbis tex. in sæpè cita.l.vni.§.cum autem C.de rei vxor.ac.ibi, *in tantùm quidem maritus condemnatur in quantùm facere potest; quia hoc æquissimum est,& reuerentiæ debitum maritali, si non dolo malo versatus est; cautionē videlicet ab eo exponendā,quòd si ad meliorem fortunam peruenerit etiam quod minus persoluit; hoc restituere procuret*, cum quo tex. cōcordat ad litteram l.Castel.vltim.sub tit. 11. *de las dotes &c.*parti.4.ibi, *Pero si acaeciesse que el marido no podiesse luego entregar toda la dote a los plazos que dize en la ley ante desta, deue el Iuez de aquel lugar catar que le faga que pague aquello que pudiere,demanera quel finque alguna cosa de que biba; toda via tomando tal recaudo del que la pague quanto mas ayna pudiere.* Pater Molin.socie. Iesu de iustit.& iur.trac.2. qui intitulatur cōmuniter de cōtract.disputa. 442. n.6.nostet olim egreg.Senator Anton.Oliba in §.item si de dote num.4.Instit.de actio. in 1.relec.

† Ita *visum* fuit fieri debere Senatui in illa egregij Comitis de Quirra, de qua suprà, vbi post concessum beneficium, ita dixit, *præfata tamen cautione per dictum Comitem de restituendis prædictis bonis dictis coniugibus in casu superuenientiæ dictorum bonorum, & alio quocunque in quo dictum cesset beneficium.*In alijs declarationibus de hoc beneficio factis non reperi ita clarè prouisum.

68 Sed difficultas est, † qualis debeat esse ista cautio,an de necessitate fideiussoria, an sufficiat iuratoria, glos. in d. §. cum autem verbo,cautione, videtur exigere fideiussoriam,quam sequitur Greg.Lop.in cita.l.vlt. verb.recaudo. Sed iuratoriam sufficere ego
69 existimo, tum quia † vbi cautionis verbum à lege simpliciter profertur,provt hic,intelligitur sine fideiussore,vel pignore,provt vltrà allegata in alijs locis, dicit Viui.decis. 137.in prin.tum etiā,quia cum pauperi impossibile ferè sit reperire fideiussores,vt palàm est,nihil esset hoc priuilegiū si ad illud consequendum teneretur cauere cum fideiussoribus. Ad quod videnda sunt quæ latè probaui in 1.rom.clau.4.gl.18.p.4.ex n.74.

70 Circa quæ † nunc obiter nota, quòd quæstio,quam ibi pluribus disputauì,num sola cautio iuratoria sufficiat ad exequendum Regiam sententiam pendente causa supplicationis, *delarata* fuit negatiuè inter Michaelem Ioannem Amat Regium Scribam mandati,& Elisabetham Spinosa, Relatore egregio Senatore Ioseph.Ferrer 24. Ianua.
71 1613.Et finaliter † cautio iuratoria erit me ritò admittenda,quia clerico in materia c. Odoard', extra de solu.qui simile habet pri uilegium,ne conueniatur nisi in quantum facere potest,sine dubio admittitur etiā,vt docent Dida.lib.2.varia.c.1.n.9.vers. Quoties verò.Ioan.Gutier.de iura.cōfir.par.1. c.17. nu. 31. Paz in prax.3.par.tom.2.c.vni.n.4. & Aloys.Ric.in prax.rer. fori eccles. super
72 d.cap.Odoardus decis.282.Qui † casus lōgè difficilior est hoc nostro, cum tex. in d. cap. Odoardus non loquatur simpliciter de cautione,sicut noster tex.l.vni.in §. cum autem C.de rei vxor.ac.sed cum additamento idonea,ibi, *recepta priùs ab eo idonea cautione*, inter quæ quanta ad propositum sit differētia,sciunt periti.Et in terminis sufficere in hoc casu iuratoriam cautionem,tenet Anton.Gom.in l.50.Tau.n.49.in fin.& probat benè egregius olim Senator noster Anton. Oliba in §. fuerat n.35. Instit. de actio.in 2. relec.vbi allegat quædam loca ad id insignia nostri itidē Mier.vidēda, & noster Despujol

in additio. ad Mier. in conſtitu. hac noſtra
73 num.69. Cuius relatione † deceptus egre-
gius Conciliarius in ſupremo Coronæ Ara-
gonum Concilio Don Fran. Hierony. Leo
in nouiſsimis deciſio. Valenti. deciſ. 39. nu.
† 15. refert ita *deciſum* in noſtro Senatu in illa
Hieronymi de Gauer, de qua ſuprà, in qua
ego fum benè conſcius, quia eram Aduoca-
tus in dicta cauſa cõtra dictum Gauer, quòd
non fuit de hoc tractatum, nec tractari po-
tuit, cum ſemper in binis ſententijs ſubcu-
buerit dictus Gauer in pretenſione, quam te
nebat circa beneficium ne egear, vt retulimus ſuprà, ſolùm ante ſententiam fuit tra-
ctatum ſi debebat cautionẽ præſtare in om-
ni caſu quo contra eum declararetur, ne po-
ſteà per occultationem bonorum, aut illorũ
dilapidarionem, aut aliàs, fieret elnſoria ſen
† tentia, & fuit *dictũ* quòd nõ tenebatur, quia
pendẽte lite nullus erat moleſtandus in ſua
poſſeſsione.

74 Qualiter autem † & quomodò iſta iura-
toria cautio fiat, & præſtetur, & quę ad eam
requirãtur, vt ritè facta dicatur, doçẽt Guid.
Pap. deciſ. 189. Azin. in prax. §. 31. cap. 2. nu.
9. amplia. 9. fol. mihi 549. & quos latè ad-
ducit Soromaior de vſufruct. cap. 18. nu. 17.

75 An maritus † per tranſitum ad ſecunda
vota amittat iſtud priuilegium, & beneficiũ,
ne egear, quæſitum vidi. Reſponde, quòd nõ,
ſi nihilominùs pauper remanet, quia licèt
vxor aliqua aliquando amittat ob tranſitum
ad ſecunda vota, non ſic eſt in marito, prout
abũdè probauimus ſuprà in materia auctẽ.
præterea C. vndè vir & vxor.

76 Vbi autem † nuberet recepta magna do-
te, taliter quòd per eam liberaretur ab illa
magna inopia, & paupertate, in qua erat ante-
quã nuberet, tunc ceſſaret ſine dubio pri-
† uilegiũ, prout expreſsim Senatus *declarauit*
13. Septẽb. 1521. referente Hierony. Dal-
mau inter Eliſabethã Pou, & Ludoui. Fran-
ciſ. Riquer militẽ, cuius etiam declarationis
meminit noſter Ferrer in 3. par. obſeruan.
c. 62. vbi fuit dictũ *dicto Riquer non cõpetere beneficium ne ageat, ex quo cõuolauerat ad ſe-
cunda vota, & multò maiorem dotem in ſecun
dis nuptijs receperat, quàm in primis*, additũ
fuit, *quòd attenta quantitate, & qualitate pa-
trimonij dicti Riquer cõſtabat decenter abſq;
egeſtate ipſum poſſe viuere.* Ecce qualiter ap-
probat Senatus opinionẽ quòd per tranſitũ
ad ſecunda vota ſolũ, non perdit maritus pri
uilegium maritale, ne egeat. Quod idẽ etiã
† poſteà *declarauit* idẽ Senatus noſter 23. De-
cemb. 1549. Relatore egregio olim Senato-
re Petro Clariana de Seua, inter Ioan. Belli-
ſerit auri fabrum oppidi de Monblanc, &
Micha. Fiualler militẽ Ciuẽ Barcin. Actua.
Romira, & pro eo Aguſti.

77 Et quãuis Mier. † noſter in Cur. Barcin.
Reg. Marti. c. 9. de quæſti. & deman. ſubla.
n. 10. & 11. col. 8 fol. 72. & in Cur. Barcin.
Reg. Ferdin. c. 9. de ſalar. aduoca. n. 83. fol.
88. in 2. par. diuersã teneat opinionẽ, quòd
imò maritus perdat huiusmodi priuilegium
ob tranſitum ad ſecunda vota, quia (inquit)
ſecũdò nubẽs videtur facere iniuriã coniugi
prædeſcedenti ex l. generaliter C. de ſecun.
nup. verùm non propterea videtur recedẽdũ
ab alia opinione, tum ex rationibus ſuprà
conſideratis, tum etiam ex eo, quia maritus
& vxor non debent ad imparia iudicari.

78 Doctores autẽ † cõmuniter tenent in fa-
uorẽ vxoris, quòd nõ perdat beneficiũ quar-
tę auctẽ. præterea C. vnde vir, & vxor, ex
eo quod tranſeat ad ſecunda vota, quia id
nullo iure cautũ eſt, vt dicit Fabia. de Pep.
in d. auctẽ. præterea n. 34. verſ. Primò, quẽ
ſequitur Fran. Manti. in conſ. edito pro illa
cauſa Catherinę de Lucatellis, ſuper qua ex
conſilijs Doctorum, qui in ea ſcripſerunt, eſt
compoſitus liber integer inſcriptus, Deciſio
almę Rotę Bononien. n. 64. & nos plura di-
ximus in prin. huius tom. in materia dictæ
auctẽ. vbi vide.

79 An iſtud priuilegium † competat marito
quando dos conſiſtit in immobilibus, & ſic
quãdo agitur contra eum pro reſtitutione
fundi dotalis, dubitatũ etiã vidi in cauſa, in
qua prærendebat quis contra maritum ei nõ
competere in iſto caſu beneficium, fundabat
ſuam prętentionem in doctrina Bar. in ſępè
cita. l. maritum ante n. 1. & poſteà n. 1. vbi
ait, quòd quando maritus cõuenitur actione
in rem, prout in hoc caſu quando petitur fun
dus dotalis, tunc non habet beneficium, ex l.
Neſennius §. fundum, de re iudi. ſed tunc
demùm quando agitur contra eum actione
perſonali, quod contingit quando dos con-
ſiſtit in pecunia, idem tenet Anton. Gom.
in l. Tau. 50. n. 50. limita. 3.

80 Sed contrarium † eſt verum, quòd imò in
quocunque ex dictis caſibus habeat maritus
beneficiũ iſtud, nec ratio aliqua poteſt aſsig-
nari differentiæ, non enim intereſt remanere
debeat maritus pauper ex venditione, & di-
ſtractione bonorũ ſuorũ pro reſtitnẽda dote
conſiſtente in pecunia numerata, aut ex re-
ſtitutione fundi dotalis quãdo dos conſiſtit
in immobilibus, & in terminis ita videtur te
nere noſter Mier. in Cur. Reg. Ferdin. c. 8. de
ſalar. Aduoca. n. 86. in fin. col. 9. fol. 89. ibi,
*Item nota, quòd maritus non tenetur, niſi in
quantùm facere poteſt, etiam re dotali extãte,
caſus eſt ſingularis in l. filia 2. ff. ſolu. mat.*

81 Illud † quod dicit Bar. citatus in cõtrariũ
alium proculdubio ſenſum habet, qui non

poteſt

poteſt huic caſui applicari, & ideò non dicit ſimpliciter, quãdo maritus conuenitur actione in rem, ſed cum additamẽto, & ſic vt quilibet poſſeſſor, non vt vir, quod declarat eadem l. Neſennius in cõtrariũ allegata iũcta ibi gloſ. verbo, donauit, & clariùs ibidẽ Bar. videdus, vbi caſus erat quòd maritus iam reſtituerat fundũ dotalem, ſed poſteà ad eundẽ aliquo modo ille peruenerat, cùmq; petere tur ab eo non vt viro, ſed vt quolibet alio poſſeſſore, dictũ fuit nõ intrare beneficium.

82 Et quæ dicit † Gom. in contrarium ſimiliter allegatus, aliter etiam intellignntur, & in caſu diuerſo, quando in vita agit mulier contra virum ad dotis repetitionẽ propter illius inopiam, vt declarat noſter Deſpujol in repertor. ad Mier. verbo, marit⁹ fol. 121. de quo puncto nos pluribus ſuprà egimus clau. 7. gloſ. 2. par. 3. n. 68. Et in terminis Surd. in tracta. de alimen. tit. 1. queſt. 78. n. 39. & 40. poſt recenſitas Doctorũ in hoc opiniones, diſtinctiones, & conſiderationes, tandẽ in noſtra reſidet opinione, quòd ſemper habeat maritus beneficiũ ne egeat, ſiue actione reali, ſiue perſonali cõueniatur, cùm vtroque caſu militet ratio miſerationis, & reuerentia. Atque ideò nũquam vidi in Senatu factam ſuper hoc difficultatem, cũ incidit de hoc diſputari, imò in illa egregij Comitis de Quirra, de qua ſuprà, dos cõſiſtebat

† in immobilibus, & *declaratum* fuit ea nõ teneri egregium Comitem reſtituere obſtante priuilegio maritali ne egeat per eũ allegato. Et in illa Galceradi Miquel, & Petri Ferrer mercatoris, de qua etiã in ſuperioribus, dos partim conſiſtebat in cenſualibus, quæ clarũ eſt, quòd connumerãtur inter immobilia, & partim in pecunia numerata, & tñ ob id non

† fuit *denegatũ* beneficiũ. Et deniq; in illa Hieronymi Gauer, de qua etiã ſuprà, oppoſitũ ſimiliter fuerat ꝙ dos cõſiſtebat in immobilibus, & tamẽ nõ fuit de hoc aliqua habita ratio, nec de hoc factũ motiuũ ad excludendũ à beneficio prædicto dictũ de Gauer. Sic ſunt intelligendi DD. qui indiſtinctè loquuntur quòd marit⁹ nõ habeat beneficiũ qñ contra eum agitur ad reſtitutionẽ dotis cõſiſtẽtis in bonis ſtabilibus, quorum vltrà ſuprà citatos, alios reperies nouiſſimè penes Mar. Giur. in conſue. Meſſanen. c. 13. gloſ. 6. par. 1. n. 47.

83 Deindè an in bonis † vinculatis cõpetat iſtud beneficiũ mulieri, veluti quãdo ex vinculo debent bona poſt mortẽ vxoris ad aliũ deuenire, provt ferè ſemper cõtingit, quãdo vxor decedit abſq; liberis, in quo caſu dos, vel pars eius eſt cõmuniter alteri vinculata, vidi etiam quæſitũ. Circa quod ingentẽ pugnã video inter duos grauiſſimos DD. ex noſtris, Antoniũ nẽpẽ Olibã olim egreg. noſtri Sena. Senatorẽ in §. fuerat relec. 2. n. 34. Inſtit. de actio. & Fran. Moli. qui etiam in alio Senatu aliquãdo ſedit, in tract. de rit. nup. & pac. in matri. cõuen. lib. 3. q. 8. nu. 15. primo negãte, ſecũdo verò affirmãte. Ego opinioni

† Olibæ adhereo, pro qua videò etiã eſſe *Senatũ*, qui ita declaruit in quadã cauſa nobilis Ioãnis Burgues, & de So, cũ Plicamando de Marimon referẽte eodẽ Olibæ, vt ipſe dicit. Rationes nõ adduco, quia eędẽ illę ſunt, quę adducẽ fuere in ſuperioribꝰ in materia antẽ. prætereà, & Cõſti. Hac noſtra, dum ibi diſputauimus an quartã, & tenutã mulier habeat in bonis vinculatis, ibi videas, non eſt quòd repetamus. Pro eadẽ etiã opinione ne-

† gatiua *declaraſſe* etiã antiquitùs Senatũ repe rio, die ſcilicet 26. Maij 1522. inter Eliſabẽ thã Marca, & Matthæũ Ferrer ciuẽ Barcin. Relatore Paſqual, vbi *fuit denegatũ viro beneficium ne egeat, in bonis vinculatis vxoris, præterquã in iuribus legitimæ, & trebellianicæ ei cõpetẽtib⁹ in dictis bonis vinculatis, tãquam libris illius*, cõdu. ũt etiã ad propoſitũ quę infrà diximus de mario opponente de adulterio vxoris in reſtitutione dotis, quæ nõ admittitur quando bona ſunt vinculata.

84 Pro eadẽ † opinione negatiua *declaratũ* † ſæpè fuiſſe in Senatu Valentino, Auctor noueriſſimè eſt egregius Cõciliarius in ſupremo Regni Arago. Concilio Don Fran. Hieron. Leo decif. 92. n. 1. & 2. qui noſtros etiã Olibã, & Mier. refert, ac deciſionẽ factã in illa nob. Ioan. Burgues & de So, quã adfert Olibæ, adducit. Verũ eſt qnòd poſteà concludit pro cõtraria opinione cũ alijs eiuſdẽ Sena-

† tus *deciſionibus*, ſaltẽ in fideicõmiſſis, quę nõ ſunt inſtituta ab homine, ſed à lege, & in quibus non fuit dictũ quòd omnia bona pleno iure, & ſine diminutione peruenirẽt ad fideicõmiſſarũ, de quibus dicit loqui contrarias deciſiones factas in eodẽ ſuo Senatu. Tu vide, ego iam ſatis pro mea opinione reſpõdi nõ ſolũ hic, ſed etiã alijs locis, vbi d eadẽ materia tractaui, hic relatis, vbi videbis de doctrina Portolenſi circa cõſtitutionẽ viduitatis, de qua iſte egregius Cõciliarius ni. 10. cui ſignãter ſatisfacit plenè nolier Olibæ ci-

85 tatus. Finaliter aduerte † vnũ, in quo vidi in foro licèt multũ indignè propter ſui facilitatẽ diſceptatũ, quòd nedũ medio iſto beneficio ſe defendit maritus ab hærede vxoris volẽte dotẽ recuperare, ſed etiã à legatarijs ipſius volẽtibus ſua legata habere, quia eadẽ eſt ratio. Dixi quòd vidi de hoc in foro diſceptatũ, cauſa erat inter Eliſabethã de Marí

† mon, & Ludouicũ de Boix, quæ fuit *declarata* cõtra legatarios, Relatore egregio Senatore Ioſeph. Dalmau die 3. Mar. 1612.

85 Regula hæc, † quã in principio propoſui-

mus, quòd marito pauperi cõpetat beneficiũ,& priuilegiũ ne egeat in reſtitutione dotis,habet multas in iure fallẽcias, viginti ex eis adducit Ioan.Campe.in tract.de dot. q. 238.& Surd.de alimen.tit.1.q.78.ex nu.26. Aliquas ego referã ex his,quę magis frequẽter in praxi ſuccedũt. Notabilis eſt ea,qñ maritus abſq; allegatione beneficij reſtituit ſemel dotẽ,& videns ſe nõ poſſe decenter ſecũdũ ſuũ ſtatũ,& cõditionẽ viuere,redit ad mulierẽ,vel ad eũ,cui dos fuit ſoluta, vt ſibi illã reſtituat,vt iuxta priuilegiũ ne egeat,ex ea viuat:id nõ eſt permiſſum, quia beneficiũ ne egeat,non parit actionẽ ad agẽdũ,ſed exceptionẽ ad retinẽdũ,provt pulchrè probat Per.Barboſ.in cita.l.maritũ n.35.cũ antecedẽ.& ſequent. vbi extẽdit, etiã ſi ſententiã maritus obtinuiſſet,qua in ſui fauorẽ declaratũ extitiſſet cõpetere ſibi beneficiũ, ſi enim poſt eam nihilominùs totã dotẽ ſoluit, ceſſat allegatio beneficij,ibi videas quia pulchrè,& latiſsimè.

87 Ex hac rõe,† & reſolutione naſcitur,quòd ſi maritus nõ exegerat totã dotẽ antequam vxor decederet,non poſsit ea mortua, ſub prætextu quòd ea opus habeat ad viuẽdũ ne egeat,dictã dotẽ vel reſtãtẽ quãtitatẽ ex ea petere, & exigere, quia beneficiũ ne egeat, nõ parit actionẽ ad agendũ,ſed exceptionẽ ad retinẽdũ.Ita Senatus his expreſsis verbis † *dixit* in illa Ludouici de Boix,& Eliſabethę de Marimon,de qua ſuprà referẽte egregio Sena.Ioſep.Dalmau lata 3.Mar.1612. Hęc addere poteris illis,quę dicta in ſuperioribus fuere dum de anni dilatione ad reſtituẽdũ dotẽ ageremus,vbi ſimul probauimus,q̃ anni dilatio tribuit quidẽ exceptionẽ ad retinendũ,ſed non actionem ad agendum.

88 Secũdò fallit,† qñ dos eſt reſtituẽda extraneo,tũc cũ nõ militet in eo ratio maritalis reuerẽtiæ,ob q̃ beneficiũ eſt introductũ, ceſſat dictũ priuilegiũ,de quo pũcto cũ tota ſit deciſio Senatus Sicil.apud Don Garciam † Meſtril.93.vbi ita tradit *deciſum* in facti cõtingentia, ideò ſubſiſto. Philip. Paſcal. de vir. pat. poteſ. par.2.cap.9.num.29. & nouiſsimè Mari.Giurba in conſue.Sena. Meſſanen.c.13.glo.6.par.1.nu.49.

89 Quod tñ † nõ eſt ita ſi ſunt hęredes vxoris qui dotem repetũt, cõtra eos enim,ſicut cõtra vxorẽ,habet ſine dubio maritus beneficium,per tex.expreſsũ,l.ſi poſt diuortiũ ff. de ſolu.matri.vbi DD.& poſt eos Meſtril.d. † deciſ.93.num.9.vbi dicit ita *deciſum* in facti contingentia.

90 Sicut etiã † filijs hæredibus viri cõpetit huiuſmodi priuilegium, pro vt ex pluribus probat Surd.in ſæpè cita.priuileg.84.n.2.de alimen. Licèt non hæredi extraneo, vt probat idem Surd. in eodem tracta.de alimen. tit.1.quęſtio.78.num.37.

91 Tertiò fallit,† ſi maritus dolo fecit, quo minùs dotẽ ſolueret ex tex.in l. etiã §. 1. ff. ſolu.mat.Surd.de alimẽ.d.tit.1.q.78. n.42. Bac. de debit.inop.c.15.n.11.& cap.16.nu. 22.in fin.Amat.deciſ.16.n.12.Stepha. Gra. diſcep.foren.406.n.7.& Mari.Giur.qui latè de hoc art.agit diſcurrendo per quoſcũque habẽtes iſtud priuilegiũ,deciſ.43.nu.4. & 8.

92 Idẽ eſt † quãdo ſua culpa pauper factus eſt maritus,vt ijdẽ ſcribẽtes docẽt.Adde Mari. Giurb. in conſue.Sena. Meſſanen.c.13. glo. 6.par.1.n.46.vbi quomodo id ſit intelligẽdum declarat nouiſsimè.

93 Quartò(& hæc eſt magna, † multũq; lata limitatio) fallit,quãdo mulier,& eius hęredes,quibus dos eſt reſtituenda, ſunt æquè pauperes ac ipſe maritus,tunc enim in pari cauſa melior eſt cõditio mulieris,& eius hæredũ,Vtſil.ad Afflic.deciſ.222,n.3.Surd. de alimen.tit.1.q.78.n.34.& priuileg.84. n.3. & omnes ferè quotquot in ſuperioribus adducti fuere;Nota inter eos ſignãter Barboſ. in cita.l.maritũ n.96.verſ.4. Vbi id extẽdit ad hæredes mulieris ſi ſunt æquè pauperes, ſed poſteà vtrũq; dictũ cõtrouertit multùm, ex quo ſi vera ſunt hæc,cum à cõmuniter cõtingẽtibus mulieres nõ habeãt præter dotes aliud,ratò practicabitur priuilegiũ. Vide ibi cõſiliationes opinionũ:omnes qui tenẽt pro limitatione, allegant ad eã Brocardicũ,priuilegiatus cõtra pariter priuilegiatũ &c. de quo ad eius declarationẽ multa ego dixi in 1.tom.clau.4.gloſ.12.ex num.104.

94 Quinta & vltima † limitatio ex his, quas ego hic adducere ſelegi vt practicabiles, eſt quãdo maritus fuiſſet ingratus vxori, tũc nõ haberet priuilegiũ. Hãc limitationẽ vti nouã, & ab alijs nõ adductã, nec animaduerſã tradit Surd.in cita.q.78. tit.1. de alimen.n. 58. Ad quã limtationẽ venit multũ ad propoſitũ quod in ſuperioribus in materia anni dilationis, quã diximus habere maritũ ad dotem reſtituẽdã tradidimus, ibi enim probauimus, quòd eam non habet vbi ingratus fuit erga vxorem.

95 Iſtud priuilegiũ † ſicut conceditur marito in reſtitutione dotis, ſic cõceditur Socero in illius ſolutione,& in reſtitutione etiam,quãdo ipſe eſt qui dotẽ recępit,provt largè probat Barboſ.in cita.l.maritum ex n.59.Vingen.de Fran.deciſ.164. & Giurb. deciſ. 43. n.5.vbi infiniti ad propoſitũ, latè Philip.Paſcal.in nouiſsimo tracta.de vir.pat.poteſ.par. 2.c. 9.ex num.21.vbi latè declarat.Notum † 96 enim † eſt quòd ſoceri ſunt non minùs quã parẽtes honorãdi,prouti habetur Tobię 10. in fin.vbi parentes vxoris Tobiæ iuuenis, cũ eam

eam miserũt ad domum viri sui, hoc vnũ ei particulariter ininnxerũt, vt honoraret Soceros. Sed non conceditur † extraneo dotanti, ex l. Nesennius vbi glos. verb. in solidũ ff. de re iudi. Maran. cõs. 30. n. 1. provt plenè probat Mar. Giur. decis. Sicil. 44. n. 10. Verũ est quòd † licèt istud priuilegiũ nõ habeat vt dotans, habet tñ illud vt donans ex l. si extraneus de iu. dot. ibi *ex liberalitate*, provt etiã ex multis probat Giurb. loco cita. Vndè ego rideo istas quæstiones, quid enim interest vno potiùs quã alio nomine habere beneficium? latè idẽ Mari. Giurb. in cõsue. Sena. Messanen. c. 13. glos. 6. par. 1. n. 41.

99 Cõpetit etiã † istud beneficiũ & fratri dotãti sororẽ, simul cum beneficio, quod cũ eo &c. si sororẽ vnà cũ patre dotauerit, de quibus pũctis cũ latè scripserit Giur. tot. decis. 45. ideò subsisto, ibi legas qñ cas⁹ euenerit.

100 Practicatur † hoc modo beneficiũ istud, & priuilegiũ mariti, vt si tota dote opus habet ad decenter viuẽdũ, ne egeat, totã dos relinquatur eis: si verò pars illius sufficit, pars tãtùm relinquitur, & reliquum restituitur, sicut obseruatur respectu mulieris in auctẽ. præterea, provt in principio huius tom. dum de illius materia ageremus, diximus. Et in terminis sic in ista materia beneficij ne egeat † *practicatũ* in Senatu vidi, in suprà relata causa Guillermi Miquel, & Petri Ferrer mercatoris huius ciuitatis, *vbi cõcesso ei beneficio ne egeat, non fuit dictũ quòd retineret integrè totam dotẽ, sed quòd retineret eam, quæ consistebat in pecunia numerata, & ex cẽsualibus cõstitutis in dotẽ assignaretur ei pẽsio annua viginti librarũ, quia hæc visa fuerunt sufficere.* Et hoc quidẽ habet palpabilẽ rationẽ, quia priuilegiũ nõ est simpliciter, quòd dos relinquatur marito, sed ne conueniatur vltrà quã facere potest deducto ne egeat, si ergo eius egestati potest prouideri cum aliqua parte dotis, nõ est quòd ad totã injiciatur manus. Aliã praxim huius beneficij adducit Lader. Immolen. in cons. 30. nu. 13. dicens debere rem dari creditori in solutũ, qui resundere postea debet quantũ deest debitori de alimentis ex ipsa re, ad quod allegat singularẽ decis. Bal. in l. 2. n. 3. C. quod cum eo.

101 Vltimò in hac † materia quærimus, quãdo sit ista exceptio opponẽda. Nõ est dubiũ quòd quãdo maritus nõ habet aliud, quo se defendat à dotis solutione, iustum est, quòd statim opponat beneficiũ, ne parti det ocasionẽ litigãdi; sed si vult ad executionẽ illius oppositionẽ, & allegationẽ reseruare, potest sine dubio, quia hæc exceptio est ex illis, quę non inpugnant sentẽtiam, sed modificant executionẽ, & ideò põt opponi in executione l. Nesennius §. fi. ff. de re Iudi. plenissimè Barbo. qui optimè declarat in d. l. maritũ ex n. 47. vers. 4. ampliat. ff. solu. mat. Steph. Gratia. discep. forẽ. 495. n. 1. lib. 3. dixi latè suprà vbi tractaui materiã legati dotis, siue pro nubẽdo, si illud erat in pecunia numerata soluẽdũ, vel poterat in çorporib⁹ hæreditarijs, & in qua parte iudicij de hac exceptione erat opponedum.

102 In tantùm † est verum posse in executione opponi, quòd Senatus ex officio quandoq; solitus est eam exceptionẽ oppositã ad merita, remittere ad executionẽ, provt signanter † *declaratũ* vidi referẽte egregio olim Senatore, nunc in supremo Regente Michaele de Salba & de Vallseca 27. Nouemb. 1601. inter Mõserratũ Sala, & Petrũ Lledo, Actua. Serra, vbi post cõdemnationẽ de restituenda dote cõtra maritũ factã, sic dicitur, *intellecto quòd ante realẽ executionẽ præsentia sententiæ habeatur ratio, qualis de iure habenda erit, de prætenso beneficio ne egeat per dictum Lledo allegato, &c.*

103 Quod tamẽ † de exceptione opponenda post sententiam, & in executione, limitatur quãdo ea fuisset iam antea oppolita in causa principali, & super ipsa cognitũ, provt in terminis huius, & aliarũ similiũ exceptionũ docet Stepha. Gratia. discep. foren. 495. lib. 3.

104 Pro finali † tractatione huius materię, & totali intelligentia huius beneficij, & priuilegij habẽda, signãter ab his, qui in Cathalonia vitam degunt, aduertendũ duxi quod Mier. noster in sæpè cita. Cur. Barcin. Reg. Ferdin. c. 3. de salar. aduoca. n. 79. col. 9. fol. 88. duo priuilegia in Cathalonia dicit esse cõcessa maritis in restitutione dotiũ, vnũ scilicet priuilegiũ, & beneficiũ ne egeat de iure cõmuni cõcessũ, de quo loquuti hucvsq; fuimus pro maritis quibuscũq; cuiuscunq; cõditionis sint, aliud pro hominibus de statu, q̃ significat esse pinguius multò, his verbis. *Ité nota quòd duo sunt priuilegia, quæ habẽt viri in restituẽdis dotibus, primũ quod nõ tenẽtur nisi in quantũ facere possunt, habita ratione ne egeãt vt ff. solu. mat. l. maritũ, l. alia causa §. elegãter: aliud quod in Cathalonia viri nõ debent diminui de eorũ statu, & istud est firmius in hominib⁹ de statu, vt sunt Milites, Ciues honorati, & DD. & Lucẽtiæ statũ honoris tenẽtes, sed priuilegiũ ne cõueniantur vltrà quàm facere possint, cõpetit omnibus viris cuiuscunq; conditionis fuerint &c.* Sed ad hoc nõ vidi vnquam animaduersum, quasi differentia constituta sit vnquã, quã Mier. cõsiderari voluit, prętereà in eo solo, quòd facilè multò in istis hominibus, qui sunt de statu, materia beneficij practicatur, quàm in alijs, vt dixi suprà. Et cũ his finitur huiⁿ beneficij, & prinilegij materia.

SVMMARIA.

1 Maritus euitat reſtitutionis dotis obligationẽ p exceptionẽ adulterij, quã opponat vxori.
2 Mulier propter adulteriũ amittit dotem omni iure.
3 Hæredes mortuo marito non poſſunt opponere vxori de adulterio vt ſoluant ei dotem.
4 Præterquã in trib' caſibus, qui hic enarrãtur.
5 Hæredes poſſunt vxori volenti repetere dotem opponere de adulterio, ſi maritus conqueſtus in vita, extraiudicialiter ſaltẽ, fuerat, vbi deciſſ.
6 Maritus poteſt tacitè, & expreſsè remittere vxori actionem adulterij.
7 Maritus tacitè cenſetur vxori remiſiſſe actionẽ adulterij eũ carnaliter cũ ea ſe cõmiſcet.
8 Retentiliationis tacitæ varia exempla.
9 Mulier quæ propter adulterium perdat.
Mulier an perdat dotem propter oſculũ luxurioſum, & alios actus venereos, ibidem.
10 Hæredes poſſunt ſemper vxori dotem repetenti opponere de adulterio in vita mariti commiſſo, cum vir fuit illius neſcius.
11 Idem eſt ſi maritus fuit ſolum dubitans.
Ignorantia in adulterio vxoris reſpectu mariti ſemper præſumitur, ibidem.
12 Adulterium quibus probationibus probetur.
13 Maritus multò melius opponit de exceptione adulterij hæredibus vxoris repetentibus dotem, quàm ipſius mariti hæredes.
14 Delicta extinguntur morte.
15 Fallit ad effectum opponendi exeipiendo.
16 Adulterij exceptio an ſit opponenda intra quinquennium, vti actio.
Tẽporalia ad agẽdum perpetua ſunt ad exeipiendum, ibidem.
17 Exceptionibus non ſolet præſcribi eum non ſit in manu excipere debentis.
18 Adulterij vxoris crimen opponi nõ poteſt tertio, cui ex aliqua cauſa particulari cõpetit recuperatio dotis, vbi deciſiones.
19 Mulier non poteſt delinquendo tertio præiudicare.
20 L. hac edictali, intrat cum mulier quæ ſecundò nupſit, adulterium commiſit, ne ſecundo marito propterea, in filiorum primi matrimonij præiuditium, applicetur dos.
21 Maritus occidens vxorem in adulterio deprehenſam, non lucratur dotem.
22 Iniuriam propriam vleiſcens, ae ſibi ius dicẽs carere debet omni lucro legis. vbi deciſ. Senatus.
23 Occiſor non ſuccedit occiſo, nec eius hæredi.
24 Occiſor vxoris perdit vſumfructum dotis, in qua ſucceſſerunt filij.
25 Filij non accuſant patrem de nece matris, vbi deciſio,
26 Mulier adultera quibus pœnis plectatur omni iure, remiſſiuè.
27 Vxor adultera traditur viro immutanda modo hic explicato. vbi deciſiones Senatus.
28 Adulterium committens cum muliere nupta punitur pœna mortis ſi eſt cum raptu.
29 Adulterantis mulieris pœnam eſſe quadraginta ſolidorum in Cathalonia, quidã reſſerũt, qui reprehenduntur.
30 Adulterantium vxorum pauci publicè conqueruntur in Cathalonia.
31 Maritus poteſt opponere exceptionem impenſarum pro vxore factarum, in reſtitutione dotis.
32 Impenſas magnas factas pro perpetua dotis vtilitate recuperat maritus.
33 Pactũ, ne propter impenſas ſit agendũ, an valeat.
Dos minuitur ipſo iure propter impenſas neceſſarias, ibidem.
34 Maritus non recuperat impenſas factas pro exigẽdis nominibus debitorũ in dotẽ datis.
35 Intelligitur in paruis expenſis, nõ in magnis.
36 Maritus non poteſt retinere res dotales ob impenſas per eum in illis factas.
37 Bona dotalia inæſtimata nõ reſtituuntur niſi in eo valore, ac qualia reperiuntur tempore reſtitutionis.
38 Fallit in bit, quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura.
In prædictis tacita quædam citra partium conuentionem, inducitur ipſo iure æſtimatio ibidem.
39 Bona mobilia præſumuntur conſumpta per tãtum tempus, quòd veriſimiliter potuerunt conſumi.
40 Quod totum relinquitur prudentis Iudicis arbitrio.
41 Conſumptio mobilium præſumitur ex curſu viginti octo annorũ ſecũdũ opinionẽ Senat.
42 Exceptio rationum nõ reddit arum opponi poteſt mulieri, quæ fuit filij tutrix, petẽti dotem. vide num. 46.
43 Retentiones quæ prohibitæ ſunt aduerſus vxorem dotem repetentem.
44 Bona tutoris ſunt hypotecata pro adminiſtratione, & reddit ione rationum.
45 Bona ſecundi viri ſunt hypotecata pro adminiſtratione tutelari vxoris anteà tenta.
46 Exceptio rationis non reddit æ adminiſtrationis tutelaris non impedit dotis reſtitutionẽ. vbi deciſiones.
47 Illiquida exceptio nõ impedit liquidã actionẽ. Compenſationis liquidæ exceptio admittitur aduerſus mulierem dotem repetẽtem, ibidẽ. vbi deciſio.
48 Exceptio rationis non reddit æ contra mulierẽ poſsidentẽ pro dote mulieris bona viri, non admittitur.

Tutor

49 *Tutor ante redditas rationes an posſit compelli reſtituere quod liquidò conſtet ſe habere in promptu ad reſtituendum aptum.*

50 *Maritus non poteſt opponere uxori repetenti fundum dotalem, quòd non erat ipſius tempore conſtitutionis dotis, ſed mariti ex poſt effectus eſt per præſcriptionem.*

51 *Præſcriptio procedit ſolũ fauore præſcribẽtis cõtra eum, contra quem præſcribitur, non in fauorem tertij.*

52 *Maritus rem dotalem quæ non erat uxoris, nõ ſibi, ſed uxori præſcribit.*

53 *Emphyteota nõ poſſidet pro ſe, ſed pro domino.*

54 *Pater ſolus tenetur ad dotis reſtitutionẽ quãuis filius etiã cõfeſſus eũ patre ſit illã recepiſſe, quãdo pater ſolus eſt qui adminiſtrat, & regit bona, vbi deciſio.*

55 *Fallit vbi amborum eſt ſolidi obligatio, vbi deciſiones.*

56 *Pater cum conſentit quòd filius ſolus recipiat dotem, tenetur & ipſe. vbi deciſiones.*

57 *Maritus non tenetur ad totius dotis ſcriptæ in teſtamento reſtitutionẽ, cum conſtat in alio inſtrumẽto ad partem edito conſentientibus omnibus, dotem non fuiſſe tantam.*

58 *Conſti. vni. ſub tit. de dot. promiſ. declaratur.*

59 *Fallit ſe deficit conſenſus alicuius ex principaliter intereſſatis, ibidem.*

60 *Deciſ. Dola. Ioannis Griuel. 48. expenditur*

61 *Retrodonatio quæ videtur fieri à filio, vel filia patri, ex quibus circunſtantijs poſſit ſuſtineri, remiſſiuè.*

62 *Deciſio optima Senatus, qua ex defectu firmæ parentis in recognitione de minori dote quã promiſſa eſſet filio, per eundẽ filiũ facta parentibus uxoris, in caſu ſingulari fuit illa declarata nulla.*

63 *Minoris bona an poſſint obligari ſine ſolemnitatibus pro dote reſtituenda.*

GLOSSA III. PARS XII.

Proſequitur eadem materia reſtitutionis dotis. Et exceptionum, quæ competunt, ac cõpetere poſſunt marito aduerſus eam.

1 TErtia exceptio, † multùm licèt triſtis, & lugubris, quã opponit ſeu opponere põt marit' aduerſus agentẽ ad reſtitutionẽ dotis, eſt exceptio adulterij, ſi mõſtrare poterit illud fuiſſe per vxorẽ perpetratũ.

2 Conſtat enim † quòd tam ſecundũ ius commune, ex l. cõſenſu. C. de repudi. & ex c. plerunq; de donation. inter vir. & vxor. Meſtril. deciſ. 57. n. 1. par. 1. latiſsimè Farina. de delictis carn. queſt. 142. par. 1. ex nu. 1. vbi omnes cumulat, qui de hoc agunt, & nouiſsimè Philip. Paſcal. de viribus patriæ poteſta. par. 1. c. 5. n. 50. quã etiam ſecundũ ius noſtrũ municipale ex vſat. matiti vxores, in fine, & ibi gloſatores ordinarij, & Marquil. de adulterijs in primo vol. conſir. Don Ludouicus à Peguera deciſ. 95. per tot. & in prax. crimi. de proceſ. in vim vſat. prædicti mariti vxores, vxor adultera amittit doré, & ea marito acquiritur, intrat ergo rũ bene exceptio iſta, quòd mulier adulterium cõmiſit, vt per eam liberetur maritus à dotis reſtitutione. Sed quia hęc variè cõtingere poſſunt in praxi, ideò caſus contingibiles proponemus, ex quorũ explicatione, & reſolutione explicatus, & reſolutus manebit articulus ille cum materia illius.

3 Primus caſus † eſt, quãdo maritus moritur, & mulier ab illius hæredib' perit doté, quæritur, an illi poſſint obijcere mulieri quòd adulteriũ cõmiſit in vita dicti eius viri. Quo in caſu eſt concluſio certa, & indubitata, nõ licere hæredibus hanc exceptionem contra vxorem opponere, quam muiris cõprobat Farina. de delic carn. quæſt. 142. par. 2. ex n. 113. Aluar. Velaſ. plena cõſulta. 169. qui eſt in hac materia præ alijs de neceſſitate

4 vidẽdus. Niſi in tribus † caſibus. Vel quãdo maritus præparaſſet in vita querelã, quã tũc poſſunt proſequi hæredes. Vel qñ. ob réporis breuitatẽ morte præuentus, vel alio impedimẽto fuit impeditus, ne vxorẽ accuſaret, & querelã cõtra eam proponeret. Et tertiò, ſi fuit maritus in ſeruitio Principis, quo caſu illud iudicatur legitimũ impedimentum, de quibus cũ latè agat, & optimè cõprobet noſter nobilis à Paguera deciſ. 95. ex n. 6. ideò hic omitto, remittendo lectorẽ ad eum locũ pluchriùs quã ego ſciré referre explicãtem.

5 Solùm aduerto † declaratione hæc egere nõ modicũ, quia cõtingit quãdoq; & vt pluriùm, quòd maritus exeuditur quidé in vita conqueri cum amicis de alterio vxoris, ſed cõmuniter non audet præ honore, iudicialẽ querelam de hoc proponere, nec amplius ſuam infamiam publicare, queritur an illud ſufficiat vt hæredibus aperiatur via opponẽdi pro reréctione dotis, de exceptione huius criminis aduerſus vxorem agẽtem ad dotis repetitionem. Die ſufficere illos extrajudiciales conqueſtus, quia ipſi tollunt illã præſumptionẽ raciræ renũciationis, & remiſsionis iniuriæ, quæ aliàs oriretur ex taciturnitate, propter quã dicũt Doctores hęredibus non cõperere ius opponendi quãdo maritus in vita tacuit, prout egò aliàs cõprobaui latiſsimè in materia reuocationis donationis propter ingratitudinẽ in primo com. clau. 4.

glos. 28. ex n. 36. Et in terminis in materia adulterij, de qua tractamus, quòd sufficiant
† isti extraiudiciales cõquestus, sunt binæ *decisiones* Senatus Neapolitani id confirmantes apud Vincẽtium de Frãchis in ordine 184.
† & 240. vbi ita *decisum* id illo Senatu in facti cõtingẽtia refert: nec esse faciendã differẽtiã ad propositũ inter hæredes suos, & extraneos statuit, quod videtur etiã sequi Farina. cũ illis, quos adducit de delict. carn. q. 142. n. 121. & 130. Philip. Paschal. de virib. patrię potesta. par. 1. c. 5. n. 52. Est & alia *decisio* alterius Senatus apud Nicol. Boer. 338.
† in 2. par. Menoc. cons. 31. n. 33. Sed permitti
6 tur † mulieri replicare de reconsiliatione si eam probare poterit: Cùm enim per eam remissum censeatur delictũ (siue tacitè, siue expresse dicta recõciliatio facta sit, prodest mulieri, provt pluribus probat Stepha. Gratia. discep. foren. 591. ex nu. 26. par. 3. & de expressa remissione adulterij, quòd possit per maritũ fieri, docet latè Gam. decis. 63.) non poterũt hęredes illud mulieri iterùm obijcere, Nob. à Pegue. noster in cita. decis. 95. nu. 8. Farina. qui infinitos allegat, de delictis carnis q. 142. ex n. 68. Huius reconsiliatio-
7 nis † exẽplũ ponũt Doctores quando sciens maritus adulterũ vxoris se carnaliter cum ea cõmiscet, Iulius Clarus post plures quos allegat in §. adulteriũ nu. 18. Ibi, *caueat etiã maritus nesciens vxorẽ adulteram se cum ea carnaliter cõmiscendo &c.* Vbi tu etiã caueas, ne legas illud, ne sciens, pro vna dictione, nesciens, nisi nescius esse velis, sicut vidi alios legisse: quomodò enim maritus nescies adulterã vxorẽ, eam recõciliare per cõmixtionẽ dici posset? sequitur Baiardus ad Clarum in d. §. adulteriũ nu. 115. Nob. Ludo. à Pegue. in cita. decis. 95. n. 8. Viden. Farina.
8 vbi suprà, vbi alia † similia reconciliationis exẽpla adducit. Et generaliter si scire velis, quibus replicationibus potest se mulier defendere aduersus eum qui sibi de adulterio opponit, vide Farina. in d. tract. de delict. carn. q. 142. par. 1. per tot. vbi habes, quãdo maritus etiã adulteriũ cõmisit, quãdo adulterio vxoris consensit, & quando est leno vxoris, qui sunt casus frequentiores.
9 Ibidẽ † & apud alios DD. citatos habes, quæ alia mulier per adulteriũ perdat, an similiter parafernalia etiam, & an non solum per adulteriũ, sed etiã per osculũ luxuriosũ, & alios actus venereos, & alias pulchras quæstiones ibidẽ videbis, quas ego omitto, quia apud dictos scribẽtes latè videri possunt, & ego tractatũ de muliere adultera nõ facio.
10 Hæc procedunt, † quando maritus fuit conscius delicti, verùm quando fuit nescius, & ignarus, tunc absq; aliqua distinctione ad-
mittuntur hæredes ad opponendũ de adulterio, quando petitur ab eis dos restitui. In ignorante enim non consideratur aliqua remissio, aut reconciliatio, nec aliquis cursus tẽporis potest nocere, provt latissimè probat Farina. in sæpè cita. tracta. de delic. carn.
11 q. 142. par. 2. ex n. 115. Ibi idem † esse docet in marito dubitãte. Cumq; in dubio semper præsumatur ignorãtia vbi scientia nõ probatur, ex regula, Ignorãtia cũ simil. de reg. iur. in 6. & in his terminis post Bero. in cons. 32. n. 12. lib. 2. & Meno. in cons. 31. lib. 1. probat Farina. d. q. 142. de delict. carn. n. 116. in fi. sequitur quòd vix repellentur vnquã hæredes mariti ab allegatione huius exceptionis, quia vix potest scientia mariti probari.
12 Circa probationes † in hac materia faciẽdas, quę scilicet sufficiãt ad probationẽ adulterij, non possum ego certam regulam tibi constituere, quia secundũ facti circumstãtias, id dijudicandũ est, ex quo magnã habet res hæc latitudinẽ, viam tibi cõmonstrant, qualiter te in his gerere debeas, vt obtineas, Farina. de delic. carn. in prin. q. 131. c. 1. & c. 2. vbi habes, quando sufficiant coniecturæ, & quando testes singulares. Adde Baiar. in additio. ad Clar. §. adulteriũ num. 33. cũ multis alijs, & Petr. Cabal. resolu. crim. 293. per tot. centu. 3. Iacob. Meno. in cons. 31. lib. 1. & Ioan. Bot. in cons. 17. n. 10. in quibus omnia etiam habes, quæ ad rem hanc desiderari possunt.
13 Secundus casus est, † quando è contrario moritur mulier, & à marito adhuc viuo, per illius hęredes petitur dos. Iste casus est multò facilior primo, quia difficultates, quę cõsiderantur in hęredibus mariti circa oppositionẽ, & allegationem huius exceptionis, de quibus vidimus suprà, nõ militãt in ipso marito, solũ posset ei nocere recõciliatio, si probaretur facta, & sic remissio tacita criminis, de qua suprà loquuti fuimus, quæ sine dubio excluderet ipsum maritum, vt probauimus.
14 Sed quomodò † fient hæc, cũ delicta morte extinguantur, etiã quoad bonorum confiscationẽ, & pœnã pecuniariã lite nõ contestata, vel concluſa causa cũ testatrice, ad tex. & ibi glos. in l. 1. de priuatis delictis. Olaf. decis. Pedemon. 152. Thesau. decis. 144. cum alijs adductis per Mestril. decis. 57. nu. 11. lib. 1.
15 Respondẽ breuiter † quòd hic opponimus de delicto excipiendo, quod nõ est prohibitum quando hæredes petunt dotẽ à marito, imò permissum, solũ nõ est permissum istud deducere agẽdo cõtra hęredes, sub prætextu quòd pœna delicti trãsiuit ad hæredes, provt benè declarat idem Mestril. loco cita. n. 13.
† vsq; ad fin. vbi dicit *decisum* in Senatu Sicil. de anno 1598.

Sed

16 Sed an iſta † exceptio debeat opponi intra quinquennĩ aliàs dicatur maritus excluſus, quemadmodũ ſtatutũ eſt in accuſatione, vidi dubitatũ. Reſponde, & tene quòd non, quia tẽporalia ad agendũ, perpetua ſunt ad excipiendũ, provt in terminis docẽt Meno. in conſ. 31. n. 54. lib. 1. Bot. in conſ. 17. nu. 9. Baiar. in additio. ad Clar. §. adulterium nu. 125. quæ ſunt pulchra loca ad hanc materiã totam omninò in caſu occurrenti videnda.

17 Conducit † quod cõmuniter dicũt ſcribẽtes exceptionibus præſcribi nõ ſolere cũ nõ ſit in poteſtate rei quãdo velit excipere, vt dicit Nat. in conſ. 360. n. 22. Reliqua de ignorantia criminis, aut impedimẽtis ne maritus proponeret actionẽ, & alijs, quæ in præcedenti caſu dicta fuere, hic pro repetitis haberi volo, ne toties idem dicatur.

18 Tertius & vltimus † caſus eſt, quãdo non ipſa mulier eſt, quę dotẽ petit, nec ea mortua illius hęredes, & ſucceſſores, ſed alius tertius, cui reſtituẽdã fore dotẽ in aliquo caſu, qui euenit, provt cõmuniter cõtingit qñ. mulier decedit ſine liberis, fuit pactatũ in capitulis matrimonialibus, vel ordinatũ in teſtamento illius, qui mulieri dotẽ reliquit. In iſto caſu non poteſt maritus, nec poſſunt illius hæredes illi tertio dotẽ repetẽti obijce-

19 re crimen vxoris. Quia † delinquendo non potuit ei pręiudicare, ad quod plures allegãt Sanchez de matrimo. lib. 10. de diuor. diſp. 8. n. 7. in fine, & Farina. de delic. carn. q. 142.

20 n. 90. & 91. apud quos † etiã lato ſermone inuenies cõfirmatũ idem eſſe quãdo coniuges habent filios eiuſdem, vel alterius matrimonij, quibus dos applicari debet, & teſpectu filiorũ primi matrimonij applicant diſpoſitionem l. hac edictali, C. de ſecund. nup. ſi enim contrahendo, aut teſtando nõ poteſt mulier plus relinquere ſecundo coniugi, quã filijs primi matrimonij, ſequitur quòd multò minùs delinquendo. Videndus vltra allegatos per ſupradictos, Ioan. Papon. lib. 22.

† tit. 9. arteſ. 5. vbi optima *deciſ.* Senatus Frãcię pro his, Rubin. deciſ. 339. & Boet. deciſ. 338. Et in terminis, quòd quando ex aliqua diſpoſitione, vel ex aliquo vinculo dos ad alium debet peruenire, illã non lucretur vir propter adulteriũ vxoris, nec ſit aliqua excu

† ſatio reſtitutionis, refert in Senatu *deciſum* de anno 1602. referente egregio Senatore Hieronym. Aſtor, nob. Ludo. à Pegue. deciſ. 95. n. 1. in fin. Conducunt quæ docuimus in materia auctẽ. prętereà C. vnde vir & vxor, in materia cõſti. hac noſtra, & in materia beneficij ne egeat, in quibus locis probauimus nec beneficiũ auctẽ. nec beneficiũ cõſti. nec beneficiũ ne egeat, ſuffragari in bonis fideicommiſſo ſubiectis.

21 Quando autẽ † maritus occidit vxorem deprehenſam in adulterio, dubitatũ vidi, an poſſit etiã prætendere ſe dotẽ lucratũ fuiſſe, ſeu lucrari debere. In qua quæſtione, licèt prima facie videretur dicẽdũ, quòd cum faciat actũ ſecundũ leges ciuiles licitũ, non debeat per eum priuari illo lucro dotis, quod lucratus fuiſſet ob adulteriũ mulieris, ſi eam non occidiſſet, ſicut tenet Bar. in l. ſi ab hoſtibus §. 1. ff. ſolu. matri. quem tuetur, & ſequitur Barboſ. in eadem l. ſi ab hoſtib' §. 1. ex n. 40. vbi dicit vetiorem.

22 Verùm diuerſa † opinio contra Bart. eſt communiter recepta, ex eo quia vlciſcens propriam iniuriã, ac ſibi ius dicens propria auctoritate carere debet omni lucro legis, ex l. interdictum §. qui furem ff. de fur. provt multis cõprobat Vincen. de Fran. deciſ. 678. per tot. Anto. Gom. in l. 80. Tau. n. 63. & omnium latiùs Farina. de homicid. q. 120. ſectio. 3. ex n. 46. vbi etiam tractans quæſtionẽ, quid ſi ſtatuto permitteretur vxorem occidere. Hęc opinio obſeruatur in Senatu: contigit enim de hoc caſu diſputari in eo de anno 1584. inter Bernardum Bisbal, & Gaſparẽ Soler, Relatore Sans, vbi fuit ex-

† preſsè *dictum* concluſione facta 27. Auguſti, *quòd maritus apprehendens mulierẽ in adulterio, & eam nõ accuſans, ſed propriã iniuriã vlciſcendo illã occidens, non lucratur dotẽ, nec*

23 *aliquid aliud ius in bonis vxoris.* In † quorũ confirmationẽ addere potes, quòd occiſor non ſuccedit occiſo, nec eius hæredi, pro vt pluribus probat Gratia. deciſione 185.

24 nu. 14. Et maritus † occiſor vxoris perdit vſumfructũ dotis, in qua ſucceſſerunt filij in illius poteſtate conſtituti, qua de re eſt rota deciſ. Portugal. apud Phæbum 36. Iuſtè igitur priuatur ſimiliter hoc beneficio.

25 An autẽ † (quod à multis deſideratur) in iſto lugubri caſu cũ maritus occidit vxorem, admittãtur filij cõmunes ad accuſãdũ patrẽ, tractat latè idẽ Phæbus deciſ. Portugal. 234. vbi propter reuerentiã, quã filij parentibus

† debent, reſoluit quòd non, atq; ita *deciſum* affirmat. In quo eſt quòd animaduertas, cum paſsim iſtæ accuſationes ſine aliqua cõſideratione admittantur. Iuſtè igitur priuatur ſimiliter hoc beneficio.

26 Pro abſoluta, † & perfecta tractatione huius materię poteram hic agere de grauitate, & pœnis adulterij, quibus punitur de iure mulier iſtud facinus, & enorme delictum committens, ſed quia non foret iuſtũ quòd in materia tam ciuili, qualis eſt hæc capitulorum matrimonialium, materiam tam criminalem, qualis eſt materia pœnarum adulterij, longo tractatu cõmiſcerem, ideò ſubſiſto, aduertens plures fuiſſe qui multum in

id temporis conſumpſerunt,& ſignanter noſter nobilis à Peguera,tot.deciſ. 94. & rurſus in pract.criminal.cap.25. etiam per tot. vbi latè diſcurrit per ius canonicum, per ius ciuile,& illius omnes partes,& per ius nuſtrum municipale,& Proſp. Farina. de delic. carn.tot.quæſt.141.qui diligentiſsimus fuit in coaceruandis in vnum Doctoribus,qui de hac re latè ſcripſerunt. Adde Cabal. reſolu. crimin.caſu 244.centu.3.Menam.in additio. ad Gam.deciſ.3.Queſadam diuerſ. quæſtio. iur. tot.cap.17.& 18. & Anton. Fab. in ſuo Cod.lib.9.tit.7.ad l.Iul.de adulter.defi.2.

27 Sulùm dicam † aliquid de pœna ſingulari ſtatuta huic delictu,& crimini de iure noſtro municipali Cathaloniæ,ſecundum quod, vti habetur in vſat.mariti vxores,de adulter. in 1.vol.conſtit.iuncta quadam declaratione de qua in eodem tit.de adulter.in 2.vol.earundem conſtit. mulier traditur viro petenti immuranda in propria domo in anguſtiſsimo loco ad id deſignato altitudinis, & longitudinis,de quibus in dicta declaratione,cum ſolis duodecim vncijs panis cocti in ſingulos dies.& ex aqua quantum voluerit,vt ibi tam miſerrimam vitam ducendo citò moriatur. Quę pœna inconcuſsè obſeruatur in Cathalonia,vti habetur apud dictum nob.Ludouic. à Pegue.d.deciſ.94.& in pract.crim.cap.25. vbi adducit caſum in Cathalonia de hoc † *practicatum* de anno 1591.Et ego etiam idē † antiquitùs reperi *declaratum* in eodem Senatu 9.Octobris 1548.inter Anton.Gou, & Hieronymam illius vxorem, Relatore Marti,per quem fuit declaratum, *Attento ſufficiēter conſtat de adulterio, mulierem, tuxta vſat.mariti vxores,tradendā fore, & eſſe eius viro cum bonis ſuis, adiudicando eidem dotem ipſius, & alia iura pertinentia, & ſpectantia ei prouenientia ex bonis & ſubſtantia mariti.*

† Et idem etiam multò anteà *declaratum* vide
28 ram, die ſcilicet 27.Iunij 1496.Et hoc † amplius,quòd qui cum vxore adulterium commiſerat pœna mortis puniretur,ex eo quòd commiſſum fuerat cum raptu,cuius pœna eſt pœna mortis,vt dixi in hoc eodem tum. in priu.vbi de ſtupratore obligato ad dotandā
29 mulierem ſtupratā egi.Hæc eſt pęna † peculiaris adulterantium mulierum in hoc principaru,non illa quadraginta ſolidorum, quā in Cathalunia obſeruari dicit Ioan.Blondel. in ſtatut.Eduen.rub.3.de cita.& illius effec. §.2.nu.8.quam neſcio vbi legerit.Nos enim qui in Cathalonia viuimus,huiuſmodi ridiculæ pœnę memoriam non habemus. Et cum his finio tractationem huius feſtidioſæ adulterij materiæ.

30 Circa quam † ſi conſideraueris quàm copioſus fuerim in omni ferè materia huius la-

botis,in comprobandis reſolutionibus,multis noſtri Senatus deciſionib⁹,miraberis,nec ſine ratione, cur tam parcus in hac materia fuerim.Satisfactio eſt in prompru, viuimus vbi non multùm practicatur iſtud delictum, & vbi illud contingit, rarò de eo homines publicè conqueruntur, ne ſuā exiſtimationē lædant.Illud eſt magnum decus,& ornamentum Prouinciæ.

31 Quarta exceptio,† quam poſsūr opponere maritus,vel eius hęredes contra recuperare volentem dotem, eſt exceptio impenſarum per maritū, pro funere ipſius vxoris, imò & quāduq;pro vltima infirmitate,& maximè incurabili factarū, de quo puncto cū latè egerim in ſuperioribus,vbi de aleuda muliere ęgra tractaui, & latè materiam declaraui,ideò hic breuis fio,remittens illuc lectorem.Et in terminis quòd exceptio impēſarum funerum poſsit in hoc caſu oppuni,& debeat admitti, vltra deciſiones aliorum Senatuum,de quibus ſuprà, ita etiam declara-
† tum in noſtro fuit *deciſio*.facta 13. Septembris 1521. Relatore egregio Senatore N. Dalmau,in cauſa Petri Pou,& Ludouici Reguer,quam ad aliud ſuprà allegauimus etiā.

32 Et nonſolùm † ad has impenſas tam priuilegiatas tenetur mulier,& eſt obligata eius dos,ſed etiam ad alias quaſcunque factas ad perpetuam rei dotalis vtilitatem, ſi magnæ ſunt & norabiles,ad exemplum vſumfructuarij,cui in hoc ęquiparatur,vt habes latè apud Afflic.deciſ.252.num.4.Stephan.Grat. diſcep.foren.236.par.2.Roſſental.de feu. cap. 10.conclu.43.nu.75. Sotumaior de vſufruc. lib.1.cap.57.num.10.Abundantiſsimè Barboſ.in repetitioue rub.ff.ſoluto matr. in 3. par.ex num.20.cum multis ſequentibus.Vide alia, quæ ad propoſitum impenſarum, ſi eas recuperare poteſt mulier bona viri tenens, diximus ſuprà hac eadem glo.3.par.5.

33 Et an valeat † pactum,vt propter impenſas non ſit agendum, tractant latè Barboſ. in rub.ff.ſolut.matr.par.3.ex num.26.& plenè etiam Gratia.in cita.deciſ.236.ex nu.16 vbi latè diſtinguunt inter impenſas neceſſarias,& vriles,& ibi declarant illud quod cōmuniter dicitur, propter impenſas neceſſarias minui ipſo iure dotem,quomodo intelligatur,quod nos omittimus,quia hæc pacta apud nos non frequentantur.

34 Quod fallit † in impenſis factis pro exigēdis nominibus debitorum in dotem datis, cum enim eas facere teneatur maritus,ideò non recuperat,vti præ alijs,latè, & pulchrè Stephan.Graria.dicta diſcep.236.ex nu.13. qui alios plures coacernat,& cumulat viden
35 dos.Et intelligendum † eſſe aſſerit in paruis impenſis, quaſi vir tunc cogitare neceſſariò debuerit

debuerit aliquid impendendum esse in exigẽdis debitis,nõ in magis,ne resultet iniquitas. Atque ita intellexisse, & distinxisse Rotã Roma.de anno 1584.docet,quæ decisio legitur nunc impressa in collectis per Fari.decis. 908.vol.2. quæ est singularis in hac materia.

36 Vide circa materiam † hanc Hercul.Marescot.variar.resolu.lib.2.cap.112.num.24. vbi resolutiuè tenet quòd quamuis regulariter pro impensis, & meliorationibus retentio concedatur,id tamen(inquit) non procedit quoad melioramenta à marito facta in bonis dotalibus, nam licèt vir soluto matrimonio ea petere possit, vel eius hæredes,retinere tamen res dotales propter huiusmodi impensas non potest,tex.est in l. vni. § sed neque ob impensam C. de rei vxor. actio. Quod quomodo sit intelligendum, declarat optimè Alex.in cons.162.visis narratis, lib. 7.Per quę maritos nostros velim curêt in causa restitutionis dotis,quæ contra eos mouebitur dissoluto matrimonio, liquidare ante sententiam illas impensas,& meliorationes ne aliàs si illiquidę remanerent,fieret de restitutione condemnatio, nulla data pro istis impensis, & meliorationibus illiquidis retentione.

37 Quinta exceptio,† quando dos consistit in mobilibus non æstimatis,quam potest opponere maritus,vel eius hęredes,est quòd illa sint consumpta communi,& promiscuo conjugum vsu:hęc enim non restituũtur nisi qualia reperiũtur tempore restitutionis,& ideò si reperiuntur iam consumpta,non erunt re-

38 stituenda,licèt secus † sit in his, quæ in pondere,numero,aut mensura consistunt, in quibus extra pactionem contrahentium inducitur quædã tacita earũ rerum æstimatio, provt ex Bal.in l.de his, C.de donat. inter vir. & vxor.& Angel.in l.in hac C. de pac. conuen.& in alijs locis docet Quesada diuers. quæstio.iur.cap,28.in prin.vers.Quid autem statuendum,fol.112. & post eos omnes oouisimè Sotomaior de vsufruc.c.4.ex nu.14.

39 Sed quando † probabit maritus consumptionem dic quòd probando per tanti temporis cursum verisimiliter esse perempta, & consumpta,ex Bar.in l.ad præsens C.de mu rileg.lib.11.vbi facit regulam,quòd illos qui habent reddere rationem de bonis suppellectilibus,vel alijs rebus,quæ vsu consumũtur, sufficit probare quòd tanto tempore verisimiliter debuerunt posse corrumpi, sequitur Afflict.decis.13.num.27. Peregrin. de fideicom.art.10.nom.35.

40 Et hanc probationẽ † relictam esse totã in prudentis Iudicis arbitrio, docet Corse. singul.183.num.5. & Mascard. conclu.197.

41 nu.3.Vide quod † Senatus in facti contingẽtia referente egregio Senatore Hieronymo Astor inter Elisabetham Mestra, & Hieron.

† Espasa *iudicauit* 25.Septemb.1609. *ex cursu viginti octo annorum, qui ibi decurrerant, fore præsumendam consumptionem bonorũ mobilium,quæ cederet*(inquit)*debet periculo fideicommissariorum,& sic non veniunt in restitutione fideicommissi.* Per quę soleo semper consolere molieribus, ne mobilia & vtensilia, ac suppellectilia inæstimata in dotem ferãt viris,sed æstimata,si enim ita faciunt,periculum deteriorationis, & consumptionis non erit ipsarom,vt palàm est,& aliàs ego probaui in hoc eodem tom.vbi de dote æstimata egi,clau.5.glo.8.par.13.& etiam in materia parafernalium clauſ.6.glos.2.par.7.nu. 13. vbi vide.

42 Sexta exceptio † est,quãdo mater est quę dotem petit,& ea tutrix,& curatrix filij fuit, à quo petitur dos,vt hærede patris,nec ei rationem administrationis adhuc reddidit, in isto casu opponi ei rectè potest exceptio rationum non redditarum,quæ exceptio impediet restitutionem dotis.De quo puncto elegantes extant diffinitiones Anto.Fab.in suo Cod.lib.5.tit.8.de rei vxor.actio. 4.12. 13. 14. 15. & 16.

43 Vbi vlteriùs † docet quas retentiones dotis Iustinianus prohibuerit,dicens esse tantũ quæ olim fiebant ob liberos, ob res amotas, ob mores,aut ob expensas vtiles in dotem factas.Idem tenet Stepha.Gratia.decis.179.

† vbi *decisiones* pro hac opinione. Videt. Baeça de decima tutor.cap.4.num.44.Ioan.Gutier.de tutel.& cur.par.1.cap.8.ex num.49.

44 Qui dicunt † rationem esse,quia dos est legitimè hypotecata pro ista administratione, constat autem quòd res hypotecata retineri potest ratione hypothecæ, iuxta tex. in l. quamuis C.de distractio. pignor.cum simil.

45 Sed hoc † nihil est,quia in esse ctu pœnam loit qui delictum commisit, & soluit qui debet,habet autem res hæc aliud, quod mirabile videtur,ab omnique prorsùs ratione alienum,quia vult lex,quòd bona etiam secundi viri, qui contrahit nuptias cum ista muliere antequam teddiderit rationes suæ administrationis tutelaris,sint etiam pro ea obligata, atqui si ipse admioistrasset etiam , provt sunt tex.in l.2.C.quando mul.tutel.offi.fũg. poss.& in l.si mater C.io quib.cau. pig. tacit. contra.Baeça de decima.tutor.cap.4.nu.55. Ioan.Gutier.de tutel.& cur.par.1.cap.9. nu. 29.& Statil.Pacifi.de Saluia.interdi.inspec. 3.cap.4.num.500.Hic potest dici quòd peccata non tenent suos Auctores, sed eos trãsgrediuntur,& ad alios transterontur,vt illorum pœnas luant,dura lex,coi nõ video quo modo possit quis obuiam ire , nisi cauendo

ne

ne nubat mulieri obnoxiæ his obligationibus.

46 Redeamus † ad illud, quod antea dicebamus, posse mulieri agenti ad dotis repetitionem opponi exceptionem non redditæ rationis, contrarium enim tenent plures, & signanter Viui. decis. 317. in princip. atque ita † *decisum* in Regia Apuliæ Audientia de anno 1584. docet. Rota etiam Romana pluries † idem *tenuit*, vt Auctor est Seraph. de Oliuar. decis. 1455. & Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. inspec. 3. cap. 4. num. 28. & post eum tractatum in decisionibus ibi in fine positis, decis. 19. in additionatis. Rota etiam Siciliæ † idem *sensit* apud don Garciam Meltril. plena decis. 189. lib. 2. qui mirè rem hanc declarant, & rationes reddunt.

47 Et signanter † illam, quòd prætensum mulieris debitum sit illiquidum interim, dum redditæ rationes nõ fuut, quod nõ debet impedire restitutionẽ liquidi. Vndè inferebat Rot. Floren. decis. 13. apud Anton. Mona. quòd si opponitur compensatio ratione debiti liquidi, ea admittenda est, atque ita † *decisum* asseritur in ea Rota, vbi de materia cõpensationis faciendæ, vel non, contra mulierem in dotem exigentem. Nouissimè etiã mul † tò post hæc scripta repeti idem *iudicasse* Senatum Valentinum, vt est apud don Fran. Hiero. Leo decis. 17. ex num. 14. vbi pluribus quæstionem disputat, sed non viderat multos ex his, quos nos suprà adduximus. Adde Peregr. in cons. 100. io prin. lib. 1.

48 In nostra Cathalonia vix poterit vnquam de hac re dubitari, quia vix succedet vnquam quòd petat dotes suas quin existat vel ipsa, vel hęres eius filius in possessione bonorũ viri, quã cõstitutio hac nostra, in eam ipso iure transfert statim mortuo marito, vt vidimus, quo præsuppositio cõcludũt omnes cõtra mulierem possidentem non posse obijci hanc exceptionem rationis non redditæ, vt habes apud Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 8. de rei vxo. † actio. defi. 12. & 15. vbi asserit ita *decisum*, & sufficere quòd per clausulam constituti mulier possideat.

49 Huc intrabat † propter affinitatem materię, illa qnæstio, num tutor, à quo petuntur rationes, possit eis adhuc non redditis, compelli ad restituendum quod liquidò constat in inuentario ad se ex bonis pupilli peruenisse, de quo vide per Surd. in plena decisio. 184. & Mar. Giurb. decis. 15. ac alias plures decis. relatas per Ric. collecta. 2027. Nec omitas nostrum Caucer. in 3. part. variar. cap. 15. de renun. num. 314. cum sequen.

50 Septimã licèt † multũ extraordinariã vidi opponi per marirũ exceptionẽ aduersus dotis restitutionem, dicebat maritus, & docebat quòd fundus, qui fuerat ei in dotem adductus, non erat proprius ipsius mulietis, sed alicuius tertij, & quod ipse possidendo dictũ fũdũ per triginta, aut quadraginta annos, aut aliud lõgius tempus, illũ præscripserat ad sui

51 vtilitatẽ, quia præscriptio † opetatur dumtaxat in fauorem præscribentis contra eum cõtra quẽ præscribitur, non in fauorem tertij, cum quo nihil est actum, provt bene Vincen. de Fran. decis. 166. num. 9.

52 Sed responsum † ei fuit inciuilem multùm esse sui ipsius prætetionem, & contra tex. expressum in l. Proculus 68. ff. de iu. dot. vbi maritus rem dotalem, quæ non erat vxoris tradentis, per tempus legitimum possidens, non sibi, sed vxori præscribit, plura in idem adducit Pet. Barbos. in l. si alienam 12. num. 2. ff. solut. mat. Per quæ ego in Senatu de anno 1620. pro Collegio Patruum societatis Iesu Ciuitatis Gerundæ, contra nobilem Ioannem de Sarriera, coram egregio Senatore Ioleph. Ferrer, defendebam præscriptionem cuiusdam census, quam opponebat dictus Sarriera, ex quo per centum annos, & vltrà eos nõ soluisset cuidam consignatario, cui in pignus datus erat, donec certa quantitas sibi solueretur, sibi nõ profuisse, sed imò dicto Collegio.

53 Fundabam † prętentionem in eo ipso, quod dixi de marito respectu dotis, quemadmodum enim ex quo maritus possidet nõ pro se, sed pro vxore, propterea vxori non sibi præscribit: sic eadem ratione cum dictus Sarriera esset emphyteota collegij, & ex cõ sequenti pro eo possideret, iux. glo. & ibi cõmunitet scribentes in l. 3. §. ex contrario, de acquir. poss. & in l. siue certo, §. si duobus vehiculum, ff. commoda. Afflict. decis. 380. n. 4. & ego ipse in 1. tom. clau. 4. glos. 18. par. 1. num. 134. fiebat, & fieri dicebam, quòd præscriptio domino directo debebat prodesse, non emphyteotæ, qui pro eo possidebat. Exemplaris multùm est casus illius causę, quia pulchræ quęstiones in eius disputatione occurrerunt, quæ fuerunt ibi enucleatę, de quibus latè suprà dixi clau. 5. glos. 8. p. 15. ex num. 43.

54 Octaua exceptio est, † quando dicit maritus se non teneri ad restitutionem, quia quamuis ipse, & pater eius confessi fuerint ambo se dotem recepisse, ex quo tamen pater administrabat bona, ab ipso solo est restituenda, provt latè probant Osasc. decis. 44. † vbi *decisio* Senatus Pedemonta. & Surd. decisio. 47. num. 6. Decia. respon. 49. à num. 14. lib. 2. Hondede. cons. 45. num. 12. lib. 1. Menoch. præsump. 14. lib. 3. Colla de portio. rat. q. 21. Guidobon. aduoca. 37. ou. 2. vbi hęc dicitur receptissima apud omnes opinio.

Quæ

55 Quæ tamen † vix habere locũ poteſt vnquam, ſtantibus, provr ſtant communiter in capitulis matrimonialibus ſolidi obligationes, & patris, & filij de dote reſtituenda, pro vt aduertit poſt alios Coſta vbi ſuprà num. 1. Et in omni caſu debent eſſe cautæ mulieres, & qui illarum partes agunt in contractu matrimonij, vt iſta ſolidi obligatio fiat, & apponatur ne damnum ipſę in hac repetitione ſentiãt. Vide vltrà ſupradictos Andr. Geor. allega. 41. per totum. Atque ita in Senatu ſtantibus iſtis obligationibus ſemper fiunt condemnationes indiſcriminatim, contra vnumquemque, cum eo motiuo qnòd omnes ſe obligarunt ad reſtitutionem, & ſignanter in cauſa nobilium coniugum Semmanats, cõtra nob. Hiero. Vila, cuius iam aliàs memini † in materia ſponſalitij, ita *dictum* fuit referẽte egregio Senatore Hieronymo Senjuſt. Actuar. Reig.

56 Itẽ quãdo † pater conſentit quòd filio dos ſoluatur, an tunc teneatur ipſe in ſolidum ad illius reſtitutionem. Dic quòd ſic, nedũ quando conſenſit receptioni dotis, ſed etiã quãdo conſenſit celebrationi, & contractui nuptiarum filij, de quo ſunt elegantes deciſiones Surdi 47. & 62. ex nu. 16. videndæ. Et in terminis in Senatu in caſu, quo pater cõſenſerat receptioni dotis fauore filij, quia in pactis dicebatur qnòd de eius voluntate, & conſen† ſu fuerat filio ſoluta, fuit *condemnatus* pater ad illam reſtituendam inſolidum, ſententia lata referente egregio Senatore Ioſeph. Ferrer in cauſa pupillorum Cellent, contra Pet. Ioan. Fatells, die 15. Ianua. 1614. Actuarius Prats. Verum eſt quòd etiam conſenſerat pater matrimonio, ſaltem tacitè, cum in capitulis feciſſet donationem filio de bonis ſuis. Vide de hoc etiam ſuprà in clauſula promiſſionis, & obligationis viri de dote reſtituenda, clau. 7. glo. 2. par. 2. ex nu. 65. Hic poterunt cumulari quæ ſuprà in initio clauſulæ conſtitutionis dotalis, clau. 6. gloſ. 1. par. 1. diximus de foceto tantum recipiente, ac recipere debente, dotem ex quo ipſe ſolos ſuſtinet onera filij matrimonij, ibi videas.

57 Nona exceptio eſt, † quòd maritus non tenetur ad totam dotem ſcriptam in capitulis matrimonialibus reſtituere, quia oec ille tantam dotem recepit, nec fuit animus contrahentium quod tanta conſtitueretur, provt conſtat alio inſtrumento inter partes poſteà inito, quo dicit de veritate facti conſtare, cũ in eo dicatur quòd licèr in capitulis matrimonialibus tanta dos ſit conſtituta, nempè trium mille librarum, veritas tamen eſt animum contrahentium fuiſſe quòd minor eſſet, nempè bis mille librarum. De cuius conuentionis, & pactionis validitate dubitandũ nullo modo eſt cum adeſt omnium intereſ-

58 ſe habentium conſenſus. Nec obſtat † conſti. vni. *à foragitar fraus*, tit. de promiſ. dot. in noſtris conſti. nec alia quæ Doctores tradunt de clandeſtinis cõuentionibus, quę poſt firmata capitula matrimonialia, in præiudi-
dicium contentorum in eis fiunt, de quibus ego late egi in altero tom. clau. 4. glo. 1. ex num. 71. quia iſtæ non ſuot clandeſtinę promiſsiones, cum fiunt ſcientibus, & conſentiẽtibus omnibus, ſed declaratio veritatis, quòd licèr ex aliqua cauſa quæ ſæpè contingit, apparuerit ponere tres mille libras, non tamẽ erat intentio quòd eſſent niſi bis mille, provr in terminis terminantibus docet Vincens. de Fran. deciſ. 205. num. 3. & magis clarè, & diſpoſitiuè Ioan. Griuel. deciſ. Dola. 48. per
† tot. vbi ita *deciſum* in illo Senatu in facti cõtingentia dicit.

59 Noranter dixi, † ſi omnium intereſſe habentium accedit conſenſus, nam ſi vnius, vel alterius ex ipſis ille deficeret, nihil actum eſſet, mulier nihilominus peteret à parentibus totam dotem promiſſam à principio, & tunc propriè verificaretur quod dicitur de reprobaris clandeſtinis conuentionibus, & repromiſsionibus in præiudicium eorum, quæ in capitulis matrimonialibus conſtituta fuere, provt in terminis dicit Vin. ent. de Fran. in cita. deciſ. 205. num. 3. afferens quòd
†† vbi non adfuit in his omnium conſenſus, ſolitum fuit ſemper in Senatu Neapolitano *declarari* pro oullitate conuentionum, & pa-
60 ctionum. Et in hoc † videtur etiam fundari deciſio Dolana iam allegata, aliàs periculoſa eſſet eius reſolutio, nam ibi non conſenſe-
61 rant parentes viri, verum eſt † quod fuerunt conſideratę plures circunſtantiæ, quæ inibi aderant, demonſtrantes non fraudandi cauſa, ſed veritatis facti demonſtrandæ, quòd oblentationis cauſa plus fuerat ſcriptum, quã dictum in capitulis matrimonialibus, fuiſſe factam ſecundam pactionem, & conuentionem, quę cum militant, multùm iuuant, & iuuare debent actum, & validitatem illius, quas tu conſiderabis cum occurret ſimilis caſus ſi vis non errare.

62 Hic punctus † tractatus in Senatu noſtro fuit de anno 1621. in cauſa creditorum hæreditatis don Ioachimi Setanti huius ciuitatis, in qua, ſententia lata referente egregio Senatore Franciſco Gamis die 16. Septemb. fuit
† *iudicatum* contra recognitionem factam poſtridiè eius diei, quo fuerant firmata capicula, quòd dos non erat tanta ſicut in capitulis dictum fuerat, ſed minor, & quod dictum fuerat ſicut in capitolis habebatur, maioris oblẽtationis gratia. Motiuum fuit, quia inſtrumẽtum prædictum factum fuerat per matrem, & fra-

& fratrem dotantes vnà cum filia, & sorore respectiuè nubente, virn& matri eius, nesciente,& non consentiente patre ipsius viri, cui vt principali facta fuerat constitutio dotalis,& ipse se obligauerat ad restitutionem, & donationem propter nuptias,siuè sponsalitium fecerat nurui,conuenies doti promissæ in capitulis,& denique donationem omnium bonorum filio fecerat contemplatione illius matrimonij:considerauit enim Senatus quòd deficiebat consensus patris tam magnũ interesse in negocio habẽtis, & ideò annullauit instrumentum,concedens mulieri, vt non obstante eo posset ex bonis matris, & fratris dotantium recuperare totam dotẽ sicut scripta erat in capitulis. Actuarius est N.Mallol,vide si alia de iitis retrodonationibus scire vis,in 1.tom.

63 Pro noua † exceptione vidi aliquando dictum mariti bona non remansisse obligata ex quo ipse erat minor tempore obligationis,nec interuenerant solemnitates de iure, aut statuto requisitæ in alienationibus, & obligationibus minoris.De qua exceptione nunc non ago,quia de ea latè tractaui suprà hac eadem claus. 7. glos. 2. part. 1.ex num. 47. vbi videas.

SVMMARIA.

1 *Tertij possessoris materia,vbi tractetur latè, remissiuè.*

2 *Excussio mariti principalis dotis debitoris est necessaria antequàm ad tertium possessorem deuentatur.*

3 *Sed sunt qui contrarium tenent,& ibi decisio.*

4 *Fiscus non tenetur facere excussionem in suis hypothecis.*

5 *Argumentum à fisco ad dotem non est necessarium,nec è contrà.*

6 *Exceptio discussionis non est de apicibus iuris.*

7 *Tertij possessores possunt in eodem iudicio simul conuenturi,& condemnari in eodem iudicio cum debitore principali, & quomodo, vbi decisio nostri Senatus.*

8 *Creditor agens contra tertium sine discussione principalis debitoris,si de hoc ei opponitur, potest in eodem iudicio probare inopiam debitoris.*

9 *Hæres alienius tertij possessoris cum conuenitur,est necessarium probare rem obligatam qua possidebatur per defunctũ,deuenisse ad hæredem.*

10 *Quia in hoc iudicio non agitur contra eum, vt hæredem,sed vt possessorem.*

11 *Sententia in interdicto,vti possidetis,lata contra defunctum non transit in hæredem.*

12 *Mulier non agit contra tertium bonorum mariti possessorem pro recuperatione dotis cum ipsa fuit negligens in exigendo.*

Quod quomodo sit intelligendũ, declaratur

13 *Mulier repetit fundum dotalem alienatum per virum si ipsa alienationi non consensit.*

14 *Alienatio fundi dotalis regulariter est prohibita.*

15 *Fallit si dictum foret quòd si non extaret fundus penès maritum tempore restitutionis, solueretur pretium,vel valor.*

16 *Maritus non potest concordare, nec transigere super re dotali nisi retinendo rem, & ibi limitationes remissiuè.*

17 *Tutores,& curatei non possunt transigere super re pupilli alienando,sed retinendo rem.*

18 *Alienatio fundi dotalis siue fiat per maritum de consensu vxoris,siue per vxorem de consensu viri,non valet.*

19 *Fallit si est facta alienatio cum iuramento mulieris.*

20 *Alienationis fundi dotalis materiam qui Doctores latè tractent.*

21 *Firma,& obligatio mulieris coacta, vel meticulosa non valet.*

22 *Metus reuerentialis cum enormissima læsione sufficit ad rescissionem firmæ mulieris.*

23 *Alienatio fundi dotalis an rescindatur ex eo solo quòd nullũ ad mulierẽ cõmodũ peruenit,quamuis aliàs non remaneat indotata.*

24 *Opinio affirmans,& ibi decisio nostri Senatus.*

25 *Minor restituitur aduersus alienationem rei propriæ,si constat non intrasse in sui vtilitatem maiorem partem valoris illius rei, quamuis plura bona ei remaneant aliàs, vbi decis.*

26 *Opinio negans placet Auctori.*

27 *Obligatio mulieris facta cum iuramento mero iure valet,quantumuis remaneat indotata, ex benignitate tamen conceditur ei rescisio si in totum,vel in maiori parte remanet indotata.*

28 *Læsio in muliere quæ vult rescindi facere suã obligationem, consideratur respectu totius sui patrimonij,vbi decis.*

29 *Respondetur ad ea,quæ dicta sunt de minore suprà num.25.*

30 *Obligationes mulieris cum petuntur rescindi ex læsione,qualiter res sit considerandæ.*

31 *Iudex qualiter se debeat habere in rescindendis obligationibus mulierum.*

32 *Actio quòd metus causa, an trãseat ad hæredes, remissiuè.*

33 *Pretium totum alienationis firmatæ per vxorem,præsumitur ad virum peruenisse licèt ipsa etiam confiteatur illud recepisse.*

34 *Mulier dicitur nullum commodum ex alienatione rei dotalis percepisse cum consensit totum pretium recipi per virum, & in alijs casibus de quibus hic,vbi decis.Senatus.*

35 *Mulieris factum consentientis postea quòd totum*

totum pretium, quòd ambobus dictum; & ſcriptum eſt, recipiatur per virum, an poſſit nocere emptori.

36 *Pater remanet obligatus pro dote recepta per filium cum ipſe conſenſit, quòd tota ei ſolueretur, vbi dicit.*

37 *Mulieris conſenſus quòd totum pretium recipiatur per virum, non nocet emptori, & alia in materia.*

38 *Niſi mulier remaneret in totum, vel in maiori parte indotata.*

39 *Alienatio rei dotalis ex cauſſa neceſſaria eſt permiſſa.*

Et quæ poſſint eſſe huiuſmodi cauſæ, ibidem.

40 *Actiones omnes legitima præſcriptione tolluntur.*

41 *Exceptio oritur ex curſu temporis, quæ oppoſita elidit actionem.*

42 *Præſcriptio datur in dote, ſed illa non currit durante matrimonio.*

43 *Soluens poſt præſcriptionem adimpletam, non ex hoc poteſt compelli iterum impoſterũ ſoluere, vbi deciſiones.*

44 *Præſcriptio perfecta non tollitur niſi per aliã æquè perfectam.*

45 *Soluens poſt præſcriptionem, an poſſit ſolutum repetere, & condicere.*

46 *Soluens poſt præſcriptionem per tempus longũ ſufficiens ad præſcribendum, obligatur ad ſoluendum impoſterum.*

47 *Obligatio, quæ contrahitur ex ſolutione longi temporis poſt extinctam obligationem per præſcriptionem, dicitur noua.*

Nouum eſt, vbi ſit iterum quòd prius erat extinctum, ibidem.

48 *Solemnitates eædem, quæ requiruntur in noua creatione cenſualis, requirantur etiam in re aliuiſcitia illius poſt præſcriptionẽ libertatis.*

49 *Ratificatio contractus nulli requirit eaſdem ſolemnitates, quas celebratio illius, vbi deciſio Senatus.*

50 *Dos cum detur æſtimata, dominium tranſit in maritum ſola obligatione remanente marito reſtituendi pecuniam.*

51 *Fallit in ſubſidium.*

52 *Bona mobiliadata in dotem etiam non eſtimata, non repetuntur, ſed eorum valor, niſi extent penes virum.*

GLOSSA III. PARS XIII.

Proſequitur eadem materia reſtitutionis dotis.

Et ſignanter quando ea prætenditur facienda per tertium bonorum mariti, vel ipſiuſmet dotis poſſeſſoris.

Et de alienatione fundi dotalis.

1 Dductæ † in ſuperioribus ſunt de principalioribus exceptionibus, quas maritus, aut eius hæredes poſſunt opponere aduerſus petitam dotis reſtitutionẽ. Videamus nunc de tertijs poſſeſſoribus poſſidentibus, vel bona mariti ad dotis reſtitutionem obligata, vel dotem ipſam in aliquo fundo dotali conſiſtentem. In hac materia non arbitror quæcumque dici poſſent de tertijs poſſeſſoribus, & quæſtionibus circa eorũ materiam incidentibus tractãda: Hoc enim foret immensum, & egrederetur multùm inſtitutum, quod proſequimur, ſed aliqua tantùm prętangam, quæ materiæ noſtrę conuenire poſſunt, reliqua, & ſeu multa de tertijs poſſeſſoribus non te pœnitebit legere in 11. tom. clau. 4. gloſ. 18. par. 1. num. 128. & par. 2. ex nu. 51. cum multis ſequent. quę accommodare poteris caſibus de tertijs poſſeſſoribus occurrentibus.

2 Quod imprimis † in hac materia animaduerti debere arbitror, eſt dotem non eſſe in aliquo priuiuiegiatam circa excuſſionem, quæ de iure facienda eſt contra tertios poſſeſſores, ſicut enim reliquis quibuſcunq; creditoribus agentibus aduerſus tertios poſſeſſores pro recuperatione ſuorum creditorũ, ſic exceptio eſt neceſſaria mulieri, vel eius hæredibus quę fiat contra maritum hæredem antequam contra tertium agant. Pulchra de hoc eſt defin. Fab. 25. in ſuo Cod. lib. 5. titu. 7. de iu. dot. & titu. 8. de rei vxor. actio. defin. 2. nec defuerunt qui ante eũ idẽ docuerint, & ſignanter Cin. & Bal. in l. vbi adhuc ſub num. 24. verſ. Sed ſtatim C. de iur. dot. Bar. in l. ſi conſtante num. 72. & ibi Alex. num. 20. Neguſ. de pig. 1. memb. 8. par. nu. 23. verſ. Tamen. Nat. conſ. 81. num. 1. lib. 1. Ioſeph. Ludoui. deciſ. peruſin. 45. num. 1. Statil. Pacifi. de Saluia. interdic. in ſpec. 2. cap. 2. num. 7. & 8 & num. 50. & 51.

3 Verum eſt, † quòd vir doctus Gerar. Maynar. deciſ. 22. lib. 3. contrariam defendere conatus eſt multis, atque ita in Senatu Tho-
† loſa *deciſum* refert, ac prefertim argumento
4 ducto a priuilegio fiſci, quem dicit † non facere excuſſionem in ſuis hypotecis per l. Moſchis, & ibi gloſ. de iur. fiſ. l. libertus §. 12 ad municip. fiſco autem æquiparari mulierẽ, nemo dubitat, & nos etiã docuimus ſuprà, tũ vbi de auocatione pecunię ſolutę poſteriori creditori egimus, tũ & etiam vbi de oppoſitione in executionibus bonorum viri tractauimus, dicit item ſummarium eſſe iſtud reſtitutionis dotis iudicium, quod non admittit iſtos circa excuſſiones faciẽdas iuris apices.

5 Sed nihil † hęc me mouent. Primò quia non reputo neceſſarium argumentum à fiſco ad dotem,

dotem,nec è contra, cum in multis reperiamus fiſcum magis priuilegiatum quàm mulierem pro dote,& è contra, vti habes latè vltrà alios,apud Nicol.Euerar.in topi.legal. loco à fiſco ad dotem, per tot.

6 Secundò,quia † nec etiam vnquam conueni cum illis, quibus viſum eſt exceptionem diſcuſſionis eſſe de apicibus iuris, & ideò nō fore in iudicijs ſummarijs admittendā,aliam enim ego doctrinam,& ſententiam profiteor vt explicui in 1. tom. clau.4.gloſ. 9. part. 5. num. 36.

7 Maximè † quòd mulier nullum ex hoc patitur damnum,cum nihil interſit conuenire potiùs vnum,quàm alium,imò poteſt omnes in eodem iudicio conuenire,& non excludetur quoad tertium,per exceptionem diſcuſſionis,ſed ea remittetur ad diffinitiuam, vbi condemnabitur principaliter obligatus, & diſcuſſione contra eum facta,tertius poſſeſ-
† ſor,iuxta doctrinam *practicatam* in Senatu Grationopo.de qua per Guid.Pap. deciſio.
† 432.nu.11. Atque ita *obſeruat* noſter Senatus ad vitandum circuitus inutiles, vti habes in deciſione cauſę Communitatis Eccleſiæ Elnen.contra Petrum Cabrol,& alios, Relatore egregio Senatore Ioſeph. Dalmau 5. Septemb.1613.Actua.Agramunt.In qua omnes fuerunt condemnati, *hoc intellecto quòd priùs fieret executio contra principalem, & exequerentur antè illius bona.*

8 Si vult † mulier in eodem iudicio probare non eſſe neceſſariam excuſsionem, veluti quia principalis ſit inops, aut aliàs, poterit vtique,vt dicit Molin. de primog. Hiſpan. lib.4.cap.7.n.38. Et in terminis,quòd oppo-
† ni in iſto caſu mulieri exceptio excuſsionis non factæ poſsit,& ei obſtet,*declarauit* Senatus referente egregio Senatore Hiero. Altor 24.Septemb.1601.Scribia Franciſco Font, in cauſa Stephani de Seneſpleda,contra nobilem Staſiam de Requeſens.

9 Secundum,† quod adnotandum hoc loco duxi,eſt vnum,in quo multos errare multoties vidi,ecce quòd conuenitur tertius poſſeſſor in deffectum bonorum principalis,probatur benè cōtra eū ꝙ poſsidet bona obligata,moritur pendēte lite, multi nō curant niſi de citando ſucceſſores,& hæredes,& iuſtificare quòd ſint hæredes illius,& cum hoc putāt ſe obtinere debere contra eos, ſed decipiūtur,quia præcisè habent neceſſe probare rē obligatam deueniſſe ad hęredes, & ab eis poſsideri poſt debitoris mortem,aliàs nihil agitur,niſi quid ex perſona deffuncti commiſſum ſit.

10 Ratio eſt,† quia in hoc iudicio non agitur contra illos vt hæredes, ſed vt poſſeſſores,l.Si in rem actum ſit cum l.ſequen.de rei vendi.l.de eo,§.fin.ff. ad exhiben. vnde abſolui hęredes de neceſsitate debēt, niſi cōtra eos probetur, quod poſsideant, ſic egregius noſter olim Senator Anton. Oliba de actio. part. 2.lib.1.c.1.nu.68.

11 Quòd eſt adeò † verum,vt dicat Seſſe poſt multos deciſ.153.num.30.par.2.quòd hęres in talibus iudicijs,nec agit, nec cōuenitur vt hęres, nec ſententia lata in interdicto vti poſſideris,contra deffunctū trāſit ad hæredē,&c.

12 Tertiò notandum eſt † optimam futuram tertio poſſeſſori bonorum mariti pro reſtitutione dotis obligatorum, exceptionem ne teneretur ſoluere, ſi probaret,† quòd mulier fuit negligens in recuperando,veluti quia in abſentia mariti pecuniæ ad eam ſufficientes peruenieſſent,ex quibus ſibi potuiſſet ſatisfacere,& non fecit,aut aliàs,tunc ob iſtam negligentiam amittet ſine dubio quamcunq; actionē potuiſſet aliàs habere aduerſus tertios poſſeſſores,ex doctrina Roma. in conſ. 187.num.4.cum ſequent.de quo puncto Jatiſsimè per Cæſ.Barz.deciſ.Bonon. 72. per tot.vbi plura de iſta negligentia,ibique ſimile adducit de marito,cuius damnū eſt ſi fuit negligens in exigendo dotem à debitore ſibi aſsignato, facultatibus poſteà deſtituto, quæ eſt doctrina pluribus caſibus accommodabilis, vt habes ſuprà hac eadem gloſ. 3. par.7.num.27.Verum eſt quòd hæc in praxi difficulter obtineri poſſunt, quia vix poteſt contingere iſta culpabilis negligentia. Vide alia quæ diximus infrà in materia auctē.res quæ,circa recuperationem dotis, vbi docuimus,quòd etiamſi aliqua culpa poſsit imputari mulieri,cur ſe in dotibus non aſſecurauit dū videbat per maritū diſsipari bona,nihilominùs intrat auctē.diſpoſitio.

13 Reſtat dicamus † aliquid de eo caſu,quando dos conſiſtit in immobilibus,& illa repetiūtur penes tertiū alienata, an & quādo ſit locus repetitioni, & ſeu vēdicationi faciēdæ per vxorem,aut illius hęredes.Qua in re diſtinguēdi ſunt duo caſus.Primus eſt quādoeſt datus fundus in dotē inæſtimatus, vel ſi æſtimatus,ea tamē æſtimatione,quę nō facit emptionem, de qua re latè in ſuperioribus, & mulier non conſenſit alienationi illius, tunc clarum eſt,pateus,ac manifeſtum quòd mulieri datur locus repetitioni,& ſeu vēdicationi abſque difficultate, de quo late per Barboſ.in l.1.par.4.ex num.78.ff.ſolu.matrim.

14 Fūdatur † in nullitate rei dotalis per maritū factę alienationis,clarum eſt enim, quòd ea regulariter eſt prohibita, imò etiam ſi accederet vxoris cōſēſus,vt infrà dicemus litiùs.

15 Niſi dictum † fuiſſet quòd ſi non extaret fundus penes maritum tempore reſtitutionis,ſolueretur pretium, vel valor, tunc alie-

natio

natio eſt valida,& ſolum pretium reſtituitur, vel valor licèt fundus fuiſſet in dotem datus inęſtimatus,provt alibi ex Anto.Mona.deciſ. Lucen.42.comprobauimus luculenter, quæ facit differentiam ſi dictum ſit provt ſuprà, vel ſimpliciter,& abſolutè ſi fundus non extabit,ibi vide.

16 Sed ſi † concordauerit maritus cum bona fide cum aliquo ſuper re dorali, & ex iſtara tione illam in alium tranſtulerit,dubiũ eſt an mulier ſoluto matrimonio poſsit vindicare dotẽ,an cõrẽrari in eiꝰ locũ ea quãtitate,quæ ad marirũ ex inde peruenerit.Dic quod mulier vindicare poteſt,quia maritus nõ poteſt ſuper re dotali tranſigere,nifi retinẽdo, non

17 alienãdo,ad exẽplũ † rutoris,& curatoris, & aliorum huiuſmodi adminiſtratorum,l.ſi pro fundo 33.vbi nota.C.de tranſac.bona eſt de hoc defin.6. apud Anton. Fab. in ſuo Cod. lib.5.tit.15.de fund.dota.vbi etiam docet, qualiter in aliquo caſu poſsit valere tranſactio etiam alienando.

18 Sed ſi fundi † dotalis alienatio ſit facta, provt communiter fit, de conſenſu vxotis, vel per ſe ipſam de conſenſu viri? Hęc alienatio,clarum eſt,quòd non valet,l.vnica §.& cum l.C.de rei vxor.ac.& in prin.iſtit.quib. aliena.licet,vel non,& ideò petmittitur vendicatio mulieti contra tertium poſſeſſotem.

19 Sed ſi † ſuperadditum ſit iuramentum, quod in omnibus contractibus apud nos interponi ſolet,hoc opus, hic labor eſt, valet alienatio,& ſeu obſeruanda elt ob religionẽ iuramenti,non cuto vim facere,ſi hoc vel illo modo loqui debeamus, dum habeamus effectum, cap.cum contingat, de iu. iur. in antiquis,& cap.licèt mulieres eod. ritu.in 6. vnde fit,quòd ſi hoc modo ſit facta alienatio, non poteſt tertius inquietari, aut moleſtari, qui iſto modo acquiſiuit.

20 Latiſsimam,ac † multùm profundam materiam continent duo rex.prædicti,quatenus alienationem ſundi dotalis propter iuramẽtum validam efficiunt, de qua ego non propono aliud dicere, quàm quod eſt contingibilius in praxi, reliqua relinquens videnda apud Ioan.Gutier.de iura.confit.par.1.c.1. per tot.& Seraph.etiam de Seraphi.de priuileg.iuram.tot.ptiuileg.76.qui multum tẽporis in explicatione,& declaratione dictorum iurium conſumpſere.

21 Liberat ſe † primò mulier ab iſtis fitmis, & obligationibus, ac alienationibus, ſi per vim,vel metum eas feciſſe,vel illis conſenſiſſe probatur,& ex conſequenti hac via admitretur ad vindicandam rem dotalem à tertio illius poſſeſſore,in quem alienata fuit. Et quia de hoc latiſsimè actum fuit ſuprà hac eadem clau.7.gloſ.2.par.5. & alijs ſequent. quæ omnia veniunt huic negocio applicãda, ideò non repero.

22 Secundo, quamuis † non probet mulier metum vetum,liberabitur etiam ex metu reuetentiali iuncta enormiſsima lęſione, provt etiam in eodem loco abundantiſsimè docuimus,vbi materiam multùm extensè declaranimus,ibi videatur.

23 Circa quæ,† addendo ſuptadictis, nunc vtiliter quæritur,num pręſuppoſito quòd mulier nullum ex iſta alienatione aut firma cõmodum reportauit,ſed totum contigit marito,an ex hoc dicatur ſatis læſa,vt ex iſta lęſione contractus reſcindatur,per quam reciſionem fiat locus reſtitutioni dotis, & ſeu fundi dotalis.Aliquid de hoc eam tetigi ſuprà vbi tractaui de hoc metu reuerentiali,ibi plures deciſiones Senatus noſtri adduxi, in quibus in fauorem mulieris hoc motiuum inter alia fuiſſe appoſitum vides.Sed noſtra difficultas nunc conſiſtit,an iſtud ſolum ſufficiat,quia in illis declarationibus non fuit id declatarum cum ex alia parte remaneret mulier indotata,nunc verò quærimus, an quamuis alia remaneant mulieri,propter quæ non poſſet dici indotata,reſcindatur parricularis alicuius rei doralis cum iuramento facta alienatio, ex eo ſolo quòd in illa in totum temaneat in dotata mulier,quia conſtat nullum commodum euenisſe illi ex alienatione.

24 Qua in re,† ſi ſequimur quod ſuprà diximus,dum de mareria metus ageremus,metũ reuetentialem cum enormiſsima lęſione ad reciſionem ſufficere, quia facit præſumi metum,cum non ſit veriſimile mulietem ſine vi & metu tantæ lęſioni conſenſiſſe,viderur certè concludendum ſine difficultate reciſioni locum fore,& eſſe,quia non poteſt eſſe maior læſio,quàm quæ eſt in toto. Diſputatum de hoc in Senatu fuit de anno 1618.inter Paulam Montaneta viduam,& Franciſcum Granollachs militem,ſeu illius hætedem,Relatore egreg. Sena.Baltha. Morell.Actua.Reig. In qua cum ageret mulier ad reciſionem cuiuſdam firmæ pet eam factæ cum marito in quodã cenſuali per eos vendito,ex eo quòd dicebat ſe enormiſsimè in ea lęſam cum nullum indè commodum reportaſſet,& replicaret reus non eſſe locum reciſioni,quia mulier non remanebat proindè indotata, quod quo modò fieret,docebar clarè non obſtante alia declaratione in fauorem eiuſdem Montanera paulò anteà facta,referente egtegio Senatore Ioſepho Rocaꝰ, quam addduximus ſuprà in tractatu de metu,vt vidiſti:*obtinuit* † nihilominùs mulier pro reciſione,his ſolis motiuis.*Quia conſtat dictam Paulam Montaneta ex pretio cenſualis per eam,& dictum eius virum venditi nihil habuiſſe,nec quicquam ex modi,*

modi, ſeu vtilitatis percepiſſe, cum ex partita facta in banco, conſtet pretium dicti cenſualis fuiſſe dictum, & ſcriptum dicti viro, & vxori, & poſt paucos dies per vxorem giratum, dictum, & ſcriptum dicto viro ſuo in eodem banco, & ſeu eidem venditori pro ſimili quantitate, quam ei vir debebat. Ex quibus (inquit) *conſtat ex pretio dicti cenſualis nihil fuiſſe verſum in vtilitatem vxoris, & conſequenter eandem nedum enormiſſimè, ſed in totum fuiſſe læſam in dicta cenſualis venditione, ac proindè, & aliàs dictam cenſualis venditionem reſpectu dictæ vxoris nullam eſſe, maximè concurrente metu reuerentiali dicti eius viri, &c.* Ecce qualiter Senatus approbauit opinionem quod ſolus metus reuerentialis tum hac læſione, quod mulier nullum ex contractu, & obligatione reportauit commodũ, ſufficit ad reciſionem, non attendendo ſi remanebant, vel non remanebant mulieri alia bona, ex quibus viuere poſſet, vel ſe dotare.

25 † Quod idem proximis annis *declaraſſe* Senatum Siciliæ in fauorem minoris contra contractum à ſe geſtum, contra quem petebat in integrum reſtitutionem propter læſionem ſibi indè contingentẽ, Auctor eſt Mar. Giurb. deciſ. 110. num. 5. dicens conſiſtoriũ illud exiſtimaſſe minorem enormiſſimè læſum, atque ideò in integrum reſtituendum eſſe, ex quo conſtabat illum fuiſſe priuatum maiori parte bonorum, non reſpectu totius ſui patrimonij, ſed conſideratis tantùm bonis, de quibus erat quæſtio. En breui deſtructam machinam, quam ſecurè in ſuperioribus conſtituimus reſpectu læſionis mulieris, vbi pluribus probauimus quòd niſi læſio ſit talis, quæ auferat ei omnia bona, vel maiorẽ illorum partem, vt ſic dicatur indotata, non exauditur mulier agens aduerſus propriam obligationem.

26 Sed contraria opinio † (prædictis nõ obſtãtibus) magis ſine difficultate placet, quòd niſi in muliere ſit talis læſio, prout diximus, non habito reſpectu ad obligationem, quam facit, & reſpectu intereſſe, de quo in ea agitur, ſed reſpectu totius ſuæ dotis, & patrimonij, propter quam vel in totum, vel in maioti parte remaneat indotata, audienda nullo modo eſt in ſua prætenſa reciſione. Quã quia fundaui ſatis in cita. loco, vbi de metu tractaui, ideò hic non multa dicam. Solùm aduerto † quod mero iure, & ſecundum illius rigorem, obligatio, & firma mulierum iurarx, quæ fiunt pro maritis, valent, & tenent ſine difficultate, abſque aliqua ſpe reciſionis, aut retractationis, quantumuis per eas amittant omnia bona, & fiant pauperes, ac remaneant indotatæ, eodem modo quo in firmis, & obligationibus aliorum quorumcunq; non minorum, nec aliàs priuilegiatorũ, nullus habetur reſpectus, ſi in totũ, vel in parte amittũt bona ſua ex eis, & idcòquod mulieribus in hac materia Doctores concedũt de reſcindendis obligationibus, & firmis per eas factis, ſi in totũ, vel in maiori parte remaneãt indotatæ, ex benignitate conceditur, non ex iure, propter publicam vtilitatem, publicum que intereſſe, quod verſatur ne mulieres remaneant indotatę, vt in terminis dicunt The ſau. deciſ. 223. n. 13. & Amat. deciſ. 62. n. 15. & nos etiam diximus in tract. de metu hac eadem clau. glo. 2. par. 5. & ſequent. vbi & illud allegauimus, quòd ne mulier remaneat indotata, multa admittuntur contra iuris tigorẽ, de quo per Martin. Monter in reſpõſ. pro vxor. amit. nu. 97. in fine deciſionum. Ex his colligere poteris, quàm longè ſit à iure quòd mulieri ſubueniatur, aut ſubueniri de iure debeat ex eo ſolo quòd ex aliquo contractu particulari nullum reportauerit commoduni, cum adhuc in eo caſu, quo priuatur omnibus omninò bonis, & penitùs remanet indotata, ius eius non miſereatur.

28 Et in terminis, † quòd in muliere obligãre ſe pro viro, conſideretur, & conſiderari debeat læſio reſpectu bonorum illius *declarauit* Senatus referente egregio olim Senatore Michae. Ferret Auctore illius lib. obſeruantiarum noſtri Senatus, qui totus eſt aureus, per quẽ cõmuniter regitur Senatus: declarauit (inquã) die 11. Auguſt. 1582. in cauſa nobi. Marcheſiæ Salba, contra creditores, *vbi ad colligendam læſionem neceſſariam ad reciſionẽ obligationum tanquã metu mariti reuerẽtialiter factarum, fuit factus cumulus omniũ bonorum vxoris, & omnium obligationum pro marito factarum, & quia computatione facta conſtitit de enormiſſima læſione, ideò fuerunt reciſæ obligationes.*

29 Nec illud † quod dictum eſt de reſtitutione minoris quòd læſio conſideretur reſpectu rei de qua tractatur, non totius patrimonij, facit ad propoſitum, cum non ſimus in minore, nec in gaudente illius priuilegijs, ſed in maiore. Et adhuc in minore, quòd è contra læſio conſiderari debeat reſpectu totius patrimonij, docent, & tenent infiniti, quos adducit idem Giurba in cita. deciſ. 110. num. 3.

30 Securius ergo eſt † in hac materia ſequi quod docuimus in ſuperioribus, vbi hanc eandem materiam metus reuerentialis tractauimus, quòd quando mulier conqueritur de ſuis obligationibus pro viro factis, inſpiciatur quid in bonis, & in dote habeat, & conſideretur ſi illius reſpectu remanet in totum, vel in maiore parte indotata, & ſi vnica, vel pluribus obligationibus damnum contigit, & ſi ex vna teneanet in totum indotata,

dotata, vel in maiore parte reſcindatur illa, ſi in plutibus, reſcindantur quę lęſionem cauſant eo modo quo ibi diximus, vbi videarur ne idem rories re petamus.

31 Verum eſt quod † ſemper pungit, quod & ſuprà proximè, & in tracta. de metu diximus in his, qui debent reuerentiam, ex enormiſsima lęſione pręſumi contractum metiruloſum iuncto eo quod docet Giurba in cira. deciſ. 110. læſionem ſufficientem iudicari ar bitrio Iudicis. Quibus ſuppoſitis, quid verabit ne, ſi Iudex videt magnam læſionem in muliere contrahente cum viro, vel pro eo, quamuis nō ralem, vt per eam remaneat mulier, vel in totum, vel in maiore parte indotata, iudicet contractum merſculoſum? Sed cum ex communi Doctorum opinione læſio in muliere non ſit conſiderabilis niſi vel torā dotem comprehendat, vel maiorē illius partem vt vidimus, ideò in ea ex alia læſione nō inducetur, vel probabitur contractus meticuloſus quàm ſi ſit ralis. Nihilominùs cogitabis in his, res eſt quæ id meretur.

32 Hic erat † tractanda quæſtio, ſi actio ad impugnandum iſtos contractus meticuloſos ex eo quòd mulier remanet indotata, tranſit ad hæredes mortua muliere, abſque eo quòd ſit de hoc conqueſta, ſed quia eam iā tractaui ſuprà in mareria metus ibi videatur.

33 Reſtar videamus, † in quibus caſibus dicatur, & dici poſsit, quòd mulier nullum commodum accepit ex firma, & obligatione, ſed alienatione, præſuppoſito hodiernis remporibus ſemper ſolurio fit ambobus, & ambo, ſicut vendunt, aut aliàs ſe obligant, ſic cōfitērur ſe pretium recepiſſe, quod nos firmare apocham de recepto dicimus. Reſpondemus, quòd in hiſce rebus dotalibus, imò & in parafernalibus etiam propter metum reuerentialem, & quia cōmunirer accidentibus rorum pretium ſolet ad marirum peruenire, l. neque natales, vbi not. C. de proba. pręſumir ius rotum pretium, ac torum etiam commodum ad maritum peruenisſe, nihil ad mulierem, de hoc ſunt infiniti, inripio à ſingulari defin. Fabri. 22. lib. 4. titu. 14. de probatio. & pręſump. 22. Aymon. Crauet. in conſil. 91. num. 1. Addirio Capici. deciſio. 78. verbo, peruenisſe præſumitur, Hierony. à Lauren. deciſ. Auenionen. 45. n. 12. Rolan. in conſ. 64. vol. 1. & nouiſsimè Coſta de portio. rat. q. 42. vbi plures de hac *deciſiones*. Noſter ęriā, vt vidi, ſeruat inrrepidè Senarus referēte egre. olim Sena. poſteà Regēte Regiā Cācel. in Supremo Coronæ Arag. Conſilio nob. Ioanne Sabater in cauſa nob. Galcerandi de Cardona contra nob. Ludouicum de Cardona die 17. Decēb. 1591. Actua. Benedic. Sacares. Et rurſus referente egregio itidē olim Senatore Anton. Oliba, in cauſa nob. Bernardi de Pinos contra Paulum Grau, ſub die 20. Nouemb. 1595. Qua de re videnda ſunt quæ dixi latiùs in ſuperioribus hac eadem clauſ. 7. gloſ. 2. par. 4. ex nu. 19. vbi alias *deciſiones* adduxi, & alios Doctores cumulaui.

34 Sed quid, † quando, licèt non conſter reuerà, & defacto mulierem recepiſſe rotum pretium, vel partem illius, conſtat tamen quod vel in cōtinēti, vel ex poſt devolūtate ſua fuit marito ſolutū, provr quotidiè in noſtra Cathalonia, quia cōmuniter in ciuitatibus, & oppidis populoſis non fiunt ſolutiones harū rerum niſi per medium rabulæ, aut banchi cōmunis, vbi fit de pretio depoſitū dictū, & ſcriptum viro, & vxori ſimul, quod poſteà recipit rorum maritus de conſenſu vxoris, vel eriam ſoler dici in confeſsione, quam faciunt coniuges de terepto pretio, quòd ambo receperunt, vel ſolus maritus de conſenſu vxoris. Quęritur, an in iſto caſu remaneat mulier obligata pro iſta medietate, eodē modo quo fireuera monſtraretur illam fuiſſe per eā receptam realiter, & defacto: hic erat caſus, qui tractabarur in ſuprà relata cauſa Paulæ Móta nera, cōtra Granollachs, vbi Senarus ex hoc quòd ex poſt mulier conſenſit marito, vt totū † pretiū reciperet, *dixit* nō cōſtare peruenisſe, ſed totum ad maritū, quod negari nō poreſt.

35 Sed quomodo † poreſt fieri quòd emente tertio à marito, & vxore ſimul, & ſoluendo ambobus pretium, vt ſecuriùs emeret, & ſolueret, debeat ius præſumere ad damnum emētis, & ſoluentis, & vt liberer mulierem, pretium ſolum fuiſſe receptum à marito, nō ab vxore, vel quomodo tractatus, quos faciunt deindè vir, & vxor de illa pecunia ſoluta, poſsit nocere emptori, vr propterea debeat liberari mulier ab obligatione per ipſam contracta, dicendo quòd rotum pretium præſumitur, vel aliàs modo prædicto cōſtat deueniſſe ad maritum ſolum, nec aliquod commodum ſucceſsiſſe vxori? Quomodo (inquam) fieri poſsit, quòd hęc noceant viro, ego non video, maximè quòd conſenſus ille prr mulierem pręſtitus, quòd tota pecunia ſoluarur viro, operari deber obligationem vxoris, ar ſi ipſa reuerā recepiſſet, quia omnia noſtra facimus, &c. prout † pulchrè in alia 36 facti ſperie, in qua pater & filius confeſsi fuerant ambo ſe terepiſſe dorem filij, & quod modus ſolutionis fuerar, quòd illam ſoluerant filio, de voluntare, & conſenſu patris, † *dixit* Senarus obligari per hoc patrem ad dotis reſtiturionem, ac ſi reuerā illam ipſe recepiſſer, in cauſa pupillorum Cellents, contra Petrum Ioannem Farrells, 15. Ian. 1614. Relatore egregio Senarore Ioſeph. Ferrer. Actua. Prats. Non nihil de hoc dixi ſuprà in

8.exceptione eadem glos.3.pat.12.nu. 56.

37 Et in terminis,† quod hęc non noceant rectio emptori,& ſoluenti,nec eius reſpectu, & ad ipſius damnum totum pretium cenſetur peruenisſe ad matitũ ſolum, ſed dũtaxat prædicta procedunt quo ad ipſum vitum,& vxorem,& inter ſe tantùm,docent Aluar.Velaſ. conſultat.83.num.8. Vrſil. & Afflit.deciſio. 209.num.7.Coſta de portio.rat.q.42.nu.8. Vide ex his qualiter errent qui ſimpliciter contra emptores his præſumptionibus vtuntur,quæ non ſunt inductę principaliter contra eos,ſed contra maritum.

38 Solùm hæc † poſſunt retorqueri, & induci contra tertium emptorem,& per hoc habebis plenè matetiam hanr declaratam, quando non remanent viro bona,contra quæ mulier poſsit habete regreſsũ,& propterea remanere haberet indotata, tunc intrat illa benigna interpretatio contra emptorem, ne mulier in tota dote, vel maiore parte damnum ſentiat,de qua ſuprà diximus,atque ita in his noſtris proprijs terminis docent Vrſil. & Coſta vbi ſuprà videndi.

39 Euitat item † tertius dotis in immobilibus conſiſtentis, & ſeu fundi dotalis reſtitutionem,quoties probaret alienationem fuiſſe factam ex aliqua iuſta cauſa,ex qua fieri de iure potuiſſet. Conſtat enim quòd ex cauſa neceſſaria fundi dotalis alienatio non prohibetur,ſed permiſſa eſt,vti habetur in l.1.ff.de fundo dota.& in l.alienationes 13. ff. fam. hercif.& in terminis ita dicit Anton.Fab. in ſuo Cod.lib.5.tit.15.de fund.dota.defin. 1. Surd.deciſ.86.num.8. Hæc magnam habent latitudinem,quæ ego non intendo hic proſequi,ne multus fiam per ſingulos caſus diſcurrens, in quibus poteſt alienatio tenere,maximè cùm rarò practicentur in Cathalonia,vbi rarò illę alienationes iudicantur validę,ſi mulier indè remanet indotata:ſemper enim habemus illud in hoc ante oculos, non eſt diſcoperiendum,& denudandum vnum altare, vt aliud cooperiatur ex l.aſsiduis §.excertis C.qui potior.in pig.hab.quod huic materiæ expreſsim applicat Surd.in cita.deciſio. 86. num.16.Vide Fab.vbi ſuptà, qui tractat caſum,vbi nec vir,nec vxor habẽr aliudvndè ſe ſuoſq;alant,& Surd.in cita.deciſ.86.vbi diſputat de illo caſu,quando mulier vendit, vt maritum à carceribus liberet,& abundantiſsimè Hypoli. Riminal.in commen. ad prin. ioſti.quibus alienare licet, vel non, per multos num.Adde Vincent.de Franch. deciſio. 170.num.4.vbi refert Neapod. dicentem iuſtas cauſas alienandi fundum dotalem eſſe,vt mulier viuat,vt ſana viuat,vt libera viuat, & vt nupta viuat. Circa quæ ego conſulerem, quòd attenderetur multùm, ſi mulier remanet indotata,vel non:nam ſi indotata remanet,vix vlla alienatio,aut obligatio ipſius tenet,vt colligitur ex ſuprà adductis,& eſt elegans Rot.Rom.deciſ.apud Farin.851.vol.2. vbi nec pro libetando marito à carcere quic quam valet obligatio iurata,ſi remanet mulier indotata. Multa de hoc diximus ſuprà in tracta.de metu in hoc lib.hac eadem clau. 7.gloſ.2.par.7. ex num. 35.cum multis ſequent.huir negocio applicanda, ſine quibus nihil hic reſolues.

40 Finaliter euitaret † tertius reſtitutionem, vbi rem legitimè præſcripſiſſet, ſi ſcilicet negligens per tantum tempus mulier fuiſſet in petẽdo,quod ad præſcriptionẽ ſufficit,patet enim, q̃ omnes actiones legitima præſcriptione tollũtur,l.ſicut,l.omnes,C.de præſcri. 30.an.rũ.ſimil.Rol.à Val.cõſ.21.lib.2.Hie-

41 ro.Gab.cõſ.144.n.1.li.2.Aut ſaltẽ †(q̃ multũ venit ad propoſitũ) curſus tẽporis parit ſine dubio,exceptionẽ,quæ elidit ipsã actionẽ, qui eſt proprius loquẽdi modus Fran. à Põte in conſ.48.nu.3.Guidobon. aduoca. 40.nu.

42 11.& 12.Et in terminis,† quòd in dote aduerſus mulierẽ negligentẽ petere,detur præſcriptio,probat l.in rebus,in §.fin.C.de iur. dot.Quę tamẽ nõ currit durante matrimonio cũ eſſet impedita agere,provt probauimus latè ſuprà in principio clauſulæ conſtitutionis dotalis clau.6.glo.1.par.2.ex nu.51.Vide vltetiùs Boer.deciſ.328. num.4. & Setaphin. de Oliuar.deciſ. Rot. Roma. 569. vbi latè ſi tertius præſcribit rem dotalem.

43 Circa quam † præſcriptionis rei dotalis matetiam, vidi diſputarum caſum, qui pulcher eſt ſuptà modum,& valdè ſcitu dignus. Ecce quòd dos conſiſtebat in quodam annuo cenſu, cenſuale mortuum nos appellamus. Præſcripſerat obligatus legitimè libertatẽ, quæ ſine dubio præſcribi poteſt non ſoluendo per longũ tẽpus,ſed fuit deindè inductus ad ſoluẽdũ aliquas pẽſiones,nõ aduertẽdo ad præſcriptionem,& liberationẽ ſibi per eã parata. Dubitatũ fuit,an ex hoc,quaſi reuixiſſet obligatio,poſſet debiror cõpelli ad ſoluendũ in fututũ. Dixi,& tenui q̃ nõ. Quia præſcrip-

44 tio † perfecta non tollitur niſi per aliã q̃uè perfectã ex latè deduct*perIoã.Gar.in tra.de nobi.gl.6.ex n.23.cũ multis ſeq.Ioã. Gutie. in prac.q.18.n.11.li.3.Et in terminis de hoc sũt inſignia loca ſequẽtia Emã.deClar.aquis ſing.93.Hiero.àLaurẽ.deciſ.Auenionen.44. Ferrer in nouiſsim.additio.ad Guid.Pap.deciſ.221.& Canc. in 1.par.var. reſo. c.15. de præſcrip.n.11. Habui ego cauſã in Senatu ſuperiorib'annis,corã egre.Sena.Ioſep.Ferrer pro nobili Ioanne de Barutell,& de Baſtraca,contra adminiſtratores bacini paupetum verecunantium Eccleſiæ B.M.de Pinu huius

ciui-

ciuitatis, vbi de hoc agebatur. Sed qua aliâ, quæ facilior visa fuit, habuit Senatus viâ, qua causam in fauorem mei clientis expediret, nó tetigit hunc articulum. Sed reperio quòd
† antiquitùs *declaratum* in Senatu fuit in terminis terminantibus pro mea opinione, die scilicet 26. Iunij. 1544. inter Aldun. Ferrana, & nob. Glaud. de la Nuça, referente egregio Senatore Francisc. Vilana, vbi fuit expressis verbis dictum, *quòd actio semel per præscriptionem extincta non reuiuiscit licèt debitor post præscriptionem soluerit aliquas*
† *pensiones*. Et posteà idem etiam *declaratum* fuit 30. Octob. 1576. in causa cuiusdam Ioãnis Lloret contra Ioannem Matti referente Font Pastor.

45 Desideras † scire, iam video, si poteris etiã reperere, & condicere solutum, appetitus enim humanus nunquam satiatur. Sed & ego desidero etiam finem libro imponere, vide Doctores citatos, qui id in terminis tractãt.

46 Sed si non esset † vnica, aut altera solutio, sed essent plures factę post adimpletam præscriptionem, & acquisitam per eam libertatem non soluendi in tali numero, & per tantum temporis spatium, quod sufficeret ad præscribendum, veluti per triginta, aut quadraginta annos, tunc non est dubiũ quòd per hanc posteriorem præscriptionem tolleretur prima, & obligatio per dictam priorẽ præscriptionem facta ineficax, redderetur sine dubio efficax, & seu noua oriretur obligatio, provt in terminis terminantibus eis-
† dem vtendo verbis *declarauit* Senatus 28. Aprril. 1553. inter Gasparem Ribera, & nobilem Betengariũ de Castro, Relatore egregio Senatore Puig, in censuali, quod non exigebatur á 40. annis citra, postea verò exactum fuit per alios 40. annos, dixit Senatus debere imposterùm debitorem soluere, ex supradictis rationibus. Id quod confirmatur ex latè adductis per Ioan. Garcia in tracta. de nobilita. glos. 6. ex num. 23. cum pluribus sequent. vti pluribus probat id quod supra dictum est, per aliam posteriorem præscriptionem æquè perfectam tolli priorem.

47 Notanter diximus † cũ Senatu, & seu noua oriretur obligatio, quòd ex dicta posteriore præscriptione noua oritur obligatio, quia nouum est vbi fit iterùm quod priùs erat extinctũ, Dec. in cap. cum accessissent, num. 19. de constit. Bal. & post eum Felin. ibidem num. 33. dicentes quòd noua creatio est quæ dat nouum principium, & esse, & quę non dependet ex eo quod prius erat, sed ex noua voluntate, & ex nouo facto incepit esse, latè Cassana. in cons. 26. num. 38.

48 Id quod est † adeò verum, vt si aliquæ solemnitates, requirerentur in actu creationis censualis, eædem sine dubio necessariæ essent in ista reuiuiscentia, ex quo est noua obligatio, provt fusè docet Brun. in tracta. de refec. num. 6. & 9. & Cassana. dicto consil. 26. num. 39.

49 Simile est † quod dicimus de ratificatione contractus nulli, quod requirat easdem solemnitates, quæ requiruntur in illius celebratione, ex quo nouus contractus per ratificationem dicitur fieri. Ofasc. decisio. 166. num. 13. Gam. decisio. 356. num. 1. Cornaza. decis. 1. nu. 16. Farina. in 2. vol. decisio. 204. num. 10. Ioseph. Ludoui. commu. conclusio. 14. illatio. 146. Manti. de taci. & ambig. conuẽ. li. 25. ti. 6. n. 51. to. 2. Quod expressissimis
† verbis *declarauit* Senatus Relato. egre. Sena. Ioã. Castello die 12. Decẽb. 1594. vbi legun tur hæc verba formalia. *Nam in vim iuris ratificatio facienda est eisdem solemnitatibus, cum quibus est faciendus ipse actus principalis, &c.* In casu quo prætẽdebatur valere quẽ dam contractum factum nomine cuiusdam Vniuersitatis, si non in vim illius celebrationis, quia aliqua deficiebant, saltem in vim ratificationis, quæ prætendebatur posteà per Vniuersitatem facta per quosdam actus, qui fieri non poterant citra ratificationẽ. Partes erant Syndicus ciuitatis Gerundæ cum Syndico Capituli. Hæc sufficiant de primo casu, qui est de recuperatione dotis constitutis in re aliqua inæstimata.

50 Secundus igitur † casus versari debet, quã do æstimata data fuit res aliqua in dotem ea æstimatione, quæ facit emptionem, nam de alia æstimatione non curamus, cum nullius ferè sit fructus. Circa quem quærimus, quomodo ea sit restituẽda. Huic quęsito respondent quę latè in superioribus diximus, dum de materia dotis æstimatæ egimus, clauſ. 5. glos. 8. par. 13. vbi signantet probauimus, quòd in rebus datis æstimatis, dominium transit in maritum, & propterea sola pecunia est in obligatione, ideò mulieri non competit actio ad rem illam, sed imò ad pecuniam in casu restitutionis, ibi adduxi nostri Senatus binas
† *decisiones* de hoc expressè facias, & plures aliorum. Ex quibus sequitur responsio facilis ad quæsitum, quòd in isto casu mulier nõ persequitur fundum, siue ille sit penes maritum, aut hęredes eius, siue etiam apud tertium ex alienatione per maritum facta, illũ vendicare volens vt suum, sed pecuniam in dotem promissam, constitutam, & receptam petere debebit, ad quam recuperandam dũtaxat dabitur sibi actio. Hæc tibi probant latè quæ loco suprà cita. fusè diximus.

51 Eis nunc addimus, † quòd non procedunt, quando maritus, vel illius hæredes nnn sunt soluendo, tunc enim in subsidium datur actio

mulieri ad rem propriam recuperandam pe nes quemcunque reperiatur,& ſit,de quo pũ cto eſt pulchrũ tot.conſ.408.Mãdel.de Alba in hac materia,vti ſingulare videndũ,& deſi. Fab.43.de iu. dor.in ſuo C.nos etiã de hoc caſu diximus,& materiam larè explicauimus ſuprà, vbi de rebus ęſtimatis in dotem datis egimus, ſignanter in 7.caſu, vbi ſunt videda quę hic defficiũt,clau.5.glo.8.p.13.ex n.76.

52 Idem quod ꝑ ſupra diximus de immobili bus datis in dotem ęſtimatis,vt non poſſent recuperari à tertio poſſeſſore niſi in ſubſidiũ caſu quo maritus non ſit ſoluendo,obſeruatur, & obſeruari debet in rebus mobilibus etiam non ęſtimaris,ſola inrer hæc bona hac conſtituta differentia,quòd res mobiles,ſi ex tant penes maritum, reperuntur, non ſic res immobiles ęſtimatę,vt dictum eſt, ſic pluribus probar Barboſ.de iure eſſe in l. 1. p. 5. nu.78.ff.ſolut.mat.vbi videas.

SVMMARIA.

1 *Dos eſt imprimis reſtituenda de bonis proprijs viri.*
2 *Bona fideicommiſſo ſubiecta an poſſint pro dote reſtituẽda, ſicut pro conſtituẽda alienari.*
3 *Opinio affirmãs, vbi deciſiones noſtri Senatus.*
4 *Quæ procedit in quolibet fideicommiſſo à quolibet aſcendente relicto, vbi deciſ.*
5 *Etiamſi obligatio dotis ſit poſterior fideicommiſſo.*
6 *Et etiam ſi reſtitutio ſit facienda non vxori, ſed hæredibus illius.*
7 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, an poſſint alienari pro reſtitutione ſponſalitij ſicut pro dote.*
8 *Opinio negans.*
9 *Auctentica res quæ, fuit introducta, vt dos cõ ſeruetur, & ſic ne mulier damnũ patiatur, non vt lucrum ſentiat.*
10 *Augmentum dotis, quod prouenit ab vxore eadem priuilegia dotis habet, & ſic in eo habet locum auctẽ. res quæ, diſpoſitio.*
11 *Damni vitandi ratio diuerſa ſolet eſſe à ratione lucri captandi.*
12 *Augmentum dotis, quod prouenit à viro diuerſum ab eo eſt quod ab vxore.*
13 *Augmentũ dotis prouenies à viro habere priuilegia auctẽ. res quæ, iura non eauent.*
14 *Auctẽ. res quæ, habet locum in augmento dotali à viro proueniente, in Regno Valentiæ ex particulari lege.*
15 *Opinio affirmans.*
Dos, & contra dos à pari procedunt, tam de iure communi, quàm de iure noſtro municipali, ibidem.
16 *Vſuræ ſic debentur pro contra dote, ſicut pro dote ipſa poſt annum luctus.*
17 *Lucra dotalia deducuntur, etiam ex bonis vinculatis ſicut dos ipſa, & nu. 19.*
18 *Antefatum, ſeu dotarium detrahitur de bonis ſi deicommiſſo ſubiectis, vbi deciſiones.*
19 *Auctorii opinio in hac controuerſia.*
20 *Dos ſemel detracta de fideicommiſſo libera ſemper manet mulieri, nec ampliùs ad illud redit ur.*
21 *Pactum de lucranda certa parte dotis valet etiamſi illa ſit vinculata.*
22 *Auctẽ. de reſtitu. & ea quæ parit in prin. & in §. quamobrem expenditur.*
23 *Deciſiones noſtri Senatus, quòd pro reſtitutione ſponſalitij ſicut pro dote bona fideicommiſſo ſubiecta alienentur.*
24 *Non procederet hæc opinio, vbi in aſſignatione contra dotis, ſeu ſponſalitij excederetur debitus modus.*
25 *Tempus reſtitutionis dotis inſpeitur, ſi eſt dies, vel inopi maritus, vt intret, vel non intret auctẽ. res quæ, pro reſtitutione dotis.*
26 *Ratio huius dicti, vbi deciſiones.*
27 *Mulier, vt agat contra bona viri vinculata pro reſtitutione dotis, non habet neceſſe agere primò contra tertios poſſeſſores bonorum viri alienatorum.*
28 *Item poteſt agere contra dicta bona, etiamſi alia culpa poſſit ei imponi quòd eum vidit bona per virum alienari non curauit dotis aſſecurationem.*
29 *Item poteſt agere contra bona vinculata etiam ſi haberet fideiuſſores pro dote.*
30 *Mulier non repetit dotem ex bonis fideicõmiſſo ſubiectis, de qua non conſtat niſi per confeſſionem viri factam in teſtamento, vbi deciſ. noſtri Senatus.*
Confeſſio hæredis grauati non nocet ſubſtituto, ibidem.
31 *Mulier recuperat ex bonis fideicommiſſo ſubiectis iocalia, veſtes, & alios apparatus ſicut ipſam dotem.*
32 *Archa, & alia quæ adferuntur ab vxore in domũ viri ex domo parentum, iudicãtur vt dos.*
33 *Alimẽta quæ ſocer promittit in cap. mat. facere genero, & filiæ per certum tempus, iudicantur vt dos, atque ita in reſtitutione venit illorum valor.*
34 *Dos non definit eſſe quod mulier adfert viro etiamſi nihil paciſcatur de reſtitutione.*
35 *Vltra, dicto efficit, vt quod cum ea dictione promittitur dicendo, vltra certam rem, quæ datur in dotem, dos etiam iudicetur.*
36 *L. inter ſocerum, in §. eum inter, de pac. dotal. expenditur.*
37 *Alimenta quæ vltra dotem promittuntur genero & filiæ, diei poſſunt apendicia præcedentis conſtitutionis dotalis.*
38 *Apparatus dotis, ſortiuntur dotis naturam.*
39 *Socer, an repetat alimenta, quæ præſtitit genero, & filiæ.*

Doctri-

40 *Doctrina in terminis, quòd alimenta quæ ſocer promittit genero, & filiæ ſortiantur naturam dotis.*

41 *Alere in domo aliquem obligatus tenetur extra eam alere eundem ſi inimicitiæ ſuperueniant inter eos.*

42 *Mulier ſoluto matrimonio tenetur ſtare locationi prædiorum dotalium per virum conſtante matrimonio factæ.*

43 *Maritus tenetur ſtare locationibus per vxorem ante matrimonium factis de prædijs dotalibus.*

44 *Tenetur tamen mulier ei reficere quicquid molestiæ accepit à colono.*

GLOSSA III. PARS XIIII.

Proſequitur eadem materia reſtitutionis dotis.

Et ſignanter ſi de bonis fideicommiſſo ſubiectis eſt faciẽda reſtitutio, ad interpretationem auctẽ. res quæ, C. commu. de lega.

Et de prædijs dotalibus locatis, ſi vxor ſoluto matrimonio tenetur locationibus factis per virũ ſtare.

1 VISO de perſonis, † quæ tenentur ad dotis reſtitutionem, videamus oportet de bonis, quæ ad idem ſunt obligata, & obnoxia. Qua in re, quia circa bona proptia principaliter obligatorũ nulla eſt, nec eſſe poteſt difficultas, ſed ſolũ circa vinculo, & fideicommiſſo ſubiecta, quæ ab eis poſſidentur, ideò de eis paululùm agemus hoc loci.

2 Ad quod præſupponẽdũ † eſt larga nos manu in principio huius ſecundi tom. clauſ. 5. glo. 1. par. 2. vbi de obligatione patris circa dotationem filiorum egimus, tractaſſe, ſi eã poterat, & tenebatur facere pater de iſtis bonis fideicommiſſo ſubiectis, vbi reſoluimus affirmatiuè, in ſubſidium tamen, deficientibus bonis patris liberis, & adhuc, quando bona fuerunt aſcendentium, non aliàs, quæ eſt ordinaria materia auctẽ. res quę, C. commu. de lega. Quæro nunc an idem ſit pro reſtitutione dotis, vt etiam pro ea poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta alienari, quod in dicto loco promiſimus hic exactè tractare.

3 Qua in re † breuiter, & reſolutiuè procedẽdo dico, quòd licèt non defuerint, quibus viſum ſit auctẽ. res quæ, diſpoſitionem, quæ loquitur tantùm in conſtitutione dotis, non fore ad illius reſtitutionẽ extendendam, vetùm obtinuit communi aliorum conſenſu, quòd imò ſic pro reſtitutione, quemadmodũ pro cõſtitutione bona ſubiecta vinculo, & fideicõmiſſo poſſint alienari, vtroq; enim caſu militat eadem ratio voluntatis teſtatoris, qui viuens ita faceret, provt poſt Bar. Bal. Salice. Craue. Ang. Alex. Roma. Rub. Rolan. & Paſcal. Sauli. docet Ludoui. Caſſiana. in cõſil. 54. nu. 19. Stepha. Gratia. diſcep. foren. 331. num. 17. & 18. lib. 2. Seraphin. de Oliuar. deciſio. 678. num. 5. vbi deciſ. Rotæ Roma. Petegri. deciſ. 124. & 125. qui infinitos allegat. Quod in noſtro Senatu inconcuſsè †† etiam *obſeruatur*, provt habes in nonnullis exemplaribus adductis in alio tracta. auctẽ. res quæ, quem fecimus in principio huius tom. Et vlteriùs 20. Maij 1595. Relatore egregio Senatore Hierony. Aſtor. inter † Maginum Pujalt, & Michae. Pujalt *practicaãt* Senatus diſpoſitionem dictæ auctẽ. etiã in reſtitutione dotis, in quo non arbitror amplius fore immorandum, quia non eſt Senatus, in quo illud non ſit receptiſsimum.

4 Circa quę vidi † in facti contingentia dubitari de pluribus, & ſignanter de ſequentibus. Primò, num procedant in omni fideicommiſſo à quolibet aſcendẽte relicto, non ſolùm à patre, qui tenetur directè dotare, ſed etiam à matre, vel ab auia, quę regulariter ad dotationem non tenentur. Reſpondemus breuiter, quòd in omnibus dicta auctẽ. procedit. Ratio eſt, quia licèt nec mater, nec auia principaliter teneantur dotare, tamẽ ſe cũdario, & ex cauſa, filio inope exiſtẽte, benè ſtringuntur, vt latè probauimus in initio huius operis, clauſ. 5. gloſ. 2. & 3. vndè benè intrabit auctẽ. diſpoſitio in ſubſidium pro reſtitutione dotium. Hanc opinionem ampliùs non curo probare, nec latiùs me circa eam extendere, quia Nicol. Intrigliol. totã deciſ. 4. magnæ Curiæ nouiſsimè confecit de † hac re, vbi eã multis probauit, atq; ita *deciſum* in facti contingentia refert, vbi videatur. Tota etiam eſt pulchra foren. diſcepta. Stepha. Gratiani 331. lib. 2. vbi hæc pluribus probat, & contrarijs reſpondet, dicens quod ſi maritus nulla habet bona præter vinculata à matre, ex eis tenetur dotem ſoluere, provt annotaui in principio huius to. vbi de auctẽ. res quę, verba feci.

5 Secundò dubitatur † num procedant etiã in caſu, quo dotis obligatio ſit poſterior fideicommiſſo. In qua dubitatione communis reſolutio eſt, quòd ſic, Rolan. à Val. in conſ. 85. nu. 29. cum ſequent. lib. 1. Stepha. Gratia. diſcep. foren. 331. n. 16. & 17. Seraph. de Oliuar. dicta deciſ. 678. num. 5. vbi plures in idem adducuntur.

6 Tertiò vidi dubitatum, † ſi hęc procedũt quando non vxori, ſed hęredibus ipſios eſt facienda reſtiturio: videtur enim quòd non, ex quo ceſſante cauſa, ceſſare debet priuilegium, cap. cum ceſſante cũ ſimil. de appella. Sed contrarium eſt verius, vt reſoluit Rot. Rom. apud Seraph. de Oliuar. in cita. deciſ. 678. num. 12. vbi dicitur quòd regula ceſſante cauſa, &c. nõ militat in caſu iſto, in quo habemus claras auctoritates Doctorum dicentium hoc inſtranſire etiam in hęredes extra
† neos, atque ita aſſerit fuiſſe *concluſum* in illo ſuperiori auditorio, nemine diſcrepante, be nè Rolan. à Val. conſ. 20. num. 4. vol. 4.

7 Quartò, quotidianæ † controuertiæ ſunt apud nos ſuper ſponſalitio, ſeu augmento dotis, quod ſolet in Cathalonia fieri vxori ſuperuiuenti à marito in præmium laudabilis virginitatis, quam amittit mulier in matrimonio, de quo & eius natura ſatis multa ſuprà diximus ſuo loco, an ſcilicet pro eo reſtituendo, & ſeu ſoluendo mulieri, poſsint bona fideicomiſſi alienari, ſicut pro ipſa dote.

8 In qua controuertia † videtur prima facie negatiuè reſpondendum, quia tex. in auctẽ. res quę, intelligitur de dote conſtituenda, & de dote recepta per virum reſtituenda, non autem de augmento dotis, quod prouenit à marito, vt colligitur ex nota per gloſ. magnam in §. quamobrem in auctẽ. de reſtitu. & ea quæ parit, dum dicit, filius dotem, quam iam acceperit, quam etiam ponderat ad hoc Ang. in d. Auctẽ. col. 1. & 2.

9 Et ratio videtur † eſſe in promptu, quia diſpoſitio auctẽ. introducta eſt, vt dos conſeruetur, & ſic vt mulier in dote damnum hõ patiatur, non autem vt lucrum conſequatur.

10 Si enim † à muliere dos verè eſſet aucta, tunc de tali augmento eſſet dicendum, prout de dote, l. inter ſocerum, §. euidenter de pact. dotal. l. etiam, C. de iur. dot. ſed quia iſto caſu augetur à viro, & augmentum hoc lucratur vxor, in eo ceſſare debet diſpoſitio, & eius ratio.

11 Diuerſa † enim ſolet eſſe ratio damni vitandi à ratione lucri capiendi. Hæc adducit Carol. Ruin. in conſil. 199. num. 5. vol. 2. qui licèt contrarium viſum ſit Peregrino de fideicommiſsis arti. 42. num. 98. hanc opinionem, meo videri, ſine dubio tenet, atque ita ſicut ego, Ruinũ intellexit Cephal. in conſil. 177. num. 29. lib. 2. qui eandem ſequitur opinionem ibidem, vt habes ex nu. 24. vſque ad finem illius conſilij.

12 Quæ loci † ſimiliter diſtinguit inter augmentum, quod ſit ab vxore, & augmentum, quod ſit à viro, vt in primo, cum ſit dos ipſa, habeat locum auctẽ. diſpoſitio, in ſecundo verò, cum ſit quid diuerſum, minimè. Accommodari poſſunt his quæ in ſuperioribus in materia metus diximus ex Theſau. deciſio. 223. num. 14. quòd dos, & iſtud augmentum non ambulant pari paſſu, & ideò æquiras, quæ verſatur in dote, ne mulier remanear indotata, ob quod ei ſubuenitur in ſuis obligarionibus, & alienarionibus, non militat in iſto augmento, quia diuerſa res eſt dos, & diuerſa augmentum, & licèt current iura ne dotem mulier amittat, non tamen ne illud augmentum.

13 Et in terminis † terminantibus, quòd prodictis lucris, quæ dantur à viro vxori, ob virginitatem, quam mulier amittit, non poſſint bona fideicommiſſo ſubiecta alienari, docet Aluar. Velaſ. conſulta. 2. num. 10. rationem dicens eſſe, quia in iure non reperitur cautum.

14 Quod eſt † adeò verum, vt in Regno Valentiæ ad tollendum difficultates opus fuerit particulari legis diſpoſitione, vt aſſerit egregius Senator don Franciſcus Hieronymus Leo deciſ. Valen. 54. n. 19. Pro hac etiã opinione, quòd pro iſto ſponſalitio non poſ-
† ſit res fideicommiſſo ſubiecta alienari, *deciſum* quandoque fuiſſe refert Petra de fideicom. q. 8. poſt num. 364. in additio.

15 In contrarium † videtur facere quòd contra dos, quæ eſt iſtud noſtrum ſponſalitium, à pari videtur procedere cum dote, auctẽ. dos dara, C. de donat. ante nup. quod poſſem infinitis inſtantijs comprobare, tam de iure noſtro municipali, quàm etiam de iure communi. De iure quidem municipali iam vidiſti ſuprà qualiter in priuilegio oppoſitionis, & optionis, in priuilegio tenutæ, & alijs æquale ſit ſponſalitium cum ipſa dote: de iure autem communi, in multis eſſe æqualia docent paſsim Doctores.

16 Et ſignanter † ſingulare eſt illud quod adducit Peregrin. in conſil. 100. num. 34. lib. 1. vt mulieri pro contra dote, ſicut pro ipſa dote debeantur interuſuria, ſaltem poſt
† annum luctus, prout ita *deciſum* in terminis in Senatu Neapolitano, dicit Capici. deciſio. 65. Gramma. deciſio. 103. num. 97. 100.
† & 101. Atque ita etiam *deciſum* fuiſſe Paduæ refert idem Peregri. vbi ſuprà. Et in terminiis terminãtibus, quòd pro iſto ſponſalitio, & contra dote ſoluenda, ſicut pro dote ipſa, poſſint bona fideicõmiſſo ſubiecta alienari, tenet idem Peregrin. de fideicommiſ. art. 42.

17 num. 98. Ad quod mouetur, † quia etiam maritus ex dote vinculata deducit lucra dotalia ex lege ſtatutaria, aut pacto. Et in terminis etiam idem tenet additio ad Capici. in deciſ. 65. littera A. Anton. Sola in conſtitu. Sabaud. titu. de feud. decret. Blan. 1. par. gloſ. vni. nu. 11. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 6. tit.

6.tit.21.commu.de lega.defin.5. qui multis rationibus,probat viden.

18 Item,quòd † ex bonis fideicommiſſo ſubiectis detrahatur ſponſalitiũ, quod inibi vocatur antifatum , ſeu dotariũ,docet ex multis Molfeſ.ad conſue.Neapol. par.6.q.4.nu. 12.& conſ.29. num.2. 4.& 13. & don Gar. Meſtril.deciſ.256.nu.10.in 3. par. atque ita † conſuetum eſſe *declarari* in Senatu Neapolita. Auctor eſt Vincent.de Franch. deciſio. 613. num. 10.

19 En vtramque † in hac controuerſia ſententiam, in qua parùm abfuit, quin ego priori me ſubſcriberem.Durum enim fit mihi credere id,quod ſpeciale eſt in dote ob bonum publicum,quod in ea verſatur,extendi debere ad alia,in quibus ea ratio ceſſet.

20 Nec mouebat † exemplum, quod adducebatur de lucro dotis,quod maritus debet habere,vel ex ſtatuto,vel ex pacto,quod dicũt Doctores maritũ accipere etiã ex dote,quã mulier vigore auctẽ. res quæ deduxiſſet de bonis vinculatis.provt pluribus inter alios probat Aym.Craue.in conſ.186. Rolan. de lucro dot.q.94.num.13.& Fanu. in ſimilitra ctu.glo.10.nu.60. & 61. Id enim nihil mirũ cũ ſemel detracta dote, libera illa remaneat mulieri,nec vlteriùs redeat ad fideicommiſſum,vt fusè probauimus in alio tractatu huius auctẽ.res quæ,in ptin.huius tom.

21 Solùm poteſt † eſſe alicuius conſideaatio nis aliud, quod circa hæc lucra dicunt alij, quodque videtur probari ſingulari tex. in l. mulier,§.cum propeneretur,ff.ad Sena.con. Trebel.Validum nempe eſſe quodcunq;pactũ,quod fiat inter coniuges de lucranda certa portione dotis,etiamſi illa,vel maior pars ſit vinculata,idq; fauore dotis , maximè vbi hęc pacta frequentantur, cum ſine eis non facilè fierent matrimonia, de quo latè per noſtrum Molin.de rit.nup.& pac.in matrimo. conuen.lib.3.tot.quæſt.28.& ſiguanter ex n. 8. vbi videas , quia cum hæ pactiones , vel etiam ſtatuta de lucrandis dotibus,vel certa parte earum,non frequentur in Cathalonia, ſicut in alijs partibus,non oportet multa de eis dicere.

22 Sed vidi tex. † (ad quẽ tamen non reperi multùm abalijs animaduerſum ad propoſitum)in prin.& in §.quamobrem,in auctẽ. de teſti.& ea quæ parit,&c.qui magis quàm aliud facit ad rem. Ibi enim idem priuilegiũ, quod cõceditur doti,vt detrahatur de bonis fideicommiſſo ſubiectis,conceditur etiã cuicumque ob nuptiali donationi,quæ fiat à viro vxori,ibi:*deindè ex reliqua ſubſtantia parte, ſi nõ ſuffecerit legitima pars ad dotis , aut ante nuptialis donationis oblationem:honeſtè & ſecundum perſonarum qualitatem , & merita excipere etiã hoc ad reſtitutionem , ſecundum quod adiectum legitimæ parti dotem , aut ante nuptialem facit donationem. Sancimus enim ſecundum hunc modum excipi modis omnibus ad reſtitutionem nuptialia documenta , & ſuper his factis alienationes , aut hypotheças : & vel ſi grauata ſit perſona,aut viri, aut mulieris reſtitutionis tali: liceat ei etiam nuncupatã ante nuptialem,ſeu propter nuptias donationẽ offerre,nihil quantum in illis rebus reſtitutione valente,& ſi mulier reſtitutione grauetur, non impedimentum ad dotis oblationem fiat, ea enim quæ communiter omnibus proſunt: y , quæ ſpecialiter quibuſdam vtilia ſunt, præponimus, ſitque hoc nuptialibus donationibus, & harum exactionibus priuilegium. Si enim & ante nos ex generalibus hypothecis plurima per præſumptionem exceperunt (cum vtique non ita nobis neceſſaria conſiſtant)quomodo nõ nos ex maiore,& meliore ſententia nuptialium lucrorum exceptionem faciemus?*

23 Hic tex. † nos compellit, vt hanc teneamus opinionẽ affirmatiuã,maximè quod Senatus noſter perſpicaciſsimus eam amplectitur,& ſequitur. Die enim 20. Maij 1591. referente egregio Senatore Hierony. Altor in cauſa Magi & Michae.Pujalt,cùm mulier tenens & poſſidens bona mariti pro ſuis dote,& ſponſalitio,petijſſet licentiam ſibi cõcedi vendendi ex bonis pro ſatisfactione dictorum iuriũ,fuit ea conceſſa tam de vinculatis,quàm de liberis,non obſtante oppoſitione,quòd vinculata non poterãt alienari, idq; † fuit *prouiſum*,tã pro dote, quã pro ſponſalitio;& fuit ſumptum expreſsè motiuum,*quòd bona fideicommiſſo ſubiecta poterant,tã pro dote reſtituenda, quàm pro ſponſalitio ſoluendo alienari*. Idem *ſenſit* Senatus in illa tutorum & curatorũ nobilis Ioannis de Cardona, contra nob.Praxedẽ illius matrẽ,Relatore egre. Sena.Celido.Valẽcas die 16.Septẽb.1596. facta,cuius iam aliàs non ſemel meminimus, in qua,declarato vinculo in fauorẽ dicti pupilli,fuit nihilominùs declarãtũ ex bonis tore ſoluenda viduę nedũ dotẽ,ſed etiã ſponſalitiũ. Actua. Fontana. Auctoritas Senatus auctoritatem opinioni tribuit notoriam.

24 Intelligitur,† dummodò hæc non excedãt modũ,& propterea dent occaſionẽ cõſiderãdi animo euertẽdi fideicõmiſſum fuiſſe facta provt ex Bello.animaduerrit Pereg.in d.art. 42.n.98.vbi dicit quòd iltę donationes nuptiales,ſeu contra dotes non debent excedere modum,ita vt legitimã non ſuperent, aut loci obſeruantiam. Verũ eſt quòd ego nõ percipio quid hic ſignificẽt,aut quomodo accõmodari valeãt illa verba per hũc Doctorẽ poſita,ibi, *itavt legitima nõ ſuperẽt*,Idẽ q; cõſtitutio huiꝰ ob nuptialis donationis debeat

esse moderata animaduerterat anteà Imper. in cit.§.quãobrem in auct.de restitu. & ea quæ parit,&c.in illis verbis, *honestè & secundum personarum qualitatem, & merita, &c.* vnde ad institutum nostrum, in tantùm hæc practicabũtur inquantùm sponsalitium solitum fieri in Cathalonia, legitimũ,& solitum modum non excedet: si autem aliter fieret, non consentirem alienationi.

25 Secundò,præsuppositò † quòd non intret dispositio auct.res quę, nisi in subsidium casu quo non adsint bona libera penes restituere dotem debentem, provt latissimè in prin.huius tom.in altera tractatione huius materiæ probauimus. Quęsitum vidi, quod tempus sit inspiciendum, vt dicatur debitor doris nõ soluendo,veluti si contingeret quòd tempore receptionis doris foret soluendo, ex post verò efficeretur inops,& pauper, an in isto casu posset mulier,vel possent eius hę redes agere cõtra bona fideicommisso subiecta, quemadmodum si nunquam habuisset proprium.Qua in re breuiter tene quòd tempus restitutionis inspicitur,& ideò si tunc nõ habet maritus propria bona, recurrerur ad vinculata,quantumuis anteà habuisset pluri-

26 ma.Ratio est † clara,quia dispositio auct. prædictæ quantùm ad dotis restitutionem,facta est in fauorem mulierum,ne in suis doribus defraudentur.Non ergo inspici debet tẽpus dotis datæ,vt sciatur an bona sufficiant, sed tempus restitutionis eius, aliàs eluſoria esset legis prouisio,quod non est dicendum, l.fin.ff.ne quid in loco publico. Quid enim prodesset mulieri,quòd bona essent sufficientia ad restitutionem dotis constante matrimonio,cum tunc agere non possit, si eo soluto,cum dos restituenda est,non sunt sufficientia,certè nihil,ideò dicendum est tempus restitutionis inspiciendum ad hoc, vt prouisio legis effectum habeat.Super hoc puncto habuit consulere,& latè disputare Pau. de Castro in cons.15.part.1. vbi post longam disputationem,& adductas rationes pro vtraq; parte,pro hac sine difficultate concludit.Su-

† per eodem habuit *declarare* Senatus Aragonen.qui illum hoc modo resoluit,vt est apud Ioseph.de Sesse decis.68.num.38.in 1. part. Cancer.in 3.par.variar.resolu.cap.15.de renun.ex nu.102.latè Philip.Pascal.in tractat. de virib.pat.potes.par.2.cap.7.num.73. qui vlteriùs adducit Menoch.ptæsump.190. nu. 44.lib.4. Bec.cons.54.num.2.lib.1. & Paul. de Cast.in d.auct.res quæ num.11.vbi di-

† cit se ita in facto *obtinuisse*, simulque dictus Pascal.reprobat Peregri.qui contrarium tenuit,de fideicom.art.42.num.16. Et nos aliqua etiam diximus in materia metus suprà proximè.

27 Procedunt hæc † etiam si mulieri posset satisfieri agendo contra tertios possessores bonorum per eius virum alienatorum,vt ex magis communi Doctorum sententia notabiliter refert Pet.Cabal.in cons.7.nu.25. & sequent.lib.2.& Philip.Pascal.vbi suprà.

28 Procedunt item † etiamsi aliqua culpa posset imputari mulieri, quia dum videbat per eius virum dotem dissipari, non curauit dotis assecurationem petere, Sola in consue. Sabaud.tit. de feud.in glo.vnj.2.par.decre. bean.num.8.& Pascal.vbi suprà num.74.

29 Item procedunt † etiam si mulier haberet fideiussores pro dote restituenda, adhuc agere potest aduersus bona fideicommissò subiecta,Castren.in cita.cons.15.nu.2.versi. 2. præsentialiter dubitatur lib.1. Hercules Maresco.variar.resolu.lib.2.cap.69.num.5. vbi alios in idem adducit.Adde Surd.in consil.78.nu.12.vbi rationes adducuntur.

30 Sextò dubitatum † vidi, quomodò cõstare habeat de dotis solutione, vt intret auct. dispositio in restitutione. Dic quod verè debet constare dotem fuisse solutam, nec sufficiunt suspectę confessiones,nec alia quę veram solutionem non probant,veluti si in testamento confiteretur maritus se dotem recepisse:hæ enim,& simules confessiones non nocent substitutis, provt in terminis dicunt Peregri.de fideicom.art.42. nu. 83. Mestril. decis.73.num.17.par.1.Manti.de tac.& am big.conuen.lib.11.tit.20.num.38.Atque ita in terminis terminantibus sententia lata 20. Maij 1598.Relatore egregio Senatore Hieronymo Astor, inter Magi. & Michae. Pu-

† jalrs,de qua suprà, *exclusa* mulier fuit à recuperatione certæ partis dotis ex bonis vinculatis,ex eo quòd de illius solutione non constabat aliter,quàm per mariti confessionem in testamento factam.Conducunt multa,quę in superioribus in multis partibus, & in inferioribus,in glo.ad appocham dotis,diximus de fictis,& suspectis confessionibus dotis, & de confessionibus in testamentis factis, vbi resoluimus nihil aliud eas importare, quàm simplex legatum quantitatis.

31 Septimò,quæritũ † non rarò vidi,nunquid pro restitutione iocalium,vestium, & aliorum apparatuum nuptialium, & additamentorũ dotis,intret etiam auct. res quæ,dispositio. Respondè, præsuppositò quòd pro ipsis faciendis respectu patris procedat, vt latè probauimus in altera huius auct. tractatione,clau.5.glo.1.par.2.ex num.80. negari non potest, quin etiam intret respectu viri in restitutione, ne ad imparia iudicentur, maximè cũ ibi probauerimus hæc præparamenta dotis appellatione contineri, & in terminis probat Pet.Pau.Paris.in cõs.95.

num.12.

n.12.& 13.li.2.ibi vide,ne iterũ repetamus.

32 Indè colliges, † quid reſpondere debeas de cophanis plenis pannis, archas nos dicimus,quas vxor ſolet afferre in domũ mariti, & de ſcrinijs plenis iocalibus,quę parẽtes donãt filiabus,cum eas nuptui tradunt, de quibus quotidiè conſulimur à multis. De eis enim vti de dote ipſa iudicandum eſſe cenſeo, ſiue quia dicantur, & dici debeant ſupplementum dotis,ſiue pars dotis,ſiue etiam appendicia dotis,provt probat Ioan.de Annani.in conſ. 36. circa primum num. 1. & 2. quem ſequitur Rolan. à Val.in tract. de lucro dot.quæſt.50. per tot. quam compoſuit ex adductis per Ana.in cita.loco,ad eundem ſe refert Vrſil.ad Affict.deciſ.315. num. 2. Stephan.Gratia.deciſ.prouin. Mar. 118. ex num.7.vbi alios adducit, volo tamen quòd circa hęc videas quę aliàs in materia parafernalium circa iſtas res reſtituendas, maximè quando eas ſub clauę cuſtoditas mulier tenet,dixi clauſ.6.gloſ.2.par.7.

33 Ex eiſdem † fundamentis emanare, & facilè colligi exiſtimo reſolutionem quæſtionis,quæ non ſemel apud nos agitata eſt. Ecce quòd parentes vltrà dotem promittunt genero alimenta,& habitationem in domo ſua per certum tempus, de quibus in reſtitutione nihil dictum fuit,dubitatum nõ ſemel vidi,nunquid ea cenſerentur donata ſocero abſque ſpe recuperationis,an verò cenſerentur donata pro dote,& in partem, & ſupplementum dotis,talitet quòd poſteà in reſtitutione veniant cum reliqua dote. Dubitationem mouebat, quòd non portabantur in dotem,nec conuentum quicquam erat de eis reſtituendis, ſed practicatum hoc modo erat quòd poſt factam per patrem filię donationem de eo,quod volebat ipſam habituram pro dote,& eo nomine allaturã viro, in alio capitulo ſeparato promiſerat pater genero dicta alimenta ſicut inter eos erat anteà pactatum,nec dicebatur poſteà quicquam de reſtitutione,ſicut dicebatur de reliqua dote,ſignum ergò iſtud videbatur eſſe quòd hæc non erant dos,nec illius naturam ſortiebantur.

34 Sed contrarium † mihi videtur indubitatum,exiſtimo enim quòd reuera computari alimenta prædicta debeant in dotem,& reſtituenda ſit illorum æſtimatio cum reliqua dote,ſicut dos ipſa.Ratio eſt eadem quæ ſuprà adducta fuit,quia ego non video qualiter dici poſsit hęc non eſſe partem dotis. Si dicis,quia dictum id nõ fuit in ſcriptura: reſpõdeo quòd nec de apenditijs, apparatibus, & acceſſorijs dotis fuit quicquam dictum,& tamen non propterea deſinit iudicari de eis ſicut de ipſa dote,nec propterea deſinunt illa facere partem dotis. Promittuntur hæc in eiſdem capitulis cum dictione continuatiua, Item, poſt promiſſam dotem, bonum eſſet quòd dotis naturam non ſequerentur?

35 Promittuntur † etiam, & promiti ſolent vltra dotem prædictam aliàs in pecunia numerata ſolui promiſſam, quo in caſu ex vi dictionis vltra,dos etiã cẽſetur quod cũ ea promittitur, prout in his terminis reſoluit Cephal.viden.in conſ.157.num.13. verſ. Non obſtat,& infrà,Illuſtriſ.Cardi. Manti. de taci.& ambig.conuen.lib.12.tit.27.nu.31.

36 Mihi † inter † ſocerum in §. cum inter,de pac.dotal.ſingulatis videtur ad propoſitum ibi, *cum inter patrem, & generum conuenit, vt in matrimonio ſine liberis deffuncta filia dos patri reſtituatur id actũ inter contrahentes intelligi debet vt liberis ſuperſtitibus filia defuncta dos retineatur. Nec* (inquit) *ſeparabitur portio dotis additamenti cauſa data, ſi poſteà nihil aliud conueniat, &c.* Quid,quæſo, aliud eſt noſtra alimentorum promiſsio,quã portio dotis additamenti cauſa data,& licet nihil cõueniat de reſtituendo, nihil intereſt, venit id cum promiſsione generali dotis reſtituendæ aliàs facta. De his alimentis † poſſumus rectè dicere eſſe illa appendicia præcedentis cõſtitutionis dotalis,argum.l.ſi quis hęres conſtitutus 35.ff.de hæred.inſtit.

38 Poſſumus his † applicare quod ſcribentes dicunt de apparatibus dotis, vt probent dotis naturam ſortiri,quia(inquiũt)ſi nõ darentur,& fierent,maior dos dari deberet,vt ſignanter docet Rot.Rom.deciſ.556.in 1.p. diuerſor. Quis dubitat,quin maior dos data eſſet,& ſeu maiorem dotem voluiſſet gener, niſi hæc alimenta ſibi promiſſa forent. Multa videbis de patre promittente in contractu matrimonij filię alere generum,& filiam ac familiam ſuam,apud Thom.Gramma. de ciſ.101.& 102.ſignantet ex num.56.cuius tamen in multis acerrimus reprehẽſor fuit Corduba de Lara in l.ſi quis à liberis in §. non tantùm ex num.62.Sed vix nec ille, nec iſte dicunt aliquid,quod facere poſsit ad præſentẽ quæſtionẽ. Magis eſt ad propoſitũ † quod de ſocero alente filiam nuptam, an & quando poſsit repetere,adducit Surd.de alimen. tit.6.tot.quæſt.5.ſed non arbitror neceſſaria alia argumenta ad iuſtificationem huius opinionis.Illa enim ſatis,ſuperque probata manet ex his,quæ ſuprà adduximus.

40 Et ſi nihilominùs † vis doctrinas in terminis,nec illæ deſunt,Socin in conſ.240.vol.2. Coſta de portio.rat.q.131.num.6. Tuſ.tom. 2.litte.D.conclu.767.nu.4.fol.1005.& omnium latiùs don Ioan.del Caſtillo Sotomaior controuer.quotidian.de vltim. volunta. tom.4.(quem primùm Madriti vidi cum ibi Orator ad Regiã Maieſtatẽ de anno 1621.

pro

pro Principatu Cathaloniæ eſſem) cap. 60. num. 20. in additio. fol. 621.

Binæ de hoc puncto cauſę ducūtur in Senatu, alia inter Alexandrum de Aguilar, & Ceciliam Portoles coram egregio Senatore nobili Don Petro Soler, Actua. Franciſco Font, & alia inter eundem nobilem Petrum Soler (eſt in hac cauſa vnus ex litigantibus qui in ſuperiori eſt Iudex) & Pontiū de Vilanoua eius generum coram egregio Senatore Balthaſa. Morell. Actua. Coſta.

41 Notandū eſt † vtiliter circa hęc alimenta, quòd ea ſolēt à ſocero in domo ſemper promiri. Sed quia nō rarò ſuccedit quòd poſteà non conueniunt inter ſe, & idcircò oportet eos ſeparari, dubitatur quotidie apud nos num extra domū teneatur ſocer hæc alimēta, & qualia præſtare. Tractat quæſtionē plenè Cabedo deciſ. Portugal. 178.

† vbi *reſolutum* dicit ſocerū qui tenebatur ge nerum intra domum ſuā alere, ſi inimicitiæ inter eos ortæ ſint, teneri ei extra domū eadem alimenta præſtare cum eiſdem qualitatibus, verum eſt quòd non habita conſideratione quòd extra domū pluribus indigebat gener. Vide ad materiam eandē noſtrū Pegue. deciſ. 20. & Ambroſi. deciſ. 16. viden. quia ibi agit de repetitione alimētorū pręteritorum, quæ eſt materia frequens.

Et cum his finitur materia auctēn. res quę quātum attinet ad reſtitutionem dotis, quia ſatis multa de eadē auctēn. dixi in prin. huius tom. quo ad dotem cōſtituēdā, in quibus locis puto me dixiſſe quæ ſufficiunt ad perfectam illius intelligentiam.

42 Finiamus hanc † pulchram reſtitutionis dotis materiam, cum illa queſtione, quę frequenter cōtingit, nunquid ſi mulier reperit tempore reſtitutionis prædia ſua locata per maritū, an teneatur ſtare colono nec ne? Reſpōde quòd ſic ex l. ſi filiofamilias 5. ſi vir in quinqueniū ff. ſolut. mat. per eam rationem quia tranſlatio, quæ fit in mulierem ſoluto matrimonio, eſt neceſſaria, nō volūtaria, latè Barbo. in d. l. ſi filiofam. in §. fi. ex n. 15. ff. ſolut. mat. cui tamē nō placet ratio ſupradicta, ſed procedere illius tex. diſpoſitionē dicit propter æquum & iuſtū, quod in dotis cauſa obſeruandum eſt.

43 Et idē etiam † procedere in marito, qui reperit prædium dotale locatū ante matrimonium per vxorem, aut ſocerum aſſerit, vbi videatur, Optima eſt de hoc deciſ. Rotę Romanę apud Statil. Pacifi. poſt ſuum de Saluia. interdic. tracta. in ordine 201. quę fuit facta coram Peña 26. April. 1589. Vbi

44 declarat, & † ſignāter docet mulierē teneri reficere marito quicquid ratione moleſtię à colono illatę paſſ⁹ fuerit. Non exiſtimo mul-

tùm oportere, quòd immoremur circa huius articuli tractationē, ſaltem quod attinet ad mulierem tradentem viro prædium dotale locatum, quia vix continget quòd partes ſuper hoc nō caueant in cōtractu matrimonij.

SVMMARIA.

1 *Mulier cum eſt ſatisfacta de dote, & iuribus ſuis tenetur bona viri dimittere.*
2 *Niſi eſſet ex alia parte relicta vſufructuaria.*
3 *Mulier poteſt ſe iuuare legato vſufructus, & beneficio conſti. & quomodo.*
4 *Vſufructuaria mulier relicta non prohibetur recipere dotem ſuam ſi ſibi offertur.*
5 *Quamuis eſſet prohibita non petere eam.*
6 *Vſufructuaria non perdit vſumfructum ex eo quòd petierit dotes.*
7 *Mulier ad quid, & quomodo poſſit gaudere legato vſusfructus, & beneficio tenutæ in vim conſti. remiſſiuè.*
8 *Mulier reſtituit bona mariti in ea tantùm bonitate, in qua reperiuntur tempore reſtitutionis.*
9 *Vſufructuarius in his, quæ vſu non conſumūtur, reſtituit bona in ea tantùm bonitate, in qua reperiuntur poſt finitum vſumfructū.*
10 *Mulier qualiter teneatur ſoluto matrimonio reſtituere veſtes viro, & illius hæredibus.*
11 *Diuiſio fructuum & penſionum inter virum & vxorem ſoluto matrimonio ſit ſicut inter vſufructuarium, & proprietarium.*
12 *Mulier fructus perceptos ex hæreditate viri antequam ei ſolueretur dos, non reſtituit.*
13 *Fallit ſi ſunt pendentes, qui ſpectant ad hæredes viri.*
14 *Præterquàm in impenſis factis per mulierem colligēdorū fructuum gratia, quas recuperat ſine dubio.*
Fructus quādo dicātur pendentes, vel à ſolo ſeparati, ibidem remiſſiuè.
15 *Mulier & eius hæredes recipiūt penſiones colonorum ceſſas poſt finitum vſumfructum ſi anteà coloni receperant fructus.*
16 *Penſiones rerum locatarum, quæ non pariunt fructus, diuidūtur pro rata inter hæredes viri, & vxorem ipſam, & quare.*
17 *Penſiones cenſualium, & aliorum annuorum reddituum diuiduntur inter vxorem, & hæredem mariti, & quomodo.*
18 *Maritus in rebus dotalibus diuidit cum vxore finito matrimonio fructus dotis pro tempore, quo illud durauit, & quomodo.*
19 *Annus quomodo & quando computetur ad diuiſionem fructuum, remiſſiuè.*
20 *Bona quæ reperiuntur penes mulierem intra annum luctus, præſumuntur mariti, vbi deciſiones.*
21 *Bona omnia acquiſita per vxorem conſtante matri-*

matrimonio præſumuntur acquiſita ex bonis viri, vt euitetur præſumptio turpis quæſtus.

22 De qua tamen non opponit tertius.

23 Creditor mariti aduerſus vxorem poteſt opponere de præſumptione l. Quintus Mutius de dona. inter &c. vbi deciſ.

24 Donatarius viri poteſt contra vxorem opponere de præſumptione l. Quintus Mutius, de dona. inter &c.

25 Creditores non poſſe opponere contra vxorem debitoris de præſumptione l. Quintus Mutius, de donat. inter &c. ſunt qui tenent, qui tamen reprobantur.

26 Res empta per vxorem conſtãte matrimonio quamuis præſumatur ex pecunia viri, efficitur tamen vxoris, ſola actione ad pretium viro remanente.

27 Res empta ex pecunia mea, non eſt, nec ſit mea, vbi deciſ. noſtri Senatus, & aliorum.

28 Res empta per vxorem de conſenſu viri ex illius pecuniis non efficitur vxoris, ſed viri, vbi deciſ.

29 Res empta ex pecuniis alterius efficitur emẽtis etiam ſi dixerit ſe emere nomine illius, cuius erant pecuniæ ſi ante ratificationem emptor alteri vendat.

30 Res empta per vxorem de pecuniis viri, non fit vxoris cum ipſa recognoſcit bonam fidem erga virum. vbi deciſ.

31 Res empta per me nomine alterius, fit illius etiamſi ſit empta de propriis pecuniis meis.

32 L. Quintus Mutius de dona. inter &c. non intrat vbi mulier præſente, & tacente viro pretiũ ſoluit, tamquàm de propria pecunia.

33 Si tamen in hoc perſeuerauerit maritus uſque ad mortem, quia eſt donatio, quæ morte cõfirmari debet.

34 Nec id nocebit creditoribus viri.

35 Mulier ſi docet vndè potuit habere pecuniam cõſtãte matrimonio, veluti ſi habebat bona paraphernalia, nõ intrat l. Quintus Mutius, de dona. inter &c. vbi deciſ. noſtri Sena.

36 L. Quintus Mutius, de dona. inter &c. præſumptio non ceſſat quamuis mulier ſit diligens, & induſtriosa.

37 Bona mobilia reperta in domo, quam intrauit maritus cauſa nuptiarum in Diœceſi Gerũdæ, præſumuntur de domo, niſi contrarium probetur, exceptis veſtibus, & armis viri. Conſuetudo quædã Dioceſ. Gerundæ ad literam refertur circa bona quæ reperiuntur in domo vxoris, in quã intrat maritus, ibid.

38 Deciſio Senatus circa conſuetudinem prædictã omnem eius materiam complectens.

39 Ruſticum prædium nõ facit rus, ſed materia.

40 Mulier ſicut domicilium, ſic forum viri ſortitur.

41 An id procedat tam quoad forum competentiæ de iure communi, quàm de iure municipali, remiſſiuè.

42 Mulier plebeia nupta viro nobili non conuenitur coram Iudice plebeiorum.

43 Milites non ſunt in Cathalonia de iuriſdictione Baronum, nec id conſuetudine poteſt efficiere vbi deciſ. Sena.

44 Nobilitas viri communicatur vxori.

45 Mulier an poſſit foro viri renuntiare, remiſſiuè.

46 Vidua dum talis exiſtit, retinet viri deffuncti nobilitatem.

47 Vidua dum à ſecundis nuptijs abſtinet videtur in primo matrimonio perdurare.

48 Mulier nobilis nupta ignobili, eius conditionẽ ſequitur, & ibi rationes.

49 Vidua quæ nupſerat plebeio, plebeia manet dũ eſt in viduitate. vbi deciſ.

50 Reliquiæ prioris impedimenti remanent in vidua, quæ nupſerat plebeio, dum vidua eſt.

51 Nobilitas ex parentibus acquiſita fortior multò eſt quàm acquiſita à viro, & ideò difficilius amittitur.

52 Nobilitas generis non amittitur ex ſecundis nuptijs niſi nubat mulier plebeio, acquiſita verò ex primo viro, ſufficiunt nuptiæ cum homine inferioris ordinis etiamſi plebeius non ſit, vt amittatur.

53 Vidua non viuens caſtè amittit nobilitatẽ primi viri, non tamen nobilitatem parentum.

54 Mulier, quæ allegauit in iudicio ſe amiſiſſe nobilitatem generis ex nuptijs cum viro inferiori celebratis.

55 Mulier nobilis non amittit nobilitatem ex eo quòd nubat inferiori ſi eſt ille diues, & viuit opulenter.

56 Diuitiæ non nobilitãt.

57 Diuitiæ, & nobilitas æquiparantur cum inuicem compenſentur.

58 Nobilis ſatis eſt qui ſatis diues eſt.

59 Nobilitas ex primis nuptijs conſequuta non ſemper amittitur ex ſecundis, etiam ſi ſint cum homine inferiori, dummodo non nubat plebeio. vbi deciſ.

60 Mulier quæ dicebatur, Don, cum primo viro poteſt etiam dici, Don, cũ ſecundo, dum ille nõ ſit plebeius, ſed alicuius ſtatus.

61 Mulier, quæ cum primo viro nobili dicebatur Don, poteſt etiã dici Don in ſecundis nuptijs contractis cum Iuriſperito.

62 Doctores dicuntur quandoque nobiles.

63 Comitiſſa magna nubens doctori non dicitur nubere indigno.

64 Nobilitas, quæ ex ſcientia acquiritur, multò plus æſtimada eſt, quã quæ ex genere puenit.

65 Mulier quæ dicebatur cũ primo viro Señoria, talis etiã debet dici cũ ſecundo, quamuis non eſſet eiuſdem conditionis, ſi tamen multùm nobilis erat.

Nobi-

66 *Nobilitatem non amittit mulier per ſecundas nuptias contractas cum plebeio, quoad omnia, ſed quoad aliqua, de quibus hic.*

67 *Vidua, quæ nupſerat plebeio, durante viduitate retinet propriam nobilitatem in Regno Caſtellæ.*

68 *Vidua in fauorabilibus videtur durare in priori connubio, non in odioſis.*

69 *Mulier non ſortitur forum viri cum vir intrauit in domum ipſius, ibiq; commoratur.*

70 *Filij mulieris nobilis habentis aliquod caſtrũ, quamuis ex patre plebeio, qui domũ matris intrauit, gaudent nobilitate vxoris.*

71 *Nobilitas an amittatur per notariatum.*

72 *Mulier nobilis nubens viro ruſtico non amittit nobilitatem.*

73 *Nobilitas nõ amittitur per exercitiũ agriculturæ. vbi deciſ. Senatus.*
Agricultura non connumeratur inter artes mechanicas. ibidem.

74 *Etiamſi mercede conducta agricola alienos agros colat.*

75 *Frater Benedictus Fontanella S. Theologiæ D. Abbas Monaſterij ſancti Petri Biſulduni, die 22. Iunij 1620. fuit extractus Deputatꝰ Eccleſiaſticꝰ huius Principatus Cathaloniæ.*

GOSSA III. PARS XV.

De obligatione mulieris circa reſtitutionem bonorum viri, & aliorum ad ſe pertinentium cũ eſt de dote, & alijs iuribus ſuis ſatisfacta.

Et vbi conueniri debeat, & cuius conditionem ſequatur, an parentum, an viri.

1 ROſquã † ſatis hucuſq; propeximus, quantum potuimus, mulieti, ne dotem & bona ſua amitteret, iuſtũ eſt, ne obliuiſcamur mariti, & illius hęredis, ſed videamus, ad quid mulier erga eos teneatur, poſtquam in ſua dote, & alijs iuribus erit ei ſatisfactũ. Dic quòd ad reſtitutionem omniũ bonorũ, quæ ad ipſam à marito peruenerunt poſt illius mortẽ, vt dicit eadẽ cõſti. hac noſtra, quę pro tẽpore tanrũ, quo diſtulerint hæredes facere ſolutionẽ dotis, cõcedit tenutã, & rerentionem bonorũ, & eſt ex ſe res patens, & manifeſta.

2 Intelligitur † niſi haberet mulier alium titulum, quo poſſet bona retinere, & illis vti frui, veluti ſi, vt cõmuniter fit, relicta à viro foret vſufructuaria, tunc enim nõ ex eo quòd ſoluta ei forẽt dos, & alia iura, haberet dimittere bona, imò poſſet illa retinere in vim

3 dicti legari. Palàm enim eſt † quòd illi duo tituli ſunt cõpatibiles, & poteſt intrare vnus vbi ceſſat alter, provt pluribus probat egre. conſiliar. ac Aduocarus Fiſcalis in ſupremo Regni Aragonũ cõcilio Don Franciſ. Hie-

4 rony. Leo deciſ. Valẽti. 8. per tot. Nec † mulier vſufructuaria amittit vſumfructũ ex eo quòd recipiat dotem, quam ei offerant hæ-

5 redes, etiamſi, † quod plus eſt, foret legatũ relictũ cum prohibitione petẽdi dotes, de quo puncto eſt tota Stepha. Gratia. diſcep.

6 foren. 134. viden. vbi nec † petere prohibitam eſſe de iure vſufructuariã quando non fuit facta ab homine prohibitio, pluribus

7 probat. Nota hæc benè, † & ſignanter non obliuiſcaris citatæ deciſ. 8. don Franciſ. de Leon, vbi reperies qualiter noſtra hæc mulier, quæ eſt relicta vſufructuaria à viro, poſſit intra annũ luctus iuuare ſe legato ad faciendũ fructus ſuos, & poſt illum, coſtitutione, & tenuta, quam illa concedit pro dote.

8 Dubitatũ tamẽ † vidi pręſuppoſito quòd alium non habeat mulier titulum, quo poſſit retinere bona cum in dote eſt ſatisfacta, in quadam cauſa Bertrandi Deſvalas cõtra N. Maduxer huius ciuitatis, quæ fuit paſteà cõcordia ſopita, qualia ea bona teneatur mulier reſtituere, & in qua bonitate, an in ea, in qua erant tempore mortis viri, an qualia repetiuntur tẽpore reſtitutionis. Hęc quæſtio apud me nullam vnquam habuit difficultatẽ, cenſui ſemper & nunc cenſeo, in ea tantùm bonitate fore reſtituenda, in qua reperiũtur tempore reſtitutionis, nec eſſe attendẽdum qualia anteá fuerint, dummodò nulla culpa mulieris interuenerit. Ratio eſt clara, quia, ſicut plutiès diximus dũ explicaremus cõſtitu. hac noſtra, mulier quæ poſſidet pro ſua dote bona viri, vſufructuaria propriè eſt, & dicitur poſt annũ luctus. Quo ſuppoſito, clarum eſt, quòd regulę vſufructuariorũ in illa locum habebũt, ad effectum ſaltẽ ne mulier tã priuilegiata in hac materia detetior vſu-

9 fructuarijs iudicetur. Conſtat autem, † quòd vſufructuarius in his, quæ vſu nõ conſumuntur, ſiue ſint immobiles, ſiue etiam mobiles, nõ reſtituit eas niſi eo modo, quo extãt tempore finiti vſusfructꝰ, vt eſt tex. in l. 1. §. cauere & in §. habet ff. de vſufructua. quem adm. caue. cũ alijs latè adductis per Ioan. del Caſtil. Sotomaior de vſufruct. c. 14. ex n. 2. & cap. 18. ex n. 4. qui rem hanc tibi plenè explicat, omnesq: pro more adducit, qui

10 de materia tractant. De veſtibus † ęſtimatis, & de inęſtimatis traditis tractat Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 1. de dona. ante nup. defin. 2. pluribus tradens qualiter ſint

ſoluto

ſoluto matrimonio reſtituendæ.

11 Ex quo ſequũtur † plura multũ ſcitu digna in hac materia. Ac inprimis, quòd ex quo mulier eſt, & dicitur vſufructnaria, ideò circa fructus, & pẽſiones annuorũ redditũ, ſi quæ ſunt in hæreditate, & illorum diuiſione, ſequendum erie, & practicandum quod ſequimur, & practicamus in vſufructuarijs, quæ eſt materia, quę breuiter reducitur ad quinq; aut ſex capita.

12 Primum eſt circa † fructus iam perceptos per ipſam mulierem, antequã decederet, vel antequã ei ſolueretur dos, in quo caſu bene percepti dicuntur, & ad ipſam mulierẽ, & ſuo caſu ad hæredes ipſius ſpectant abſq; eo quòd aliqua moleſtia poſsit eis inferri, de quo eſt tex. clarus in l. in ſingulos in fin. de an. lega. & in l. ſi vſufructuarius ff. quib. mod. vſufruc. amitta. l. defuncta, de vſufruc. §. is verò de rer. diuiſ. Sotomaior de vſufruc. c. 77. ex n. 1. vbi infinitos pro mote allegat, & rationem adducit.

13 Secundum caput eſt † è contrario, quãdo mulier decedit, vel alio modo finitur ius percipiendi antequam fructus ſint percepti, & à ſolo ſeparati, ſed ſunt pendentes, tunc nihil ad hæredes mulier tranſmittit, nec eadem ipſa, ſi viuit, poteſt in dictis fructib⁹ ius
14 aliquod prætendere. Demptis † impenſis, quæ factę fuerunt percipiẽdorũ fructuũ gratia, provt eiſdem legibus probatur, & confirmat latè Sotomaior in d. c. 77. ex n. 1. cum aliquibus ſequent. vbi declarat quãdo fruct⁹ dicantur pendẽtes, vel à ſolo ſeparati ad iſtũ effectum.

15 Tertiùm caput eſt † circa præſtationes, redditus, & penſiones, quæ pro fundis, ſiue prędijs locatis præſtãtur. In quo idem omninò obſeruandum eſt, quod in præcedẽtibus, & ideò ſi mulier decedit, vel eius ius vtendi & fruendi finitur fructibus iam collectis per colonum, penſio debita per illum pertinet ad hæredes mulieris, vel ad eandem ipſam, ſi viuit, etiam ſi finitum ſit ius vtendi antequam veniret dies ſoluendi dictam penſionem. Secus eſt ſi deceſſerit, vel finitũ ſit fruendi ius antequã colonus colligeret fructus, per tex. in l. defuncta, de vſufru. Sotomaior vbi ſuprà ex n. 20. vbi rationes, & Doctores.

16 Quartum caput eſt † circa penſiones rerũ locatarum, quæ fructus non pariunt, quæq; non ſeminantur, de quibus tractatum nõ eſt in præcedẽti capite, provt ſunt domus, hotti, & apotheca, & ſimiles. In iſtis, aliud ſine dubio obſeruatur, quia pro rata tẽporis diuidi debet penſio inter ipſam mulierẽ ſi viuit, aut eius hæredes, & ipſum proprietariũ, etiã ſi ius vtendi ſic extinctum antequam cedat tempus ſolutionis penſionis, debetur enim in his penſio pro fructibus, qui quolibet die percipiuntur, de quo vltra alia loca eſt pulchra deciſ. Senatus Neapol. apud Vincen. de Fran. 79. & Sotomaior latè in d. c. 77. n. 25.

17 Quintum caput eſt † circa pẽſiones annuorum redditũ in pecunia conſiſtentiũ, provt ſunt, quæ nos cẽſualia mortua dicimus, alibi cenſus annui appellantur. In his ſi ius mulieris finitur antequam dies illarũ venerit, pro rata temporis diuidendæ ſunt penſiones inter ipſam mulierẽ, vel eius hęredes, & proprietarium, provt latiſſimè multis rationibus, & Doctorũ auctoritatibus, ptobat Sotomaior de vſufruc. tot. c. 78. viden. Quod eſt adeò verũ, vt ſi antequã veniret dies ſolutionis, mulier recepiſſet interegrã penſionẽ, & poſteà finiretur ius vtendi, teneretur vtique mulier ſuam tatam proprietario reſtituere, Sotomaior vbi proximè num. 10.

18 Sextum, & vltimum † caput eſt reſpectu mariti, qualiter ſcilicet fruct⁹ dotis ſunt diuidẽdi inter eum, & hæredes vxoris, vel è cõtrà, finito matrimonio. Inter quos ſit ſine dubio alia computatio, diuiduntur enim fruct⁹ illius anni, in quo dirimitur matrimoniũ, pro rata temporis, qua matrimonium eo anno durauit, & maritus ſuſtinuit onera matrimonij l. fructus l. ſi alienam l. ſi ante ff. ſol. matrĩ alijs latè adductis per Sotomaior de vſufruc. d. c. 77. n. 27. & 28. vbi latè differentias conſtituit inter hũc, & alios caſus præcedentes, Stephan. Gratia. diſcep. foren. 471. n. 5. & nu. 11. Ioan. Gutier. in cano. quęſtio. lib. 1. † cap. 33. nu. 14. Atque id Senatus noſter *dixit* expreſsè ſententia lata 13. Octob. 1593. in cauſa Berẽgarij Rubinat, & Eliſabethę Rius, referẽte egregio olim Senatore Guillermo
19 Suñer. Quomodo autem, † & à quo tempore ſit iſte annus computãdus, & alia pulchra in materia, vide ſuprà in cõſtitutione dotali in materia fructuũ, quos maritus facit ex dote ſuos, vbi multa dixi ad propoſitũ conferentia. Et hæc exiſtimo ſufficere in hac materia dixiſſe. Reliqua videri poterũt apud citatos Doctores, quia benè explicant. Bonum erie quòd cum de his ages, recurtas ad pulchram Rot. Roma. deciſ. 278. quæ in hac materia diuiſionis proſequitur per omnimodam fructuum ſpeciẽ, nempe naturaliũ, induſtrialiũ, & ciuilium, eſt in vlt. vol. deciſ. Fatina.

20 Quæ autẽ bona † debet mulier reſtituere? Clarum eſt quòd quæcunq; repetiuntur continuata in inuentario per eam confecto, & vlteriùs ſi alia reperiũtur penes ipſam intra annũ luctus, ſi reſtitutio incidit faciẽda intra annum, quia bona repetta penes mulierem intra annum luctus præſumuntur mariti, & ex illius bonis acquiſita, Meno. præſump. 51. num. 2. 14. & 16. lib. 3. Anton. Gam. Rolan. à

Val.

Val.Angel.& alij quos Cãcer.adducit in 1. pat.varia.teſo.c.9.de dote & dona.propter nup.num.43.& 44.latè Mareſcot.variar.reſolu.lib.2.cap.82.nu.3. & ſequẽ. vbi multas † Rotę Romanę *deciſiones* repeties ſuper hoc puncto factas.

21 Imò & quæcunq; † acquiſiuit mulier conſtante matrimonio, præſumuntur acquiſita ex bonis mariti, vt tollatur præſumptio turpis quæſtus ex l. Quintus Mutius, de donat. inter vir.& vxo. Optima deciſ.apud Boet. 81.

22 in hac materia videda. De qua tamen † non poteſt oponere tertius,& extraneus contra ipſam vxorem,vel illius hæredes, ſed procedit dumtaxat inter ipſos cõjuges, & illorum hęredes,vt docet Alex.in conſ.101.n.3.lib.7.latè Paulus Granu.qui totum de hoc theorema fecit in ordine 14.Cardin.Tuſcus verbo,vxor,cõclu.394.Anton.Fab.in ſuo Cod. lib.4.tit.14.de proba.defin.36.

23 Dubitatum circa † hæc vidi, num apellatione extranei in hac materia veniat creditor mariti.Qua in re dic quòd non,Imò ipſe iuris ſui tuẽdi gratia poteſt ſine dubio oppo † nere de d.l.Quintus Mutius,prout ita *deciſũ* in Sena.Sebuſia.docet Anto.Fab.in cita.de-

24 fin.36.& defi. 41.vbi idẽ † extendit ad donatarium, vt etiam & ipſe poſsit mulieri de d. l. opponere.

25 Sed contrariũ † video teneri, ac defendi per Hercul. Mareſcot,variar. reſolu. lib. 2. cap.82.num.6.& 7. vbi de verbo ad verbũ, ſuppreſſo nomine,tranſcripſit pluſquã duodecim lineas ex Granu. in cita. theorema. 14. num.3.verſ. Contrarium. Sed non puto quòd Doctores quos illi ſcribentes allegãt, loquãtur de creditoribus opponentibus de lege.prædicta iuris ſui tuendi gratia, & ex debitoris perſona, excipiẽtibus de iure debitori competẽte. Et vbi de eis loquerẽtur, nõ videtur mihi debere nos eorum opinioni adhærere, nulla enim ratio patitur quòd ius reprobet prætentionẽ mulieris, & deneget creditori,cuius multùm intereſt, facultatem de hoc opponendi.Deindẽ,quę æquitas ſuadet vt liceat hac via fraudare creditores, ac os.eorũ claudere ne in tanto præiudicio beneficium legis poſsint allegari. Vltra binas †† *definitiones* Fabri ſuprà adductas, vide *aliã* in eo. ſuo Cod.co.lib.4.tit.34.ſi quis alteri vel ſibi, defin.9.ad quã ſe refert definitio 41.tit. de proba. vbi dicit Faber in fauorẽ † creditorum *deciſum*.

26 Aduerte tamen † ad vnũ circa hęc,in quo multos errare vidi,vt vtar eiſdẽ verbis,quib⁹ Granu.vtitur ad propoſitum,quòd ſi mulier comparauit aliquid conſtante matrimonio, quamuis ex pecunia mariti pręſumatur,non tamen datur propterea actio marito, vel eius hęredibus ad rem iſtam ab vxore atqui-

27 ſitam, ſed tantũ ad pretiũ, quia emptũ † ex pecunia mea nõ eſt,nec fit meum,ſic Granu. d. theorem.14.n.4. optima deciſ.Surd.15. Coſta de portio.rat.quæſtione 184.Id quod etiam comprobatur optima deciſione Rot. Romanæ 262.in ordine apud Proſper. Farina.in penul. vol. recollec. per ipſum, & latiùs deciſ. 607. num. 2. Sic Senatus in ter-

† minis *dixit* 17. Iunij 1551. inter Sebaſtianũ Pons,& Catherinã del Vido,Relatore egregio tunc Senatore, deindè Regente Adriano Vilana,his verbis, *quia in vim iuris dominium rei emptæ,ac acquiſitæ ex pecunijs alterius,etiam inter virũ, & vxorẽ, acquiritur ementi,ſeu acquirenti, licèt actio detur ad pre-*

† *tium ipſi marito*.Optima de hoc *deciſ*.Senatus Valentini apud egregiũ in ſuptemo Coronæ Aragonum conciliarium, ac aduocatũ fiſcalem Don Franciſcum Hiero. Leo in ordine 43.qui tamen dicit quòd ex patticulari illius regni lege, ibi nõ acquirit mulier.Quã

28 limitat † in caſu,qui ferè ſemper contingit, quando mulier de cõſenſu mariti emit, tunc dominium ei acquiritur, non vitò, atque ita † *deciſũ* tradit de anno 1572. Bona deciſ.Ro-

29 tæ Siciliæ apud Intrigliol.33. Vbi † vltetiùs † *deciſum* etiam adfert, quòd taliter ementi de pecunijs alterius acquititur dominium,vt id verum ſit quamuis expreſsè emat nomine illius, ſi ante notificationẽ emptor alteri vendat, non obſtante clauſula cõſtituti, & ſtipulatione notarij pro abſente.

30 Niſi † poſtea mulier recognoſcat bonam fidem erga maritum, tunc nihil eſt acquiſitũ vxori,pulchra deciſ. Rot.Rom.771.vol.vlt. in recol.per Farina. Bona deciſ.eiuſdẽ Rotæ Romanę apud eundem Proſper. Farina. in

31 penul.vol.262. Vbi *deciſũ* † de anno 1610. † refertur, Maritum ementẽ cenſum nomine vxoris,illum acquirere vxori,& non ſibi,etiã quòd pretium ſoluerit de proprijs pecunijs.

32 Fallit d. l. † Quintus Mutius diſpoſitio vbi mulier præſente, & tacente marito pretium rei ſuo nomine emptæ ſoluit tamquã de proprtia pecunia per aſſertionẽ vel ipſius mulieris, vel etiam mariri, tunc enim præſumitur ſolutum de pecunia vxotis,non viri, Anto.Gab.in cõmn.opin.tit. de præſump. conclu.15.n.16. Ioſep.Ludoni.deciſ. Peruſ.

† 12. nu. 22. & nou. fin. vbi ita *deciſum* aſſerir, Maſcar.de proba. conclu. 30. num. 18. verſ.Secundo limitatur, Menoc. præſump. 51.n.28.lib.3.Anton. Fab. in cita. defin.41. de proba. & in eita. etiam defin. 9. ſi quis alteri,vel ſibi,egreg.concilia.Leo in cita.deciſ.43.num.7.

33 Sed cum id † ſuſtineatut in vim donationis, quã præſumitur per hunc cõſenſum facere

facere maritus vxori, ſequitur quòd niſi ille perſeuerauerit vſque ad mortem, nihil actũ erit, provt notat in terminis Mareſcot. in cita. cap. 82. num. 6.

34 Item creditoribus † nõ poterit iſtud facere pręiudicium, ſicut nec illud faciunt quęcunque donationes fiant à debitoribus.

35 Fallit item d. † l. prohibitio, vbi mulier contrarium probaret, oſtenderetq; vndè pecunia ſibi obuenerit, Guido Pap. deciſ. 468. in fin. & Marilia. deciſ. 10. Fab. in cita. defin. 41. Veluti in caſu quo mulier haberet bona paraphernalia, vel aliàs extra dotem, provt † *declarauit* Senatus 5. Maij 1582. inter Mariã Argenſola, & Petrũ Vilaſeca referente egregio olim Senatore Franciſco Sala, vbi fuit dictum *quòd emptio per mulierem de conſenſu, & voluntate mariti facta, cum ipſa habet bona paraphernalia ad ſolucõũ pretiũ rei emptæ, cenſetur propria vxoris, & de proprijs pecunijs ſolutum pretium, quia ceſſat præſumptio quòd pretium proceſſit ex bonis mariti*, latè Rota Roma. deciſ. 607. ex recollec. per Farina. in penul. vol. deciſionum.

36 Sed an ſi † mulier eſt diligẽs, & induſtriosa, ceſſet d. l. præſumptio. Reſpondet Fab. d. defin. 41. de proba. quod non, cum operas ſuas (inquit) qualeſcunq; marito præſtare teneatur, ſi eam maritus exhibeat, ſecumq; habeat, niſi mulier diues viro inopi nupſiſſet, aut eo conſentiente, vt non ſemel vidi, ſeparatim negotiata eſſet, tunc ſæpiùs à Senatu ††ſuo *pronunciatum* dicit ceſſare præſumptionem. Vide Mareſcot. in ſæpè cita. c. 82. nu. 11. lib. 2. variar. reſolu.

Sufficeret etiam ne intraret præſumptio quòd probaretur aliundè mulierem potuiſſe † acquirere, vt ex *deciſione* Rot. Roma. probat Mareſcot. vbi ſuprà num. 10.

37 Debeo Epiſcopatui † Gerundę, & cõmorãtibus in eo, vndè ego ſum otiundus, vt paululũm de quadam conſuetudine dictę diœceſis ſcripta de hac materia tractãte, agam, ſuper qua inter incolas multæ quotidie oriũtur contentiones. Ea legitur inter dictas cõſuetudines in tit. de præſcrip. his verbis: *Cõſuetudo huius terræ eſt, quòd ſi vir intret cauſa nuptiarum aliquem manſum, cuius manſi erat vxor ſit domina, & proprietaria, quòd omnia bona mobilia exiſtẽtia in illo mãſo sũt, & pertinent eius vxori, & eius manſo, & non dicto viro, niſi ipſe vir legitimè poſſit oſtendere quòd ipſe de ſuo proprio emerit ea, vel acquiſierit, exceptis veſtibus ſuæ perſonæ, & armis, quæ præſumũtur eſſe dicti viri tantùm, & caſu quo idem vir quacũq; cauſa exiuerit dictum manſum, omnia dicta bona remanebunt penes dictum manſum, ſeu eius vxorem, niſi veſtes, & arma prædicta, & ea, quæ legitimè poterit probare vir fore empta de ſuo proprio, de bonis verò immobilibus emptis per dictum virum durante dicto matrimonio, eſſe dicendũ, quòd erunt ipſius viri, ſi tamen poterit probare quòd ipſe emerit de bonis ſibi prouenientibus durante dicto matrimonio, ſeu aliàs legitimè probauerit quòd ea eſſent de proprio ſoluta, aliàs præſumuntur eſſe empta de fructibus dicti manſi, qui ſunt de iſta conſuetudine dicta ſuæ vxoris. Et etiam poſito quòd inſtrumenta dictæ emptionis ſonent in perſonam dicti viri tantùm, & intelligo quòd tunc dictus vir exiſtens in dicto manſo nõ facit fructus ſuos niſi vxor cõſtituat ſibi in dotem dictum manſum.*

Hęc eſt conſuetudo, quæ ex lib. conſuetudinum illius Diœceſis, qui ſeruatur auctenticus in ſcribania Vicariatus Gerundæ, deſumpta, & tranſcripta fuit, Cuius meminit noſter Ioa. de Socarrats in cõmemmo. Petr. Albert. in cap. nullus, num. 18. fol. 353. Cuius diſpoſitio ſatis clara, manifeſta, & aperta eſt, vix admittit aliquam commentationem, aut 38 dubitationem. Nihilominùs tamen † repetio, quòd in controuerſiam in Senatu venit de anno 1588. coram egregio Senatore N. Fontpaſtor, inter Ioan. Micha. de S. Llatſer, & Annam Forell & Perrina, vbi ità quadam prouiſione liquidationis facta 3. Nouembr. † fuit *declaratũ* provt in cõſuetudine, & invim illius, *quòd empta acquirebantur vxori etiãſi nomine viri eſſent empta, ac ſi nõ ſuo, ſed vxoris nomine id factum fuiſſet, quia præſumebãtur ex fructibus manſalæ acquiſita &c.* Quæ † prouiſio fuit *confirmata* in cauſa ſupplicationis, Relatore egregio Senatore Hieronymo Aſtor 17. Decẽb. 1594. Actua. Cortell, dempto, *quod ſi fructus erant tenues vix ſufficientes ad alimenta, & onera, & maritus probet ſe habuiſſe alia bona, ex quibus etiam fructus recipiebat, tunc fieret diuiſio acquiſitorum conflante matrimonio pro medietate cuilibet, vel aliàs ſecundum quantitatem fructuum.* Hoc enim fuit additum priori prouiſioni, quod eſt benè notandum, & ſi probari poteſt probandum, ne mulier omnes labores, & ſudores mariti, qui ſolet totum pondus diei, & æſtus ſuſtinere, ſecum ferat. Ibidem fuit declaratus punctus *quòd conſuetudo nũ procedit vbi, ſicut multotiès fit, & tolluntur difficultates, mulier affert in dotem manſum ipſum, tũc enim cum fructus ſiant mariti, acquiſitiones erunt ipſius.* Item etiam fuit declaratum *dictam conſuetudinem comprehendere non ſolùm manſos ſitos extra oppida, vel villam, ſed etiam manſos, ſeu domos intra muros, cuius terræ ſunt extra muros, & inhabitantur per pagenſes cauſa percipiẽdorum fructuum, quia* 39 *ruſticum* † *prædium nõ facit rus, ſed materia*; L. vrbana prædia 158. ff. de verb. ſigni. & ibi

ſcri-

ſcribentes, & §. prædiorum ruſti. de ſeruit. prædior. &c.

40 Reſtat videre † pro finali reſolutione huius gloſ. Vbi mulier vidua ſit conuenienda, & per quem Iudicem compellenda ad reſtitutionem horum bonorum, quæ mariti fuerunt, quæ poſtquam ſatisfacta eſt in ſua dote, recuſat illa reſtituere, & ideò opportet deuenire ad cõpulſionem. Regula eſt quòd mulier nupta (inſpiamus hinc vt perfectiùs materia intelligatur) ſicut domicilium, ſic forum viri ſortitur, ideò cõueniri debet vbi eius maritus conueniendus eſt, l. fin. §. ijdem reſcripſerunt ff. ad municip. & de incol. l. cũ quædam puella, de iuriſdic. om. Iud. Vincen. de Fran. deciſ. 363. n. 1. & Moli. noſter de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 1. cõpara. 23. ex nu. 44. qui alios allegant, &

41 vlteriùs † diſputant num hæc procedant, tam quoad forum competentẽ de iure ſpeciali, quã quoad cõpetentẽ de iure cõmuni.

42 Hinc fit † quòd quamuis plebeia ſit mulier, ſi tamen nupſit viro nobili, non coram Iudice plebeiorum, qui in multis partibus diuerſus eſt à Iudice nobilium.

43 Et ſignãter † in noſtra Cathalonia in terris Baronũ, quibus nullo modo ſubijciuntur milites, & nobiles, vt latè probaui in 1. tom. clau. 3. gloſ. 3. ex n. 38. vbi n. 48. tractaui an ſaltem id cõſuetudine poſsit effici, & quòd

† non, fuit pulchrè *declaratum* 9. Octob. 1579. referẽte egregio olim. Senato. Mucha. Cordelles, poſteà hic Regẽte Cancel. & deindè Regente in ſupremo Arag. concil. oiſi mora eum in itinere deprædara eſſet, inter Michael. Ioan. de Olſinelles, & officiales Marchionatus de Camaraſa, vbi fuit dictũ *quòd per immemorialem poſſeſſionem non poteſt introduci quòd officiales Baronis poſſint cognoſcere de cauſis militarium conuentorum coram ipſis Baronibus, vel eorum officialibus, eũ etiã* (inquit) *quamplurium militarium actus, quibus ſe ſubiecíſſent cognitioni dictorum Baronum, & eorum officialium, de iure non poſſint derogare Regiæ regaliæ, & priuilegijs in fauorem ordinis ſeu ſtamẽti militaris inductis.* In Archiuo Regio. Non (iuquam) erit iſta mulier, quæ nupſit nobili, coram Iudice plebeiorum conuenienda, ſed imò coram nobi-

44 lium Iudice. Cõmunicatur † enim vxori viri nobilitas, l. fœminę, de Sena. l. mulieres cũ ibi nota. C. de digni. lib. 12. Garcia de nobili. gloſ. 1. §. 1. nu. 44. Philip. Paſchal. de virib. pat. potet. par. 4. c. 2. num. 33. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 9. tit. 28. de digoi defin. 16. qui vlteriùs probat in hoc non poſſe vxori ex poſt præiudicatum iri per maritũ, Guid. Pap. deciſ. 349. 379. & 380. cũ ſuis pulchris additionibus. Vincen. de Fran. in cita. deciſ. 367. num. 1. 2. & deciſ. 415. num. 7. & 8. Vbi

45 etiam † an mulier poſſit huic fauori renuntiare, omnium latiſsimè Tiraquel. de nobilita. tot. cap. 18.

46 Hanc nobilitatem † retinet mulier mortuo viro dum vidua exiſtit, vt docent omnes ſuprà citati per tex. expreſſum in l. filij §. vi-

47 dua, ad municip. Nam vidua † dum à ſecundis nuptijs abinet, videtur in præteriti viri coniugio perdurare, & in prioribus cõſiſtere nuptijs, §. ſoluto, in auct. de nup. ad quod propoſitum plura allegat Guid. Pap. deciſ. 349. num. 2. & Tiraquel. d. cap. 18. ex nu. 5. latè Gaſp. Anton. Theſau. quæſtio. foren. 90. lib. 1. Vbi optimè materiam declarat, & ex approbatis auctoribus, ſicut ſuperiores in vxore, is in vidua demonſtrat de quibus priuilegijs hæc intelligantur.

48 Et non ſolùm † proſperam mariti fortunam, fauorabilemq; conditionem mulier ſequitur, ſed etiam & aduerſam, ac odioſam, taliter quòd ſi vel genere, vel ex marito nobilis mulier nubat poſteà plebeio, plebeia & ipſa efficitur, nec ampliùs generis, vel mariti nobilitate fruitur, provt probat tex. expreſſus in l. fœminæ, de Senator. quę vtrũq; caſum decidit, l. filij §. vidua, ad municipal. & de incol. & in auctẽ. de nup. §. non tamẽ col. 4. quę duo iura de nobilitate ex primis nuptijs acquiſita per ſecundas amitenda loquuntur, pulchra ſunt d. §. non tamen, verba, quæ ſic habent, *Non tamen permittimus mulieribus ad ſecundas venientibus nuptias, adhuc velle priorum maritorum dignitatibus, aut priuilegijs vti, ſed ad quale poſt priorem venerint matrimonium, illius amplectatur fortunam: quæ enim priorũ oblita eſt, nõ rurſus ex prioribus adiuuabitur.* Hæc eſt ratio quam hic Impera. ponit, aliam adducunt Doctores, *quia* (inquiunt) *cum vir ſit ipſius mulieris caput, nec alieno quàm mariti ſplendore fulgeat vxor, illa quam priùs habuit conditionẽ exuẽ oportet, ne in ſocietate indiuidua odioſa ſit diſſimilitudo.* Bar. in d. l. fœminæ, Ferrer in nouiſsimis additio. ad Guido. Pap. in d. deciſ. 349. litte. B. Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 9. tit. 28. de digni. defin. 17. Guid. Pap. in cita. deciſ. 349. 389. & 380. cum additio. latiſsimè Tiraquel. de nobilita. d. cap. 18. num. 16. Ioan. Lup. de Pala. rub. in rubri. de doua. inter vir. & vxor. §. 31. num. 6. & in §. 32. ou. 1. Philip. Paſcal. de virib. pat. poteſ. par. 4. cap. 2. num. 35.

49 Et quemadmodum † proſperam fortunã mulier, vt ſuperiùs diximus, ſequitur etiam dum vidua manet, ſic hãc aduerſam retinet, taliter quòd poſt mariti plebei mortem plebeia & ipſa manet, quantumvis vel ex genere, vel ex primo marito nobilis anteà fuiſſet

niſi

niſi alteri nobili poſteà nubat, Gnid. Pap. in
† cita. deciſ. 349. vbi ita *deciſum* aſſerit, & Ferrer ibidem in addi. idem Guid. Pap. deciſ. 380. vbi addi. Matthæi, Tiraquel. dicto. cap. 18. num. 38. de nobilita. Montal. in reper. ſiue noua recopila. legum Caſtel. ver-
50 bo, vxor generoſi, quia † remanēt adhuc (inquit) reliquiæ prioris impedimenti, ſcilicet matrimonij poſt mortem viri, l. omnem C. de bon. quę lib. per ea quę in vidua ignobili, quę nobili nupſerat, è contrario diximus, Philip. Paſcal. de vir. pat. poteſ. par. 4. cap. 2. num. 35.

51 Sed eſt † aduertendum potentius multò eſſe ius nobilitatis ex parentibus acquiſitæ, quàm ex marito, ac ideò difficiliùs illa amittitur, quàm hęc, quod eleganter probat cita.
52 l. ſęminæ, de Senator. quæ ad † amitendam nobilitatē ex genere requirit ſecundas nuptias cum plebeio, nec ſufficere quòd cum alio inferioris ordinis, & dignitatis mulier nupſerit, ad amitendam vero nobilitatem ex viro, ſufficere vult contractum ſecundarum nuptiarum cum homine inferioris dignitatis, etiam ſi plebeius ille non ſit, quam differentiam notat gloſ. ibidem verbo, donec, & gloſ. in l. 1. verbo, priuatæ C. digni. lib. 12.

53 Hinc etiam fit † quòd ad conſeruandum nobilitatem acquiſitam ex primo viro, opus eſt quòd mulier poſt viri obitū caſtè, & honeſtè in viduitate viuat, aliàs nobilitatem viri amittit, quod ſecus eſt in nobilitate generis, quam propter hoc non amittit mulier, Guid. Pap. deciſ. 379. num. 2. ſuſiſſimè Tiraquel. in d. tracta. de nobilita. cap. 18. n. 13. Fab. in cita. defin. 87. num. 2.

54 Quieſcemus hic? † minimè, immatura res eſt adhuc, vlteriore explicatione indiget, & quòd, quomodo iſtæ theoricæ ſint practicādo, dicamus, & explicemus. Noui mulierem nobilē ex genere, quam nos militarem appellamus, quæ cuidam inferioris ordinis, & dignitatis viro nupſerat, mox vidua efecta, conuenta fuerat pro quodam debito coram Iudice nobilium, ſeu militarium perſonarum, non coram Iudice plebeiorum, & ipſa ne ſolueret (quod vix credidiſſet vllus, ſed quid non poteſt pecunia?) oppoſuit de nullitate procedimentorum quia non fuerat conuenta coram Iudice plebeiorum: cauſa ducitur in Senatu coram egregio Senatore Ioanne Magarola, Actua. Sabattia. Vilella. Pars agens eſt Frāciſcus Paſqual legum Doctor non mediocris, oppidi Oloti, mulierem honoris cauſa non nomino.

55 Sed ego † honori mulieris etiam inuitæ, & filiorum ſuorum, quibus aliquid debeo, nō minùs proſpicere volens, quàm commodo burſali Iuriſperiti prędicti clientuli mei, fortiter inſiſti pro validitate procedimētorum, ex his quæ anteà dicebam quòd non tam faciliter amitebatur nobilitas generis, quàm mariti, & ad id conſiderabam, quòd licēt maritus huius mulieris cingulo militari non eſſet decoratus, erat tamen diues militari modo ex proprijs redditibus à ſuis maioribus hæreditaris ſine labore manuū ſuarum multùm honorifice viuens, quo ſuppoſito dicebam non intrare huc legum diſpoſitiones, quæ mulierem priuant propria nobilitate ſi contrahit plebeias nuptias, vt dicit l. ſæminæ, ſeu priuatas vt dicit l. 1. C. de digni. lib. 12.

56 Certè ſi † diuitię non nobilitant, cuius contrarium plures nec infimę notæ viri tenent, Alber. in l. Imperatores, ſtatim poſt prin. de decur. Bal. in cap. ſuper eo. 2. in fin. ex. de teſtibus Barba. in conſ. 57. quos ad id adfert Tiraquel. de nobilita. cap. 3. n. 3.
57 Id tamen † negari non poteſt quin diuitiæ, & dignitates æquiparentur, vt probat l. 1. ff. de cuito. reor. & diuitię ipſæ, & nobilitas, vt quæ ſecum inuicem compenſantur, vt in caſu d. cap. ſuper eo, loquentis de matrimonio ſcribit Bal. ibi in fin. & Alex. in conſ. 209. ponderatis lib. 6. ac Tiraquel. de nobilita. cap. 3. num. 22.

58 Vndè † dici poteſt ſatis enim eſſe nobilem, qui ſatis diues eſt, vt ait Bal. vbi ſuprà, & Tiraquel. etiam in cita. num. 22. Id quod experientia nos quotidie docet, videtes in pacis iſtos diuites ſecundū hominum ęſtimationē fieri nobilibus inferiores. Ex his & ex alijs multis, quæ Tiraq. adfert in toto illo cap. 3. de nobilita. in fauorē hominum diuitum, quę ſunt ad materiam videnda, fit manifeſtum non poſſe dici quòd mulier nobilis, aut militaris, quæ iſtiuſcemodi generis homini nubit, amittat ob id hanc ſuam nobilitatem, quam ex ſuis maioribus hæreditauit.

59 Si tractaremus † de amitenda nobilitate acquiſita ex primis nuptijs, cum ea, vt diximus facilius amittatur, quàm illa quę ex genere, aliquis dubitandi poſſet dari locus. Et adhuc in iſto caſu habes pulcherrimam ſicut nouiſſimam Senatus Portugaliæ apud Melchior. Phœbum deciſionem in ordine 17. (hunc librum Madriti primùm vidi cum de anno 1621. ibi Orator apud Regiam Maieſtatem pro Principatu Cathaloniæ eſſem)
† qua *declaratum* aſſeritur de anno 1615. in illo Senatu, nec iſtam nobilitatem amitti ſemper quòd mulier ad ſecundas nuptias tranſiens accipit virum, qui non ſit tam nobilis ſicut primus, imò retineri, & conſeruari dum non nubat plebeio.

60 † Per quę *liberata*, vt ibi dicitur, *fuit à pœna ſtatuti quædam mulier, quæ ex primis nuptijs acquiſierat poſſe dici, & nominari don, quia eius primus maritus eius erat qualitatis, vt nominari poſſet, & in ſecundis continuabat idem, licèt ſecundus vir non eſſet talis conditionis vt eius reſpectu, don poſſet appellari, ſufficere enim viſum fuit quòd nõ duxiſſet mulier plebeias, & multò inferiores nuptias, vt primum dignitatem retinere, & conſeruare poſſet.*

61 Per quæ etiam † ego deffendebam, & deffendi cõtra plures, qui hoc durum exiſtimabant, & mulierem plus ſibi vſurpare, quàm competeret, dicebant. Deffendebam (inquã) & deffendi iure poſſe quandam mulierem huius ciuitatis, quæ priùs nupſerat viro nobili, retinere eundem titulum de don poſt ſecundas contractas cum quodam Doctore lutiſperito nuptias. Quia

62 † Doctores, ſaltem ad hunc effectum, vt mulier retineat dignitatem, quam ex primo viro acquiſiuerat, ſatis ſuperque nobiles dici poſſunt, de quorum nobilitate ego plura dicerem niſi ſuſpectum videretur teſtimonium hominis eius facultatis, & conditionis, aliqua habes apud Ioan. Garcia de nobilitate gloſ. 35. per totum, ſuſiùs Tiraquel. de nobilita. tot. cap. 5. & poſteà nouiſsimè Iacob. Beuni. de priuileg. Iuriſconſul. tot. priuileg. 56. ac magis nouè per Philip. Paſcal. in tracta. de virtib. pat. poteſta. par. 2. cap. 5. ex num. 67.

63 Vbi inter † alia probat, quòd etiam ſi magna Comitiſſa nuberet leguni Doctori, non diceretur nubere indigno, quod fuit anteà dictum per Surd. in tracta. de alimen. titu. 1. quæſtio. 6. ex num. 22. qui per alios probat, infinita leges apud Paſcal. vbi ſuprà. Et ſignanter †

64 circa illum atr. qui tam malè recipitur à nobilibus genere, multò pluris eſtimandam fore nobilitatem, quæ ex ſcientia acquiritur, quàm quæ ex genere, & factis prædeceſſorum ad poſteros deſcendit. Bonum eſſet quòd mulieres nubendo iſtis literatis viris, qui ſolent communiter eſſe Reipublicę decus, & ornamentum, amitterent nobilitatem, quam anteà habebant? Superaddi eis neſcio quid nobilitatis, ego potiùs exiſtimarem, quàm diminui, ſciens quanti fecerunt veteres nobilitatem, & dignitatem, quę ex litteris, & ſcientia acquiruntur.

65 Hinc finaliter † ego dicebam etiam contra alios, qui infraſcripta ægrè ferebãt, poſſe iure optimo quandam nobilem mulierem vocari Senyoria, ſicuti vocabatur tempore primi viri, qui Comes erat, quia licèt ſecundas nuptias non contraxiſſet cũ homine Comite, & ſic eiuſdem conditionis, erat tamen taliter nobilis, quòd non poterat dici, vt ſe-

rebatur, in aliquo priori inferior etiã ſi titulum Comitis non haberet. Horum fundamẽtũ accipitur, & deſumitur ex dicta deciſ. Portugaliæ, & ex alijs quæ ſuprà tetuli.

66 Quę ſuprà † diximus de muliere amittente ſuam nobilitatem propter nuptias, quas contrahat cũ viro ignobili, adhuc intelligi debent, dummodò non ſit in præiuditialibus ſuo honori, nam in his non poterit ſuum priuilegium amittere. Vel clariùs, limitantur vt vera ſint quoad ea, quæ commodum mulieri ipſi nobili adferrent, quoad ea enim, provt eſt exemptio tributorum, mulier nobilis nubens plebeio amittit nobilitatem, non verò sũt intelligẽda quoad ea, quę incõmodũ honoris huic mulieri adferre poſſunt, provt eſt pallynodiam recantare, vel tormentis ſubijci, & ſimilia, ita ex multis Azeued. in l. 9. lib. 2. titu. 11. num. 7. nouæ recopila. & Garcias de Gironda de priuileg. & exemp. explicatio. q. 63. num. 320.

67 Item quòd dictum † eſt de muliere nobili nubẽte plebeio, & amittat nobilitatẽ, etiam pro tempore, quo poſteà manet ex eo vidua, non procedit in Regno Caſtellę, quia ibi ex preſta l. 9. titu. 11. lib. 2. nouæ recopilationis cauetur contrarium dutante viduitate, vt docet Ioan. à Montalegre in prax. ciui. exercit. practi. actio. cap. 5. num. 322. qui vlteriùs

68 † dicit quòd etiam de iure communi redditur dubia contraria opinio Guid. Pap. & Tiraquel. ſuperiùs allegatorum, quia (inquit) licèt mulier durante viduitate videatur perdurare in coniugio primi viri, debet intelligi in fauorabilibus, non verò in odioſis.

69 Finaliter quod † diximus de muliere ſortiente forum viri, limitatur vt non procedat quando maritus ductus fuiſſet ab vxore, & ideò tranſiſſet in domum vxoris animo ibi domicilium contrahendi, vt per Bal. in l. ſi. C. ſi à non competen. iudi. col. penul. & ſequuntur omnes in l. cũ quædam puella, vbi Dec. num. 9. de iuriſdic. om. iud. Tiber. Decia. in tracta. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 8. nu. 5.

70 Plus dicit, † & pluribus probat noſter Marquil. in vſat. vna quæq; mulier, quęſtio. 9. fol. 60. quòd quando maritus ignobilis ingreditur domum vxoris nobilis habentis aliquod caſtrum, vel quadrã, filij eorum gaudent immunitate parentum, & ſic nobilitate vxoris, ita vt à tallijs, & alijs extraordinarijs muneribꝰ poſſint ſe tueri, atq; ita dicit fuiſſe *obtentum*, quod eſt benè notandum ad limitationẽ eius, quod dicitur communiter, matrem non communicare ſuam nobilitatem filijs.

71 An ſi † mulier nubit Notario amittat ſuam ex genere nobilitatem, reſolue ex his quæ tractat latè Rot. Rom. apud Farina. in nouiſsimè recol. vol. penul. deciſ. 504. vbi diſ-

putat

putat an per notariatū amitatur nobilitas.

72 An finaliter † si mulier contrahat cum viro rustico,& cultore agrorum amitat propriam nobilitatem tamquam nubens plebeyo resoluere poteris ex his quę Doctores
73 tradunt circa quæstionem, si nobilis † per istud exercitium agriculturæ amitit nobilitatem.In qua communiter tenetur, & receptum est quòd non,quia hæc ars non connumeratur inter artes mechanicas, de qua re sunt plures decisi. apud Guid.Pap. & signāter 41.196.& 392. latè Tiraquel. de nobilita. cap. 32. per tot. Collantes in pragma. frumen.cap.2. num.2.lib.2.

Id quod etiam noster Senatus expressim
† *declarauit* referente egregio Senatore Hippolyto Montaner pro fratribus Ossons villę de Vinebre contra Commendatorem, & Baiulum de Asco,sententia lata 3. Nouem. 1620.Actuario Iacobo Agramunt. Quod in
74 tantum † verum indicauit Senatus, vt procederet licèt probatum esset dictos Ossons mercede conductos solitos esse eam artem pro alijs exercere,eo motiuo,*quia erāt quodam iure sanguinis militēs, quod* (inquit) *ius est immutabile,nec deficit tempore,nec loco ei cunscribitur*,quæ sunt verba formalia, quibus ad propositum vtitur Ioan.Garcia,à quo Senatus accepit,in tract.de nobilita.glos.1. §.1.n.57.&58. Quæ sunt notanda ad defendendum milites ne dicantur nobilitatem amisisse propter exercitium humiliorum artium,ibi notatur qualiter, & quomodo hæc procedant,& glos.7.ex num.17.

Et cùm his finitur hæc vtilissima clausula constitutionis,& restitutionis dotis. Quam
75 absolui † in fœliciore vitæ meę die,quo frater Benedictus Fontanella Sacræ Theologiæ Doctor,& Abbas Monasterij sancti Petri villæ Bisulduni Ordinis Diui Benedicti, patruus & simul auunculus meus amantissimus extractus est Deputatus Ecclesiasticus huius Principatus,quod munus est (vt nullus nescit) ex principalioribus,& vtilioribus illius.Erat facer dies diuęMagdalenę 22.Iulij 1620.quo ego adimpleo 45. ætatis meę annum.Dignetur qui nobis summus Deus tātam fœlicitatem,nullis licèt exigētibus meritis,in terra concedit,nō denegare in cœlo æternam.

CLAVSVLA VIII.

Item Dictus N. pater dictæ N. futuræ vxoris dicti N. constituens se principaliter, & insolidum obligatum, facit, & firmat debitorij instrumentum dictis NN. & N. genero, & parentibus illius respectiuè de dictis tribus mille libris &c. quas eisdem promitit dare, & soluere modo,& forma in cōstitutione dotali contentis, sine dilatione &c.

SVMMARIA.

1 *Obligationes circa solutiones dotium in Cathalonia non solent fieri cum guarentigia, & scriptura tertij,& personarū obligatione.*
2 *Debitores, quibus competit beneficium ne cōueniantur nisi in quantum facere possunt, non possunt capi.*
3 *Socer capi non potest pro dote soluenda etiamsi cum instrumento guarentigiæ, & personæ obligatione se obligauerit.vbi decis.*
4 *Dotes iure actionis repetendæ sunt, non iure executiuo.*
5 *Causæ omnes dotales,siue agatur de cōstitutione,siue de restitutione, sunt in Cathalonia summariæ.*
6 *Causæ plenariæ quas dilationes habeāt in Cathalonia,& quas causæ summariæ.*
7 *Dilatio ad articulandum, & probandum in causis plenarijs non currit reo nisi postquàm actor articulauit.*
8 *Actor semper solet,& debet venire in iudicio paratus,quod non est in reo.*
9 *Dilationes in causis summarijs currunt ambobus,actori,& reo æqualiter, & ex eodem tempore.vbi decisſ.Senatus.*
10 *Auctor non benè conuenit cum hac resolutione.*
11 *Reconuentio non admittitur in causis summarijs.vbi decisio in causa dotis.*
12 *Causæ summariæ non expectant ordinem denunciationum,vt decidi possint.*
13 *Causæ dotis promissæ exigendæ de iure communi, secundum aliquos, non dicuntur summariæ, sed solum causæ dotis restituendæ.*
14 *Sed contrarium est verum quòd omnes sunt summariæ.*
15 *Causa dotis restituendæ de iure communi non est summaria, cum non mulieri, sed patri, aut alicui extraneo est facienda restitutio.*

16 *Constitu. 5. tit. de caus. summa. declaratur.*
17 *Causæ summariæ habent duplicem inspectionẽ vel respectu ordinis, vel respectu probationum.*
18 *Causæ dotales non dicuntur summariæ respectu probationũ quasi sint in probationibus faciendis priuilegiatæ, quod declaratur.*
19 *Vsuræ dotales currunt in fauorem viri sine interpellatione aliqua, & illæ possunt in pactum deduci. vbi decis.*
20 *Promittens se curaturum quòd alius certam do tem daret, tenetur ad interesse si dos illa non datur. vbi decis.*
21 *Vsuræ dotis non currunt quando illa est illiquida. vbi decis.*
22 *Interesse æstimationis bonorum mobilium non currit nisi ex die æstimationis.*
23 *Vsuræ dotales cessant soluto matrimonio. vbi decis.*
24 *Mulier post mortẽ viri recuperat dotem quæ non fuerat viro soluta, vna cum vsuris, & interesse pro tẽpore constantis matrimonij.*
25 *Vsuræ dotis non debentur viduæ pro tempore, quo negligens fuit in recuperandâ dote ab hæredibus viri ante litem cõtestatã. vbi decisiones Senatus.*
26 *Sed quomodo possit mulieri in isto casu subueniri tam quoad lucrum, quàm quoad damnum remissiuè.*
27 *Socer habet beneficium ne egeat in restitutione dotis.*
28 *Exceptio in numeratæ dotis, an possit opponi vbi obligatus firmat debitorium, & promissionem de soluendo, post confessionem, remissiuè.*

GLOSSA VNICA PARS vnica.

De obligatione parentum circa dotis promissæ solutionem.
Et an causa dotis sit, & esse debeat summaria, an plenaria.
Et de modo procedendi in ea.

1 Hæc clausula, † vt eius verba demonstrant, continet obligationem, & promissionem de soluendo dotem, quam pater dotans firmat genero, promittẽdo illam soluere modo & forma, & in termi nis contentis in constitutione dotali, obligãdo ad id omnia bona. De cuius materia licèt multa dixerim suprà vbi egi de alia promisſione de dote soluenda, quam faciebat pater, quæ videbantur sufficere, verũ ne nos, qui in toto hoc opere enixè curauimus, ne cõtra iustũ mulieres indotatæ manerent, hãc clausulam sua debita dote fraudare videremur, alia ad propositũ, praximq; valdè cõferentia annotare circa eam duximus. Ac inprimis quidem circa hanc clausulam, sicut circa illam etiam, qua maritus se obligat ad dotis restitutionem, ego aliquando mirabar, cùm in Cathalonia nou fiant regulariter instrumenta, & obligationes sine guarantigia, quam nos scripturam tertij dicimus, quæ cõtinet bonorum, & personarum obligationem, vt possit contra obligatos procedi via executiua absque citatione, & notificatione, vt omnibus est notum, cur istæ obligationes non fiant eodem modo, sed concipiuntur taliter quòd contra personam nullo modo potest procedi, nec contra bona, nisi via ordinaria, vel per præceptũ de soluendo, quod resoluitur per comparitionem in citationẽ, vti aliàs diximus, & in hoc & primo etiam
2 tom. ad alia proposita. Causam non † legi apud aliquem, solùm scio stylum esse ita inconcussum, suspicor euenisse ex eo quòd, vt dictum est suprà, pater qui ad dotem soluẽdam filiæ se obligat, & maritus, qui ad restituendum, habent sine dubio beneficium, ne egeat, quod efficit, ne possint capi pro ipso debito dotis, vt benè probat Ioan. Gutier. de iura. confir. par. 1. cap. 16. ex num. 47. guarentigia autem, siue nostra scriptura tertij, vt palam est, obligationem personę cõtinet, & in illius vim carceratur debitor, ne ergò detur incompetibilitas in his, meritò stylus introduxit, quòd sic, vt habetur in nostra clausula, obligationes benignè cõcipiantur,
3 non rigorosè, provt in alijs. Tota de † hoc est pulchra decis. M. Antonij de Amat. 16. vbi, quod plus est, ex illa ratione, quia carcerari non potest qui habet beneficium, ne
† egeat, *decisum* refert anullatam fuisse capturam soceri pro dote soluenda quantumuis esset obligatus instrumento, aliàs apto, & sufficienti ad carcerãdum eum, allegat Bae. de inope debitore cap. 17. num. 34. Thesau. decis. 153. num. 4. Ex quibus colliges, quòd nihil efficit, aut efficere posset guarentigia,
4 vel scriptura tertij in hac materia. Vel dicamus, † provt dicit Peregri. decis. 130. n. 2. Dotes suas mulieres iure actionis repetere debere, non iure executiuo.
5 Quotiescunque † igitur vel maritus aget ad dotem sibi promissam, habendam, vel vxor, aut illius hæredes ad illam, dissoluto matrimonio, recuperandã; oportebit, quòd iure actionis, siue ordinario agant, non executiuo, quia verba promisſionis non se extendunt ad aliud. Verum est, quòd summa-

ria

ria erit cauſa, ſummariēque agendum, quia, ſaltem in Cathalonia, omnes cauſæ dotales ſunt ſummariæ, nulla facta differentia inter conſtitutionem, & reſtitutionem, nec inter perſonas, quæ ſoluere illam debent, vel reſtituere, nec inter perſonas, quibus vel reſtituenda, vel ſoluenda eſt, provt habes in cōſti. 5. ſub tit. de cauſ. ſumma. ibi, *ſtatuimus y ordenā que totas cauſas dotals, o ſien de pobres, o de richs ſien ſummaries*: hoc eſt *ſtatuimus, & ordinamus, quòd omnes cauſæ dotales, ſiue ſint inter pauperes, ſiue inter diuites, ſint ſummariæ.*

6 Hoc intereſt † inter cauſas plenarias, & ſummarias, vt in illis plures proculdubio, ſeu lōgiores dētur dilationes, quàm in illis: pater enim quòd in plenarijs actor habet dilationem trium menſium ad articulandū, & probandum, vt probatur conſti. 2. ſub tit. de dila. & reus habet vnum menſem poſtquàm articulauit actor ad ei reſpōdendum, & ad articulandū, & ponendū de iure ſuo, & eo elapſo habet tres menſes ad probādum, conſti. 3. eiuſdem tit. & deinceps habent partes alias dilationes ad exhibendum inſtrumenta, & inſtruendum proceſſum multùm longiores, quas nō expedit hic recenſere. In cauſis verò ſummarijs ſolū dantur duo menſes partibus ad probandum, & alij duo ad exhibendum inſtrumenta, & ad inſtruendum aliàs proceſſum, conſti. 7. & fina. de cauſ. ſummar.

7 Et adhuc † circa curſum iſtarū dilationū eſt magna differētia inter has cauſas, in qua video multos errare quotidiè, quia ſi benè animaduertiſti conſti. 3. iam allegaram tit. de dila. inuenies quod reo non currit tēpus ad articulandum, & ponendum de facto, ac probādum, donec articulauit actor, ibi, *dins trēta dies comptadors del die que lo actor aura donats los ſeus articles*, ideſt, *intra triginta dies computandos ab eo die, quo actor obtulerit ſuos art.* aliter quòd ſi in medio dilationis, aut in fine venerit actor offerens articulos, non tenetur reus ſumere negocium in eo ſtatu, ſed habet nihilominùs integra tempora ſibi cōceſſa, ſicut ſi ab initio actor ſuas feciſſet diligentias, quia ſic diſponit conſtitutio.

8 Nec ſine † ratione, quia fuit in poteſtate actoris agere, & ideò deber quidē venire inſtructus: Sed reus non poteſt venire ad iudicium paratus, ob quod iuſtum eſt, & æquum longiores ſibi concedantur dilationes, nec currant donec actor declarauerit per art. ſuam intentionem, quam vix anteà declarat penè vllus, Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 90. n. 3. 19. & 20. Dyn. in reg. cum

9 ſunt partū, in fin. de reg. iur. in 6. Atque ita

†† *obſeruamus* inconcuſsę. Sed in † ſummarijs æqualia ſunt amborū iura, & ambobus æqualiter currunt tempora priorum, & poſteriorum duorū menſium, abſq; eo quòd fiat differentia ſi actor articulauit, vel non articulauit, quia conſti. illa final. de cauſ. ſumma. eam differentiā nō facit. Atque ita obſeruat Senarus, provt ſignanter, Relatore egregio Senatore Ioſep. Roca, in cauſa Onophrij Sartor, & Onophrij Rouira, Actua. Sacares

† *declaratum* in terminis fuit, facto verbo in Regia Audientia 24. Octob. 1619. dicendo, *quòd in cauſa præcepti de ſoluendo, & ſic ſummaria, de qua agebatur, hac tempora currebāt omnibus ſtatim elapſo termino citationis, aut ſaltem à die oblati libelli*. Quod idem etiam

† memini *declaratum* fuiſſe proximis annis, Relatore egregio Senatore Frāciſco Gamis. Et anteà etiam 7. Mar. 1587. reperio idem

† *reſolutum* refetente egregio olim Senatore Guillermo Sunyer, in cauſa Vicecomitis de Rupebettino contra Marchio. de Aytona, vbi cùm ageretur ſummariè per præceptum de ſoluendo pro recuperatione quarundam penſionum cuiuſdam cenſualis, fuit dictum, *quòd quatuor menſes incipiebant poſt oblatū libellum, & lapſis octo diebus datis ad opponendū exceptiones litis ingreſſum impedientes, & aliàs, & ſi non fuit oblatus libellus, provt non eſt de neceſſitate offerēdus, poſt dies, intra quos offerri poteſt, & poſt dies octo ad opponēdū exceptiones litis ingreſſum impedientes.* Ita reperi manu propria annotatum per ſupradictum egregium Senatorem ſuper hac

10 conſti. quā explicamus. Quæ tamen † mihi non multùm arrident, forſan conuenirer, quòd iſta conſtitutio cauſarum ſummariarū interpretaretur ſicut illa cauſarū plenariarū, poſtquā nullū eſt in eaverbū, quod repugnet. Quid ſi in cauſa ſummaria reus non declarauit benè ſuam intentionem, & petitionem à principio? Et quid ſi paratis teſtibus expectat finem dilationis ad articulādum, & probandum quod non imaginauerat, nec vnquā cogitaſſet reus? Eſt iuſtum quòd ſic illudatur reus tollendo ei defenſionem?

11 Item hanc † habent cauſę ſummarię prērogariuam, vt in eis nō admittatur reconuētio, ſicut admitteretur in plenarijs, vt diximus, & nonnullis Senatus noſtri deciſionibus confirmauimus in 1. tom. clau. 3. gloſ. 2. ex n. 54. Et in terminis in cauſa reſtitutionis dotis, ex quo eſt ſummaria, quod non admit-

† tatur reconuentio, fuit *declaratum* Relatore egregio Senatore Hieronymo Senjuſt 15. Feb. 1617. inter nobiles coniuges Semmanars contra nobil. Hierony. Vila. Actuario Marcia. Reig.

12 Habent finaliter † iſtę cauſæ ſummariæ priuilegium, ne in earum deciſionibus ſit ex-

pectandus, nec attendendus ordo denuntiationum, vt primo denunciarę priùs debeant decidi, absque eo, quòd possit aliud iudex facere, præterquàm ex dispensatione Regia, sicut disponit consti. fin. sub tit. de denun. de proces. Quã rigorosè obseruãdam superioribus annis præcepit Regens Banyatos Visitaror officialium regiorum huius Principatus: Eximuntur (inquam) istæ causæ ab isto ordine denuntiationũ, imò & ab obligatione denuntiandi, præterquàm ad effectum vt sit denũtiatio partibus terminus exclusiuus probationum, vt disponunt Consti. 2. & 3. sub tit. de caus. summa. Propter quod cum exijt decretum Visitatoris, de quo suprà, reuoluim* Aduocati libros de causis sũmarijs tractantes, vt quascũque possemus, efficeremus summarias, vt sic ab illo rigoroso decreto eas liberaremus. Sed nunc iam temperatus est ille rigor; iam causæ deciduntur sicut anteà, siue plenariæ siue summariæ sint, ad arbitriũ Relatoris & Senatus vbi vident magis expedire, & magis necessarium esse.

13 Dixi suprà, † omnes causas dotis iuxta nostra municipalia iura esse, & dici summarias, in quo visus sum constituisse differentiã inter ius commune, & municipale. Ira quidẽ, sed nõ in eo forsan, in quo tu existimas. Sũt qui putarunt causam doris promissę exigendę non esse summariam, sed solùm causam dotis restituẽdæ, provt est videre apud Cardin. in clemen. dispendiosam quæst. 30. de Iudi. Cel. Hugo conf. 50. Guiller. Mayner. in l. in ambig. pro dotibus num. 46. de reg.

14 iur. Sed contrarium † est fine dubio verũ, quòd imò causa dotis, siue agatur de exigenda promissa, siue etiam de exacta restituenda, est semper summaria, provt probat Bal. Nouel. de dor. par. 9. priuileg. 12. & par. 12. num. 72. vers. 25. circa, qui est final.

15 illius tracta. Solùm fallit † id, quod dictum est de restiturione, quando agitur de dote restituenda extraneo, vel hęredi, aut patri vxoris, vt dicit Nouel. in cita. locis.

16 Iuxta † nostras autem constitutiones, quibus, vt dictum elt, dispositum fuit quòd omnes causę dotales haberẽtur pro summarijs, & seu summarię essent, nulla differentia est facienda, si agitur de exigenda dote, vel restituẽda, nec si inter hos vel illos, imò in omni casu erunt summariæ, vt aliquid addatur iuri communi, & quia generalitas verborũ, quibus constitutio vtitur, capax est omnia comprehendere, sic egregius olim Senator Guillermus Suñer in additionibus, seu annotationibus manuscriptis ad consti. 5. sub tit.

† de caus. summa. dicit *visum* fuisse Doctoribus Aulę magnifici Regẽtis Cancel. vbi ipse sedebat 24. Mar. 1589. in causa nob. Philipi Roger ex vna, & Raphaelis Llaudes Ciuis honorati Barcin. partibus ex altera, super restitutione dotis vxoris dicti Llaudes defunctæ.

17 Cùm autem † causæ summarię considerentur dupliciter, & seu cognitio dupliciter accipiatur, primò ratione ordinis, quando proceditur de plano, vt in casu §. si super rebus l. à Diuo Pio, ff. de re iudi. & alio modo respectu probationum, quia videlicet sufficiunt semiplenæ probationes, præsumptiones, aut inditia, provt optimè declarat And. Gayl. obserua. 106. num. 3. lib. 1.

18 Hic non existimes, † quòd loquamur de causis summarijs, & seu de cognitione summaria secundo modo, sed primo tantũ, quia propter talem summarietatem (vt vtar verbis Bal. Nouel. mox referendi) non debent omitti probationes legitimę, & plenæ, secũdum Bar. & Doctores in l. 1. ff. soln. matrim. larè Bal. Nouel. de dot. par. 9. priuileg. 12. circa fin. qui declarat procedere in causis, in quibus verteretur plenum præiudicium, vt esset quando ageretur cõtra virum, aut eius hæredes ad dotis restitutionem propter solutum matrimonium. Sed si (inquit) ageretur ex causa vergente ad inopiam, io qua nõ versatur plenum præiudicium contra virum, vt vidimus suprà vbi de hoc tractauimus, tũc sufficerent leuiores probationes, quod, quia alibi latè explicauimus, ideò hic omittimus.

19 Si statuto † tẽpore pater, vel alius dotẽ promittens non soluit eam, currunt starim ab eo die cõtra ipsum, & in fauorem marlei sustinentis onera matrimonij, vsuræ dotis, quę in nostra Carhalonia cõputantur regulariter ad rationem vnius solidi pro libra, etiam ante interpellarionem, & liris motionem, quamuis regulariter in Cathalonia ante litem motam non soleant adiudicari vsuræ, nec interesse debiti, vt aliàs diximus nõ semel in hoc opere. Quod omito quia larè probãt DD. allegati à nobis suprà vbi egimus de interpretatione c. salubriter de vsur. clau. 5. glos. 8. par. 15. & clau. 6. glos. 2. par. 6. dicentes nõ solùm deberi ex se istas vsuras, & illud interesse, vt debeat iudex illas, & illud taxare, sed etiam posse in pactũ deduci, quòd prætentur, & huius pactionis validitarem probaut ex eo, quòd aliàs debentur istæ vsuræ, quia vsuræ ex se debitę possunt in pactum deduci, vbi vide ne habeamus iterũ repetere, inter alios videbis Fab. in suo Cod. lib. 4. tit. 24. de vsur. definitio. 8. Quibus adde oprimã decis. Rot. Roma. in ordine 284. positã in codicibus additionatis Statil. Pacifi. post suum de Saluiano interdic. tract. & nostrũ Micha. Ferrer in 3. par. obser.

†† c. 388. in medio. Ibi etiam plures *decisiones*

in

in Senatu factas, quibus ante litem motam fuerunt in ſimilibus cauſis vſuræ adiudicatę.

20 Accipe nunc † iſtas in proptia hac noſtra materia dotali factas. Die 13. Septemb. 1521. inter Eliſabetham, & Ludoui. Fran. Riquer, referente Dalmau fuit deciſus iſte pulcher caſus. Ecce quòd quidam promiſerat genero ſe operam cum effectu daturum, quòd quidam Canonicus daret filiæ in dotem certam pecunię quantitatem, quam non dedit, condemnatus fuit promiſſor ad intereſſe, quod ſuccedit in obligationibus facti, illius quãtitatis † *pro tempore* (inquit) *quo gener ſuſtinuit onera matrimonij.* Item deindè die 16. April. 1556. inter Hieronymam Ros, & Raphaelem † Corts, Relatore Serra, *dixit* expreſsè Senat⁹ quòd à die finitę dilationis datę pro ſolutione dotis, computatur, & computari debet intereſſe.

21 Fallit quando † dos eſt illiquida, nec eſt certum, quid & quantum debeatur, tunc enim non currit intereſſe, niſi à die liquidationis, ptovt eſt pulchra obſeruan. noſtri Senatus apud Micha. Ferrer in 3. pat. c. 385. Et in ter † minis noſtris antiquitùs *declarauit* expreſsim Senatus, die ſcilicet 7. Iunij 1490. Relatore Guinart, inter Ioannẽ Pradas, & Iuſtinã Ferruſſa, dicẽdo *nõ deberi intereſſe dotis petita reſtitui, ex quo erat illiquida propter deductiones, & retentiones faciendas, & exceptio* (inquit) *impedit curſum vſuarum.* Hinc Se-

22 natus † obſeruat, quando agitur de reſtitutione valotis aliquorum bonorum mobiliũ, intereſſe nõ adiudicare niſi à die æſtimatio- † nis, provt ita paſsim *declarat*, & ſignãter memini, quòd ita iudicauit 15. Nouemb. 1596. inter Matiam Ioan. Boquet, & nobil. Pau. Salba, Relatore egregio Senatore Hietonymo Aſtor.

23 Fallit etiam † quando contingit, quòd tempore, quo dos erat promiſſa ſolui, iam ceſſabãt onera matrimonij, nec vnquàm poſteà fuerunt, aliqua, putà quia mortuus maritus foret: cùm enim ratione onerum matrimonij iſtæ vſuræ debeantur, non ob aliam cauſam, ſi illa ceſſant, ceſſant etiam vſuræ, † ceſſat intereſſe, provt in pulchro caſu *deciſũ* antiquitùs in noſtro Senatu refert noſter Micha. Ferret in 3. pat. obſer. c. 388. viden.

24 Si tamen † reverà matitus ſuſtinuit onera matrimonij; nec dotem, nec intereſſe illius exegit, & poſteà deceſsit, tunc mulier ſuperſtes recuperat & dotem, & intervſutia iſta dotis, nam cum iſtud intereſſe ſit acceſsio dotis, iccitco dotẽ ſequitur, de quo pũcto vide pulchram Rot. Romanæ deciſ. corã Orano ſub die venetis 15. Nouemb. 1596. factam, quę eſt 284. in ordine in inſertis poſt tract. de Saluia. interdic. Statil. Pacifi. quæ eſt videnda, & multùm notanda.

25 Non ſic eſt, † quando mulier agit ſoluto matrimonio ad dotis reſtitutionẽ, tũc enim ſi differt mulier per aliquod tempus petere dotem, nõ exigit intervſuria ob moram tetardatæ reſtitutionis, ex die, quo reſtitui illa debebãt, ſed ſolùm ex die motę litis, vt fieri ſolet in omnibus cauſis, quia cùm tunc ceſſent onera matrimonij, propter quę vſuræ prædictę ſunt permiſſæ, ceſſante cauſa ceſſare debet effectus. Non enim eſt aliquid ſoluendum mulieti moram paſſæ in reſtitutione dotis ſoluto matrimonio, Anchat. in conſ. 150. ad med. num. 4. Ruin. conſ. 49. num. 14. lib. 2. Caſtren. in l. diuortio in prin. num. 6. ad fin. ff. ſolu. matrim. Affitt. decil. 284. n. 1. & ibi latè Vtſil. num. 6. cum alijs latè adductis per Stepha. Gratia. diſcepta. foren. 563.

26 num. 40. Vbi poſteà † tradit quomodò, & qualiter poſſit in iſto caſu ſubueniri mulieri, tam quo ad lucrum, quàm quo ad damnum ſpectantia. De quibus per Caſtren. in l. 3. ff. de eo quòd cer. loco, Aymon conſ. 320. nu. 6. Quæ etiam in caſu, dotis ſunt probanda, Rũſi. conſ. 104. num. 7. lib. 4. Immol. in l. diuortio num. 15. ſolu. matrimo. Barboſ. in l. 2. in prin. par. 1. num. 48. ff. ſo. tit. cum alijs allegatis per Gratia. vbi ſuprà nu. 41. A die † ſolùti litis motæ fuit in Senatu *adiudicatum* intereſſe in reſtitutione dotis referente egregio Senatore Hierony. Senjuſt in illa nobilium coniugum Senimanats contra nobilem Hieronymum Vila 15. Febr. 1617. Actuatio Reig, cuius ad alia ptopoſita alias meminimus in hoc lib. Et ſi aliquando reperieris quòd in reſtitutione dotis ſit adiudicatum intereſſe à die elapſi anni reſtitutionis, eſt quia ante illum elapſum fuerat lis mota, ptovt ſignantet habes in illa Matianę Roure contra Petrum Roure, Relatore olim egregio Senatore Micha. de Salba, & de Vallſeca, nunc Regente in ſupremo Coronæ Aragonum 28. Octobris 1602. Actua. Papiol, quã ſuprà adduximus iam, cum ageremus de teſtitutione dotis, vbi probauimus qualiter ante annum poſsit peti, quod fiat tellitutio poſt eum. Atque ita etiam ego intelligo illam deciſionem antiquitùs fa- ctã, Relatore Dalmau de anno 1521. de qua ſuprà, vbi fuit dictum, *quòd cenſualia computantur inter immobilia, & ideò* (inquit) *intereſſe cõputatur à die ſoluti matrimonij, pecunie verò numerata poſt annum.* Neceſſariumt fuit, vt intereſſe modo prædicto taxari, & adiudicari poſſet, quòd ante diem dos fuiſſet iudicialitet petita, ſicut peti poterat, & poteſt, vt dixi. Nõ ergò ſunt æquales in hoc vir & vxor, ex diuerſitate rationis, quæ in eis militat.

27 Facta cõdẽnatione † adhuc non eſt pater & ſocer omni prorsùs remedio deſtitutus, ſi enim eſt pauper, licebit ei opponere in executione de beneficio, ne cõueniatur, niſi in quantùm facere poſſit deducto ne egeat, provt latè probauim? ſuprà in proprio loco, vbi de dicto beneficio egimus, & latè in terminis docet Mar. Anton. de Amat. tota deciſ. 16. de hoc confecta.

28 Hic erat † tractandũ, quid iuris, quando ſocer poſt confeſſionem generi factã de dote recepta, firmat deinde hanc promiſſionẽ & obligationem deſoluendo, pro vti habetur in noſtra clauſula, an poſſit obijci exceptio non numeratę pecuniæ, & an in tali caſu ſit locus præſumptioni aucten. hoc locum C. de dot. cau. non nume. ſed quia iã id latè explicuimus infrà, vbi de confeſſione dotis egimus, ideò hic omittimus, ne repetamus.

CLAVSVLA IX.

Item Dicta N. domicella reputans ſe contentam &c. bona fide promittit quòd intra quindecim dies &c. faciet, & firmabit, ſecundum quod nunc pro tunc facit & firmat bonam &c. donationẽ, & abſolutionẽ, definitionem, & renunciationem de omni parte hæreditatis, legitimæ &c.

SVMMARIA.

1 *Renuntiationum filiarum dotatarum materiã plures tractant per extenſum.*
2 *Renunciatio, quæ fit per filiam dote contentam hereditati paternæ, non valet ſine iuramento.*
3 *Fallit ſi per vim, vel dolum ſit extorta renunciatio.*
4 *Læſio magna cõtinet dolum re ipſa.*
5 *Renunciatio facta de bonis maternis ſimul cum paternis, nihil recipiendo ex maternis, nihil nocet.*
6 *Renunciationes, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus, vti dolosè extortæ parui faciendæ ſunt.*
7 *Renunciatio non extenditur vltra bona, & ſucceſſionem eius, cui fit, vbi deciſ.*
8 *Renunciatio facta per filiam dote contentam, qualiter & quomodo dicatur continere læſionem.*
9 *Renunciatio non valet quoad bona materna ſi nihil receperit pater, quamuis pater dixerit in dotatione ſe eam facere tam de maternis, quàm de paternis.*
10 *Dotatio cenſetur facta ſolùm de paternis quãuis de maternis etiam ſit dictum, cũ dotatio ad patrem ſpectet.*
11 *Etiamſi diuersa filia foret, & reſpectu bonorum patris excelſiua dos foret.*
12 *Dotatio et. cenſeatur facta tam de maternis, quã de paternis, debet dici centum de paternis, & centum de maternis.*
13 *Expenditur in id deciſ. 178. Afflic. & additio Vrſil.*
14 *Deciſio noſtri Senatus in id perpulchra.*
15 *Renunciatio per filiam facta cuicunque iuris ſibi ſpectanti in bonis patris, non comprehẽdit dotes maternas ibi incluſas.*
16 *Renunciatio facta bonis paternis per filiam certa dote contentam, reſcinditur ex læſione.*
17 *Tempus renunciationis, an tempus mortis patris ſit inſpiciendum ad videndum an læſiua ſit renunciatio filiæ.*
18 *Filia congruè dotata à principio etiam minus legitima, non conqueritur de renunciatione quantumuis poſtea bona patris ſint aucta, ſecus ſi tunc non fuit congruè dotata, vbi plures deciſſ.*
19 *Pater dotans filiam competenter ſecũdum bona, quæ tunc habet, non poteſt dici dolo malo verſatus in dotatione.*
20 *Filia, ſi poſt dotationem diminuuntur patris bona, non tenetur quicquam reſtituere, nec diminuitur eius dos.*
Abſurda, quæ ſequerentur ſi filia congruè à principio dotata poſſet cõqueri de dotatione auctis poſtea patris facultatibus, ibidem.
21 *Pater relictã filijs legitima, de reliquo ad libitum diſponere poteſt.*
22 *Spes ad læſionem conſiderandam, nullius eſt conſiderationis.*
23 *Renunciatio, quæ fit per filiam viuente patre legitimæ debendæ, magis dici debet ſpei, quã legitimę renunciatio.*
Læſio nõ conſideratur in iure quærendo, ibi.
24 *Læſio nõ cõſideratur vbi eſt ineertitudo damni, aut lucri.*
25 *Deciſio Senatus noſtri, qua dictum fuit ad læſionem in renunciatione conſiderandam, inſpiciendum fore tempus renunciationis.*
26 *Præſcriptio currit contra filiam incõgruè dotatam ex die dotationis. vbi deciſ. Senatus.*
27 *Tempus contractus inſpiciendum eſt quoties de læſione queritur.*

Legitima

28 *Legitima cenſetur filiæ delata eum à patre dotatur.*

29 *Actio agendi ad reciſionem prætextu læſionis præſcribitur ſpatio 30. annorum.*

30 *Fraudis ſuſpitione non caret qui poſt multum temporis ſpatium dicit ſe læſum.*

31 *Filia poſt decennium, poſtquam maior facta eſt, tacès nõ poteſt poſteà de renũciatione quæri.*

32 *Tempus renunciationis fuit inſpiciendum ad videndum, an illa ſit læſiua, qui Doctores teneant.*

33 *Audiendus non eſt is qui petit, cuius contrarium non eſſet poſtulaturus.*

34 *Deciſio Senatus noſtri peroptima in hac materia.*

35 *Renuntiationes filiorum non debent facilè reſcindi, nec Iudices facilè ad eas reſcindendas inclinari, & quare.*

36 *Læſio in renunciatione conſiderabilis non eſt vbi de more patriæ ſolita eſt illa fieri.*

37 *Renuntiatio filiæ in dubio eſt iudicanda validà, & legitima, vbi deciſio.*

38 *Læſio vt renunciatio filiæ incõgruè dotatæ reſcindatur, in arbitrio Iudicis eſt poſita.*

39 *Læſio ſufficiens dicitur cum pater tam modicam dotem dedit, vt dolus re ipſa in eſſe dotationi videatur, vbi deciſ. Senatus.*

40 *Deciſiones duæ noſtri Senatus in hac materia expenduntur, & examinantur.*

41 *Filia reciſa renuntiatione agit ad ſupplementum legitimæ tantùm ſi pater decedit teſtatus.*

42 *Si verò pater decedit inteſtatus, ſuccedit filia ab inteſtato, vna cum alijs fratribus, vbi deciſiones Senatui.*

43 *Renunciatio per ſororem mortuo patre in fauorem fratris facta, reſcinditur ex læſione.*

44 *Renunciatio ſi eſt facta patri ante ius quæſitum, vel fratri poſt ius iam radicatum, multùm intereſt.*

45 *Renũciatio ſemper reſcinditur ex læſione vbi cunque ea certò deprehendi, & colligi poteſt.*

46 *Filia ageus aduerſus renunciationem à ſe factam, tenetur imprimis reſtituere acceptam dotem.*

47 *Intelligitur parte opponente, non aliàs.*

48 *Fallit ſi non agitur de reciſione, ſed de nullitate.*

49 *Tranſactio habetur pro reciſa ſtatim atq; reus petit ſibi reſtitui accepta per actorem agentem ad reciſionem.*

50 *Agens ad reciſionem tranſactionis, aut renunciationis, ſi oppoſita ſibi exceptione, quòd reſtituat accepta, reſpondet ſe velle id facere dum tranſactio habeatur pro non facta, & reus non conſentit, non tenetur reſtituere, vbi deciſ. Senatus.*

51 *Diffinitio facta per pupillum tutori, vbi reſcinditur in fauorem pupilli, reciſa etiam cenſetur in fauorem tutoris, vt poſſit petere quæ voluerit contraria actione tutelæ, vbi deciſ. Senatus.*

52 *Renunciatio matris dote contentæ facta patri, an noceat nepotibus ea de medio ſublata.*

53 *Pars affirmans.*

54 *Dotatio filiæ eſt anticipatio legitimæ.*

55 *Hæres tenetur factum deffuncti approbare.*

56 *Conſti. 1. ſub tit. de legit. & diuiſione illius, expenditur.*

57 *Pars negans.*

58 *Renunciatio facta patri per filiam dote contenta intelligitur ſi patri ſuperuiuit, & ei ſuccеſſio defertur.*

59 *Nepotes ſuccedentes auo tenentur accipere in compotum quod eorum mater recepit, & ſuprà num. 56.*

60 *Opinio fauorabilis nepotibus in hac materia praualuit apud omnes inconeuſiè, vbi deciſiones.*

61 *Nepotes ſi excluduntur à ſucceſſione aui non obſtante renunciatione matris prædefunctæ, quæ renunciauerat illius hæreditati, diuerſimodè reperitur in noſtro Senatu declaratum.*

62 *Legitimæ duæ non dicuntur detrahi ex eadem hæreditate quamuis admittamus nepotes ad ſucceſſionem aui poſt renunciationem matris.*

63 *Contrarietas aliqua notatur in motiuis Senatui in quæſtione ſi nepotes excluduntur ab hæreditate aui ob renunciationem matris.*

64 *Dotatio patris non ſemper habet legitimæ conſiderationem.*

65 *Nepotes non excludi ab hæreditate aui ex renunciatione matris prædefunctæ, declarauit Senatus noſter.*

66 *Nepotes deffuncta matre, an iuſtiore titulo in bonis aui peterent legitimam, vbi illa non renunciaſſet, remiſiuè.*

67 *Renunciatio, quæ fit per ingredi volentem monaſterium, an ſubiaceat reciſioni ex læſione, & an poſſit peti ſupplementum per monaſterium, & aliæ quæſtiones, remiſiuè.*

68 *Filia, nec monaſterium non poſſunt conquæri quòd quid minimum ſit datum pro ingreſſu, ſi eſt datum dari alijs ſolitum.*

69 *Renunciatio filiæ excludit eam à petitione legitimæ, & ſupplementi illius.*

Nec dicit teſtamentum nullum quamuis prætereatur, ibidem.

Nec ſuccedit patri abinteſtato, ibidem.

70 *Filia, quæ renunciauit, non propterea eſt prohibita capere ex teſtamento patris.*

71 *Deciſio Senatus noſtri quòd renunciatio filiæ excludat eam à ſucceſſione ab inteſtato.*

72 *Filia ex eo ſolo, quòd ſit dotata, in oppido Perpiniani excluditur à ſucceſſione patris inteſta-*

teſtati, vbi deciſ.

73 *Filia, quæ ſibi in renunciatione reſeruauit, ſicut communiter fit, ſucceſſionem abinteſtato, ſuccedit patri abinteſtato.*

74 *Fallit ſi adſunt alij filij eiuſdem patris.*

75 *Si tamen ſunt maſculi, non ſi fœminæ.*

76 *Renunciatio facta paternis bonis non comprehendit fraterna, etiamſi à patre proceſſerint.*

77 *Filia cum excluditur, ſiue ex renunciatione, ſiue ex ſtatuto, intelligitur à dotantis hæreditate, non ab alia.*

78 *Mulier quæ renuntiauit bonis viri auditur nihilominus ad legitimam bonorum filij ad eum ex patre peruentorum, vbi deciſ. noſtri Senatus.*

79 *Renunciatio non trahitur ad incogitata, nec ad ignorata, vbi deciſ. noſtri Senatus. Velut ad ea, quæ ſpectabant ad renuncientem vigore alicuius vinculi ignorati, ibidē.*

80 *Fallit ſi adeſſent in renunciatione verba tam pregnantia, & vniuerſalia, vt omnia comprehendere poſſent.*

81 *Renunciatio non trahitur ad incogitata, loquutio eſt multum vſitata, apud Doctores, & Iuriſconſultos.*

82 *Renunciationes ſolet fieri per filias cum reſeruatione vinculorum.*

83 *Renunciatione pro aliqua quantitate facta eſt pacto quòd ſi intra certum tempus non ſolueretur, haberetur pro non facta, an renuntians lapſo tempore poſſit, vel pecuniam petere, vel redire ad primæua iura, vbi deciſ.*

84 *Electio eſt creditoris ſi vult pœnam, vel rem ſtipulatam, cum in caſu quo res non traderetur, certa pœna appoſita fuit.*

GLOSSA VNI. PARS I.

De renunciationibus, quæ fiunt per filias dote contentas, hæreditatibus parentum, & ſuis legitimis.

Et ſignanter de earum reciſione ex læſione.

Et de excluſione, aut admiſsione nepotum, non obſtante renunciatione matris prædefunctæ in bonis aui.

1 HÆC clauſula † materiam continet practicabilem renunciationis, quam filia facit dote cõtenta iuribus legitimę, & alijs quibuſcunque ſibi quoquomodo ſpectantibus, tam in bonis paternis, quã maternis, quę merebatur longã tractationẽ, ſed ſunt tot, tantique viri graues, qui de ea egerunt pleniſsima manu, & ſignanter ioter alios elegantiſsimum de hac re fecit tractatum doctiſsimus Dida. à Couar. in illa docta repetitio. cap. quamuis pactum, de pac. in 6. De eadem latiſsimè poſteà ſcripſit Ioan. Gutier. in alia repetitione eiuſdem cap. quamuis pactum. Andre. Molfeſ. in conſue. Neapolita. par. 4. de renuncia. per multas quæſtiones. NoſterCancer. in 3. par. variar. reſolutio. cap. 15. de renon. pet multos numeros. Et omnium recenter noſter etiam Fran. Moli. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. à quæſtio. 79. cum pluribus ſequent. vt vix locũ dent dicendi aliquid de ea. Ego legi attentè illos Doctores, in quibus deſideraui aliqua magis practicabilia in hac materia, quæ ipſi omiſerunt, curabo ego quanta potero breuitate, meum in eis, qualecunque ſit, exercere ingenium.

2 Illa renunciatio † de iure non valet, niſi iuris iurandi religione roboretur, vt diſponit Roma. Ponr. in c. quamuis pactum, de pac. in 6. Cumque hodiè apud nos in omnibus iſtis renunciationibus apponatur iuramentum, ſequitur quod ſemper valebit renunciatio, & in hoc non eſt dubium.

3 Textus autem † excipit duos caſus, vnus quando per vim probatur præſtitum iuramẽtum, & facta renunciatio, alius, quando per dolum illa extorta fuerunt, qui non habent difficultatem, ſi enim vera vis, vel verus dolus probatur, quis dubitat quin debeat declarari nulla renunciatio, ſed difficulter hæc probantur, ideò in eis non immoramur. De vi, & metu ſatis, ſuperque exiſtimo me dixiſſe in hoc eodem lib. ſupra dum de reciſione firmę vxoris in eo contractu viri egi, clau. 7. glo. 2. p. 5. & deinceps, ibi videatur ſi contigerit caſus, accommodabuntur enim benè quę ibi dicta fuere, huic negocio.

4 Caſus magis † practicabilis, quique quotidiè verſatur in foro eſt, quando filiæ poſteà conqueruntur de iſtis renunciationibus ſub prætextu, quòd in eis læſæ fueruot enormiſsimè habita ratione valoris bonorum patris, quibus renunciarunt. Hic caſus non eſt comprehenſus expreſsè in diſpoſitione d. c. quãuis pactum, cum nullum de læſione verbum inibi Romanus Pont. faciat, verùm cum in magna læſione dolus præſumatur re ipſa, qui ſufficiens eſt ad reciſionem, ſequitur quòd tex. qui loquitur de renunciatione doloſa, & eam excludit à regula, cenſebitur etiam, & cenſetur renunciationem læſiuam ab eadem excludere, provt optimè declarat Dida. in d. c. quamuis pactum, §. 4. num. 3. verſ. Sed ſi dolus, in fin. Afflict. deciſ. 22. num. 7. & ibi Vrſil. & ex ipſis, & ex alijs latè probat noſter Moli. lib. 3. quæſtio. 96. ex num. 6. & omnium latiùs de hac re viden. Anton. Sola in conſti.

consti.Saban.tit.de alienatio.bonor. minor. mulier.&c.&c.glos.2.num.4. & deindè. Et quia in hoc nulla fit(inquam)difficultas,ideò ampliùs in eo non immoramur, sed videamus oportet qualiter hæc in praxim deducantur, ad quod distingnendi de necessitate sunt plures casus.

5 Primus est,† quando filia,quæ nihil ex matre,seu bonis illius recipit,renunciat nedum legitimę,& successioni paternæ, led etiã maternæ,provt fetè semper fit in ista materia, & practicatur inconcussè inCathalonia,tunc nihil nocet ista renunciatio propter magnã læsionem,quam continet, & quia sine causa facta fuit renunciatio,est ipso iure nulla, ac nihil operatur,& sic petere poterit filia bona materna,ac si non renunciasset, Vrsil. ad Afflict. decis. 179. num. 4. vbi dicit quòd vbi filia nihil de bonis maternis habuit, tũc cum sine causa, & nullo habito renunciatio sit facta,nihil illa valet,& aget filia de lęsione,elegans ad id est decis.Senatus Sicil.apud donGarc.Mestril.185.per tot.omnino vidẽ. Admirabilis de hoc defin.tot. Fab.7. in suo Cod.lib. 5.tit.6. de dot. promis. qui omnes difficultates dissoluit, polt quam defin.bonũ erit legere decis. Rot. Floren. apud Mago.

6 18.per tot. vbi † quam parui faciendæ sint donationes,& renunciationes, quæ per filias parentibus fiunt,vti dolo,metu,suasionibus, & suggestionibus communiter extortæ.

7 Optimè Gerar.† Maynar.decis.21.lib.4. vbi nõ cõsiderat quòd filia læsa sit, sed quod renunciatio non extendatur vltra bona, & successionem eius,qui dotauit, sicque in sua † Curia Tholosana *decisum* refert.

8 Pulchrè Antõ. † Sola in consti.Sabaud.tit. de alien.bono.minor.mulie.&c.glo.2.n.15. vbi optimè docet qualiter, & quo respectu istæ renunciationes dicantur continere læsionem sufficientẽ ad tecisionem,de quo pũcto & nos infrà latè dicemus, vbi ampliat etiam si renunciatio de bonis maternis facta sit matre adhuc viuente,& consentiente,in quo nõ nulli dubitauere, provt ibi elt videre, ex quibusdam rationibus,quas ibi iste Doctor refellit,post Craue.in cons.11.num.10. latè viden.Anel.de Amat.tot.cons.54.

9 Quod procedit † etiam si præcessisset dotatio paterna,qua diceret pater se dotare filiam,tam de maternis,quàm de paternis,cũ enim ea dotatio nihilominùs intelligi debeat esse facta de bonis paternis tantũ,nõ de

10 maternis,cùm ex bonis † patris fieri debeãt dotationes, quia ad paternum officium id oneris spectat l.fin. C. de dot.promis. & in terminis,Anton.Fab.in suo Cod.lib.5.tit.6. de dot.promis.defin.7.& 10.Anton.Sola in consti.Sabaud.tit. de aliena. bonor. minor. mulier.&c.glo.2.n.14.optima additio Petrę ad Capi.decis.159.Ioseph. Ludoni. decisio. perus 21.num.16.vbi dicit,quòd licèt pater dixerit de bonis paternis,& maternis, nihilominùs de paternis tantùm censetur dota-

11 re,& filię reseruãtur materna,q̃ ampliat † n. 25.etiam si diues filia esset,& respectu bonorum patris dicta dos diceretur excessiua,quã iuis enim contra eam,vti inofficiosam posset agi,verùm nunquam propterea comprehen-

12 deret bona materna. Dicit etiam † quòd vt dotatio censeretur facta etiam de bonis maternis,necesse esset quòd diceret centũ de paternis,& centum de maternis,quod idem dicit Mestril.sequendo in omnibus dictam decis.perusi. Mestril. (inquam) decis. 186.per tot.& nos etiam latè in principio huius lib. diximus vbi l.fin.C.de dot.promis.explicauimus. Sequitur semper esse verum dicere quòd filia nihil recepit de maternis,& ex cõ sequenti non valet renunciatio propter magnam,quam continet lęsionem,ac propterea eodem modo potest filia petere bona materna,ac si non renunciasset.

13 Optima est de hoc decis.Senarus Neapol. apud Afflic.decis.178.n.12.vers.Circa 9.dubium,vbi dicit suprà tradita circa præsumptionem quòd pater censetur tantùm de proprijs dotare filiam, quamuis dicat de bonis paternis,& maternis,procedere etiam,vbi filia ea dotatione contenta renunciauit provt hic. Quod sic simpliciter dictum licèt nõ placeat Vrsil.ibidem num.17.& in decis.sequẽ. num. 3. tamen verum dicit num. 4. vbi filia de bonis maternis nihil habuit,dicens quòd tunc cùm sine causa, & nullo habito renunciatio sit facta,nihil illa valet,& aget filia de læsione,vti etiam dicunt teliqui suprà proximè citati Doctores.

14 Ita Senatus † *declarauit* 13. Octob. 1572. Relatore egregio Senatore Serra inter nob. Annam de Semmanat, & nob. Betengar. Doms,*vbi fuit recisa quædam renunciatio facta per filiam dote contentam de bonis maternis,tanquam læsiua,ex quo nihil filia de eis habuerat.*Casum & ego de hoc habeo in Senatu coram egregio Senatore Hipoly. Montaner inter Ioannam Ferrerons,& Ioannem Soler villæ Oloti, Actua. Domingo, vbi de hoc etiam agimus,sed nondum est causa decisa,& determinata.

15 Per quæ † facilè decides casum, qui sæpè contingit disputari apud nos, quid quando filia renunciat omni,& cuicumque iuri,quod ei spectat, aut spectare potest in bonis, vel in hęreditate patris ex quacunque ratione siue causa, an censeatur renunciasse iuribus dotium maternarum in dictis bonis, & hęreditate inclusarum, si enim expressa renũcia-

tio

rio bonorum maternorũ non operatur multò minùs hæc tacita, vide Cancer. in 2. par. variar. resolu. cap. 6. de solutio. ex num. 54. vide etiam Surd. plenè agentem de casu quã do filiæ est aliquid relictum pro omni eo quod potest prætendere in bonis, vel in hæreditate patris, an possit detrahere dotes maternas, Surd. (inquam) in cons. 112. ex n. 21. lib. 1.

16 Secundus casus, † illeque frequens, & cõmuniter contingens est, quando dotatio fit à patre de bonis suis tantùm, & renunciatio de bonis illius, & sic de paternis dumtaxat. In isto casu clarum est, quòd si læsionem continet renunciatio sufficientem ad rescisionem conqueri de illa filia potest, & rescindi facere, & in hoc non est dubium, nihil est magis † ordinarium. Infinitæ sunt *decisiones* nostri, & aliorum Senatuum, quas tibi ego hic referre ad id possem, eas tamen prætermitto, quia non expedit.

17 Solùm est difficultas † quomodò sit hęc læsio consideranda, quodque tempus sit inspiciendum si diuersum sit vnum ab alio respectu bonorum, an tempus renunciationis filię, an tempus mortis patris. In quo art. varij varia dixerunt, diuili sunt scribentes in contrarias opiniones, adeo vt vix discerni possit, quæ sit magis communis. Ego rem hanc hoc modo decidendam arbitror, quo modo cẽseo cessare omnes amaritudines, quas negocium hoc patitur.

18 Aut pater † dotauit filiam congruè inspecto tempore ipsius renunciationis, & dotatio iuis iuxta valorem bonorum suorum, & morem regionis, eo modo quo dotare deber, inxta ea, quæ diximus suprà de congruitate, & incongruitate doris, aut non. Primo casu nulla est filiæ spes augendi suam dotem, nec rescindendi renunciationem, quicquid de patris bonis contingat. Secundo verò lic, elegans est doctrina Dida. Couar. in relec. cap. quamuis pactum, par. 3. §. 4. num. 7. conclus. 12. quam hic ad litteram ponã, quia est multùm scitu digna. *Verbi* (inquit) *fi ita, quæ futuræ hæreditati paternæ iuramento præstito renunciauit, dixerit sę grauissimè læsam fuisse, & ob id petierit conuentionem rescindi, tunc ad vendam læsionis rationem, eiusque reparationẽ, & compensationem erit considerandum, an dotem acceperit iustam eo tempore inspecto, quo dos ei data, & constituta fuerit à patre, & cõputatis illis bonis, quæ eo tempore habebat, non bis, quæ vel habuit post, vel habere potuit. Vnde* (inquit) *dotis datio non est hoc loco ad rationem legitimæ considerandæ, tunc enim foret cõstituendæ iuxta qualitatem bonorum, quæ pater habet tempore mortis, sed est dos constituenda iuxta officium paternum, & sic secundũ bona, quæ tempore nuptiarum, & constituendæ dotis pater habuit.* Hæc Couar. quę multis probat per te ipsum ibi videndis, laudat Illustr. Cardin. Mantic. imò & reliquos Doctores sic intelligendos esse asserit, alios non rectè loqnutos iudicat, de taci. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 24. num. 14. vers. Similiter. Placuit Senatui Sebusiano, vt est apud Anton. Fab. in suo Cod. lib. 2. tit. 3. de pac. defin. 21. vbi dicit, sic solitum esse enm Senatum *consiliare* † disidentes in hoc scribentium opiniones. † *Placuit* eadem sententia Curiæ Tholosanæ, vt auctor est Gerar. Maynar. decis. 19. num. 4. in vers. Conciliatio autem, lib. 4. vbi similiter sic dicit conciliari diuersa arrecta in † Francia de re hac facta. *Placuit*, & placet idẽ Senatui Parisien. vt refert Moder. Parisien. in additio. quæ nobis relictę sunt in nouissima expurgatione, ad Alexan. in cons. 29. verb. excreuissent lib. 3. vbi scribit se vidisse sæpè † *iudicari* in Senatu famosis arrestis classibus congregatis latis, quòd etiamsi constet minus legitima in dotem datum, si defferendæ hæreditati renunciauit, quòd tunc nec ex lęsione relituitur, nec ad supplementum legitimæ agere possit, & postea addit in alio loco relato per Castillo Sotomaior controuer. iur. lib. 3. cap. 2. num. 65. *practicari* in eo † Senatu, quòd si viuo patre facta sit renunciatio, dosque sit congrua secundum morem patriæ, omnis restitutio ob lęsionem sileat. Eadem etiam opinio *placuit* † Senatui Burdegalen. telte Boer. decis. 62. Et finalier eadem † opinio *placuit* Rotæ Romanæ apud Statil. Pacifi. post tracta. de Salnia. interdic. decisio. 160. num. 7. Idem tenuit Paris. cons. 26. lib. 3. ex num. 77. in 3. casu, & alij plures penè in numeri, & infiniti, quos in idem commemorant Cardin. Mantic. & Sotomaior in locis allega. omninò viden. Adde Menoch. in cõs. 6. nu. 21. lib. 1. nost. Moli. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. q. 88. num. 9.

19 Rationes sunt † manifestæ, tũ quia si pater dedit dotem filię congruam dotationis inspecto tempore, non potest dici dolo malo versati, quia non potuit diuinare se potuisse fieri locupletiorem, & ideòsi dotem congruã dedit suo tempore, non est quòd aliud filia quęrat: fecit enim cum ea pater quod debuit, tum quia pater, & filia non debent ad im-
20 paria iudicari. Certum autem † est quòd si diminuerentur postea bona, non peteret, nec petere pater, aut eius hęres posset diminutionem dotis, sic nec filia augmentum, si augeantur. Tum etiam quia (& est inuincibilis ratio) quia quando filia fuit competenter dotata, non habet de quo cõqueratur, etiamsi (quod est omnium fortissimum) minus legitima sit ei pro dote datum, quia iam dixi vbi de congruitate

gruitate, & incongruitate dotis egi, non cõmenſurari dotem cum legitima, quandoque poſſe eſſe minorem, quandoque poſſe, & debere eſſe maiorem. Deindè, ſi quando filia fuit congruè dotata eo modo quo ſuprà dixi, & renunciauit, non intraret diſpoſitio d. cap. quamuis pactum, imò ea impugnaretur & impugnari poſſet ſub prætextu læſionis, ex eo quòd dos non aſcenderet ad id, quod pro legitima erat debitum, vel deberi poterat in patris bonis, frustra emanaſſet dicti cap. quã uis pactum diſpoſitio, & otioſa ea certè eſſet, & tota renunciationum materia. Quorſum enim parentes ſtuderent filas renunciare, & quorſum remedia hęc à iure procedũt ſi danda omninò legitima filiabus eſt? Quia
21 clarum † eſt quòd pater data legitima filiæ, de reliquo poteſt pro libito diſponere, l. Papinianus §. quoniam autem, de inoffi. teſtam. l. parentibus, C. eo. tit. Vndè filia in renunciatione non poteſt prętendere læſionem ni ſi reſpectu legitimæ, quia filia non habet ius in alijs bonis vltra legitimam, de quibus pater poteſt vt dixi ad libitum diſponere, & ſic quia læſio preſupponit competentiam iuris, illo iure ceſſante ceſſat & læſionis nomen, ergò ſi ad validitatem dotationis coguntur parentes legitimam dare, quæ eſt totum ſuũ debitum, non eſt quòd renunciationes fiant, adeò vt fateri oporteat ad hoc ſeruire, vbi minorem dotem legitima pater conſtituit, vel omninò neceſſarias eas non fuiſſe, & fruſtra, vt dictum eſt, introductã Pontificiam cõſtitutionem, vt ergò aliquid ea diſpoſitio, & renunciatio operentur, dicendum eſt quòd ſi competenter mulier fuerit dotata, quamuis non vſque ad legitimam, non ſit querelæ mu lieris locus. Ita pulchrè Carol. Pute. acerrimus renunciationum defenſor, in conſi. vnico quod eſt inter conſſ. Oddi tom. 1. num. 56. & Sotomaior lib. 3. quotidia. controuer. iur. c.
22 2. num. 68. Et finaliter † (quę eſt ratio, quã ſo lam ſufficere ad propoſitum dicit Sotomaior in loco ſuprà cita.) quia viuente patre filiæ renuncianti nullum ius in legitima com petit, niſi ſpes, quæ quidem ſpes ad effectum læſionis digna conſideratione non eſt, per tex. in l. 1. §. ſi impuberi, ibi, *præmatura enim eſt ſpes*, ff. de colla. bono. & in terminis noſtris ſcripſit Capt. deciſ. 159. num. 13. ante fi.
23 in verſ. & ſi dicatur, vbi inquit † in caſu præ dicto non tam legitimæ renunciationẽ, quã ſpei remiſſionẽ interuenire, in qua ſpe læſio non cõſideratur, vtpote cùm ea eſſet iuris, pa tre premoriente, querendi, vt etiam in terminis noſtris poſt alios annotauit Aldobran. in conſ. 26. num. 119. lib. 1. multaq; euenire quidem poſtmodùm poſſent, ex quibus vel nihil quidem, aut non tantum habuiſſet filia renuncians: poterat enim patri premori, aut ſi patri non premoreretur, pater ipſe viuens ęs alinum contrahere, vel aliter culpa, aut cã ſu bona propria conſumere, aut dilapidare, ſiue uouam prolem ſuſcipere, aut denique alio modo quocunque ad paupertatem, ad uerſamque fortunam ſic deuenire, vt vtile potiùs, quàm damnoſum illi futurum ſit ac cepta dote competenti legitimæ paternæ renunciaſſe.
24 Vndè † ob incertitudinem hanc læſio aliqua conſiderari non debet, vt Capic. eadem ipſa deciſ. 159. num. 15. & 16. annotauit, & alij plures relati per Sotomaior d. cap. 2. ni 68. in fin. & ſignanter Riminal. in conſ. 228. num. 23. lib. 2. Cruect. in conſ. 569. per tot. Carol. Anto. Pute. in cita. conſ. vni. nu. 54. & 60. facit l. ſi factum retis, de actio. emp. & l. de fideicommiſſo C. de tranſac. & faciunt etiam quę ego ad hoc propoſitum differentiæ inter renunciationem iuris quęſiti, & quęrendi adduxi in 1. tom. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 5. à num. 25. & alia de dubio euentu, quòd ſcilicet propter illum plura permitterentur, adduxi in gloſ. 18. par. 5. à num. 103.
25 Hac via, † & iſto modo ſoleo partes meo rum clientulorum, quando contra eos agitur de reſcindendis iſtis renunciationibus, in Senatu defendere, & benè mihi ſemper ſucceſſit. Et ſignanter hac via defendi proximis annis cauſam magni momenti nobilis Bernardi de Oms, & de Cabrera, contra nobilem Ludouicum Taqui, coram egregio Sena hatore Ioſeph. Roca. Prætendebat enim dictus Taqui reſcindendam fore renunciationem matris dote modica mille ducatorum contentæ factam de hæreditate opulentiſsi ma patris, prætextu læſionis, ſed non curauerat probare incongruitatem dotis tempore conſtitutionis, vndè ego dicebam non fore audiendum actorem, quia dos data à patre preſumebatur congrua eo tempore, per ea, quæ adduxi de congruitate dotis, quo ſtante per doctrinas ſuprà adductas non poterat filia, nec eius hæres tractare de reciſione prætextu læſionis, & benè meo clienti ſucceſſit, ſententia enim lata 20. Maij 1615. fuit actori † *impoſitum ſilentium* in ſupplemento legitimę, quod reciſa renunciatione petebat, *ex eo quia non conſtabat de læſione, ſaltem eo modo quo conſtare debebat*, quod ego tribui defe ctui probationis incongruitatis dotis, quam uis ita non dixerit expreſsè Senatus, tũ quia hoc motiuo ego cauſam defenderam, tum etiam, quia alias, ſi ſecundum quod de legitima competebat, ſeu competere filiæ debebat, cõmenſurãda res fuiſſet, non eſt dubiũ quòd attenta opulẽtia hæreditatis, læſio erat manifeſta. Actua. erat Benedic. Sacares.

Ex

Ex quibus habes ceſſare controuerſiam ſi tempus dotationis,an mortis ſit in his attendendum,clarum enim eſt, quòd de hoc non eſt curandum,ſi amplectimur hanc opinionẽ, quam tenemus,quòd congrua dotatio faciat ceſſare filiæ querelam.

26 Ex eiſdem † etiam colliges,qualiter ſi opponitur mulieri exceptio præſcriptionis, vt pote quia tacuerit per tempus ſufficiens ad præſcribendum,tempus prædictum erit dinumerandum ex die dotationis,non mortis,cũ in dotatione ſi eſt congrua,vel non, tempus dotationis ſit inſpiciendum,vt latè ſuprà in materia congruitatis,& incongruitatis dotis probaui. Et in terminis pro iſta opinione, quòd tempus dotationis ſit inſpiciendum, † *declaratum* fuiſſe in Senatu de anno 1592. Auctor eſt noſter Cancer.in 3.par.varia.reſolu.cap.21.de tranſmiſ.num.226. quod idem etiam anteà tractauerat in ead.3.par. c. 15. de renuncia.num.71.

27 Ratio eſt manifeſta,† quia contractus tẽpus inſpiciendum eſt,quoties de lęſione quęritur,l.2.l.ſi voluntate, C. de reſcind. vendi. & in hoc caſu nihil impediebat mulierem ne ageret etiam in vita patris,& eius non expectata morte,ſi exiſtimabat minus iuſto fuiſſe ſibi pro dote donatum,& renunciationem reſcindere volebat,vt docet Ioſeph.Ludoui. deciſ. Peruſ.25. num. 54. & clariùs Anton. Sola in conſti.Sabaud.titu.de alienatio. bo-

28 nor.glo.2.nu.13.quia † (inquit)tunc cùm mulier renunciauit, cenſetur legitima delata, quia pater tempore renunciationis fingitur mortuus,& legitima deberi, Rimin. conſil. 317.Bello.conſ.15.num.8.Menoch. conſ.6. num.21.Sola pulchrè vbi ſupra nu.12. Iuſtũ ergò eſt, quòd ex eo die,quo mulier potuit agere,incipiat ſibi currere tempus.

29 Etſi vis ſcire, † quantum tempus ſit neceſſarium ad præſcribendum in hac materia, dic quod triginta annis clauditur,& extingui tur actio,quæ datur ad reſcindendam aliquã conuentionem prætextu læſionis ex gloſ. recepta in l.2.verbo,Iudicis,C.de reſcin. vendi.& ibidem Bar. & reliqui Greg. Lop.in l. vlt.tit.vlt.glo.vlt.parti.6.Parlad.quotidi.cõtrouer.lib.2.cap.vlt.5.par.§.16.n.14.Gam. deciſ.198.nu.2. Phœbus deciſ.Portugal. 82. num.8.Gom.Leo deciſ.96.& Pinel.in tepeti.eiuſdem l.in 2.par.cap.1.num.26.

30 Addens non † videri ſuſpicionis fraude carere,qui poſt longum tempus ſe læſum quæ-

31 ritur. Imò volunt † Socin.iun.in conſ.67.nu. 43.lib.2.Decia.conſ.6.num.62. vol.1. Sola in conſtitu.Sabaud.tit.de aliena.minor.glo. 2.n.12. Quòd in iſtis renunciationibus,quæ fiũt per mulieres ſi maiores facę(ſolẽt enim, vt plurimũ, fieri per minores) tacuerint per decennium,ampliùs non ſint audiendæ, iuxta l.fin.C.ſi maior.fac.

32 Et denique † ſi vis ſcire qualiter tempus renunciationis,& conſtitutionis dotis in hac noſtra materia ſit conſiderandũ,& non mortis dotantis, & qualiter id etiam procedat in caſu fortiori,quando contingit,quòd poſt modum augeantur bona illius, & plura repe riuntur tempore mortis,quàm tempore dotationis,& renunciationis,& qualiter hæc ſit certior, vetior,& magis recepta opinio,ſicut enim bonis diminutis id quod ex cauſa renũciationis ſemel acceptum fuit, reſtituendum non eſt, ita ſuperueſcentibus parentum facultatibus augendum non erit.

33 Non enim † eſt audiendus qui petit id cuius contrarium non eſſet poſtulaturus, iuxta l.penult.C.de ſolu.vide in terminis Molin. de primoge.Hiſpano.lib.2. cap.3.num. 29. qui allegat Alex.in conſ.29.nu.5.lib.3.Dec. couſ.29.Paris.conſ.16.num.89.lib.3. Dida. Couar.in c.quamuis pactum in 3.par.§.4.n. 7.ad fin.Tel.Ferdin.in l.23.Tau. Boer. deciſ.62.per tot.& alios,Guidobon.aduoca.4. num.7.vbi dicit hanc eſſe frequentiorem opinionem,& addit Alexan.in conſ.180. lib.5. Gram.deciſ.57.nu.35.& 36.Meno. de arbi. Iud.caſ.149.num.15,& 16.Lader.conſ. 35. num.5.cum ſequent.Meſtil.deciſ. 1.nu. 15. Catol.de Graſ.deciſ.2.num.21.Caual.deciſio.32.nu.15.16.& 17.par. 3. Pet. Enriquez conſ.15.per tot.Berthazol. conſ.7. num.5. Hondede.conſ.10.à num.33.lib.1. Anton. Sola in conſti.Sabaud.tit. de aliena. minor. gloſ.2.nu. 12.dicit hanc opinionem ſibi videri æquiorem, ac fortioribus fundamentis ſtabiliram, ſimulque communiorem, pluribus auctoritatibus comprobatam, Decia. in conſ.6.nu.52.& 74.vol.1.& latiſsimè Ioan. Caſtil.Sotomaior quotidi.controuer.iur. li. 3.cap.2.ex num.43.

34 Vide quę † ſuprà de his dixi in principio tractatus congruitatis dotis, vbi ſignanter allegaui quandam Senatus noſtri deciſionem factam 18. Februa. 1588. referente nobili don Ioanne Sabater, inter Paulum & Franciſcum Beulons,& Gaſparem Graell, in qua † mirabiliter *dicitur* qualiter ſuo muneri dicetur ſatisfeciſſe pater dotando filiam ſecundũ bona,quæ habet tempore dorationis, quod attendendum eſt,& qualiter non ſit habenda ratio incrementi bonorum poſteà ſequuti,cũ potuiſſent è contra diminui,& ſi renunciauit legitimæ non poteſt conquæri, &c. ſicut in ſuperioribus de iure eſſe probaui.

35 Vnum eſt † in his renunciationibus, & illarum materia ſemper conſiderandum, & mente retinendum,quando tractatur de illarum reciſione,nõ debere Iudices faciles eſſe

ad

ad recisionem, imò multùm ab ea cauendum esse, ex eo quia frequentissimum est, vt filiæ dum nubunt renuncient, & istud renunciatio nis remedium salubre multùm iudicatum est in omni ferè orbe terrarum ad tollendas cõtrouertias, quæ esse possent inter parentes, & filias, & inter fratres, & sorores, & ideò non est facilè posterendum, cum multæ proindè familiæ, & olim, & imposterum possint in discrimen incidere, provt pulchre reperies consideratum per concilium Neapolita. apud Anton. Capi. decis. 159. num. 46. circa fin. & meliùs, ac latiùs per Carol. Pute. in cõs. vni. de istis renunciatio. edito inter cõss. Sfor. ex num. 28.

36 Vbi posteà † num. 29. audet dicere huius cõsuetudinis, quæ in patria sit, tantam fore rationem habendam, vt non soleat considerari læsio vbi ex more regionis renunciatio fit, & quod alij faciunt, ex his quæ in proposito docet Aym. Craue. in cons. 160. num. 1. & rursus cons. 838. num. 8.

37 Et saltem † hoc non est obliuiscendum, quòd si casus est dubius, prout sæpiùs est, in dubio iudicandum est quòd renunciatio sit valida, & sustineatur, provt ex Tiber. Decia. Craue. Neuis. docet Pute. vbi suprà num. 30. optima est ad propositum decisio concil. Neapoli. apud Thom. Gramma. 57. vbi in fine dicitur quòd ob dubietatem Sacrum Cõ-
† cilium *iudicauit* contra actricem, quæ renunciauerat. Per quę videbis qualiter fuciatur optima ratione opinio per nos superiùs stabilita, quòd si filia fuit congruè à principio dotata, non est illius renunciatio rescindenda ex læsione quantumvis posteà paterna bona augeantur. In hoc enim particulari magis quàm in alio, verificantur motes regionum, quod congruè dotatæ renunciant, & vlteriùs nihil voquam petunt.

38 Transeamus ad † secundum casum, quando filia probabit se fuisse incongruè dotatã. Dabitur ne ei ex hoc solo actio ad rescindẽdam renunciationem? Hic casus sicut est rarò contingibilis, propterea quia vix deficiunt vnquàm in hoc parentes, licèt sæpiùs superabundent, ita difficilis, & ferè inextricabilis. Gerar. Maynar. in iam cita. decis. 15. lib. 4. ex num. 3. in fin. cum sequentib. Iudicis arbitrio relictum asserit, qui æstimet, qualis, & quanta ad id læsio sufficiat, non volt necessariam esse vltra dimidiam, sed nec concedit sufficere quantamcunque, & qualemcumque quantumuis leuem, in quo consentit & Fab. in allega. defin. 21. sub tit. de pac. Et cum in his, quæ arbitrio Iudicis relinquuntur, non possit dari certa regula, ideò subsisto. Vide supradictos, & alios in hac renunciationis materia adductos, & signanter non omittas Sotomaior in illo cap. 2. tom. 3. quotidia. cõ trouer. iur. qui te omnia docebunt, quę in his scire expedit.

39 Optimè Senatus † in illa Pauli, & Franeisci Beulons, contra Gasparem Graeil 18. Februa. referente nobili don Ioan. Sabater,
† vbi *dictum* fuit, *tunr posse filiam ronqueri de incongrua dotatione tum pater dedit adeò modicam filiæ dotem, cùm esset diues, vt præsumeretur dolus re ipsa ex tanta læsione, & non aliàs.* Cuius decisionis suprà meminimus, & in principio tracta. congrui. & incongru. dor.

40 Ex illa ratione † sustineri posse existimo bi
†† nas Senatus decisiones in quibus reperi *cõclusum* fuisse prio recisione renũciationũ per filias dote contentas factarum, propter læsionem, quę considerata fuit in eis interuenisse. Prior facta fuit referente egregio olim Senatore Guiller. Sunyer 28. Aprii. 1593. inter Franciscum de Barrhomeu, & nobilem Frã. de Spes. Actua. Villosa. Posterior verò referente egregio itidem Senatore Hiero. Astor in causa Ioannis Puig parrochię sancti Ioannis de Boix, contra Petrum Soler de Puig. Actua. Ioseph. Cortes, aliàs nisi incongrua iudicata fuisset dotatio, non iudiço declarari potuisse pro recisione, & supplemento legitimę, provt ibi declaratum extitit.

41 Etsi contingit † reuocari renunciationem, sæpè quæsitum est à me quid consequatur filia. Qua in re distinguendum puto, si pater decessit testatus, aut intestatus. Primo casu recisa renunciatione nihil aliud consequi filia potest, quæ obtinuit, nisi vt agere sibi liceat ad legitimæ supplementum, quemadmodum si nulla renũciatio facta esset: filia enim quæ non renunciauit, si quid vel minimum pro legitima receperit, nihil nisi supplementum petere potest, l. omnimodo 30. C. de inoff. testam.

42 Secundo verò casu † succedit ab intestato cum fratribus in viriles, Nouel. 118. de hæred. ab intesta. venien. §. si igitur defunctus. Ita expressissimis verbis Anton. Fab. in suo Cod. lib. 1. tit. 2. de pac. defi. 8. Carol. Pute. inter consl. Oddi num. 67. vide Gerar. Msynar. decis. 20. lib. 4. Atq; ita in nostro Se
† natu *obseruatur* inconcusse, quando enim rescinduntur renunciationes solet simul. declarari potuisse filiam succedere patri, & quãdo pater decedit, provt communiter fit, testatus, tunt post recisam renunciationem solet dici, quòd competit filiæ legitimæ supplemẽ
† tum. Ita signanter vidi *declaratum* referente Guillermo Sunyer 28. April. 1593. in causa curatorum Franeisci de Barthomeu, contra nobilem Franciscum de Spes. Actua. Villosa, vbi expressè fuit dictum post recisam renunciationem ob læsionem, *quòd filia ra non obstante*

ſtante patri ſuccedere, & quòd cõpetebat ei ſup plementum legitimæ.

43 Alius caſus eſt, † quando filia dote per fra trem conſtituta contenta poſt mortem pa- tris renunciauit illius bonis, tunc clarus eſt caſus, patẽs, ac manifeſtus, quòd ſi adeſt ſuf- ficiens læſio, reciſioni erit ſine dubio locus, nec enim eſt diferentia inter hũc, & reliquos contractns, qui ex læſione reſcinduntur bene ficio l. 2. C. de reſcin. vendi. Finge quòd pa- ter deceſsit relicta tali hæreditate quòd ex ea competunt filię mille pro legitima, vel pro aliquo legato ſibi a patre relicto: frater ramen quid minimum dedit ei in dotem, putà centum, vel ducentum, aut quatuor cen- tum, quis negabit intrare materiam reci- ſionis? Nec hic eſt facienda conſideratio ſi congruè eſt dotata, vel non, quia non cadit hic ea conſideratio, quando frater eſt debi- tor ſororis certus, & indubitatus certæ quan- titatis. Et quia illa materia eſt ſatis diffuſa, paſsimq; à Doctoribus rractata quando tra ctant de reciſione aliorum contractuum, ac aliarum conuentionum ex læſione, quæ cũ his pari paſſu ambulant, ideò hic ſubſilto, vide ramen in terminis Ioan. del Caſtillo Soto- maior quotidia. controuer. iur. lib. 3. cap. 2.

44 ex num. 76. & Cald. à Perey. qui † differen- tiam facit inter renunciationem, quæ fit pa- tri ante quæſitum ius in re, & eam quæ fit fra tribus poſt illud radicatum, de emp. & vẽd. cap. 30. num. 45.

45 Et generaliter † vbicunque læſio eſt certa taliter quòd poſsit ea euidenter colligi, ſecũ dum ea, quæ renuncianti debentur, non eſt du bium quod renunciatio ex læſione eſt reſcin- denda, ad quod iuſtificandum, & iudicandũ aptiorem forte locum non reperies, quàm apud Sfor. Oddum in conſil. 37. num. 56. cum ſequent.

46 Quando autem † filia petit renunciationẽ reſcindi, vel iure ordinario, vel extraordina- rio reſtitutionis in integrum, ob læſionem, vbi poſſet habere locum, tenetur illa ſine du- bio, ſi reus velit, an requam audiatur, reſtitue re accepta, propter renunciationem, & ſic do tem, cum qua matrimonio fuit collocata, & donec id fecerit, non audiatur, provt in ter- minis terminantibus docet Cæſ. Barz. deciſ. 103. num. 28. per tex. in l. intra vtile, ff. de minor. l. cum te fundum, ff. de pac. inter em- ptor. & venditor. & per alia etiã iura, & per plures Doctores, quos allegat, & quia dein- dè idem Barz. ſe remittit ad ea, quę tradunt Doctores in volente reſcindere tranſactio- nem, vt priùs teneatur ad reſtitutionem ac- ceptorum, velens poſſe optimè argui de vno caſu ad alium, ideò & ego ad tradita in di- cto vltimo caſu in 1. tom. clauſ. 4. glo. 9. par. 5. ex num. 214. lectorem relego, vbi latè vi- debit diſcuſſum articulum hunc. Adde Aloy. Ricci. in collectã. deciſſ. collecta. 1822. par.

†† 5. vbi videbis alias *deciſiones* concordantes,

47 & declarationem, quod hęc † intelligantur parte opponente, non aliàs, de quo per Rot. Roma. in deciſ. 510. par. 1. & etiã deciſ. 102. & deciſ. 810. in eadem par. 1. diuerſor. elegã tiſsima, ſicut latiſsima eſt ad hoc propoſitum reſtitutionis acceptorum deciſ. Sicilię Marij Giur. 103. per tot. videda. Vbi ſignãter † ha

48 bes quòd id nõ procedat vbi nõ de reciſione agitur, ſed de nullitate, & quarenus poſsit quis variare de reciſione petita ad nullitatẽ.

49 Non ſine cauſa † dixi, ſi velit rens, quia for- ſan ei non ſemper expediet excipere actori de reſtitutione acceptorũ, quia tunc eo ipſo quòd reus petit reſtitutionem acceptorum, iam habetur, & haberi debet renũciatio pro reciſa, & facta dicta reſtitutione iã ampliùs non agitur de validitate, aut inualiditate re- nunciationis, ſed de iure actoris, quemadmo dum ſi nulla vnquam adfuiſſet renunciatio, provt & ego in loco cita. num. 217. latè pro- baui, & latiùs noniſsimè probat And. Geor.

†† ror. allega. 34. vbi binæ *deciſſ.* Senat. Neapo. Nar. conſ. 631. num. 4. Berthazol. conſ. 13. n. 12. Rimin. Iun. conſ. 5. nu. 45. Giurb. deciſ. Si cil. 103. quod non ſemper expedit reo, quia melius eſt ei litigare ſuper reciſione renun- ciationis, quàm ſuper meritis cauſæ, renun- ciatione ſecluſa, vti adnertebam in loco cit.

50 In rantùm † eſt iſtud verum, vt ſi actor di cit ſe velle reſtituere accepta dum renuncia tio habeatur pro reciſa, & cauſa ex integro examinetur, & his non conſentit reus, per hoc effugit actor reſtitutionem acceptorum, & ſine ea proceditur ad vlteriora in cauſa, non enim eſt iuſtum, quòd ex vno eodemq; actu vnus maneat liberatus, & alius obliga- tus, provt pulchrè, ſicut latè probat Andre.

†† Georg. in d. alleg. 34. vbi binę de hoc *deciſſ.* Senatus Neapolitan.

Succeſsit iam iſte caſus diſputandus in terminis terminantibus in Senatu, in cauſa nobilis Michaelis de Blanes, contra nobilẽ Alexium de Albert, coram egregio Senato- re Ioſepho Dalmau. Agebat dictus de Bla nes, me aduocato, ad reciſionẽ cuiuſdam trã factionis cum dicto de Albert initę, fuit op- poſitum non poſſe audiri, quin reſtitueret ac cepta, replicaui, quòd eram contentus, dum tranſactio haberetur pro reciſa, & ingrede- remur merita, ac ſi nulla vnquam adfuiſſet tranſactio. Noluit in hoc conſentire reus, ſed inſiſtit in reſtitutione acceptorum, & ſimul volens de validitate tranſactionis tractari, petij quòd attento aduerſans non aonue- bat his, quæ iuſta erant, procederetur ad vl- teriora

† teriora in cauſa,atque ita *obtinui* prouiſione facta in prima inſtantia per dictum Dalmau 2.Octob.1615. confirmata poſtea in cauſa ſupplicationis per totã Aulã teſerente egregio Senatore IoſephoFerrer ro.Febr.1616. Actua.Michael.Petez. Hęc ſunt ad propoſitũ illis, quibus non eſt in promptu pecunia, quę reſtituẽda eſt,& iuſtitiã habent probabilem circa reciſionem tranſactionis. Cũ hoc enim euitant moleſtiam reſtitutionis, ſi reus nõ vult contenrari,ſicut vix eſt,quòd ex tunc ſine Iudicis declaratione habeatur trãſactio pro reciſa.Ita ego tenraui in dicta cauſa, & benè ſucceſſit,Ducẽ habebãGeorgiũ in loco cita.cui ſunt referendæ ſucceſſus gratię.

51 † Similis valdè † fucrat anteà *deciſus* alius
† caſus 23. Iulij 1597. Relatore egregio tunc Seņatore, nunc in Supremo Coronę Aragonum Regente dom Saluatore Fontanet,inter Franciſcum Oliueres, & Ioannẽ Iutje Boſca,vbi fuit dictum,*quod ex quo diffimtio facta tutori,& curatori reſcindebatur in fauorẽ pupilli ob non redditas legitimè rationes,debebat etiam haberi pro reciſa in fauorem tutoris,ſi forſan aliquid pupillus ei deberet, vt illud poſſet contraria actione tutelæ recuperare, non obſtante diffinitione: nam recedente* (inquit) *altera parte à diffinitione viciſſitudinaria, æquum non eſt alteram partem remanere ex eadem diffimtione obligatam. Imò vt æqualitas ſeruetur,vtraq; pari debet reſtitui in priſtinũ ſtatũ,in quo erat tempore diffinitionis.*

52 Pulchra quotidiè † ſuſcitatur quæſtio apud nos in hac materia renunciationis, quæ fit à filia dote contenta,ſi ea nocet nepotibus,ne poſsint poſteà in bonis aui,matre ante illum de medio ſublata,legitimam petere, de qua ego obitet egi in 1.to.clau.4.glo.2.nu.25.In qua quæſtione duæ reperiuntur ex diametro
53 contrariæ ſcorentiæ. Prima negat † nepotibus ſucceſsionẽ,ſicut eorum matribus, ne ex vna & eadẽ hęreditate duę deducantur legitimæ,& ex eodẽ facco molitor(vt dici ſolet)
54 bina vice aliquid proſe capiat.Eſt enim † dotatio filiæ ancipatio legitimæ, & ſolutio, ſeu ſatisfactio illius de iure ex particulari cauſa permiſſa ante mortẽ, provt in ſupetioribus ſignãter ex Anto.Sola in conſti.Sabaud.doçuimus, Maximè quãdo,provt ſæpè contin-
55 git,filij ſunt matris hęredes.Vix enim † fieri poteſt,quòd non teneãtur illius factum approbare,& ex conſequẽti quin eos liger renũciatio,ſicut ligat matrẽ.Nec(etiã ex proprio iure)poſsunt venire contra matris factum ex l.cum à matre cum ſimil.de rei vendica.

56 Nec viderur † facceſcere negociũ noſtra cõſti.1.ſub tit.de legit.& diuiſ.illius, quatenus faciẽdo cõmune toti Principatui, quod erat particulare,& peculiare ciuitatis Barcinonæ ex priuil.Reg.Pet.III.de quo in vol. pragm. ſub ſimili tit.de legit. & diuiſ.illius,& tollẽdo dubieratẽ,quæ erat de iure cõmuni,diſsidẽteſq; Doctorũ opiniones,quæ in hoc erãt, provt apparet ex Theſau. deciſ.237. & Ant. Fab.in ſuo Cod.lib.2.tit.3. de pac.defi.16. & ſeq.Fráq. deciſ.67.Guid.Pap.deciſ.598. habet nepotes teneri accipere in cõpotũ ſua tũ legirimarum quod eorum matribus ſolutum eſt,quia intelligitur in terminis habilibus, caſu quo ipſis legitima cõpetat, quod ſi cõpetit,vel nõ cõpetit,nõ decidit cõſtitutio.

57 Eſt altera,ac illa † quidẽ ex diametro contraria opinio,quòd receptio matris, & eius renũciatio,& quietatio,nõ noreat filijs ex ꝓpria perſona poſt mortẽ matris ante auũ veniẽtibus,ac id quidẽ(quod plus eſt)etiãſi ſint
58 matris hęredes. Fũdatur principalirer † in ꝓpria natura huiuſcemodi renunciationũ.In quibus ſubintelligitur cõditio, ſi filia renuntiãs ſupetuiuit patri,& ei ſucceſsio defertur, aliàs nihil operãtur tãquã defecta cõditione, nec potuir mater tecipiẽdo,& renũtiãdo,nec auus dãdo,filijs & nepotibus repectuè talitet pręiudicare quòd adueniẽte caſu ſuæ præmoriẽtiæ,nõ poſsint ex ꝓpria perſona legitimã ſibi debitã petere.Nec ꝙ filij ſint hæredes matris, quicquã perturbare poſſe videtur,ex quo iſtud,ꝙ faciũt filij petẽdo ex propria perſona,nõ ſit impugnare matris factũ, cũ nõ cõprehẽdatur iſtud filiorũ factũ ſub facto matris,& ſub renũciatione illius, & idcò nõ eſt hoc impugnare factũ matris. Et noſtri
59 addunt,† & dicũt,in Cathalonia iã nõ poſſe rẽ hãc habere difficulratẽ ſtante illa conſtitutione,de qua ſuprá,quòd nepotes in cõpotũ legitimarũ,quas perĩt in bonis auorũ ſuorũ teneãtur accipere quæ matribus pro earũ dotibus ſunt donata,& ſoluta,quod videtur prę ſupponere non eſſe prohibitum, imò permiſſum nepotibus poſt matris mortem petere legitimam in bonis auuorum ſuorum.

60 Ex his † opinionibus,hęc vltima ſine dubio effecta fuit cõmunior,& magis recepta inter DD.& tribunalia,adeò vt non deſint plures, qui nobis ꝓhibeãt vlteriorẽ illus diſputationẽ,volẽtes cũ imperio,ꝙ cõtuentibus oculis,abſq; aliquo examine,per eã trãſeamus. Quibus ego, vti dominis meis colẽdiſsimis, obtẽperare lubẽs decreui,ne me in re,quã ipſi tã expeditã exiſtimãr, & ſine difficulrate ꝓcedere arbitrantur, proteruũ aduerſarium habeãt.Cõcedãt tamẽ, rogo,dicere quòd licèt ſint plures,ac penè infinitę deciſiones diuerſorũ Senatuũ,quibus pro hac opinione intrepidè declaratũ exririt,quas reperies apud DD. quos infrà adducemus. In alijs tamen nõ ita fuit iuſtitia huius opinionis viſa iuſta, & fundata, quin in contrarium inclinarent,

Lege Annę. Rober. lib.rer. Iud.2. c.5.& videbis qualiter in hac quæſtionē cōtra nepotes † *declaratū* exitit in Curia Pariſiē. de anno 1569. Lege itē Gerar. Mayn. dec.23.li.4.vbi †† reperies nō nulla, quæ illi vocāt, *arreſta* circa hęc facta. Iſtis Senaribus viſum eſt, q̄ id erat permittere, vt duæ legitimæ ex eadem hæreditate detraherentur, & vnius loco duę portiones ſumerentur contra omnem bonam fidē, & æqualitatē adeò inter liberos, & deſcendentes cōmendatā. Sed quia diuerſa opinio obtinuit apud omnes fere mundi Doctores, ac apud vniuerſa tribunalia, amplius nō immoror, ſolū cōmendo videas ad propoſi- †† tū, vbi infinitas *deciſiones* reperies, & in vno omnes habebis, qui de hac materia tractarūt Gaſp. Anton. Theſau. quęſt. foren. lib.2. tota q.90. nec omittas noſtrū Cancer. in 3.p. var. reſol. c.15. de renun. ex nu.44.& poſt eū noſtrū etiā Fran. Molt. tor. q.84. lib.3.& finaliter Nicola. Intrigliol. deciſ. Sicil. 11. ex n.18.

61 Solū reſtat † videre quid Senatui noſtro perſpicaciſſimo in hoc articulo viſū fuerit, quādo de eo incidit tractatio. Ego reperio q̄ per quatuor vices de hoc fuit diſputatū in Senatu. Primò quidē de anno 1575. inter quendā Iacobū Vila, & Elizabetham Brues, Relatore Petro Sabater, vbi in cōcluſione facta die 4. Maij, nō hæc vltima communior, ſed † prior ſententia fuit *amplexa*; fuerunt enim excluſi nepotes per renunciationē matris dote cōcentæ factā, ex eo *quòd illa præſumebatur cōpetenter dotata, vt dotata à patre poſtquā nō cōplaòat de aliquo dolo & fraude ipſius, nec in vita cōqueſta de hoc fuerat, & filij erant illius hæredes, & tenebantur iuxta conſtitutionē accepere in cōpotię quod illorū mater receperat.*

Contigit deindè alius caſus diſputandus de eadē re de an. 1588. inter Paulū, & Fran. Beulons, & Gaſparem Graell, coram nob. don Ioan. Sabater, vbi hæres matris ea mortua ante illius patrem ex perſona dictæ matris petebat ſupplementum legitimæ, cui † die 18. Februa. fuit in dicta prętētione *impoſitū ſilētiū* ex eo, *quod dos, quæ filiæ data eſt à patre in dubio præſumitur cōpetēs, & cōgrua, & de eius ineōpetētia, & incōgruitate nō poteſt filia, nec eius hæres cōqueri, niſi quādo pater de diſſ.t adeò modicā dotē filiæ cum eſſet diues, vt præſumeretur dolus re ipſa in patre, de quo dolo, & læſione debet docere filia, vel eius hæres oſtēdēdo qualita, & quāta bona habebat pater tē pore dotationis, & quot filios, & an eandē, vel ſimilē dotē dederit aliis filiabus, nā* (inquit) *certum eſt patrē adimpleuiſſe officiū paternū dotando filiā iuxta facultates quas habebat tēpore dotationis, nec inſpicitur augmentum bonorum poſtea cōtingens propter dubiū euentū, quia eodē modo poterant diminui, ſicut augeri, præſertim* (inquit) *cū filia renūciauerit legitimæ, & illius ſupplemēto, & prædeceſſerit patri, nec cōqueſta fuerit, quo caſu eius hæres nec poteſt opponere ipſam fuiſſe minus cōpetenter dotatā, nec petere ſupplementū legitimæ ex perſona illius.* Huc vſque Senatus. Fuit tamē reſeruatum ius, ſi quod cōpeteret dictis agentibus, qui erant nepotes, ad petendum legitimam ex ſua propria perſona in bonis aui.

Propter hanc reſeruationē oportuit quòd idem negocium iterū tractaretur in Senatu de anno 1593. referente eodē Sabater, quia dicti agentes iudicium coram eo inſtituerūt petētes legitimā in bonis aui ex proptia perſona. In quo interuenerunt quinq; valentiſsimi Doctores, qui diuiſi fuerunt in diuerſa, & contraria vota ſub die 20. Iulij. Sabater, & Sunyer dabant legitimam nepotibus non obſtā te renunciatione matris, & quòd eſſent illius hæredes, ſumētes pro motiuis, rationes quas adduximus ſuprà in confirmationem opinionis nepotibus fauorabilis, ferè de verbo ad verbū provt ibi poſitæ ſunt, dēpto argumēto ibidē ſumpto à conſtitutione inbēte quòd nepotes acceptāt in compotū quod eorū mater recepit, de quo nō fuit cogitatū. Guardiola autē, & Oliba cū Cordelles Regente Cācellariā, qui eis adhæſit, legitimā nepotibus negarunt, & pro eorū opinione, tanquā maio † ris partis, *concluſum* fuit. Motiua fuerūt etiā ferè omnia, quæ ſcripta ſunt ſuprà pro hac opinione, faciendo ſignanter magnā vim in eo, *quòd indè ſequeretur, quòd duæ legitimæ deducerentur ex eadē hæreditate, eū illud, quod filia recuperat, cederet ei loco legitimæ, & quòd filij erāt hæredis matris, & quòd poſtquā filia fuerat legitimè dotata, quod præſumebatur in patre, non erat attendendum ſi poſtea auctū, aut diminutum erat patrimonium, quia aliàs magna abſurda ſequerētur: ferè enim ſemper, aut augeri, aut diminui dotes deberent ſecundum mutationem facultatum patris.* Ecce quòd hucvſq; nihil pro cōmuniore opinione, imò naufragiū huc vſq; paſſa fuit in Senatu.

Sed ſucceſſit quarto, quòd diſputaretur de eadē re in eodē Senatu, ſed in diuerſa Aula nempè admodū Reuerēdi Cācellarij coram egre. tunc Senato. poſtea Regente Hier. Toner (nō erat Relator nob. à Peguera quamuis ipſe id per errorē dicat deci. 65. to. 2. de anno 1598. inter Antonium Axada, & Annam Marquez. Recordor, quòd cauſa fuit multū diſputata, & examinata propter contrarietates, quę in hoc erant, & tandem die 24. Octobris † *reſolutum* fuit, ac concluſum pro nepotibus, quamuis eſſent hæredes matris, quę renunciauerat, cuius deciſionis meminerūt noſter Cancer. in d. rit. de renunciatio. num. 6 & dictus nob. à Pegue. in d. deciſ. 65. in 2.

Mo

Motiua ſunt eadem, quę pro hac opinione fuerunt ſuprà poſita,& ea refetuntur latè per eundem nobilem de Pegueta,qui ea in intre fundauit ſicut ſunt ſcripta in concluſione, & ſententia in ea cauſa lata. Eadem etiam le-
62 ges apud Vincen.de Fran. deciſ.67. quæ de hoc eſt tota. Solùm addo † quod dictus de Peguera omiſit,fuiſſe in eadem concluſione ſatisfactum rationi contrarię opinionis,quæ fundabatur in detractione duarum legitimarum:fuit enim dictum quòd non detrahuntur duæ legitimæ ex eadem hęreditate, ſed tantùm quod ſupplemento vnius deeſt,cum inxta conſtitutionem debeant filij accipere in compotum quod matri eorum fuerat pro dote ſolutum,ideò fuit declaratum ſoluendâ eſſe legitimam nepotibus ſecundum tempus mortis,vbi auctæ ſint facultates,deducta dote matris, quæ loco legitimæ ſucceſsit, vnà cum fructibus,&c. Hic poſſemus exclamare. Quis poteſt litigare ponendo in tanto diſcrimine bona ſua? Ab iſto die vſque in hodiernum non vidi aliam declarationem de hac re factam. Neſcio quid nunc ſequeretur noniſsimus Senatus. Iudico quòd hanc vltimam opinionem vti communiorem,atq; ideò ego vix contra eam conſulere auderem.

63 Verum eſt † quòd motiua poſſent aliter concipi,quia mihi videtur habere aliquã contrarietatẽ:dicere enim ex vna parte,quòd ne potes veniũt iure ꝓprio,ac ex ꝓpria perſona, & ſic ad propriam legitimã, & ex alia ꝙ ad ſupplementũ legitimę matris , non compatiũtur ſe inuicẽ. Optimè præ alijs mihi videtur Ant. Fab. cõprehendiſſe rẽ hãc,& quomodo procedat,& procedere debeat declataſſe in ſuo Cod.lib.2.tit.3.de pac.defi.14. cũ ſe-
64 quent.& anteà defin.1.viden. Non vult † is Doctor in iſto caſu dotis dationẽ habere aliquã legitimæ rationẽ in caſu de quo agimus præmorientię filiæ, cùm non detur legitima vino patre,quo ſuppoſito optimè poſteà intrant nepotes ad ſuam legitimam eum collatione,ſeu imputando in eam,quod mater viuens receperat,in cuius locum fuerũt ingreſſi. Sed hæc omittamus , forſan tam longa de re tractatione non delectaris.

65 Attende tamen † quòd poſt hæc ſcripta venit in manus deciſio Senatus facta referente egregio Senatore Ioſeph. Ferrer inter Margaritam Vila,& Camprodon, & Stephanum Alemany,ſub dic 6. Iulij 1609. in qua † expreſsè fuit *adiudicata* legitima nepotibus prædefuncta matre ex propria perſona , & non obſtare renunciationem matris cum iuramento factam,fuit dictum,quia ea non poterat præiudicare filijs venientibus ex propria perſona. In ea etiam fuit ſumptũ illud motium de quo ſupra, *quòd in renunciatione ſubintelligebatur conditio, ſi renunciani patri ſuperuiueret,quæ non euenerat cum filia patri præmortua fuiſſet antequam in bonis ſuis ſibi legitima deberetur,quo caſu*(inquit)*talis renũciatio perindè habetur ac ſi facta non fuiſſet cum prius neceſſe ſit quòd deferatur ius quàm vt ei renunciari poſſit. Hoc intellecto quòd teneantur accipere in compotum quod mater recepérat, &c.* Ex quibus vides qualitet hæc opinio ſit in Senatu receptiſsima , iam videtur non poſſe de ea dubitari.

66 Vbi autem nulla † renunciatio matris foret,an nepotes inltiori titulo peterent legitimam,vide Anel.de Ama. tot. conſ. 59. de qno ego vlteriùs non ago,quia apud nos ſem per fiunt renunciationes.

67 An autem † quæ dicta huc vſq; ſũt de renũciatione , quæ fit pro matrimonio carnali, procedãt etiam in renunciatione,quæ fit pro matrimonio ſpirituali, ad formam cap. 16. Sacri Concil. Triden. in decret. de regular. ſeſsio.25. Ideſt,an iſta ſit ſubiecta rectiſioni exleſione,& an monaſterium poſsit poſteà petere ſupplementum , & alias quæſtiones perpulchras in materia , vide apud noſtrum Cancer.in cita.cap.15.de renuncia. ex num. 213. & noſtrum etiam Moli. de rit. nup. & pac.in matrimo.conuen. lib.3.q.99. Aloyſ. Ricci.in collecta. deciſionum collecta. 454. latga temiſsio ad Doctores,qui de hac reexactiſsimè tractãt,habes apud Auguſti. Barboſ. in noniſsimis remiſsionibus Doctorum in varia loca Sacri Triden. Concil. in temiſsione ad d.cap.16. latga etiam,& multùm conducibilis eſt de hoc deciſ. tot. Regni Sicilię apud Nicola. Intrigliol. 45. vbi videas optimum eſt de hoc conſ. 24. Camil. de la Rata,ac etiam Adria. Neguſan. aliud conſ. 10.vbi pluribus probat in hoc caſu non eſſe conſiderabilem læſionẽ, notter Moli.qui idẽ etiá dicit de rit.nup.& pac.in matr.conuẽ.d. lib.3.q.99.per tot.oprima deciſ.Rot.Rom. apud Proſper. Farina. in vlti.vol. deciſ. 60.

68 Vbi † quãtũcunq;minimũ,ſecũdũ facultates patetnas,ſit datũ filię proingreſſu monaſterij dũ ſit datũ quod dari alijs ſolet, non poſſe † nec filiã,nec monaſteriũ cõqueri , fuit *deciſũ* optimis rationibus. Hanc deciſ. allegaui ſuptà de congruitate dotis, vbi videas. Adde Mat. Giurb.in cõſue. Sena. Meſſanen. cap. 3. glo.7.pat.1.nu.55.vbi pluribus probat mulierẽ accepta dote monaſterio dari conſueta læſionẽ allegare nõ poſſe& ſi minor legitima fuerit,neq; enim (inquit) in hoc dotantis facultates attenduntur.

69 Effectus harum † renunciationum,quas filiæ faciunt dote contentę vltrà quòd excludunt eas à petitione legitimæ,& ſupplementi illius,ſunt quòd non poſſunt dicere tella-

mentum patris nullum ſi prætereuntur, nec ſuccedunt ab inteſtato, ſi pater moritur inteſtatus. Et quamuis de hoc vltimo capite, quo ad ſucceſsionem patris inteſtati, nonnulli dubitauerint exiſtimantes filias non excludi à dicta ſucceſsione per renunciationem, verũ approbatiſsima eſt ſententia in contrarium, prout hæc omnia habes latè probata inter alios apud duos ex noſtris, nempè Cancer. in 3.par.variar.reſolu.cap.15.ex num.6.& rurſus ex nu.36.& latga diſputatione apud Molin.in trac.de rit.nup.& pac.in matri.connẽ.

70 lib.3.queſtio.92.& 94. Vbi ampliùs † addũt quòd non propter hoc eſt prohibita filia capere, vel ex teſtamẽto, vel inter viuos, ſi quid ei pater relinquere voluerit. Adde Ant.Fab. in ſuo Cod.lib.2.tit.3.de pac.defin.8.

71 Hũc articulũ, † ſi iſtę renũciationes cõprehẽdũt ſucceſsionẽ ab inteſtato, diſputatũ reperio in Senatu antiquitùs de anno 1531. in cauſa cuiuſdã Ioan. Valenti, cõtra Raphaelẽ Maſdemunt, Relatore egregio Senatore N. Montaner, vbi non aderat in renunciatione reſeruatio ſucceſsionis ab inteſtato, de qua

† inſtà dicemus, in qua die 4. Iulij *reſolutũ* fuit *renunciationẽ factam per filiam dote contentã iuribus & actionibus, quæ habebat, & habere debebat in bonis paternis, & maternis ſine aliqua retentione, vel ſaluitate ſucceſsionis abinteſtato, vel alia iuxta ſubiectam materiã, etiã ſucceſsionem ab inteſtato comprehendere.*

72 In qua declaratione † & aliud notabis pro habitatoribus notiſsimi in hoc Principatu, ac fideliſsimi à Sereniſsimis Regibus Aragonũ nomine donati oppidi Perpiniani, quod inibi vt filia excludatur à ſucceſsione abinteſtato parentũ non eſt neceſſaria renũciatio hæc de qua tractam*, ſed ſufficit q̃ ſit dotata. Ibi enim, vt ait eadẽ declaratio, *adeſt priuilegiũ ſeu ſtatutũ, diſponẽs quòd filiæ à parẽtibus dotatæ in dicto oppido, nihil in & de bonis parentũ ſuorũ petere poſſunt, niſi earũ parẽtes aliquid eis donare, aut legare voluerint, per quod reſolutũ fuit filias dotatas à ſucceſsione etiam inteſtatorũ parentũ cenſeri excluſas, cũ generaliter, & indiſtinctè dictũ priuilegiũ, ſeu ſtatutũ diſponat filias nihil petere poſſe, maximè attentis exceptionibus in dicto priuilegio appoſitis, ſcilicet niſi parentes filiabus aliquid donare voluerint, vel legare, quæ firmant regulã in alijs caſibus non exceptis, &c.*

73 Econtra † tamen in reliquis ferè partibus Cathaloniæ non ſolũ per ſimplicẽ dotationẽ nõ excludũtur filiæ à ſucceſsione inteſtatorũ parentũ, ſed nec per renunciationes, quas dote contentæ faciunt, quia feté ſemper iſtæ ſucceſsiones abinteſtato reſeruari ſolẽt, prout habes in noſtris capitulis, & videbis in reliquis ferè omnibus, quę veniẽt in manus. At vbi talis reſeruatio non adeſt, intrepidè Senatus declarat, & tenet filiam priuari ſucceſsione inteſtati patris vt vidiſti, & clariſsimè atteſtatur doctiſsimus noſter quõdã Senator Michael Fetrer obſer.par.3.cap.474.

74 Sed adhuc † hæc explicatione indigent neceſſaria. Declarantur igitur quę ſuprà diximus, quòd filia, quæ ſibi reſeruauit in renunciatione legalem ſucceſsionem, ſuccedat patri abinteſtato, ac ſi non renunciaſſet, vt procedant non extantibus alijs libetis, qui non renunciarunt, nam ſi tales extarent, nihil prorsùs operaretetur reſeruatio, ex recepta doctrina Guid.Pap.deciſ.192.nu.2.vbi dicit ſecundum dictã opinionẽ ſe vidiſſe communi-

† ter *iudicari*. Rationem dicunt eſſe, quia fauore filiorum fit per filias iſta renunciatio, ideò illis extantibus excluditur ſemper filia.

75 Quod adhuc † alij intelligunt, ſiue ſimplicitet renunciatio facta ſit, ſiue cũ reſeruatione legitimæ ſucceſsionis: in vtroq; enim caſu volunt, quòd filia nõ excludatur, niſi maſculis exiſtẽtibus, propter quos facta fuit renũciatio, ſi enim ipſi nõ exiſtũt, quãuis adſint ſorores, nihilominùs filia renũtiãs admittitur collatione facta illius pecuniæ quãtitatis, quę recepta fuit, ad q̃ vide addẽtes ad Guid.Papę vbi ſuprà, & ſignãter Fet. in noua additio. in fin. in verſ. Porrò, qui dicit ita in ſuo Parla-

† mento *iudicari*. Vide etiã Anto. Fab. in ſuo Cod.lib.2.tit.3.de pac.defin.22.& 24. Non eſt omittendus noſter Molin. de rit. nup. & pac. in matri.cõuen.lib.3.q.92.ex n.22. vſq; ad fin. vbi multis propoſitis caſibus rem hãc explicat abundè, latè etiã Capi. deciſ. 190. viden.& ibi additio Petræ. Adde Afflict. & Vtſil. qui ſunt omninò etiã videndi deciſ.161.

76 Iſtæ renunciationes, † quę fiunt in & de bonis paternis, nõ cõprehendunt bona fraterna, etiãſi ad fratrẽ ex paterna ſucceſsione peruenerint, ex eo quod iã tũc nõ poterãt ea bona dici paterna, quibus renũciatũ tantũ fuit, & quãuis proceſſerint à patre, nõ inſpicitur perſona remota, ſed proxima, quoc

† quia plutibus probaui, & pulchra *deciſione* Si

† natus Neapolitani apud Afflic.127.& *alia* Senatus Arag. apud Ioſep.de Seſſe 52.n.23.or naui in 1.to.clau.4.glo.24.n.65.& ſeq. ide

77 vlteriùs nõ progredior. Solũ addo † in ma ſotè ptędictorũ confirmationẽ, quòd quotie ſiue per renũciationẽ, ſiue per ſtatutũ filia e cluditur, nõ niſi à dotãtis hæreditate exclu videri debet, prout pluribus probat Anto Theſau.tot. deciſ.62. & Anton.Fab. in ſi Cod.lib.5.tit.9.de pac.conuen. defin.10. defin.12. vbi expreſsim loquitur in noſtro ſu, quando bona tranſierunt iam in fratrem abunde Molin. noſter, quietiam in iſto ca loquitur, de tit.nup.& pac.in matrimon.c

ut

uen.lib.3.quæſtio.92.ex num.16.latè etiam Vincẽ.de Frã. tor.deciſ.307. latiſsimè etiã Vincen.Caro.deciſ.ſeu caſ.62.per tot.

78 † Aduoca † aliam *deciſionem* in caſu ſimili † factã in noſtro Senatu valdè ſitu dignam. Ea eſt,quòd ex his mulier quę in fauorem hæredis renunciauerat omnibus ipribus,& actionibus ſibi competentibus in hæreditate, & bonis viri ſui pro dote,& ſponſalitio,ac alijs iuribus quacunque cauſa, titulo, & ratione cum iuramento,pulit admiſſa ad petendum le gitimam,quam vulgata noſtra conſti. *Los impuberes*,ſub tit.de pupil.& alijs ſubſtitu. concedit matribus in hæreditatibus filiorum hę redum patris in pupillari ætate deffunctorũ, *quia renunciatio fuit facta de iuribus in hæreditate viri,nõ in hæreditate filij, cuius poſt mortẽ patris fuerat effecta propria*.Ita Senatus referen.Michae. Ferrer,inter Frã. Daualos,& Maull,&Iacobũ deCopõs,die 20.Iun.1586. Neſcio quis ſuit Notarius huius cauſæ, ſed vidi concluſionem in Regio Archiuo.

79 Finaliter eſt aduertendũ, † quòd iſtæ renũciationes non trahuntur, nec trahi poſſunt, ad incogitata,& ignorata,veluti ſi in illis bonis,quæ pater poſsidet, aderat aliquod vinculum in fauorem filiæ, quæ bonis paternis renunciauit ab ipſa ignoratum, tunc ad illud non extenderetur renũciatio,provt latè ego probaui, & deciſionibus Senatus noſtri, & aliorum ornaui in 1.tom.clauſ.4.glo.28.nu.

† 40.cum ſequent. Adde nunc aliam *deciſionẽ* in noſtro Senatu factam 17.Iulij 1597. referente egregio tunc Senatore,nunc in Supremo Aragon.Coronæ Regente nobili Saluatore Fontanet in cauſa Francifci & Ioannis Fabres,vbi fuit dictum, *quòd in renunciatione,& diffinitione per filium fratri facta de legitima paterna,& materna,& alio quocunque iure ,filio competente ,ſeu competituro in hæreditate,& bonis patris ,retinendo tantum id plus quod ſibi pater donare vellet etiam iuramento roborata non cenſentur comprehenſa bona auita,ei ex fideicommiſſo, pacto,vel diſpoſitione aui pertinentia, quando non conſtat filiũ tempore renunciationis ſcientiam, ſeu notitiã habuiſſe fideicommiſſi,ſeu pacti in eius fauorẽ adicti*.(talis erat ille caſus)*in nuptialibus firmatis inter auum,patrem,& matrem,quia legitima probatione ſcientiæ non extante , cũ de iure fideicommiſſi,ſeu pacti prædicti ignorãtia præſumatur,nõ cẽſetur dictus filius bonis auitis cõprehẽſis in hæreditaméto in fauorẽ patris, & poſt illius mortẽ in fauorẽ filij renũciaſſe*. Vidi concluſionem in Archiuo Regio,vbi cõcluſiones Senatus cuſtodiuntur.

80 Sed attende † non eſſe ſemper, & vbique verum, renũciationẽ nõ trahi ad incogitata, veluti ad fideicõmiſſum,&vinculũ incognita, tã generalia enim,& vniuerſalia poſſent eſſe renunciationis verba quòd omnia proculdubio cõprehenderẽt, provt eſt pulchra Rotæ Rom.deciſ.714.apud.Fari.in vlt.vol.deciſſ. facta de anno 1615.vbi fuit cõſideratũ,*quòd renunciatio erat facta nedũ omnibus bonis paternis,maternis,& fraternis , ſed etiam alijs ſucceſſionibus,& iuribus,& in ſpecie etiã ex teſtamẽto quomodolibet ipſi obuenitẽdis,& deuoluẽdis, fuitque propterea dictũ hanc generalitatem renunciationis comprehendere bona fideicõmiſſo patrui ſubiectã,vti ex teſtamẽto diẽti patrui ipſi renũcianti deuoluendis,non minùs ac ſi teſtamẽtũ patrui nominatim expreſſam fuiſſet*,ex Bar.in 1.qui Romæ,§.duo fratres nu.18.de verb.oblig.Vide Dec.in conſ. 345.nu.3.Craue.conſ.24.ſub.num.11. verſ. Ampliùs dico, & Meno.in conſ.87.num.27. vbi latè de renunciatione fideicommiſſi.

81 Legi longé † poſt editionem 1.to. Fran. Ferrer Ilerden.in interpreta.conſti.*Los impuberes*,de pupillar.& alijs ſubſti.in noſtris cõſti.gloſ.1.num.379.vbi loquens de eo quod nos diximus in ſuprà cit.clauſ.4.gloſ.28.nu. 40.quòd renunciatio non trahitur ad incognita,dicit quòd eam locutionẽ ipſe non ferret,niſi deciſione Senatus,inibi à me allegata,quæ ius quodammodò facit,ad id ſtringeretur.Ego tamẽ non video quomodo poſsit, ſi vellet,id impugnare,cũ hæc locutio ſit propria Iureconſulti in l.qui cum tutoribus in §. tranſactio,& in §.fin.ff.de tranſac.Sit etiã familiaris Bartolo ibidẽ,& aliorũ quotidie oc currẽtiũ,adeò vt vix ſit vlla magis triuialis,& vſitata locutio , & vix certior in iure reſolutio, Viui.tota deciſ.316.

82 Hæc vtilia † ſunt multũ tenellis filiab*,quę vt cõplaceãt patrẽtibus,ignorantia plenæ,faciliter in iſtas renũciationes prorũpunt. Sed ſi capitula,& renũciationes sũt provt hęc noſtra,qualia sẽper eſſe vellẽ,& ceſſarẽt difficultates)nõ debebimus in his fatigari, cum expreſsè in eis ſint reſeruata vincula, & ſubſtitutiones, &c. Aduertant tabelliones de non omittẽdo hãc multũ ſalutarẽ clauſulam, per quã liberabunt multos à multis,illiſque moleſtiſsimis quæſtionibus,& litibus,quę quoti die inter noſtros ſuſcitantur circa vim,virtutem,& efficaciam harum renunciationum, ſi cõprehendunt,vel non cõprehendunt, &c.

83 Vidi aliquãdo † cõceptã renũciationẽ hoc modo, quòd ſi intra certum tempus non ſoluꝛeretur renunciãti q̃ ſibi promitebatur,habꝛetur pro nõ facta renũciatio, & ideò liceꝛet ei redire ad iura renunciata. Quæſitũ fuit,an ſolutione intra tempus non facta , liceꝛet renuncianti,vel pecuniam promiſſam peteꝛe,vel redire ad primæua iura renunciata. Hãc quæſtionem reperio latiſsimè ſicut no-

niſsimè tractatam fuiſſe per Ioan. Griuel. † deciſ. Dola. 59. per tot. vbi eam *reſoluit* contra renunciantem, vt non poſsit agere ad pecuniam promiſſam, ſed debeat redire ad iura renunciata, conſiderando quòd pactum prædictum non fuit appoſitum in fauorẽ renunciantis, ſed in fauorem illius, cui fit renũciatio, ſic deciſum in eo Senatu tradit. Quod tamen vlteriùs erit examinandum cum caſus 84 occurrerit ex his quæ † docent Bal. in l. 2. num. 12. C. de iu. emphy. Dec. in conſ. 12. Gutier. de iura. confirma. par. 1. cap. 63. num. 9. quatenùs dicunt quod ſi apponatur obligationi pœna ſi aliquid factum non fuerit, veluti ſi obligationi de ſoluendis decem apponatur pœna tradendi domum, vel aliam rem in ſolutum caſu quo promiſſo non adimpleatur, tali caſu electio eſt creditoris quid petat à debitore, pecuniam, an domum.

SVMMARIA.

1 *Renunciatio facta per minorem ſine ſolemnitatibus non valet.*
2 *Minor non alienat ſine ſolemnibus, aliàs recuperat rem cum fructibus, vbi deciſ. Senatus.*
3 *Renunciatio eſt alienatio, imò donatio.*
4 *Renunciatio facta per minorem cum iuramento valet.*
Minor per iuramentum repræſentatur maior, ibidem.
5 *Minor non reſtituitur aduerſus contractum per ſe cum iuramento firmatum.*
6 *Renunciatio beneficij minoris ætatis, & reſtitutionis in integrum cum iuramento per minorem facta, valet.*
7 *Renunciatio generalis facta omni legum auxilio non tollit beneficium minoris ætatis, & reſtitutionis.*
8 *Minor qui iurauit contractum ſi læſus eſt, iuuatur beneficio l. 2. C. de reſcind. vendi. ſed minor læſio ſufficit quàm in maiore.*
9 *Iuramentum maioris appoſitum in contractu, à iuramento minoris multùm differt, vbi pulchra deciſ. Senatus.*
10 *Reſtitutio in integrum aduerſus renunciationem factam per filiam minorem annis dote contentam, non intrat benè, ex rationibus hic traditis.*
11 *Minor non poteſt per ſe ſtare in iudicio, poteſt tamen per procuratorem cum iuramento conſtitutum.*
12 *Minorem non reſtitui ad probandum in iudicio cum litigat per procuratorem cum iuramento, communis opinio dicitur à multis.*
13 *Iudicia. In iudicijs quaſi contrahitur.*
14 *Minorem reſtitui in iudicio quamuis litiget per procuratorem cum iuramento, tenent alij, vbi deciſ.*
15 *Iuramentum appoſitũ in mandato minoris eſt de non contraueniendo factis procuratoris, non de non contraueniendo omiſſis per eum.*
16 *Bar. & Bal. fuerunt contrarij in quæſtione, ſi minori datur reſtitutio cum litigat per procuratorem conſtitutum cum iuramento.*
17 *Senatus noſter ſuperegregius diuerſus etiam fuit in hac quæſtione.*
Minor quandoque reſtituitur ad reconueniendum, vbi deciſ. Senatus ibidem.
18 *Milites in Catbalonia in iudicialibus ſunt impuberes, ac pro impuberibus habentur, vſq; ad viginti annos.*
19 *Secus eſt in extraiudicialibus, & ſic in contractibus, in quibus nihil immutatum eſt.*
20 *Iuramentum in impuberibus nihil operatur.*
Reſtitutio in iudicialibus conceditur minori militi in Catbalonia in iudicialibus vſq; ad viginti annos, etiamſi per procuratorem conſtitutum cum iuramento litiget, vbi deciſio. ibidem.
21 *Auctor quid in hoc ſentiat.*
22 *Minores quantum poſſunt debent abſtinere à litigando cum procuratore conſtituto cũ iuramento.*
23 *Milites in Catbalonia vſque ad viginti annos habentur pro impuberibus, nec poſſunt in iudicio ſtare, ex poſt verò ſic, etiam ſine curatore, vbi deciſſ. noſtri Senatus.*
24 *Intelligitur in actionibus realibus, nõ in alijs perſonalibus actionibus, vbi deciſſ. noſtri Senatus.*
25 *Deciſiones quædam Senatus noſtri in hac materia notantur.*
26 *Alia Senatus deciſio notatur etiam in hac materia.*
27 *Iuramentum in extraiudicialibus ſic obligat milites ſicut alios, cũ poſt duodecimũ, & decimum quartum reſpectiuè annum eſt præſtitum.*
28 *Filia, quæ dote cõtenta renũciauit patri, facit partẽ licèt nõ admittatur ad partẽ, cum tractatur de detrahenda, & calculada legitima filiorum.*
29 *Filia, quæ dotem pro legitima habuit, nõ potest dici partem non accepiſſe.*
30 *Filia, quæ dote contenta renunciauit bonis paternis, non habetur pro mortua.*
31 *Filia debet ſuperuiuere patri vt faciat par in computatione legitimæ.*
32 *Filia, quæ renunciauit dote contenta, facit partem licèt non admittatur ad eam, quam reperiatur profeſſa, in monaſterio tamen pace bonorum, ſecus ſi eſſet incapax.*
33 *Pars, & portio filiorum, qui renunciauit hæreditati paternæ, eis accreſcat.*
34 *Filia, quæ renunciauit hæreditati paternæ eſt de neceſſitate inſtituenda, vel exhæredanda.*

35 *Legitima. Ad legitimam filiorum computandam ponitur in cumulo hæreditatis, quod filiæ, quæ renunciarunt, receperunt.*

36 *Legitima regulatur à ſucceſſione ab inteſtato.*

37 *Renunciatio filiæ cum ſit patri, minorem res habet difficultatem circa illud, cui acquiritur portio renunciatis.*

38 *Pars, & portio filiæ renunciantis accreſcit hæreditati ad effectum, vt veniat in fideicommiſſo teſtatoris.*

GLOSSA VNI. PARS II.

Proſequitur eadem materia renunciationum filiarum dote contentarum.

Et ſignanter agitur de renunciationibus minorum.

Et de reſtitutione in integrum eis cõpetenti, tam in iudicialibus, quàm extraiudicialibus.

1 Roſequuti † huc vſque ſumus hanc renunciationis mulierum materiam, nulla facta diſtinctione ſi maiores ſunt quando renunciant, vel ſi minores. Videndum eſt nunc an aliqua diuerſitas ſit in hoc conſideranda. Qua in re breuiter duo caſus conſiderandi ſunt. Primus, quando ſine auctoritate curatoris, & ſine ſolemnibus, ac ſine iuramento filia facit renunciationem. In iſto caſu nulla eſt ſine dubio renunciatio, ac
2 nulla declaranda, quia minor † ſine ſolemnibus alienare non poteſt, & ſi id facit, rem recuperat cũ fructibus, l. ſi prædium, l. non ſolum, C. de præd. minor. Dec. conſ. 403. col. 5. num. 19. Rimin. iun. conſ. 5. num. 41. Stephan. Gratian. deciſ. 234. num. 27. Renuncia-
3 tionem † autem eſſe alienationem, imò donationem, quod plus eſt, pluribus probat noſter Moli. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſtio. 79. num. 1. Atque ita cum ju Senatum delata eſſet quædam renunciatio diſputanda, quam minor fecerat tempore minoris ætatis abſque auctoritate curatoris, ſine iudicis decreto, non interueniente iuramento, nec ratificatione tacitè; vel expreſ-
† ſè per renunciantem poſteà facta, *declarata* fuit nulla referente egregio Senatore Hieronymo Senjuſt 12. Iulij 1601. in cauſa Ioãnis Puig Sancti Fœlicis de Boix, contra Petrum Soler, Actua. Ioſeph. Cortes. Hic caſus quia rariſsimus non meretur quòd ampliùs in eo immoremur. Rariſsimus enim eſt quia ſemper cũ iuramẽto, & renũciationibus beneficiorum minoris ætatis, & reſtitutionis in integrum ſolẽt iſtæ renunciationes fieri, pro vt in fine noſtrę clauſulę habetur, cuius occaſione hanc de filia minore ſuſcepimus tractationem, & aduertunt Paris. in conſ. 26. num. 13. lib. 3. & Carol. Put. in conſ. vni. poſito poſt conſſ. Oddi. ex nu. 48.

4 Veniamus ad † alterum caſum, quando cũ iuramento eſt facta renunciatio, in quo licèt aliqui aliquando dubitauerint num diſpoſitio c. quamuis pactum, de pac. in 6. habeat locum quando ſic vt dictum eſt, à minore eſt facta renunciatio, verùm affirmatiua eſt ſine dubio communis, cum per iuramentum minor repręſentetur maior, vt habetur in auct. ſacramenta puberum, C. ſi aduer. vendi. & quia niſi in minoribus renunciantibus locum etiam haberet ea diſpoſitio, de vento ſeruiret, cum vix fiant renunciationes iſtæ niſi à minoribus, D. da. in d. cap. quamuis pactum 3. par. §. 1. nu. 3. & ibidem etiam Gutier. verb. à filia num. 1. Carol. Pute. qui latè in conſ. vni. poſt conſſ. Oddi. ex nu. 48. vidē. & noſter Moli. de rit. nup. & pac. in mat. conuen. lib. 3. quæſt. 87. num. 1. & 2.

5 Difficultas eſt † quomodo ſubueniatur huic filię minori, an pinguiùs, veluti per reſtitutionem in integrum, aut aliàs, quàm maiori ſi præteudit ſe læſam? Iſtud pendet ab illa quæſtione, num minori qui iurauit, competat nihilominùs reſtitutionis in integrum beneficium ex læſione. De qua re memini me ſcripſiſſe licèt non ex profeſſo, ſed aliud agens in 1. tom. clauſ. 4. gloſ. 18. par. 3. ex num. 31. vbi magis cõmunẽ dixi opinionẽ pro reſtitutione, verũ re nũc maturiùs cõſiderata verio rẽ ſine dubio, & cõmuniorẽ exiſtimo contrariũ quòd minori quãtumuis læſo nõ derur reſtiturionis in integrũ beneficiũ, quia illud auferetur per iuramentũ ex auct. ſacramenta puberũ, C. ſi aduer. vẽd. Mouẽt me ad id plura. Primò aſsidua in negocijs conuerſario, in qua communiter iſtud teneri, & practicari ab omnibus vidi, & ſignanter à doctoribus. Secundò auctoritas Doctorum quos iam in primo tom. in loco cita. in idem adduxi, qui veriorem, & communiorem hanc opinionem dicunt, quibus debes addere Fran. Cald. de Percy. in repetitio. l. ſi curatorem habens, verb. minoribus, num. 2. C. de in integ. reſtitutio. minor. vbi pluribus probant hunc eſſe communem intellectum auct. iam dictæ ſacramenta puberum, Sfor. Oddum de reſtitu. in integr. par. 1. q. 26. ar. 6. num. 2. qui idem dicit non obſcurè, ſed voluiſſem quòd tractatum particularem, quem de hac quæſtione promiſit in eodem loco art. 7. in lucem ediderit, ſinè dubio ſublenaſſet nos labore, qui ſuſcipiendus nunc eſt pro huius quęſtionis

enodatione. Marta vot. 25. nu. 20. vbi hãc vo cat communem opinionem. Tertiò deni- que me mouit videre quod attentius nũc per lustraui, ex Doctoribus quos pro contraria ſententia in 1. tom. adduxi, vix loqui vnum in terminis reſtitutionis, ſed quòd ex lęſione ſit minori ſubueniendum non obſtante iura- mento, quod nec nos nunc negamus, & dice- mus infrà.

6 Maximè cum † in omnibus iſtis contracti bus, qui fiunt per minores cum iuramento, ſo leat ſemper apponi clauſula renunciationis beneficio minoris ætatis, & reſtitutionis in integrum cum eodem iuramento, vt vides in noſtris capitulis, quam renunciationem va lere de iure, & impedire ne reſtitutio peta- tur, probat latè Sfor. Odd. in tract. de reſtitu. in integr. par. 1. tot. quęſt. 26. Carol. de Graſ. in tract. de excep. ad mater. ſtatu. excep. 34.

7 nu. 6. vbi declarat † qualiter debeat eſſe ex- preſſa huiuſmodi renũciatio, nec ſufficiat ge neralis omni legum auxilio, vt comprehen- dat beneficium reſtitutionis, quod etiã pro ſequitur Cald. in cita. l. ſi cura. hab. verb. læ- ſis, ſub num. 1. quicquid in contrarium dicat Fachin. controuer. iur. tom. 2. lib. 12. cap. 15. per tot. cui ſtatim reſpondebimus.

8 Sed quid? † relinquemus minorem qui iu rauit abſque aliquo remedio ſi læſus ſit? mi- minè gentium, non eſt iuſtum quòd ſit dete- rioris conditionis, quàm maiores, relinqui- tur ei ſicut maioribus remedium l. 2. C. de reſcin. vendi. & hoc eſt quod dicunt ferè om- nes Doctores cita. in 1. tom. clauſ. 4. glo. 18. par. 3. ex num. 31. ad probandum per iuramẽ tum non tolli reſtitutionis beneficium, & pro ſequitur latè Cald. à Perey. in verb. læſis, ſub num. 1. & in tracta. de emptio. & vendi. cap. 30. num. 43. & 45. Marta vot. 25. Imò mino- rem lęſionem in minore ſufficere, colliges ex his, quæ in d. n. 31. & ſeq in 1. to. docuimus. Et per hoc erit ſatisfactum Fachineo, qui opi nionem, ne propter renunciationem amittat minor beneficium reſtitutionis ſi adſit enor- miſsima læſio tenet, dum enim minori ſubue niamus hoc, vel alio modo, nihil intereſt.

9 Reperio † quòd olim in Senatu de hoc art. diſputatum fuit Relatore egregio tunc Senato. Michae. Ferrer libri obſeruan. Re- giæ Audientiæ auctore, in famigerata illa cau ſa nobilis Marqueſiæ Salba contra diuerſos † creditores, in qoa, *reſolutione* facta 11. Augu- ſti 1582. in Archiuo Regio, fuit expreſsis verbis dictum. *Inter iuramentum maioris, & iuramentum minoris, eſſe magnam differen tiam, & inter id, quod eſt iurare minorem ſim- pliciter, vel iurare non contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia quacumq; ratione, vel cauſa, nam quamuis* (inquit) *iuramentum ma- ioris excludat maiorem à beneficio reciſionis contractus, attamen iuramentum minoris non excludit minorem niſi à beneficio reſtitutionis in integrum ſibi competente ratione minoris ætatis, quia iuramentum repræſentat ipſum ma iorem tantùm, & non excludit minorem à be- neficio, quod competit maiori, putà reciſionis cõ tractus, in quo fuit deceptus. Niſi* (pergit) *mi- nor expreſsè dixerit in iuramento quòd non contrauenit ratione minoris ætatis, vel alia quacumque ratione, vel cauſa, nam tunc ex pri- mis verbis repræſentatur maior, & ex ſecun- dis excluditur à beneficio maioris, &c.* Magna declaratio, ſed in eo quod eſt excludi mino- rem per iurmentum à beneficio maioris, vix practicabilis vnquam, ſaltem in noſtro Sena ru, quando adeſt læſio ſufficiens, ex doctrina Caldas de Perey. in l. ſi curatorem habens, verbo, lęſis, num. 1. circa fin. in verſ. ſi etiam ob vim iuramenti, vſque ad fin. C. de reſtitu. minor.

10 Sed hęc noſtro † caſui renunciationis cen ſeo non poſſe applicari, nec poſſe fieri diffe- rentiam inter maiorem, & minorem, licèt in alijs caſibus ſoleat communiter fieri, ex eo q minor lęſio, vt diximus, in minore ſufficit. Nec ſi teneremus per iuramentum non tolli beneficium reſtitutionis in integrum, illud in hoc caſu prodeſſe modo aliquo poſſet, ex his, quæ ſuprà diximus. Aut enim fuit con- grue dotata filia, & tunc nihil prodeſt q mi- nor eſſet quãdo renũciauit, vel maior, dũ ſo- lẽnia adſint, vel iuramẽtũ, quod ſupplet. Aut incongruè dotata, & tunc ſic maiori ſicut mi nori ſuccurritur arbitrio Iudicis aduerſus re- nunciationem vt diximus.

11 Dicta huc vſque † procedunt in extra- iudicialibus, dicamus aliqua de iudiciali- bus, quod pulchrum ſit, quodque ad fo renſes controuertias, quas iuuare conten dimus, proſit. Quærimus ergo, nunquid in iu dicialibus iuramentum tollat beneficium r ſtitutionis in integrum, ſicut in extraiudici- libus. Caſus eſt frequens, quotidieq; concu gibilis. Ecce quòd minor non poteſt per ſtare in iudicio, vt notũ eſt, poteſt tamen p procuratorem cum iuramento conſtituto quę eſt praxis ordinaria comparitionis mi rum, Anton. Gab. de minor. concl. 5. nu 17. Seraphin. de priuileg. iura. priuileg. 8; 40. & latiùs priuileg. 133. num. 3. Vincen. Fran. deciſ. 448. & don Garcias Meſtril. ſio. 54. num. 5. in 1. par. & ante eos Pap. deciſ. 35. & 494. vbi Senatus illius

†† iſtud *determinationes*. Quæritur an ſi in curſu cauſę lęditur, veluti omitendo fa probationes ſuo tempore, aut alias, reſt tur in integrum vti minor, an verò ſit d dum iuramentum ſubſtuliſſe iſtud reme

ex quo repreſentat eum maiorem,& facit vt pro maiore reputetur.

12 Quæſtio eſt † ſatis difficilis, quia ex vna parte reperies contra minorem appellari à Doctoribus communem, & receptiſsimam opinionem,vt poſt alios referunt Bec.conſil.59. ſub num.3.Cæſ.Barz.deciſ.107.nu.6.

13 Vincen.de Franch.deciſ.448.quia in † iudicijs quaſi contrahitur,ideò non debent iudicia á contractibus in hoc differre.

14 Et ex alia † parte videbis egregium Senatum Neapolitanum non ſemel pro minore, & reſtitutione in integrum in facti contingentia † *declaraſſe*,provt habes apud Vrſil. ad Afflict.deciſ.114.& Vinceu.de Franch.in d. deciſ.448.

15 Quia iuramenta, † quę præſtant minores in iſtis mandatis,ſolùm ſunt de non veniendo contra facta procuratorum,hic autem nõ venit minor contra factum ſui procuratoris, ſed contra omiſſum,ergo,&c. Ob quod don Garcias Meſtril.qui hos Doctores refert, dixit in d. deciſ. 54. num. 8. ſe nihil pro nunc firmare.

16 Et vt magis † difficilem rem iudices, aduerte quòd duo præcipua iuris luminaria in contrarias iuerunt ſententias, Bart. negatiuam tenet,& defendit contra minorem in l. 3.ff.de minor.& affirmatiuam pro eo Bal. in conſ.305.& in conſ.310. vol.2. & in auctẽ. ſacramenta puberum. Bartolum vltrà ſuprà adductos contra minorem ſequuntur Capel. Tholoſ.deciſ.45. & 49.vbi latè Auſr. Oſaſ. deciſ.158.num.14.Moro.conſ.70.num.2.& 3.Boër.deciſ.92.Guidobon.aduoca.65. nu. 2.& Ioan.Griuel.nouiſsimè deciſ.Dola. 39. num.8.& 9.qui vtuntur pluribus rationibus ad hanc opinionem fundandam. Baldum autem nouiſsimè ſequitur Cæſ.Imbria. in tract.de 1.& 2.benefi.conſidera.2.ex num.15. vbi multas membranas occupat in confirmãdo affirmatiuam,& in reſpondendo contrarijs,qui eſt viden.Andre.etiam Fachinc.idẽ ſequitur,imò in caſu fortiori reſpondet cõtrouer.iur.tom.2.lib.12.cap.15.

17 Quid dicemus? † Si confugimus ad noſtrũ Senatum,ſicut ſolemus, vt videamus quid is inter illas opiniones elegerit, & illud tãquã certum, & firmum ſequamur, magis nos id conturbabit,eam nec ipſe firmus in hoc fuerit cũ diſputari de negocio contigit. Litigabat,me aduocato,Ioannes Antonius Prat Sãcti Fœlicis de Pallarollis contra Annam de la Re, & alios coram egregio Senatore Hieronymo Senjuſt, & diſputabamus num dicto Prat,qui minor erat,deberet concedi reſtitutio in integrum aduerſus negligentiam procuratoris in reconueniendo actorem intra octo dies conſtitutionis, opponebantur nobis duo,vnum quòd ob non oppoſitam dilatoriam non concedebatur reſtitutio,quia minimum in hoc verſabatur præiudicium, cum poſſet reus poſteà agere in alio iudicio,alterum quòd dictus Prat litigabat per procuratorem conſtitutum cum iuramento: ſed *vicimus* † in omnibus. Primum fuit ſublatum ex quo maximum verſabatur minoris intereſſe in hoc potiùs,quàm in alio iudicio agere, cũ actores eſſent difficilis conuentionis, quia erant diuerſorum fororum, per ea quæ iam nos docuimus in 1.tom.clau.3.gloſ.3. num. 59. Et pro ſecundo licèt conſideratum eſſet, & benè,quòd mei clientuli procurator nõ cõparuerat in cauſa niſi tempore quo læſio iam contigerat, quia lapſa erat tempore comparitionis dilatio conceſſa per iura noſtra ad reconueniendum,verùm Senatus,ne dubitaretur ſi id ſufficeret,quia mandatum datum erat multo ante,& ſic ſi procurator non cõparuerat reconuenturus actorem,id negligẽtiæ ſuæ videbatur tribuendum,aduerſus quã non videbatur poſſe minorem propter iuramentum reſtitui,ſicut ſi cõpatuiſſet,& non reconueniſſet,ſi vera eſt opinio quòd iuramẽtum tollit reſtitutionem,ideò addidit Senatus hæc verba, quę illius mentem declarant eſſe quòd per iuramentum minoris non tollatur beneficium. *Et in omni caſu* (inquit) *eſſe dictum beneficium impartiendum, ne dictus Prat ſumptus aliarum litium contra dictam vſufructuariã, & dictos hæredes diuerſi fori, & difficilis conuentionis, &c.* Ad hoc motũ Senatũ vidi ex approbatione Senatus Neapolitani in illis duabus deciſ. Afflict.& ibi Vrſil.& Vincen.de Franch. ſuperiùs allegatis. Lata ſententia 19.Decemb.1613.Actua.Simone Font.

Sed litigauit poſteà in alia Aula coram egregio etiam Senatore Balthaſare Morell, nobilis Eulalia de Sorribes,& de Peguera, cum nobili Bernardo de Peguera patre ſuo, & cum minor eſſet dicta nobilis conſtituit procuratorem cum iuramento, nec voluit per curatorem, qui ſibi daretur ad eam litè litigare,omiſit procurator ſuas facere intra tempus probationes,ob quod oportuit petere reſtitutionem, & poſt diu diſputatum articulum, & viſum exẽplare meum, de quo † ſuprà,Senatus *inclinauit* pro contratia opinione contra minorem,& clarè dixit ſe nolle

18 à communi diſcedere,ſed quia † mulier erat nobilis, ac de genere militarium, & in Cathalonia militares ſunt impuberes, ac pro impuberibus habentur in iudicialibus. (In

19 extraiudicialibus, † & ſic in contractibus, & teſtamentis, nihil eſt immutatum, vt dicunt Cancer. in 1. par. variar. reſolu.cap.7. de tutor. ex num. 8. & egregius olim Senator,

tor Anton. Oliba in §. rursus in 2. relectio. n. 10. qui ex alijs practicis huius prouincię anteceſſoribus aſſerunt, quòd vſaticus de quo infrà, nô procedit neque recipitur in extra-iudicialibus). Sunt (inquam) impuberes, & pro impuberibus habentur vſque ad viginti annos per vſat. tutores, de *tudors y curadors*
20 in vol. conſti. Et in impuberibus † iuramentum nihil prorſus operatur, vt in terminis dicti vſat. dicit Marquil. in eo. colum. 18. circa prin. & gloſ. etiam ordinaria ad dictum vſat. Et probatur iure communi ex l. qui iuraſſe ff. de iur. iur. l. 4. ff. de in lit. iur. cap. 1. 4. q. 3. cap. paruuli, & cap. pueri 22. q. 4. Farina. de teſtib. quæſt. 58. n. 3. ob id concedendam
† fore reſtitutionem *cenſuit*, ſecus futurũ vbi non ab impubere, ſed à pubere foret conſtitutus cum iuramento procurator, vt claris verbis aliàs dixit inter informandum. Facta fuit prouiſio hunc articulum ex motiuis prædictis fundatis in pupillari ętate petẽtis reſtitutionem decidens referente egregio Senato. Balthazare Morell 29. Auguſti 1619. Actuario Payſſa, de qua tamen declaratione vide infrà quid circa eam annotauerim.

21 Quid nos in iſta † varietate dicemus? dum conſidero quot Doctores negatiuam tenẽt, doleo tantos patres non fuiſſe minoris. ſicut ęquum videbatur, miſertos, vix ego crederem quòd ducto negocio in praxim poſsit vnus ex mille ſibi perſuadere quòd debeat & contra minorem, & contra probationes, circa quas ſunt in hac materia ordinariæ cõtentiones, quæ duo ſunt tam fauorabilia vt notum eſt, declarare, neſcio quid ego facerem ſi Iudex eſſem, verũ vbi video tantum Senatum qualis eſt Neapolitanus, hanc opinionem amplexũ fuiſſe, forſan ab ea nõ poſſem recedere, quicquid in contrarium clamet communis.

22 Bonum eſt † aduertere quod Bar. in l. minoribus 25. annis ff. minor, & Don Gracias Meſtril. in cita. deciſ. 54. nu. 8. & alij conſuluerũt noſtris, quodque ego ſemper cum magna atentione ad euitãdum difficultates, & ne meo clientulo præiudicarem obſeruaui, ne permitãt minoribus clienculis ſuis per procuratorem cum iuramento conſtitutum litigare, ſed per curatorem, & tunc ſine dubio erit benè cõſultũ illis aduerſus quaſcunq; omiſſiones, & iniurias eorum qui ipſorum cauſas agunt, quæ ſolẽt eſſe non paucæ.

23 Finiamus hanc † materiam declarando illud, quod ſuprà diximus, perſonas nobiles, & militares in hoc Principatu in iudicialibus pro impuberibus haberi vſq; ad viginti annos, & ex poſt pro maioribus, taliter quòd curatore non indigeant ſicut cæteri in iudicijs, ſed habent legitimam perſonam in eo ſtandi poſt dictam ætatem. Quid eſt hoc? ad quid iſtud priuilegium? vix ego tibi ſcitem referre quamobrem id ſtatutum ſit, ſolùm video quòd vſaticus tutores, de tutor. & curato. in 1. vol. noſtrarum conſtitu. licẽt ſatis obcurè loquatur, ita intellectus, & receptus hucvſq; apud nos fuit, ad quod poſſem exẽplaria mille tibi hic adducere; ſed ſufficient
† hæc. Ita Senatus *dixit* expreſsè 22. Iunij 1532. inter ſpectabilem Artaldum de Alagon Comitem de Saſtago, & nobilem Gaſparem Deſpes, referente egregio olim Senatore N. Piquer, vbi vlteriùs dicitur idem eſſe in Aragonia.

† Ita etiã Senatus *declarauit* 7. Maij 1575. inter Annam Daui, & nobilem Annã de Robles, & de Leon, referẽte egregio olim Senatore N. Paſqual. Hęc habui ex libris concluſionum in Archiuo Regio reconditis. Si cauſam perconteris, vix reperies vnum ex mille, qui aliquid de hoc dicat, excuſor & ego ſi aliquid tibi nouũ de eodẽ nõ adduco.

24 Solùm volo † aduertas vnum, quod eſt pręcisè neceſſariũ ad praxim diſpoſitionis extraordinariæ dicti vſat. Omnes eum intelligunt, quòd in iudicialibus milites habeantur pro impuberibus vſq; ad viginti annos, poſt eos verò habeantur pro maioribus, taliter quòd in eis non detur niſi tutela, non cura, atq; ideò ſi poſt vigeſimum annum litigare habeant, curatore nõ indigeut, ſed per ſe ipſos id facere poſſunt. Iſtud eſt quod declaratione indiget, nõ procedit in omnibus iudicialibus, ſed ſolùm quando agitatur iudicium ſuper actionibus realibus, non ſi ſuper perſonalibus, in quibus ius commune remanet incorrectum. Ratio eſt, quia vſaticus eſt intelligendus ſtrictè in materia de qua loquitur, loqui autẽ clarè in actionibus realib⁹ ex eo colligitur, quia quaſi per totum loquitur de honore, caſtellis, & fortalitijs, & ſic de realibus, & nõ de aliqua quæſtione perſonali, ita Iacob. de Monte Iudai. in gloſ. ad dictum vſat. & ibidem Marquil. qui à Monte Iudai. mutuauit, egregius olim Senator Anto. Oliba in 2. relec. §. rurſus inſti. de actio. nu. 10. qui eſt videndus ad interpretationẽ d. vſat.
†† Sic Senatus de meo tempore bis *intellexit*, primò ad relationẽ egregij Senatoris Hieronymi Aſſor in grauiſſima cauſa Statuum Ducatus de Cardona &c. cum Excellẽtiſsimus Dux, qui nunc eſt, ſucceſsiſſet nouè in eis per mortem Excellentiſsimę Domnæ Ioannæ illius auiæ, & ad continuandum cauſam citatus fuiſſet iuſtãte nobiliſs. Ioſepho Folch de Cardona, tractareturq; de dando illi curatore ad litem, quia minor erat 25. annorum, maior tamen viginti, dixit Senatus prouiſione facta 31. Ianu. 1619. in vim vſat. prædicti, quia

quia quæſtio erat in realibus, dictum Excellentiſsimum Ducem habere legitimã perſonam ſtandi in iudicio, nec eſſe locum aſsignationi curatoris petitæ. Actua. Hieronym. Boſch. Secundò idem dixit referente egregio Senatore Frãciſco Bonet 1. Febr. 1613. inter Reuerendos Adminiſtratores aniuerſariorum Eccleſiæ ciuitatis Gerundæ, & Pet. Pau. de Ribes, & de Terrades, quia quæſtio erat circa capibreuiationẽ quarũdã proprietatuum, & ſic in actione reali, Actua. eodem Boſch. Sis ergo cautus ne decipiaris, quòd in perſonalibus militẽ tractes ſicut quemlibet alium plebeium, & ordinatum hominem.

25 Ex his omnibus † ſic à me diſtinctis, & ſeparatis, & ex hac differentia, quam feci inter iudicialia, & extraiudicialia in perſonis militaribus quoad pupillarem ætatem, miraberis, nec ſine ratione, de duob⁹. Primo quòd in illa ſententia Senatus noſtri, & reſolutione capta 11. Auguſti 1582. in cauſa nobilis Marcheſiæ Salba cõtra ſuos creditores, quã ſuprà proximè adduximus, ad anullandum iuramẽtum per dictam nobilem præſtitũ in quibuſdam contractibus per eam firmaris,
† *meminerit* Senatus huios vſatici tutores diſpoſitionis, his verbis, *quod maximè procedit* (tractabat de infirmitate iuramenti minoris quando adeſt læſio, vel alia deceptio) *in perſonis militaribus Cathaloniæ, quæ vſque ad viginti annos dicuntur regulariter impuberes.* Si enim dictus vſaricus, & illius diſpoſitio procedit tantũ in iudicialibus, & non in extraiudicialibus, nõ video ad quid in ea declaratione fuerint appoſita verba prædicta. Et quod plus eſt, non hac vice tantùm Senatus diſpoſitionem vſatici, negociis extraiudicialibus applicauit etiam. Vidi enim quòd anteà de anno 1567. die 27. Auguſti, inter nob. Ferdinan. de Mexia, & Aymetic, & nobilem etiam Ferdinan. de Mexia, & Cartillo, referente egregio olim Senatore N. Sala, expreſsè *dixit* quòd perſonæ militares
† in principatu Cathaloniæ maiores viginti annorum poſſunt hæreditatẽ, & bona ſua liberè adminiſtrare abſque tutorum, aut curatorum interuentu. Item de anno 1585. inter Frãciſcũ Merles de Malla, & Henricũ Onophriũ Mercader, Relatore egregio tunc Senatore Franciſco Puig, die 26. Feb. applicãdo vſaticum, fuit *dictum* pupillum militem
† maiorem viginti vnius annotum iuxta iuris communis huius patriæ diſpoſitionem ſolutum eſſe à poteſtate tutoris, & curatoris, & ideò poſſe contrahere, licèt ſi læditur, non denegatur ei reſtitutio quemadmodũ alijs.
† Idem etiam fuit *dictum* 21. Ianuarij 1592. inter nobilem Dorotheam, & Ioſeph. Coſta, referente egregio tunc Senatore poſtea Regente In ſupremo Aragon. Concil. Don Monſetrato Guardiola.

Et finaliter etiam in contractibus loquẽdo Senatus die 17. Feb. 1592. inter Eliſabetham, & Marian. de Vilatix, & Galcerãdum Cahorts, & alios, ad relationem egregij itidem tunc Senatoris, & poſteà in ſupremo Aragonũ Concilio Regente Don Ioãne Sabater, *dixit*, in vigeſimo anno in Cathalonia in perſonis militaribus expirare pupillarem ætatẽ. Vide hęc in Archiuo Regio vbi concluſiones ſeruantur.

26 Secundò † mirabetis etiã quòd in illa cõiugum Sorribes cõtra nobilem Bernardum de Pegueta, referẽte egregio Senatore Balthaſare Morell, de qua etiã ſuprà proximè, atticulũ illũ, ſi minori læſo ob probationes intra tempus in iudicio non factas, erat concedenda reſtitutio, nec ne non obſtante iuramento in mãdato procuratoris interpoſito,
† *decideret* Senatus per diſpoſitionẽ vſat. prædicti rurores, dicendo, vt vidimus, quòd mulier quę petebat reſtitutionem erat nobilis, & de genere militari, & ex conſequenti vſq; ad viginti annos, quos adhuc non habebat, impubes, in qua iuramentũ non poterat aliquid operari &c.

27 Iuramentum enim † non erat præſtitum in iudicio, ſed extra illud, & antequam iudiciũ moueretur in poteſtate procuratori conceſſa, & in clauſula promiſſionis de rato habendo, & non cõtraueniendo &c. Quod quidem iuramentum extra iudiciũ per milites præſtitum poſt duodecimũ, & decimum quartũ reſpectiuè annum, ſic eos obligat quemadmodum alios quoſcũq; plebeios, & idem in illis, atq; in iſtis operatur, prout clarè ex noſtris practicis dicit egregius olim Senator Anton. Oliba de actio. in 2. relec. ad §. rurſus num. 9. Vndè videbatur quòd iſta nobilis mulier, tametſi minor, debebat ſubijci eiſdem legibus, quibus alij minores, vt ſi litigent per procuratorem conſtitutum cũ iuramento non gaudeant beneficio minotũ, & quòd non poterat vſatici diſpoſitio huic caſui applicare; Cogita, digna res eſt magna ſpeculatione poſtquam Senatus toties gemi nata auctoritas intercedit.

28 An filiæ † quę non admittuntur ad partẽ, prout iſtę quę renuntiarunt, de quibus loquimur, & ſimiles faciant partem, & computẽtur in numero liberorum, & quomodo id fit intelligendum, reſtat pro finali tractione huius materię renunciationom, examinemus. Qua in re ſcribentes varios conſiderant caſus, veluti quando filia eſt per ſtatutum excluſa, quando legitimè exhæredata, quando ingreſſa fuit monaſterium incapax bonorũ, quando dote contenta renunciauit patri, aut fratri-

fratribus,de quibus omnibus non eſt eordi hic exactè agere, ſed ſolùm de hoc vltimo, quando filia renunciauit patri, qui eſt proprius noſtrorum capitulorum matrimonialium,quique eſt vſufrequentior,reliquos caſus videbis apud Doctores,quos ibi allegabo,quibus conuenit materiam per digreſsionẽ ad omnes caſus,qui accidere poſſunt tractare,quia non erant ſtricti, ſicut nos ad aliquem particularem caſum. Certa eſt in hoc reſolutio quòd illæ filiæ,quę renunciarunt,faciunt quidem partem licèt ad partem non admittantur, ideſt in numero liberorum habentur,vti declarat Ioſeph. Ferrer ad deciſ. Guid.Pap.295.Hanc concluſionem compro

29 babis ea ratione † quia dici non poteſt hęc filia partem non accepiſſe,quę dotem pro legitima habuit, nihil ergo vetare poteſt quin dicamus quòd faciat partem in computatione legitimæ cum de ea computanda tracta-

30 bitur,licèt ad eam non admittatur cum illam iã accepto habuerit. Et per hoc tollitur † ratio contrariæ opinionis,quam adduxi paulò infrà ex eo.Guid.Pap.ſi habetur, vel non habetur filia quæ renunciauit, pro mortua, in ea enim quę ſuam dotem pro legitima accepit, ea conſideratio locum habere non poteſt,vt conſiderat Griuel.in deciſ.34. nu. 61.& Faber etiam in defin.2.quę mox allegabitur, ex traditis per eundẽ Guid. Pap. in d.deciſ.295.& 599. & per dictos addentes ad eam,Anto. Theſau.latè deciſ.159.Capi.deciſ.158.& ibi addi.Petræ in litte. C. & deciſ.211.num.6.vbi etiam optima additio, Pegri.de fideicom.tot.art.38.Anto. Fab. in ſuo Cod.lib.1.tit.3.de Epiſ.& cler.defin.2. & lib.2.tit.3.de pac.defin.28. Boer. deciſ. 104.Hierony.Gab.in conſ.92.vol.2.Gerar. Maynar.deciſ.Tholoſ. 24.lib.4. Aloyſ.Ric. collecta.30.& nouiſsimè Ioan.Griuel.deciſ. Dola.34.qui eſt omninò viden.quia præ alijs multum temporis conſumpſit in reſoluendo omnes caſus,qui circa materiam hanc cõtingere poſſunt.

31 Intellige de † filiabus quę poſt renũciationem ſuperuixerũt patri, nam in premortuis, cum nũquã ſit verum dicere eis debitã fuiſſe legitimã,quę debetur poſt mortẽ parentum, non ante,iuxta l.cũ quęritur C.de inoffi. teſtam.non poteſt cadere quæſtio, cum certum ſit quòd nec faciunt partem, nec facere vnquam ſperantur,nec per ſe,nec per alium, vt pulchrè annotauit Griuel. in citat. deciſio. 34.num.49.

32 Hęc ſunt vera † licèt filia, quę renunciauit,reperiatur religioſa profeſſa tẽpore mortis patris,dum ſit in monaſterio capace bonorum:hæc enim facit partem licèt ad eam nõ admitatur,ſicuti ſi in ſeculo remanſiſſet, quia portio nõ deficit omninò,cũ ad eã poſsit admiti religioſa,ſi nõ per ſe,per monaſteriũ, q̃ ſuccedit illi⁹ loco,q̃ ſufficit,Boer.deciſ.104. n.5.& Guiller.Benedi.in repetitio.c.raynu. verbo,in eodem teſtamento relinquens 1.n. 122.Griuel.deciſ.Dolana 34.nu. 55. vbi ita

† *deciſum* aſſerit, ſecus eſt ſi monaſterium eſſet omninò incapax,proue ſunt monaſteria Capuchinorũ,& Minorũ ſancti Frãciſci,ex Sacro Cõcil. Trid.ſeſs.25.can.3.tũc quia portio religioſi deficeret omninò, non faceret partẽ, Griuel.vbi ſuprà.

33 Sed quomodò ſit † facienda iſta computatio,& ſeu quid ſit faciendum de portione renunciantium,an illa accreſcat hæredi, vel hæreditati, aut alijs filijs ad augendum, vel diminuendum illorum portiones, maior vertatur difficultas.In qua Guidoni Papæ in cita. deciſ. 295. placuit quòd iſta portio accreſcat reliquis filijs,taliter quòd per dictam renunciationem illorum portiones fiant ma-

34 iores.Rationem, † ſub breuibus dicit eſſe, quia per iſtam renunciationem iuratam filia ſe excluſit ab omni ſucceſsione paterna,cum pater non teneatur eam inſtituere,nec exhęredare,ac proindè debet haberi pro mortua, atqui mortua ſi eſſet,non faceret partem,nec in numero liberorum computaretur,vt notũ

35 eſt,ergo &c.Verùm † *obtinuit* in eo Senatu,

† cuius deciſiones ſcribit Guid.Pap. contraria opinio,quæ fuit Petri Iacobi Doctoris antiqui ab eo relati,quòd imò acquiratur hæredi teſtatoris, qui ſucceſsit ſoluenti cui defuncto ſemper proſpicere cẽſetur in dubio, l.ſi pactum,de probatio.abſq;eo quòd aliud indè emolumentũ reliqui filij capiant,quàm quod in calculo legitimæ eis ſoluendę, & in cumulo hæreditatis antequam calculus fiat, ponatur quod filia,quæ renunciauit, accepit, ita declarãt ex ſuprà citatis Doctoribus, qui benè rem hãc perceperunt,& materiam exactè intellexerunt,& ſignanter Maynar. in cita.deciſ.24.lib.4.& Griuel. prẽter deciſ. ſuprà allegatam,in deciſ.98.ex num.8.

36 Qui vltimus † dicti rationem aſſerit eſſe, quia cum à ſucceſsione abinteſtato ſoleat regulari legitima, conſequens eſt ſanè, vt in maſſam bonorum conferantur iſtę dotes ad computandam legitimam, ſicuti conferrentur ſi ageretur de ſucceſsione ab inteſtato diuidenda. Aliàs ſequeretur iſtud abſurdum quòd legitimæ filiorum eſſent inæquales, nã illæ,quæ dotem non receperunt, haberent tantũ, ponamus)decimã quartam, vel aliam quotã bonorũ,dẽptis dotibus, aliæ verò, & dotẽ per ſe,& decimam quartam partẽ cęterorum bonorum per hæredem,cuius commodo renunciaſſent bonis, & hæreditati paternę,conſequerentur,ſicque ex eodem patrimo

nio

nio duas legitimas habetent, vnam per ſe do rem accipiendo, quæ eſt loco legitimæ, alteram verò per hæredem, in cuius commodũ, vt diximus, mediante dote renuntiarunt hereditati. Hæc Griuel. quẽ cum Maynar. vide, quia iſti abſternunt nebulas, quas videbis in oculis, & mentibus non paucorum ex his,

†† qui hanc materiam tractãt, atque ita *deciſũ* in ſuis Senatibus iſti duo Doctores tefetũt,

† Ita etiam aliàs fuiſſe, *deciſum* in alio Senatu, Auctor eſt Borgni. Caual. deciſ. 8. par. 3.

† Et in *alio* Ioan. Papon arreſt. lib. 20. tit. 7. arreſ. 10. in tecentioribus impreſſionibus.

† Ac denique *in Neapolitano* Capi. deciſ. 158. vbi poſtquam in facto ſuppoſuit quòd pater in vita nuptui tradiderat tres filias cum dote trium millium pro qualibet, tandem n. 7. dicit fuiſſe deciſum à Senatu Neapoli. quòd legitima, de qua controuertebatur, erat decima ſexta pars bonorũ patris, in cuius hæreditaris computatione habeatur ratio de dotibus datis tribus ſororibus. Quam deci-

† ſionem laudat, & aliàs *ſequutũ* fuiſſe eundẽ Senatum Neapolitanũ in alijs facti contingentijs, tradit Vincen. de Fran. deciſ. 549. per tot.

37 Et hęc quidem † in terminis renũciationum, quæ fiunt in Catalonia ex eius conſuetudine, & obſeruantia, minorem, imò nullã quidem habent difficultatem, cum illæ fiant parentibus, & in illorũ fauorem, quod quãdo contingit, iam ijdem Doctores docent quàm certa tes ſit in illorum, & ſuorũ hæredum fauorem.

38 Si tibi † magis placet dicere quòd portiones renunciantium accreſcant hæreditati potiùs quàm hæredi, provt aliqui volũt, nihil intereſt, dum id intelligas ad effectum vt veniant bona prædicta in fideicommiſſo à patre relicto, non vt veniant in beneficium aliorũ filiorum, provt declarat Anton. Fab. de error. pragma. decade. 12. error. 8. 9. & 10. & annotauit Ferrer. ad Guid. Pap. in fine additio. ad deciſ. 295. & idem etiam Fab. de pac. defin. 28. in ſchol. num. 3. lib. 3. ſui Codi. Voluiſſem quòd Senatus noſter perſpicax aliquando rem hanc tractaſſet, vt indè videremus quid ei placuiſſet, id enim fuiſſet quod certò erat tenendum, ſed non potui reperire cum magna diligentia. Dum tamen hæc ſcribo, diſputamus de hoc articulo ad relationem egregij Senatoris Hieronymi Aitor in aula magnifici Regẽtis Cãcellariã inter Nobiles Don Iacobũ, & Don Franciſcum Caſſadors fratres, Actua. Boſch, in qua cauſa ego qui partes dicti Don Iacobi ago, defendo pũctualiter quod ſuprà ſcripſi, & puto me ſine difficultate obtenturum.

† *Declarata* fuit hęc cauſa 8. Appril. 1622. vbi fuit approbatus hic computandi modus, & approbata iſta doctrina in omnibus, & per omnia, ſecundum quod fuerat antea inter eaſdem partes in Curia Regentis vicariam Barcinonæ declatatum. De eodem negocio agitur corã egregio Senatore Ioſep. Roca, intet egregiũ Senatorẽ nũc Regẽtẽ Cãcellariam Michael. Sala, & N. Xãmar Actua. Seruat. Quẽ exitũ res iterũ habebit, aliquando videbis; nã hæc cauſa nõ poteſt diu detineri quin declaretur. Et cum his finio tractatũ materię renuntiationis, quia exiſtimo me tractaſſe quæ magis frequenter in foro circa eam materiam ventillantur. Reliqua petantur à Doctoribus in toto diſcurſu allegatis, qui vlteriùs totam hanc materiã pertractãt.

CLAVSVLA X.

Item eſt cõuentum, & in pactum deductum &c. quòd filij, aut filiæ ex hoc matrimonio procreandi habeãt eſſe hæredes bonorum noſtrorum, & cuiuſlibet noſtrum &c.

SVMMARIA.

1 *Hæreditamentorum materia quare tractata fuit in 1. tom.*

2 *Hæreditamentorum materia recepta multùm anteà fuit.*

3 *Hæreditamẽtorum materia magnam poſt impreſſum primum huius laboris tomum, recepit diminutionem.*

4 *Hæreditamenta in Catbalonia magnã cauſarunt ſtragem, & ruinam.*

5 *Hæreditamenta minuunt notabiliter obſequiũ à filijs parentibus debitum.*

6 *Filios ſub timore exhæredationis in officio, debitaq; parẽtibus pietate eõtineri, reipublicæ intereſt.*

7 *Hæreditamẽta non habent iam nunc Senatus, & Senatorum erga ſe propenſum animum ſicut anteà.*

8 *Auctor non fuit vnquàm benè affectus iſtis hæreditamentis.*

9 *Hæreditamenta, quæ anteà viſa fuerunt valida, nunc talia non iudicatur ex omni parte.*

10 *Hæreditamentorum cauſæ plures detinentur ſuppreſſæ in Senatu ſine declaratione, & quare.*

Hære-

11 Hæreditamenta alia ſunt ſimplicia, pura, neceſſaria, & præciſa, alia verò reſpectum habẽtia ad alia matrimonia, & cõditionalia vidẽtur, vbi ponuntur exempla.

12 Hæreditamenta pura, & ſimplicia nullã habentia conditionem, nullumque reſpectum, nullam mutationem, aut alterationem receperunt hucuſque.

13 Hæreditamenta, quæ videntur conditionalia, ac reſpectiua ad aliud matrimonium antè dicebantur valida, & pro eis iudicabatur nullo alio de cõditione, aut reſpectu probato.

14 Hæreditamenta cum clauſula declaratiua, hoc eſt filij pro filijs &c. olim declarabãtur valida in Senatu, ac ſi pura, & præciſa forent.

15 Hæreditameta dicentia reſpectũ ad aliud matrimonium, & filios illius, non declarantur nitè aliquem effectum poſſe operari niſi verificatis conantionibus, vbi deciſ. Senatus.

16 Hæreditamẽta cũ clauſula in fine poſita, hoc eſt filij pro filijs &c. quomodo nunc tractẽtur.

17 Hæreditamenta prælatiua quæ declarata fuerint in Senatu.

18 Hæreditamentum prælatiuum quid operetur ſecundum vnam opinionem.

19 Et quid ſecundum aliam opinionem.

20 Statutũ præferens agnatos fœminis, duo habet capita, vnum incluſiuũ maſculorum, & aliud excluſiuum fœminarum.

21 Auctoris opinio circa iſta, quæ dicuntur prælatiua hæreditamenta.

22 Mens contrahentium in hæreditamentis ſolũ videtur eſſe prouidere ne parentes præter miſſis filijs primi matrimonij, ſecundos hæreditẽt ſi eos habẽt.

23 Parentes propter nouercarũ delinimenta quãdoque filios lædunt & decipiunt.

24 Pater in vim promiſſionis, quòd in concurſu filiorũ primi, & ſecũdi matrimonij, primos præferet, non tenetur eis bona reliquere.

25 Pater ſemper filij præſumitur relictur bona.

26 Poſita ad excludendum, non poſſunt prætendere incluſionem.

27 Caſanate cõmendatur in certis articulis, quos benè tractauit.

28 Argumentum à principali intentione contrahentium, eſt validiſſimum.

29 Filij quibus eſt promiſſa prælatio, non renouant aſsenſa à patre, nec aufferunt facultatem diſponendi.

30 Statuta, quòd extantibus maſculis, fœminæ nõ ſuccedant, vel quòd maſculi prius ſuccedãt &c. non tribuunt maſculis præciſam vocationem, & incluſionem.

31 Parentes in hæreditamentis prælatiuis, ſolùm filios primi matrimonij præferunt ſecundis, & non alijs, & quid indè ſequatur.

32 Filij primi matrimonij ſemper in iure habent maiorem fauorem, quàm filij ſecundi.

33 Hæreditamenta conditionalia, & reſpectum ad alia matrimonia habẽtia, in quibus principalis intentio erat excludendi, non includendi, nunquam per auctorem fuerunt habita pro legitimis hæreditamentis.

34 Verbũ ſuccedat, & ſimilia, an importent præciſam vocationem, an reſeruationem ſolius ſucceſſionis abinteſtato.

35 Caſanate curauit ſatisfacere bis quæ ego circa per eũ tradita in conſ. 45. & alijs, ſcripſeram.

36 Mendus à Mota de Valladares Iurisconſultus Luſitanus conſumatiſſimus laudatur. Antonius Home Iurisconſultus Luſitanus laudatur. ibidem.

37 Verbum, ſuccedat, quòd importaret ſolùm reſeruationem legalem, non potuit obtineri in certa facti cõtingentia magni momenti. vbi de hoc agebatur.

38 Caſanate laudatur.

39 Caſus perpulcher in materia hæreditamẽtorũ in Senatu ter deciſus. Et ibi prima deciſio.

40 Filio vocato ex certa vxore, non intelligitur vocatus filius qui poſtèa ex alia naſcitur quamuis ex prima nullus adſit.

41 Extentio non fit ad ſecundam vxorem, nec ad filios eius, cum eſt facta mentio de prima vxore, & filijs eius.

42 Filij ſecundi matrimonij non cenſentur vocati cum verbis reſtrictiuis & limitatiuis de filijs alterius matrimonij eſt facta mentio.

43 Deciſio ſecunda Senatus circa hæreditamentũ, de quo num. 39. contraria primæ.

44 Proœmium denotat mentem diſponentis.

45 Parentum amor æqualis eſt erga filios primi, atque ſecundi matrimonij.

46 Efectus conſideratus, non intereſt hoc vel alio modo conſequatur.

47 Conditio non intereſt hoc vel illo modo adimpleatur.

48 Demonſtrationis potiùs, quàm reſtrictionis gratia verba cẽſentur appoſita regulariter.

49 Donator qui meminit filiorum primi matrimonij, nõ ex eo fecit, quia alios, ſi illi nõ exiſterent, noluit comprehendere, ſed quia de ſecũdo matrimonio tunc non cogitabat.

50 Deciſio tertia Senatus in caſu hæreditamenti, de quo ſuprà num. 39.

51 Doctores recenſentur, qui exactiùs quàm alij materiam hanc tractant.

52 Expreſſum iudicari debet omne id quod veriſimile eſt, quòd fuiſſet expreſſum, ſi de eo cogitatum foret.

53 Executiones quæ fiunt contra bona parentum non poſſunt impediri per filios ſub prætextu hæreditamentorũ in vita ipſorum parentũ.

54 Hæreditamenta requirentia altiorem indaginem nõ impediũt executiones, quæ fiunt in bonis parentum.

Exce-

55 *Exceptiones, quæ requirũt altiorem indaginẽ, non admittuntur in iudicijs ſummarijs, & executiuis.*

56 *Exceptio fideicommiſſi non dum clari non impedit executionem.*

57 *Deciſio Senatus perpulchra, qua exceptio hæreditamẽti fuit repulſa quia requirebat altiorem indaginem.*

58 *Nepotes veniunt in vim hæreditamentorum factorum in fauorẽ filiorum, cum iſti viuis parentibus decedunt.*

GLOSSA VNICA.

De hæreditamentis, quæ fiunt in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorum naſciturorum.

1 HIC erat proprius † locus tractationis materię hęreditamẽtorum, quę fieri ſolent in capitulis matrimonialibus in fauorem filiorũ naſciturorum, quia poſt clauſulam renũciationis, quæ præcedit, ſolet hæc ſubſequi. Quam tractationẽ anticipauimus in 1. tom. quia neſciebamus ſi tãtum nobis Deus vitæ ſpacium largiri dignaretur, vt ad hunc ſecundum peruenire poſſemus. Et quia materia erat apprimè neceſſaria, nolui eam in contingentia ponere, ſi tractaretur, aut omitteretur. Neceſſe ergò eſt, ne hęc clauſula ſua dote fraudetur, quòd iterùm hic eandem hęreditamentorum materiam reaſſumamus, & iterũ de ea agamus paululùm, eſt enim materia, in qua vix deſidiet vnquam, quid dicatur.

2 Et quia † ſemper ſolent benè recipi quæ bonum nuncium adferunt, ego deſiderabam quòd in hoc decennio decurſo à die impreſſionis primi tomi, aliquam mutationem, ſeu alleratione, vel ſaltem aliquam certiorem reſolutionem, quàm eſſet anteà, materia hæc recepiſſet vel contra hæreditamenta ipſa (quod maluiſſem ad vitandum tot damna, & incommoda, quę ipſa hucvſq; cauſarunt) vel pro ipſis, vt in poſterũ eſſet ſub certo quid ſequi deberemus. Nõ enim dubito, quin tãta varietas, quæ colligitur ex tot exemplaribus, quæ in hac materia in d. 1. tom. retuli, ancipitem multo reliquerit quemlibet iuris ſtudioſum, qui ea legerit, & tanta propenſio Senatus, qualis deprehenditur ex eiſdẽ exẽplaribus, ad declarandum indiſcriminatim pro validitate quorumcunq; hęreditamentorũ, & pro nullitate alienationũ interim ſactarum, timidos reddiderit homines, & retardauerit ab ordinario commercio eorum emendi & vendendi inuicem, ſicut anteà faciebant, ne tam notorio periculo amittendi rem, & pretium, ſicut infinitis contigit, de quibus in 1. tom. ſe ex ponerent. Et quamuis voti compos circa omnia effici nõ potuerim; verùm circa ea hæreditamenta, quæ maiorẽ dubietatem habebant, quęq; magis nos conturbabant, quæ ſunt illa, quæ conditionalia videtur, & reſpectiua, ſiue prælatiua, aliqua mutatio ſucceſſit, qua res clarior fuit effecta,

3 & certior, vt infrà videbis. Hoc vnũ † interim pro bono nuncio adducens, quòd magnam ab eo die, quo dictum primum tomum ſcripſi, hæreditamenta receperunt diminutionem, multumq; in cordibus hominũ perdiderũt ex illa magna auctoritate, & opinio-

4 ne, quam tunc habebant. Cõſiderata † fuit magna ruina, & ingens ſtrages, quã in Principatu cauſauerunt, & cauſabant in dies hęreditamenta, quia vix erat vnus emptor, qui ab eis ſe liberaret, infiniti erant, qui illorũ prætextu rem, & pretium amiſerant, talitet quòd exceſsiuum numerum efficiebant alienationes, quæ ex diuerſis Regiæ Audientiæ ſententijs anullatę fuere ſub prætextu horũ

5 hæreditamentorum. Viſum eſt † quòd hæc hæreditamẽta, vt aliàs dicebat Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 6. tit. 20. de fideicom. defin. 1. in allega. 15. & Pereg. in conſ. 52. n. 11. lib. 1. minuebant ſine dubio, & minuũt notabiliter obſequium parentibus per liberos debitum, cùm iam non poſsint poſteà benè merentes bonis afficere, & malè merentes exhæredare, quod eſt cõtra bonum publicũ

6 Vt enim † ex eodem Fab. deca. 26. erro. 4. refert Ioan. Griuel. Sequa. in nouiſsimis deciſ. Senatus Dolani deciſ. 125. n. 89. intereſt reipublicæ iuſtæ ſaltem exhęredationis metu (ſi non amore potiùs) liberos in officio, debitaq; parentibus pietate contineri.

7 Obid factum † arbitror, vt iam nunc difficiliores multò, & acriores reperiamus Iudices erga ipſa hæreditamenta, talitet quòd nemo non cognoſcat eorum animũ propenſum ad declarandum contra ea, ſi poſſent. Et quando non ſunt clara, & manifeſta, ſed habent aliquam dubietatem, facilime ineli-

8 nant cõtra illa. Adiuuant periti Aduocati, & timorati multo ſtudio contra hæreditamẽta tantam cladem cauſantia pugnare nõ ceſſantes. De me, † qui ſum omniũ minimus, non habeo quid dicã, videatur primus tomus, vbi de hac materia egi, & indè iudicabunt qualitet eis affectus fuerim. Inprimis ea introducta in Prouincia ex prãua cuiuſdam l. & gloſ. interpretatione, & intelligentia, vt valerent de bonis præſentibus poſtquam de futuris ex deffectu neceſſariæ reſeruationis non poterãt, dixi, & probaui. Iudica qualem

apud

apud me progreſſum,& exitum habere poterãt quę tam malo arbitrabar initiata fuiſſe principio. Quo ad alia, quæ reſpectum ad alia matrimonia videbantur habere,& conditionalia eſſe,meã ſæpiùs apetui ſententiã inclinando contra ea niſi implerentur condiciones,vt ibi vides. Cæterùm cum viderem Senatum pro alia parte,indiſcriminatim ſcilicet declarantem pro hæreditamentis,retuli fideliter quod tunc videram,aliorum cenſuræ relinquens iudicium,nolens fieri ſingularis, nunquam tamen receptis de hæreditamentis opinionibus acquieſcens.

9 Nunc iſtud † innouatum reperitur, quòd non declaratur ita ſæpè pro hæreditamentis ſicut anteà, nec pro reuocatione alienationum,provt lolebat fieri. Quæ anteà hæreditamenta valida, ſufficientiaq; ad anullandũ alienationes pluriés viſa fuerant, nunc inania, & nullius prorsùs efficatiæ iudicantur, vt infrà videbis. Et finaliter eò res deuenit, vt regulariter non benè recipiãtur aduocati ab egregijs Senatoribus dum veniunt cum iſtis hæreditamentis,maximè pro anullãdis alienationibus per parentes ex poſt factis.

10 In aula † ſignanter admodum Reuerẽdi Cãcellarij ſcimus plures hæreditamentorum cauſas, tam primæ, quàm ſecundę inſtantiæ ex alia aula,detineri ſuppreſſas de indultria ſine declaratione, expectando quod inter egregios Senatores de communi voto capiatur certa,qualis capi debet, ſuper eis reſolutio,á qua vlteriùs non recedatur,interim ſatius ducunt nullam cauſam declarare, licèt inſtent partes, & clament eorum aduocati, videtur enim clariſsimis Senatoribus adhuc res indigeſta, dignaque vltetiori examine propter ingentia damna, quæ ea hæreditamenta,& declarationes pro eis factę in prouincia cauſarunt,& in dies cauſant. Sic quietiùs viuere homines poſſunt, nec teneri illo continuo timore debent,quo anteá,ſi reuocabuntur alienationes ſub alicuius hæreditamenti prætextu confiſi quòd negocium examinabitur multùm exactè,& maturè antequam reſolutio capiatur pro hæreditamẽtis, & reuocatione factarum alienationum. Dicamus aliqua, quibus hæc declaremus, quia exiſtimo per ea futurum, vt hæc materia alias multùm diſperſa in noſtra Cathalonia,& intricata,ſuper quaque diuerſa fuerũt ſequuta iudicia,perfectè enucleata manebit, per quæq; videbis,quale ego de iſtis hæredi tamentis poſt multas diligentias, & vigilias feci iudicium,quidq; obſeruandum,& tenẽdum ego cenſeam indubitanter.

11 Hęreditamenta omnia, † quę frequentãtur in Cathalonia,in duas ſpecies reſoluuntur. Alia enim ſunt præciſa,& neceſſaria,ſine pura nullam habentia conditionem,nullum dicentia reſpectum ad aliud matrimonium, & ſeu ad filios alterius matrimonij, veluti quando dicitur ſimpliciter, *quòd filij ex hoc matrimonio procreandi ſint, & eſſe habeant hæredes, & ſimilia.* Alia verò ſunt, quæ conditionalia videntur eſſe, reſpectumq; habere ad filios alterius matrimonij. Idq; duobus contingit modis,vel quãdo clarè ita dicitur, & expreſsè, veluti *quòd in concurſu filiorum huius, & alterius matrimonij, ſint hæredes qui procedent ex iſto, vel quòd præferantur filij iſtius matrimonij filijs alterius cuiuſq; matrimonij*, & ſimilia. Vel quandò, licèt non ſit dictum expreſsè, colligitur tamen, & colligi videtur ex vi verborum, quibus vſi fuerunt contrahentes,qualia ſunt illa, *fills per fills, y filles per filles, filij pro filijs, & filiæ pro filiabus &c.* Et hoc etiam duobus cõtingere vidi modis, Primò, ponẽdo in hæreditamento, & in ſubſtantia illius,& in corpore ipſius hæreditamenti verba prædicta, veluti dicendo *quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus, filij qui procedent ex iſto matrimonio ſint hæredes.* Secundò, ponendo ea non in ſubſtãtia hæreditamẽti, ſed quaſi in executione poſt hæreditamentũ, quod aliás ſine eis foret purum, & pręciſum,ac abſolutum,veluti dicendo, *quòd filij ex hoc matrimonio proceſſuri ſint hæredes*, & adiungendo poſtea verba ſequentia, *hoc eſt filij pro filijs, & filiæ pro filiabꝰ, ço es fills per fills, y filles per filles.*

12 Circa primã † hęreditamentorũ ſpeciem, quæ ſunt ſine aliqua eõditione, & reſpectu, nihil video immutatum, nunquam receſſit Senatus á reſolutione ſemel capta, ſemper fauore matrimonij, & vt actus potiùs valeat quàm pereat, & propter iuramentum quod ſolet ſemper in eis apponi, declarauit valida de bonis præſẽtibus, & reuocauit alienationes poſteà factas,ad inſtantiam filiorum, niſi ſit appoſita aliqua dicto vniuerſalis, veluti dicẽdo, *quòd ſint hæredes vniuerſales*, quę clarè comprehendat bona tam præſentia, quàm futura,tunc inualida iudicãtur eo modo quo dixi & explicui in 1. tom. clau. 4. gloſ. 9. par. 4. in materia hęreditamentorũ.

13 Circa ſecundã † eorundẽ hęreditamentorum ſpeciem, quæ tacitè,vel expreſsè videntur habere reſpectum ad alia matrimonia, quę eſt multùm in Principatu frequens, (ignorantia fortan notariorum) quæq; magis conturbauit prouinciã, diuerſimode nunc video rem capi, quàm anteà. Ego enim retuli in d. 1. tom. in cita. loco infinita exẽplaria, in quibus idem de iſtis hęreditamentis, †† quod de primis fuit *iudicatũ* in fauorẽ liberorum ac ſi fuiſſent pręciſa,& ſimplicia,patiterq; ex his ſicut ex illis,nihil verificato circa reſ-

ca reſpectũ,& cõditionẽ filiorũ ſecundi matrimonij, aduidicata fuiſſe bona filijs,& renocatas alienationes. Et nũc venit alia ſimilis declaratio in mentẽ facta Relatore egregio olim Senatore,poſtea Regẽte Regiã Canc. Hierony. Torner, inter Catherinã Prats, & Anticum Caldero ſub die 1. Iunij 1605. vbi nullo alio probato,ſed ſimpliciter in ſe ſumptũ hæreditamẽtũ fuit *declaratũ* † validũ, ac præciſam,& neceſſariã vocationẽ, ſicut aliud quodcunq; importare, quod erat hac forma conceptũ. *Que fills per fills, y fillas per fillas hajan de eſſer hereus de tots, y ſinglas bens noſtres, y de quiſeu de noſaltres, preferint los del pñt matrimoni als altres de altre matrimoni ſi ſe eſdeuindra tenir ne.* Hoc eſt, *quòd filij profilijs,& filiæ profiliabus preſentis matrimonij habeant eſſe hæredes omnũ,& ſingulorũ bonorũ noſtrorũ,& cuiuslibet noſtrũ, præferendo filios huius matrimonij alijs quibuscunq; alterius matrimonij, ſi eos contigerit habere*, & in conſequẽtiã anullatæ fuerunt alienationes parẽtes ex poſt factæ, ad inſtantiã filiorũ. Et
14 ſimiliter † adduxi ibidẽ alia exẽplaria Senatus facta in illa alia ſpecie hęreditamentorũ, quibus poſt hęreditamentũ,quod aliás ex ſe foret purũ,præciſum,& perfectũ, adijciũtur illa verba, *ço es fills per fills, y filles per filles, hoc eſt filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, in † quibus idẽ *iudicatum fuit*,ꝙ in alijs præciſis, de quib⁹ in principio loquut⁹ fum,inquib⁹q; dixi nihil immutatũ,provt ſignãter habes in vna Sebaltiani Fontfreda cõtra Frãciſcũ Molleras,& alios,de qua in cita.clau.4.glo.9.p. 4.n.128. Vbi fuit dictũ,*illa verba ſequentia poſt hæreditamẽtũ ex ſe perfectũ, ço es fills per fills, y filles per filles, nihil detrahere validitati,& effectui perfecti,& puri hæreditamenti præcedentis, ſed interpretanda eſſe in bonum ſenſum, quòd primò ſuccedant maſculi, poſtea ſeu in defectũ, fœminæ ex primo matrimonio*, vt ibi vidiſti.Quæ interpretatio licẽt noua tũc viſa fuerit nonnullis ex noſtris licẽtioſiùs forſan de ea loquẽtibus,q̃ deceret,ego tñ repeti quòd eadem interpretatio fuit antiquitùs verbis prædictis tributa à noſtris maioribus: In quadã enim cauſa inter Clemẽtẽ Amat, & Anticum Oruga vertẽti de anno 1585.in Senatu, corã Palqual, ſuper hæreditamento eiſdem verbis concepto, ſicut erat illud dicti Fontfreda,ſcilicet *quòd filij, vel filiæ ex hoc matrimonio procreandi ſint hæredes, hoc eſt ſicut dici ſolet, filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, concluſione ſequuta die 14. Iunij † fuit idẽ prorsùs *declaratũ*, quod in illa dicti Fontfreda,*quòd hæreditamentum nullo alio probato erat validũ,& bona fuerũt adiudicata filiæ,quæ remanſerat ex primo matrimonio excluſo filio maſculo ex ſecũdo*, & etiam fuit expreſsè dictũ ſicut in illa, *quòd verba prædicta non habebant alium ſenſum, quàm quòd priùs ſuccederent filij maſculi ex eo matrimonio,& in defectũ, fœminæ, ex quo (inquit) nõ fuit cogitatũ de ſecundo matrimonio, nec de filijs illius,& illa verba, fills per fills &c. referuntur ad filios,& filias primi matrimonij caſu quo fuiſſent plures, non ad alios.*

15 Hæc obſeruabãtur † antea. Sed hæc ætas alios mores poſtulat, aut ſaltẽ,meo iudicio, poſtulare debet. Iam diſtinguuntur, aut certè diſtingui debent,ſecũdũ quod obſeruari nũc videmus, hæreditamẽta reſpectiua,& cõditionalia,etiam illa in quibus ea reſpectiuitas tacitè ex vi verborum infertur,à puris,& præciſis,& hæreditamenta non declarantur niſi in concurſu filiorum ſecũdi matrimonij, ad quos dicunt reſpectum, & adimplera ea conditione exiſtentiæ filiorum ex ſecundo matrimonio:& adhuc non qualitacunq;hæreditamenta declarantur,ſed prælatiua tantũ. Accipe ad id exẽplaria ſequentia. De anno 1620. diſputarũ fuit in Senatu in aula magnifici Regentis Cancellariam coram egregio Senatore Hieronymo Aſtor de huiuſmodi hæreditamento, *que fills per fills, y filles perfilles del preſent matrimoni bajen de eſſer hereus dels bens dedit N. y ſer preferits als fills, o filles de altre matrimoni per dit N. forſan fabedor*,hoc eſt *quòd filij pro filijs, & filiæ pro filiabus preſentis matrimonij habeãt eſſe hæredes bonorũ dicti N. & præferri filijs, aut filiabus alterius matrimonij ptr dictum* † *N. forſan contrahendi*, & *declaratum* fuit cõtra illud,& impoſitum ſilentium parti, quæ in vim illius volebat vindicare quędam bona per parentes alienata,*ex eo* (& ſunt motiua ſententiæ)*quia ex dictis verbis non reſultat hæreditamentum purum, ſed tantùm diſpoſitio cõditionalis,& reſpectiua ad filios alterius matrimonij, vt ita demum præferantur filij iſtius matrimonij concurrentibus filijs ſecundi matrimonij, quibus non extantibus eum non conſtet dictum eorũ fratrem ſecundas cõtraxiſſe nuptias, non poſſunt dicti agẽtes donationẽ,& hæreditamẽtũ prætẽdere,& eõſequẽter eõſtat potuiſſe patrẽ liberè de bonis ſuis diſponere pacto, & eõuẽtione prædicta nõ obſtãte.* Fuit facta hæc declaratio 21. Mar. Parres erãt Maria,& Margareta Maſferrer ſorores, & N. Alemany,& alij, Actn. Ant. Thio. Ecce qualiter reditũ eſt ad antiquum modũ iudicãdi de iſtis hęreditamẽtis in Senatu,ſecũdũ alia exẽplaria,quę ego lã retulerã in 1.to.in cita.lo.d illo ſcilicet tẽpore,quo reſpectiua, & cõditionalia hæc hęreditamẽta iudicabãtur. Et ecce qualiret in hoc capire in eadẽ aula,& forſan eodẽ Relatore referente,in alijs exẽplatib⁹ in 1.to.à me relatis,diuerſimodè

16 fuit res hæc intellecta. Bona eſt iſta † declaratio ad probãdũ intẽtũ, q̃ proſequitur, ſed nõ demõſtrat ſatis reformationẽ hęreditamẽtorũ, q̃ ꝓmiſim⁹, & deſideram⁹. Accedat igitur aliqua alia declaratio, quæ magis id probet. Ea erit imprimis, q̃ retuli in 1.to. in additio. n. 19. in illa cauſa q̃ ibi refero Llaudes cõtra Gayolans, & Coltas, quæ declarata fuit referẽte egreg. olim Senatore Iacobo Puigmija de menſe Mar. 1612. dum primus tom. imprimebatur, & iam abſoluebatur edi
† tio, in qua primũ fuit *declaratum*, quem ſenſum haberent verba illa, *ço es fills per fills, y filles per filles, hoc eſt filij pro filijs, & filiæ pro filiabus*, poſita poſt hęreditamentũ quod alias ſine eis fuiſſet ſimplex, & purũ, dicẽdo, ea intelligi hoc modo, *quòd hæreditates cẽſebãtur per ea hæreditare filios primi matrimonij in concurſu tãtũ filiorũ ſecũdi, & filias ſimiliter in cẽcurſu dumtaxat filiarũ ſecũdi matrimonij, & quòd ꝓpterea cũ ſolũ adeſſet filia ex primo matrimonio, & filius ex ſecundo, licuit patri hæredẽ facere ſicut fecerat filium ſecundi matrimony*. Ex quibus vides qualiter hoc ampli⁹ in dicta declaratione factũ fuit, quòd æquipararẽtur hęc hęreditamẽta, quæ in cauda dumtaxat habẽt verba illa, hoc eſt filij pro filijs, & filiæ pro filiabus, cũ illis de quib⁹ antea loquuti fuim⁹, quę in ſubſtãtia, & in corpore ipſorũ habent eadẽ verba, cõtra illud quod aliàs dictũ fuerat in alijs cauſis ſuprà relatis.

17 Eſt & alia † declaratio in conſiſtorio dominorum Inquiſitorũ contra hæreticã prauitatẽ facta 23. Ianu. 1618. inter Petrũ Ioãnẽ Vergili, & Petrũ Vergili ciuitatis Tarraconæ, quæ ſi fuiſſet in Senatu facta, non eſſet amplius in hac materia deſiderãdũ, quia latiùs q̃ aliæ, motiua ponit, & rationem reddit ſermone multùm elegãti, & iuridico, huius reſolutionis, mõſtrat benè viros Doctos in illius tõpoſitione interueniſſe. Eam ad litterã nõ refero ex quo in Senatu facta nõ fuit, poteris eã videre penes Actuar. cauſarũ ciuiliũ tribunalis S. Inquiſitionis, ſufficit ꝓ nũc ſcire quòd advnguẽ ſequutũ in ea declaratione fuit quod de hæreditamentis prælatiuis noſter Cãtet. adducit in loco inferiùs citãdo.

Reperi quòd iam antiquitùs de iſtis etiã prælatiuis hæreditamẽtis Senatus meminerat, & ſignanter 28. Iulij 1587. referẽte Tamarit, inter Antichũ, & Raphaelem Boſchs, in facto huius hæreditamẽti, *que fills, o filles que del pñt matrimoni procediran, hajen de eſſer hereus de la caſa y heretat &c. y no de altre matrimoni, pus empero ſien de ſa, y bo entenimẽt*, dixit, *non cenſeri vocatos pariter omnes*
† *filios dictorũ coniugũ, nec fuiſſe abdicatã, ſed conceſſam facultatẽ dictis donatoribus eligendi ex liberis ex d. matrimonio procreandis quem eligere voluerint, ſed prouiſum quòd in diſpoſitione per dictos conuiges de dictis bonis donatis faciẽda filij dicti matrimonij, ſiue maſculi ſiue fœminæ, filijs alterius matrimonij præferantur*. Declaremus hęc, quia obſcura remanent, vt intelligamus perfectè quem effectũ huius generis hęreditamenta operentur.

18 Difficultas † igitur conſiſtit in declarando quid iſta prælatiua vocatio, ſeu prælatiuum hæreditamẽtum inductũ per prædicta verba importet, ac quem effectũ operetur; nam in in reliquis, vt diximus, hæreditamẽtorũ formulis nulla eſt prorsùs ambiguitas, cũ conſtans ſemper fuerit Senatus. Iacob. Cãcer. in 3. par. variar. reſolu. c. 7. de pac. ex nu. 80. tenet importare in effectu quod in bonis de quib⁹ loquitur pactũ, parẽtes præferẽt filios illius matrimonij filijs alterius, caſu quo per mortẽ alterius cõiugis ſuperſtes tranſiret ad ſecundas nuptias, & filios haberet, & ſimiliter filias ex illo matrimonio filiabus ex alio. Vndè cũ per dictũ pactũ nihil aliud donent, aut promitãt, quã præfatã prælationẽ, & ſic dictũ hæreditamẽtũ nõ cenſeatur factũ per viã vocationis præciſę, ſed tãtũ per viam te ſeruationis prælatiuæ ad filios alterius matrimonij, nihil prohibuit parẽtes alienare de dictis bonis, cum prælatio remaneat ſalua in bonis, quę parẽtib⁹ tẽpore ſuæ mortis ſuperẽrũt, ad quę allegat Berẽgar. Ferdin. prælu. 7. verſ. Quintus caſus, de fil. nat. ex matrim. ad morgan. cõtrac. & Caſana. in conſ. 45. quę ego ſẽper iudicaui difficilia intellectu quomodo id q̃ dicit Cancer fieri poſſit, licet vidẽa in illa cauſa deciſa in Tribunali ſancti Officij, de qua ſuprà, ad litteram ſequutos fuiſſe Iudices hanc doctrinam. Veniamus ad alium Compatriotã noſtrum, qui poſteà ſcripſit, & videamus quid de hoc ſenſerit, & num ex eius dictis hæc intelligere valeamus.

19 Is eſt noſter † Molin. qui in tracta. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. q. 3. ex n. 10. de effectu eiuſdẽ hęreditamẽti prælatiui diſerit, & poſt relatã Cancer. opinionem, & nõnullis medijs cõfirmatã, eam reprehendit, firmiſſimè credens ex verbis, de quib⁹ agim⁹, *quòd filij pro filijs &c.* & ſimilib⁹ duplicẽ oriri effectũ, hæreditamẽti, & ptælationis. Hoc dicit Moli. & hoc probare multis nititur, quib⁹ quod iam erat cognitu difficile, difficilius multò, meo iudicio, reddidit, totũ eius intentũ fuit vt ex lectura argumẽtorum, quæ adducit apparet, probare quòd prædicta hæreditamẽta præciſã, purã, & ſimplicem inducũt vocationẽ, quæ obſtãte non poſſunt parentes alienare, vti conſtat ex his quæ dicit n. 23. vbi addit id eſſe verum licẽt Cancer. aliter ſentiat, nulla (inquit) adduct⁹ ratione

ratione, ſed an Moli. ipſe id quod putabat, præſtiterit, tu iudicabis.

20 Mihi magis † proculdubio ad iſtud propoſitũ placeret dictũ Cur. ſenior. in conſ. 91. nu. 22. Vbi ex multis, quos allegat, probat ſtatutũ præferens agnatos fœminis, cenſeri habere duo capita, vnũ iucluſiuũ maſculotũ, & aliud excluſiuũ fœminatum, ſecũdũ quam doctrinam, quę eſt Bat. Bal. & aliorũ valdè eminentiũ virorũ, quos ibi Cur. ſen. refert, & Iacobs Meno. in conſ. 152. n. 5. lib. 2. dici non poteſt licete patri poſt promiſſã prælationem, aliter de bonis diſponere.

21 Quod ego † ſentio circa iſta hæreditamẽta eſt, conſiderari debere in primis ſi adfuit, vel non ſecundũ matrimoniũ, & ſi filij fuerunt ex eo nati, vel nõ. Si enim nõ fuit contractum ſecundum matrimoniũ, vel ſi contractũ fuit, non tñ fuerũt procreati filij, tunc nihili facerem prętenſum hęreditamẽtũ ſub conditione, & reſpectu filiorũ ſecũdi matrimonij factum, ex eo quòd nõ ſit purificata cõditio, ſub qua conceptũ illud erat, & ab eo iudicando me expedirẽ ſicut in iſtis modernis exẽplaribus, quæ ſuprà retuli, & in antiquis etiam, quæ adduxi in primo tom. quòd ex quo conditio non euenit, nullũ eſt hæreditamentum, & in iſto caſu nõ eſt ingrediẽdum illud mare difficultatis, ſi hæc hęreditamenta inducunt præciſam, & neceſſariã vocationẽ, an prælatinã tantùm, quia id ſolũ intrat, & intrare debet qſi eſt cõtractũ ſecũdũ matrimoniũ, & ex eo adsũt filij. Sed ſi re vera cõtractũ fuit ſecũdũ matrimoniũ, & ex eo ſunt procreati filij, ego adhuc cõſiderarẽ ſi ex primo matrimonio adſunt tãtũ filię, & ex ſecũdo filij maſculi, & tunc adhuc nõ intratem in pelagũ difficultatis, ſed negocium reſoluerẽ ſicut illud illorũ Llaudes, & Coſta, quòd quia nõ euenit caſus hæreditamenti, & promiſſaionis, quia nõ concurrunt maſculi cũ maſculis, nec fœminę cum fœminis, non debet aliquod hęreditamẽtum præciſum conſiderari, ſed iudicare quòd bona remanent libera parentibus, qui promiſsionẽ fecerũt.

Sed ſi forte fortuna neceſsũ eſt ingrediamur metita, nec poſsimus euadere periculũ, putà quando ſuccedit caſus quòd contractũ eſt ſecũdũ matrimoniũ, & ex eo procreati ſunt liberi ſimiles filijs primi matrimonij, & eiuſdem qualitatis, taliter quòd concurrunt filij maſculi ex primo matrimonio cum filijs maſculis ſecũdi matrimonij. Vel è cõtra, fœminæ ex vtroq; matrimonio exiſtant, in quibus caſibus adimpleta eſt conditio, militat ille reſpectus, ſub quib' promiſsio facta exiſtit, nec poſſumus ex ſuprà conſiderato defectu cõditionis, & reſpectus negotiũ definire, adhuc (niſi in diſcurſu ſcripturę reperirem aliquà verba, quæ mihi declararẽt mẽtẽ contrahentiũ fuiſſe donare purè, ac verè hęreditare, quod non rarò mihi cõrigit, & ideò niſi tota lege perſpecta nõ debes te detetminare) adhuc (inquã) nõ reſponderem pro hæreditamento præciſo, & neceſſatio, taliter quod in illius vim bona prẽſentia donatoris ceſſeãtur ex tũc tranſlara in filios naſcaturos, ſicuti hucvſq; declaratũ eſt, ſed ſufficere arbitror vt adimpleãt q̃ promiſerũt ne bona relinquãt parẽtes filijs ſecundi matrimonij.

22 Ratio eſt, meo † iuditio, euidẽs, quia mens cõtrahentiũ, & has pactiones, & cõuentiones reſpectiuas facientiũ, vt ex eis, & eorum tenore liquidò conſtat, nec vllus poterit negare, nõ eſt alia, quàm prouidere filijs illius matrimonij, in quo fiunt, ne poſteà paret, mortua vxore, alteri' deindè ductus blanditijs, & inſtigationibus, ſicuti fieri ſolet, ſeductus, prętermiſsis filijs primi matrimonij ſecũdos inſtituat, & bona eis relinquat; quod
23 sũmè † præcauẽdũ eſt, quia nõ eſt nonũ patrẽ quãdoq; filios lædere, & decipere propter nouercã illorũ inimicam eius diminimentis, & inſtigationibus corruptam, vt dicunt paſſim Doctores, & in dies experimur ſatis, & probatur argum. l. 3. de inoffi. teſtam. propterea ſolent qui ex parte mulieris ſunt, apponi facere hanc clauſulã, qua promittit ſponſus quòd in cõcurſu filiorũ primi, & ſecundi matrimonij præferet filios primi filijs
24 ſecũdi matrimonij. In vim cui' † promiſsionis non tenetur patet filijs primi matrimonij de neceſsitate bona relinquere, nec ipſi pet eam promiſsionẽ poſſunt præterẽdere vocationẽ pręciſam de ſuis perſonis, ac proindè non cenſetur pater prohibitus relinquete alijs, nec prohibitus alienare ſi voluerit, quia ad id non ſe extẽdit promiſsio, & partiũ cõuentio. Nec principalis intẽrio fuit includẽdi, id eſt filios primi matrimonij inſtituẽdi,
25 quia de hoc † non eſt multùm curandum, ex quo pater ſemper filijs præſumitur reliquiſſe bona, l. pater, & l. nec in ea ff. de adulter. Vincen. Hondede. in conſ. 57. num. 41. lib. 1. ſed excludendi filios ſecundi in concurſu filiorũ primi vbi eſt periculũ quod qñ
26 ſuccedit, † non poſſunt filij poſiti ad excludẽdũ prętẽdere incluſionẽ. Habebã † multa,
27 quæ dicerẽ in iſtorũ cõfirmationẽ, ſed quia ea latè, ac latiſsimè habẽtur apud Ludo. de Caſſana. in tot. conſil. 45. & 48. ideò ſubſiſto. Solùm aduerto legendũ cum attentè eſſe n. 28. cũ ſeq. & n. 39. verſ. Ex quo, in d. conſ. 45. ac ſimul in prin. conſ. 48. vbi habes latè probatũ q̃ diximus, quòd qñ principalis intentio fuit potiùs excludere, q̃ includere, tunc illi, qui ponuntur ad excluſionẽ, nullũ ex ea conuentione acquirunt cõmodum. Legẽdus

28 etiã † eſt idẽ Caſana.n.51.& 52.in d.cõſ.45. vbi multũ iuſtificatũ habes qualiter ſit validiſsimũ iſtud argumẽtũ, q̃ deducitur à principali intentione excludendi,& qualiter eo paſsim in diuerſis facti contingentijs vran-
29 tur ſcribẽtes.Legẽdus idẽ † Caſana. in cita. conſ.48.n.9.vbi latè probat quòd illi quib⁹ eſt promiſſa prælatio, non reuocãt alienata, nec tollunt facultatẽ aliàs de bonis diſponendi, & n.11.in fin.& 15. qualiter prælati in aliquo pacto non ſuccedunt in vim illius
30 pacti.Vide eundẽ † Caſana.in d.conſ.45.n. 40.& conſ.48.n.37.vbi pulchrè argumentatur ab ſtatutis,quæ diſponunt quòd extantibus maſculis fœminę non ſuccedant, ſed ipſi maſculi,vel quòd priùs ſuccedant maſculi q̃ fœminę,in qnibus nõ cẽſentur vocati maſculi vocatione præciſa,& neceſſaria. Et finali-
31 ter † eſt notãdus idẽ Caſana.in eo.conſ. 45. n.37.& conſ.48.n.19.vbi cõſiderat q̃ in iſtis pactis pater ſolũ prætulit filios primi matrimonij filijs ſecũdi,nõ alijs,vnde infert quod nos ſuprà diximus,quòd poteſt nõ obſtante pacto alios hæredes inſtituere quoſcũq;quia eis nõ prætulit filios primi matrimonij.Hæc nobis ſubminiſtrauit Caſanate, quibus intẽtum probaremus, quòd iſta hæreditamenta nõ importãt præciſam,& neceſſariam vocationem,& iuſtificaremus effectũ,quem diximus operari hæc noſtra hæreditamenta reſpectiua,& conditionalia,qui vetſatur tantũ circa excluſionẽ filiorũ ſecundi matrimonij in concurſu filiorum primi.

32 Hæc intentio,† quã tribuimus noſtris cõtrahentibus excludendi filios ſecundi matrimonij dum exiſtũt filij primi,nõ eſt cõtraria legibus,imò illis multũ cõformis,ſi meminerimus diſpoſitionis l. hac edictali C. de ſecun. nup.& eorũ quæ circa eam ex mẽte doctorũ ibi tradidimus,ſecũdũ quæ eſt facile videre quòd leges nõ fouẽt inæqualitatem inter filios primi,& ſecũdi matrimonij fauorabilẽ filijs ſecũdi.De iſtis pactionibus, ne exiſtẽtibus filijs primi matrimonij ſuccedant filij ſecũdi,agit latè Berengar.Ferdin. in repetit. cap.vnic.de filijs nat. ex matrimo. ad morgan.contrac.poſt prælud.ſuper tex.ipſo,per tot.& ſignãter n.10.verſ. Sextũ fundamẽtũ. De hac eadem ego re iam non pauca dixerã in 1.to.in ſæpè cita.clau.4.gloſ.9.pat.4.vbi multũ expendi conſ.Caſana.45. & de rationibus illius,diuerſimodè quàm hic,iudicani.

33 Quid eſt hoc,† dices,hic approbam⁹ & admittimus quod ibi reprobauimus, & repulimus.Nihil moror,vtinã mihi Deus ſicut alia pluta beneficia,quæ a ſua liberaliſsima manu agnoſco, hoc vnum tribueret, propriorũ errorum cognitionem,& ſcientiam,nihil libentiùs facerem, quàm eos emendate pto cõſcientiæ exoneratione. Sed ſi benè aduertis, ego nunquam intendi recedere à Caſſana. in iſto articulo, quando principalis intẽtio fuit non includendi, ſed excludendi, vt apparet ex num. 74. cum ſequent. ſi eos legeris, licet eam dubiam reddiderim poſtea
34 ex num. 85. Solùm non † placuit mihi quod ex ſcriptis in cita. duobus conſſ. videtur colligi,velle ſcilicet Caſan.quòd verbum, ſuccedant,& ſimilia,quamuis principaliter ponãtur, & ſeu poni videantur ad includendum, nihilominùs præciſam, & neceſſariam vocationem non inducant, ſed ſolùm reſeruationem ſucceſſionis legalis importent, in quo adhuc perſiſto firmus, nec aliud ſcirem vnquam dicere, pet ea quę in cita. loco latè adduxi.

35 Quamuis † ex poſt intellexerim cũ veniens de anno 1621.ab Oppido Madriti,vbi apud Regiam Maieſtatem Orator pro Principatu Cathaloniæ eram, Cæſarauguſta pertranſiſſe, Caſanate ipſum nõ benè accepiſſe quę ego cõtra ſuã ipſius opinionẽ, & cõtra ipſũ inſcripſerã,quatenùs nocebãt prętẽtioni nobiliſsimi viri,pro quo ipſe ſcribebat,cuiusq; partes ipſe,nõ vti aduocatus ſolũ, ſed vt verus amicus,& vt poſſet quicũq; alius q̃ proprio intereſſe,agebat(vtinã ſic omnes aduocati cauſas ſuſciperem⁹ noſtrorũ cliẽtulorũ) in cauſa Ducatus Villæformoſæ, quę adhuc tunc in ſecũda inſtãtia pẽdebat indeciſa,vnde qñ. de ea expedienda tractabatur,totus ipſe fuit in ſuis allegationibus,quas in dicta ciuitate Cęſarauguſtæ vidi, in ſatisfaciendo
36 prædictis.Sed reſpõderũt † pro me duo ex eminentioribus luriſperitis, quos cognoui hęc ętas,ambo Luſitani, vnus eſt Mendus à Mota de Valladares olim in famoſa Conimbricæ Academia Cathedrę veſperorũ moderator,& poſteà in ſupremo regni Portugaliæ apud Regiã Maieſtatẽ Concilio Regens integerrimus,& alter Antonius Home, quem qui eius ſcripta leget,valdè hominẽ eſſe iudicabit.Hi pro cõtraria parte ſcripſerũt,& taliter mecũ conuenerunt, & concordarunt in his,quæ contra Caſſana. ſcripſeram, vt iudicares me ipſum,nõ illos ea ſcripſiſſe,niſi quã inferior ego illis ſim, cognoſceres.

37 Hoc vnum † poſſum atteſtari quòd ſicut in prima ſic nec in ſecunda Inſtantia potuit pars Caſanate obtinere q̃ in enarratis illius conſſ.principaliter prętendebat, verbũ,ſuccedat, de quo in ſua diſpoſitione, non neceſſariam, & præciſam, ſed legalem ſucceſſionem abintentato importare, ſicut de prima Inſtãtia dixi in loco cita. de ſecũda aſſeruit mihi Cęſarauguſtæ vnus ex Dominis qui deciſioni interfuerunt, fuiſſe contrarium inter eos teſolutum, & ſcriptum in motiuis,

ſed

sed postea deletũ quia non fuit visum necessarium ponere, dicebat vlterius quod pars quam tuebatur Casana. obtinuit ex eo quòd iudicarunt Iudices vocationẽ fuisse per vulgarem in illo casu, non per fideicõmissariã, vnde vides qualiter præsupposuerunt vocationem ab homine præcisam,& necessariam.

38 Sed hæc omitamus † quia non expediunt, omnib⁹ enim satis nota est eruditio,ac summa in legibus peritia Casana. nec per hoc aliquid quantũuis minimũ,de eius fama detrahitur. Fecit ipse quod potuit pro defendẽdo suo cliẽte,& si nõ ex hoc, sufficit quòd ex alio victotiã obtinuerit. Mihi nunc(quicquid in primo tom. dixerim, quod emẽdare nõ erubesco si adest aliqua cõtrarietas,à qua possem me excusare,ex eo quòd ad ea videbam inclinari Senatũ) ex his,quę ex post vidi,& legi ac considerauí circa hæc hæreditamẽta,placuit hãc breuem, & succinctã super eis capere resolutionẽ, quã continere merã veritatem,plenèq; satisfacere posse cuicũq; intellectui arbitror, nõ vidi Senatus decisionẽ aliquã,quę in totum ita tem declaret, imo sunt multæ in contrarium, vt vidisti in primo tom. à quibus forsan per hæc non recedes,mea nihil interest,ego meo cũ his puncto satisfeciſſe muneri postquã hanc scribẽdi prouinciã suscepi. Transeamus ad alia.

39 Pulcherim⁹ casus † in hac hęreditamẽtotũ materia, fuit proximis annis disputat⁹ in Senatu,qui nõ est silentio prætereũdus. Ecce quòd quidã filiã solùm habẽs ex vxore, quæ adhuc viuebat,quã expresso nomine nominauit,eam nuptui tradidit,& hæreditauit,cum pacto ifi & cõditione,quòd si ei⁹ vxor pareret aliquẽ filiũ masculũ vnũ vel plures,dona tio pro infecta haberetur,& bona donata reuerterẽtur ad dictũ filiũ masculũ,& si plures essẽt filij masculi,& primogenitus decederet sine filijs legitimis & naturalibus &c. dicta bona peruenirent ad secundo genitum masculum, & sub eadẽ forma ad tertio genitum masculũ,& eo pariter decẽdẽte ad alios filios masculos nascituros de primo ad vltimũ, assignãdo in dictis casibus filię sexcentũ libras pro dote. Successit quòd vxor donatoris decessit nullo superstite filio masculo,& vir eius aliud cum alia muliere cõtraxit matrimoniũ,ex qua habuit vnũ filiũ masculũ, quẽ postea hæredẽ instituit, & decessit. Dubitatum fuit quis deberet habere bona: ea enim prętendebat filia vigore hęreditamẽri, & donationis,& ea prætẽdebat filius vigore institutionis in sui fauorẽ factæ in casu prætermisso quasi resoluta donatione filiæ facta per existentiã masculi. Tractato negotio in aula admodũ Reuerendi Cancellarij coram egreg.Sena.Fran.Gamis die 2.Aprił. 1618.

† fuit capta *resolutio* in fauorẽ filiæ in vim donationis,quia fuit exiltimatũ non successisse casum illius resolutionis,quãuis donator habuisser postea filiũ masculũ, ex quo illũ non habuerat ex prima vxore, qui solũ poterat reuocare donationẽ, & illã anullare, cũ de eo rantũ tractatũ fuisset,non de filijs masculis alterius matrimonij,& ea resolutio,vt ibi dicitur,fuit capta, *quia erant in materia contractus,vbi verba strictè sunt accipienda*, & ideò fuit solùm cõsiderata littera hæreditamenti,quæ de filio masculo ex illa vxore, & sic ex illo matrimonio dũtaxat loquebatur.

40 Habebat † & habet hæc resolutio tex. expressum,quo cõfirmaretur in l.filius à patre §.si quis ex certa ff.de liber.& posthum. quo loco tospõdit I.C.quòd si quis ex certa vxore natum scribat hæredẽ, nõ intelligitur instituisse natũ ex alia, ideòq; nati ex secunda rumpent testamẽtũ tãquã prætetiti,qui tex. fortissimus est ad institutũ, cũ nec ad sustinẽdũ testamentũ,in quo versatur vtilitas publica,fiat extensio ad secũdũ marrimoniũ. Habebat etiã,& habet eadẽ opinio nouẽ argumẽta,quę ponit Meno.in cõs.40.alias 41.ex n.1.vol.1.ad ꝓbãdũ in te alicui cõcessa ꝓ se & filijs suis ex certa muliere,quã tunc habebat in vxorẽ,nascituris,nõ venire filios alterius matrimonij.Cõferunt multa,† quę nouissimè in fauorẽ filij eius marrimonij, cuius cõtẽplatione fit donatio,tradit nolter Molin. in tracta. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib.3.tot.q.11.& signantet num.37. vbi singularitet docet qualiter quando donatio fit contemplatione instantis matrimonij, & præcipuè, vbi nominatur vxor, extentio ad secundam vxotem, nec illius filios

41 fieti nõ potest. Et num.43. vbi idem † dicit fote qñ. mentio est facta verbis testtictiuis, & limitatiuis,veluti filiorũ huius matrimonij.Nec pœnitebit memotia tecolete, quæ ego pluribus docui ad propositũ in 1.tom. clau.4.glos.9.par.1.ex n.19. cũ multis seq. Vndè plura forsan hauries,quibus hanc opinionem confirmes. Vide finaliter Petey. de nomina.emphyteu.q.15.quæ elt tota in lanotem filiorum ptimi matrimonij.

42 Sed ducto postea † negocio ad aliã aulã in gradu supplicationis corã egreg.Senatore Ioãne Gallego, attendẽdo potius ad intentionẽ, & mẽtẽ,quã ad litterã, & cortiçẽ verborũ,die 21.Mar.1620. *declarauit* Senatus in fauorem filij masculi secũdi matrimonij; *ex eo* (inquit) *quia ex proœmio donationis elicitur donatorẽ fuisse motũ ad dictã donationẽ facẽdã paterno affectu,& filiationis amore, qui amor æqualis est in omnibus filijs tam primi,quam secũdi matrimonij, & rationẽ masculinitatis affectasse iuxta cõmune votũ parẽ-*

tũ, etũ per exiſtẽtiã maſculorũ nõdũ natorum voluerit, quòd reſolueretur donatio filiæ fœminæ facta illi nota, & dilectæ, & ita maſculini tatẽ euiuseũq; matrimonij cenſetur affectaſſe. Et licèt donator expreſſerit filiũ maſculũ ex Ioanna naſciturũ, illis nõ exiſtẽtibus nõ eſſendũ eſt ſe ad illos tãtũ reſtrinxiſſe, tum quia hoc cauſa demõſtrationis dixiſſe eſt præſumendũ, quia tũc nõ cogitauit de triſti euentu quòd dicta Ioanna ſine filijs maſculis moreretur d. Blaſio Mauran ſuperſtite, & quod d. Blaſius ad ſecũdas conuolaret nuptias, & ex illis filiũ maſculũ haberet, ſicuti habuit Stephanũ filiũ maſculũ, & cõſequẽter elicitur dictũ donatorem conſideraſſe effectũ, qui reſultaret ex adimpleméto cõditionis, videlicet quòd dictus donator filios maſculos legitimos haberet tam ex prima, quã ex ſecũda vxore, etũ reſpectu patris donãtis nõ poſſit cõſiderari maior affectio maſculinitatis maſculorum nõ natorum primi, quã ſecũdi matrimonij, maximè pẽderãdo verba illa, decedendo pluribus filijs ſine filijs volo quòd bona deueniãt ad alios filios maſculos naſcituros. Et cõſtat d. Blaſiũ in ſuo teſtamento poſt mortem d. Ioannæ, ſine filijs maſculis condito, hæredem inſtituiſſe Stephanum Mauran filiũ ſuũ maſculũ ex ipſo, & Margareta ſecũda vxore ſua procreatũ, & Clara Roſſa ex primo matrimonio reliquiſſe quinq; ſolidos vltra ſexcẽtũ libras ſibi in dicta donatione donatas caſu quo filiũ maſculũ haberet. Ex quibus elicitur verificatã fuiſſe cõditionẽ maſculinitatis in dicta donatione appoſitã pro illius reſolutione per exiſtẽtiã d. Stephani filij maſculi d. Blaſij. His igitur &c. Partes erãt N.N. Mauráns villæ Pratę Confluen. Actua. Payſſa. Hæc declaratio videtur magis artigiſſe ſcopũ quæſtionis, de qua diſputabatur, & motiua, in quibus fundatur, ſunt in iure

44 multũ certa. Imprimis quòd † ex procœmio, & præfatione, & dictis in ea colligatur, & colligi debeat mens, nõ eſt qui dubitet. Solũ ad id ribi offero Gaſp. Ant. Theſau. in 1. lib. q. foren. 1. per tot. qui vnus ſufficit pro mille cũ reliquos alleget qui de hoc agunt.

45 Quòd parentis † amor, & affectus ergà liberos ſit par, & æqualis reſpectu filiorũ primi & ſecundi matrimonij, vulgare etiam eſt multũ, ac triuiale valdè, ẽ quo per Meno. in cita. cõſ. 40. n. 25. & poſt eũ multa noniſſimè cũmulauit noſter Moli. in tract. de rit. nup. & pac. in matri. conuen. lib. 3. q. 11. n. 9. Quòd maſculinitatem affectare viſus ſit teſtator in propoſita ſpecie, in dubiũ verti nò poteſt, cũ de maſculis toties meminerit, & ex alijs cauſis põderatis in ſuprà relata Senatus reſolu-

46 tione. Vndè ſequatur † neceſſe eſt, quod dicitur in eadẽ Senatus reſolutione, quòd propterà nõ interſit eo modo iſte effectus cõſequatur, & ſcu implementũ cõditionis exiſtẽtiæ maſculorũ ad reſolutionẽ donationis filiæ factæ, ſequatur, ſi ex primo vel ex ſecũdo matrimonio maſculi prædicti exiſtant, quia ex ſupradictis apparet quòd donator effectũ ipſum reſultantẽ ex condirionis euentu con-

47 ſiderauit, & ideò nõ refert † quid ex æquipollentibus fiat, & vtrũ conditio per eum modum quem ipſe expreſsit, an verò per alium impleatur, dũmodò ſequatur effectus principaliter intentus, l. ſi maior cum ibi nora. C. de inſtit. & ſubſti. locus eſt appoſitiſſimus apud Cæſ. Barz. in cõſ. vni. poſito poſt deciſ.

48 Bonon. ex n. 129. Indè cõſequẽter † elicitur quòd verba illa, quæ reſtrictiua videntur reſpectu filiorũ primi matrimonij, non poſſunt dici taxatiuè & limitatiuè, ſed imò demonſtratinè appoſita, vt dicitur in eadem reſolutione, per ea quę tradit Cãcer. in 3. par. var. reſolu. c. 17. de ſenten. & ear. execn. n. 270. Adde Caſana. conſ. 44. n. 4. & conſ. 54. n. 6. & Stepha. Gratia. dicep. foren. 256. nu. 20. 21. & 28. lib. 2. & diſcep. 417. n. 13. lib. 3. vbi videbis qualiter iam ſit de iure quòd potius demõſtratiuè, quàm reſtrictiuè, & limitatiuè verba appoſita dici debeãt regulariter. Quãtò magis in iſto caſu, vbi vrget neceſsitas ita iudicãdi ex circuſtãtijs ſuprà põdetatis.

49 Accedit his † quòd cauſa, obquã nõ tractauit donator de filijs ſecũdi matrimonij eſt, quia nõ cõſideranit triſtem euentũ ſecũdarũ nuptiarũ, vt dicitur in reſolutione Senat', ad trã dita latè per noſtrum Moli. de rit. nup. & pac. in matrim. cõuen. lib. 3. q. 11. n. 24. cõſiderabat matrimoniũ prẽſens iſte donator, ac vxorẽ, quam ſecũ tũc habebat, & ideò de ea locut' fuit, nõ de alia, indè nõ infertur quòd filios ex alia vxore comprehẽdere noluerit. Imò propterea intrat benè quòd demõſtratiuè, non taxatiuè de ea loquutus fuit. Ex quibus iuridicam multò iudico hanc vltimã reſolutionem, atq; ita conſultus ſuper ea dixi.

50 Per quę † pro ea in tertia aula referẽte egregio tunc Senatore, nunc Regente Cancella.

† Micha. Sala *iudicatũ* fuit 1. Decẽb. 1621. cõfirmãdo ſentẽtiã latã in 1. inſtãtia referente egre. itidem Sena. primario Ioãne Gallego.

51 Animaduerto ſuper † omnia in hac materia dno conſſ. duorum grauiſsimorum Iuriſconſultorum, Andre. Alciati 527. ſecundùm primã impreſsionẽ, in ſecũda verò 78. lib. 9. to. 3. & Feder. Scot. reſpon. 9. to. 2. lib. 2. in caſu quo eant ſubſtituti filij ex fratre, & domina Ioanna de Burgo vxore ſua, primus enim ſcriplit pro filijs ſecundi matrimonij, ſecundus verò contra eos, ac aliud etiã conſ.

52 Ioan. Petr. Surd. 72. lib. 1. qui loquitur † in terminis quando, ſicut hic, filij maſculi ſolũ erant poſiti in conditione ad excluſionẽ fœminarum,

minarum,& cõsiderat is auctor quòd sic filij vnius,quàm altetius matrimonij eam cõditionem debẽt facere defficere,ad quod vtitur eisdem medijs de quibus nos suprà,addendo rationem quòd si interrogatus donator fuisset, sine dubio expressisset,ergo debet haberi pro expresso, quare enim magis voluisset per filios primi matrimonij excludi filias,quàm per secundi, illis non existentibus ? forsan loca magis accommodata ad propositũ non reperies, nescio an ea viderint egregij Senatores in decisione causæ.

53 Facio huic † hæreditamẽtorũ materię hnẽ, quæstionẽ reassumẽdo illã, quam tractaui in 1.tom.clau.4.glo.9.par.5.ex nu.62. vtpotè valdè necessariã, quę respicit oppositiones, quas in vita parentũ faciunt filij hæreditati, in bonis illorum, ad impediendum executiones,quę contra dicta bona fiunt ad instantiã creditorum pro exactione,& recuperatione suorum creditorũ.Dixi eas oppositiones nõ posse impedire dictas executiones, sicut eas non impediunt fideicommissarij in vita hæredum grauatorũ, in eadem nunc opinione persisto : non enim video qualiter illud ius debile filiorum, quod in vita parentũ habẽt in bonis illorũ depẽdens ex eorum superuientia, aut prædefecdentia, possit impedire alienationẽ,& distractionem veti domini qualis est dum viuit pater.

54 Sed quia nõ † video hęc benè recipi(adhuc tamen non reperi decisionem in terminis in Senatu factã) quærendũ fuit aliud, quo ista impedimenta filiorum tolleremus. Vnum ego tẽtaui,quod benè succesit, succedereq; debere imperpetuum arbitror. Idest, considerate si hęreditamentum requirit altiorem indaginem,& indiget sentẽtia declaratoria, provt sunt multa ex his,quę allegantur, tunc

55 dicendo † quòd exceptiones requirẽtes altiorem indaginem non admituntur in iudicijs summarijs, & executiuis, obtinebitur cõtra hæreditamentum,& exceptionẽ, quæ de eo opponitur,sicut ex multis docẽt Ioan. Fran.del Castill.decis. Sicil.5.n.62.& Rota Roma.in recollec.per Statil.Pacifi. post suũ tract.de Saluia.interdic.in additionatis,de-

56 cis. 107. Vbi loquitur † de exceptione fideicõmissi nondũ clari, & ob id requirente

57 altiorẽ indaginem.Per quę † de anno 1618. cum aduersus quandã executionem se opposuissent filij prætextu hæreditamenti in hac forma facti,*que fills per fills, y fillas per fillas los del present matrimoni sien vereus*, dixi nõ esse de eo habẽdam rationem cũ requireret altiorẽ indaginẽ,nõ enim erat clarũ & expedirũ hæreditamẽtũ,secũdũ quod suprà probauimus, & egebat sententia declaratoria,

† atq; ita *obtinuit* 14.Decẽb.corã egregio Regente regiã Cancel. facto verbo in sua aula, fuitq; prouisum procedendum fore ad vlteriora in executione non obstãte dicto hæreditamento, *quia requirebat altiorem indaginem, præstita tamẽ cautione de stando iuri, & rei iudicandæ super articulo dicti hæreditamẽti*. Actua. Antic. Seruat. Sic solet etiam Senatus repellere oppositiones,quæ fiunt ad impediendum executiones de vinculis antiquis,nisi enim sint liquida, nec requirentia altiorem indaginem,ac sententiam declaratoriã,semper repellũtur reseruato iure &c.

58 Nõ est omitendũ † pro totali huius hæreditamentorũ materiæ intelligentia,ad explicationẽ eorũ,quæ diximus in 1.tom. in loco suprà proxime cita. quòd quãuis descedant filij hæredirati in vita parentũ,non propterea deficit,& euanescit hęreditamẽtũ .Quid enim si isti filij relinquunt neporesʔcerte isti veniũt appellatione filiorũ hæreditatorũ, & quod in veris filijs cõtrahentiũ matrimoniũ locũ habere nõ potuit,habebit in neporib', quamuis in eis videatur non posse verificari verba hæreditamenti de filijs ex eo matrimonio nascituris loquentis, provt latè probat Surd.decis.73.per tot.& signanter n.18. & seq. & Andre.Molfes. in cõmen. ad consuetud. Neapol. par.3.de succes.ex testam. q.18.n.2. Et cũ his finitur hæc hæreditamẽtorũ materia, quã ex his, quę hic, & in 1.to. de eis dixi,arbitror satis superq; me explicasse.

CLAVSALA XI.

Item, dictus N. sponsus,insequendo vsum & consuetudinem Campi Tarraconæ mulieribus fauorabilẽ, admittit, & associat dictã N. sponsam suam in medietate omnium acquisitionum, & melioratiõũ, quas constante matrimonio faciet &c.

SVMMARIA.

1 *Mariti in campo Tarraconæ solent associare vxores in conquestibus, & acquisitionibus.*

2 *Adeò vt quamuis non dicatur, censeatur de consuetudine facta ea associatio.*

Consuetum quod est,præsumitur factũ,ibi.

3 *Consuetudo Campi Tarrachonæ circa associationem multerum in melioramentis, & acquisitionibus, fuit optimè declarata in Senatu in decisione hic relata.*

4 *Consuetudo est quid facti, & ideò probãda in associationibus vxorũ ad melioramenta, per allegantem. vbi decis. Senatus.*

5 *Consuetudo ista qualiter sit probanda. vbi decis. Senatus.*

6 *Consuetudo est probãda in casu speciali, de quo controuertia est.*

7 *Bona quæ non acquiruntur ex quæstu, sed ex aliqua donatione, aut successione, nõ veniũt in societate contracta inter virum, & vxo.*

8 *Acquisitio quæ fit per successionem, non pertinet ad societatem. vbi decis. Senatus.*

9 *Vxor non admittitur ad bona viro obuenientia ex aliqua successione quamuis in pacto associationis dictum fuisset ad omnia bona, quæ marito obuenirent ex iusta, & legitima hæreditate.*

10 *Meliorationes ad iudicandum si adsunt, faciẽdus est cumulus earum cum deteriorationibus, & facta legitima computatione est videndum si quid supereſt, quod possit venire nomine meliorationis.*

11 *Lucrum contingens in vna re compensatur eum damno, quod accidit in alia.*

12 *Socius concurrit, & concurrere debet æqualiter ad lucra, & damna societatis.*

13 *Societas. Ad vidẽdum an in societate sit damnum, vel lucrum, spectãdus est finis illius.*

14 *Vxor associata in meliorationibus, non statim atq; aliquid acquisitum est à viro, acquirit medietatem illius irreuocabiliter.*

15 *Maritus nihilominùs quod vxorem associauerit in conquæstibus, & meliorationibus, remanet bonorum administrator, & bene vel malè vtendo potest sibi & vxori reuocare, dummodo id faciat bona fide.*

16 *Bona omnia quæ donator habebat tempore donationes vniuersalis, ex eo die acquiruntur donatori, acquirẽda verò ex post à die acquisitionis.*

17 *Donator non potest donationi semel perfectè à se factæ præiudicare.*

18 *Bona futura vt acquirantur donatario in vim donationis vniuersalis, quæ sint attendẽda, & consideranda.*

19 *Ratio naturalis potest allegari pro lege.*

20 *Lucrum amplectens, & damnum respuens circa eandem rem, non est audiendus.*

21 *Rationem naturalem vbi habemus, quærere legem, imbecillitas est intellectus.*

22 *Ratione naturali possunt causæ decidi, vbi non est lex.*

23 *Donator, vbi donatio non est habitura effectũ nisi post mortem, remanet interim bonorum administrator.*

24 *Donator vbi donationem fecit post mortẽ, interim remanet bonorum donatorũ dominus.*

25 *Dominus rei debet æquo animo ferre damna, quæ obueniunt administrationi rerum suarum alteri commissa, si bono animo, & bona fide administrando id contingit.*

26 *Pater. In patre circa administrationem bonorum filij cessat omnis suspicio.*

27 *Pater. Lex multũ confidit de patre erga filios, & quomodo.*

28 *Donator præsumitur habere magnam affectionem ad rem donatam, ad fauorem potius donatary quàm sui ipsius.*

29 *Donator quamobrem non tenetur cauere pro vsufructu sibi in donatione reseruato.*

30 *Administrator quilibet semper præsumitur bono animo, ac bona fide rem administrasse, ac contractus fecisse.*

31 *Berengary Ferdinandi dictum perpenditur in casu patris qui bona donauit filijs, quomodo & qualiter remaneat nihilominus bonorũ administrator.*

32 *Donator tam bonorum futurorum quàm præsentiũ reseruato vsufructu, videtur se obligasse ad acquirendum pro donatario.*

33 *Bonorum noua acquisitio non potest fieri sine industria, & diligentia.*

34 *Bona industria ad acquirẽdum consistit in vtiliter vendendo, & vtilius emendo.*

35 *Emere posse aliquid de nouo absque eo quod alii quid vendatur de bis quæ antea quis habebat, rarò contingit.*

36 *Maritus potest acquisita constante matrimonio alienare, non obstante quòd vxor sit associata in acquisitionibus.*

37 *Acquisitiones tribuuntur potius diligentiæ quàm pecuniæ, cum qua quis negociatur. vbi decis. nostri Senatus in pulebro casu facta.*

38 *Lucra & acquisitiones veniunt principaliter ex emptionibus, & vẽditionibus, quas homines faciunt.*

39 *Mulier non tenetur reseruare filijs primi matrimonij lucra sibi obuenta ex associatione in conquæstibus, & meliorationibus, & quare.*

40 *Restitutio in integrum, an detur viro ex persona vxoris minoris associatæ in lucris, & acquisitionibus.*

41 *Pactum agermanamenti factum inter duos de bonis tenendis communiter de vita, & de acquirendis superuiuenti post mortem, validam de iure est modo infrà declarando. vbi decis. Senatus.*

42 *Pactum de succedendo de iure non valet, quãuis sit reciprocum.*

43 *Pacta agermanamenti ex consuetudine, & ex statuto sustinentur.*

44 *Pacta agermanamenti sustinentur ex reseruatione ad testandum.*

GLOSSA

GLOSSA VNICA.

De associatione vxoris in conquæstibus, & acquisitionibus constante matrimonio faciendis.

1 Æ C etiam clausula † associationis vxoris in omnib* cõquestibus, & acquisitionibus constante matrimonio faciendis, solet apponi in nonnullis Cathalonię partibus, & signanter in Cãpo Tarraconæ, quæ est addenda capitilis matrimonialibus, quorum formam posui in principio primi tom.

2 Est ita est consuetũ † poni istud pactum in terra prædicta de consuetudine, vt existimetur à pluribus non esse iam nunc necessarium quòd expresè apponatur, quia cum sit de consuetudine, iam censetur appositum eo ipso quòd quis inibi contrahit matrimonium, quod enim est fieri consuetum præsumitur factum, l. fin. C. de fideiuss. Surd. late decis. 231. nu. 18. Ita noster Cancer. in 3. par. varia. cap. 7. ex num. 168. & latiùs postea noster etiam Moli. de ret. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. tot. quæstio. 77. ex regula, quòd factum præsumitur semper, quod est consuetũ, quam pluribus exemplis probat ibi videndis, quia vulgaria sunt.

3 Et cum deueniesset † iste casus disputandus in Senatu coram olim egregio Senatore posteà in Supremo Coronę Arago. Concilio Regente don Ioanne Sabater, inter Clarã Morella, & Pupillos Panicas 24. Octob. † 1595. fuit *dictũ* expresè *de dicta consuetudine in Campo Tarraconæ vigente, etiamsi non fiat capitula, & nihil dicatur de melioramentis, & augmentis.* Declaratur etiam, *quòd si in capitulis tractatur, & conuenitur de quota, stabitur conuentioni. Si autem nihil de ea dicitur, tunc intelligitur associatio pactata de medietate.* Et finaliter *ibidem iudicatur valida quædam conuentudo, quæ viget in eodem Campo Tarraconæ, secundum quam vbi inter aliquos est tractatum, & conclusum matrimonium, illud contracturi firmant, & iurant pacta nuptialia in posse Baiuli loci, vel in posse mediatoris dicti matrimonij, de licentia Baiuli, & his peractis pacta dotalia firmata, iurata, & publicata coram Baiulo per tabellionem in publicam redigũtur scripturam, & in instrumento indè confiendo non continuatur firma contrahentiũ, & tamen pacta in dicto instrumento contenta perindè valent, acsi adesset in eis firma viri, & vxoris, cum solim attendatur firma facta coram Baiulo, vel mediatore.*

4 Sed aduerte, † quòd hæc consuetudo, cùm sit quid facti, est probanda ab allegante illã iux. Bar. & Bal. & alios in l. de quibus, ff. de legib. Cæf. Barz. decis. 95. num. 6. Rota Genu. decis. 17. Menoch. cons. 37. num. 92. & 93. ne tibi contingat, quod olim inter Teclã Rossellona, & Teclam Gili referente Ros, die enim 15. Octob. 1576. ex defectu proba † tionis consuetudinis allegatæ, *impositum* fuit silentium agenti.

5 Et vt scias † qualiter sit ea consuetudo articulanda, & probanda, aduerte quòd pars in dicta causa articulauerat esse in loco consuetudinem generalẽ inconcussè obseruatã quod mariti associant vxores in emptionibus, & melioratibus, & quia non fuit dictum, nec probatum vlteriùs quòd habebantur pro associatis, etiamsi nihil dictum esset in capitulis matrimonialibus, vel etiamsi illa non conficerentur, fuit data probatio pro non legitima, quia isti erant casus, de quibus tractabatur: probatio enim quòd solitũ erat associare, quod fuerat articulatũ, non concludebat, quòd etiamsi expresè non associarẽt, habertur pro facta associatio. Consuetudi-
6 hem † enim probare oportet in casu speciali, de quo controuersia est, Oldrad. cons. 237. col. 1. Aymon Crauet. cons. 96. num. 4. & cõsil. 765. num. 24. Surd. cons. 426. num. 42. vers. sic. Obseruantia verò, Cæf. Barz. decis. 98. n. 15. idem Surd. decis. 131. num. 8.

7 Tractemus alias † quæstiones vtiles in materia, relictis superfluis, & sit illa quidem prima, quid importet istud pactum, & quæ bona posteà soluto matrimonio communicationi sint obnoxia. Dic breuiter, ea tantùm comprehendi in hoc pacto vt communicentur, quæ ex quæstu veniunt opera, solertia, vel industria per alterum ex coniugibus cõstante matrimonio factis, & adhibitis, non quæ in vim donationum, aut aliorum titulorum lucrationum acquiruntur, l. coire cum duabus legibus sequent. ff. pro socio, & ibidem glos. ordinaria, & communiter scribentes, Roder. Suar. in l. 1. tit. de las ganantias, Montal. in l. 2. eod. tit. *de las ganantias* statim in principio, Anton. Gom. variar. resolu. lib. 8 2. tit. de socie. num. 4. Quia acquisitio, † quæ sit per successionem, non pertinet ad societatem l. nec adiecit ff. pro socio cùm l. sequẽ † ti, l. societatis C. eo. Sic *Senatus* 6. Septemb. 1572. inter Iacobum Roca, & Gasparem Sabater referente egregio Senatore Francisco Sala, contra mulierem petentem medietatẽ quorundam bonorum, quæ marito obtenebant in vim quarundam donationum sibi factarum, & vsus est Senatus eisdem prorsùs verbis, quę suprà posuimus. Sic ego etiam † *obtinui* 14. Iulij 1602. Relatore egregio Se-

nato-

natore Hieronymo Senjuſt, pro Michaele Llenyader Ilerden. contra Angelam Conſtanti Tarraconen. quæ prętendebat mediętatem acquiſitorum per maritum conſtante matrimonio ex ſucceſsione teſtamentaria.

9 Id quod † eſt adeò verum, vt procedat etiã ſi in tali pacto diceretur, quòd vxor haberet medietatem omnium conquęſtuum, & acquiſitionum, quæ viro obuenirent conſtante matrimonio etiam ex iuſta, & legitima hæreditate, quia tunc adhuc non poſſent comprehẽdi conquæſtus, & acquiſitiones, quę obueniũt ex ſucceſsione teſtamentaria, l. 3. & ibi glo. ordinaria, & communiter Doctores, ff. pro ſocio, Anton. Gom. variar. reſolu. tom. 2. cap. 4. de ſocie. num. 4. & ibi Eman. Soar. de Ribey. in additio.

10 Eſt & alia quæſtio valdè vtilis, & neceſſaria, qualiter ſit facienda finito matrimonio computatio pro diuidendis iſtis melioratio nibus, & acquiſitionibus, ad quas mulier fuit aſſociata. Circa quam, plurimum in diuerſis cauſis dubitatum vidi. Qua in re, ſequẽda eſt doctrina Bar. in l. ſi negocia, ff. de nego. geſ. quam communiter eſſe receptam dicit Borgni. Caual. deciſ. 32. num. 53. par. 2. & eſſe cõmunem Doctorum opinionem dicit poſteà inferiùs in eodem num. & idem etiam anteà dixerat deciſ. 27. num. 79. in ea. a. par. Bar. igitur in dicto loco pulchrè dicit, & docet quòd ad videndum quid, & quantum ſit melioratum, debent hinc indè liquidari meliorамenta, & deterioramenta, & quod facta cõpenſatione hinc indè, reliquum cenſebitur melioratum, & ſuperlucratum, ſequitur Caſtren. in d. l. ſi negocia, Deci. in auctẽ. qui tẽ num. 14. C. de Sacroſan. Eccleſ. Curtius iunior in conſ. 165. num. 14. Petra de fideicõmiſſ. quæſtio. 15. num. 289. Peregrinus in ſimili tracta. de fideicommiſ. art. 50. num. 79. Simon de Pretis de interpretatio. vltimar. voluntat. lib. 3. dubitatio. 15. ſolutio. 5. nu. 27. fol. 261. Maſcar. concluſ. 1041. num. 11. Roſſental. de feud. cap. 10. concluſ. 43. num. 86. & in allegatio. littera Yyy. Surd. qui multa ad propoſitum adducit in conſ. 101. num. 35.

11 Vbi dicit † ex Bart. in loco citato, quod lucrum cõtingens in vna re compenſatur cum damno, quod in alia contingit, omnium meliùs, clariùs, & latiùs Borgninus Caual. deci. 27. ex num. 77. & deciſ. 32. ex num. 53. par. 2. vbi dicit, *quòd quando adſunt deteriorамenta, & meliorамenta, tunc non ſoluuntur meliorамenta, vt integra æſtimata, ſed ex vna manu debent æſtimari deteriorамenta, & ex alia manu meliorамenta, poſteà ſtatim vnire vtrã que æſtimationem, qua vnione facta, ſtatim*, inquit, *vt calamita (magnetem Latinè dicimus) maior ſumma trahet ad ſe minorem ſummam, & fiet bolus, & confuſio, & illud quod ſupererit, deterioramentum, vel meliorамentum erit, & reſici, ac ſolui debebit, quia iſta confuſio fit ipſo iure à lege, etiam quod damnum ſit datum in vna pecia terræ, & meliorамentum factum in alia.* Allegat ad hęc probãda, *l. domos, & l. quòd ſi nulla, ff. de lega. 1.* ita eas inducendo. *In dicta l. domos* (inquit) *dicitur domõs hęreditarias exuſtas, & hęredis nũmis ex tractas, ex cauſa fideicõmiſſi poſt mortẽ hæredis reſtituendas boni viri arbitratu, ſumptuũ rationibus deductis, & adificiorũ ætatibus examinatis, reſpõdi. Quòd ſi nulla retẽtione facta, domum tradidiſſet, incerti condictio ei competet, quaſi plus debito ſoluerit.* Hæc Caualcanus, vbi deindè dicit. *Ecce clarè apparet, quòd adſunt deteriorамenta, ibi, & ædificiorum quã titatibus, & meliorамenta, ibi, ſumptum rationibus, & nihilominus tex. ibi vult, quòd ſi fortè fructus ſoluiſſet, non retentis meliorамentis, & ſic adificijs exuſtis exiſtentibus, quòd poſſit condicere condictione incerti, quaſi plus debito ſoluerit:* poſteà dicit, *quòd hoc eſt verum, ſicut Euangelium.* Ad idem Petra loco citato allegat tex. in auctẽ. qui rẽ C. de Sacroſanct. Eccleſ. & Peregri. tex. in l. ei qui §. fina. de petition. hæredita. Et in noſtris terminis ita reſoluit noſter Molinus in tracta. de rit. nup. & pac. in matrimo. couuen. lib. 3. quæſt. 73. num. 16. cum ſequent. Vbi diſputans hanc eadem quæſtionem in marito, qui mulierem ad partem meliorationum in contractu matrimonij admiſerat, num ſi meliorationes feciſſet in aliquibus bonis ſuis, in alijs autem deteriorationes, an nulla habita ratione deteriorationum poſsit vxor, vel illius hęres petere pretium meliorationum, reſoluit non poſſe, ad quòd inter alia adducit quæ nos ſuprà docuimus, quòd vbi adsũt meliorationes ex vna parte, & ex alia deteriorationes, confunduntur adinuicem meliorationes cum deteriorationibus, & quod excedit melioratio deteriorationem, vel è cõtra, id tantùm habetur in conſideratione.

12 Simile eſt † quod dicitur in ſocijs, quòd qui lucri partem alicuius negociationis, vti ſocius fatagit, non aliter auditur, quàm ſi pro rata ad damna, & expenſas concurrat, §. illud, inſtitu. de ſocieta. Alexander poſt alios conſi. 171. lib. 8. vol. 2. & conſil. 131. col. 3. & conſil. 139. col. fin. lib. 5. Peregri. conſi. 88. num. 9. aliàs leonina ſocietas diceretur, contra l. ſi non fuerit, §. Ariſto, vbi gloſ. & alij, ff. pro ſocio, quo argumento vtitur Molin. in loco citato in illa materia lucrorum inter virum, & vxorem communicandorum, huic noſtræ multùm affini.

13 Accedit his, † quod communiter in eadẽ materia ſocietatis traditur, quòd ad videndum

dum,num in ſocietate adſit damnum,vel lucrum,ſpectandus eſt finis illius,& tunc computanda ſunt computa habita ratione crediti,& debiti,& quod ſupereſt,lucrum dicetur, non aliud. Ita probat l. Mutius, ff. pro ſocio, Pariſius conſ.9. num. 43.lib.1. de Vbal. de duobus fratr.par.12.col.fin.facit Salicet. in l.tamdiu,C.pro ſocio, deciſ.Gen.173.n.16.

14 Conducit quod † in hac eadem materia lucrorum inter virum,& vxorem, ex Nauarro,Suarez, & Rojas docet pulchrè Cancer. in 2.par.variar.reſolu.cap.5. de fideiuſſ. nu. 38. vbi ait, quòd in iſto caſu, in quo mulier eſt admiſſa per maritum in contractu matrimonij ad medietatem bonorum poſteà per eum acquirendorum,non ſtatim atque maritus aliquid lucratur, & de nouo acquirit, etiã irreuocabiliter ipſi mulieri, ſed imò re

15 uocabiliter acquititur. Nã cũ † dictorũ bonorũ adminiſtratio liberè pertineat ad maritũ, poteſt maritus benè, vel malè adminiſtrando,ſibi & vxori reuocare, dummodò id faciat citra omnem frandem, imò bona fide, & animo rem familiarem augendi,vide Nauar.quem Cacer allegat, in manua. cap. 17. num 155. vetſi. Cæterùm, qui meliùs cæteris loquitur. Omnes recurrũt ad conſil.quod multùm celebrant in hac materia Ancharra. 102.adde Roder.Suarez in l.1.tit. *de las ganancias* num.58. & nouiſsimas duas deciſiones Senarus Dolani 61. & 114. apud Ioan. Griuel.Sequan.

16 Hæc nonſolùm † deſeruiunt ad decidendam hanc quæſtionem, ſed & ad aliam magis frequentem, quæ verſatur circa materiã donationum omnium bonorũ præſentium, & futurorum cum legitima reſeruatione, quam filijs parentes faciunt. Ecce quòd poſt dictas donationes, cùm ferè ſemper remaneãt in bonis,& adminiſtratione eorum,vel vigore reſeruationis vſufructus,quam communiter faciunt,aut alijs,parentes,& acquirunt,& alienant,poſt eorum mortem, petunt filij donatarij alienata,& ea vendicare volũt, & quando opponitur eis,quòd ſi alienarunt, acquiſiuerunt etiam,& propterea debet fieri compotum acquiſitionum cum alienationibus,& meliorationum cũ deteriorationibus, replicant non ita eſſe faciendum, quia quæ alienata fuere ex his, quæ donatoris erant tempore donationis, filiorum facta fuerunt propria ex die donationis,& reliqua,quę poſtea fuerunt acquiſita, ex die acquiſitionis,vnde exiſtimant ſine difficultate dari locum reuocationi alienatorum. Hanc quæſtionẽ multùm frequentem,eſt quòd tractemus pauliſper propter affinitatem,quam habet cũ hac materia,& quia eſt propria noſtrorum capitulorum matrimonialium. Fundamentum, quod per filium donatarium fit pro obtinenda dicta reuocatione,conſiſtit in hæreditamẽto ei facto,dicendo,quòd illius vigore, maximè ſtante clauſula conſtituti,quæ eſt in eo, ſtatim conſequutus fuit dominium, & poſſeſsionem bonorum præſentium, ideſt, quæ tunc donator habebat, etiam abſquè actuali, & corporali donatarij apprehenſione, l. ſicut,§.ſuperuacuum,ff.quibus modis pignus vel hypote.ſoluta.non ſecùs, acſi vera traditio interceſsiſſet,l.certè,§.primo, de præca. Oſaſcus deciſ.36.nu.2.ad quod infinitos ad ducit Tepar.in compend.ſentent.iur.titu.de clauſul.conſtitu.in princip.fol.39. Et reſpectu etiam futurorum, dominium & poſſeſsio tranſlata fuerunt in dictum donatarium, ex die acquiſitionis eorum, & in illo momento temporis,quo acquiſita fuerunt,ex l. hac edictali,§.omnibus,C.de ſecund.nup.Couarruias in pract.quęſtio.cap.29.in fine.Theſau. deciſ.215.num.7.Anton.Fab.in ſuo Cod. li. 7.tit.7.de acquirend.poſſeſſio.defini.20.Anton.Gom.in l.45.Tauri,nu.84.in fine.

17 Cui donationi † ita (vt dictum eſt) perfectæ,& iuri per eam donatario acquiſito, non potuit poſteà per donatorem,vel per alienationes inter viuos,vel etiam per aliquam vltimam voluntatem præiudicari, aut derogari, provt abundantiſsimè probat Ioannes del Caſtillo Sotomaior lib.3.controuerſiar. iur cap.10.per totum. Cuius allegatione contentus alios filebo, quia ex huius capitis lectura facilè omnes haberi poſſunt,qui de hoc tractant. Adde Ioſeph.de Seſſe.deciſ. Regni Arago.185.in prin.& per tot.vol.2.

Fundatam ergo videtur,quòd habebit, & habere debebit intentionem dictus donatarius quoad reuocationem alienationum prædictarum,poſt donationem,& hæreditamentum factarum,ſiue bona alienata eſſent in dominio donantis tempore donationis, ſiue etiam ex poſt fuerint per eum acquiſita.

18 Quibus non † obſtantibus contra filium eſt reſoluendum,& ad contraria reſpondemus primò,quòd in iſta materia,quando vult deducere donatarius,& habere donata, & meliorationes in hęreditate, & bonis donatis factas per donatorem poſt donationem, & ſeu bona ex poſt acquiſita,non poteſt donatoris facere diſtinctionẽ, diuiſionem, & ſeparationem bonorum,& lucrorum, ab alienationibus,& ære alieno contracto:ſed imò sũt hęc omnia ſimul ſumenda, & computanda, & quod,deductis alienationibus, & ære alieno contracto,remanebit,illud erit dicendum melioratio,& acquiſitum poſt donationem, & pertinebit ad ipſum donatarium,ſub prætextu,& nomine bonorum futurorum.

19 Et quando † aliud non eſſet, in iſto caſu ſuffi-

ſufficere deberet allegare rationem naturalem, quæ clarè id dictat quod ſuprà dictũ eſt, vt ferè in terminis dicit Borgni. Caual. de-
20 ciſ.27.num.77.circa med.par.2.Nõ enm † ſe rendus eſt(inquit Iuſtinianus in l.vnic.§.pro ſecundo, C. de caducis tollend.)qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexũ contemnit. Quæ ratio naturalis poteſt non minùs ad decidendum cauſas allegari, quàm eadem ipſa lex,nec minùs debet illa moueꝛe,quàm iſta,vt inquit Iſern. in procem.feuda.colum.penult.quem citat Nata in conſil.
21 129.num.2. Plus dicunt, † ſcribendum eſſe imbecillitati intellectus,quærere legem, vbi habemus rationem naturalem Angelus in conſ.317.col.3.poſt Ariſtot.quem citat Surdus de alimentis tit.1.quæſt.44.num.12.Cæ
22 ſar Barz.deciſ.97.nu.37. Qui iudicãdi † modus,vbi lex non adeſt,per rationem naturalem,non eſt prohibitus per noſtras conſtitutiones,imò permiſſus,vti habetur in conſtit. 2.tit.*del offici de Canceller*,ibi,*áret comu,equi tat,e bona r.sbo*.Quam bonam rationem intel ligit ibi Mieres ex n.24.in 2.par.fol.67.id eſt,ſecundum rationem naturalem, & multa adducit in huius rei comprobationem, benè egregius Senator noſter Primarius Ioan.Gallego in reſponſ.in cauſa Syndica.par.1.c.1. num.14.vbi multis idem probat.
23 In noſtro caſu clarum † eſt,quòd noſter donator remanſit de vita ſua bonorum donatorum adminiſtrator, quia hæc hæreditamẽta, quæ filijs naſcituris fiunt,non habent effectũ, niſi poſt mortem donatorum, & hæreditantium,taliter quòd illorum vita durante, nihil poſſunt nec petere, nec prætendere , ſed debent relinquere res donatas, & illarũ adminiſtrationem penes parentes,eodem modo, quo anteà erant penes eos , provt optimè docet Berenga.Ferdina.de nl.nat.ex matrimo.ad morgan.contract.cap.6.præludiorum,num.12.in fin.& cap.7.num.2. Cancer. in 1.par.variar.reſolu.cap.8.de donat.num. 34.& in 3. part. cap.7. de pact. num. 87. & ego ipſe de pac. nup. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. num.18.
24 Plus dicit † Ferdinand.in cita.cap.7.nu.2. quòd nedum adminiſtratio remanſit penes donatorem,& patrem hęreditarem,ſed etia dominium.
25 Hoc ſuppoſito, † intrat benè doctrina ſuprà relata, quòd ſi ex adminiſtratione , quæ fit bono animo,& bona fide,loco lucri,ad q ſemper attẽdit adminiſtrator,ſuccedat damnum,illud debet æquo animo ferre ille , qui habet intereſſe in adminiſtratione , & ſeu in re adminiſtrata: cur non etiam dicemus idẽ in filio,pro quo pater poſt donationem, animo ci ampliùs acquirendi,bona adminiſtratuit? Certè non videtur, quòd poſsit cogitari ratio diuerſitatis.
26 Maximè † cùm in patre donatore, qui eſt caſus ordinarius,ex duplici capite,& quia pater,& quia donator,ceſſet omnis fraudis ſuſpitio: imò quòd citra omnem fraudem ad miniſtrauit, ſemper præſumitur , quod erat, & eſt requiſitum poſitum per Nauar.& alios ſuprà citatos.Quia pater,propter illam præſumptionem,quòd ſemper præſumitur capere bonum conſilium pro filio,argum. tex. in l.nec in ea,ad l.Iuliã de adulter.ex eo, quòd nullus amor vincit paternum,ad §.1. de noxal.actio.& l.iſti quidem,in fin.cum glo.ibidem,ff.quod met. cau. quod latè extendunt Menochius de arbitrar. iudi. caſu 149. à nu. 6.Anton.Sola in conſti.Sabaud.tit.de aliena.bonor.mulier.&c.gloſ.2.num.2. Marcus Anto.de Amat.deciſ.28.à n.1. Cæſar Barz.
27 deciſ.Bononiẽ.29.à n.19.Propter quod † fit vt lex multùm de parentibus confidat erga filios,taliter quòd dicit Seſſe deciſ.43.valere ſtatutum & legem , & ſeruanda ad vnguem eſſe,quæ facultatem tribuunt patri dãdi filijs quod voluerit,idque non ex alia ratione,quàm quia non fuit viſum graue id cõmittere parentibus , de quibus lex conſidit, quod bonum pro filijs capient conſilium. Et videtur in propoſito accommodari poſſe, quod circa dotationem mulieris dicit Paulus de Caſtro in conſ. 275. num.5. vol.1. & Decius conſ.26.num.2.& referunt Vincen. Carro. deciſ.ſeu caſu 16.in princip.verſ.Secundò facit,& Michael Nizol.allegatio.25. à num.25.Cæſ.Barz.deciſ.29. num.24. Vix poſſe patris dotationem à quoquam de incongruitate argui, propter magnam confidentiam,quam de patre lex habet , provt dixi in ſuperioribus in principio tractatus cõgruitatis,aut incongruitatis dotis. Sic in hoc caſu vix poteſt aliquis contractus paternos, & illius adminiſtrationem accuſare, & argere,ſi vendidit,vel nõ vendidit, aut aliter alie nauit:præſumendum enim eſt, quòd omnia geſsit bono animo, & bona fide, vt ampliùs quęreret filijs, provt reuerà ſæpè contingit quæſiuiſſe ſua negociatione,& adminiſtratio ne,vltra quod haberet tempore donationis, vt ſuprà dictum eſt.
28 Vt donator, † habet etiam pater maximam præſumptionem pro ſe in iſta adminiſtratione,quòd ſcilicet bona mente , & citra fraudem adminiſtrauit , & ideò non debeat eius adminiſtratio reprehendi,quia quilibet donator præſumitur habere maximam affectionem circa rem donatam ad fauorem potiùs donatarij,quàm ſui ipſius: vndè videtur quòd ceſſet omnis ſuſpitio,cũ ſemper videatur perſeuerare in eadem voluntate, l. eum qui

qui mutatam, ff. de probatio. l. non ad ea, de conditio. & demonſtratio. provt pulchrè dicic Corneus in conſ. 267. num. 8. vol. 4. & Polidor. Rip. ſingul. obſervat. 212. num. 10.

29 Qui dicunt † hanc eſſe veram rationem, qua propter donator nõ tenetur cauere pro vſufructu, quem ſibi in donatione reſeruat, quia ſcilicet propter rationem ſupradictam, ceſſat in eo omnis ſiniſtra ſuſpitio. Et quamuis † nec pater, nec donator eſſet, ſemper præſumeretur, quòd bono animo, lucrandi ſcilicet, & augendi contraxiſſet, niſi contrarium probaretur l. cura, §. deficientium, ff. de munerib. & honor. cum alijs adductis latè per Gregor. Lopez parti. 5. tit. 10 *de las compañias de los mercaderes*, l. 13. glo. 2.

Hęc ſatis manifeſtè concludunt intentum, quòd poſtquàm aductſus patrem donatorẽ nulla eſt, nec poteſt eſſe ſiniſtra ſuſpitio, iudicari debet pro eius adminiſtratione, & condemnandus filius ad ſtandum illi.

31 His accedit † pulchertima doctrina Betenga. Ferdin. quę nata eſt huic noſtro propoſito, & huic noſtrę facti ſpeciei, in qua quęrimus quid nihilominùs poſsit facere is, qui alium aſſociauit ad lucra, & meliorationes, & quid etiã poſsit nõ obſtãre donatione facere patet, qui donauit omnia bona, nedũ præſentia, ſed etiã futura, vt hæc etiã acquirerẽtur filijs ſtarim atque aliqua patet acquireret. Berenga. igitur Ferdin. de fil. nat. ex matrimon. ad margan. contract. in prælud. cap. 7. num. 6. verſi. Quartus caſus, ſic ait. *Quartus caſus, quo alienatio non reuocatur, quando pater contrahit emendo, vendendo, permutando, more boni patris familias, &c. ad augendum, & tuendum ſuum, & filiorum patrimonium, neque enim pactis matrimonialibus à ſe factis voluit ſe ſe commerciorum incapacem efficere, quominus negociari poſsit, & inter homines conuerſari, ne eorum ſuffragio careat, quod nimis graue cuique videri debet l. hi qui, C. de Apoſt. Aude, quod his commerciis prodeſſe poteſt ſuis liberis, & augere patrimonium: quod ſi aliquando ſecùs accidat, ceſſante fraude, filius æquo animo ferre debet, l. de fideicommiſſ. C. de tranſact. argum. l. ſi pater puellæ, C. de inoffic. teſtam.* Hæc Ferdinan. qui poſteà in caſu 5. ſeq. in fin. hæc pulchra verba addit. *Et vt ſemel dicam, res eò deducitur, vt pater hic, aut auus patriſſans in gratiam liberorum ex matrimonio deſcendentium, prohibeatur bona pactis comprehenſa donare, in illis alteram inſtituere, eadem alteri legare, aut certè in fraudem doloſè per laſciuiam vendere, ad reliquos verò vſus de illa bonis diſponere non impediatur, l. Titius. ff. ad Trebell.* Hæc ſunt, quę ad propoſitũ Ferdi. dicit, quę licet in caſu quo nõ fuiſſent donata niſi bona præſentia, ſicut communiter, & ordinariè fit in Cathalonia, difficultatem haberent maximam, ſi procede-

32 rent. Verùm quando † donatio eſt facta nedum de bonis ptęſentibus, ſed etiam de futuris, de quo idem Ferdin. videtur loqui, quique eſt caſus noſter, in quo donatarius habet vſumfructum, & videtur quaſi obnoxius. acquitere vlteriùs filijs, cùm promiſerit eis etiam bona futura, & acquirenda: ſine dubio procedunt, & poſſunt optimè caſui prædicto accommodari, cum effectus ſupradictorum, vlterioris ſcilicet acquiſitionis pro filijs in donatione quaſi promiſſæ, ex negociatione, & ſeu ex libera adminiſtratione totus ferè pendeat, niſi enim liberè ipſe adminiſtret, non habebit vndè aliud filijs acquitat, videtur quòd dicta libera adminiſtrario, dom non ſit doloſa, aut culpoſa, patri permittenda eſt.

33 Additur, quòd † niſi patri concederetur in noſtro caſu acquiſitorum alienatio, & diſtraxio, vix vnquam donatio futurorum, per quã datur filio donatario occaſio acquirendi de nouo per alias acquiſitiones per patrem de nouo faciendàs, quicquam in fauorem filij operaretur, nec operari poſſet, & ratò contingeret quòd operaretur. Ratio eſt euidẽs, quia noua acquiſitio bonorum non poteſt eſſe ſine induſtria, & diligentia, vt in l. ſi defunctus, in fin. C. arbi. tutel. l. 1. C. pro ſocio, l. ſi nõ fuerint, ff. eodẽ, cũ vigilantibus, & non dormientibus iura ſubueniãt, vt in l. pupillus, in fin. ff. quę in fraud. credit. Bona aurẽ † in-

34 duſtria. & diligẽtia cõſiſtit in vtiliter vendendo, & vtiliùs emẽdo, vt in l. ſeruos, in fin. ff. de pignorat. & in l. ſi hæres, ff. ad l. falcid.

35 Ratio enim † inuenitur, quòd homines, quãcumque ditiores, poſsint ſemper emere, & acquirere ſine eo, quòd aliquid vendãt de his, quæ iam acquiſita ſunt: ergo patri, cui permiſſum eſt poſſe acquirere filio, non obſtante donatione, permiſſum etiam videbitur, quòd poſsit vẽdere, & alienare de aquiſitis, dummodò bona fide id faciat, ac more boni patris familias animo acquirẽdi, vt ferè ſemper fit. Sic enim fiet, vt per iſtã cõtractationem filio aliquid acquiratur, aliàs ferè ſemper ſeruiret de vento donatio reſpectu futurorum, & de nouo acquirendorum, cùm ſine facultate ſupradicta vix fieret vnquã aliqua

36 acquiſitio. Hęc adducit † pulchrè Didac. à Segura de lutris mari. & vxor. n. 158. ad probãdum fuiſſitiam legũ Caſtellę, quæ marito permittunt alienationẽ acquiſitorum conſtante matrimonio, non obſtantibus alijs legibus, quę eorum medietatem vxori tribuunt.

37 Quibus ego addo, † in tantùm eſſe verum quòd non fiant acquiſitiones, & lucra ſine induſtria, & diligentia, vt eis potiùs, quàm pecu-

pecuniæ,dictæ acquiſitiones,& lucra tribnan
tur,vt docet Scobar de ratiocin.comput.22.
† num.16.& Senatus pulchre *dixit* Relatore
egregio Senatore Hieronymo Aſtor 14.De
cemb.1596.inter Mariannam Bolet,& Puig
gener,& Paulum,& Michaelem Puiggeners
fratres.Agebatur de ſucceſsione filij deffun-
cti in poteſtate patris conſtituti,qui habebat
aliqua bona prouenta ex lucris factis in qua-
dam ſocietate per filium cum alijs cõtracta,
dicebat pater ſua eſſe omnia tamquam pro-
fectitia vtpotè acquiſita ex pecunia filio per
eum tradita,vt eam poneret pro capitali in
ſocietate,ex qua lucra prouenerant, ad per
nos late tradita in 1.tom.clau.4.gloſ.7. par.
3.num.6.& 7. Senatus tamen medietatem
lucrorum iudicauit tantùm peculium profe-
ctitum, quod debebat dici acquiſitum patri
pleno iure, & aliam medietatem dixit pe-
culium aduentitium, in quo filio ab inteſtato
deffuncto ſuccedebant pater, & fratres deff-
uncti.Motiuũ erat, quod nos ſuprà dicebā
bus,*quia*(inquit) *lucra prædicta nõ tam ex pe
cunia paterna,quàm ex induſtria filij acquiſi-
ta præſumuntur.* Et quòd acquiſitiones fiant
ex diligentia,& ſolertia cuiuſque,dicit opti
mè I.C.in l.quæſtus, & ibi gloſ. verb. opera,
ff.pro ſocio.

38 Et quòd lucra, † & acquiſitiones veniant
principaliter ex emptionibus, & venditioni
bus, quas homines faciunt, & quòd illud ſit
principalius medium ad bona acquirenda,
præterquàm quòd ratio naturalis ſuadere vi-
detur, inſinuat etiam I. C. in l. coire, ff. pro
ſocio,vbi primo loco ponit contractum em-
ptionis,& venditionis inter modos acquiren
di,& lucrandi,Hector Felic.de ſocie.cap.13.
num.5. Hæc eſt materia, de qua ducebatur
cauſa magni momenti in Senatu,ſed fuit illa
tamquam inter coniunctos concordia ſopi-
ta.Sic in noſtro caſu illarum meliorationum
& acquiſitionum diuidendarum, vt ſciatur,
num ſit aliquid melioratum, aut acquiſitum,
habenda eſt etiam ratio deteriorationũ eo
modo,quo diximus.

39 Vltima practicabilis † in hac materia
quæſtio eſt,num hęc lucra, quę ex iſta ſocie-
tate,ſiue aſſociatione obueniunt vxori,tenea
tur poſteà ad ſecundas nuptias tranſiens re-
ſeruare filijs illius matrimonij,iux. l. fœmi-
næ, C.de ſecũ.nup.Breuiter dic,quòd nõ,
quia hæc non conſequitur mulier titulo lu-
cratiuo,ſed oneroſo,propter diligentiam,ſo
licitudinem,ac ſolertiam,quam præſtat in cõ
ſeruandis,& augendis bonis mariti, & pro-
prijs ratione ſocietatis, provt latiſsimè in
vtramque partem diſputando, probat Moli.
in ſæpè allega. tracta. de rit. nup. & pac. in
matr.conuen.lib.3.tot.quæſtio.75.viden.

40 Pulchrã quæſtionem † circa has aſſociatio-
nis tractat Melchior Phæbus deciſ. Portuga.
61.per tot. ad praxim non parùm conducibi
lem,ſi mulier aſſociata eſt minor,an maritus
fideiubens,& ex hoc læſus,reſtituatur ex ca-
pite læſionis propter ſuum præiudicium,quia
quantò magis dilapidat, & conſumit mari-
tus,tantò minus conſequitur mulier, quam
quæſtionem affirmatiuè reſoluit, & pro ea
† *iudicatum* refert,ibi vide,vbi ex profeſſo diſ-
cutitur.

41 Vidi aliam † formam aſſociationis, ſeu
agermanamenti,aut fraternitatis inter coniu
ges factam,in qua dicebatur,non vt in ſupe
rioribus,quòd conquæſtus, & acquiſitiones
faciendæ per eos eſſent communes,ſed imò
de omnibus bonis tenendis, & poſsidendis
cõmuniter de eorum vita naturali, ita quòd
ſuperuiuens haberet,& poſſideret bona præ
morientis, & de eis faceret ſuas omnimo-
das voluntates. Dubitatur, an illud pactum
42 valeat.Et licèt † videretur dicendum inua-
lidum illud eſſe,ex quo eſt pactum de ſucce-
dendo reprobatum de iure,etiamſi recipro-
cum ſit,ex multis cauſis,& rationibus,de quĩ
bus per Oſaſc.in vulga. deciſ.100. ad quam
communiter omnes recurrunt,Anton.Gom.
in l.22.Tau.num.17.circa fin.Hondede.con
ſil.40.lib.1.Cancer.in 3.par. variar. cap. 7.
de pac.ex num.137. & Sotomaior controu.
quotidian.lib.3.cap.9.qui reliqnos citat.

43 Verùm in duobus † caſibus reperio dictas
cõuentiones, & agermanamenta non eſſe re
probata, ſed imò permiſſa. Primò,quando
adeſt legitima conſuetudo,vel ſtatutum, de
quo per Andre.Gayl. obſerua.124. per tot.
44 lib.2. Secundò,quando † reſeruatur aliquid
ad teſtandum præmorienti, ne dici poſsit
per pactum eſſe ſublatam liberam teſtandi
facultatem, vt docet idem Gayl. obſerua.
126.eo.lib.2.vbi pulchrè ſignanter in fin.&
†† ibi *deciſſ.* & communes de hoc opiniones.
Circa primum caſum nihil vidi in Senatu de
ciſum, cum apud nos nec adſit conſuetudo,
nec ſtatutum approbantia talia pacta. Sed
ſic circa ſecundum, in quo pactum erat fa-
ctum in forma ſupradicta inter coniuges cũ
reſeruatione ducentarum librarum ad teſtã-
† dum pro præmoriente,& fuit *declaratum* va
lidum, & adiudicata bona viro qui ſuper-
uixerat, demptis 200. libris reſeruatis,quæ
adiudicatæ fuerunt fratri vxoris prędeffun-
ctę ab inteſtato, vti proximiori illius. Fuit
facta declaratio 2.Auguſti 1566.inter Fran-
ciſcum Canals mercatorem, & Iacobum de
Ia Fita,Relatore egregio olim Senatore Sa-
la.Et cum his finitur tota hęc materia, mihi
enim ſufficit has,quæ practicabiles ſunt,quæ
ſtiones tetigiſſe. Reliquas videbis apud no-
ſtrum

ſtrum Molin. in cita. tracta. de rit. nup. & pac. in matrimon. conuen. lib. 3. quæſt. 65. cum ter decim ſequentibus, qui adeo copioſus in hac materia tractanda fuit, vt vix aliud poſsit deſiderari.

CLAVSALA XII.

Item dictus N. &c. & dicta N. &c. conueniunt, &c. quòd volẽte Deo ipſi erũt vir, & vxor, & facient, & contrahent matrimonium &c. hinc ad diem N. &c. ſub pœna, &c.

SVMMARIA.

1 *Materia tractanda in hac clauſula, & gloſ.*
2 *Sponſus tenetur adimplere promiſsionem ſponſæ factam de contrahendo cum effectu matrimonium ſub peccato mortali.*
3 *Et ad id compelli poteſt.*
4 *Iaque per Iudicẽ vtriuſque fori, dummodò non agatur de ſponſaliorum valore, quia tunc nõ ſe intromitteret ſecularis.*
5 *Quod multò magis procedit ſi promiſſio eſt facta, ſicut ſolet, cum iuramento.*
6 *Niſi ſubſit iuſta cauſa non contrahendi arbitrio Iudicis.*
7 *Cauſæ, ob quas ſponſus poteſt non adimplere fidem datam de effectuando matrimonio, traduntur plures.*
8 *Sponſus non eſt ſtrictè cogendus ad matrimonium cum effectu contrahendum, ne conſenſus, qui debet eſſe liber, coactus fiat.*
9 *Sponſus ſi pertinax eſt in non contrahendo cum effectu matrimonio, à cenſura contra eum lata abſoluendus eſt.*
10 *Nuptiæ coacta triſtiſſimos ſolent habere exitus.*
11 *Pœna appoſita recuſanti effectuare matrimonium promiſſum, de iure non poteſt exigi, ſed pets intereſſe.*
12 *Intereſſe, quod prætenditur per vnum ſponſum contra alium nuptias effectuare recuſantẽ, quale poſsit eſſe.*
13 *Statuta non valent imponentia pœnam nolenti his obſeruare promiſſa circa contractum matrimonij.*
14 *Pœna in matrimonio promiſſa non exigitur etiam ſi ſit appoſitum iuramentum.*
15 *Fideiuſſores dati pro ſoluenda pœna in matrimonio promiſſa, tenentur ſolum ad intereſſe.*
16 *Promiſsio ſub pœna de contrahendo intra certum tempus matrimonio, appoſita in capitulis matrimonialibus nihil prorsus operatur.*
17 *Fideiuſſores dotis ſoluendæ viro dari poſſunt, ſed non reſtituendæ per eum, & ibi rationes.*
18 *Fallit ſi adeſt, provt ſemper ſolet, iuramẽtũ, quia tunc poſſunt dari fideiuſſores de dote reſtituenda.*
19 *Pignus de iure communi non poteſt dari pro dote reſtituenda, ſed benè de iure noſtro municipali.*
20 *Sed contrarium eſt verius, quia imò vtroque iure illud eſt licitum.*

GLOSSA VNICA.

De promiſsione, quam faciunt ſponſi de effectuando matrimonio cum certa pœna, & de illius validitate.

Ac de fideiuſſorum obligatione, qui ad id dari ſolent. Et pro dote conſtituenda, & reſtituenda.

1 AGitur in hac † clauſula, & cum ea, de obligãdo ſponſos ad adimplendum quod promiſerunt in ſponſalibus de futuro, nempè ad contrahendum realiter, & cum effectu per verba de præſenti matrimonium, quod in ſponſalibus contrahere promiſerunt, & ad hoc adhibetur cautela hęc de imponenda pœna cum fideiuſſoribus contra eum, qui recuſauerit adimplere, & in fauorẽ adimplere volentis. Circa quam rem videndũ imprimis eſt, quis teneatur promiſſionẽ hãc in ſpõſalib⁹ factã adimplere, & ad id compelli poſsit, & denique an ſi appoſita ſit pœna, vt hic, poſsit illa exigi.

2 Quoad primum, † dicendum eſt, teneri ſpõſum promiſsionem adimplere, & ducere ſpõſam in matrimonium ſub culpa lætali, ex c. ex litteris, 2. & cap. requiſiuit, de ſponſal. quibus in locis ſupponitur ſponſalia ad ſui implementum obligare, & cum ſit res grauis, maximaque inferatur iniuria alteri, ſi ſponſalia non adimpleantur, neceſsariò dicendum eſt hanc obligationem eſſe ſub mortali. Hãc reſolutionem ſic latè, & abundè probat Pat. Sanches in tracta. de matrimo. lib. 1. titu. de ſponſal. diſputa. 27. per tot. vt nihil vltrà, & poſt eum Ioan. Baptiſ. Coſta in tracta. de re integ. prælu. 5. diſtinctio. 3.

3 Ad ſecundum dicimus † etiam poſſe promiſſorem compelli ad fidem datam adimplendam, ſi monitus recuſauerit, di. cap. ex litte-

litteris, de ſponſal. Triuiſa. deciſ. 9. lib. 1. Rot. Rom. deciſ. 497. n. 1. p. 1. diuerſor. Hier. Gab. conſ. 159. vol. 2. cum alijs adductis per Mar. Anton. variar. reſolu. lib. 1. reſolu. 2. nu. 3. latiſsimè Sanches d. lib. 1. de ſponſal. diſputa. 29. per tot. Qui num. 9. † addit Iudicē 4 vtriuſque fori competenté eſſe ad hanc coactionem, dummodò de ſponſaliorum valore minimè agatur, quo caſu ſolus Eccleſiaſticus adiri poſſet: dum antè (inquit) ſponſalia certa ſunt, iuxta allegata, & probata (certa, in quam, ſunt, ideſt probatur eſſe contracta, nec, an valida ſint, is eſt) poteſt Iudex ſecularis ad ea compellere, quamuis iuramento confirmata ſint, ſicut cogit ad aliorum contractuum fidem non violandam, Abb. in d. cap. ex litteris 2. de ſponſal. num. 4. Roſel. verbo, ſponſalia, num. 3. Brunellus de ſponſal. conclu. 16. num. 6.

5 Et iſta quidem † compulſio multò magis fieri poterit, ſi promiſsio ſit facta, ſicut fieri ſolet, cum iuramento ratione maioris vinculi, & religionis iuramenti, Sanchez d. quæſt. 29. num. 5. & Coſta d. diſtinc. 3. num. 5.

6 Niſi ſubſit † iuſta cauſa, & rationabilis nō contrahendi, quæ relinquitur arbitrio Iudicis, ex Meno. de arbitrar. Iod. caſ. 455. num. 2. & Rot. Rom. in cita. deciſ. 497. nu. 2. part. 1. & ex alijs latè adductis per Mar. Ant. d. reſolu. 2. num. 11. Sanchez tot. d. diſputa. 29. poſt dictum Mar. Antho. qui totam etiam rem hoc in terminis poſtea ponit ad litteram quam † dam Rot. Rom. *deciſionem* de hoc factam. Si autē vis ſcire in ſpecie, quæ & qualis cauſa ſufficiat, lege eoldem Doctores, apud quos reperies plures enumeratas.

7 Vitrà quos † etiam vide Aloyſ. Ricci. rot. collecta. 1570. vbi multis *deciſionibus* Rotæ Romæ, profequitur cauſas, quę excuſant ab implemento fidei datæ, veluti, quando adeſt timor exhæredationis parentum, ſi magno odio ſponſus ſponſam proſequeretur, vel è cōtra, ſi ſuperueniat lepra, ſi eſt magna diſparitas inter ſponſos nobilitatis, & ſanguinis, quando ſponſa labitur facultatibus, ſeu aliàs non ſoluit dotem, ſeu parentes pro ipſa dotem non ſoluunt, qui eſt caſus, quem vidimus non ſemel apud nos practicarū ſponſenti contrahere, donec ſibi dos ſoluatur.

8 Vnum addit † Sanchez num. 7. quod eſt valdè ſcitu dignum, monendum eſſe Iudicē, vt prudenter procedat in hoc abſque ſtrictiſsima coactione, ne conſenſus requiſitus ad matrimonium deficiat. Quare (inquit) ſi ſponſum ita obſtinatum videat, vt liberè matrimonio cōſentire repugnet, monitione potiùs, quàm ſtrictiſsima coactione vti debet, & hoc eſt quod ſentit cap. requiſiſti, de ſponſal. ibi, monenda eſt potiùs, quā cogenda, &c. Couar. in epito. ad quartum decretal. 1. p. cap. 4. in initio, num. 5. & alij adducti per cū 9 dem Sāchez. Qui adeò † id firmū eſſe exiſtimat, vt dicat num. 8. Iudicem, ſi cenſura latæ viderit ſponſum eſſe pertinacem, nihilque cenſuram prodeſſe, abſoluturum eſſe à cenſura, quamuis ſponſus abſolutionem minimè petat, ad quod multos allegat videndos, quia 10 trifles † admodum ſolent habere exitus iſtæ coactæ nuptiæ. Alia de his vide ſuprà in materia viri ſtuprantis mulierem ſide data de contrahendo cum ea matrimonium.

11 Videamus de pœna, † quę ſolet apponi iſtis promiſsionibus, an illa poſsit exigi. Qua in re eſt concluſio conſtans apud Doctores, eam pœnam non poſſe exigi, quamuis vnus de coniugibus recuſet ſponſalia adimplere, licet ramen intereſſe petere adimplere volenti, & illud refarcire tenetur fidei datæ violātor, ſicut iniuſtè recedens à quocumque alio contractu, prout plurib⁹ probat Sā. hez d. lib. 1. de ſponſal. diſput. 30. nu. 15. latè etiā noſter Cancer. in 3. par. variar. reſol. cap. 11. de ſponſal. & matrimo. nu. 152. cum alijs.

12 Solùm ego † conſiderabam, quale poſsit eſſe iſtud intereſſe, & in quo conſiſtere. Id non reliquit intactum perfectus huius materiæ, & ſecretorum illius indagator Pat. Sanchez dicta diſputa. 30. num. 12. & 14. dicens poſſe conſiderari iſtud intereſſe, ſeu damnū reſpectu ſponſi, eo quòd ſponſa locupletiſsima erat, nec ita locupletem inueniat, ſic gloſſicèt dubitans, in l. Titia in prin. verbo, matrimonia, de verb. obliga. & gloſ. etiam vni. in l. 2. ff. de ſponſal. Item poſſe conſiderari intereſſe damni emergentis, ſi alter ſponſus ratione ſponſalium expenſas feciſſet. Sed hæc difficiliter practicantur, ideò ea omittamus.

13 Nec ſuprà dictis † obſtat noſtra antiquiſsima conſti. 1. ſub titu. de ſponſal. in 1. vol. conſti. quæ facta fuit de anno 1218. quatenus ſtatuit has pœnas forè, & eſſe exigendas. Nam quamuis grauiſsimo olim Senatori Antonio Oliba in vſar. aliūm namque, de iu. ff. cap. 7. ex num. 38. viſum ſit huiuſmodi conſtitutiones fore validas, & ob id obſeruandas, licèt videantur in conſequentiam in aliquale detrimentum Eccleſiarum factę, quia id (inquit) eſt in cōſequentiam remotam, non principaliter, & ideò non attendiſtur, quę videtur ſequi noſter etiā Moli. in nouiſsimo trac. de rit. nup. & pac. in matrimo. comuen. lib. 2. differen. 7. ex n. 40. vbi addit aliam rationē, quia leges in Cathalonia fiunt interuenientibus Prelatis, & perſonis Eccleſiaſticis Prouincię efficientibus brachium Eccleſiaſticum, & cōfiderat etiam tollerantiam Roman. Pontificis,

cis. Verùm contrarium eſt ſine dubio verius, quòd imò tales conſtitutiones non valent, nec ſuſtineri poſſunt, tanquam matrimonij libertatem infringentes, & tanquã diſponentes ſuper eo, quod ſpectat ad ius canonicum, quod eſt attendendũ, quodq; dictas pœnas improbauit. Sic reſpõdet in terminis noſter Canc. in 3. par. variar. reſolu. cap. 11. de ſpõſal. & matrimo. ex n. 158. quod ego in mare ria periculoſa ſemper ſequerer. Et ita videmus non practicari dictam conſtitutionem.

14 Iſtud extendit † Sanchez de matrim. lib. 1. de ſponſal. tot. diſputa. 33. etiã ſi huic pœnę promiſsioni adijciatur iuramentum, adhuc enim exigi non poteſt, quia iſta promiſsio tã quam contra bonos mores non firmatur iuramẽto, & hãc num. 21. dicit probabiliorem ſententiam.

15 Videamus finaliter † de fideiuſſoribus, qui pro iſta pœna ſoluenda cõmuniter adhibentur, vt in noſtris capitulis habetur, an teneantur ad ipſam, quando vnus, vel alter nõ vult promiſsionẽ adimplere. Breuiter dicit Sãch. de ſponſal. lib. 1. diſpu. 38. nu. 1. quòd benè poſsũt fideiuſſores in iſtis promiſsionibus adhiberi, cũ nullo iure ſit prohibitũ, ſed nõ tenebuntur ad pœnam, ſed ſolũ ad intereſſe, ad quod diximus teneri dumtaxat principalem ne in plus teneatur fideiuſſor, quàm principalis, contra §. 1. inſti. de fideiuſſ.

16 Ex ſupradictis habes, † quatenùs nihil prosùs operetur illa clauſula, quæ cõmuniter apponitur in capitulis matrimonialibus, poſtquã videmus poſſe nihilominùs cũ tanta facilitate, quẽcũq; ex eo otrahẽtibus á promiſsis, & data fide recedere. Admonẽt tamẽ nos hçne faciles ſim⁹, qui filias habemus, in comittẽdo eas, ſicut cõmuniter fit, ſpõſis illis datis ante eõtractũ matrimoniũ per verba de præſenti, ſequũtur iodè plura incõmoda, quia cõtingit non rarò ea ſponſalia diſſolui per vnius, aut alterius renitentiam, & ex indè remanẽt miſeræ filiæ quales non deberent pro aliò cõtrahendo matrimonio. Vidi miſerandos de hac re caſus, & ita expertus loquor.

17 Non miraris † quòd huc vſque in iſtis capitulis matrimonialibus nõ reperietis aliquã factã mẽtionem fideiuſſorũ, qui adhibiti ſint pro ſecuritate obligationum in eis factarũ, vel per partem qui promiſit dotem ſoluere, vel per maritum, qui pollicitus eſt illam ſuo caſu reſtituere? Dubitabis proindè meritò ſi id omiſſum eſt ex quo non poſsint in dictis obligationibus interuenire fideiuſſores. Cui dubitationi reſpondeo breuiter, diſtinguendo inter obligatum ad ſoluendum marito dotem, & inter ipſum maritum obnoxiũ ad eam poſteà reſtituendum, vt ab illo poſsit ſine dubio maritus recipere fideiuſſorem dotis ſibi promiſſæ ſoluendę, quia ceſſat ratio, quę eſt in marito, de qua infrà dicemus, per tex. in l. cum dotis, ff. ſolu. mar. Bal. Nouel. de dot. 6. par. priui. 22. num. 9. fol. 6. 16. Anton. Gom. in l. 53. Tau. num. 26. & Ioan. Gutier. de iuramen confirma. par. 1. cap. 21. nu. 4. A marito verò noo poteſt nec mulier ipſa nec eius parentes poſſunt recipere fideiuſſores de dote reſtituenda, quia prohibitum id omninò eſt, ne cauſa perfidiæ in connubio generetur, non confidendo de marito in bonis quæ non dubitauit eidem ſine aliqua cautione perſonam ſuam cõmittere, & corpus, tot. tit. C. ne fideiuſſor. dot. dentur, de quo plura apud Ioan. Gutier. in tot. d. cap. 21. Seraphi. de Seraphin. de prioi. iuram. priuil. 69. & nouiſsime Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 16. ne fideiuſſo. dot. den. per quatuor deſin. ibi contentas.

18 Sed cum omnia † capitula matrimonialia, imò & omnia inſtrumenta apud nos celebrẽtur omninò cum iuramẽto, nullum ſine eo, & fideiuſſoris datio teneat ſi cum iuramento in hoc caſu ſe obliget, vt tenent intrepidè omnes, & ſignanter Gutier. Seraphi. & Fab. vbi ſuprà, ſequitur quòd iam nunc non eſt conſtituenda quoad hoc differentia inter patrem, aut alium obligantem ſe ad dotis promiſſæ ſolutionem, & ipſum maritum obnoxium ad illius reſtitutiõnẽ: omnes contrahere poterunt eo modo quo voluerint, vel cũ fideiuſſoribus, vel ſine eis. Quamuis aurẽ hæc ita ſint, in noſtra Cathalonia non practicatur vnquã ferè quòd cautiones exigantur, vel pro dote conſtituta ſoluenda, vel pro ea recepta reſtituenda, ideò non eſt quòd nos multùm in explicatione huius materiæ inſudemus, ſed aliã vtiliorẽ quæramus. Reliqua ſi volueris, videbis apud Doctores citatos, qui latè de hac materia aguot, quibus adde Ioſeph. Ludoui. commu. conclu. 13. lib. 1. per tot. & Anto. Hering. in trac. de fideiuſſor. cap. 6. ex num. 104. eum multis ſequent. vbi habes materiam plenè tractatam.

19 Sed an † quemadmodum eſt prohibitum fideiuſſores dari pro dote reſtituenda, an ſit etiam prohibitum dari aliquod ſpeciale pignus. Hanc quęſtionem tractat noſter Mier. in repetitio. conſti. hac noſtra num 137. vbi dicit quòd de iure communi ſic illud ſicut illud eſt probitum, id quod dicit probari glo. magna l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. den. ſed nõ eſt prohibitum de iure noſtro municipali, prout probatur in conſti. hac noſtra, vbi ſicut plenè diximus in ſuperioribus cum eã explicaremus, clarè conceditur iſta pignoris datio, quæ fiat

20 à matito. Sed deceptus † Mier. fuit in eo quod dixit de iure communi, quia imò eo iure permiſſum ſine dubio eſt dare aliquid in

pignus pro securitate dotis, dum detur à marito, non ab extraneo, quia tunc intercessio esset, vt declarat eadem glo. & latissimè Herring. in d. cap. 6. de fideiuss. ex num. 119. cum multis sequentibus, vbi nimius fuit in perscrutanda ratione cur pignus, non fideiussores pro dote dare liceat, quam parùm expedit scire, ibi videas si id scire desideras. Et cũ his finitur hæc breuis clausula.

CLAVSVLA XIII.

Testes firmæ omnium prædictorum, tam principalium, quã fideiussorũ N. & N.

SVMMARIA.

1 Contrahentes per firmã, quam faciũt in instrumento remanent obligati ad illius obseruãtiam, & suam recipit instrumentum perfectionem.

2 Notario non creditur de fide instrumenti, & obligatione partium, sine testibus.

3 Firma partium est conclusio contractus inter eas celebrati.

4 Capitula omnia, & pacta contenta in aliquo instrumento dicuntur suam perfectionem accipere à conclusione.

5 Clausula, Actum est hoc, &c. continet perfectionem actus, & publicationẽ instrumẽti.

6 Firma mulieris non est necessaria in instrumento capitulorum matrimonialium quoad ea fauorabilia, secus quoad odiosa.

7 Mulier contrahendo cum effectu matrimonium, censetur approbare quæ eius nomine in capitulis matrimonialibus scripta fuere, & acceptare ea, confidens de his, qui pro ea interuenerunt in eis.

8 Decisio pulchra Senatus in hac materia concedens mulieri hypothecam pro dote per patrẽ constituta, & filijs ius ex hæreditamento in eorum fauorem facto, quamuis mulier non firmasset.

9 Alia similis decisio Senatus, vbi pacta facta pro muliere in capitulis matrimonialibus ſi ris, ac ſi ipſa firmaſſet.
Vxor præſumitur habere ſcientiam omniũ contentorum in capitulis, quamuis in eis nõ firmauerit, ibidem.

10 Alia & tertia Senatus decisio, idem probans.

11 Mulieri non ſit præiudicium per pacta, quæ apponuntur in capitulis matrimonialibus, in quibus ipſa non firmauit.

12 Mulier non dicitur dotata ad effectum, vt exclauſa ſit à ſucceſſione matris in vim ſtatuti, ſi dotatio eſt facta in capitulis matrimonialibus, in quibus ipſa non firmauit.
Etiamſi aliàs ſciret dotationem, ibidem.

13 Inſtrumenti fides non corruit ex quo non repertur matrix ſcriptura illius.

14 Secus eſt ſi reperiuntur protocolla, & matrices illius Notarij de eo anno ſine aliqua ſuſpitione, & iſtud non inuenitur inter ea, vbi decif.

15 Nec cenſet Auctor neceſſe eſſe probare conſuetudinem, & ſtylum Notarij conficiendi protocolla, quia ſatis illa, & ille probantur ex oſtenſione protocollorum aliarum ſcriptura rum illius anni.

16 Deciſiones duæ Senatus noſtri optimè probantes omnia ſupradicta.

17 Inſtrumentum impugnans ex eo quòd inter protocolla Notarij illud non reperiatur, debet probare non dari alia protocolla illius Notarij præter ea, quæ oſtenduntur.

18 Narratur caſus, quem de hoc Auctor habet in Senatu.

19 Inſtrumentum de falſo volens redarguere non poteſt obligare partem vt protocolla, & matrices exhibeat.

20 Clauſula, quæ ſolet apponi in omnibus inſtrumentis, quòd partes concedũt Notario, vt tot exempla illorum tradat partibus, quot voluerint, ad quid ponatur, & quare.

21 Inſtrumenta, & capitula nuptialia iam ſolebãt antiquitus, & in lege veteri celebrari.

GLOSSA VNICA.

De firmis contrahentiũ capitula matrimonialia. Et de concluſione eorum.

Ac de fide inſtrumenti, cuius nõ reperitur protocollũ, & prima matrix.

1 SIne iſta clauſula † nihil eſſet inſtrumentũ hoc, nulla ex eo obligatio inducereꝛur, quia per hãc firmã, de qua in ea, cenſetur adhibitus conſenſus partium, quo obligati manent ad obſeruantiã contentorũ in inſtrumento, & per atteſtationẽ, quã facit Notarius cũ teſtibus in hac clauſula, ſuam in ſtrumentum recipit perfectionẽ, & indè oritur eius auctoritas, & fides, prout docet in terminis Caſt. in l. cõtractus n. 6. de fid. inſtru.

† Notanter dixi per iſtam notarij atteſtationem cum teſtibus ſuam inſtrumentũ recipere perfectionẽ. Quia aliàs ſine teſtib' Notario non creditur, vt dicit glo. in §. ſi verò abſunt, in auct. de hæredib. & fakid. nec inſtrumen-

ſtrumentum Notarij ſine teſtibus fidem aliquam facit, vt abundè probat Aym. in conſi.
3 122.nu.13. Hęc eſt † concluſio contractus in qua illius totalis perfectio cõſiſtit, vt eſt tex. in l.ſi voluntate, C.de reſcin.vendi.cũ ſimil.
4 Omniaq; † pacta, & capitula contractus dicũtur perfici in cõcluſione, quãdo partes habẽr eum pro abſoluto, l.contractus, C.de fide in ſtrum.cũ alijs latè adductis per Surd.in conſi.217.n.11. Quando itẽ † in inſtrumento reperitur clauſula, quę cõmuniter ſolet apponi, Actum eſt hoc, &c. ea ſine dubio denotat etiam perfectionem actus, & publicationem ipſius inſtrumẽti, vt per Ruin.in conſ.119.n.13.lib.4.Brun.de form.fol.82.col.2.Cagn. in l.ſi librarius nu.71.de reg.iur.Menoch.in conſ.224.num.3.& Oliuar. deciſ.902.nu.2.

6 Videamus, † an ſi deſineret eſſe in inſtrumento firma vxoris, & ſola adeſſet firma mariti in his capitulis matrimonialibus, deſineret etiam inſtrumentum habere ſuam perfectionem, tanquàm carens firma, & conſenſu vnius ex contrahentibus, & ex hac ratione altero pede claudicans. Qua in re duo caſus ſunt diſtinguendi, vnus eſt, qui reſpicit fauorem mulieris, alius, qui eius odium. Quoad primum, nihil refert quòd firmauerit mulier, vel non, quia vtroque caſu habet locũ in ſui fauorẽ. Secundo verò non, ſingulare iſtud probans eſt conſ.Philip. Dec. 35. vol. 1.vbi dicit, quòd, quamuis firma mulieris nõ adſit in capitulis, nihilominùs ei acquiritur ius in his, quæ ſunt ad ſui fauorem eo modo,
7 quo ſi firmaſſet: cõſiderat enim, † quòd quæ continentur in capitulis nomine ipſius geſta fuerunt, & per eam contrahendo realiter, & cum effectu matrimonium, ratificata, quod ſufficit, quia lex in iſto caſu ſupplet pro ea. Additionator in lit. A. quòd ex eo quęratur mulieri ius, etiam ſi abſit in contractu dotis, quia (inquit) ex quo conſenſit in matrimonium, ſatis cenſetur acceptare pacta dotalia, de quibus confidit his, qui vice illius tractãr, allegat l. ex morte C. de pac. conuen. videndam, ſequitur Rot.Roma.in pulchra deciſ.166.num.13. in recollec. per Manti.

8 Vidi de hoc † diſputatum in Senatu de anno 162n. inter Franciſcum Planes, & coniuges Blanchs, coram egregio Senatore Hi-
† poly.Montaner, *vbi dictum fuit mulieri eodem modo fuiſſe acquiſitam hypothecam, & eandem iuris potioritatem, & temporis prioritatẽ in bonis viri, ex dotatione paterna facta in capitulis matrimonialibus, ac ſi reuera firmaſſet in dictis capitulis*, & ſimul etiam fuit dictum *filijs ex eo matrimonio poſtea procreatis fuiſſe acquiſitum ius ex hereditamento facto per patrẽ in eiſdem capitulis, ac ſi mulier firmaſſet, & ex conſequenti ius fuiſſe filijs ratione hereditamenti in bonis in eo comprehenſis, & vxori pro ſua dote impedire executionem, quæ fiebat in bonis patris, & mariti reſpectiuè, eodem modo, ac ſi per mulierem capitula matrimonialia fuiſſent firmata.* Ducebatur cauſa in Curia Vicarij Barcino. ſed fuit factum verbum. Actua. erat Rafeques.

9 De eodem etiam † puncto vidi diſputatum de eodẽ anno 1620. in Senatu inter Raphaelam Caſes, & Bernils, & Ioannem Mas, coram egregio Senatore Ioſepho Ferrer, Actuar. Coſta, vbi licèt mulier non firmaſſet in capitulis, prætendebatur idem futurum, ac ſi firmaſſet, in pulcherrimo caſu conſtitutionis dotalis, vt ei ſtandum eſſet, quantumuis à ſolo patre facta, quemadmodum ſi à filia. Quæ cauſa declarata fuit 14. Nouemb. anni prædicti 1620. Ecce caſus pulcher. Petebatur à quodam quòd reuenderet ſibi quẽdam manſum, quia prædeceſſoribus petentis fuerat datus in dotem mairi rei conuenti pro certa quantitate, cum pacto de retrouendendo, & cum iuxta opinionem in Cathalonia receptam, non poterat reus opponere exceptionem præſcriptionis, ſi confitebatur ſe, & ſuos poſſediſſe, & poſſidere cum pacto de rettouendendo, negabat fortiter quòd ipſe poſſideret illo titulo, ex quo conſtabat matrem ſuam non firmaſſe in capitulis matrimonialibus, & ideò opponebat exceptionem præſcriptionis ex eo quòd per tempus legitimum poſſederat manſum. Sed
† repulſam *paſſus eſt*, & declaratum teneri ad retrouendendum, ex rationibus, & motiuis Decij, & illius additionatoris his verbis. *Quæ capitula licèt non conſtet per dictam Agnetem firmata fuiſſe, tamen ex ſubſequenti matrimonio, & aliàs ſatis præſumitur de prædictis pactis dotalibus dictam Agnetem ſcientiã habuiſſe, illaque ſaltem quatenus ſibi profitua erant ratificaſſe.* Eandem mulieris notitiam circa conſtitutionem dotalem, nec poſſe illã allegare ignorantiã, pluribus probant Surd. in conſ.519.ex nu.4.vol.4. & Srepha. Grat. tot.diſcep.362.lib.2.

10 Alium & tertium caſum in hac materia vi
† di *deciſum* per Senatum die 7. Iulij 1574. inter Ioan.de Rejadell, & Clementem Scarrer Relatore Sabater, vbi oponenti viro circa reſtitutionem rei dotalis de beneficio ne egear, replicabatur quòd non erat res illa quę petebatur dotalis, ex quo ex inſpectione capitulorum conſtabat mulierem qnę debuiſſet conſtitutionẽ facere, non firmaſſe in eis; ſed quia ad extra fuit teſtibus, & alijs inſtrumẽtis probatũ hãc mulierẽ reuera cõſtituiſſe illam rem in dotem in contractu matrimonij, & tempore illius: & ſi id ſcriptum non erat, culpæ Notarij erat tribuendũ, ideò

fuit data res prædicta pro dotali,& viro circa eam conceſſum beneficium.

11 Secus eſt † quoad actus præiudiciales,tũc enim ſi non firmaſſet mulier,ei per capitula matrimonialia,& pacta in eis conuenta non eſſet aliquo modo præiudicatum, vt dicit idem Dec.ibidem,qui conſiderat in ſua reſolutione,quòd ibi agebatur de fauore,& vtilitate illius,ſed tu conſidera quòd in capitulis,quæ non firmauit mulier,eſſent renunciationes exceſsiuæ,& exorbitantes,vel conſtitutio dotalis multùm renuis, præter id quod requirit officium paternum,clarum eſt quòd nec dictæ renunciationes haberentur pro factis,nec prohiberetur filia talem donationẽ impugnare, quia tunc lex non ſuppleret ad damnum mulieris,quæ quia ſunt ex ſe nota, ideò ampliùs non probamus.

12 Per quæ † poſt Iſern.in cap.1.nu.24.verſic.Si verò marito,& verſi. Quid ergo ſi ſciuit,de natural.ſucceſsion.feu.Surd.conſ.45. nu.44.vſq; ad nu.55.& 519.nu.3.vſq; ad nu. 11.lib.4.reſoluit Graria.diſcep.15.num.29. conſtitutionem dorium factã viro nõ præiudicare vxori, vt dici poſsit dotata ad effectũ vt excludatur à ſucceſsione in vim ſtatuti excludentis dotatã, quod extẽdit etiamſi dotationis conſcia fuerit,& tacuerit, cũ tacẽs nõ videatur conſentire,& in dubio præſumendũ eſt tacuiſſe,quia ſciebat ius ſuum dotare.

13 Eo finem † inſtrumenti capitulorum matrimonialiũ, quod gloſſandũ ſuſceperamus, ad quẽ finẽ Deo cõcedẽte,nullis licet noſtris meritis interuenientibus,nõ tamen ſine magno labore,& ſudore peruenimus.Illi, qui cũctis tribuit affluenter, agamus proindè gratias. Supereſt dicamus aliqua de perpulchra quæſtione,quę nõ rarò incidit diſputãda circa materiã hãc.Ecce illud inſtrumẽtũ capitulo.matrimonialiũ cõfectũ eſt,vt vidiſtis, & firmatũ per partes in debita forma : ecce quòd eius deindè copia auctẽtica fuit parti tradita per Notariũ ſuo ſigno ſignata,& cũ debitis ſolẽnitatibus expedita,vt in iudicio,& extra fidẽ facere poſſet,ſicuti fieri ſoler.Ecce quòd exhibetur in iudicio.Ecce quòd opponit pars, contra quam exhibetur, de falſitate. Ecce ꝙ ad eã probandã apprehendi initat appriſias; & matrices,ſeu protocolla illius Notarij.Ecce quòd inter ea non reperitur appriſia dicti inſtrumẽti.Quæſitũ ſępe vidi,& dubitatũ, nũ ex hoc iſtud inſtrumentũ iudicari debeat falſum,aut,ꝙ idẽ eſt,de falſo ſuſpectũ.Mihi iſtã diſtinctionẽ in hac materia sẽper facere placuit.Aut ſimpliciter,& in genere opponitur ꝙ nõ reperitur appriſia,& matrix inſtrumẽti quod impugnatur,aut dicitur, & opponitur, quòd inter ſcripturas illius Notarij, qui rogatus de inſtrumento dicitur,& inter illius protocolla,& matrices non reperitur. Primo caſu,nõ arbitror detrahi fidei,& veritati inſtrumenti in debita forma expediti,& parti tradiditi ex eo ꝙ dicatur ſimpliciter nõ reperi appriſiã,habeo enim intentionẽ fundatã in illo inſtrumẽto auctẽtico,ꝙ mihi liberauit Notarius,ꝙ nõ debet ſubiacere in mei damnũ illi infortunio, ſi in poſterũ deperditur matrix, vel ſuffuratur, poliquã mihi nõ eſt cõmẽdata

14 illius cuſtodia.Cęterũ † ſi oſtẽdantur protocolla,appriſię,& matrices illius rẽporis,& anni,cuius dicitur eſſe inſtrumẽtũ, in aliquo libro appriſiarũ benè cõpoſita,& ordinata cõ ſequutiuè, & cõtinuatiuè ſecundũ ſtylũ peritorũ Notariorũ, ſine aliqua ſuſpitione ꝙ aliquid ab eo ſubſtractũ ſit, vel lucratũ,aut aliàs nõ credetẽ,ꝙ huic inſtrumẽto,ꝙ oſtẽditur ſignatũ,& in debita forma per illũ Notariũ expeditũ,poſſet dari aliqua fides:imò illud sẽper ſuſpectũ de falſo iudicatẽ. Hæc diſtinctio eſt originalis Didaci Coua.in practi.quęſt.c.19. nu.3.qui de ambobus caſibus loquitur, & tractat,Hondede.conſ.66.nu.36.lib.1.poſt Craue.& Paris.licet iſti non ita clarè diſtinguãt, ille in conſ.121.n.11.& iſte in conſ.104. n. 62.lib.1.qui optimè fundãt primũ caſũ; proſecũdo autẽ Hõdede.in cit.loc.adducit quã-

† dã Rot.Rom.*deciſ.* de anno 1588. in terminis terminãtibus factã. Alios adducit Farin. de ſimula.& falſita.q.153. num.144. Video

15 illos † Doctores tacitè innuere, quòd probetur cõſuetudo,& ſtylus Notarij cõficiẽdi protocolla, ſed ſuperfluũ id iudico in iſto ſecũdo caſu,quia oſtẽtio iſta librorũ, in quibus ſtylla tè reperiũtur protocollata cętera inſtrumẽta, probabit ſatis ſuperq; ſtylũ prædictũ, ac cõſuetudinẽ: videvltrà prędictos de hac materia optimè agentes Meno.in cõſ.1093.ſub n.27. & ſeq.& Anto. Mona.deciſ.Floren.60.n.16

16 Bis repeti † antiquitùs fuiſſe de hoc puncto in Senatu diſcepratum. Primùm inter nobi.Petrum de Pinos,& de Fenollet, & Spectab. don Pet. de Caſtro, & de Pinos, de anno 1555. referente egregio Senatore Montaner. Secundò inter Franciſcum de Rupebertino, & Franciſcum Bret de anno 2582.Relatore Sala. In quibus ambo caſus ſuprà propoſiti fuerunt deciſi,& reſoluti per

† Senatum.In primo fuit *deciſus* primus caſus 26.Octob. dicendo, *quòd quamuis appriſia, & nota cuiuſdam donationis,de qua agebatur, non fuiſſent inuentæ,ex quo inſtrumenta in publicam formam erant redacta,non tollebatur, fides illorum,aliàs* (inquit) *partes, in quarum poſſe non ſunt notæ,aut protocolla extractorũ, ſed remanent penes Notarium,nunquam eſſet tutæ à fraude, arte,& machinatione, maximè in villis,& locis paruis partiũ,qua ladentur, poſſent ſubtrahi,& taliter tollere fidem inſtrumẽto.*

mentorum publicorum, si ex non inuentione appriſiæ, & notæ fides inſtrumenti publici tolleretur, quod eſſe non debet. Ideò ſufficit habere inſtrumenta in publicam formam redacta, &c. Vides qualiter pro noſtra opinione in primo caſu declarauerit Senatus?

† In ſecundo fuit *deciſus* ſecundus caſus 27. Iulij, dicendo, *quòd inſtrumentum, cuius nulla reperitur appriſia, vel nota, eſt ſuſpectum de falſo, repertis tamen* (inquit) *protocollis, & notis Notarij, qui dictum inſtrumentum teſtificauit, integerrimis, & abſque aliqua laceratione bene cuſtoditis, & regulatis, &c.* Quod idem inſinuauit etiam Senatus in ſuprà relata prima cauſa, Relatore Montaner, de anno 1555. deciſa, vbi expreſsè fuit dictum, *non fuiſſe habitam in illo caſu rationem, quòd fuiſſet repertum manuale apprifiarum illius anni, quo facta dicebatur donatio, quia* (inquit) *per hoc non tollitur fides dictæ donationis, cum in dicto manuali multæ imperfectiones reperiantur, & facta cõbinatione cum notis, multa inſtrumenta notata non fuerunt continuata in dicto manuali, &c.* Secùs declaraſſet, ſi dictæ impetfectiones non fuiſſent in manuali repertæ. Admonemur in eadẽ † declaratione 17 vt probemus, non eſſe alia protocolla, nec appriſiarum libros, ne nobis opponant, ſicuti ibi fuerat oppoſitum, non conſtare, quòd non adeſſent alij libri illius anni, de qua oppoſitione ibi etiam Senatus habuit rationem ſimul cum alijs ſuprà notatis, vt pro fide, & auctoritate inſtrumenti reſolutionem caperet. Sic intelligẽdũ fore cẽſeo Canc. qui de hac eadem re loquitur, & primum exemplar etiam refert in 3. par. variar. reſol. cap. 3. de priuileg. ex num. 233.

18 Cõtigit † mihi ſuperioribus annis iſte caſus diſputandus in Senatu coram egregio Senatore Ioan. Gallego, inter Reuerendum Capitulum ſancti Fœlicis Eccleſiæ Gerundæ, & Bartholomeum Getoni, Actua. Simone Fõt. Vbi oppoſui de falſitate cuiuſdã inſtrumẽti, & ducto negocio ad Collegium Notariorum publicorum Barcin. nemini (vt arbitror) in orbe ſecundum, cui propter ſummam in his peritiam ſolent hæc primùs per Senatum remitti, vt relationem faciant. Illa celebris cõgregatio eo motivo á me allegato, quòd nõ reperiebatur appriſia illius inſtrumenti, cùm tamen reperirentur libri appriſiarum, & notarum illius anni benè regulati, & cuſtoditi omni ſuſpicione carentes, retulit Senatui, eſſe inſtrumentum de falſo ſuſpectum neſcio, quid Senatui videbitur, ſub quo adhuc lis eſt, iudico quòd relationem approbabit.

19 Sed quando † quis vult redarguere inſtrumentum de falſo, an pars quę illud exhibuit, teneatur parte aduerſa petẽte, exhibere etiã in Iudicio protocollũ, vide Vincen. de Fran. deciſ. 294. viden. vbi multis reſoluit quòd non, ſed id oneris incumbere patti volenti illud improbare, atque ita *deciſum* aſſerit, ſicque practicatur in hac Prouincia licèt viderim multos ex nolitis in hoc errraſſe petẽdo protocolla á parte, vt impugnari poſſent.

20 Poſt ſupradicta † ſolet communitet in his inſtrumentis, & in reliquis omnibus poni clauſula, qua partes concedunt tabellioni vnum, vel plura, prout voluerit, exempla auctentica eorum extrahendi, ac partibus intereſſe habẽtibus liberandi. De qua vidi multos mirari quamobrem apponeretur. Reſpõdi, vt obuiatetur difficultati, ſi vltra vnũ exẽplum poteſt Notarius alia extrahere abſque citatione partis, prout videtur velle tex. in l. cum plures, ff. de bon. auctо. iudi. poſſideri. ibi. *Et ait Labeo amplius quam ſemel non eſſe concedendam.* Quæ difficultas euitatur ſi partes hanc licentiam concedunt tabellioni, vt dicunt Paul. de Caſt. in l. Sempronius Proculo, de lega. 2. ad fin. & Alex. in l. exigitur ſ. r. de eden. De his ſi plura ad ſatietatẽ habere volueris, vide nouiſsimum commen. Fran. Caldas de Perey. ad Typum emptio. & vendi. c. 35. num. 12. vbi latè diſputat, ſi abſque hac licentia poteſt tabellio plura exempla extrahere.

21 Hic eſt finis † huius inſtrumenti capitulorum matrimonialium, quod ſolet extractatis, & pactatis inter partes fieri, ſecundùm cõmunem ferè omnium terratum vſum, qui eſt tam antiquus, vt iã in lege veteri vigeret, vti habetur Tobiæ c. 7. ibi (loquendo de matrimonio Tobiæ iuniotis cum Sara filia Raguelis) *Et accepta charta fecerunt conſcriptionem coniugij, &c.*

CLAVSVLA XIIII. & finalis.

Sit omnibus notũ quòd nos N. & N. coniuges, & N. eorum filius cõfitemur, & recognoſcimus vobis, &c. quo modo infrascripto dediſtis, & ſoluiſtis nobis, &c.

SVMMARIA.

1 *Apocha quid ſit. Et quid antapocha.*
2 *Apocha dicitur de recepto, & fit per creditorẽ. Antapocha, de ſoluto, & fit per debitorẽ. ibi.*
3 *Creditor ſicut tenetur facere debitori apocham*

de recepto, ſic debitor antapocham de ſoluto.

4 Apocharum, & antapocharum vſus eſt valdè vtilis, & creditoribus, & debitoribus, & magis quàm vſus ſcripturarum priuatarum.

5 Dos alia dicitur naturalis, alia ciuilis, & alia denique ciuilis coniuncta cum naturali.

6 Dotis traditio, & numeratio ſatis probata manet cum dicitur quòd mulier adfert tantam quantitatem, vel aliam rem, quam tradit, & aſſignat viro.

7 Apocha continens confeſſionem dotis receptæ ſolet fieri poſt contractum per verba de præſenti matrimonium.

8 Confeſſio mariti de dote recepta numerando in præſentia Notarij, & teſtium, de iure probat numerationem, tam contra maritum, quàm contra creditores.

9 Exceptio non numeratæ pecuniæ ſolùm opponitur contra confeſſionem, non contra numerationem.

10 Confeſſus ſe recepiſſe numerando in præſentia Notarij, & teſtium. admittitur, ſi vult, ad probandum contrarium, & quomodo.

11 Notarius qui atteſtatur de confeſſione partis circa receptionem pecuniæ in præſentia ipſius, & teſtium, conuincitur de falſo ſi probatur contrarium per teſtes.

12 Notarius excuſatur à falſitate quamuis contrarium probetur, cum ſolum poſuit in inſtrumento quòd pecuniam Titius numerauit, exhurſauit, & tradidit & quare.

13 Notarius non poteſt atteſtari de receptione pecuniæ numerando in ſui, & teſtium præſentia, niſi videat illam numerari, nec ſufficit videre eam in ſaculo ſuprà menſam, ſicut communiter fit.

14 Nec excuſatur ex conſuetudine ita faciendi.

15 Exceptio non numeratæ pecuniæ poteſt opponi contra confeſſionem partis de dote recepta in præſentia Notarij, & teſtium.

16 Solutio dotis probatur optimè ſine exceptione, cum monſtratur apocha dicens dotem receptam per medium tabulæ communium depoſitorum, ſimul cum partita tabulæ, vel monſtratur ſola partita.

17 Tabulæ depoſitorum communium habent vim inſtrumenti, ita vt quod conſtat per tabulam, dicitur conſtare per publicum inſtrumentum ad omnes effectus, vbi deciſ. Senatus.
Executio, quæ fit in vim inſtrumenti guarentigij, quæ non admittit niſi exceptionem ſolutionis, de qua conſtet per publicum inſtrumentum, admittit probationem per partitam tabulæ, ibidem.

18 Tabulę depoſitorum communium nominatio loco cautionis, vt ibi deponatur pecunia pro executione ſententię, non eſt ſufficiens, quia non ſit plena aſſecuratio, vbi deciſio Senatus.

19 Confeſſio de pecunia recepta per medium tabulæ ſubiacet exceptioni non numeratæ pecuniæ ſi partita tabulæ non oſtenditur.

20 Solutio non probatur per confeſſionem, quæ ſe refert ad libros rationum niſi illi oſtendantur, & quatenus ex illis conſtet tantum.

21 Opinio noſtri Cancer circa hoc.

22 Relatio facta ad aliud inſtrumentum in confeſſione receptæ dotis, an requirat oſtentionẽ inſtrumenti relati.

23 Inſtrumentum, quod ſe refert ad aliud, an poſſit executioni mandari ſine oſtentione relati, optima diſtinctio.

24 Negatiua, quòd pecunia non fuit recepta, ſicut dictum eſt in inſtrumento, per medium tabulæ, quomodò probetur.

25 Relatum vbi differt a referente, relato potiùs quàm referenti eſt ſtandum.

26 Relatum eſt in referente, niſi alio modo referatur quàm ſit in relato.

27 Confeſſio facta in teſtamento cum relatione ad aliud, ſi excedit ſummam contentam in relato, non poteſt valere in illo quod excedit, in vim legati, quia non fuit animus legandi.

28 Relatum potiùs debet attendi quàm referens etiam in his, quæ pendent ex voluntate referentis, quia præſumitur error.

29 Referenti eſt ſtandum in his quæ pendent ex voluntate referentis, intelligitur ſi non conſtat de relato.

30 Puleber caſus circa hoc in Senatu deciſus.
Mercatores fiunt à Rege in ciuitate Barcinone, ibidem.

31 Exceptio nõ numeratæ dotis nõ poteſt opponi cõfeſſioni factæ per virũ cõſtãte matrimonio de dote recepta cum præceſſerunt capitula.
Confeſſio facta per virum conſtante matrimonio, vbi præceſſerunt capitula, nocet creditoribus poſt capitula contractis ante confeſſionem, ibidem, vbi deciſſ.

32 Quod procedit multò magis ſi adſunt aliqua coniectura ſolutionis.

33 Reſpondetur Vlaſco contrarium volenti reſpectu creditorum ne eis præiudicetur.

34 Confitens ſe recepiſſe pro reſiduo, & ſeu adplementum dotis, cenſetur totam dotem recepiſſe, & per id probatum illud remanet, vt deciſ. Senatus.

35 Confeſſio pro reſiduo, & ad complementum facta tertio pro alio ſoluenti non probat ſolutionem totius ad commodum tertij ſoluentis.

36 Solutio, & ſeu partita facta pro reſiduo, poſſit acceptari, & reijci qualitas pro reſiduo.

37 Promiſſio dotis debet oſtendi facta vt capitulis, nec ſufficit aſſertio partium ſi

eba, vt confeſsio poſteà ſequens præiudicet.

38 *Niſi concurrant aliquæ coniecturæ receptionis dotis.*

39 *Confeſſio facta de dote recepta poſt promiſsionem, non nocet quando adſunt coniecturæ in contrarium.*

40 *Fraudis ſuſpicio in confeſsione de dote recepta facit ne ei ſtandum ſit.*

41 *Confeſſio mariti de dote recepta poteſt ex tripli ei capite impugnari, de quibus hic.*

42 *Promiſsio dotis præcedens tollit in confeſsione præſumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ pecuniæ.*

43 *Fraus, ac fraudandi animus non præſumitur, ideò illam, & illum allegans tenetur probare.*

44 *Dos promiſſa à communiter accidentibus ſolet ſolui.*

45 *Fraus, & fraudandi animus coniecturis probatur.*

46 *Fraudem, & animum fraudandi dijudicare, eſt in arbitrio Iudicis poſitum.*

47 *Confeſſio dotis receptæ facta ſtatim poſt commiſſum delictum, iudicatur fraudulenta.*

48 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur fraudulenta ſi tempore quo facta fuit, apparebat magnum æs alienum.*

49 *Sed non ſufficit quòd maritus habeat vnum æs alienum in parua ſumma.*

50 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur fraudulenta ſi eodem die quo facta fuit, apparet contractum debitum, & ex alijs cauſis hic relatis.*

51 *Confeſſio facta a binubo de dote recepta, abſque eo quòd conſtet de numeratione, præcedente tamen promiſsione facta in capitulis matrimonialibus an præſumatur facta in fraudem l. hac edictali. de ſecun. nup.*

52 *Opinio affirmans, etiamſi confeſsio ſit iurata.*
Confeſsiones perſonarum ſuſpectarum etiã iuratæ non valent, ibidem.

53 *Opinio negans.*

54 *Binubi diſpoſitio erga conſortem non ſtatim debet præſumi fraudulenta ſi alia interpretatio ſumi poteſt.*

55 *Deciſio Senatus in materia confeſsionis binubi de dote recepta, ſi eſt fraudenta iudicanda.*

56 *Alia deciſio contraria in eadem materia.*

57 *Opinio Auctorum quòd binubi confeſsio de dote recepta probet præcedente permiſsionẽ dotis, niſi adſint coniecturæ in contrarium.*

58 *Reuocatoria vnius ex deciſionibus ſuprà relatis notanda.*

59 *Auctores conſilium in hac materia.*

60 *Confeſsio dotis receptæ ſine præcedentia promiſsionis facta conſtante matrim. non probat, vbi deciſ.*

61 *Sed an cenſeatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, an animo donandi, diſſentiunt Doctores, & ad quid prodeſt id ſcire.*

62 *Doctores qui de hoc magis ex profeſſo tractant.*

63 *Confeſsionem dotis factam ſine præcedentia promiſsionis cenſeri factam animo donandi, plures tenent.*

64 *Signanter quando concurrunt coniecturæ, & præcipuè ſi renunciatum eſt exceptioni non numeratæ dotis.*

65 *Itẽ quando confeſsio facta eſt mulieri iã traductæ nihil habenti in bonis.*

66 *Confeſsio dotis facta ſine præcedentia promiſsionis, in dubio ſemper præſumitur animo donandi facta, & de ratione.*

67 *Teſtator confitens in teſtamento ſe debere alicui aliquam ſummam, quam non debet, cenſetur animo donandi confeſſum fuiſſe.*

68 *Confeſsio dotis ſine præcedentia promiſsionis, vbi de conſuetudine ſolet præcedere, ſemper præſumitur animo donandi.*

69 *Dos confeſſata ſine præcedentia promiſsionis non habet ius tacitæ hypotecæ, nec ius prælationis.*
Confeſsio dotis receptæ ſine præcedentia promiſsionis, inualida eſt in omni caſu, quo inualida eſt donatio inter vir. & vxor, ibid.

70 *Donatio inter vir. & vxor. in quibus caſibus valeat, & an confirmetur iuramento.*

71 *Confeſsio dotis non præcedente promiſsione, valet, & confirmatur morte vt donatio, ſi adſunt requiſita, de quibus hic.*

72 *Confeſsio dotis receptæ habet vim traditionis.*

73 *Confeſsio dotis non præcedente promiſsione nõ nocet creditoribus, qui ante mortem contraxerunt.*

74 *Donatio inter vir. & vxor. retrotrahitur ad tẽpus, quo facta fuit quoad fructus, non reſpectu domini.*

75 *Item retrotrahitur ad præiudicium donantis, non ad præiudicium tertij.*

76 *Confeſsio dotis recepta non præcedente promiſsione, nullius eſt conſiderationis, nec eſt curandũ ſi lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem, vel non.*

77 *Temporis lapſus bene operatur, vt non poſsit dari de exceptione non numeratæ dotis, ſed non de inualiditate donationis.*

78 *Exceptio non numeratæ dotis in quo caſu intrare poſsit.*

79 *Exceptio non numerata dotis intra quod tempus antea proponi habebat, & intra quod hodie.*

80 *Exceptionem non numeratæ dotis multoties in multis Senatibus fuis declaratum competere, & multoties non.*

81 *Confeſsio dotis receptæ præiudicat poſt lapſum tempus opponendi exceptionem.*

82 *Exceptio non numeratæ dotis intrat cum ſub ſpe futuræ numerationis eſt facta confeſsio*

pecuniæ,dictæ acquisitiones,& lucra tribuan
rur,vt docet Scobar de rariocin.compur.22.
† num.16.& Senatus pulchre *dixit* Relatore
egregio Senatore Hieronymo Astor 14.De
cemb.1596.inter Mariannam Boler,& Puig
gener,& Paulum,& Michaelem Puiggeners
fratres.Agebatur de successione filij defun-
cti in poresiate patris constituti,qui habebat
aliqua bona prouenta ex luctis factis in qua-
dam societate per filium cum alijs cõtracta,
dicebat pater sua esse omnia tamquam pro-
fectitia vtpotè acquisita ex pecunia filio per
cum tradita,vt eam poneter pro capitali in
societate,ex qua lucra prouenerant, ad per
nos late tradita in 1.rom.clau.4.glos.7.pat.
3.num.6.& 7. Senatus tamen medietatem
lucrotum iudicauit tantùm peculium profe-
ctitum, quod debebat dici acquisitum patri
pleno iure, & aliam medietatem dixit pe-
culium aduentitium, in quo filio ab intestato
defuncto succedebant patet, & frattes def-
functi.Motiuũ erat, quod nos suprà dicebā-
bus,*quia*(inquit) *lucra prædicta nõ tam ex pe-
cunia patrna,quàm ex industria filij acquisi-
ta præsummitur.* Et quòd acquisitiones fiant
ex diligentia, & solertia cuiusque,dicit opti
mè I.C.in l.quæstus, & ibi glos. verb. opera,
ff.pro socio.

38 Et quòd lucra, † & acquisitiones veniant
principaliter ex emptionibus, & venditioni
bus, quas homines faciunt, & quod illud sit
principalius medium ad bona acquirenda,
ptęterquàm quòd ratio naturalis suadere vi-
detur, insinuat etiam I. C. in l. coire, ff. pro
socio,vbi primo loco ponit contractum em-
ptionis,& venditionis inter modos acquiren
di,& lucrandi,Hector Felic.de socie.cap.13.
num.5. Hæc est materia, de qua ducebatur
causa magni momenti in Senatu,sed fuit illa
tamquam inter coniunctos concordia supi-
ta.Sic in nostro casu illarum meliorationum
& acquisitionum diuidendarum, vt sciatur,
num sit aliquid meliorarum, aut acquisitum,
habenda est etiam ratio detetiorationũ eo
modo,quo diximus.

39 Vtrima practicabilis † in hac materia
quæstio est,num hęc lucra, quę ex ista socie-
rate,siue associatione obueniunt vxori,tenea
rur potiùs ad secundas nuptias transiens re-
stituare filijs illius matrimonij,iux. l. fœmi-
næ, C.de secũ.nup.Breuiter dic,quòd nõ,
quia hæc non consequitur mulier titulo lu-
crativo,sed oneroso,proprer diligentiam,so
licitudinem,ac solertiam,quam præstat in cõ
seruandis,& augendis bonis mariti, & pto
prijs ratione societatis, provt latissimè in
vtramque partem disputando, probat Moli.
in sæpè allega. tracta. de rit. nup. & pac. in
marr.conuen.lib.3.tot.quæstio.75.viden.

40 Pulchrã quæstionem †circa has associatio-
nis tractat Melchior Phæbus decis. Portuga.
61.per tot. ad praxim non parùm conducibi
lem,si mulier associata est minor,an matitus
fideiubens,& ex hoc læsus,restituatur ex ca-
pite læsionis propter suum ptęiudicium,quia
quantò magis dilapidat, & consumit mari-
tus,tantò minus consequitur mulier, quam
quæstionem affirmatiuè resoluit, & pro ea
† *iudicatum* refert,ibi vide,vbi ex professo di-
scuritur.

41 Vidi aliam † formam associationis, seu
agermanamenti,auè fraternitatis inter con-
iuges factam,in qua dicebatur,non vt in supe
rioribus,quòd conquæstus, & acquisitiones
faciendæ per eos essent communes,sed imò
de omnibus bonis renendis, & possidendis
cõmunirer de eorum vita naturali, ita quòd
superuiuens haberet,& possideret bona præ
morientis, & de eis facerer suas omnimo-
das voluntates. Dubitatur, an illud pactum
42 valeat.Et licèt † videretur dicendum inua-
lidum illud esse,ex quo est pactum de succe-
dendo reprobatum de iure,eriamsi recipro-
cum sit,ex multis causis,& rationibus,de qui
bus per Osasc.in vulga. decis.100. ad quam
communiter omnes recurrunt, Anton.Gom.
in l.22.Tau.num.17.circa fin.Hondede.con
fil.40.lib.1.Cancer.in 3.pat. variar. cap. 7.
de pac.ex num.137. & Sotomaior contrnu.
quoridian.lib.3.cap.9.qui reliquos citat.

Verùm in duobus † casibus reperio dictas
43 cõuentiones, & agermanamenta non esse re
probata, sed imò permissa. Primò,quando
adest legitima consuetudo,vel statutum, de
quo per Andre.Gayl. obserua.124. per tot.
44 lib.2. Secundò,quando † reseruatur aliquid
ad restandum prmæorienti, ne dici possit
pet pactum esse sublatam liberam testandi
facultatem, vt docet idem Gayl. obsetua.
126.eo.lib.2.vbi pulchrè signanter in fin.&
†† ibi *deciss.* & commnnes de hoc opiniones.
Circa primum casum nihil vidi in Senatu de
cisum, cum apud nos nec adsit consuetudo,
nec statutum approbantia talia pacta. Sed
fic circa secundum, in quo pactum etat fa-
ctum in forma lupradicta inter coniuges cũ
reseruatione ducentarum librarum ad testã-
† dum pro præmoriente,& fuit *declaratum* va
lidum, & adiudicata bona viro qui super-
uixerat, demptis 200. libris reseruatis,quæ
adindicatæ fuerunr fratri vxoris prędefun-
ctę ab intestato, vti proximiori illius. Fuit
facta declarario 2.Augulti 1566.inter Fran-
cisum Canals mercatorem, & Iacobum de
la Fira,Relatore egregio olim Senatore Sa-
la.Et cum his finitur tota hęc materia, mihi
enim sufficit has,quæ practicabiles sunt,quæ
stiones tetigisse. Reliquas videbis apud no-
strum

ſtrum Molin.in cita.tracta.de rit.nup.& pac. in matrimon.conuen.lib.3.quæſt.65.cum ter decim ſequentibus,qui adeo copioſus in hac materia tractanda fuit, vt vix aliud poſsit deſiderari.

CLAVSALA XII.

Item dictus N. &c. & dicta N. &c. conueniunt, &c. quòd volẽte Deo ipſi erũt vir, & vxor, & facient, & contrahent matrimonium &c. hinc ad diem N. &c. ſub pœna,&c.

SVMMARIA.

1 *Materia tractanda in hac clauſula, & gloſ.*
2 *Sponſus tenetur adimplere promiſsionem ſponſæ factam de contrahendo cum effectu matrimonium ſub peccato mortali.*
3 *Et ad id compelli poteſt.*
4 *Idque per Iudicẽ vniuſque fori,dummodò non agatur de ſponſaliorum valore,quia tunc nõ ſe intromitteret ſecularis.*
5 *Quod multò magis procedit ſi promiſſio eſt facta,ſicut ſolet,cum iuramento.*
6 *Niſi ſubſit iuſta cauſa non contrahendi arbitrio Iudicis.*
7 *Cauſæ,ob quas ſponſus poteſt non adimplere fidem datam de effectuando matrimonio, traduntur plures.*
8 *Sponſus non eſt ſtrictè cogendus ad matrimonium cum effectu contrahendum,ne conſenſus,qui debet eſſe liber,coactus fiat.*
9 *Sponſus ſi pertinax eſt in non contrahendo cum effectu matrimonio, à cenſura contra eum lata abſoluendus eſt.*
10 *Nuptiæ coactæ triſtiſſimos ſolent habere exitus.*
11 *Pœna appoſita recuſanti effectuare matrimonium promiſſum, de iure non poteſt exigi, ſed pets intereſſe.*
12 *Intereſſe,quod prætenditur per vnum ſponſum contra alium nuptias effectuare recuſantẽ, quale poſsit eſſe.*
13 *Statuta non valent imponentia pœnam nolenti bus obſeruare promiſſa circa contractum matrimonij.*
14 *Pœna in matrimonio promiſſa non exigitur etiam ſi ſit appoſitum iuramentum.*
15 *Fideiuſſores dati pro ſoluenda pœna in matrimonio promiſſa,tenentur ſolum ad intereſſe.*
16 *Promiſsio ſub pœna de contrahendo intra certum tempus matrimonio,appoſita in capitulis matrimonialibus nihil prorsus operatur.*
17 *Fideiuſſores dotis ſoluendæ viro dari poſſunt, ſed non reſtituendæ per eum, & ibi rationes.*
18 *Fallit ſi adeſt,prout ſemper ſolet, iuramentũ, quia tunc poſſunt dari fideiuſſores de dote reſtituenda.*
19 *Pignus de iure communi non poteſt dari pro dote reſtituenda,ſed benè de iure noſtro municipali.*
20 *Sed contrarium eſt verius, quia imò vtroque iure illud eſt licitum.*

GLOSSA VNICA.

De promiſsione, quam faciunt ſponſi de effectuando matrimonio cum certa pœna, & de illius validitate.

Ac de fideiuſſorum obligatione, qui ad id dari ſolent. Et pro dote conſtituenda, & reſtituenda.

1 AGitur in hac † clauſula, & cum ea,de obligãdo ſponſos ad adimplendum quod promiſerunt in ſponſalibus de futuro,nempè ad contrahendum realiter, & cum effectu per verba de præſenti matrimonium, quod in ſponſalibus contrahere promiſerunt, & ad hoc adhibetur cautela hęc de imponenda pœna cùm fideiuſſoribus contra eum,qui recuſauerit adimplere, & in fauorẽ adimplere volentis. Circa quam rem videndũ imprimis eſt,quis teneatur promiſſionẽ hãc in ſpõſalib⁹ factã adimplere, & ad id compelli poſsit, & denique an ſi appoſita ſit pœna,vt hic,poſsit illa exigi.

2 Quoad primum,† dicendum eſt,teneri ſpõſum promiſsionem adimplere,& ducere ſpõſam in matrimonium ſub culpa lætali, ex c. ex litteris,2.& cap.requiſiuit,de ſponſal. quibus in locis ſupponitur ſponſalia ad ſui implementum obligare, & cum ſit res grauis, maximaque inferatur iniuria alteri,ſi ſponſalia non adimpleantur, neceſſariò dicendum eſt hanc obligationem eſſe ſub mortali. Hãc reſolutionem ſic latè,& abundè probat Pat. Sanches in tracta.de matrimo.lib.1.titu.de ſponſal.diſputa:27.per tot.vt nihil vltrà, & poſt eum Ioan.Baptiſ.Coſta in tracta. de re integ.prælu.5.diſtinctio.3.

3 Ad ſecundum dicimus † etiam poſſe promiſſorem compelli ad fidem daram adimplendam, ſi monitus recuſauerit,d. cap. ex litte-

litteris, de ſponſal. Triuiſa. decif. 9. lib. 1. Rot. Rom. deciſ. 497. n. 1. p. 1. diuerſor. Hier. Gab. conſ. 159. vol. 2. cum aliis adductis per Mar. Anton. variar. reſolu. lib. 1. reſolu. 2. nu. 3. latiſsimè Sanches d. lib. 1. de ſponſal. diſp.

4 puta. 29. per tot. Qui num. 9. † addit Iudicẽ vtriuſque fori competentẽ eſſe ad hanc coactionem, dummodò de ſponſaliorum valore minimè agatur, quo caſu ſolus Eccleſiaſticus adiri poſſet: dum autẽ (inquit) ſponſalia certa ſunt, iuxta allegata, & probata (certa, in quam, ſunt, ideſt probatur eſſe contracta, nec, an valida ſint, iis eſt) poteſt Iudex ſeculáris ad ea compellere, quamuis iuramento confirmata ſint, ſicut cogit ad aliorum contractuum fidem non violandam, Abb. in d. cap. ex litteris 2. de ſponſal. num. 4. Roſel. verbo, ſponſalia, num. 3. Brunellus de ſponſal. conclu. 16. num. 6.

5 Et iſta quidem † compulſio multò magis fieri poterit, ſi promiſsio ſit facta, ſicut fieri ſoler, cum iuramento ratione maioris vinculi, & religionis iuramenti, San. hez d. quæſt. 29. num. 5. & Coſta d. diſtinc. 3. num. 5.

6 Niſi ſubſit † iuſta cauſa, & rationabilis nó contrahendi, quæ relinquitur arbitrio Iudicis, ex Meno. de arbitrar. Iud. caſ. 455. num. 12. & Rot. Rom. in cita. deciſ. 497. nu. 2. part. 1. & ex aliis latè adductis per Mar. Ant. d. reſolu. 2. num. 11. Sanchez tot. d. diſputa. 29. poſt dictum Mar. Antho. qui totam etiam rem hoc in terminis poſtea ponit ad litterá quan

† dam Rot. Rom. *deciſionem* de hoc factam. Si autẽ vis ſcire in ſpecie, quæ & qualis cauſa ſufficiat, lege eoſdem Doctores, apud quos reperies plures enumeratas.

7 Vltrà quos † etiam vide Aloyſ. Ricci. tor.

†† collecta. 1570. vbi multis *deciſionibus* Rotæ Romanæ, proſequitur cauſas, quę excuſant ab implemento fidei datæ, velati, quando adeſſet timor exhæredationis parentum, ſi magno odio ſponſus ſponſam proſequeretur, vel è cõtra, ſi ſuperueniat lepra, ſi eſt magna diſparitas inter ſponſos nobilitatis, & ſanguinis, quando ſponſa labitur facultatibus, ſeu aliàs non ſoluit dotem, ſeu parentes pro ipſa dotem non ſoluunt, qui eſt caſus, quem vidimus non ſemel apud nos practicatũ ſponſi recuſantis matrimonium per verba de præſenti contrahere, donec ſibi dos ſolueretur.

8 Vnum addit † Sanchez num. 7. quod eſt valdè ſcitu dignum, monendum eſſe Iudicẽ, vt prudenter procedat in hoc abſque ſtrictiſsima coactione, ne conſenſus requiſitus ad matrimonium deficiat. Quare (inquit) ſi ſponſum ita obſtinatum videat, vt liberè matrimonio cõſentire repugnet, monitione potiùs, quàm ſtrictiſsima coactione vti debet, & hoc eſt quod ſentit cap. requiſiuit, de ſponſal. ibi, monenda eſt potiùs, quã cogenda, &c. Couar. in epito. ad quartum decretal. 1. p. cap. 4. in initio, num. 5. & alij adducti per eũ

9 dem Sãchez. Qui adeò † id firmũ eſſe exiſtimat, vt dicat num. 8. Iudicem, ſi cenſura lata viderit ſponſum eſſe pertinacem, nihilque cenſuram prodeſſe, abſoluturum eſſe à cenſura, quamuis ſponſus abſolutionem minimè petat, ad quod multos allegat videndos, quia

10 triſtes † admodum ſolent habere exitus iſtæ coactæ nuptiæ. Alia de his vide ſuprà in materia viri ſtuprantis mulierem fide data de contrahendo cum ea matrimonium.

11 Videamus de pœna, † quę ſolet apponi iſtis promiſsionibus, an illa poſsit exigi. Quia in re eſt concluſio conſtans apud Doctores, eam pœnam non poſſe exigi, quamuis vnus de coniugibus recuſet ſponſalia adimplere, licet tamen intereſſe petere adimplere volenti, & illud refarcire tenetur fidei datæ violátor, ſicut iniuſtè recedens à quocumque alio cotractu, provt plurib⁹ probat Sã. hez d. lib. 1. de ſponſal. diſpu. 30. nu. 15. latè etiã noſter Cancer. in 3. par. variar. reſol. cap. 11. de ſponſal. & matrimo. nu. 152. cum aliis.

12 Solùm ego † conſiderabam, quale poſsit eſſe iſtud intereſſe, & in quo conſiſtere. Id non reliquit intactum perfectus huius materiæ, & ſecretorum illius indagator Pat. Sanchez dicta diſputa. 30. num. 12. & 14. dicens poſſe conſiderari iſtud intereſſe, ſeu damnũ reſpectu ſponſi, eo quòd ſponſa locupletiſsimata erat, nec ita locupletem inueniat, ſic gloſ. licèt dubitans, in l. Titia in prin. verbo, matrimonia, de verb. obliga. & gloſ. etiam vni. in l. 2. ff. de ſponſal. Item poſſe conſiderari in tereſſe damni emergentis, ſi alter ſponſus ratione ſponſalium expenſas feciſſet. Sed hæc difficiliter practicantur, ideò ea omittamus.

13 Nec ſuprà dictis † obſtat noſtra antiquiſſima conſti. 1. ſub titu. de ſponſal. in 1. vol. contuit has pœnas forè, & eſſe exigendas. Nam quamuis grauiſsimo olim Senatori Antonio Oliba in vſat. alium namque, de iu. ff. cap. 7. ex num. 38. viſum ſit huiuſmodi conſtitutiones fore validas, & ob id obſeruandas, licèt videantur in conſequentiam in aliquale detrimentum Eccleſiarum factę, quia id (inquit) eſt in cõſequentiam remotam, non principaliter, & ideò non attenditur, quę videtur ſe qui noſter etiã Moli. in nouiſsimo trac. de ric. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 2. differen. 7. ex n. 40. vbi addit aliam rationẽ, quia leges in Cathalonia fiunt intuenientibus Prelatis, & perſonis Eccleſiaſticis Prouinciæ efficientibus brachium Eccleſiaſticum, & cõſiderat etiam tollerantiam Romanæ Pontificis,

cis. Verùm contrarium eſt ſine dubio vetius, quòd imò tales conſtitutiones non valent, nec ſuſtineri poſſunt, tanquam matrimonij libertatem infringentes, & tanquã diſponentes ſuper eo, quod ſpectat ad ius canonicum, quod eſt attendendũ, quodq; dictas pœnas improbauit. Sic reſpõdet in terminis noſter Canc. in 3. par. variar. reſolu. cap. 11. de ſpõſal. & matrimo. ex n. 158. quod ego in materia periculoſa ſemper ſequerer. Et ita videmus non practicari dictam conſtitutionem.

14 Illud extendit † Sanchez de matrim. lib. 1. de ſponſal. tot. diſputa. 33. etiã ſi huic pœnę promiſsioni adijciatur iuramentum, adhuc enim exigi non poteſt, quia iſta promiſsio tã quam contra bonos mores non firmatur iuramẽto, & hãc num. 21. dicit probabiliorem ſententiam.

15 Videamus finaliter † de fideiuſſoribus, qui pro iſta pœna ſoluenda cõmuniter adhibentur, vt in noſtris capitulis habetur, an teneantur ad ipſam, quando vnus, vel alter nõ vult promiſsionẽ adimplere. Breuiter dicit Sãch. de ſponſal. lib. 1. diſpu. 38. nu. 1. quòd benè poſsũt fideiuſſores in iſtis promiſsionibus adhiberi, cũ nullo iure ſit prohibitũ, ſed nõ tenebuntur ad pœnam, ſed ſolũ ad intereſſe, ad quod diximus teneri dumtaxat principalem ne in plus teneatur fideiuſſor, quàm principalis, contra §. 1. inſti. de fideiuſſ.

16 Ex ſupradictis habes, † quatenùs nihil prosùs operetur iſta clauſula, quæ cõmuniter apponitur in capitulis matrimonialibus, poſtquã videmus poſſe nihilominùs cũ tanta facilitate, quẽcũq; ex contrahẽtibus à promiſsis, & data fide recedere. Admonẽt tamẽ nos hęc ne faciles ſim', qui filias habemus, in comittẽdo eas, ſicut cõmuniter fit, ſpõſis illis datis ante cõtractũ matrimoniũ per verba de præſẽti, ſequũtur indè plura incõmoda, quia cõtingit non rarò ea ſponſalia diſſolui per vnius, aut alterius renitentiam, & ex indè remanẽt miſeræ filiæ quales non deberent pro alio cõtrahendo matrimonio. Vidi miſerandos de hac re caſus, & ita expertus loquor.

17 Non miraris † quòd huc vſque in iſtis capitulis matrimonialibus nõ teperieris aliquã factã mẽtionem fideiuſſorũ, qui adhibiti ſint pro ſecuritate obligationum in eis factarũ, vel per partem qui promiſit dotem ſoluere, vel per maritum, qui pollicitus eſt illam ſuo caſu reſtituere? Dubitabis proindè meritò ſi id omiſſum eſt ex quo non poſsint in dictis obligationibus interuenire fideiuſſores. Cui dubitationi reſpondeo breuiter, diſtinguendo inter obligatum ad ſoluendum marito dotem, & inter ipſum maritum obnoxiũ ad eam poſteà reſtituendum, vt ab illo poſsit ſine dubio maritus recipere fideiuſſorem dotis ſibi promiſſæ ſoluendę, quiã ceſſat ratio, quę eſt in marito, de qua infrà dicemus, per tex. in l. cum dotis, ff. ſolu. mat. Bal. Nouel. de dot. 6. par. priui. 22. num. 9. fol. 6. 16. Anton. Gom. in l. 53. Tau. num. 26. & Ioan. Gutier. de iuramen confirma. par. 1. cap. 21. nu. 4. A marito verò non poteſt nec mulier ipſa nec eius parentes poſſunt recipere fideiuſſores de dote reſtituenda, quia prohibitum id omninò eſt, ne cauſa perfidiæ in connubio generetur, non confidendo de marito in bonis quæ non dubitauit eidem ſine aliqua cautione perſonam ſuam cõmittere, & corpus, tot. tit. C. ne fideiuſſor. dor. dentur, de quo plura apud Ioan. Gutier. in tot. d. cap. 21. Seraphi. de Seraphin. de priui. iuram. priuil. 69. & nouiſsime Anton. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 16. ne fideiuſſo. dot. den. per quatuor deſin. ibi contentas.

18 Sed cum omnia † capitula matrimonialia, imò & omnia inſtrumenta apud nos celebrẽtur omninò cum iuramẽto, nullum ſine eo, & fideiuſſoris datio teneat ſi cum iuramento in hoc caſu ſe obliger, vt tenent intrepidè omnes, & ſignanter Gutier. Seraphi. & Fab. vbi ſuprà, ſequitur quòd iam nunc non eſt conſtituenda quoad hoc differentia inter patrem, aut alium obligantem ſe ad dotis promiſſæ ſolutionem, & ipſum maritum obnoxium ad illius reſtitutiõnẽ: omnes contrahere poterunt eo modo quo voluerint, vel cũ fideiuſſoribus, vel ſine eis. Quamnis auté hæc ita ſint, in noſtra Cathalonia non practicatur vnquã ferè quòd cautiones exigantur, vel pro dote conſtituta ſoluenda, vel pro ea recepta reſtituenda, ideò non eſt quòd nos multùm in explicatione huius materiæ inſudemus, ſed aliã vtiliorẽ quæramus. Reliqua ſi volueris, videbis apud Doctores citatos, qui latè de hac materia agunt, quibus adde Ioſeph. Ludoui. commu. conclu. 13. lib. 1. per tot. & Anto. Hering. in trac. de fideiuſſor. cap. 6. ex num. 104. cum multis ſequent. vbi habes materiam pulchrè tractatam.

19 Sed an † quemadmodum eſt prohibitum fideiuſſores dari pro dote reſtituenda, an ſit etiam prohibitum dari aliquod ſpeciale pignus. Hanc quęſtionem tractat noſter Mier. in repetitio. conſti. hac noſtra num 137. vbi dicit quòd de iure communi ſic illud ſi. ut illud eſt probitum, id quod dicit probari glo. magna l. 1. C. ne fideiuſſ. dot. den. ſed nõ eſt prohibitum de iure noſtro municipali, provt probatur in conſti. hac noſtra, vbi ſicut plenè diximus in ſuperioribus cum eã explicaremus, clarè concedítur iſta pignoris datio, quæ fiat
20 à marito. Sed deceptus † Mier. fuit in eo quod dixit de iure communi, quia imò eò iure permiſſum ſine dubio eſt dare aliquid in

pignus pro ſecuritate dotis, dum detur à marito, non ab extraneo, quia tunc interceſsio eſſet, vt declarat eadem glo. & latiſsimè Herring. in d. cap. 6. de fideiuſſ. ex num. 119. cum multis ſequentibus, vbi nimius fuit in perſcrutanda rarione cur pignus, non fideiuſſores pro dote dare liceat, quam parùm expedit ſcire, ibi videas ſi id ſcire deſideras. Et cũ his finitur hæc breuis clauſula.

CLAVSVLA XIII.

Teſtes firmæ omnium prædictorum, tam principalium, quã fideiuſſorũ N. & N.

SVMMARIA.

1 Contrahentes per firmã, quam faciũt in inſtrumento remanent obligati ad illius obſeruãtiam, & ſuam recipit inſtrumentum perfectionem.
2 Notario non creditur de fide inſtrumenti, & obligatione partium, ſine teſtibus.
3 Firma partium eſt concluſio contractus inter eas celebrati.
4 Capitula omnia, & pacta contenta in aliquo inſtrumento dicuntur ſuam perfectionem accipere à concluſione.
5 Clauſula, Actum eſt hoc, &c. continet perfectionem actus, & publicationẽ inſtrumenti.
6 Firma mulieris non eſt neceſſaria in inſtrumento capitulorum matrimonialium quoad ea fauorabilia, ſecus quoad odioſa.
7 Mulier contrahendo cum effectu matrimonii, cenſetur approbare quæ eius nomine in capitulis matrimonialibus ſcripta fuere, & acceptare ea, confidens de bis, qui pro ea interuenerunt in eis.
8 Deciſio pulchra Senatus in hac materia concedens mulieri hypothecam pro dote per patrẽ conſtituta, & filijs ſuis ex hæreditamento in eorum fauorem facto, quamuis mulier non firmaſſet.
9 Alia ſimilis deciſio Senatus, vbi pacta facta pro muliere in capitulis matrimonialibus ſine ſua firma fuerunt iudicata eiuſdem roboris, ac ſi ipſa firmaſſet.
Vxor præſumitur habere ſcientiam omnium contentorum in capitulis, quamuis in eis nõ firmauerit, ibidem.
10 Alia & tertia Senatus deciſio, idem probans.
11 Mulieri non fit præiudicium per pacta, quæ ponuntur in capitulis matrimonialibus, in quibus ipſa non firmauit.
12 Mulier non dicitur dotata ad effectum, vt excluſa ſit à ſucceſſione matris in vim ſtatuti, ſi dotatio eſt facta in capitulis matrimonialibus, in quibus ipſa non firmauit.
Etiamſi alias ſciret dotationem, ibidem.
13 Inſtrumenti fides non corruit ex quo non reperiatur matrix ſcriptura illius.
14 Secus eſt ſi reperiuntur protocolla, & matrices illius Notarij de eo anno ſine aliqua ſuſpitione, & iſtud non inuenitur inter ea, vbi deciſ.
15 Nec cenſet Auctor neceſſe eſſe probare conſuetudinem, & ſtylum Notarij conficiendi protocolla, quia ſatis illa, & ille probantur ex oſtenſione protocollorum aliarum ſcripturarum illius anni.
16 Deciſiones duæ Senatus noſtri optimè probantes omnia ſupradicta.
17 Inſtrumentum impugnans ex eo quòd inter protocolla Notarij illud non reperiatur, debet probare non dari alia protocolla illius Notarij præter ea, quæ oſtenduntur.
18 Narratur caſus, quem de hoc Auctor habet in Senatu.
19 Inſtrumentum de falſo volens redarguere non poteſt obligare partem vt protocolla, & matrices exhibeat.
20 Clauſula, quæ ſolet apponi in omnibus inſtrumentis, quòd partes concedũt Notario, vt tot exempla illorum tradat partibus, quot voluerint, ad quid ponatur, & quare.
21 Inſtrumenta, & capitula nuptialia iam ſolebãt antiquitùs, & in lege veteri celebrari.

GLOSSA VNICA.

De firmis contrahentiũ capitula matrimonialia. Et de concluſione eorum.

Ac de fide inſtrumenti, cuius nõ reperitur protocollũ, & prima matrix.

1 SIne iſta clauſula † nihil eſſet inſtrumentũ hoc, nulla ex eo obligatio inducereꝛur, quia per hãc firmã, de qua in ea, cenſetur adhibitus conſenſus partium, quo obligati manent ad obſeruantiã contentorũ in inſtrumento, & per atteſtationẽ, quã facit Notarius cũ teſtibus in hac clauſula, ſuam inſtrumentum recipit perfectionẽ, & indè oritur eius auctoritas, & fides, prout docet in terminis Caſt. in l. cõtractus n. 6. de fid. inſtru.

Noranter dixi per iſtam notarij atteſtationem cum teſtibus ſuam inſtrumentũ recipere perfectionẽ. Quia aliàs † ſine teſtib' Notario non creditur, vt dicit gloſ. in §. ſi verò ab-

2 ſunt, in auct. de hæredib. & falcid. nec inſtrumen-

ſtrumentum Notarij ſine teſtibus fidem aliquam facit, vt abundè probat Aym. in conſi. 122. nu. 13. Hęc eſt † concluſio contractus in qua illius totalis perfectio cõſiſtit, vt eſt tex. in l. ſi voluntate, C. de reſcin. vendi. cũ ſimil.

4 Omniaq; † pacta, & capitula contractus dicũtur perfici in cõclusione, quãdo partes habẽt eum pro abſoluto, l. contractus, C. de fide in ſtrum. cũ aliis latè adductis per Surd. in conſi. 217. n. 11. Quando itẽ † in inſtrumento re peritur clauſula, quę cõmuniter ſolet apponi, Actum eſt hoc, &c. ea ſine dubio denotat etiam perfectionem actus, & publicationem ipſius inſtrumẽti, vt per Ruin. in conſ. 119. n. 13. lib. 4. Brun. de form. fol. 82. col. 2. Cagn. in l. ſi librarius nu. 71. de reg. iur. Menoch. in conſ. 224. num. 3. & Oliuar. deciſ. 902. nu. 2.

6 Videamus, † an ſi deſineret eſſe in inſtrumento firma vxoris, & ſola adeſſet firma mariti in his capitulis matrimonialibus, deſineret etiam inſtrumentum habere ſuam perfectionem, tanquam carens firma, & conſenſu vnius ex contrahentibus, & ex hac ratione altero pede claudicans. Qua in re duo caſus ſunt diſtinguendi, vnus eſt, qui reſpicit fauorem mulieris, alius, qui eius odium. Quoad primum, nihil refert quòd firmauerit mulier, vel non, quia vtroque caſu habet locũ in ſui fauorẽ. Secundo verò non, ſingulare iſtud probans eſt conſ. Philip. Dec. 35. vol. 1. vbi dicit, quòd, quamuis firma mulieris nõ adſit in capitulis, nihilominùs ei acquiritur ius in his, quæ ſunt ad ſui fauorem eo modo,

7 quo ſi firmaſſet: cõſiderat enim, † quòd quæ continentur in capitulis nomine ipſius geſta fuerunt, & per eam contrahendo realiter, & cum effectu matrimonium, ratificata, quod ſufficit, quia lex in iſto caſu ſupplet pro ea. Additionator in lit. A. quòd ex eo queratur mulieri ius, etiam ſi abſit in contractu dotis, quia, (inquit) ex quo conſenſit in matrimonium, ſatis cenſetur accepture pacta dotalia, de quibus confidit his, qui vice illius tractãt, allegat l. ex morte C. de pac. conuen. videndam, ſequitur Rot. Roma. in pulchra deciſ. 166. num. 13. in recollec. per Manti.

8 Vidi de hoc † diſputatum in Senatu de anno 1620. inter Franciſcum Planes, & conĩuges Blanchs, coram egregio Senatore Hi-

‡ poly. Montaner, *vbi dictum fuit mulieri eodem modo fuiſſe acquiſitam hypothecam, & eandem iuris potioritatem, & temporis prioritatẽ in bonis viri, ex dotatione paterna factã in capitulis matrimonialibus, ac ſi reuera firmaſſet in dictis capitulis*, & ſimul etiam fuit dictum *filijs ex eo matrimonio poſtea procreatis fuiſſe acquiſitum ius ex hereditamento facto per patrẽ in eiſdem capitulis, ac ſi mulier firmaſſet, & ex conſequenti ius fuiſſe filijs ratione hereditamenti in bonis in eo comprehenſis, & vxori pro ſua dote impedire executionem, quæ fiebat in bonis patris, & mariti reſpectiuè, eodem modo, ac ſi per mulierem capitula matrimonialia fuiſſent firmata.* Ducebatur cauſa in Curia Vicarij Barcino. ſed fuit factum verbum. Actua. erat Rafeques.

9 De eodem etiam † puncto vidi diſputatum de eodẽ anno 1620. in Senatu inter Raphaelam Caſes, & Bernils, & Ioannem Mas, coram egregio Senatore Ioſepho Ferrer, Actuar. Coſta, vbi licèt mulier non firmaſſet in capitulis, prætendebatur idem futurum, ac ſi firmaſſet, in pulcherrimo caſu conſtitutionis dotalis, vt ei ſtandum eſſet, quantumuis à ſolo patre facta, quemadmodum ſi à filia. Quæ cauſa declarata fuit 14. Nouemb. anni prædicti 1620. Ecce caſus pulcher. Petebatur à quodam quòd reuenderet ſibi quẽdam manſum, quia prædeceſſoribus petentis fuerat datus in dotem matri rei conuenti pro certa quantitate, cum pacto de retrouendendo, & cum iuxta opinionem in Cathalonia receptam, non poterat reus opponere exceptionem præſcriptionis, ſi confitebatur ſe, & ſuos poſſediſſe, & poſſidere cum pacto de retrouendendo, negabat fortiter quòd ipſe poſſideret illo titulo, ex quo conſtabat matrem ſuam non firmaſſe in capitulis matrimonialibus, & ideò opponebat exceptionem præſcriptionis ex eo quòd per tempus legitimum poſſederat manſum. Sed

† repulſam *paſſus eſt*, & declaratum teneri ad retrouendendum, ex rationibus, & motiuis Decij, & illius additionatoris his verbis. *Quæ capitula licèt non conſtet per dictam Agnetem firmata fuiſſe, tamen ex ſubſequenti matrimonio, & aliàs ſatis præſumitur de prædictis pactis dotalibus dictam Agnetem ſcientiã habuiſſe, illaque ſaltem quatenus ſibi profitua erant ratificaſſe.* Eandem mulieris notitiam circa conſtitutionem dotalem, nec poſſe illã allegare ignorantiã, pluribus probant Surd. in conſ. 519. ex nu. 4. vol. 4. & Stepha. Grat. tot. diſcep. 362. lib. 2.

10 Alium & tertium caſum in hac materia vi

† di *deciſum* per Senatum die 7. Iulij 1574. inter Ioan. de Rejadell, & Clementem Scarrer Relatore Sabater, vbi oponenti viro circa reſtitutionem rei dotalis de beneficio ne egeat, replicabatur quòd non erat res illa quę per ebatur dotalis, ex quo ex inſpectione capitulorum conſtabat mulierem quę debuiſſet conſtitutionẽ facere, non firmaſſe in eis; ſed quia ad extra fuit teſtibus, & alijs inſtrumẽtis probatũ hãc mulierẽ reuera cõſtituiſſe illam rem in dotem in contractu matrimonij, & tempore illius: & ſi id ſcriptum non erat, culpæ Notarij erat tribuendũ, ideò

fuit data res prædicta pro dotali,& viro circa eam concessum beneficium.

11 Secus est † quoad actus præiudiciales,tũc enim si non firmasset mulier,ei per capitula matrimonialia,& pacta in eis conuenta non esset aliquo modo præiudicatum, vt dicit idem Dec.ibidem,qui confiderat in sua resolutione,quòd ibi agebatur de fauore,& vtilitate illius,sed tu considera quòd in capitulis,quæ non firmauit mulier,essent renunciationes excelsiuæ,& exorbitantes,vel constitutio dotalis multùm tenuis, præter id quod requirit officium paternum,clarum est quòd nec dictæ renunciationes haberentur pro factis,nec prohiberetur filia talem donationẽ impugnare, quia tunc lex non suppleret ad damnum mulieris,quæ quia sunt ex se nota, ideò ampliùs non probamus.

12 Per quæ † post Ifern.in cap.1.nu.24.vers.Si verò marito,& versi. Quid ergo si sciuit,de natural.succesion.feu.Surd.cons.f.45. nu.44.vsq; ad nu.55.& 519.nu.3.vsq;ad nu. 11.lib.4.resoluit Gratia.dilcep.15.num.29. constitutionem dotium factã viro nõ præiudicare vxori, vt dici posit dotata ad effectũ vt excludatur à successione in vim statuti excludentis dotatã, quod extẽdit etiamsi dotationis conscia fuerit,& tacuerit , cũ tacẽs nõ videatur consentire,& in dubio præsumendũ est tacuisse,quia sciebat ius suum durare.

13 En finem † instrumenti capitulorum matrimonialiũ , quod glossandũ susceperamus, ad quẽ finẽ Deo cõcedẽte,nullis licet nostris meritis interuenientibus,nõ tamen sine magno labore,& sudore pertenimus.Illi, qui cũctis tribuit affluenter , agamus proindẽ gratias. Superest dicamus aliqua de perpulchra quæstione,quę nõ rarò incidit dispurãda circa materiã hãc.Ecce illud instrumẽtũ capitulo.matrimonialiũ cõfectũ est,vt vidistis,& firmatũ per partes in debita forma : ecce quòd eius deindẽ copia auctẽtica fuit parti tradita per Notariũ suo signo signata,& cũ debitis solẽnitatibus expedita,vt in iudicio,& extra fidẽ facere posset,sicuti fieri solet.Ecce quòd exhibetur in iudicio.Ecce quòd opponit pars, contra quam exhibetur, de falsitate. Ecce ꝙ ad eã probandã apprehendi instat aprisias, & matrices,seu protocolla illius Notarij.Ecce quòd inter ea non reperitur aprisia dicti instrumẽti.Quæritũ sępe vidi,& dubitatũ, nũ ex hoc illud instrumentũ iudicari debeat falsum,aut,ꝙ idẽ est,de falso suspectũ.Mihi istã distinctionẽ in hac materia sẽper facere placuit. Aut simpliciter,& in genere opponitur ꝙ nõ reperitur aprisia,& matrix instrumẽti quod impugnatur,aut dicitur, & opponitur, quòd inter scripturas illius Notarij, qui rogatus de instrumento dicitur,& inter illius protocolla,& matrices non reperitur. Primo casu,nõ arbitror detrahi fidei,& veritati instrumenti in debita forma expediti,& parti tradi-
diti ex eo ꝙ dicatur simpliciter nõ reperi aprisiã,habeo enim intentionẽ fundatã in illo instrumẽto auctẽtico,ꝙ mihi liberauit Notarius,ꝙ nõ debet subiacere in mei damnũ illi infortunio, si in posterũ deperditur matrix, vel sufuratur , postquã mihi nõ est cõmẽdata
14 illius custodia.Cæterũ † si ostẽdantur protocolla,aprisiæ,& matrices illius tẽporis,& anni,cuius dicitur esse instrumẽtũ, in aliquo libro aprisiarũ benè cõposita,& ordinata cõsequutiuè, & cõtinuatiuè secundũ stylũ pertorũ Notariorũ, sine aliqua suspitione ꝙ aliquid ab eo subtractũ sit, vel lucratũ,aut aliàs nõ crederẽ,ꝙ huic instrumẽto,ꝙ ostẽditur signatũ,& in debita forma per illũ Notariũ expeditũ,posset dari aliqua fides:imò illud sẽper suspectũ de falso iudicarẽ. Hæc distinctio est originalis Didaci Coua.in practi.quęst.c.19. nu.3.qui de ambobus casibus loquitur, & tra
ctat,Hondede.cons.f.66.nu.36.lib.1.post Crauc.& Paris.licèt isti non ita clarè distinguãt, ille in cons.121.n.11.& iste in cons. 104. n. 62.lib.1.qui optimè fundãt primũ casũ; pro secũdo autẽ Hõdede.in cit.loc.adducit quãdã Rot.Rom.*decis.* de anno 1588. in termi-
nis terminãtibus factã. Alios adducit Farin. de simula.& falsita.q.153. num.144. Videtur cõsuetudo,& stylus Notarij cõficiẽdi protocolla, sed superfluũ id iudico in isto secũdo casu,quia ostẽtio istæ librorũ, in quibus styllæ reperiũtur protocollata cętera instrumẽta, probabit satis superq; stylũ prædictũ, ac cõsuetudinẽ:videlicet prędictos de hac materia optimè agentes Meno.in cõs.1093.sub n.275. & seq.& Anto. Mona.decis.Floren.60.n.16.

16 Bis reperi † antiquitùs fuisse de hoc punto in Senatu disceptatum. Primùm inter nobi.Petrum de Pinos,& de Fenoller, & Spectab. don Pet. de Castro , & de Pinos, de anno 1555. referente egregio Senatore Montaner. Secundò inter Franciscum de Rupebertino ,& Franciscum Bret de anno 2582.Relatore Sala. In quibus ambo casus
† Senarum.In primo fuit *decisus* primus casus 26.Octob. dicendo, *quòd quamuis aprisiæ, & nota cuiusdam donationis, de qua agebatur, non fuissent inuentæ,ex quo instrumenta in publicam formam erant redactã,non tollebatur fides illorum,alias*(inquit) *partes , in quarum posse non sunt not æ,aut protocolla extractorũ, sed remanent penes Notarium,nunquam esset tutæ à fraude, arte,& machinatione, maximè in villis,& locis paruis partis,qua ladantur, possent subtrahi,& talis tollere fidem instru-*
mento.

mentorum publicorum, si ex non inuentione apprisiæ, & notæ fides instrumenti publici tolleretur, quod esse non debet. Ideò sufficit habere instrumenta in publicam formam redacta, &c. Vides qualiter pro nostra opinione in primo casu declarauerit Senatus?

† In secundo fuit *decisus* secundus casus 27. Iulij, dicendo, *quòd instrumentum, cuius nulla reperitur apprisia, vel nota, est suspectum de falso, repertis tamen* (inquir) *protocollis, & notis Notarij, qui dictum instrumentum testificauit, integerrimis, & absque aliqua lacerationc bene custoditis, & regulatis, &c.* Quod idem insinuauit etiam Senatus in suprà relata prima causa, Relatore Montaner, de anno 1555. decisa, vbi expressè fuit dictum, *non fuisse habitam in illo casu rationem, quòd fuisset repertum manuale apprisiarum illius anni, quo facta dicebatur donatio, quia* (inquit) *per hoc non tollitur fides dictæ donationis, cum in dicto manuali multæ imperfectiones reperiantur, & facta cõbinatione cum notis, multa instrumenta notata non fuerunt continuata in dicto manuali, &c.* Secùs declarasset, si dictæ imperfectiones non fuissent in manuali repertæ. Admonemur in eadé † declaratione
17 vt probemus, non esse alia protocolla, nec apprisiarum libros, ne nobis opponant, sicuti ibi fuerat oppositum, non constare, quòd non adessent alij libri illius anni, de qua oppositione ibi etiam Senatus habuit rationem simul cum alijs suprà notatis, vt pro fide, & auctoritate instrumenti resolutionem caperet. Sic intelligẽdũ fore cẽseo Canc. qui de hac eadem re loquitur, & primum exemplar etiam refert in 3. par. variar. resol. cap. 3. de priuileg. ex num. 233.

18 Cõtigit † mihi superioribus annis iste casus disputandus in Senatu coram egregio Senatore Ioan. Gallego, inter Reuerendum Capitulum sancti Fœlicis Ecclesiæ Gerundæ, & Bart holomeum Geroni, Actua. Simone Fõr. Vbi opposui de falsitate cuiusdã instrumẽti, & ducto negocio ad Collegium Notariorum publicorum Barcin. nemini (vt arbitror) in orbe secundum, cui propter summam in his peritiam solent hæc priùs per Senatum remitti, vt relationem faciant. Illa celebris cõgregatio eo motiuo à me allrgaro, quòd nõ reperiebarur apprisia illius instrumenti, cùm tamen reperirentur libri apprisiarum, & notarum illius anni benè regulati, & custoditi omni suspicione carentes, retulit Senatui, esse instrumentum de falso suspectum: nescio, quid Senatui videbitur, sub quo adhuc lis est, iudico quòd relationem approbabit.

19 Sed quando † quis vult redarguere instrumentum de falso, an pars quę illud exhibuit, teneatur parte aduersa petẽte, exhibere etiã in Iudicio protocollũ, vide Vinren. de Fran. decis. 294. viden. vbi multis resoluit quòd non, sed id oneris incumbere parti volenti illud improbare, atque ita *decisum* asserit, sicque practicatur in hac Prouincia licèt viderim multos ex nostris in hoc errasse petẽdo protocolla à parte, vt impugnari possent.

20 Post suprædicta † soler communiter in his instrumentis, & in reliqnis omnibus poni clausula, qua partes concedunt rabellioni vnum, vel plura, provt voluerit, exempla auctentica eorum extrahendi, ac partibus interesse habẽtibus liberandi. De qua vidi multos mirari quamobrem apponeretur. Respõdi, vt obuiaretur difficultati, si vltra vnũ exẽplum potest Notarius alia extrahere absque citatione partis, provt videtur velle rex. in l. cum plures, ff. de bon. auct. iudi. possiden. ibi. *Et ait Labeo amplius quam semel non esse concedendam.* Quæ difficultas enitatur si partes hanc licentiam concedunt rabellioni, vt dicunt Pau. de Cast. in l. Sempronius Proculo, de lega. 2. ad fin. & Alex. in l. exigitur §. 1. de eden. De his si plura ad facietatẽ habere volueris, vide nouissimum commen. Fran. Caldas de Perey. ad Typum emptio. & vendi. c. 35. num. 12. vbi latè disputat, si absque hac licentia potest tabellio plura exempla extrahere.

21 Hic est finis † huius instrumenti capitulorum matrimonialium, quod soler extractaris, & pactatis inter partes fieri, secundùm cõmunem ferè omnium terrarum vsum, qui est tam antiquus, vt iã in lege vereri vigeret, vti habetur Tobiæ c. 7. ibi (loquendo de matrimonio Tobiæ iunioris cum Sara filia Raguelis) *Et accepta charta fecerunt conscriptionem coniugij, &c.*

CLAVSVLA XIIII. & finalis.

Sit omnibus notũ quòd nos N. & N. coniuges, & N. eorum filius cõfitemur, & recognoscimus vobis, &c. quòd modo infrascripto dedistis, & soluistis nobis, &c.

SVMMARIA.

1 *Apocha quid sit. Et quid antapocha.*
2 *Apocha dicitur de recepto, & fit per creditorẽ. Antapocha, de soluto, & fit per debitorẽ. ibi.*
3 *Creditor sicut tenetur facere debitori apocham*

eba, vt confeſsio poſteà ſequens præiudicet.

38 Niſi concurrant aliquæ coniecturæ receptionis dotis.

39 Confeſsio facta de dote recepta poſt promiſsionem, non nocet quando adſunt coniecturæ in contrarium.

40 Fraudis ſuſpicio in confeſsione de dote recepta facit ne ei ſtandum ſit.

41 Confeſsio mariti de dote recepta poteſt ex triplici capite impugnari, de quibus hic.

42 Promiſsio dotis præcedens tollit in confeſsione præſumptionem donationis, & exceptionem non numeratæ pecuniæ.

43 Fraus, ac fraudandi animus non præſumitur, ideò illam, & illum allegans tenetur probare.

44 Dos promiſſa à communiter accidentibus ſolet ſolui.

45 Fraus, & fraudandi animus coniecturis probatur.

46 Fraudem, & animum fraudandi dijudicare, eſt in arbitrio Iudicis poſitum.

47 Confeſsio dotis receptæ facta ſtatim poſt commiſſum delictum, iudicatur fraudulenta.

48 Confeſsio dotis receptæ præſumitur fraudulenta ſi tempore quo facta fuit, apparebat magnum æs alienum.

49 Sed non ſufficit quòd maritus habeat vnum creditorem in parua ſumma.

50 Confeſsio dotis receptæ præſumitur fraudulenta ſi eodem die quo facta fuit, apparet contractum debitum, & ex alijs cauſis hic relatis.

51 Confeſsio facta a binubo de dote recepta, abſque eo quòd conſtet de numeratione, præcedente tamen promiſsione facta in capitulis matrimonialibus an præſumatur facta in fraudem l. hac edictali. de ſecun. nup.

52 Opinio affirmans, etiamſi confeſsio ſit iurata. Confeſsiones perſonarum ſuſpectarum etiã iuratæ non valent, ibidem.

53 Opinio negans.

54 Binubi diſpoſitio erga conſortem non ſtatim debet præſumi fraudulenta ſi alia interpretatio ſumi poteſt.

55 Deciſio Senatus in materia confeſsionis binubi de dote recepta, ſi eſt fraudenta iudicanda.

56 Alia deciſio contraria in eadem materia.

57 Opinio Auctorum quòd binubi confeſsio de dote recepta probet præcedente permiſsionẽ dotis, niſi adſint coniecturæ in contrarium.

58 Reuocatoria vnius ex deciſionibus ſuprà relatis notanda.

59 Auctores conſilium in hac materia.

60 Confeſsio dotis receptæ ſine præcedentia promiſsionis facta conſtante matrim. non probat, vbi deciſ.

61 Sed an cenſeatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, an animo donandi, diſſentiunt Doctores, & ad quid prodeſt id ſcire.

62 Doctores qui de hoc magis ex profeſſo tractant.

63 Confeſsionem dotis factam ſine præcedentia promiſsionis cenſeri factam animo donandi, plures tenent.

64 Signanter quando concurrunt coniecturæ, & præcipuè ſi renunciatum eſt exceptioni non numeratæ dotis.

65 Itẽ quando confeſsio facta eſt mulieri iã traductæ nihil habenti in bonis.

66 Confeſsio dotis facta ſine præcedentia promiſsionis, in dubio ſemper præſumitur animo donandi facta, & de ratione.

67 Teſtator confitens in teſtamento ſe debere alicui aliquam ſummam, quam non debet, cenſetur animo donandi confeſſum fuiſſe.

68 Confeſsio dotis ſine præcedentia promiſsionis, vbi de conſuetudine ſolet præcedere, ſemper præſumitur animo donandi.

69 Dos confeſſata ſine præcedentia promiſsionis non habet ius tacitæ hypotecæ, nec ius prælationis.
Confeſsio dotis receptæ ſine præcedentia promiſsionis, inualida eſt in omni caſu, quo inualida eſt donatio inter vir. & vxor, ibid.

70 Donatio inter vir. & vxor. in quibus caſibus valeat, & an confirmetur iuramento.

71 Confeſsio dotis non præcedente promiſsione, valet, & confirmatur morte vti donatio, ſi adſunt requiſita, de quibus hic.

72 Confeſsio dotis receptæ habet vim traditionis.

73 Confeſsio dotis non præcedente promiſsione nõ nocet creditoribus, qui ante mortem contraxerunt.

74 Donatio inter vir. & vxor. retrotrahitur ad tẽpus, quo facta fuit quoad fructus, non reſpectu domini.

75 Item retrotrahitur ad præiudicium donantis, non ad præiudicium tertij.

76 Confeſsio dotis receptæ non præcedente promiſsione, nullius eſt conſiderationis, nec eſt curandũ ſi lapſa ſunt tempora opponendi exceptionem, vel non.

77 Temporis lapſus bene operatur, vt non poſsit dari de exceptione non numeratæ dotis, ſed non de inualiditate donationis.

78 Exceptio non numeratæ dotis in quo caſu intrare poſsit.

79 Exceptio non numeratæ dotis intra quod tempus anteà proponi habebat, & intra quod hodie.

80 Exceptionem non numeratæ dotis multoties in multis Senatibus fuit declaratum competere, & multoties non.

81 Confeſsio dotis receptæ præiudicat poſt lapſum tempus opponendi exceptionem.

82 Exceptio non numeratæ dotis intrat cum ſub ſpe futuræ numerationis eſt facta confeſsio

83 *Exceptionis, & querelæ non numeratæ dotis materia confusè per Doctores tractatur.*

84 *Exceptio, & querela non numeratæ dotis applicatur confessioni factæ constante matrimonio sine præcedentia promissionis dotis per Doctores, qui existimant illam esse factam sub spe futuræ numerationis.*

85 *Confessio facta ante contractum matrimonium præsumitur facta sub spe futuræ numerationis.*

86 *Ratio huius dicti ponitur.*

87 *Exceptio non numeratæ dotis intrat vbicunq; confessio dotis recepta est facta ante contractum matrimony, vel in ipso contractu.*

88 *Exceptionis, & querelæ non numeratæ dotis vix est, vel esse potest in Cathalonia vsus, & quare.*

89 *Exceptionis, & querelæ non numeratæ dotis sæpiùs in Cathalonia in diuersis causis meminit Senatus.*

90 *Restitutio in integrum fuit denegata in Senatu creditoribus ignorantibus confessionem dotis receptæ per virum factæ, cum sunt lapsa tempora.*

91 *Auctoris in his opinio.*

92 *Restitutio in integrum an, & quando possit concedi creditoribus propter ignorantiam, ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, remissiuè.*

93 *Confessio constante matrimonio per virum facta de aliquo augmento dotis, subiacet quidem exceptionibus, quibus reliquæ confessiones.*

94 *Hypotheca tacita, non expressa, competit mulieri pro augmento dotis constante matrimonio facto ex parte vxoris.*

95 *Decisio quædam Senatus de hoc facta notatur.*

96 *Confessio dotis receptæ non censetur facta per illa verba, faciunt, & firmant eartham dotalem, &c. vbi decis. Senatus.*

GLOSSA VNI. PARS I.

De confessione, & recognitione dotis receptæ.

Et de exceptionibus, quæ contra eam possunt opponi.

1 DE confessione, † & recognitione receptæ dotis, quam foceto, & vxori facit maritus, tractat hæc clausula. Ad quod sciendũ est, duplices nos habere terminos in iure nostro, quibus istæ recognitiones fiant, Apocham scilicet, & Antapochã. Apocha dicitur cautio solutæ, datæve pecuniæ, qua scilicet creditor se à debitore pecuniam accepisse testatur; vt declarat glos. in l. pecunię 14. verbo, profesio, C. de solu. & habetur tot. tit. de apochis publi. & l. plures, C. de fide instrum. & l. fin. §. Titius ff. de condic. in deb. Antapocha autem dicitur cautio, seu recognitio, quam facit debitor de soluto debito, d. l. plures C. de fide instrument.

2 Differunt † igitur hæc inter se, quòd apocha semper de recepto dicitur: antapocha de soluto, vt dicit glos. in d. §. Titius, verbo,

3 apochę. Conueniunt in hoc, † quòd sicut creditor cogitur debitori firmare apocham de recepto, sic debitor antapocham de soluto,

4 vt probat d. l. plures. Est multùm vtile † ambobus habere istas confessiones, & recognitiones; debitori quidem habere apocham de soluto, ne idem bis exigatur ab eo: creditori etiam proficit fecisse apochas debitori præsenti, maximè respectu reddituum, & pẽtionum annualium, quia per eas si negarur, probatur possessio exigẽdi, & destruitur prætentio præscriptionis, si forsan allegatur. Idẽ est de antapochis, per quas debitor sæpiùs recognoscit debitum. Melius est sic se habere cum debitoribus, quàm prout communiter fit, contentari chirographis, & scripturis priuatis, quæ fiunt de recepto, quæ cum remaneant in manu debitorum, difficile est postea ea habere ad probandum possessionem, & elidendum præscriptionis exceptionem, si opponitur.

Hoc suppositio, tractemus nunc de solutione dotis, & illius probatione, quæ est propria materia huius clausulæ.

5 De solutione dotis † multis modis constare potest, de quibus nos latè in præsentiarum agemus, omittentes quod ex Bal. in l. 1. num. 9. ff. solut. matri. & in cons. 546. num. 2. & 3. lib. 3. docet Mantic. de tacĩ. & ambig. conuen. lib. 12. tit. 7. dos in quot species distinguatur, vbi dicit dotem in tres species distingui, vt alia dicatur naturalis, quando traditio, seu numeratio sine stipulatione intercedit; alia ciuilis, quando confessio doris receptæ à marito facta est absq; numeratione, & lapsa sunt tempora opponendi exceptionem non numeratę dotis, & alia denique ciuilis coniuncta cum naturali, quando cum stipulatione vera numeratio interceſsit, vel cùm confessionis chyrographum præcedit, & postea numeratio sequitur, ad exemplum mutui, quod diuiditur in naturale tantùm, ciuile tantùm, & ciuile, cui natura operatur. Omittimus (inquam) id quia non existimo oportere ad materiam hanc percipiendam, sed incipio enarrare modos, quibus dos soluta probatur.

6 Contingit igitur † quandoque, quòd in eisdem capitulis matrimonialibus dicit mulier

lier in præſentia mariti,& reliquorum ſe afferre marito in dotem certam pecunię quantitatem,vel aliam rem,quam tradit,& aſsignat eidem.In iſto caſu non eſt mulieri opus alia apocha,vel alia probatione receptionis dotis,quia inſtrumentum hęc narrans ſatis probat numerationem,& traditionem, probat Roma.in conſ.482.num.2.Mar. Monter deciſ.Reg.Arag.13.num.35.& uolter Canc. qui id declarat in 3.par.variar.reſolu.cap.4. de ſeruitu.num.30.Vide Guid. ad propoſitum tota deciſ.284. Circa hunc caſum nō eſt ampliùs immorandū,quia rarò, ſalrem apud nos,accidit: aut enim pecunia eſt tūe præsēs, & de præſenti marito traditur, & tunc elarè loquuntur partes, clarèque faciunt conſtare de numeratione, & receptione per cōfeſsionem partis,& apocham de recepto:aut reuera non traditur tunc dos de præſenti, & ſi ita eſt,non vtuntur partes verbis prædictis, imò alijs, quibus clarè declarant dotem non eſſe tunc receptam,ſed recipiendam.Et quod cō muniter practicatur, eſt quòd ponitur dies, quo dos eſt tradenda,& fit inſtrumentum ad parrem de promiſsione ſuo tempore adimplenda,provt in noſtris capitulis, & tunc res remanet clara. Relinquamus igitur caſum hunc vti parùm practicabilem, & veniamus ad caſus practibiles.

7 Quod practicatur † in iſta materia eſt,confiere imprimis inſtrumēta nuptialia,& promittere dotem certo die,& ſeu in certis terminis ſoluendam,provt fuit in noſtris capitulis factum: deindè ſequitur cofeſsio de recepta dote, quæ regulariter fit per maritum poſt celebratum per verba de præſenti matrimonium,& eo conſtante, cum enim capitula fiant communiter antequam matrimonium de præſenti contrahatur,& non ſoleat ante contractum matrimonium dos ſolui, ne ceſſe eſt quòd ſic hęc fiant, provt facta fuere in noſtris.

8 Quando † mulier venit cum ſuis capitulis matrimonialibus, vbi conſtat de promiſsione, & conſtitutione dotis à principio facta,& cum confeſsione,quam poſteà conſtante matrimonio fecit maritus de ea recepta, qui eſt caſus, qui communiter frequentatur, tūc intrare ſolet dubiū,an per hęc habeat mulier ſuam fundatā intentionē circa probationem ſolutionis dotis,ſine qua non poteſt obtinere in ſuis prętentionibus,quas habet reſpectu dotis.Circa quam rem,eſt imprimis diſtinguendum inter confeſsionem, & confeſſionem. Aliquando enim dicit inſtrumentū quòd maritus recepit in præſentia Notarij,& teſtium numerando:tunc clauſum eſt os omnibus exceptionibus tam per maritum, quā per creditores opponēdis: hæc enim pleniſsimè probant numerationem,quia Notarius loquitur per verba ad ſui, & teſtium viſum relata,provt in termiois docet Ludoui. Roma.in l. prædia num.4. ff. de acquir. poſſeſ. Cæpol.conſ.crimin.22.nu.16. & Iuan Petr. Surd.deciſ. 284. num. 7. Rota Roma. apud Farina. deciſ.219.num.2.in vlt. vol. deciſſ.

9 Solùm enim † exceptio non numeratæ pecuniæ opponitur aduerſus confeſsionem, non aduerſus numerationem,vt notum eſt,& aduertit in iſto caſu Cancer.in 3.par.variar.reſolu.cap.4.de ſeruitu.num.32.& 33. & omnium meliùs ad propoſitum Aluar.Velaſ.cō

10 ſulta.5.nu.11. Verum eſt † quòd poteſt probari contrarium mittillrando teſtes qui dicant ſe interfuiſſe actui, & vidiſſe quòd pecunia non fuit numerata: ſed benè (vt fieri ſolet)ante oculos in quadam burſa,vel ſaculo polita,vel etiam dicendo quòd reuerà pecunia illa non fuit tradita, quia poſt firmatū inſtrumentum, provt ſæpè comprobatū eſt, pars recuperauit pecuniam illam, quę ante oculos poſita fuerat:tunc enim ptæſumptio, quæ erat pro inſtrumento, cederet ſine du-

11 bio veritati.Imò in iſto † caſu conuictus Notarius diceretur de falſo,& vt falſarius deberet puniri,provt pluribus probāt Rom. Cæpol.& Surd.in locis ſuprà cita.& latiùs Farl. de falſita.& ſimula.queſtio.158.num. 64. & nu. 80. licèt aliquantulùm in hoc eum tot ampliationibus,diſtinctionibus, & limitationibus ſe inuoluat, vt certa reſolutiq ex eius dictis, ſicut ex traditis per Surd. qui multò clariùs loquitur,quemque ipſe non vidit,haberi vix poſsit.

12 In iſto enim † caſu,quando Notarius atteſtatur de numeratione in ſui,& teſtium præſentia, non habet aliquam excuſationem ſi contrarium probatur, ſicut haberet ſi ſolùm dictum fuiſſet quòd pecuniam Titius numerauit,exburſauit, & tradidit tunc enim cum verba prędicta poſſent refferri ad confeſsionem partis,ideſt quòd pars confeſſa fuit ſibi nnmeratum, exburſatum, & traditum fuiſſe, ex hoc ſaluaretur Notarius à falſitare, interpretando quòd noluit aliud dicere, ideſt quòd noluit loqui de numeratione veta, ſed de numeratione confeſſata, cui non officit quòd probetur veram numerationem non interueniſſe.Verùm quando Notarius loquitur per verba per nos ſuprà poſita reſtricta ad viſum Notarij, & teſtium, ſi contrarium probetur,non poteſt falſitas euitari,quia verba prædicta non poſſunt referri ad confeſsionem.Ita rem hanc interpretantur, & diſtinguunt Roma.Cæpol.Surd.& Farina.in locis cita.& iſto modo conſiliantur contrariæ opiniones Bar.circa rem hanc, quę á dictis Doctoribus refferuntur.

Hæc

13 Hęc conſidetans † mirabar cur nõ omnia noſtrorum notariorum, & tabellionũ huius ſpeciei inſtrumẽta arguãtur de falſo: omnes per proprium ſui, & teſtium viſum atteſtari ſolent de numeratione reali, & vix in vno caſu ea interuenit. Solent tegulariter hæc inſtrumenta confici cum pecunia io ſaculo, aut burſa exiſtenti, de qua contentantur notarij quòd ſic exiſtẽs ponatur ſuprá mensã abſq; aliqua alia numeratione, & inſtrumenta quę leuãtur de huiusmodi ſolutionib⁹ dicũt omnia, quòd recepta fuit pecunia numerata in præſentia notarij, & teſtium, quorũ vix vnũ poteſt euadere hanc falſitatis notam, quãuis enim pecunia ſit præſens in ſaculo (& vtinã ita ſit ſemper quòd tota pecunia ſit præſens, quia multę in his fraudes fiunt, quas nos qui in palatijs verſamur, quotidiè experimur) quia tamen numerata nõ fuit, falſa eſt notarij aſſertio, vt pluribus probat Surd. in cira. deciſ. 284. num. 4. qui latè diſcurſum ex-
14 tendit. Niſi ex † cõſuetudine ſe ſe deffendãt notarij, quia ſemper ita apud eos factitatũ fuit, provt excuſari eos volũt quos lõga ſerie refert Farina. de pæn. temperan. q. 95. n. 13. & in tracta. de falſita. & ſimula. quæſt. 154. num. 68. Sed mihi parũ arrident iſtę cõſuetudines in rebus, quæ in tam magnũ proximi detrimentũ cedunt. Melius eſſet quòd cauerent ab iſtis, & ſi partes volũt quòd ipſi atteſtentur de pecunia numerara tradita, videãt imprimis ipſam numerationem, & traditionem ſuis proprijs oculis.

15 Et quando † velis has conſuetudines tibi ſuffragari, aduerte quòd ipſæ quod ad ſummũ, importare poſſent, eſſet quòd verba prędicta notariorum reducerentur ad cõfeſsionem partium, vt ſcilicet cenſeretur notari⁹ atteſtari nõ quòd reuera numerata pecunia fuit, & poſteà ſic numerata tradita in ſui ipſius, & teſtiũ præſentia, ſed imò quòd ita para confeſſa fuit. Quod ſi ita eſt, ſubijcietur iſta confeſsio ſine dubio periculo exceptionis pecuniæ nõ numeratę ſi eã pars voluerit opponere, eo modo quo reliquæ confeſsiones ſubijciuntur, ſicut inferiùs declaratur, & non tribuetur huiuſmodi confeſsioni tam grandis auctoritas ſicut ſi eſſet atteſtatio de vera, & actuali numeratione, & traditione, omnes enim confeſsiones huic exceptioni ſubijciũtur intra tempora, quæ iura ſecundũ diuerſitatẽ materiarum prefixerunt, & adhuc eſt dubium ſi illæ atteſtationes, ſaltem vt valeant in vim, & modũ confeſsionis ſuſtineri poſſunt, præſuppoſito quòd tam clarè notarius de numeratione, & traditione vera, & reali loquutus ſuit, per tradita per Surd. in cita. deciſ. 284. nu. 12. Melius eſt (iterũ repeto) quòd clarè notarij loquãtur, & negocium de plano procedet.

16 Aliquandò verò † venit mulier cũ inſtrumento cõtinẽte quòd maritus confeſſus fuit ſe recepiſſe ab ea integrã dotem, nõ in præſentia notarij, & teſtiom, ſed per medium tabulæ cambiorum communium, ſiue depoſitorum ciuitatis Barcinonę, & ſimul exhibet certificatoriam extractam à libris tabulæ, qua conſtat verũ eſſe quod in appoca enarratur, vel etiam venit cum ſola partita tabulæ abſq; alia appoca, & confeſsione. Illa probatio eſt melior de mundo, contra quã nihil omninò poteſt opponi. Cõſtat enim per eã de reali ſolutione, non de confeſsione ſolũ.

17 In tantũ, quòd † in Cathalonia de ſolutione, de qua conſtat per partitam tabulæ, dicitur conſtare per publicum inſtrumentum, & ſufficit per partitam tabulę docere de ſolutione ad impediendum executionem ſcripturæ tertij, & inſtrumenti guarentigij, quæ ſecundum iura noſtra municipalia impediri non poteſt niſi per exceptionem ſolutionis, & ſatisfactionis, de qua conſtet per publicũ inſtrumẽtũ, vti probatur in priuilegio ſcripturæ tertij in tit. de actions y obliga. nu. 7. in volum. pracmati. & conſti. 4. ſub tit. de
† execu. de cenſ. Et in terminis *declarauit* ſic Senatus 10. Mar. 1580. inter Ioannẽ Corts, & Narciſum Bahurt. Relatore Amell, vbi fuit dictum, *quòd partita tabulæ eſt inſtrumẽtum publicum, & perindè impedit rigorem ſcripturæ tertij atqui alia inſtrumenta continentia ſolutionem.*

18 Circa quam † tabulæ depoſitorum communium materiam, memini me in 1. tom. clau. 4. gloſ. 18. par. 4. ex nu. 71. docuiſſe contra cõmunem ſtylum ad exequendã ſententiam Regiam, quæ poteſt exequi præſtita cautione pẽdente cauſa ſupplicationis, vt eſt notum, non ſufficere nominationem tabulæ loco cautionis, vt ibi deponatur pecunia exequenda, reſeruata (niſi poſteà cũ bona cautione creditor illam tollat) debitori ſi forſan contingat eom poſteà obtinere in cauſa ſupplicationis, quia tabula non aſſecurabit, nec debitori reddet vnquam niſi fortẽ principalem, quæ in ea deponitur, non intereſſe, & acceſſiones cũ quibus debent fieri condemnationes in cauſis ſupplicationum. Ad illud ego probandum non habebam tũc aliquam Senatus deciſionẽ, & ideò viſa fuit res noua velle tam inueteratum ſtylum infringere, nunc autem repeti quòd ita in terminis, & expreſsim eiſdem fetè verbis qui-
†† bus ego loquut⁹ ſum, bis *declarauit* Senatus, primo antiquitùs, die ſcilicet 14. Nouemb. 1531. referente egregio tunc Senatore N. Dalmau inter nobilem Angelam de Vilanoua, & viduam Carbonella, & ſecundò noſtris

ſtris temporibus die 24. Iulij 1587. referẽte egregio tũc Senatore Don Ioan. Sabater in caula pupillorum de Porta contra pupillos Balaguers, in quæ expreſsim fuit dictum, *quòd quia tabula nõ aſſecurabat expenſas, quæ erant faciendæ in executione, idrò erat pro eis cauendum cum fideiuſſoribus.*

19 Notanter dixi † ſi vltrà cõfeſsionẽ oſtẽdit mulier partitam tabulæ, ad quam ſe inſtrumentum refert, nam aliàs in nudis terminis confeſsionis inſtrumentum illud remaneret, & ſubijceretur ſine dubio exceptioni nõ numeratæ pecuniæ.

20 Sed an ſit † neceſſarium oſtẽdere dictam partitam, vt aliquid confeſsio ptobet, vide per Maſcar. de proba. concl. 1319. nu. 21. vbi dicit quòd ſolutio non probatur per ſcripturam, quæ ſe reffert ad libros rationum niſi quatenus ex ipſis libris conſtet. Vide

21 etiam † Cancer. in 3. par. variar. reſolu. c. 3. de priuileg. nu. 226. verſ. Et ſic conſului, vbi aſſerit quòd ſi quis confeſſus ſit recepiſſe cẽtum per tabulam, vel banchum, quòd creditor ex illa confeſsione habet intentionem ſuam fundatam, ſed allegat ad id probandũ Carol. de Graſ. in tract. de exceptio. non obſtan. ſtatu. excep. 13. n. 23. vbi vereor ne cõtrarium ipſe dicere voluerit. Nititur enim his verbis, *Ideò ſi fuiſſet facta ſubiugatio, & vẽditor, ſeu ſubiugans confiteatur habuiſſe pretium per tabulam, vel banchum, dum non conſtat de ſolutione facta per bancherium, emens non poteſt agere ad cenſus &c.*

22 Vide ad iſtud † propoſitum, ſi relatio facta in confeſſione de dote recepta ad aliud inſtrumentum, requirat oſtenſionem relati, duo conſſ. Aym. Craue. quę videntur contraria, nempè 666. nu. 3. & 956. in prin. & n. 15.

Quod practicatur in his, eſt quòd vix in Senatu admittuntur iſtæ confeſsiones relatæ ad aliquam partitã tabulę, niſi illa ſimul oſtendatur, quod vidimus in infinitis caſibus

23 practicatum. Qua de re † vide optimam Senatus Siciliæ diſtinctionem relatam per Mari. Giurbam deciſ. 10. ex nu. 13. cum ſeq. vbi quęrens ſi inſtrumentum, quod exequẽdum petitur, facit mẽtionem alterius inſtrumenti, an exequi poſsit quin priùs inſtrumentum illud, cuius in hoc alio fit mentio, in iudicium nõ proferatur, ſic diſtinguit. Aut enim (inquit) inſtrumenti, quod exequendũ petitur, ſubſtãtia ad aliud referrtur inſtrumẽtum, & tunc executioni locus non erit niſi priùs exhibeatur relatum. Aut ſecundũ inſtrumentum ptopter aliud emiſſum poteſt principaliter diſponere, quia non tam principaliter, quàm cauſatiuè alterius fit mẽtio, & tunc inſtrumentum hoc ſuam fortiri debet executionem, ita diſtinguit Rebuf. ad reg. conſti. tit. de chirograph. & cedul. recõgni. in præfa. num. 65. poſt Roma. quem citat conſ. 305. Sequũtur Alex. Iaſ. Boer. Bal. Gutier. Parla. Snar. & Maſſagale. quos allegat Giur. vbi ſuprà, quæ diſtinctio eſt optima ad benè iudicandum de hac re.

24 Et in omni caſu, † quo creditor nõ docet de partita tabulę, vel banchi, licitum eſt debitori probare pecuniam non receptã, quod præſtabit habira certificatoria ex libris quòd inibi non eſt talis partita, & ſic ſecurus manebit debitor, & eſt iſte bonus modus tollendi difficultates, provt latè docet Camil. de Larata in conſ. 38. à nu. 1.

25 Vbi autem de relato † conſtaret, & illud à referente differret, non eſt dubium quòd relato, non referenti foret ſtandum, Decia. conſ. 62. num. 5. & conſ. 95. etiã nu. 5. lib. 2.

26 Vbi dicit relatum † eſſe in referente niſi alio modo referatur, quã ſit in relato, Aym.

27 Craue. † in cõſ. 956. per tot. qui multis diſputauit, an ſaltem in ſumma, qua confeſsio facta in teſtamento, de qua loquitur, excedebat ſummam contentam in inſtrumento, ad quod fiebat relatio, valeret in vim legati, reſoluens tandem quòd non, conſiderans quòd in iſto caſu non fuit animus legandi, ibi videas quia perpulchrum conſ. eſt. Rot. Romæ diuerſ. per pulchtè deciſ. 40. num. 7. & deciſ.

28 27. num. 3. par. 2. Vbi dicitur † quòd quando vna diſpoſitio ſe refert ad aliam, de qua conſtat, attendi potiùs debet relatum, quàm referens, etiam in his, quæ pẽdent à ſolo cõſenſu referentis, & relatum aliter diſponat quàm ſit in referente, quia erroneè dicitur labi, cogitans quòd ita ſe habeat veritas, ſequitur Marc. Anto. de Amat. deciſ. 49. n. 1 & vbi dicit ita in terminis conſuluiſſe Dec. in conſ. 63. Alex. conſ. 9. nu. 22. lib. 5. cum alijs pluribus ibi relatis, ſequitur etiam Rot. Lucæ. in nouiſsim. deciſ. 94. in cauſa ſpectabiliũ col. 7. in verſ. Nec refert, fol. 145. Surd. deciſ. 336. n. 18. & deciſ. 337. n. 10. & 11.

29 Vbi declarat † illud, quod communiter dici ſolet, ſtandũm eſſe referenti quando referẽs poterat diſponere, vt procedat quãdo non cõſtat de relato, nam ſi illud (inquit) apparet, non eſt curandũ de referẽte, Marta de clau. par. 2. clau. 51.

30 Perquę alius † huius ciuitatis aduocatus, & ego in cauſa magni momenti; cum eſſet cauſa ſtatus, & honoris, Franciſ. Mauri cõtra Syndicos Ciuitatis, & Logiæ maris Barcino. emitauimus declarationem, quæ in Senatu comminabatur fieri cõtra dictũ Mauri, quòd dominus Rex non potuerat ei concedere priuilegium mercaturis, ex eo quòd exiſtimabatur dominum Regem ſibi abdicaſſe facultatem priuilegia concedendi cõtra ordina-

tiones

tiones Ciuitatis, quarum vigore fiebant in ea mercatores, euitauimus hanc declaratio-
nem, ostendendo quòd priuilegium in quo ex aduerso fiebat fundamentũ, erat relatiuũ alterius, in quo monstrauimus aliter contineri quã esset in referente, & ideò nulla habita ratione contentorum in referẽte, *declaratum* † fuit pro dicto Mauri, provt continebatur in relato, in quo nulla aderat abdicatio facultatis, & regaliæ, sed sola cõfirmatio priuilegij ordinandi, quod ciuitas habet. Fuit lata sententia referẽte egreg. Senato. Mijamila 21. Ianua. 1620. Scriba Ordinyachs.

31 Aliquãdo finaliter † contingit, & istud est frequentissimũ, quòd mulier venit cum instrumento, quo maritus constante matrimonio cõfessus est dotem recepisse ad suas voluntates. In isto casu, si præcesserunt antea capitula matrimonialia, in quibus sit dotis promissio, provt communitet præcedere solent, non est dubium quòd mulier venit guarentigiata, & nulla ei potest opponi nõ numeratæ dotis exceptio, nec à marito, nec ab alijs creditoribus eius medio tẽpore cõtractis, quia vt ait Rip. in l. fœminæ nu. 47. C. de secun. nup. post Roma. & Felin. quos allegat, tunc præsumitur facta confessio animo recognoscendi veritatem dotis habitæ, non animo donandi, sicut in casu, in quo non præcessit promissio, vt infrà diremus. Probat tex. rotundus in l. in contractibus, §. sed quoniam securitatibus, vers. Illis etiam securitatibus, C. de non numera. pecunia, his verb. *Illis etiam securitatibus, quæ post confectionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte, vel insolidum exponuntur, nullam exceptionem nõ numeratæ pecuniæ penitus opponi*, Anto. Gabr. in cõmun. cõclu. tit. de iu. dot. conclu. 4. nu. 1. Afflit. decis. 402. & ibi Vrsil. in additio. Mago. decis. Floren. 68. num. 10. Hiero. à Lauren. deris. Auenionen. 25. Aluar. Velas. consulta. 5. nu. 11. Hercul. Marescro. variar. resolu. lib. 1. cap. 8.
†† nu. 13. Vbi dicit id *approbasse* ſæpiùs Rotã Roma. & signanter in quadam causa, de qua ibi, optima deris. eiusdem Rot. apud Seraphin. de Oliuar. 795. vbi nõ solum in marito confitente se dotem promissam recepisse id procedere dicitur, sed etiam in quocũq; alio, qui cõfitetur se recepisse quod sibi anteà promissum fuit, ea enim confessio (inquit) præiudicat cuiũq; Et vide infrà par. 2. huius glo. Quod idẽ dixit Rot. in alia decis. relata per Statil. Pacis. post tract. de Saluia. interdic. in ordine 36. num. 4. Eadem Rot. decis. 98. num. 7. & 145. apud eundem Pacis. vbi ita
† *declarauit* Rot. Roma. Eadẽ etiã Rot. Rom. apud Farina. in vltimo tom. nouissimarum, decis. 124. Ausrer. in addi. ad Capel. Tholo. decis. 340. n. 2. Dida. Conar. variar. resolu. lib. 1. c. 7. n. 6. Surd. cõs. 117. n. 23. lib. 1.

32 Quod dicit † Conar. in rita. loco, maximẽ procedere quãdo dicta confessio est adminiculata, veluti si constaret de solutione maioris partis dotis, & essent lapsa tempora opponendi exceptionem non numeratæ dotis, quod tamen licèt si concurrat, multùm iuuet, nõ tamen est necessariũ. Eandẽ decis. addurit Farina. deris. 263. vol. 2. Aliã simi-
† lem *decis.* referr idem Farina. in eo. vol. in ordine 269. larga de hoc est additio Cẽtoli. ad deriss. eiusdem Farina. positas post 1. vol. conss. illius, decis. 45. in litte. A. Stephan. Graria. deris. 103. nu. 7. Hiero. Gab. cons. 163. nu. 1. lib. 2. Paret Sanchez de matrimo. lib. 6. disputa. 9. num. 10. Andre. Molses. in consuetud. Neapolita. par. 6. de iu. dot. quæstio. 9. num. 14. & 15. Anton. Thesau. decis. 112. & ibi optima additio filij Gaspar. Anton. fusissimè Surd. multas rationes adducens in cons. 397. ex nu. 5. lib. 3. qui DD. antiquos in locis ordinarijs idem docentes adducunt. Adde Anto. Fab. in suo Cod. lib. 5. tit. 10. de dot. cau. non nume. defin. 3. *verisimile enim est* (inquit) *interuenisse numerationem ex consequentia præcedentis promissionis*, non nulla de hac eadem re tradit Ceual. in cõmu. contra cõmu. quæstio. 432.

33 Quæ resolutio † est sine dubio tenẽda vti tam cõmunis, & rerepta inter Doctores, licèt dirat Velas. consulta. 6. n. 14. sibi nunquã placere potuisse respectu creditorum, de quibus non loquitur tex. qui pro hac opinione allegatur, & quibus absurdũ est dare quòd per suam confessionem possit maritus præiudicare, imò est (inquit) dare cautelã, per quã defraudentur creditores. Hęr enim omnia tolluntur ex præcedentia promissionis dotis, quæ habet præsumptionem pro se, vt dicunt omnes. Probent creditores contrariũ, si aliud prætendunt, quibus non est prohibitum, interim standum erit præsumpioni, quæ est in fauorem promissionis præcedentis, & confessionis subsequutæ. Ita expres-
† sis verbis *declarauit* Senatus die 19. Augusti 1566. Relatore Iofre, inter Onophriũ Caminet, & Ioãnem March, direndo, *quòd quãdo præcesserit nuptialia, confessio dotis recepta per virum facta præiudicat ei, & eius creditoribus hypotecarijs medio tempore post nuptialia, & confessionem dotis contractis.* Idem
† nouissimè *dixit* Senatus die 7. Feb. 1617. in causa Elenę Rodes, & Bosch, cõtra Matthiã Arbell, Scriba Reig, cp dicta cõfessio præiudicabat nedũ marito, sed & creditoribus.

34 Quod procedit † nedum quando maritus confitetur in dicto casu se totam pecu-

niam

niam recepiſſe, ſed etiam quando confitetur ſe recepiſſe certam quantitatem reſtantē ex dote, vel pro reſiduo dotis, æquè enim per hāc cōfeſsionem, ſicuti per illam probatur totius dotis receptio quando præceſsit promiſsio, Muſios de Scobar de ratiocin. c.37. num.3. vbi dicit quòd ſi quis in iudicio petierit certū quid, quod Titius ſibi debet ex reſiduo talis debiti, præſumitur nihil aliud deberi etiam ſi inſtrumentū ſit maioris quātitatis, Stephan. Gratia. dicepta. foren. 581. num. 1. vbi poſt Guid. Pap. deciſ. 177. poſt mediū, & alios quos allegat, dicit quòd vbi quis petijt certam quantitatem pro reſiduo, ſibi præiudicat vt non poſsit aliud prætendere quàuis ſibi plus deberetur, quaſi tacitè videatur fateri ſolutionem reſidui non petiti. Conducit quod docet Rot. Gen. deciſ. 60. num. 6. vbi dicit ſoluentem pro reſiduo, totum ſoluiſſe intelligi, quam dicit eſſe communem Doctorum ſententiā, cui nullus (inquit) reperitur adhuc cōtradictor. Si ergo in iure parificantur confeſsio de toto, & cōfeſsio de reſiduo, ergo idem operabitur confeſsio de reſiduo, quod cōfeſsio de toto.

† Ita Senatus noſter *declarauit* in hac propria materia cōfeſsionis dotis die 29. Ian. 1599. Relatore egre. Sena. Aſtor, inter nob. Ioan. de Queralt, & Anto. Deſcallar, vbi fuit dictū *verbum, reſtantes ad ſoluendū, in confeſsione poſitum probare confeſsionem, ſeu receptionem integræ dotis.*

† Alia per pulchra cauſa fuit *declarata* in Senatu, Relatore egregio Senatore Hiero. Senjaſt die 21. Octob. 1620. inter nobilem Onophriū Delentorn Archidiaconū de Benaſch, & Michaelem Alegre, Actuario Bretons, vbi fuit etiam declaratū idem de præſumptione receptionis totius ex confeſsione receptionis pro reſiduo, & ad complementum. Adde Doctoribus ſuprà citatis ad iſtud propoſitum cōfirmandum Sur. in conſ. 52. num. 42. lib. 1. Nat. in conſ. 102. n. 6. & alios adductos per Stephan. Gratia. diſcep. foren. 570. nu. 33. Vbi declarat † pulchrè idem Gratia. ſupradicta procedere inter ipſum creditorē, & debitorē dumtaxat, non reſpectu tertij, veluti ſi tertius ſoluiſſet pro alio aliquam pecuniæ quantitatem pro reſiduo, ſeu ad complementum, ſanè id nō probaret reliquū fuiſſe per eum etiam ſolutum, ſed cederet in fauorē debitoris. In quo tamen multùm ego exiſtimo oportere attēdere ad conceptionem verborum, ſub qua id dictū eſt, ſi verba reſpiciūt ipſum ſoluentem vel eum pro quo fit ſolutio. Vide etiā † Seraphi. de Oliuar. deciſ. Rot. Rom. 1130. nu. 3. vbi docet an partita facta pro reſiduo poſsit acceptari, & reijci qualitas pro reſiduo.

37 Intellige † quòd de dicta dotis promiſsione debet cōſtare aliter quàm per cōfeſsionē partium. Vidi enim mulierem, quæ oſtēdebat appocam de recepta dote ſibi per maritum factā, ſed non oſtendebat capitula, nec promiſsionem dotis à ſe in eis antea marito factam, conſiſa in narratione, quam notarius in appoca faciebat de dicta dotis promiſsio ne præcedente. Sed repulſam paſſa mulier fuit, dictum enim extitit quòd non ſufficiebat prædicta narratio, aut partium cōfeſsio. Alioqui inuenta eſſet via fraudandorum creditorum, cū tam facile ſit fateri promiſsionē præcedentē, quā fraudare velle, argum. l. 5. §. ſi pupillus ff. de reb. eor. qui ſub tute. l. ſcire 21. §. 1. de legit. tutor. l. cum quis decedens §. penul. de lega. 3. & l. qui teſtamentum, ff proba. Tota de hoc eſt cōpacta deſin. Fab. 9. lib. 5. tit. 10. ſub tit. de dot. cau. nō numera.

38 Niſi cum hoc † cōcurrerent etiā alia adminicula pro probatione numerationis dotis, tunc enim ex enuntiatione promiſsionis dotis facta in inſtrumento confeſsionis cum dictis adminiculis probaretur ſolutio dotis, vt tenuit Rot. Rom. apud Statil. Pacifi. poſt tracta. de Saluia. interdic. deciſ. 18. Stepha. Gratia. deciſ. prouin. Mar. 103.

39 Intellige niſi † alijs contrarijs, & vrgentiſsimis cōiecturis illā iuris præſumptio, quę elicitur ex promiſsione dotis præcedente, elideretur, tunc enim cū ſemper præſumptio cedat probationi, & ſuſpitio veritati, l. ſi chirographum cum l. ſequenti, & l. Imperatores in fin. de proba. non ſtaretur huiusmodi confeſsioni quantumcunque præcederet promiſsio dotis, Anto. Fab. in ſuprà cita. deſin. 3. tit. de dot. cau. non numera. Eſt ergo intelligendū quod diximus nō poſſe opponi exceptionem non numeratæ dotis, ad effectum trāſferēdi onus probādi in mulierem; ſed ſi vult qui ſe opponit id oneris in ſe ſuſcipere, non prohibetur quidē, & id eſt quod colligitur ex Fab. loco cita. & ex reliquis Doctoribus, quos referemus; & clariſsimis verbis vltrà omnes Fab. poſteà dicit deſin. 4. in eo. tit. de dot. cau. non numera. vbi & hoc ampliùs, interim ſtandum eſſe appocæ, cui vtiq; non ſtaretur ſi locum exceptio habere poſſet ex l. 1. & tot. tit. C. de non numer pecu.

40 Coniecturarum † præcipua à Doctoribus adducitur quādo adeſt fraudis ſuſpicio in ipſa confeſsione, ideſt quando poteſt ex aliquibus circūſtantijs colligi in fraudem creditorum emanaſſe confeſsionem, tunc nihil illa nocet, vt docet Afflic. in ſæpè cita. deciſ. 402. in fin. & ibi Vrſil. n. 2. & ſeq. Velaſ. cōſulta. 6. num. 3. conclu. 1. Surd. deciſ. 116.

41 num. 9. & 10. Qui eleganter † docet contrā con-

confeſsionem mariti tria opponi poſſe. Primum, præſumptio donationis, quæ eſt prohibita inter virũ, & vxorẽ. Secundum, exceptio pecuniæ nõ numeratæ. Et tertium, exceptio fraudis cõmiſſæ in præiudicium creditorum.

42 Duas priores † (inquit) exceptiones tollit quidem promiſsio dotis præcedens, ſed non tertiam fraudis commiſſæ in præiudicium creditorum, allegat ad id aucten. Sed iam neceſſe C. de dona. ante nup. atque ita declarare Baldum Nouel. dicit in tracta. de dot. par. 10. in 7. limita. col. 10. verſ. 5. qui ait probari dicto tex. qui non poteſt loqui niſi vbi præceſſerunt inſtrumẽta dotalia, qui eſt caſus noſter.

43 Cum autem fraus, † ac fraudandi animus de iure nõ præſumatur, cum eſſer præſumere delictum, ſit quòd debeat ab allegante, & prætẽdente in fraudẽ cõfeſsionem emanaſſe probari l. quoties §. qui dolo, ff. de proba. l. merito ff. pro ſocio, infinita ad id probãdũ adducit Maſcar. de proba. conclu. 814. pet tor. Meno. de præſump. lib. 5. præſump. 3. Bec. conſ. 52. num. 25. vbi fortiùs dicit hoc procedere etiam ſi alteri fiat præiudicium, Surd. deciſ. 299. num. 8. latiſsimè Giurb. de-
44 ciſ. Sicil. 58. num. 11. Et particulariter † in hac materia confeſsionis dotis, quòd qui allegat fraudem, debeat illam probare, ſuadetur ex eo quòd in matrimonijs à communiter accidẽtibus ſolet dos promitti, & ſolui, ideò confeſsio de ea recepta veriſimilis eſt, c. inſpicitur de regul. iur. in 6. Barboſ. in 6. par. l. 1. nu. 39. & 40. ff. ſolu. mar. Stephan. Graria. diſcepta. foren. 362. num. 22.

45 Probatur autem † coniecturis, vt Maſcar. latiſsimè probat de proba. conclu. 815. & ijdem Doctores docent vbi ſuprà allegati fuere, quia difficilima eſt iſta probatio, ideò ea quæ fit per cõiecturas, eſt ſatis. Adde Doctorbus ſuprà relatis qui idem probant, Cęſ. Barz. deciſ. 83. nu. 17. Farina. in conſ. 40. nu. 8. & ibi Firmian. Centol. in additio. littera D. & Alex. Ambroſi. de immu. & liber. Eccleſ. cap. 19. num. 8. vbi concordantes citat plurimos. Propter quod non poreſt dari certa regula, per quã cõfeſsio iſta debeat in fraudẽ creditorũ iudicari facta, ſed ſecundum contingentiam facti, ea ex coniecturis inibi militantibus expiſcanda erit, plures ex eis vltra citatos ſuprà Doctores, adducit noſter nobilis à Pegue. deciſ. 49. & deciſ. 50.

46 In arbitrio † Iudicis poſitũ eſſe id dijudicare ex Alcia. in l. 1. ff. ſolu. mat. docet Velaſ.

47 conſulta. 6. nu. 3. Fraudulentam † Senatus Mantua. confeſsionem mariti factam poſt

† commiſſum delictum ex hoc ſolo *iudicauit* quãdoq; vt auctor eſt Surd. in ſuprà cita. deciſ. 116. & Rot. Sicil. apud Caſtil. deciſ. 67.

48 Præſumeretur † etiam, & præſumi deberet illa confeſsio fraudulenta, & fraudandi creditores animo facta, ſi tempore quo facta illa fuit, apparebat magnũ æs alienũ, provt in terminis docet Meno. de præſump. lib. 3. præſump. 13. nu. 24. vbi ad conciliandum contrarias in his Doctorũ opiniones, ſic diſtinguendum eſſe aſſerit, quòd aut tempore cõfeſsionis apparebat magnum æs alienum, aut non apparebat; primo caſu præſumitur quòd maritus voluerit fraudare creditores, & potiùs bona ſua defferri mulieri, quàm ipſis creditoribus: nec antecedens (inquit) dotis promiſsio ad rem pertinet, quia nõ illud tempus, ſed hoc cõfeſsionis ſpectari debet; ſecundo verò caſu, quando tempore confeſsionis non apparebat æs alienum, nec de eo probabiliter dubitari poterat, tunc vera cõfeſsio receptiuni præſumitur, Ioan. Fran. del Caſtil. in cita. deciſ. 67. nu. 5. vide Stephan. Gratia. diſcep. foren. 489. num. 22. vbi plures allegat, idem Gratia. diſcep. fo-
49 ren. 362. num. 21. Vbi aſſerit † nõ ſufficere quòd maritus tempore confeſsionis habeat vnum creditorem in parua ſumma, provt in caſu ſuo, ſcutorum 64. ſed requiritur quòd magno ære alieno ſit grauatus, cum pro modica debiti quantitate non cauſetur ſuſpicio, idem Gratia. deciſ. prouin. Mar. 103. nu. 3. In quibus locis plures adducit. Vide Mariũ Antonin. Maceraten. variar. reſolu. lib. 2. reſolu. 48. in fin. vbi de indicijs, & coniecturis fraudis. De eadem re agit latè Manti. de tacit. & ambig. cõuen. lib. 11. tit. 20. ex nu. 35.

50 Præſumptionẽ † fraudis adducit Bot. in cõſ. 55. nu. 18. ſi eodem die, quo facta fuit cõfeſsio, apparet contractatũ debitũ. Vide Rot. Roma. in recollec. per Farina. deciſ. 683. in vlr. vol. Alios duos caſus, in quibus iſta confeſsio præſumitur in fraudẽ facta ex Claud. quem ſequitur Alcia. in l. r. num. 14. ff. ſolu. mat. & ex Bartoli. ibidem num. 207. adducit Velaſ. in cita. conſulta. 6. num. 3. verſ. Prima concluſio.

51 Sed ſi à marito † binubo confeſsio dotis receptæ manauerit, vt in alijs, non conſtito de illius ſolutione, & numeratione, præcedentibus tamen capitulis matrimonialibus, in quibus cõſter de promiſsione dotis anteà facta, diſceptatum in foro vidi, num talis cõfeſsio præſumatur facta in fraudẽ l. hac edictali, & ſic filiorũ primi matrimonij, proindeque ſubijciatur diſpoſitioni illius l. vti donatio facta nouercæ.

52 Qua in re videtur † prima facie dicendũ non eſſe huiuſmodi confeſsioni ſtandum in præiudicium filiorũ primi matrimonij, quinimò fraudulentã eam de iure præſumi, niſi

dc

de veritate appareat, vt docet Fran. Mar. in his noſtris terminis, etiamſi confeſsio ſit iurata, deciſ. 26. pet tot. lib. 2. & concludunt quæ nos latè in primo tom. de confeſsionib⁹ perſonarum ſuſpectarũ pluribus docuimus, eis nõ eſſe ſtandum, & ſignanter clau. 4. glo. 7. par. 2. ex num. 16. & in hoc etiam ſecundo tomo in materia d. l. hac edictali, Bar. in terminis, in l. cum quis decedens in §. Titia de ligar. 3. n. 2. vbi dicit quòd ſi maritus confitetur ſe recipiſſe à ſua ſecunda vxore mille, de quibus non conſtat, iſta confeſsio, quãuis ſit iurata, non valet, ex diſpoſitione d. l. hac edictali C. de fecun. nup. atq; ita dicit Bar. ſe vidiſſe de facto, Anto. Gab. qui alios allegat in cõmun. opin. tit. de fecun. nup. concl. 4. num. 8. Eſtq; ratio quia aliàs aperiretur hoc modo faciliter via fraudandi filios, ſi huiuſmodi cõfeſsiones dicerentur validæ, & ſuſtinerentur, & de iure prohibitus donare non poteſt confiteri in alio contractu Creſcen. de confeſſ. deciſ. 2. aliàs 198. Rot. Roma. in recollec. per Farina. in vlt. vol. deciſ. 121. num. 3.

53 Alia eſt † contraria opinio, quòd ſcilicet ſi præcedit promiſsio dotis, nulla poſſit, & debeat conſiderari fraudis præſumptio in confeſsione binubi, quam defendit Aym. in conſ. 40. per tot. Habet pro fundamẽto quòd fraus in dubio præſumi non debet, niſi coniecturæ adſint l. quotiens, §. qui dolo de probationibus. Et ſi dicis quòd materia eſt ſuſpecta, dicam quòd ſuſpecti etiam ſunt cõtractus inter maritum, & vxorem, etiamſi non ſint binubi, & perſonę prohibitæ inuicem contrahere, & tamen lex non vult cõſiderare aliquam fraudis ſuſpitionẽ inter eos ſi præceſsit promiſsio dotis, imò ex cõſequẽtia illius, præſumit numerationem. Nec aliquid ſuſpitionis videtur ſuperaddere cõdictio mariti ex quo voluit ſecundas contrahere nuptias, ſaltem quod attinet ad tollendũ præſumptionem numerationis, quæ oritur ex præcedentia promiſsionis, iuxta pulchrã Anto. Fab. defin. 9. lib. 5. tit. 5. de fecun.
54 nup. in ſuo Cod: vbi dicit † quòd ſi quod mulier binuba diſponit circa perſonã ſecundi mariti poteſt recipere interpretationem ex arbitrio boni viri, non debet videri in fraudem legis factum, niſi conſtaret de animo fraudandi. Iſtæ cõfeſsiones ex boni viri arbitrio interpretantur cõmuniter verę ſi nõ fraudulenter præceſsit promiſsio dotis, id perpetuum eſſe debet etiã ſi à binubis fiant, quia nõ adeſt diuerſitatis ad propoſitũ ratio.

55 O, quales mihi † ageres gratias, ſi aliquã tibi noſtri Senatus deciſionem darem, qua hæc altercatio deciſa aliquãdo fuiſſet. Accipe vnam, & alteram, & ora pro me, ſed ſunt valdè diuerſæ, inter ſe, imò omninò contrarię. Fuit iſte articulus tractatus in Senatu, primùm de anno 1515. coram egregio tunc Senatore Franciſco de Valleſica, in cauſa Galcetãdi Burgues, & Frãcifci Buſſot, in qua
† fuit *dictum* expreſsè 15. Febtua. *confeſsionẽ factam à binubo de dote recepta, in dubio præſumi factam in fraudem, & in præiudicium filiorum primi matrimonij, & ſic in præiudicium tertij, non obſtante quòd eſſet dicta confeſsio iurata, quòd eſſet facta precedente charta dotali, quòd matrimonium duraſſet vltra decem annos, & ſucceſsiuè videretur renuntiatum exceptioni non numerata dotis, vel ſaltem eſſet elapſum tempus ad eam opponendam. Adhuc viſum fuit factã fuiſſe dictã cõfeſsionẽ in fraudẽ filiorũ, & ei obſtare diſpoſitionem. l. hac edictali.* Fuit etiam appoſitũ iſtud motiuum. *Attento quòd renuntians expreſsè d. exceptioni vel tacitè permittẽdo labi tempus, videtur donare, quod eſt probibitum, & ideò mulier tenetur probare realem ſolutionem dotis, quod attinet ad præiudicium dictorum filiorũ primi matrimonij &c.*

56 Deindè † incidit eadem tractatio in eodem Senatu de anno 1563. coram egregio itidem tunc Senatore N. Ros inter Eliſabetham Spinoſa, & Onophrium Maneſcal, vbi
† die 18. Ianuarij, fuit *reſolutum è contrario, quòd quando præceſsit promiſsio, & conſtitutio dotis, confeſsio per virum binubum poſteà vxori facta de dote recepta, nocet creditoribus poſterioribus promiſsione, & cõſtitutione dotis, nec non & filijs prioris matrimonij, & hoc caſu* (inquit) *non habet locum diſpoſitio l. hac edictali C. de fecun. nup.* Fuit ibi conſideratũ *quòd exceptio non fuerat oppoſita tutra tempora, quòd maritus præſtiterat vxori alimenta ſemper, & domi retinuerat, & fuit ei iuſſum quòd iuraret ſi reuera totam dotem, vel quam partem ſoluiſſet, idq; fuit declaratum non obſtante quòd adeſſent plures coniecturæ contra præſumptionẽ ſolutionis, quæ ex promiſsione, & poſteà ſubſequuta cõfeſsione, & aliàs oriebantur.* Erat enim probatũ *quòd debitores dotis erant pauperes tẽpore promiſsionis, & pauperes etiam poſteà, viuentes in quadam miſera domo cum paucis mobilibus, quòd cõfeſsio emanauerat ante elapſum terminum ſolutionis dotis faciendæ, quòd mulier confeſſa fuerat extra iudicialiter dotem non fuiſſe ſolutã, & finaliter quòd maritus in articulo mortis recepto ſã Sacramento extremæ vnctionis dixerat, & confeſſus ſimiliter fuerat ſe dotẽ nõ recepiſſe.* Hęc non fuerunt viſa obſtare præſumptioni ſolutionis, quæ oritur ex confeſsione dotis præcedente promiſsione, etiam in marito binubo.

Vides qualis in his contradictio? expecta parumper,

parumper, ambę cõclusiones factæ fuere, nõ per totam aulam cõcordem, sed per maiorẽ partem, taliter quòd in vnaquaque ex ipsis maior pars solùm superauit minorem in vno voto. Volebat minor pars in prima causa ex circũstantijs ibi relatis standum esse confessioni. Volebat autem è contrario minor etiã pars in secunda, ex his quæ reiecta fuerant, vt diximus, nõ esse standum.

57 Mea in his † opinio est, quòd non recedatur à præsumptione solutionis dotis, quæ oritur ex promissione præcedente, & cõfessione subsequẽte, etiãsi binubis, nisi adesset coniecturæ fraudis, & seu animi fraudãdi, nõ enim video quamobrem debeamus dictam præsumptionem reijcere propterea quòd sit facta confessio ab homine, qui secundas cõtraxit nuptias. Dixi, nisi adessent cõiecturæ, per quæ extremas multùm iudico resolutiones Senatus in duabus causis suprà relatis captas: Si enim in prima pro veritate cõfessionis, & in secũda pro non veritate tot extabant cõiecturę, & præsumptiones, quot pro nunc in eisdẽ resolutionibus, ego nõ video qualiter in vno & alio casu nõ fuit contrariũ decisum. Et certè q̃ attinet ad primã, si nihil erat allegarum, quod fraudem oleret, nõ debebat ea rã faciliter præsumi. Vndè eue-

58 nit † quòd cũ idem negociũ vnius ex suprà dictis causis, nẽpe Spinosa cõtra Menescal, iterùm tractatum fuisset in Senatu de anno 1572. iunctis duabus aulis referentibus egregijs tunc Senatoribus Ferrer & Sala, sub die

† 28. Iulij *declaratum* fuit contra confessionẽ ex illis eisdẽ motiuis, quæ nõ fuerant habita in eõsideratione, sed reiecta in illa an. 1563. dicendo, *quòd ex prædictis coniecturis sufficienter constabat de simulatione confessionis.* Vide has cõclusiones, quia pulchrę sunt valdè ad propositum.

59 Consulerẽ † tamen propter has contrarietates, quòd neutra pars remaneret in nudis terminis confessionis, sed vnus veritatẽ confessionis, alius fictionẽ illius per aliquas coniecturas, & præsumptiones conarentur probare, quibus adiuuarent, vel destruerent respectiuè præsumptionẽ, quæ oritur ex confessione. Et istud consilium capiendum est semper, etiam quando non sumus in confessione binubi, sed primi mariti: Bonum est enim quòd vltrà promissionem, & confessionem habeamus aliqua adminicula adiuuãtia ex illis quæ Doctores ad id adducunt vt suprà vidisti, & tradam inferiùs, quæ negotiũ indubiratum faciant; sic ego semper practicaui, & bene successit. Arque de isto primo casu quando simul cum confessione ostenditur promissio, & cõstitutio dotis præcedens.

60 Sequitur tractemus † de secundo casu, quando mulier venit cum sola apocha dotis, in qua maritus constante matrimonio confitetur se eam recepisse, nec ostendit præcessisse capitula, aut aliud instrumentum, in quo contineretur promissio, & seu constitutio. In isto casu omnes Doctores conueniũt istam confessionem, quę fit constante matrimonio sine præcedentia promissionis, non censeri factam ad probationem veritatis, propter quod dicunt per eam non probari numerationem, vt docet Hierouymus Gab. in cons. 163. n. 20. lib. 2. addens quòd ira sæ-

† piùs *resolut* Rot. vt per Caputaquen. decis. 12. par. 1. Paleo. 192. & latissimè Doctores multi, quos mox allegabimus in sequẽtibus.

61 Sed maximè † dissentiunt, si debet iudicari facta sub spe numerationis, vel potiùs animo donandi, alij enim vnam, alij aliam opinionem tenent. Hoc scire maximę est vtilitaris, quia si sub spe futurę numerationis cẽsetur facta, tunc facta renuntiatione, aut elapsis temporibus non poterit impugnari. Si verò animo donandi, tunc nihil renũciatio obstabit, nec lapsus tẽporis, vt infrà videbis.

62 Nos videre debemus † quæ ex dictis cõtradicẽtibus opinionibus sit verior, omitto referre, qui vnam, & qui aliam teneant, & quibus iuribus, & rationibus vnaquæq; com probari valeat, quia id oneris cum non modica diligẽria suscepit Hieronymus Gab. in cita. cons. 163. ex n. 19. cum multis sequen. lib. 2. qui tor, tãraq; adduxit pro vna, ac pro alia opinione, totque Doctores pro vtraque cõmemorauit, vt nu. 38. dicat quæ sit in hoc opinio magis communis haud facilè percipi posse. Idem dixit Illust. Cardi. Manti. de taci. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. n. 19.

63 Aluar. tamen † Velasq. consulta. 5. n. 15. claris verbis dixit invalusse opinionem pro præsumprione donationis, quã dicit renuisse Ioan. Andr. in additionibus ad Specul. rub. de dona. inter vir. & vxor. in fin. iuxta l. 2. C. de dot. cau. non numera. & hanc dicit esse receptiorem Doctorum opinionem, quod comprobat auctoritate multorum ibi relatorum, qui idem antea dixerunt. Idem dicit Cardin. Manri. de tacitis & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. nu. 7. in fin. & n. 8. vers. Tertius casus, idem etiam asserit Alex. Trentacinq. qui infinitos pro vtraque parte allegat, varia. resolu. vol. 1. lib. 3. tit. de iur. dot. resolu. 7. n. 28. Maresco. in cita. cap. 8. lib. 1. variar. resolu. num. 1. & 2. quæ tamen de verbo ad verbum transcripsit ex decis. Rotæ Romanæ 22. in recollec. per Statil. Pacifi. in fine operis de Saluia. interdic. eadem Rota Roma. in recollec. per Farina. in vlt. vol. decis. 61. & docẽt omnes penè, qui suprà allegati fuere cum loquebamur de casu quando præce-

præcedebat promiſsio dotis, omnes enim ferè diſtinguũt ſtatim inter hunc, & illũ caſum, & ſignanter Afflic. in cita. deciſ. 402. nu. 2. & ibi etiam Vrſil. n. 1. Viui. deciſ. 148. lib. 1. Magoni. deciſ. Floren. 68. quod nõ eſt auſus ſic ſimpliciter affirmare Gab. loco cita. quòd iſtæ confeſsiones præſumãtur animo donãdi factę, nõ ſub ipſæ futuræ numerationis, ſed ad id diſcernendũ, recurrendũ eſſe ad conjecturas, ex quibus illud eliciatur, quarũ nõnullas ipſe ponit pro præſumẽdo animo donandi. Et ſignanter † illam, quando maritus
64 renũtiauit exceptioni nõ numeratæ dotis in caſu quo renũciatio valuit vel cum iuramẽto vel ſine eo, vt declarat Gabr. vbi ſupra, tunc enim cum non poſsit excipi de nõ numeratione, nõ poteſt dici facta confeſsio ſub ſpe futuræ numerationis, ſequitur Cardin. Manti. vbi ſupra n. 20. vbi dicit hanc donationẽ nõ confirmari iuramẽto, quia ſimulata, quãuis expreſsa confirmari poſsit. Idem Man-
65 ti. † n. 27. & 28. quando facta eſt confeſsio mulieri cum viro iam tunc cohabitãti, quæ tunc facultates non habebat, vt ſperari potuerit ab ea numeratio dotis. Hic enim caſus eſt multùm notandus vti frequens.

66 Sed nõ puto † recedẽdũ à cõmuni, quòd in dubio ſemper animo donãdi ſit præſumẽda confeſsio facta, ex hac ratione, quia cum iam ſequutum ſit matrimonium nulla dote promiſſa, aut recepta, nõ eſt veriſimilis præſumptio vt vir ſperet fore vt ſibi ſoluatur, ſed præſumitur virũ vxoris blãditijs, & amo-
67 re ductum animo ipſi donandi. Et facit † in ſimili, quia quoties teſtator fatetur ſe debere alicui aliquam ſummã, quã reuerà nõ debet, cenſetur in dubio velle eam quãtitatem illi legare, vt habetur in l. qui vxori de au. & argen. lega. cũ alijs adductis per patrem Sanch. de matri. lib. 6. diſputa. 9. n. 5. Dic clariùs, quòd non ſolent fieri iſtæ confeſsiones niſi à viris multùm obęratis, vt fraudent creditores: vix enim eſt vt aliam cauſam iſtis cõfeſsionib' aſsignare valeamus quãdo ipſi mulieres à principio duxerũt indotatas.

68 Quod, de † præſumendo animo donandi in marito, maximè in noſtra Cathalonia procedit vbi inconcuſsè fiunt iſtæ cõfeſsiones cum renuntiatione exceptionis non numeratę pecuniæ, quod multùm ad id facere dicunt Doctores omnes, qui hac de re tractant in locis à nobis adductis ſuprà, & infrà
69 adducendis etiã. Vndè ſequitur † iudicãdũ de dicta cõfeſsione eſſe ac de donatione inter vir. & vxor. taliter quòd non habebit ius tacitæ hypothecæ, nec prælationis, vt docẽt Dida. varia. reſolu. lib. 1. c. 7. n. 4. verſ. Secũdo hinc apparet, Menoc. de præſump. lib. 3. præſump. 12. n. 68. & ſic inualida erit in omnibus raſibus, in quib' donationes inter vir. & vxor. inualidę ſunt, & ęcontra validaiudicabitur in caſib' in quib' validæ ſunt iſtæ donationes, vt dicit San. h. dicta diſpu. 9. n. 6.

70 Cuius rei † occaſione ſtatim diſputant Doctores, in quibus caſibus valeat donatio inter vir. & vxor. & an iſta cõfirmetur iuramẽto, ſicut expreſsa donatio, de quo vltimo puncto eſt tota diſputatio. 12. Thomæ Sanches de matrim. lib. 6. vbi infinitos allegar. Et vix eſt vnus ex omnibus, quos in toto hoc diſcurſu adduximus, qui idem tractare omiſerit, vt apud eos poteris videre, inter quos ſignanter nõ omitas Hiero. Gab. in cõſ. 163. n. 42. lib. 2. & Aluar. Velaſ. cõſulta. 5. n. 20. qui multùm in hoc cõtrariantur. De hac ego re nihil aliud dicam, cũ apud noſtros nõ ſoleat apponi iuramẽtũ in iſtis eõfeſsionibus.

71 Conſiderãda † agitur apud nos illa confeſsio eſt ac ſi donatio ſimplex eſſet inter vir. & vxo. quę de iure prohibita eſt, illud ſolùm habẽs, quãdo traditio interuenit prout
72 in noſtro caſu, in quo cõfeſsio † ipſa vim traditionis habere dicitur, prout ex gloſ. Bar. & Couar. docet Meno. in cita. præſump. 12. n. 67. lib. 3. & interuenit legitima inſinuatio ſi excedit ſummã quingentorũ aureorũ, iuxta l. ſancimus, C. de dona. Cardin. Manti. de taci. lib. 11. tit. 20. n. 25. quæ sũt requiſita ne ceſſaria in iſtis ſaltẽ præſumptis donationib' & ſuſpectis quamuis fiãt fauore matrimonij, vt ꝓbat Odd. in cõſ. 24. ex n. 2. Illud (inquã) ſolũ habẽt iſtæ donationes qñ ſupradicta cõcurrunt, vt cõfirmentur, & cõfirmari poſsint morte mariti, ſi in eadẽ voluntate vſq; tunc perſeuerauerit, vt ad ſacietatẽ vſq; & rationibus, & auctoritatibus docet Sanchez.

73 Quo ſuppoſito † ad propoſitum noſtrũ dicimus, quòd cum nõ habeat effectum donatio niſi morte ſequuta ipſius viri, nõ nocebit, nec nocere poterit creditorib', qui ante
74 mortem cum eo cõtraxerint, quamuis † cõmuniter dicatur huiuſmodi donationes retrotrahi ad tempus, quo factæ fuerunt: hoc enim intelligitur reſpectu fructuũ, non reſpectu dominij, prout pluribus in terminis noſtris probat Ioſeph. Ludo. deciſ. Peruſ. 66. ex nu. 33. cũ ſeq. vbi citat multos, optima eſt ad propoſitum defin. Fab. 3. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 10. de dot. cau. nõ nume. vbi idẽ dicit quod Ludoui. ſuprà, addens nu. 8. placuiſſe Iuſtiniano in l. donationes, quas patentes C. de dona. inter vir. & vxor. vt iſtæ donatio-
75 nes † retrotrahantur, verum eſſe in præiudiciũ donãtis, at nõ in præiudicũ tertij, cui medio tẽpore ius fuit quæſitũ, argum. l. potior 11. qui potior. in pig. hab. l. penul. ff. rem rat. habe. Conſiderat etiã Ludoui. vbi ſuprà quòd iſta mulier in hoc caſu habet cauſam

lucratiuã, creditores verò causã onerosam. Considero ego finaliter quòd hæc donatio, quæ morte confirmatur, sequitur naturã vlti mę voluntatis, & ꝙ ex ea capitur vim habet relicti, provt ego pluribus ꝓbaui to. 1. clau. 4. glos. 7. par. 2. ex nu. 54. quibus adde Pat. Sanch. in loco. suprà cita. disputa. 16. fieri ergo nullo modo potest quòd pro ea donatione præferatur mulier creditoribꝰ viri per eum antequam moreretur contractis.

76 Quando ergo † mulier venit cum ista cõfessione sic nuda, & cruda, aduertant aduocati, aduertant Iudices, nullã de ea fore habendam rationẽ tãquam nihil aliud continente quàm nudã donationem inter virum, & vxorẽ de iure regulariter prohibitã mortẽ tãtùm cõfirmabilem si interuenerint requisita, de quibus suprà. Nec est curandũ si sunt elapsa tempora opponẽdi exceptionẽ non numeratę dotis, vel non, quia siue vnũ sit, siue aliud, semper potest opponi ex-
77 ceptio donationis inualidæ, lapsus † eius tẽporis benè operatur, vt non possit dari de non numerata dote, sed non quòd non possit opponi ð donatione vt in terminis hisce, eisdem verbis dicit Rot. Roma. apud Statil. Pacisi. in fine operis cita. decis. 22. & refert Marescо. in allega. c. 8. lib. 1. variar. resolu. n. 1. optimè Dida. variar. resolu. lib. 1. c. 7. n. 4. ver. quartò itidẽ, & n. 5. ver. Quòd si, in quib' duob' locis facit differẽtiã illã, quã nos suprà infinuauimus, inter casũ, qũ præsumitur confessio facta sub spe futuræ numerationis, & quando animo donãdi, resoluens quòd in illo operatur quidẽ lapsus tẽporis opponẽdarũ exceptionum, in hoc verò nõ, cũ agatur in illo secũdo casu de donatio. inter vir. vxor. potiùs, quàm de dote cauta non numerata, & ideò nõ est considerandũ quòd tempora opponendę exceptionis sint elapsa, sequitur Trentacin. varia. resо. vol. 1. lib. 3. tit. de iu. do. resolu. 7. n. 28. in fin. Pat. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 9. n. 9.

78 Sed restat vnũ † dubiũ, illudq; maximũ, quid faciemus de exceptione nõ numeratæ dotis, quæ frustrà videbitur instituta, cum in nullo casu eã admitamus. In principio enim eam reiecimꝰ à cõfessione dotis quãdo præcesserũt capitula, & seu promissio dotis anteà interuenit, nunc eam non admitimus, quando nõ præcesserũt capitula, nec interuenit promissio, sed allegatur sola confessio facta constante matrimonio. Non debet autem dici quicquam redundans in iure, nec
79 quicquã sine effectu operãdi. Cõstat † autẽ quòd Imperator in l. vltima C. de dote. cau. nõ nume. concessit cõtra istas confessiones, quæ à maritis fiũt de dote recepta, vt possit opponi aduersus eas exceptio, seu querela nõ numeratæ dotis intra annũ, ꝙ postea iure austen. fuit declaratũ procedere si matrimoniũ intra bienniũ dissoluebatur, si autem post bienniũ vsq; ad decenniũ, hæc exceptio, seu querela intra tres mẽses conceditur, elapso autẽ decennio nõ admittitur amplius, provt probat austen. quod locum, eo. tit. C. de dot. cau. nõ numera. & ex multis declarat Manti. in sæpè cita. lib. 11. de taci. & ambig. cõuen.
80 tir. 20. n. 10. Et sæpissimè ꝛ grauiores Senat'
†† hãc theoricã practicarũt, *declarãdo* quòd vel ex renũciatione iuris opponẽdi exceptionẽ, vel ex lapsu tẽporis repelli debebant opponẽtes cõtra cõfessiones, & ẽcontra ꝙ erant admittẽdi veniẽres intra tẽpus pro vti apparet ex Afflic. in sæpè cita. decis. 402. n. 10. & ibi etiã Vrsil. n. 1. Fran. Viui. decis. 148. lib. 1. Rot. Romana apud Statil. Pacisi. in fin. sui operis de Saluia. interdic. decis. 48. quæ id extẽdit etiã in prẽiudiciũ creditorũ, & decis. etiã 145. posita post eundẽ tract. de Saluia. interdic. eadẽ Rot. Rom. decis. 102. ex n. 15. par. 2. diuersor. & apud Aemil. Veral. est alia etiã decis. Rot. Roma. 196. par. 1. Step. Gra. decis. 103. n. 18. & discep. forẽ. par. 2. c. 362.
81 n. 15. Vbi claris ꝛ verbis dicit quòd si fumus post elapsum tempus opponẽdi exceptionẽ, cõfessio præiudicat tam marito, quàm creditoribus, & tertio possessori, etiam quòd non præcesserit dotis ꝓmissio, idẽ Gratia. d. decis. 103. n. 18. Molfes. in cõsue. Neapol. par. 6. de iu. dot. q. 9. n. 16. & alij infiniti.

82 Respõdemus † nõ esse otiosã hãc querelã, & exceptionẽ nõ numeratę dotis, quãnis in duob' casib' suprà relatis eam nõ admitam': ꝓcedit enim in suo casu, qui nullus est ex supradictis. Est enim casus, pro quo est introducta querela prædicta, qũ sub spe futuræ numerationis fuit facta cõfessio, vt suprà relati DD. dicũt, & nos suprà resoluimꝰ. Cũq; in nostris duob' casib' demus nõ fuisse factã cõfessionẽ sub spe futuræ numerationis, ex rationibus in eis põderatis, indè fit optimo iure dictũ fuisse nõ intrare in eis querelã nõ numeratę dotis, nec ex lapsu temporis sine oppositione parari præiudicium parti.

83 Sed quid dicimus † ad DD. qui in indiuiduo exceptionẽ, & querelã hãc accõmodant saltẽ vni ex duob' casib' à nobis traditis, qñ scilicet ꝓmissio dotis nõ præcesserit, si cõfessio est facta cõstante matrimonio. Forsan posumus ꝙ dicunt plures ex his, quid de materia ista tractãt, quòd cõfusè admodũ, & valdè intricatè actũ de ea hucvsq; fuit, & ideò nõ est mirũ si materiã exceptionis, & querelę cõfusè applicarũt casibus, quib' nõ cõueniebat,
84 nec cõuenire poterat. Vel dicamus ꝓos, qui cõfessioni factæ cõstãte matrimo. sine præcedẽtia ꝓmissionis, applicarũt materiã exceptionis,

ptionis,& querelę nõ numeratę dotis, ideò feciſſe quia tenebãt opinionẽ, quòd ſub ſpe futurę numerationis,nõ animo donãdi fiunt illę cõfeſsiones,quo ſuppoſito bene accõmo datur materia exceptionis, & querelæ, ſed qui cũ cõmuni tenent,quòd imò animo donãdi factæ præſumuntur,nõ poſſent de materia exceptionis,& querelæ tractare.

85 Et quia, qñ † fit cõfeſsio ante cõtractũ matrimoniũ, tunc in dubio præſumitur potiùs ſub ſpe futurę numerationis,quã animo donandi facta,niſi animus donãdi alioquin appareat,vt probat tex.in l.2.C.de dona.ante nup.quam ita intelligendã eſſe docẽt plures quos allegat Dida.in cita.c.7.lib.1.varia.reſolu.n.6.verſ.Eſt itẽ,vbi dicit hanc eſſe magis receptã à Doctoribus opinionẽ,ſequitur Alex.Trentacinq.varia.reſo.vol.1.lib.3.tit.

86 de iu.dor.reſolu.7.n.10.Qui dicit † rationẽ eſſe,quia in hoc caſu non eſt tanta charitas, nec tantus maritalis coniunctionis ardor, vt dicebat Velaſc. vbi infrà, quòd præſumatur virum voluiſſe donare, nec præſumitur voluiſſe creditores fraudare, nec eſt aliqua ratio per quam colligamus animũ donandi, & ideò cũ puſsit ſumi cõiectura, quòd cõfeſsio prædicta emanauerit ſub ſpe futurę numerationis,ceſſare debet præſumptio donationis,Menoch.in ſæpè cita.præſump.12.lib.3. ex n.8. omniũ meliùs Alua.Velaſc. conſul. 5.n.5.cũ aliquibus ſequentibus,qui loquuntur ram de cõfeſsione, quę fit ante matrimoniũ cõtractũ,quàm de ea,quæ in contractu ipſius matrimonij,quæ in hoc parificantur,& huius rei alias rationes adducit vltra eam, quã ex

87 Trentacinq.retigimus. Quia † (inquam) qñ fit confeſsio ante cõtractũ matrimoniũ, vel in ipſo contractu ſub ſpe futurę numerationis præſumitur facta, ideò in eo caſu locum habere poterit exceptio,& querela non numeratę dotis,prout citati Doctores dicunt, & ſignanter Velaſc. dicta cõſulta. 5.n.5.vbi id probat ex l.vltima cũ aucten.poſt eam poſita C. de dot.caut.non numera. quæ in iſtis cõfeſsionibus,nõ in alijs loquitur,Hierony. Gab.in conſ.163.n.5.vol.2. vbi docet quod in iſto caſu ſine dubio procedit rir. C. de dot.cau.non numera.

88 Vndè ad † praxim in Cathalonia inferre quaſi generaliter potes,quòd vix erit vnquã, vel eſſe poterit aliquis huius exceptionis, & querelę vſus. Ratio eſt, quia in Cathalonia ante matrimoniũ cõtractũ,vel in ipſo cõtractu non ſolent fieri confeſsiones dotiũ receptarũ,de quarum ſolutione nõ cõſtet aliter, quę ſunt cõfeſsiones de quibus loquimur, in quibusque ſolis diximus materiã exceptionis,& querelæ nõ numeratæ dotis practicari poſſe.Benè enenit quòd ante contractũ matrimoniũ dent Soceti aliquam generis dotis partem,io adiutoriũ impenſarũ faciẽdarum in ipſo matrimonio,ſed de hoc vel per mediũ rabulæ,vel per appocã in præſentia notarij,& teſtium,aut per aliam legitimã cautelam conſtare ſolet.

89 Magnam rem dixi, † cum viderimus in Senatu multoties de huiuſmodi exceptione,& querela tractatũ,& ſignanter nunc memini quòd in illis duabus cauſis annorum 1566. 1617. Caminet contra Marc, & Rodes contra Arbell, quas ſuprà retuli,in caſu quo facta fuerat confeſsio cõſtãte matrimonio pręcedẽtib⁹ capitulis matrimonialibus, in quibus aderat promiſsio, & cõſtitutio dotis,diſputarunt multùm partes per ſuos Aduocatos quæſtionẽ illã,num creditori,qui ignorabat mariti cõfeſsionẽ, reſtitutio ex capite ignorãtiæ deberet dari ad opponendã exceptionẽ & querelã nõ numeratę dotis,nõ obſtãre quòd lapſum eſſet tẽpus. Super quo

90 habuit † Senatus *prouidere* in vtraq; cauſa, †† nõ eſſe concedẽdã reſtitutionẽ in integrum ad opponẽdũ exceptionẽ nõ numeratæ dotis poſt lapſa tẽpora per creditores petitam prætextu ignorantiæ confeſsionis per dictos

91 creditores allegatæ. Non exiſtimo † (ſalua ſacri Senatus pace) potuiſſe in hoc caſu applicari materiã exceptionis non numeratæ dotis,nec lapſus tẽporis ad illã opponẽdã, nec finaliter reſtitutionis creditoris ad dictũ effectũ,ſed ſufficere repellere creditorẽ eo ſolo motiuo,quòd cõfeſsio nõ erat nuda,ſed cũ præcedentia promiſsionis dotis, quæ excludebãt exceptionem,& querelã nõ numeratæ dotis,etiã ſi eſſent partes intra tempus, quo aliàs debet opponi,iuxta ſuprà tradita, quanto magis elapſis temporibus.

92 Sed vbi † præter ſolitũ,ſuccederet aliquis caſus,in quo cõfeſsio reperiretur facta ante matrimoniũ,vel in ipſius cõtractu,cui applicare poſſes materiã exceptionis, & querelæ nõ numeratæ dotis,& eſſent lapſa tempora, ſi vis ſcire illud,quod in ſupradicta cauſa coram Ferrer vertenti diſputatũ fuit de reſtitutione cõcedenda vel non,creditori ignorãti, ad opponendam exceptionem, vide Velaſ. conſulta.6.nu.5.in fin.Vrſil.ad Afflic. deciſ. 402.n.1.Mago.deciſ.Floren.68.n.8. Steph. Gratia.deciſ.103.nu.19. Coſta in tracta.de remed. ſubſidia. remed. 85.num. 14.Ioan. Bor.in conſ.55.num.12. cum infinitis, quos iſti allegant, quos ego omito, quia vt dixi, vix iſti caſus ſuccedunt vnquam, & ſeu vix ſuccedere poſſunt in Cathalonia.

93 Quæ dicta † ſuprà fuere de confeſsione dotis, quæ fit conſtante matrimonio nullis præcedẽtibus capitulis, in quibus promiſsio aliqua dotis ſit facta, circa fidem, quam fa-

cit,& exceptiones,quę ei poſſunt opponi,accommodabis confeſsionibus,quæ per maritos fieri ſolent conſtante marrimonio vxoribus de aliquibus pecunię quantitatibus ab eis in augmentum dotis receptis,ſubiacebũt ſine dubio eiſdem exceptionibus,ex eiſdem
94 rationibus ſuprà traditis. Et hoc † ampliùs, quòd non competet pro eis vxori niſi tacita hypoteca,cum nõ ſit conſtituta expreſſa in aliquo inſtrumento præcedenti,provt plu ribus probat Neguſan,de pignor. 4. memb. 2.par.prin.nu.46.quæ quidem tacita hypoteca augmenti dotis non refertur ad initium hypotecæ,quæ fuit contracta pro ipſa dote, ſed ſumit initium à die ipſius augmẽti facti, Neguſan. qui pũlchrè declarat vbi ſuprà. Vnde mulier pro iſto augmenro non præferetur alijs creditoribus viri expreſſam hypotecam habẽtibus, ſicut nec præfertur pro
95 ipſa dote,vt diximus ſuprà. Per quæ † ego conſultus ſuper quadam ſententia lata Relatore nobili Don Petr. Soler in noſtro Senatu 31. Mar. 1620. inter Catherinã Real, & ſuos creditores. Actua. Sacares, dixi præiudicium,& grauamen poſſe prætẽdere cre-
† ditores ex quo cumulus *fuit factus*, ſine aliqua diſtinctione,doris anteà in capitulis matrimonialibus promiſſæ,quę proindè habebat expreſſam hypotecam, & dotis poſteà conſtante marrimonio auctæ,quæ non habebat niſi tacitam,& ęqualiter pro vtraque dote fuit mulier prælata creditoribus expreſſam hypotecã habẽtibus cõtractis poſt firmata capitula.

96 Dixi in noſtris † capitulis non adeſſe cõfeſsionem dotis receptæ,niſi velis illa verba *faciunt, & firmant chartã dotalem, ſiue ſponſalitiũ dictã &c. de dictis tribus mille libris &c.* habere vim confeſsionis,quod ego non exiſtimo verum,cum aliter atq;aliter ſoleãt concipi confeſsiones in alijs capitulis matrimonialibus,& cũ alijs clauſulis. Et quomodò poſſet,aut poteſt dici habere vim confeſsionis ſi in donatione paterna præcedente fuit aſsignatus dies ſponſaliorum pro ſolutione dotis, clarum eſt quòd nihil minùs cogitarunt contrahentes, quàm quòd fieret in hoc caſu dotis receptæ confeſsio,ſed ſolũ aſſecuratio illius,& promiſsio, & obligatio de reſtituenda ſuo tempore cum reſtitutioni locus fuerit. Hæc animaduertenda duxi quia vidi de hoc aliquando dubitatum,& prætẽſum in Senatu, vim confeſsionis numeratæ dotis hæc habere,provt videbis ſi legis concluſionem in Senatu factam 15. Feb. 1515. Relatore Valleſica,in cauſa Galcerandi Burges,& Franciſci Buſſot, cuius iam alias ad aliud propoſitum memini, ibi, *Nec obſtat quòd matrimoniũ duraverit per decem annos, & quòd ſuper dicta dote ſit facta charta dotalis, virtute cuius prætenditur confeſsio dotis, & ſic videtur confeſſata, & ſucceſſiuè videtur renunciatum exceptioni non numeratæ dotis &c.* Idem colligo fuiſſe prætẽſum in illa quorundam de Vilafranca, Relatore Gallego,de qua ſtatim dicam.

SVMMARIA.

1 *Dos quando habeatur pro ſoluta ex lapſu decennij in vim auctẽn. quod locum C. de dote cau. non nume.*

2 *Confeſsionem dotis receptæ cum ſequitur debitorium, & promiſsio de ſoluendo à patre facta, quid iuris.*

3 *Sunt qui exiſtimant nihil contra eam poſſe opponi vxori per maritum, vel illius hæredes ſi receptt, vel non, aut aliàs, quia contentatus maritus fuit promiſsione patris loco ſolutionis.*

4 *Maritus poteſt ſub ſpe acquirendi nomẽ promiſſoris confiteri dotem recepiſſe, nec opponet exceptionem dotis non receptæ.*

5 *Mulier ſoluto matrimonio recuperat à viro, & illius hæredibus dotem non exactã quãdo vir confeſſus fuit illam recepiſſe licèt poſteà per recognitionem conſtaret nõ ita eſſe, ſed firmatũ ei fuiſſe debitorum, vbi decis.*

6 *Confeſsio dotis receptæ facta per virum, ſi poſteà ex interuallo ſequitur promiſsio, quæ ei fiat de ea ſoluenda, tenetur ille ad ſolutionem eodem modo ac ſi ſoluta dos fuiſſet, ſecus ſi in continenti, ſecundum aliquos.*

7 *Exceptio non numeratæ dotis competit ſecundũ aliquos cũ confeſſata eſt dos, ſequuta poſtea promiſsione de ea ſoluenda.*

8 *Dos habetur pro ſoluta cum vir facta ſibi promiſsione de ſoluẽdo, confitetur eã recepiſſe, an id ꝓcedat tã reſpectu patris, q̃ extranei.*

9 *An id procedat ſiue promiſsio ſequatur eũ ſcientia, & conſenſu vxoris, an etiam ſi ſine eis.*

10 *Confeſsio facta de dote recepta, ſequuta ſtatim promiſsione de ea viro ſoluenda, cenſetur facta contemplatione illius promiſsionis, ſecus eſt ſi ſit ex interuallo.*

11 *Exceptio non numeratæ dotis nõ intrat vbi eſt facta eũ confeſsio de ea recepta, ſubſequuta promiſsione de ſoluendo.*

12 *Confeſsio dotis receptæ cenſetur facta ſub ſpe futuræ numerationis, cum ex interuallo eſt ſequuta promiſsio, ſed cum in continenti, ſub ſpe futuræ promiſsionis.*

13 *Confeſsio facta per virum in eodem inſtrumẽto vbi ſciente, & firmãte vxore ſit eiuſdem dotis promiſsio, non nocet viro.*

14 *Menoch. notatur.*

15 *Confeſsio dotis receptæ cum incontinẽti ſequitur promiſsio dotis ſoluendæ, nihil operatur ſecundum opinionem Auctoris.*

Actus

16 *Actus duo idem ſunt ratione eiuſdem contextus, & quod vni ineſt, alteri etiam ineſſe creditur.*

17 *Actus correſpectiui, ſiue fiant in eodē inſtrumento, ſiue in diuerſis, pro vno habētur, & vnus venit ad declarationem alterius.*

18 *Animus cōtrahentium qualis fuerit à principio, declaratur ex his, quæ poſtea fiunt.*

19 *Maritus non tenetur niſi dotem, quæ moſtratur recepta reuera, etiamſi adſit confeſſio dotis receptæ, & ſequuta promiſſio, ſi adeſt pactum quòd non reſtituatur niſi per illas ſolutiones &c.*

20 *Idem eſt cum mulier ſimul cum patre firmat promiſſionem de ſoluendo non obſtante cōfeſſione. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

21 *Dos non præſumitur ſoluta quantumcunque durauerit matrimonium, ſi adeſt pactū quòd maritus non teneatur ad reſtitutionem niſi per illas ſolutiones &c. vbi deciſ. noſtri Senatus.*

22 *Auctē. quod locum, C. de dot. cau. non numera. declaratur.*

23 *Confeſſio dotis receptæ facta in teſtamento nō probat numerationem, ſed inducit legati, & fideicommiſſi petitionem. vbi deciſſ.*

24 *Etiamſi in nudis terminis confeſſionis teſtator ſteterit, nec vltrà proceſſerit.*

25 *Teſtator confitendo debitum, vel declarando ſe recepiſſe videtur eo ipſo mandare hæredi quòd ſatisfaciat.*

26 *Dos confeſſata in teſtamento non habet priuilegia dotis.*

27 *Vidua nō amittit dotem ob ſtuprum, ſed bona, quæ habuit a viro.*

28 *Confeſſio facta per grauatum in ſuo teſtamēto de dote recepta, non probat numerationē.*

29 *Idem eſt in confeſſione inter viuos facta conſtante matrimonio.*

30 *Confeſſio facta in teſtamento poteſt reuocari, & reuocata cenſetur reuocato teſtamento.*

31 *Confeſſio facta in legato reuocata cenſetur reuocato legato.*

32 *Confeſſiones factæ in teſtamento licèt nō proſint ad agendum, proſunt tamē ad retinendum.*

33 *Confeſſio dotis facta in teſtamento an probet numerationem ſi præcedit promiſſio dotis.*

34 *Opinio affirmans.*

35 *Cōfeſſio dotis facta poſt promiſſionē, & obligationem recipiendi, caret ſuſpitione.*
Et videtur facta animo agnoſcendi bonam fidem, & plenè probat, ibidem.

36 *Confeſſio facta in teſtamento caret omnimoda fraudis ſuſpitione.*

37 *Confeſſio dotis receptæ, ſiue fiat in contractu, ſiue in vltima voluntate ſemper præſumitur animo donandi facta.*

38 *Confeſſionem debiti factam in teſtamento non importare probationem debiti, ſed legatum, videtur repugnare rationi naturali.*

39 *Confeſſionem factam in teſtamento poſtquā teſtator eſt iam mortuus, videtur debere probare plenè debitum, & quare.*

40 *Doctores recenſentur qui tenent confeſſionem factam in teſtamento præcedēte promiſſione dotis, probare debitum.*

41 *Opinio negans confeſſionē dotis factam in teſtamento, etiam præcedēte promiſſione, probare debitum.*

42 *Auctor adhæret huic opinioni.*
Confeſſio dotis facta in teſtamento regulariter non probat, ibidem.

43 *Confeſſio facta in teſtamento eſt de iure reuocabilis.*

44 *Reuocabile aliquid eſſe, & ex alia parte inducere veram probationem, non ſe cōpatiuntur.*

45 *Surdi verba referuntur in propoſito.*

46 *Rationes adductæ pro diuerſa opinione diluuntur.*

47 *Deciſiones noſtri Senatus pro hac vltima opinione.*
Capitula matrimonialia ſemper in matrimonijs ſolent fieri in Catbalonia.

48 *Confeſſio ſimplex dotis receptæ probat numerationem, nec cenſetur ſub ſpe futuræ numerationis facta cum ſit extranea. vbi declaratur.*

49 *Extranei appellatione an veniat ſocer, & fratres mulieris in hac materia.*

50 *Confeſſio de dote recepta plenè probat cū concurrunt coniecturæ, nec aliquid ei poteſt opponi.*

51 *Matrimonia regulariter ſine dote non contrahuntur.*

52 *Alimentorum exhibitio facta per virum vxori, an iuſtificet confeſſionem de dote recepta factam. vbi deciſſ. & num. 58.*

53 *Solutio totius dotis præſumitur ex confeſſione de ea recepta ſi aliqua pars dotis probatur reuerà ſoluta.*

54 *Etiamſi in confeſſione de certa quantitate recepta non exprimeretur eſſe ob dotem, & illius cauſa.*

55 *Confeſſio dotis receptæ præſumitur vera, & non fraudulenta cum ſint pars labi tempus opponendi exceptionem.*

56 *Quod declaratur.*

57 *Confeſſio dotis veroſimilis probat contra tertium.*

58 *Alimentorum exhibitionem factā à viro vxori, multi tenent non eſſe coniecturam dotis ſolutæ.*
Alimenta vxori per virum amore potiùs coniugali, quàm aliàs præſtari ſolent, ibid.

59 *Auctoris opinio circa præſumptionem dotis ſolutæ ex præſtatione alimētorum, & ex eo quòd matrimonia nō ſolent ſine dotibus cōtrahi*

trabi. vbi decis. Rotæ Roma. & noſtri Senatus.

60 *Confeſsio in teſtamẽto facta de dote recepta ex coniecturis probat numerationem.*

61 *Confeſsio de dote recepta conſtante matrimonio facta per ſenem in fauorem vxoris iuuenis, & pulchræ valet, quia præſumitur in remunerationem facta.*

62 *Confeſsio dotis facta conſtante matrimonio præualet creditoribus non offendentibus de ſuis creditis niſi per debitum cõfeſſatis etiã.*

63 *Maritus minor 25. annorũ habet lõgius tempus ad opponendum exceptionem contra confeſsionem dotis, quàm alij.*

64 *Appocha etiam dicitur ſcriptura priuata, in qua conſtat de confeſsione dotis receptæ.*

65 *Scriptura priuata eſt ſemper ſuſpecta propter antidatas, & ideò non habet prioritatem.*

66 *Dotis numeratio poteſt probari per teſtes.*

67 *Probatio per teſtes primum ſibi locum vendicat inter probationes.*

68 *Solutio dotis melius probatur per teſtes, quàm aliàs, & quare.*

69 *Solutio, cum quis debet ex pluribus cauſis, cenſetur facta in cauſam dotis.*

70 *Solutio cenſetur facta in cauſam duriorem.*

71 *Cauſa dotis grauior eſt quam aliorum debitorum, & quare.*

72 *Solutio in dubio in quam cauſam cenſeatur facta, & an primò pro vſuris, & intereſſe, quam pro principali, & an primo pro debito, quod habet fideiuſſores, & an quando debitor id poſsit declarare, remiſsiuè & nu. ſequenti. vbi deciſ.*

73 *Solutionem ſemper cenſeri factam in cauſam duriorem dixit Rota Romana.*
Cauſa quot modis dicatur vna grauior altera, ibidem remiſsiuè.

74 *Solutio cenſetur facta in eam cauſam, quam declarabit cum non conſtat in quã cauſam ſolutio ſit facta. vbi latè explicatur.*

75 *Deciſio perpulchra Senatus in hac materia.*

76 *Confeſsio facta pro reſiduo, & ad complementum, an probet ſolutionem in toto, remiſsiuè.*

77 *Solutio dotis aut alterius debiti probatur coniecturis, & quæ ſufficiant.*

78 *Solutio totius dotis nõ præſumitur, nec probatur ex ſolutione partis.*

79 *Dies, quo auctor hoc opus ſcribere abſoluit.*

GLOS. VNI. PARS II.

Proſequitur eadem materia confeſsionis dotis receptæ, & exceptionum, quæ contra eam opponi poſsunt.

Et de confeſsione dotis receptæ facta in teſtamento.

1 CONtigiſſe aliquãdo † vidi quòd capitula matrimonialia nõ fuerint, ſicut hæc noſtra, abſque tõfeſsione aliqua dotis receptæ, cũ ſola promiſsione de ſoluẽdo certo tẽpore, ſed quod parentes, vel alij faciunt in eis ſimpliciter donationem de certa quantitate pro dote afferenda viro, & deinde mariti vltra ſimplicem firmã chartæ dotalis, & ſpõſalitij, de qua in noſtris capitulis, confitentur ſe dotem recepiſſe, dicendo, *quam quantitatem confitetur, & recognoſcit ſe recepiſſe realiter, & de facto ad ſuas omnimodas voluntates ab vxore ſua, & ſeu veriùs à parentibus ipſius donantibus, & propterea renuntiat exceptioni non numeratæ pecuniæ &c.* In iſto caſu militarent proculdubio quę de exceptione nõ numeratæ dotis diximus, quia hæc eſt confeſsio facta ante matrimonium contractum, quę ſub ſpe futuræ numerationis cenſetur facta, iam ſuprà allegaui quomodo id probetur. Succeſsit iſte caſus in Senatu de an. 1606. Relatore egregio, ac primario Senatore Ioanne Gallego, in cauſa Ioannę Grau Villęfranchæ Pœniten. contra Ioannem Valldoſſera eiuſdẽ oppidi, in qua † die 19. Ianua. *dictum fuit, quòd vbi adeſt iſta confeſsio, & poſteà non ſit debitorium dotis, & promiſsio de ſoluendo certo tempore, qui eſt caſus de quo ſtatim dicemus, remanet firma cõfeſsio, & tunc eſt locus Auctẽn. quod locum C. de dot. cau. non nume. vt lapſo decennio dos habeatur pro ſoluta.* Scriba erat T. Mallol. Quod non ita foret ſi poſteà ſubſequeretur promiſsio, & obligatio parentum de ſoluẽdo, ſicut infrà paulò poſt trademus.

2 Aliquandò verò † accidit, & quidem ſæpiſsimè in multis Cathaloniæ parrib⁹, quòd maritus ſtatim poſt conſtitutionem dotalem confitetur dotem ſibi fuiſſe ſolutam ad ſuas voluntates, vt diximus, ſed poſt ſuccedit quòd patet, vel alius dotem pro muliere cõſtituit, & agnoſcens bonam fidem recognoſcit genero quòd licèt ipſe confeſſus fuerit ſe recepiſſe dotem, rei tamen veritas ſe habet, quòd illam non recepit, ſed confeſsionẽ fecit ſub ſpe futuræ numerationis, & cautionis infraſcriptę. Ideò promiſit genero dictam dotem certo termino, vel terminis inter eos cõuento, vel cõuentis ſe ſoluturum. Circa quod factum dubitatur quid iudicandum ſit de prædicta confeſsione.

3 Sunt qui † ſimpliciter dicunt ex ea confeſsione, & ſubſequuta promiſsione, ſi fiat in continenti, non obſtante confeſsione mariti,

titi,eo modo, quo ſuprà diximus, plenum ius fuiſſe quęſitum vxori ipſi agendi aduerſus hętedes mariti pto dotis reſtitutione ſoluto matrimonio: nec hęredes mariti liberari cedendo actiones cõtra hętedes promitentium dotem, neque eos ipſi mulieri poſſe obijcere dotis non numeratæ exceptionem, quia confeſsio illa receptionis dotis non præſumitur facta à marito ſpe futuræ numerationis, ſed potiùs ſub ſpe illius promiſsionis illicò poſt confeſsionem ſubſequutę, ideòque ſequuta promiſsione, impleta dicitur cauſa, ſub qua facta fuit, & cenſetur maritus acceptaſſe promiſsionem illã, & nomen promiſſoris dotis loco ſolutionis, ita his formalibus verbis reſoluit Ludoui. Morq. in conſ. 60. num. 16. vbi in confirmationem ſui dicti adducit Bar. in l. penultima §. ſi vir, ff. ſolu. matrimo. Bal. in eadem l. in §. mulier col. fin. Cailren. quem dicit clatiùs ſoqui in dicto §. ſi vir, & Alex. ibidẽ Abb. tot. conſ. 73. lib. 2. Afflic. deciſ. 323. nu. 1. Craue. conſ. 253. in fine, 282. poſt num. 3. verſ. 7. & in conſ. 285. col. penul. verſ. non obſtat quòd ſolùm, Menoch. præſump. 12. num. 90. lib. 3. vbi (inquit) atteſtatur de magis cõmuni, quicquid aliter cenſerint Ang. in conſ. 145. Roma. in conſ. 445. Bar. in conſ. 19. lib. 2. & alij plerique. Alios etiam idem Moto. allegat pro eodem ſuo dicto per te ipſum videndos, idem tenet vltra adductos per Moto. Ioannes Neuiſan. in ſylua nuptial. lib. 2. nu. 73. vbi inter alios allegat Socin. in conſ. 88. abundè col. fin. lib. 4. qui dicit quòd hanc opinionem vidit ſemper in practica obſeruari, & atteſtatur polled idem † Neuiſa. ſe ita *obtinuiſſe* Mediolani in Regio Senatu in quadam cauſa. Idem ſequitur Polidor. Rip. qui latè de hac ſpecie confeſsionis agit, in ſuis ſingular. obſeruatio. obſerua. 38. à num. 3. Illuſtriſs. Cardina. Mauti. de tacit. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. nu. 33.

4 Vbi dicit † quòd ſicut poteſt nomẽ debitoris in ſolutum dari, ita etiam maritus ſub ſpe adquitendi nomen promiſſoris poteſt confiteri dotem recepiſſe, & ſi poſt confeſsionem dotis facta fuerit ei promiſsio, non poterit opponere, quia impleta eſt cauſa promiſsionis. Dicit item quòd periculum in illo caſu ad maritum pertinet, & ideò ad reſtitutionem dotis ſoluto matrimonio tenetur, eiusque bona tacitè ſunt obligata, per l. 1. §. & vt pleniùs C. de rei vxor. ac. ſequitur finaliter noſter Mich. in conſti. hac noſtra, num. 104. & alias eſt num. 114. fol. 153. in 1. parte, Capici. deciſ. 183. num. 8.

5 † Quod & Senatum † noſtrum *approbaſſe* vidi in facti contingentia 26. Auguſti 1563. inter Mariam Annam de Malla, & nobilem Anton. Caſas, Relatore Serra, vbi fuit concluſum, *quòd quando maritus accepit à parentibus vxoris promiſsionem, & obligationem de dote illi ſoluenda dilata ſolutione ad tempus, tali caſu ſoluto matrimonio per mortem viri, vxor recuperat dotem, & augmentum à, bonis viri etiam ſi vir ipſam dotem non exegerit ab ipſis obligatis, quia* (inquit) *licèt dos non ſit realiter ſoluta, tamen illa confeſsio, recognitio, & obligatio cedit in ſolutum dotis.*

6 Hæc reſolutio † in duobus habet contradictores. Inprimis in eo, quod diximus de promiſsione ſtatim ſequuta, habet contradictorem Bal. in ea. l. penul. in §. mulier ff. ſoluto matrimo. vbi ècontra ſupradicta procedere aſſerit ſi ex interuallo promiſsio ſit ſequuta, non ſi incontinenti.

7 Deindè in eo † quod dicit non competere viro, nec hæredibus exceptionem non numeratę dotis, contradicentem habet Pau. dè Calt. in dicta l. penul. in §. ſi vir, num. 2. ff. ſolu. matrimo. vbi dicit quòd per promiſsionem, quæ ſubſequitur, non amittit maritus exceptionem non numeratæ dotis, quæ ſibi competebat aduerſus cõfeſsionem præcedentem, quia non contrariatur ei, cum potiùs eam robotet, quia probat numerationem non fuiſſe factam, ſequitur additio ad Bar. in d. §. ſi vir in litteta C. & ſequitur etiam Anto. Fab. in ſuo Cod. lib. 5. tit. 7. de iure dotium, defini. 15. & 17. & tit. 10. de dot. cau. non nume. defin. 8.

8 Prętereà eget † dicta reſolutio declaratione neceſſaria, nunquid procedat reſpectu pattis dotem poſt confeſsionem promitentis, vt in eo etiam caſu dos habeatur pro ſoluta, quamuis ſoluta reuera non ſit, nec liberentur hęredes mariti cedendo actiones, an verò ſolùm procedat reſpectu extranei promiſſotis, reſpectu cuius impropetare mulier matito poteſt eut eum non vrgerit iuxta terminos l. ſi extraneus ff. dè iure dotium.

9 Et finaliter † opus eſt etiam alia declaratione, ſi procedit reſolutio ſupradicta non ſolùm quando ſine vlla ſcientia, & conſenſu mulieris fit ex poſt promiſsio dotis in alio inſtrumento, ſed etiam quando in eodem cum illius ſcientia, & conſenſu. Has ego quæſtiones pro poſſe enodabo, taliter quòd perſpicuum fiat quid ſit in his tenendum.

10 Quò ad primum † dicimus, opinionem Baldi communiter reprobati à Doctoribus, imò contratium eſſe verum, quòd ſit neceſſe promiſsionem fieti ſtatim, & in continenti, quia quãdo fit in continenti tunc tẽpute cõfeſsionis, cenſetur habitus reſpectus ad illã promiſsionem ſtatim ſecuturam, & contemplatione illius cenſetur matitus confeſ-

ſus, iuxta nota. in l. per retentionem C. de vſur. ſed quando ex interuallo, non cenſetur ad illam habuiſſe reſpectum, & ſic cenſetur potiùs ſpe futuræ numerationis, quàm ſpe futuræ promiſſionis, ita Pau. de Caſt. in cita §. ſi vir, & Panormi. allega. conſ. 73. lib. 2. & additio ad Bar. in eo. §. ſi vir, litte. C. Reprobat etiam Mantica de taci. & ambig. conuen. cita. lib. 11. tit. 20. num. 6.

11 Quoad ſecundum, † ſi habet maritus, vel illius hæredes nihilominùs exceptionē non numeratæ dotis, taliter quòd intra tempora opponendi exceptionem non noceat ſupradicto modo facta confeſsio, difficile multū exiſtimo determinare. Ego tamen crederem in caſu propoſito nullam competere exceptionem non numeratæ dotis, ſed ita nocere confeſsionem modo prædicto factam cum ſubſequuta promiſsione, & contemplatione illius intra tempora opponendi exceptionem, ſicut poſt. Ratio eſt in promptu, quia exceptio non habet locum niſi cum ſub ſpe futuræ numerationis eſt facta confeſsio, non quando ſub ſpe futuræ promiſsionis, vt ſuperiùs diximus.

12 Nec in caſu † noſtro loquuntur Caſtren. & additionator ad Bar. vbi eos ſuprà retulimus, loquuntur enim quando a principio nō fuit cogitatnm de promiſsione, ſed illa ſequuta quidem fuit ex interuallo, nec id quidem mirum, cum quando ex interuallo ſequuta fuit promiſsio, confeſsio cenſeatur facta ſub ſpe futurę numerationis, in qua, vt diximus, locum habet exceptio, quæ nō tollitur ex ſubſequuta promiſsione, cū illa imò magis iuſtificet exceptionem, quia pet illam probatur dotem non fuiſſe numeratam, ſic declarat Manti. de taci. & ambig. conuen. in cita. tit. 20. lib. 11. num. 6.

Ad hanc quęſtionem, & ad ſequentem, ſi eſt facienda diſtinctio inter patrem, & extraneum dotantem, videre vltetiùs poteſ, & debes Anton. Fabrū pulcherrimè caſus omnes, qui ſuccedere poſſunt, enarrātem in ſuo Cod. lib. 5. tit. 7. de iu. dot. in illis tribus defini. 15. 16. & 17. & eodem etiam lib. tit. 10. defin. 8. vbi non omittas copioſiſsimū ſcholium eiuſdē Auctoris ſub n. 4. ibi enim fuſiùs quàm alibi diſtinctionem caſuum circa hæc contingibilium, quidque in vnoquoque ſit ſeruandum, & tenendum, docet perpulchrè. Non omittas etiam additionem ad Capici. in deciſ. 183. num. 8. litte. C. vbi quoad hæc habetur eadem diſtinctio, ſi pater, ſi extraneus, eſt promitēs, ſicuti ſi nulla fuiſſet facta confeſsio, de qua in l. ſi extraneus ff. de iu. dot. & latè per Vincen. de Fran. quem etiā eadem additio citat, in deciſ. 424. & ſequēdam omninò fore & eſſe Vtil. ad Afflic. deciſ. 323. num. 3. dicit, quæ ego omitto cum vix illi caſus ſuccedant in Cathalonia, vti iam tetigimus ſuprà, & ex ſtatim dicendis fiet manifeſtius.

13 Veniamus ad vltimam † dubitationem, quęrentes, num quæ ſuprà dicta fuere, procedant, tam in caſu, quando ſine præſentia, & conſenſu mulieris ſequitur poſt cōfeſsionem promiſsio dotem dare debentis, quàm ſi cum eis. Is vltimus eſt caſus, qui poteſt in Cathalonia ſuccedere, cum ſi aliquando cōtingit quòd ſuprà dictum eſt de confeſsione dotis receptæ præcedente, & illius promiſſione ſubſequente, id quidem fiat in eodem inſtrumento capitulorum matrimonialium, in quo firmat mulier, cuique & præſens eſt, & omnibus in eo contentis conſenſit. Intrāt ergo benè quęſtio, num in illo caſu noceat taliter confeſsio, vt non poſsit opponi, nec quidem intra legitima tempora, exceptio non numeratæ dotis. Qua in re indubitanter teneo quòd non, provt ex Pau. de Caſtro, Feli. Corn. & Vital. in tract. clau. reſolnit Ioan. Neuiſan. vbi ſuprà citatus eſt in Syl. nuptla. lib. 2. num. 73. ſequitur Vrſil. ad Afflict. deciſ. 323. num. 2. Ita inter iſtos caſus quando, citra aliquam mulieris ſcientiam, & conſenſum poſt factam confeſsionem accipit maritus promiſsionem alterius, vel quando cum illius conſenſu, & ſciētia, diſtinguit Polidor. Rip. allega. ſingula. obſerua. 38. ex num. 3. cum ſequentibus,

14 vbi infinitos ad idem allegat. Sic † etiam a principio cum librum præſumptionum ſcripſit Iacob. Menoch. expreſsim tenuit in ſæpè citat. præſumptio. 12. num. 91. lib. 3. vbi ſic ſcripſerat. *Declaratur primò vt locum non habeat dicta opinio quando maritus confeſſus eſſet erga mulierem, vel erga ſocerum, & extraneum dotantem conſentiente ipſa muliere ipſi deindè factæ promiſsioni. Nam tunc* (inquit) *hæredes mariti cedendo actiones ipſi mulieri liberantur*, ad quod allegat Caſtren. Corne. Socin. ſenior. & Sylu. nuptial. Verùm poſteà in additionibus reperio quòd idem Menoch. voluit delenda eſſe illa verba, *vel erga ſocerum, & extraneum dotantem conſentiente ipſa muliere ipſi deindè factæ promiſsioni*, & loco illorum ponenda hæc, *ſe ipſam dotantem*, vt dicat, *non procedere opinionem quando maritus confeſſus eſſet erga mulierem ſe ipſam dotantem &c.* Non poſſum conſiderare quamobrem hæc mutata ſic fuere, cum hoc modo non ſeruiāt de declaratione regulę, cum illā loquatur quando poſt confeſsionem ſecuta fuit promiſsio, declaratio verò quando non fuit ſecuta, maximè loquentibus Doctoribus, quos allegat, provt loquuntur in caſu ſecutæ pro-

promiſsionis, non nudę confeſsionis.

15 Ego pro maiore † huius caſus, & totius fere materię dilucidatione in iſto caſu quando eodem contextu in eodem inſtrumento, vel etiã in diuerſis (quod idem eſt dum fiant in continenti relatiuè, & correſpectiuè vnũ ad aliud, ex Meno. præſump. 10. num. 32. lib. 6.) tenerí poſſe cenſeo nullam fore habendam rationem de confeſsione, quæ fit in capitulis matrimonialibus, quam poſteà ſequitur promiſsio de ſoluẽdo certo termino, ſed negocium dijudicandum fore ac ſi ſola promiſsio dotãtis adeſſet de ſoluendo certo tempore. Quod probatur clarè attenta mente contrahentium, quę etiam in contractibus eſt potiùs attendenda, & cõſideranda, quãm verba, l. fin. C. quæres pig. oblig. poſ. l. iuris gentium §. pactorum ff. de pac. l. ſemper in ſtipulationibus, vbi gloſ. & Dyn. num. 1. ff. de reg. iur. & profequitur abundè noſter Moli. in tracta. de rit. nup. & pac. in matrimo. conuen. lib. 3. quæſtio. 34. num. 28. cum ſequen. Nihil enim voluerunt contrahentes facere aliud, quãm taxatam eſſe dotẽ, quãlis & quãta eſſet viro tradẽda, & quo tẽpore, nec aliud dixerũt notario ſcriberet præter hoc, vti quotidiana experiẽtia experimur: ſi ipſe poſteà ſequendo formularia, quæ habet, quæ forſan, & vt plurimũ, nõ intelligit, cõcipit partiũ intẽtionem primò ſub forma certæ donationis, quã pater facit filiæ pro dote, mox conſtitutionẽ dotalem ſcribit, quã filia facit marito de quantitate donata, deindè cõfeſsionẽ mariti depingit de dote recepta, & vltimò promiſsionem patris de certo tẽpore, & termino dote ſoluenda. Error eſt manifeſtus, & mala ordinatio notarij, cum nunquam tale quid fuerit ei dictum, qui error, & ignorantia non debet nocere partibus, & alterare naturã, & veritatẽ rei geſtæ, l. errore, & l. ambiguitates, vbi gloſ. & communiter ſcribentes omnes C. de teſtam. & in l. cum quæreb atur, de lega. 2. cum alijs pluribus adductis per Cardina. Tuſc. practic. concluſ. verbo, notarius, conclu. 87. & Farina. de falſita. & ſimula. q. 156. ex n. 105. quæ duo ſunt copioſiſsima loca in hac materia.

16 Addicur, quòd † ratione eiuſdẽ cõtextus ambo vnus act⁹ ſũt, & ita de eis ſicut de vno actu debemus iudicare, argum. l. cũ antiquitas C. de teſtam. & l. hæredes palam §. vno cõtextu ff. eo. optimè ad propoſitum Ang. in cõſ. 145. & Roma. qui per eadẽ verba loquitur, per quæ Angel. Romanus (inquã) in cõſ. 445. n. 3. qui dicũt quòd ratione contextualitatis, ac vicinitatis actũ quod vni in eſt, alteri ineſſe creditur l. patris filij ff. de vulga. l. Titio §. idem reſpondit ff. de verb. obli. l. item quia §. idem Iuliano de pac. cũ ſimil. mil. latè per ſupradictos Doctores adductos.

17 Deindè † actus correſpectiui non ſolùm qui fiunt in eodem inſtrumento, ſed etiam ſi in diuerſis, eodem tamen die, loco, & tempore, pro vno reputantur, & vnus venit ad declarationem alterius, Craue. in conſ. 247. num. 4. & conſ. 28. num. 13. Caco. qui alios allegat deciſ. ſeu caſ. 101. num. 1. &

18 2. Et ex his quæ † poſteà fiunt declaratur qualis fuit animus in præcedentibus, Craue. conſ. 100. num. 8. lib. 1. Hondede. conſ. 32. num. 12. lib. 1. latiſsimè Meno. de illis actibus correſpectiuis in conſ. 109. nu. 9. & 36. & de præſump. lib. 6. præſump. 12. per tor. Seſſe deciſ. 19. qui ſunt in hac materia particulariter videndi. Ex his ſequitur, meo iudicio, quòd licèt in illa forma hæc cõcepta ſint, primò per cõfeſsionem, & deindè per promiſsionem, ex quo tamen omnia vno contextu, & in eodem inſtrumento fiunt, veritas elucet noluiſſe contrahentes aliud facere, quãm quod diximus, videlicet conſtituere certam dotem mulieri, quam ſoluere promitens habeat in certo quodã tẽpore inibi præfixo. Et ex cõſequẽti non eſſe rem hãc extrahẽdã à curſu naturali ac ſi nulla cõfeſsio facta extitiſſet, maximè cũ cõſentiẽte ipſa muliere omnia fiant, & in illius præſentia. Alia de iſtis promiſsionibus, & illarũ materia dixi ſuprà in materia ſpõſalitij, ſiue augmẽti dotis, vbi videas.

19 Ego vt ceſſent † iſtæ contentiones, ſi notarij nolunt mutare ſtylũ, vnũ de duobus remedijs adhibendũ cẽſeo, per quæ res plana fiẽt. Vel quòd ponatur clauſula in multis Cathaloniæ partibus apponi ſolita, ne maritus teneatur reſtituere dotẽ niſi per illas ſolutiones per quas fuit recepta, quod apponi poſſe de iure ex deciſione Senatus aliàs probaui. Illud efficiet ne iſtæ confeſsiones præiudicent viro, nec fauẽãt vxori plus quãm ſit debitũ, quantumuis poſt confeſsionẽ ſequatur patris promiſsio de dote ſoluẽda, prout in terminis docet noſter Mier. in Cur. Barcino. Regis Ferdin. colla. 9. c. 8. de ſalar. adnoca. n. 85. fol. 88. col. 4. tom. 2.

20 Vel etiã quòd † in promiſsione poſteà per patrem firmanda; & in debitorio conficiendo, firmet etiam mulier ſicut pater, promitẽdo ſimul amdo dotis ſolutionẽ, tunc clarum eſt quòd non poterit mulier dicere poſteà dotem fore ſolutam niſi ſolutionẽ oſtẽdat, provt in terminis terminantibus die 4. † Nouembris 5572. *declarauit* Senatus referente egregio tunc Senatore Sabater, in cauſa nobilis Antonij Caſas, contra Mariannam Augerri, & de Malla, vbi fuit dictũ *quòd in iſto caſu non poterit per mulierem opponi*

poni factâ fuiſſe delegationẽ de obligatione parentum viro per vxorem, nec tali caſu (inquit) *obligatio parentũ habet vim ſolutionis dotis, quaſi vir acceperit pro ſolutione dotis obligationem ſocerum, ſeu nomen debiti illorum, & ex conſequenti tali caſu vxor non poterit repetere dotem à viro niſi aliàs cõſtet de ſolutione.* Ad hæc eſt quòd benè attendatur, vt ceſſent amaritudines, & eſt inſtũ quòd ita fiat, poſtquàm enim mulier ipſa conſtituit viro dorẽ ſi eam non ſoluit, non video quamobrem non debeat ipſa obligari ad ſolutionẽ, ſunt laqùei, qui apponũtur miſeris viris poſt inſupportabile onus ſuſtentandi matrimoniũ.

21 Hæc obligatio, † & hæc promiſsio quę poſteà fit ſiue per patrem ſolũ, ſiue per patrem ſimul cum filia, hoc vnum ſaltem operatur in fauorem viri indubitanter, quòd tunc nõ eſt locus præſumptioni auctẽ. quod locum C. de dot. cau. non nume. Ideſt ex eo quòd matrimoniũ durauerit per decenniũ, vel aliud tempus, non præſumetur dos ſoluta. Ratio

22 eſt in prompru, † quia dicta auctẽ. loquitur in caſu, in quo ſolũ adeſt confeſsio pura, & ſimplex, non qñ ſublequitur poſteá recognitio, quæ cum veritatem facti cõtineat, & demonſtret, cedere debet omnis omninò præſumptio, vt ſuprá dicebamus, atq; ita in Senatu recipitur, & declaratur intrepidè, provt

† ſignanter ita *deciſum* fuit referente egregio Senato. Ioſeph. Ferrer inter Ioannẽ Serrat, & Faſula, & Montſerratum Beulo & Cot, de menſe Iulij 1614. Actua. Franciſco Font.

23 De confeſsione dotis † receptæ facta in teſtamẽto quærũt aliqui, num ea ptobet veram dotis numerationẽ, & prę iudicet creditoribus. Reſpondent omnes quòd non, quia per huiuſmodi confeſsionẽ, quæ fit in teſtamento, cõſtitutũ eſt nihil probari de debito, ſed quod ad ſummũ poteſt operari eſt, legati, aut fideicõmiſsi petitionẽ in fauorẽ mulieris, vt ꝓbat l. Lucius §. quisquis 2. ff. de lega. 2. l. Aurelius §. fi. de libera. lega. l. Lucius §. 1. delega. 3. & l. ſi donatio. C. de dona. Roma. qui famigeratũ de hoc puncto conſ. edidit in ordine 445. nu. 9. plures alios allegat Ludoui. Moro. reſpon. 60. nu. 6. plures Illuſt. Cardin. Manti. de taci. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. n. 22. qui rationes adducit, in quibus ego non immoror, quia materia eſt multùm cõmunis, & vulgata. Et plures denique adducit Surd. deciſ. 285. quæ eſt tota de hoc

† cõpacta, viden. vbi ita *deciſum* in Senatu Mãtuano pro hac opinione refert.

24 Etiamſi in † nudis terminis confeſsionis ſteterit reſtatot, nec vltrà cõfeſsionẽ aliquid aliud diſpoſuerit, quod poſt Surd. larè poſteà confirmat Stepha. Gratia. diſcep. foren.

25 116. ex n. 45. Ratio eſt † quia confitendo ſe debitorẽ, vel declarando qnòd recepit pecuniam, videtur eo ipſo mandare hæredi, vt ſatisfaciat, & creditori ſoluat. Arq; ita ſolitũ

†† eſſe *iudicari* in noſtro Senatu, docet multorũ annoſũ illius Senator egregius nobilis Ludou. á Pegue. deciſ. 149. in fi. Vbi late † probat hanc ſic confeſſatã dotẽ nõ habere priuilegia dotis. Sic ego in multis cauſis in Senatu deciſum vidi. Et ſignanter in quadã cauſa ad relationẽ egregij olim Senatoris N. Ros vertenti inter Iacobũ Vila, & Anton. Polit ſub die 2. Octob. 1566. vbi idẽ prorſus, & in

† eodẽ caſu fuit *declaratũ*, quod in illa Surdi in allega. deciſ. 285. Et rurſus 18. Ian. 1572. inter tutores pupillorũ Fanedas, & Pau. Cicil. & Gregor. Cucurel. vbi fuit *dictũ* viduã propter ſtuprum, & vitã turpiter actã amiſiſſe non ſolũ cõmodũ inſtitutionis in ſui fauorẽ per virũ ſuũ in ſuo teſtamẽto factæ, ſed etiã legatũ doris, & ſponſalitij, *cum* (inquit) *non conſtet de dotis ſolutione niſi per cõfeſsionẽ factã in dicto teſtamẽto.* Quod nõ ſuiſſet dictum ſi per dictã confeſsionẽ haberetur dos pro verè ſolura, & ſeu dicta cõfeſsio probaret numerationẽ, & priuilegijs dotis ea dos

27 ſic confeſſata potiretur: Eam enim † nõ amittit in Carhalonia vidua ſtuprum cõmittens, ſed ſolùm bona, quę habuit á mariro, vti habetur in vſat. vidua, tit. *diſſolo matrimoni*, & ibi practici omnes, Cancer. in 1. par. var. reſolu. c. 9. de dote & dona. propter nup. nu. 74. Moli. de rit. nup. & pac. in matrim. cõuen. lib. 3. q. 67. n. 17. vbi diſputant, an idẽ ſit de iure cõmuni. Quibus ſuffragãtur allæ eiuſdẽ noſtri Senatus deciſiones, & doctrinæ adductæ in ſuperioribus, in interpretatione cõſti. hac noſtra, quibus probauimus mulierẽ pro hac dote ſic in teſtamẽto confeſſata nõ gaudere beneficio conſtitu. prædictæ, quia ea nõ habet priuilegia veræ dotis, nec talis dici poteſt. Alia etiã exẽplaria adduximus in materia reſtitutionis dotis circa interpretationẽ

† auctẽ. res quæ, cuius beneficio fuit *declaratum* non gaudere mulierẽ, quæ ſolũ docebat de ſolutione dotis per cõfeſsionẽ viti in teſtamẽto factam.

28 Per hæc dicunt † Doctores quòd cõfeſsio facta per grauatum in teſtamẽto de dote recepta non nocer fideicommiſſario, provr ex Peregri. de fideicom. art. 42. n. 83. & alijs docet Don Garcias Meſtril. deciſ. Sicil. 73. nu. 17. Illuſtriſs. Cardin. Mãri. de taci. & ambig.

29 conuen. lib. 11. tit. 20. nu. 38. Qui † loquitur in confeſsione facta inter viuos conſtante matrimonio: de qua re latiùs tractaui ſuprá in materia reſtitutionis dotis, vbi egi de materia auctẽ. res quæ, C. cõmn. delega. ſi habet locum in reſtitutione dotis in ſubſidiũ, ſicuti vidimus procedere in conſtitutione.

Quod

30 Quod eſt † adeò verum (vt pàrùm confidas in iſtis confeſsionibus, quę fiunt in teſtamentis) vt poſsint tales confeſsiones reuocari, & reuocato teſtamento cenſeantur & ipſę reuocatæ, provt pluribus probat Ioan. Pet. Surd. in conſ. 169. quod eſt totũ de hac re, & ideò in facti contingentia videndum. De eodem puncto tractat Ioan. Gutier. in pract. quæſtio. lib. 3. q. 97. etiam per tot. & Seraphin. de Oliuar. deciſ. 487. num. 2. vbi

31 ex Bal. & Angelo dicit quod † caducato legato caducatur etiam confeſsio in eo facta. Stepha. Gratia. diſcep. foren. 116. ex nu. 53. Et pro iſta opinione conſului nuper pro Iacobo Caſademunt milite, contra Matthiam Torres, coram admodum Reuerendo Cancellario, in qua cauſa ſpero de proximo victoriam. De confeſſione facta in teſtamento ad plures caſus vide Seraphin. de Oliuar. de ciſ. 471. & deciſ. 487. Mantica de taci. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. num. 22. Gam. deciſ. 293. num. 1. Ricci. collecta. 1120. plenè Maſcard. conclu. 359. per tot. videndæ etiam eiuſdem concluſiones 361. 362. & 363. vbi plura de hac materia habentur.

32 Vnum eſt † quod aduertere debeas inter alia in his confeſsionibus, quæ fiunt in teſtamento, vt non proſint ad agendum proſint tamen ad effectum retinendi, provt ex Paul. de Caſt. in l. eum hæres rogatus num. 2. & in l. Marcellus col. 2. ad trebel. adducit Seraph. de Oliuar deciſ. 487. iam cita. quę eſt etiam inter deciſſ. Rot. Rom. diuerſor. in 1. par. deciſ. 685. Reprobatur tamen Caſtren. ab Alexan. in d. l. cum hęres, vt ibidem habetur, tu examina ſi ad tuum caſum concurrentem applicare poteris, dicit enim Rot. Rom. vbi ſuprà nu. 15. *ideò ſi opus eſſet, de hoc particulariter eſſet dubitandum.*

33 En qualiter † in hoc æquiparentur nuda confeſsio dotis receptæ facta inter viuos, & nuda confeſsio in teſtamento, ne valeant vti confeſsiones, nec probent numerationem. Sed cum omnes iſtę confeſsiones tam inter viuos, quàm etiam in vltimis voluntatibus ſoleant fieri vt plurimum precedente promiſsione dotis in capitulis matrimonialibus in contractu matrimonij factis contenta, oportet quòd nos materiam vlteriùs explicantes, de iſto caſu particulari, qui in praxi quotidiè luccedit, particulariter agamus, quęrentes num æquiparentur huiuſmodi cõfeſsiones cũ precedunt capitula matrimonialia promiſsionem dotis continentia, vt ſicut ſi fit confeſsio inter viuos, probat veram numerationem, vti latiſsimè ſuprà probaui, ſic ſi fit in vltima voluntate. Quæſtio eſt à paucis examinata, & prætacta, licet multùm neceſſaria.

34 In qua videtur prima facie dicendum idẽ fore iudicandũ de confeſsione, quæ fit in vltima voluntate, quod de ea quę in contractu cum præcedit promiſsio dotis, quia ratio quæ in iſto caſu dat robur confeſsioni quæ fit in contractu militat etiam ſine dubio in confeſsione, quæ fit in teſtamento.

35 Ea enim † eſt, quia confeſsio dotis deſinit eſſe ſuſpecta, vbi eius promiſsio præceſsit, l. 1. vbi Caſtren. & alij, ff. ſolu. mat. & ibi etiã Socin. ſen. num. 95. verſ. Octauò, & vltimò limita, in penul. col. & in reg. dot. cauſa nu. 8. & omnes, quos in ſuperioribus citauimus, quia confeſsio quę ſequitur poſt promiſsionem videtur facta animo agnoſcendi bonam fidem, vt in ſæpè cita. l. in contractibus in §. quoniam, C. de non numera. pecunia, vbi Caſtren. & alij latè adducti per Brunorol. à Sole in compend. propoſi. & ſententiar. iur. verbo dotis confeſsio deſinit eſſe fol. 72. col. 4. vndè fit vt in omnia materia hæc theorica accommodetur à Doctoribus dicentibus, quòd ſi precedit inſtrumentum, & obligatio recipiendi, ſemper confeſsio ſubſequens caret ſuſpitione, & plenè probat, vt eſt apud Caſſana. in conſ. 9. nu. 40. & diximus ſuprà par. 1. num. 31.

36 Si hæc ita † ſunt, in nullo caſu mágis probabit confeſsio facta poſt promiſsionem, minuſque ſuſpitionis habebit, quàm ſi fiat in teſtamento, vbi non præſumitur fraus cum non ſit preſumendum teſtatorem immemorẽ ſalutis æternæ, ex l. 1. in fin. ad l. Inl. repetundar. & in iſtis noſtris terminis Crot. in conſ. 199. num. 15. lib. 2. & latè proſequitur Maſcard. de proba. concl. 359. nu. 4. & n. 28.

37 Nec cõfidas † in differentia, quam ab aliquibus fieri vidi inter contractus, & vltimas voluntates, ex Socin. in conſ. 62. num. 3. lib. 1. & Lodo. Roma. in conſ. 445. num. 4. in fin. vt in illis cõfeſsiones factæ preſumantur ſub ſpe futuræ numerationis, in iſtis vero animo donãdi, vt indè inferas differentiã conſtituẽdam inter confeſsiones, & confeſsiones, quia reprobatum id eſt, vt habes ſuprà latè, vbi probaui animum donandi etiam fore conſiderandum in confeſsionibus factis in contractu ex communiori opinione, & in indiuiduo nullam in hoc eſſe diſparitatem inter cõtractus, & vltimas voluntates, docet Meno. preſump. 12. num. 50. lib. 3. & poſt eum egregiè Pat. Sanch. de matrim. lib. 6. diſpu. 9. nu. 5.

38 Deindè illud, † quod applicatur huic materię, vt regulariter iſtæ cõfeſsiones, quæ fiũt in teſtamento, præſumuntur potiùs factæ animo legandi, quàm recognoſcendi debitum, & licin legatum, aut fideicommiſſum, non in probationem debiti reſoluuntur, in quo fundatur diuerſa opinio, vt videbimus, repugna-

te

re videatur rationi naturali, & menti cuiuslibet benè sensati viri. Quis enim vidit, maxime in testamentis, quę fiunt communiter per statim moribundos,& in quibus nudę veritates solent scribi provt sunt, absq; aliquo fuco verborum,quòd qui vult relinquere dotem vxori,quam non recepit, dicat se confiteri,& recognoscere vxori quòd ab ea dotē promissam recepit? Credo quòd quilibet in illo casu diceret sic.Ità quamuis dotē ab vxore mea non receperim, volo tamen quòd ei soluatur,vel quid simile,cum in hoc adsit ratio naturalis,non est quærenda lex,nec aliud inuestigandum,ergo pro vera confessione,& recognitione habenda est quæ modo supradicto fit in testamento,non pro legato.

39 Finaliter nec † illud videtur accommodabile ad hanc rem,quod communiter dicitur de reuocabilitate huiusmodi confessionis, & seu de potentia illam reuocandi, vt indè inferre debeamus non posse habere vim veræ confessionis,nec probare debitum, quia non loquimur in isto casu de confessione dū est reuocabilis,& seu reuocari potest,ante scilicet mortem confitentis,sed post eam,quando iam non potest reuocari, videtur quòd tunc debeat operari suum effectum verę confessionis, & probare debitum præcedente promissione,sicut si facta foret in contractu, non enim videtur quòd confessio facta in cōtractu possit habere maiorem vim, quàm cōfessio facta in testamento, cum testator est iam mortuus,quo tempore iam non est alicui periculo subiecta,ad tradita in simili per Anton.Gom.variar.resol.par.2.c.6. de contrac.mutui num.5.vti vult attendendā hanc confessionem non provt est dum testator viuit,sed secundum effectum suum,quem operari poterit post mortem.

40 Nec desunt † qui hanc opinionē tenent in iudiuiduo distinguentes inter confessionē, quę fit in testamento nulla præcedente promissione dotis, & inter confessionem, quæ eam promissionem anteà habuit, & inter alios est Frau.Rip. in l. fœminæ num. 50. C. de secun. nup his verbis.*Quando autem confessio dotis receptæ emanat in vltima voluntate,si non appareant instrumenta dotis promisse,talis confessio habet vim legati,& fideicommissi,& idem si maritus in testamento cōfiteatur se teneri dare vxori aliquam summā ex causa mutui,vel alia,de qua aliter non appareat.* Ripam sequitur Surd.in cons.397.nu. 8. lib. 3. vbi refert eum dixisse, *quòd facta in vltima volūtati habēt vim legati si nō præcesserit promissio,innuit ergo*(inquit)*quòd si præcessisset, nō haberet vim legati,&c.* Eādē differentiam agnouisse visus est idē Surd. in cita. in prin. decis. 185. dum in initio illius decis.in qua resoluit confessionem hanc habere vim legati,præsupponit, & aduertit expressè quòd in eo casu non aderat constitutio, nec solutio dotis aliàs probata. Polidor.Rip.singul.obserua.179.num. 7.versic. Aliud, vbi loquitur de confessione facta in testamento, vti apparet ex obserua.antecedenti, vbi negat confessionem de dote recepta facere probationem quamuis præcessisset promissio,quia non erat facta viro,sed vxori,ergo si viro,contrarium dixisset.

41 Sed diuersam † sententiam tenet in terminis nolter Cancer.lib.1.variar.resolu.cap. 9.de dot.& dona.prop.nup. ex num. 27. cū tribus sequent.vbi dicit exploratum esse, & extra controuersiam, quòd non probet veram numerationem confessio ista, de qua loquimur,ad quod probandum multos adducit vidēdos. Et rationem etiam,quia notum (inquit) est posse testatorem confessionem quoties voluerit reuocare, quod non esset si veram numerationem probaret, l. publia, §.fin. ff.depos. posteà allegat plures Doctores,qui si de hac quæstione in indiuiduo agerent, satis essent pro hac opinione. Idem videtur tenere Ludou.Moro.in suprà cita.respons.60.num.6. quatenus casum sui consilij in principio format in confessione facta in testamento præcedente promissione dotis, & posteà resoluit per eam non probari numerationem.Et vtriusque opinionis Doctores.Et vtriusq; rationes breuiter prætactas, doleo quòd vnus non repetiatur qui quęstionem tam necessariam ex professo pertractauerit.

42 Ego hanc † vltimam opinionem sine dubio sequor.Ad quod moueor,primò ex regula generali, quòd confessio debiti facta in testamento non probet regulariter numerationem, sed inducat legati, aut fideicommissi petitionem, quam latè probaui suprà num.23.Ab hac regula non video rationem, ob quā præcedentia promissionis dotis debeat nos facere recedere. Si dicis quòd nec etiam in contractu confessio operabatur ex se probationem numerationis,sed tamē præcedentia promissionis id causat, fateor, sed ius est speciale,& ab aliquibus malè receptū, vt ex Velas.superiùs diximus.Non cōuenio cum his,quibus iurium specialium extentiones faciliter faciendas placet,vt sæpiùs docui.Non extante igitur optima,& concludēti ratione,quam non importat præcedentia promissionis, non censeo recedendum à regula.

43 Secundò, ego † considero quandam incapacitatem,& incompatibilitatem in vltimis voluntatibus circa materiam hanc, quę facit ne quæ applicātur contractibus,& confessionibus

nibus in eis factis applicari posſint vltimis volũtatibus,& cõfeſsionibus,quę in eis fiũt. Ad id præſuppono,ꝙ in ſuperioribus dixi,& probaui plene,cõfeſsiones,quę fiũt in vltimis volũtatib⁹,reuocabiles ex ſe eſſe ſine dubio.

44 Quo ſuppoſito,† impoſsibile eſt dicere valeamus eã inducere veras debiti probationes, quia nõ ſe cõpatiuntur inuicẽ, imò implicat contradictionem quod vnum,& idem inducat veram debiti probationẽ,& ex alia parte reuocabile ad nutum ſit, provt expreſsime,ac aureis verbis in hac eadẽ materia dicit Bal.in l.rationes n.2.C.de proba.& in l. generaliter num.15. C.de non num. pecun. vbi Pet. Doctorem antiquum reprobat ex eo quòd dixiſſet confeſsionem probare debitum,& poſſe reuocari,*quod (inquit) implicat contradictionem,quia ſi ius probationis eſt*

45 *natũ,non poteſt tolli.* Sequitur Surd.† in conſil.169.ex nu.4. Et quia eius verba plurimũ comprobant intentum, & omnes nebulas abſternunt,ideò ea ad litteram hic ponã. Poſt quã igitur Surd.conatus eſt pluribus probare confeſsionem factam in teſtamento non probare,nec eſſe obligatoriã, ſubiungit idẽ intentum proſequendo. *Et dicit Bal.in l.rationes col.1.C.de proba.quòd per confeſsionem factam in teſtamẽto non probatur contractus, nec diſtractus, aliàs ſequeretur quòd teſtator non poſſet illam mutare, quod tamen eſt falſum. Et dicit idem Bal.in conſ.262.col.2.vol.3.quòd talis confeſſio non probat contractum inter viuos præceſsiſſe,alia ratione adductus, quia ſi probaretur verum debitum, non ſuſtineretur in vim legati,vt dictũ vbiq; iura, & DD. creditori enim nõ põt legari,quia legatũ ei nullũ afferret emolumẽtũ,l.ſi creditori,de le.1. Et quamuis Doctores communiter non ponant,credo rationem eſſe,quia propter naturam vltimæ voluntatis non præſumitur in dubio quòd teſtator velit contrahere,vt inquit Areti.in l.hæredes palàm,§.fin.ff.de teſtam. Et verba ſunt intelligenda ſecundum naturam actus,ad quẽ teſtator ſe præparauit,l.1.§.ſin autẽ,de hæred.inſti.quẽ ad hoc citat in not.ab.quæſtio Ioan.Fab. in §.1.inſti.de legat.Cum igitur deffunctus deſtinauerit teſtamentum condere, & de ſuis bonis per vltimam voluntatem diſponere,non eſt credendum quòd velit conſiteri animo ſe obligandi vltra quam ferat natura vltimæ voluntatis. Inferũt autem prædicti Doctores quòd ſi teſtator poſt conditum teſtamentum ſuperuiuat,non poterit conueniri vigore talis confeſsionis.* Hactenus Surd. quod idem dicit poſteà nu.fin.vbi refert aliud dictum Bal.in eit.l.generaliter nu.15.C.de nõ nu.pecu.non poſſe ſimul.ſtare,quòd confeſsio probet, & poſsit reuocari,& idem dicit tenere Bar. in eadem l.nu.12.& Bal.in l.1.nu.1.C.de confeſs.

Recordare quòd cũ debitis erat cõfeſsio facta in cõtractu, veluti cum non præcedebat promiſsio, noluiſti quòd confeſsio facta in teſtamento illius naturam ſequeretur,ſed haberet mulier dotẽ in vim confeſsionis ſi non vt debitã, vt legatã, non eſt iuſtũ quòd nunc cum impinguaram vides itlã ex præcedentia promiſsionis,velis te ei adhærere, & amicã habere in proſpera,quã non habuiſti in aduerſa fortuna,nec eſt audiendus is qui petit cuius contrarium non eſſet poſtulaturus,vt ſæpiùs diximus,& eſt vulgare multùm.

Et illud quod dicebatur in contrarijs,conſiderandam eſſe confeſsionem factam in teſtamento,provt eſt mortuo iã teſtatore, quo tempore mutari iam non poteſt,non eſt admittendũ,quia nullus tale quid dixit vnquã, omnes illã conſiderãt provt eſt reuocabilis à principio,& ſi aliud eſſet, nec in primo caſu cum nulla præcedit promiſsio,dixiſſent Doctores per illam non probari debitũ,quia id fundant in reuocabilitate confeſsionis,quæ non eſt conſiderabilis poſt mortem: ſicut ergo in primo caſu non conſiderant confeſsionem,provt eſt aut erit poſt mortem teſtatoris,ſic nec in ſecundo, cum nulla ſit ratio diuerſitatis, & valdè reprehẽdẽdi forent quòd ita negotium etiam in primo caſu conſideraſſent ſi non debuiſſet illud ſimiliter in ſecundo conſiderari. Siſto,ſatis rẽ hanc confirmatam iudico.

46 In his habes † omnia,quę deſiderare poſſes, rationẽ nempè quamobrem illud, quod accommodatur contractibus,non applicetur vltimis voluntatibus, quia eſt magna diuerſitatis ratio. Et quamobrem has confeſsiones accommodemus legatis, & legata dicamus, nõ cõtractus,quia iudicamus eas ſecũdum naturam actus,quem teſtator voluit facere,qui nõ eſt cõtractus,ſed vltima volũtas. Hęc me cogũt,vt hãc opinionẽ ſine dubio amplectar.

47 Sed non quieſcit † animus quouſque viderimus quid Senatui noſtro perſpiciſsimo in

†† hoc placuerit. Eum millies reperi *declaraſſe* quòd confeſsiones factę in teſtamento non probent,ſed inducant legati,aut fideicõmiſſi petitionem,vt ſuprà viditi n.23. & in alijs locis ibi relatis. Et ſi obieceris te neſcire ſi in illis caſibus præcedebat promiſsio, cum id non dicatur in deciſionibus, vndè non videntur illæ eſſe punctuales. Reſpondebo, quòd cum in Cathalonia matrimonia non contrahantur ſine capitulis matrimonialibus, vbi fiunt iſtæ promiſsiones, ſequitur quòd deciſiones ſunt in terminis confeſsionum factarum in teſtamento cum præcedit promiſsio. Cum ergo Senatus ſic rem hanc à tempore antiquo inrellexerit, non eſt quòd nos eam nũc controuertamus, ſed acquieſcamus his,

quæ

quę certam habuerunt huc vſq; & habene interpretationem. Binæ ad præſens ſuper hoc puncto in indioiduo dueuntur in Senatu cauſæ, in quibus erit neceſſarium eum decidere particulariter, cum particulariter de hoc oppoſitum ſit. Prima ducitur ad relationē egregij Senatoris Franciſci Mijauila, & Franqueſa, inter Ioannam Broquetes, & Sebaſtianom Broquetes villæ Oleſiæ de Monteferrato. Actua. Paſtor. Altera ad relationem egregij etiam Senatoris Ioſephi Ferrer, inter Iacobum Surribes, & Ioſephū Sala. Actua. Prats, quæ breuiter decidentur.

48 Limitantur † quę ſuprà diximus de ſimplici confeſsione dotis, quòd non probet numerationem, nec noceat propter præſumptionē donationis, quæ inter virum, & vxorem regulariter eſt prohibita, vt non procedant quando confeſsio non eſt facta à viro vxori, nec eius patri, ſed imò alicui extraneo, quia tunc talis confeſsio tenet quoad omnes, nec poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis, cum maritus extraneo donare non prohibeatur, Mareſcot. in citat. lib. variar. reſolu. 1. c. † 8. nu. 8. vbi adducit *deciſionem* Rot. Rom. ad id factam de anno 1599. Hiero. Gab. in cita. conſ. 163. num. 10. lib. 2. Velaſ. conſulta. 5. num. 13. tradunt etiā omnes ferè, quin in toto hoc diſcurſu adducti fuere, adde Oſaſc. deciſ. 20. in fin. Vrſil. ad Affli. & decif. 402. n. 6. Controuertitur tamen id ab Acolla io repetitione l. ſi ex cautione, fallen. t 5. nu. 3. C. de non nu. pecu. Sed ego non ſum amicus impugnare receptas opiniones, ſolū † aduerto examines apud Surd. in conſ. 290. nu. 52. & Sfor. Oddum in conſ. 24. nom. 15. num appellatione extranei in hac materia veniant ſocer, & fratres mulieris, & cōfidetes benè ſi Iudex eris quot fraudes in hac re fieri valēt, vtinā nos, præter intentum, non demus cum iſtis eaſuum diſtinctionibus, & declarationibus materiam fraudandi, & decipiendi creditores cum ſimulatis confeſsionibus, ſed intentio fuit bona, & animus integer explicandi materiam, ſi aliquis eorum occaſione ceciderit, ſibi imputet.

50 Limitantur etiā † vt non procedant quā do cōcurrunt cōiecturæ, & adminicula de dote realiter ſoluta, & numerata, tūc cōfeſsio plenè probat nedū cōtra maritū, ſed etiā cōtra quoſcunq; alios, omnes in hoc cōueniunt quotquot à nobis in ſuperioribꝰ adducti fuere, qui de hac materia cōfeſsionis tractāt, plures allegat Mareſcot. in cit. c. 8. n. 9. vbi dicit †† fuiſſe ita pluries in Rot. Roma. *deciſum*, vbi 51 etiā adducit pro cōiecturis. Primò † generalē illā præſumptionē, quę ex eo oritur, quòd regulariter matrimonia ſine dote nō cōtrahuntur, atque ita dicit *deciſum* in Rot. de an † no 1581. Secundò † coniecturā eſſe dicit exhibitionē alimentorū cōſtante matrimonio per triennium factum, & ad hoc etiam adducit † *deciſionē* eiuſdē Rot. hanc coniecturā approbantē, de quo eſt & alia Rot. Rom. *deciſ.* 555. 53 in 2. par. diuerſor. Tertiò † pro cōiectura, ac illa quidē vrgēti adducit probationē ſolutionis aliquarum partitarū in cōfeſsione enuntiatarū, & de hoc etiā dicit eſſe Rot. Rom. † *deciſionē*, etiamſi † non exprimeretur ſolutio 54 nē fuiſſe ꝓ dote factā, quia ſufficit quòd alia cauſa noo ſit expreſſa ad hoc vt ſolutiones cenſeantur factæ in causā dotis debitæ, l. ſi cū dotē, §. ſi pater ſolu. matri. ſequitur Viui. de- 55 eiſ. 132. nu. 6. Vltimò † dicit pro coniectura ſeruire lapſū tēporis ad opponendū exceptione prę ſcripti. Verùm † idē ipſe dicit bonū 56 eſſe, vt nō poſsit dici de dote non numerata, ſed non vt non poſsit opponi de dooatiune inter virum, & vxorē prohibita. Eaſdē cōiecturas adducit Gratia. diſcep. foren. 362. ex ou. 18. De eiſdē idē Gratia. deciſ. 103. Egte- 57 gia eſt † ad propoſitū deciſ. Surdi tota 105. vbi pluribos probat cōfeſsionē verosimilem probare etiā contra tertiū. Ex iſtis autē cōiecturis nemo dicee nō eſſe cōfeſsionē verosimilem, nihil ergo mirū ſi eam probare contra quoſcunq; diximus. Vide vlteriùs Guiller. Guidoboo. aduoca. 19. num. 3.

58 Ex dictis cōiecturis † illa à multis reprobatur, quę fundatur in alimentatione mulieris tanquā dotatę, cū dicta alimenta amore potiùs coniugali, quā ratione dotis præſtari ſoleant, vti apparet ex Couar. variar. reſolu. lib. 1. c. 7. nu. 6. verſ. Sic ex cōfeſsiooe, Meno. de præſump. lib. 3. præſump. 13. nu. 20. & ex Mar. Anto. Maceraten. variar. reſol. lib. 2. reſolu. 48. nu. 5. ſed eā nouiſsimè vltrā Surd. in tract. de alimen. tit. 8. priuile. 22. n. 17. defendunt Cardi. Manti. de taci. & ambig. conuen. lib. 11. tit. 20. nu. 17. & Stephan. Gratia. diſcep. foren. 362. num. 19.

59 Ego nec † primam coniecturā flocci facerem fundatā in eo quòd matrimonia oon ſolent contrahi ſine dotibus, cū poſtea ſoleāt nunquā numerari. Nec hanc ſecundam exhibitionis alimentorū, cū iā nō ſit io vſu expellere vxores propter dotes non ſolutas, omnes bono amore, & maritali ſolo affectu eas alimus ſine difficultate, quāuis dotes oō ſint nobis nomeratæ, ſcimus id qui cū mulieribus in illo ſuaui matrimonij iugo viuimus. De iſtis coniecturis fuit actum in illis deciſionibus Senatus, de quibus ſuprà, dum de cōfeſ- † ſione binubi ageremus, vbi habes *approbatā* fuiſſe, quę fundatur in exhibitione alimentorum, ſed ego vidi cōcluſiones, & reperi 9 expreſsim per alios Doctores aulæ, vbi oegotiū tractabatur licet numero minores, ea coniectura

† ctura reprobata extitit, ſicut eam etiã *reprobauit*, Rot.Rom.de anno 1615.deciſ.683.in recollec.per Farin.in vlr.vol.nu.13.Conſiderentur aliæ, quæ poſſunt eſſe adiumento, & ſi fieri poteſt, quòd ſint plures, iuxta opinionẽ Rot.Rom.apud Seraph.de Oliua.in cir.dec. 487.nu.14.quæ eſt etiam in 1.par. diuerſ.in ordine 685.

60 Proſunt † cõiecturæ nõ ſolũ quãdo cõfeſsio eſt facta inter viuos, in quo caſu cõmuniter Doctores loquũtur, ſed etiã quãdo in teſtamento, provt habes ex dicta Seraphin.deciſ. vbi de hac particulariter tractabatur.

61 . Aliã adducũt † etiã Doctores limitationẽ ad regulã, quòd cõfeſsio emanata eõſtãte matrimonio nõ prejudicat, nec etiã futuris creditoribus, cũ præſumatur animo donãdi. Ad ducũt (inquã) limitationẽ pulcherrimis, & venuſtis adoleſcẽtulis fauorabilẽ, dicẽtes q̃ valẽt iſtæ cõfeſsiones ſi fiãt per hominẽ tenẽ, quia preſumũtur animo donãdi in remunerationẽ, q̃ nõ eſt prohibitũ, factæ: de hoc eſt tot.cõſ.Bec.79.vbi in fauore hui' opinionis ſcriplit pro quadã adoleſcentula annos nata ſexdecim in flore iuuẽtę cõſtituta, pulchraq; venuſta, ac orta nobilib' parẽtibus, quæ nupſerat cuidã viro ſeni, & annoſo, & genere nõ ſanè nobili nato. De eadẽ re tractat Sforz. Odd. in conſ.24.& Mãti. de taci.& ambig. conuen.lib.11.tit.20.nu.24.ac Velaſ. cõſulta.5.nu.17.Mar.Mura nouiſsimè deciſ.Sicil. 71.nu.14.& dixi ſuprà circa interpretationẽ, & declarationẽ auctẽ.res quę, cũ de conſtitutione dotis agerem.

62 Alia finaliter † eſt limitatio, ſi etiã creditor mariti non probat aliter ſuum debitum, præterquã per confeſsionẽ etiã viri, tũc in pari cauſa præualet proculdubio cõfeſsio facta in fauorem vxoris, Mago.deciſ. Floren. 68. nu.12.Manti.d.tit.20.n.45. quod poſtea declarat quomodò ſit intelligendum.

63 Si autẽ minor † eſt maritus, qui dotẽ tecepit, & ſeu recepiſſe cõfeſsus eſt, q̃ maius rem pus habeat ad opponendũ, & alia in materia ſcitu digna, tradit Pet.Greg.in ſyntag.iur.vniuer.par.3.de actio.lib.24.c.13.nu.15. Atque de his dixiſſe ſufficiat pro totali materiæ explicatione.

64 Huc vſq; † tractaui de probatione ſolutionis dotis, quę fit per ſcripturã publicã, quam appochã appellamus, in qua conrinetur confeſsio, quæ fit de illa recepta. Superẽſt agamus nõ nihil de probatione, quã pars vult facere per ſcripturã priuatã manu ipſius creditoris vel ſcriptã, vel ſubſcriptã, quæ appocha
ł etiã appellatur, vt dicit Bar.in l. admonẽdi nu.25.ff.de iur.iur. aſſerens de hac priuata appocha loqui tex.in cit.l.plures, C.de fide inſtrum.& in auctẽ.ſi quis vult cautè depone re, C.qui potior pig.hab. Non eſt dubium quod ſi ſcriptura priuata eſt recognita, & verificata, provt eſſe debet, & eo modo, quo docuimus ſuprà in fine clauſulæ conſtit. dotal. probationẽ facit cõcludentẽ, quod quia ibi probaui latè, ideò hic amplius nõ immoror.

65 Solũ aduerto † differẽtiã eſſe maximã inter ſcripturã publicã, & priuatã, quoad prioritatẽ tẽporis, & iuris potioritatẽ, ſuſpectę enim ſuor ſcripturę priuatę propter antidatas, quę ſolẽt in eis apponi, Dec.in cõſ.11.ex n.138. lib.1.Tiraquel.de retrac.conuen.§.1.glo.7. n.48.inxra l.ſcripturas, C.qui potior.in pig. hab.Stepha.Graria.diſcep.foren.570.n.30. Ideò nõ poteſt in huiuſmodi ſcripturis operari tẽporis antiquitas. Qua propter ad probationem ſolutionis dotis multùm intereſt habere ſcripturã publicã, vel etiã teſtes, quibus probetur dies ſolutionis, vt præferatur mulier alijs creditoribus.

66 Finaliter pro † cõplemento huius materiæ animaduertẽdũ volo, quòd licèt optimi ſint iſti modi probandi ſolutionẽ, & dotis numerationẽ pęr inſtrumentũ publicũ, vel per ſcripturã priuatã, quæ cõtineãt recognitionẽ dotis ſolutæ, & numeratæ, nõ ramẽ propterea reijciũtur alij probandi modi, veluti per teſtes; ſicut enim cõſtitutio doris poteſt per teſtes probari, vt diximus in clauſula cõſtitutionis dotis, ſic illius numeratio ſecundũ Corn. in conſ.282.nu.6.lib.1.cũ relatis per Decia. conſ.49.nu.4.lib.2.Campe.de dot.q.76.Seraph.de Oliuar.deciſ.Rot.Rom.1221.nu.2.

67 Quinimò † Ioſep.Maſcar.in tract.de prob. in prin.tom.1.q.5.ſtatim in initio, pluribus probat latè, qualiter hæc probatio, quæ fit per teſtes, primũ ſibi inter probationes locũ vindicet, digniorq; ſit alijs, ibi vide, nõ expedit in hoc probãdo, & cõfirmãdo tẽpus conterere. Eſt in noſtro † caſu eſt indubitatũ quòd p̃bario per teſtes eſt ſine dubio melior, q̃ per apocham, & recognitionẽ ſimilẽ huic noſtræ, quæ ſolũ cõtinet confeſsionẽ receptæ dotis, per conſequens eſt ſubiecta exceptioni non numeratæ dotis eo modo quo aliàs ſupradixi, dum de hac materia agetem in loco cita. probatio autẽ, quæ fit per teſtes, quòd maritus dotẽ recepit, nõ ſubijcitur huic infortunio, quia non probat confeſsionem, ſed numerationẽ, cõtra quã nihil poteſt obijci, pto vt etiã probauimus in cita.loco.

68

69 Solũ eſt † differentia inter iſtos probãdi modos in hoc, quia quãdo de receptione eſt confectũ per modũ apochę inſtrumentum, illud ſemper loquitur, & ſemper claré dicit qua ratione ſit pecunia recepta, quod nõ cõtingit ſẽper cũ per teſtes probatur ſolotio, quia non ratò accidit dicere teſtes ſe vidiſſe numeratã fuiſſe certã pecunię quãtitatẽ, ſed

non

nõ intellexiſſe ex qua cauſa. Quo in caſu ſunt frequentes apud nos diſputationes, maximè quando, provt ſæpè accidit, eadem perſona eſt debitrix eiuſdem perſonę non ſolùm pro dote, ſed etiã ex alijs cauſis, ſcilicet in quam cauſam cenſeri debeat facta ſolutio, ſi in cauſam dotis, vel alterius debiti ordinarij. Reſolue breuiter quòd in cauſam dotis, ex regula, ſolutionẽ cenſeri factã in eã causã, in quã ipſe creditor, ſi eſſet debitor, ſolueret, l. 1.
70 verſ. Quoties verò, de ſolu. & in † durioręm, & grauioręm causã, l. in his verò, ff. eo. tit. grauior
71 † enim eſt cauſa dotis, quàm aliorum debitorũ ordinariorũ, quia graniores debentur vſurę, maximè in hac prouincia, vbi in debitis ordinarijs, & nõ priuilegiaris vſurę nõ debẽtur niſi à die litis motæ: quæ tamẽ in cauſa dotis exigũtur à die cõtracti matrimonij, & ſuſtentorum onerum illius, vt aliàs in alijs locis in hoc tomo probaui, ſic in terminis tenet Vincen. de Fran. deciſ. 164. nu. 15. Stepha. Gra-
72 tia diſcep. forẽ. 224. n. 59. lib. 2. quę eſt † notabiliſsima diſceptatio per multos nomeros dilatata, in qua copioſiùs, quã alibi, explicatur materia hæc, in quã causã cenſeatur ſolutio facta, & an pro vſuris, & intereſſe potiùs, quã p debito, pro quo dati sũt fideiuſſores, ac qualiter, & quãdo poſsit id declarare debitor, & qualiter creditor. Adde Surd. dec. 186 Ioã. Baptiſ. Colla de portio. rat. q. 124. n. 22. Gab. conſ. 48. lib. 2. Ricci. collec. 349. qui reliquos referunt de hoc ageures, o prima de-
73 † ciſ. † Rot. Rom. apud Farin. 695. vol. vlr. de-
† ciſ. vbi *deciſum* refertur in durioręm causã eſſeri ſemper factã ſolutionẽ, & ibi etiã declarat quor modis dicatur cauſa grauior, ad quã deciſionẽ poteris recurrere eum de hac materia occurret diſputatio. Vidi per Senatũ canonizatã opinionẽ, quòd ex quo debitũ in quo adſunt fideiuſſores, eſt durius, ideò cẽſearur in dubio pro eo facta ſolutio, in cauſa Ioã. Bartholomei Tries, & Antici Siranendi 12. Decemb. 1591. referẽte Michae. Fer-
† ſer, vbi *declaratũ fuit malè expoſitũ retroclamũ cõtra fideiuſſorẽ, ex quo per ſolutionẽ factã per principalẽ fuit iudicatũ extinctũ debitũ illud, quod erat cum fideiuſſoribus, tanquam continens duriorem cauſam.*

74 Vnũ velim notes † in hac materia, p ſæpè cõtingit in praxi. Eece quòd debitor ex dote, & ex alijs cauſis numerauit ſuo creditori, vel aliàs ipſe creditor alio nomine debitoris ſimpliciter, & abſq; aliquibus rationibus ſoluẽte recepit diuerſas pecuniæ sũmas, quas dictus creditor ſcripſit in creditũ ſui debitoris. Diſputatur poſteà in quã causã eſt facta ſolutio, volẽte creditore factã eſſe in causã, quã ipſe declarat, vel in cauſam antiquioręm, aut durioręm, ſicut lex vult in illis caſibus, in quibus nõ elegit debitor, quãdo ſoluit, nec id dixit, vt docẽt relati Doctores. Dubitatur, an ita faciendũ ſit. Reſponde quòd non, ſed ſtabitur dicto, & voluntati, quã declarabit debitor. Ratio eſt, quia in hoc caſu non eſt agẽdũ de ſolutione, quę facta furrit in extinctionẽ alicuius debiti, nec habito reſpectu ad ali quod debitũ ſoluẽris, nec intrat iſta materia, ſed tractandũ eſt de cõpenſatione vnius debiti cũ alio: ex ſolutionibus enim factis, vt ſupra, iſtud ſolũ reſultat, quod debitor effectus eſt etiã creditor creditoris dictis quãtirati bus, & ideò nõ eſt diſcutiendũ in quã cauſam facta ſit ſolutio, ſed iſte debitor, qui pro pluribus cauſis eſt debitor, & ex alijs eſt creditor, poteſt ſuum debitũ cõpenſare cũ eo debito, p ſibi magis placuerit primùm extingui, eleganter Surd. deciſ. 186. nu. 7. quã multum laudat Ricci. collec. 349. in fin. Hæc
75 ego † poſt multũ diſputatũ articulũ, in quã causã quædã ſolutio præſumeretur facta, an pro primo ex duobus arrẽdamentis, an pro ſecundo, nouiſsimè applicabam de anno 1620. in facto cauſæ, quã nobilis Onophrius Delentoni Archidiaconus de Benaſch ducebat in Senatu corã egregio Senatore Hieronymo Senjnſt contra Michaelem Alegre. Receperat dictus nobilis ex ordine debitoris à Clauario ciuitatis Barci. qnandã pecunię quãtitatẽ, quã dicto debitori debebat Clauarius abſq; eo p dictũ fuiſſet, quòd ea ſibi ſoluere tur pro aliquo debito ſui debitoris, ſed ſolũ dixerat debitor in ordine quẽ dederat, quòd eã quãtitatẽ reciperet pro ipſo, & in pattita Clauarius ſolùm etiã dicebat ſimpliciter ſe ſoluere pro dicto N. Expediebat creditori, quòd ea ſolutio cederet in extinctionẽ primi arrẽdamẽri, & ita dicebat, quòd in eã causã, tanquã antiquioręm, debebat iudicari dicta ſolutio facta. E contra, quia intererat debitoris, quòd potiùs cederet in extinctionẽ poſterioris debiti, dicebat, quòd nõ intrabat in eo caſu materia hæc ſolutionis præſumendæ in hãc, vel in illã causã: ſed imò materia cõpẽſationis, quã ei licebat facere pro debi-
† to, p volebat eligere. *Obtinuit*, me & alio ad uocatis, licẽt nõ oportuerit motiuũ de hoc facere, vidi tamẽ Senatui nõ modicũ has cogitationes placuiſſe. Sententia fuit lata 21. Octob. 1620. Actua. eſt N. Bretons.

76 Aliquãdo † cõtingit, quòd in ũltis apochis nõ fit conſeſsio de tota dote recepta, ſed de aliqua parte pro reſiduo, & ad cõplementũ, quo in caſu ſolet quęri, an ex hoc probetur tota dos ſoluta. Hãc quæſtionẽ examinaui ſupra hac eadem clauſula, ibi videatur, ſignanter quia binæ pulchręę deciſiones in noſtro Senatu hac de re factæ, adductę fuere.

77 Sed an iſta † dotis ſolutio probetur cõie-

iecturis, quãdo nec adeſt cõfeſsio in apocha, vt hic, nec adsũt teſtes id clarè dicẽtes. Reſponde, quòd ſic. Principaliores sũt quãdo debitor eſt locuples, & ſolitus ſatisfacere creditoribus, creditor autẽ pauper, vel non admodũ diues, & diligẽs in exigendo: quando eſt elapsũ multũ tẽpus: quãdo reperitur ſcriptũ in libro debitoris, & alia ſimilia: quæ omnes coniecturæ, quę poſsũt prodeſſe, cũ adducãtur largo ſermone per Ioã. Per. Surd. tor. deciſ. 105. vbi pulchra *deciſio*, & poſteà egregiè etiam ab Steph. Gratia. diſcep. ſorẽ. 570. nu. 24. 25. & 581. lib. 3. & anteà diſcep. 105. ex n. 6. lib. 1. & nouiſsimè Anto. Mona. deciſ. Floren. 2. & nuperrimè Bononien. 7. Anel. & Ama. in conſ. 53, ad quos recurrere poteris cũ de probãda ſolutione ex cõiecturis tractabis, ipſi enim qualiter in hoc te gerere debeas tibi demõſtrãt, & eſt pulchra deciſ. Rot. Rom. in hac materia viden. in recol. in vlt. vol. per Fari. deciſ. 124. ſignãter cõſiderãt iſti in materia dotali, quod mariti ſolent eſſe diligẽtes in exactione dotis proprer onera matrimonij, quę ſuſtinẽt, ideò ſubſiſto, ibi videatur, vbi principaliores ſcribẽtes referũtur, qui de hoc tractant.

† 78 Circa quæ † aduerte, quòd quandoq; à nobis pro coniectura adducitur, quòd appareat inſtrumentũ cõfeſsionis de recepta certa parte dotis, ſed erramus, quia id potiùs poteſt nocere, quã prodeſſe ex quo indè poteſt dici, quòd ſi ſolutio fuiſſet revera facta de reliquo eadem diligẽtia, quod appareret de ea per publicum inſtrumentum, facta extitiſſet, pro vt argum. tex. in l. 1. §. ſin autem ad deficientis, C. de cadu. tollen. & per Immol. in conſ. 110. col. 2. in prin. & per alios docet Gratian. diſcepta. foren. 570. num. 31. lib. 3. & Rot. Roma. apud Farina. in vlt. vol. deciſio. 683. num. 12.

† 79 Et cũ his † finitur hæc gloſ. & totus iſte tractatus, ad laudẽ Dei, & glorioſiſsimæ Marię ſemper Virginis, ac Beati Seueri Martyris Barcinonenſis præclari, in cuius Martyrij feſtiuo die 6. Nouẽb. anni 1620. ac ętatis meæ 45. hæc opus abſolui. Voluit enim iſte glorioſiſsimus Sanctus, quòd qui aliquod ei ſeruitium, licet minimum in terra præſto, patrocinando multis ab hinc annis cauſas ſuas, & ſui beneficiatorũ Barcinonenſium Collegij, hoc à Deo beneficium in ſui martyrij glorioſiſsimo die reciperem.

ADDITIONES EORVM, QVÆ PRÆTERMISSA FVERVNT, IN LOCIS infrà notatis collocandorum.

1 AD nu. 13. cũ ſeq. clau. 5. glo. 4. de adiutorio per vaſſallos dominis inferioribus pro maritãdia filiabus nõ præſtando loquentẽ, adde id nõ procedere, nec habere locũ vbi adeſſet in contrariũ cõuẽtio, aut cõſuetudo, tũc enim tenerentur ſine dubio vaſſalli ad adiutorium iſtud, vt ex Roſſental. de feu. ibi probaui, & docet etiã, ac multis arreſtis de hoc factis, idq; tã quoad filiã primogenitã, quã quoad reliquas, Iacob. Ferret in addi. ad Guid. Pap. deciſ. 57. Sunt nõ pauci in Cathalonia domini qui iſtud adiutorium ex cõſuetudine, vt vidi, prætendũt.

2 Retuli ibid. nu. 21. quãdã deciſionẽ noſtri Senatus, qua dixit Cancer. fuiſſe in eo de anno 1583. declaratũ in Cathalonia nõ cõpetere ius dominis inferioribus exigẽdi iſtud adiutoriũ à vaſſallis, & cũ ea pertranſiui, ſed vidi poſteà deciſionẽ in originali, & reperi, q; iuriſdictionẽ ciuilẽ in loco habebat Eccleſia, nẽpe Capitulũ Eccleſiæ Getũdẽ, & criminalẽ Dux Cardonę, hoc fuit in cauſa vt declaretur ad dũm Regẽ, nõ ad Baronẽ ſpectare exigere iſtud ſubſidiũ, quia in terris Eccleſię Rex illud exigit, nõ Baro, provt ibidẽ dixi n. 31. & 36. Hæc animaduerti ne te in his ſũdes in iſto exẽplari, q; non eſt ad propoſitũ.

3 Ad clau. 5. gloſ. 8. par. 2. in qua agitur de donationib' inofficioſis, quæ fiũt vni ex filijs in præiudiciũ aliorũ, quatenùs reuocari debeant, ſaltẽ vt eis nõ obſtantibus, de vniuerſis bonis detrahatur ab alijs legitima, vide nouiſsimè Dõ Garc. Meſtril. rora deciſ. 208. in 3. par. vbi etiã tractat qualiter fiat reuocatio cũ fructibus, & à quo tempore.

4 Ad nu. 26. clau. 5. glo. 8. par. 3. vbi diximus in Cathalonia in vim conſuetudinis incip. *ſi algu*, ſub tit. *de donatiõs*, nõ fieri reuocationẽ ob naturitatẽ libetorũ niſi vſq; ad legitimã, ſiue illa fiat alijs filijs, ſiue extraneo, adde cõſuetudinẽ nõ procedere, vbi donatio fieret ab eo qui nõ eſt vxoratus, qui ex cõſequẽti nõ videtur de libetis cogitaſſe, nec in genere, nec in ſpecie, is enim, ſi poſteà ei naſcãtur liberi, reuocat in totũ donationẽ extraneo factam, quia vt dixi, cõſuetudo loquitur de eo qui iã habebat liberos, vel ſaltẽ habebat tũc vxorẽ, q; ſignificãt clarè illa verba ibi poſita, *è apres lo donador aura fills de aquella muller, que ja auia,*

† *ania,o de altre que apres aura*,atq; ita *intellexit* Senatus in facti cõtingẽtia in illa decisione,quã mihi retuli,quæ est nob.Lud. à Peg. 37.in ordine in 2. vol. Ita ego dicebã 16. de mense Appril.1622.in causa Fran.Ozona,de qua infrã,& benè existimo, succedet, spectatur de proximo sententia ferenda.

5 Ad nu.18.& sequen.clau.5. glo.10.pat.2. vbi dixi relationẽ, quæ fit ad aliã scripturã censeri tantùm factã ad ea,quę in alia scriptura relata possunt legi, & oculis corporeis cerni, non ad ea, quę possunt ex illa per operationem intellectus deduci, adde me posse ea scripta reperille decisionẽ Senatus, referente egregio olim Senatore Anton. Olibã inter Pupillos Garbins,& Bernardinũ de Aranxapi factã die 24.Ianu.1587.vbi idẽ † prorsus in terminis fuit *decisũ*.de illa relatio 6 ne q̃ ego in prædicto loco fũdaui,his verbis. *Quia verba illa testamenti Ioannis Mũt, ségũs la ferie y tenor del testament de la dita ma mare,la qual vull en tot y per tot se haja de ser aur,ad expressã voluntatẽ Beatricis matris ferentis in testamẽto,nominatã,& quæ oculis cerni tur referũtur,nõ ad tacitã præsũptã,cõiecturatã,&c.* Nata sunt hęc verba ad causã, quæ à me in dicto loco tractatur,animũ valdè addi derũt,vt crederẽ me obtẽturũ in ea postquã reperierã Senatũ meas cogitationes alias approbasse,& reverà fuit magnæ cõsiderationis ollẽdere istud exẽplar egreg.Senatorib.vt in quibus,Doctoribus forsã nõ ita faciliter cre † derẽt, tibi saltẽ ipsis fidẽ darẽt. *Decisa* fuit post hęc illa causa 27.Appril.1622.in favorẽ mei clientis cõfirmãdo primã sententiã. sed sine motivis,vt fieri solet,verũ vidi ex hoc motivo,& ex illo etiã quòd huc nõ intrabat materia vocationis filiorũ ex positioone illorũ in cõditione ex quo pater prędefecisserat, si.ut in loco relato explicui,motos clarissimos Sena.& meas cogitationes per eos nõ sine laude approbatas. Addit eadẽ decisio suprà relata, q̃ & ego fũdabã nõ in eleganter, *cũ de cõiecturis agitur, eas fore sumendas ex testamẽto referẽte,nõ ex relato.* Vide in Archivo Regio.

7 Ad nu.33.cũ seq.clau.7.glo.1.p.3.vbi egim⁹ de electione,quę est materia multũ,ppria huius nostri laboris, circa quãq; infinitæ in dies oriũtur quæstiones,& ideò nihil mirũ si pluries de ea tractavim⁹,nota particulariter nũc sequẽtia. Primò,quòd eligendi facultatẽ habẽs ab alio cõcessã quibuscũq; verbis quã tũvis generalibus, debet se cõformare volũtati declaratę in favorẽ vnius potiũs, quã alteriùs ex eligẽdis per cõcedẽtẽ, sive expresæ,sive tacitè,de quo est totũ c.26.copiosissimũ don Ioã.del Castil.Sotomaior lib.2.controuer.quotid.Per q̃ principaliter in Senatu die 21.Mat.1611.referen.egre. Senatore Hiero.Senjust,in causa Ioãnis Baptistę Cassador,cõtra Petrũ Paulũ,& Ludouicum Cassadors,fuit † *decisum* nõ licuisse dicto Petro Paulo habẽti facultatẽ eligẽdi vnũ ex libetis,ptę termisso Ioãne Baptista, eligere, sicut volebat,Ludouicũ,*ex quo testator in casu quo dictus Petrus Paulus nõ eligeret,vocauerat prius Ioãnẽ Baptistã,& deinde Ludouicũ, & deinde alios filios;quia enim visum fuit testatorẽ, licèt in alio casu,qui non euenerat satis declarasse suã mentẽ in successione bonorũ suorum, vt filij prædicto ordine succederẽt, & ne tota ista fideicõmissi structura corrueret,prælatus fuit Ioãnes Baptista alijs.* Vidi sententiã insertã in ꝓcessu causæ dicti Baptistę cõtra dõ Ludouicũ de Rejadell,cotã egreg.Senatore Iosepho Roca.Scriba Hieroo.Bosch. Sed si de hoc eodẽ pũcto vlteriùs in alia causa dis- † putare habebis,rogo videas aliã *decisionẽ* factã in Senatu referen.egreg.olim Sena.Ant. Oliba,inter Annã Destorrẽt,& Rectorem,& Collegium Societatis Iesu huius ciuitatis 5. Maij 1589.in Archivo Regio,vbi forsan reperies cõtrariũ decisũ, quia ibi fuit dictũ *bene facultatẽ nominãdi hæredẽ vnũ ex filijs cũ facultate apponẽdi vincula, & substitutiones inter vivos, nõ teneri sequi ordinẽ à testatore adiectũ circa vincula, & substitutiones in casu non factæ electionis,sed suo arbitrio posse ponere.* Ideo bonũ erit exquiras in testamẽto alias coniecturas, ex quibus colligere alias possis hãc testatoris volũtatẽ,nec in hac sola cõsidas,quæ videtur esse ꝓter meotẽ,quẽ admodũ in suprà relata causa illorum Cassadors factũ fuit,aliæ enim põderantur cum hac,resultantes ex eodẽ testamento,licèt nõ multùm vrgentes, sed vna iuuauit aliã. Hæc nota quia casus est multũ practicabilis, quotidie enim parẽtes instituũt filios reseruata electione libera matri, & casu quo non eligeret, ipsi disponũt inter eos. Bene video non esse hic materiã hãc tractatã, ꝓut pro sua dignitate, & vtilitate, ac frequentia meretur. Sed expecta volumen decisionum, quod paro, vbi facio de hoc particulatem decisionẽ, ibi videbis latè.

Est secũdo notãdũ,si sufficit tacita electio, & nominatio,& ex quibus oriatur. Dic quòd sic,q̃ quia latè ꝓbaui in 1.to.clau.4. gl.9. p.5.nu.13.& 16.explicat etiã latè Sotoma. in d.c.26.ex n.67.eũ seq. vbi quærir de verbis enũciatiuis si sufficiunt, ideò hic subsisto. Spero nuper declarandã causã Fran.Ozona ciuitatis Vici,cõtra Eufrasinã Ozona, Relatore egreg.Sena.Ioseph.Roca.Actua.Prats. In qua videbis si Senatui placuerit quod ego arbitror placere debere, sufficere pro nominatione quòd mater, quæ facultatem ad id habebat, dixisset in aliquibus instrumentis,

se

seu consensisset dici Franciscũ esse hæredem patris, & vt talem cum matre vsufructuaria actum facere permisisset.

Finaliter est in hac materia videndũ, si habẽs facultatẽ eligendi, elegit, aut nominauit semel, siue tacitè siue expressè, est ita per eã electionẽ, & nominationẽ ius eligẽdi sibi cõcessũ, cõsũptũ, & finitũ, vt amplius variare nõ possit. Qua in re dicit Moli. de primog. Hispa. li. 2. c. 4. n. 37. & sequitur Sotoma. in ſepè cit. c. 26. n. 64. vbi cũ pluribus seq. latè materiã hãc, & hũc articulũ discutit, quòd electori cui electio cõpetit ex vltima volũtate, ꝓut sẽ per solet, si extra vltimã volũtatẽ, ꝓut etiã cõmuniter fit, hoc est per quãcunq; dispositionẽ inter viuos elegerit, amplius variare nõ potest, quia vltima volũtas eius qui electionẽ cõcessit, sẽper esset in pẽdẽti, ꝙ esse nõ deber, sequũtur Aluara. Mier. Perey. & alij ibid. latè adducti, qui quidẽ Perey. de nom. emphyt. ti. 62. q. 10. n. 83. cõsiderat multũ ad hũc effectũ ꝓhibitę variationis, quòd in cõcessione nulla sit facta mẽtio mortis, ꝙuis eligẽs prætẽdat se ignorãter elegisse, qm (inquit) ꝓ electionẽ facta est executio, & dominiũ trãslatũ, ac ꝓindè negãda est variatio. vide etiã Blas. Flor. Diaz de Men. in addi. ad Gam. dec. 36. & var. qq. li. 3. q. 22. qui licèt videatur tenere cõtrariũ, ei tamẽ satisfacit latè Sotoma. lo. cit. n. 84. dicẽs quòd licèt dicta de ꝓhibita variatione, in genere arriculo tractato, essent dubia, verũ nõ possũt dubitationẽ admittere in calibꝰ, qui apud nos cõmuniter succedũt, in quibus verba, quę circa istas nominationes, & electiones ab electoribus ꝓferũtur, sũt regulariter declaratoria volũtatis defuncti, & cõtinẽr declarationẽ volũtatis illius, vt scilicet ea fuerit volũtas dispositiua testatoris, quę impediũt variationẽ, cũ in voluntate aliena amplius variari nõ possit, quẽ discussũ pluribus extẽdit, & claris exẽplis cõfirmat. Articulũ hũc tractamus etiã in Senatu in illa illorũ Ozonas, de quã suprà, quæ est in pũcto ferendæ, & doleo nõ potuisse ponere hîc Senatus resolutionẽ, ꝙ spero futurã cõtra prætẽsã variationẽ postquã mater eligere debẽs in multis actibus nominauit Frãciscũ heredẽ patris licèt nõ principaliter, sed aliud agẽs, faciẽdo tamẽ actus qui nõ poterãt nisi ꝓ heredẽ fieri.

8 Ad nu. 2. cũ seq. clau. 7. glo. 2. p. 2. vbi tractat quæstionẽ, si reseruatio facta per patrẽ in donatione facta filio in eisdẽ capitulis matrimonialibus, est cõprehensa sub obligatione, quę sit nurui de dote suo tẽpore restituenda, adde quòd licèt multũ in ea quæstione enodãda insudauerim, vt ibi dixi, dubito tamen ꝙ ex ibi traditis cõprehẽdas plenè intentũ, & meã opinionẽ. Eã hîc breuiter declarabo, accõmodãdo illã casibus, qui in praxi succedunt, & succedere possunt, qui est melior dẽ mundo declarãdi modus. Nunquã ego exilti maui dicere quod reseruatio nõ foret obligata, est etenim, ex rationibus ibi latè positis, & quia tẽpore habili ad cõprehẽdũ omnia, fuit tractata inter partes obligatio faciẽda, & tẽpore habili fuit ea facta, id est tẽpore quo ad huc omnia bona erãt soceri. Quod ego sẽper dixi, & dico est, nedũ bona cõtẽta in reseruatione censeri obligata, sed etiã bona donata & cõprehensa in donatione, cũ nullũ momentũ tẽporis cõsiderari possit, in quo verũ sit dicere fuisse donata quin fuissẽt obligata, post quã in eodẽ instrumẽto, præcedente tractatu inter partes hæc fiũt, vt late in loco allegato ꝓbaui. Bona ego omnia, fecũdũ meã opinionẽ, sũt nurui ꝓ restitutione dotis sine dubio obligata. Sed quia omne ęs alienũ contractũ vsq; ad tẽpus donationis spectat sine dubio ad donatariũ, vt nõ semel alias in hoc opere dixi, & ꝓbãt in terminis Guid. Pap. dec. 105. Ioã. Baptis. Cost. de portio. rat. q. 90. n. 10. & subsid. reme. 108. ac Vincen. Caro. decis. seu casu 125. in hoc enim nõ dubitãr DD. sed solũ, si recta via potest agi cõtra ipsũ donatariũ, an sit excutiẽdus hæres cũ sũt personę diuersæ, fit quòd ex bonis donatis potiùs, quã ex reseruatis, sit dos soluẽda cũ restitutioni est locus, & est valdè volũtariũ prætendi per donatariũ, vel aliũ, quòd ex reseruatis solũ est dos detrahẽda, & soluenda, quasi donata nõ essent obligata, vt infrà videbis. Sed si nihil esset in bonis donatis, vtpote quia, sicut nõ raro fit, reseruatio absorberet omnia bona donata, aut alias, tũc nullus dubitat quin ex reseruatis foret dos soluẽda, & restituẽda. Imò in omni casu vbi adsunt hæredes reseruationũ, & donatarij aliorũ bonorũ, priùs est agẽdũ aduersus illos, quã aduersus hos, sed omnia postea cedũt in damnũ donatarij, qui vt dixi, ad æs alienum tenetur, vt in dictis eciã locis, & suprà etiam docui.

Hinc percipies rationẽ quãobrẽ ego in duabus causis quas refero in cit. loc. clau. 7. glo. 2 p. 2. n. 36. & 37. Terreros: & Cescases, ac Llorãt, diuersas opiniones visus sim tenere, nõ enim sunt diuersæ, nec cõtrarię. In illa illorũ Terreros, vnus & idẽ filius erat donatarius patris, nec alius erat hæres, & ideò ipse habebat omnia bona penes se, in quibꝰ erat intercluſa reseruatio mille ducatorũ, & simul ipse erat etiã hæres matris. Cũ pulsaretur à creditoribus ex post cõtractis, vt ex reseruatione eis satisfaceret, ex qua sunt sine dubio satisfaciẽdi imprimis creditores, qui postea veniũt, Cardi. Tus. in prac. qq. lit. D. cõcl. 651. n. 10. & Ioã. Baptis. Coll. remed. subsid. 108. n. 11. defendebat se vt hæres matris, pro dote, & sic vt prior creditor, replicabã quòd illud creditum

ditũ idem ipſe vt donatarius tenebatur ſibi ſoluere, cũ donatio cenſeretur facta deducto ære alieno, ipſe autẽ dicebat ſolã reſeruationẽ fuiſſe ad dictũ debitũ obligatã, ſuper quo fuit pro eo lata ſentẽtia, de qua ibi, quaſi cõſiderãdo quòd priùs fuerãt bona donata, quã deueniretur ad obligationẽ, quãtũvis in eodẽ inſtrumẽto factã. Supplicauit meus clientul⁹ ad relationẽ egre. Sena. Ioſep. Roca, vbi ſpero de ꝓximo cõmutationem: nõ enim video quid poſsit obſtare quin donatarius teneatur de bonis dnnatis ad iſtud debitũ, nec poteſt cadere in rectũ ſenſũ voluiſſe donatorẽ bona omninò libera donare filio, reſeruationẽ autẽ ſibi facere nõ libertã, quæ magis ſine dubio libera debet eſſe, ne per eã reſeruationẽ ſic factã, quę vix poſſet dici reſeruatio ꝓpter iſtud onus, poneret in periculo dnnationẽ, vt inualida diceretur tãquã carẽs reſeruatione, ſaltẽ legitima, ad exẽplũ enrũ, quę dicũt DD. quòd ſi quis donauit cũ reſeruatione legitima, ſed ſimul reſeruationẽ alteri donauit, vel aliàs alienauit, nihil valet donatio tã quã ſine reſeruatione facta, de quo Fab. in ſuo C. li. 8. ti. 34. de dona. defi. 9. & egn ipſe in 1. to. clau. 4. glo. 23. n. 22. id autẽ ꝙ nõ eſt veriſimile nõ eſt tenẽdũ, nec venit in generali ſermone, veriſimilitudo enim eſt cognata naturę, & inveriſimilitudo cõtraria eidẽ, ꝓut pluribus hic nõ repetẽdis, ꝓbauimus in loco quẽ gloſſamus ex n. 8. vbi adduximus etiã ꝙ in ꝓprijs terminis traditur in l. obligatione generali, de pignor. quòd in ea nõ veniant niſi quæ quis eſſet veriſimiliter obligaturus, & eo modo quo eſt veriſimile obligaturum.

In illa verò illorũ Ceſcaſes, & Llordat, caſus erat quòd donator fecerat ſibi magnã reſeruationẽ 8000. lib. quę cõprehendebat totũ patrimoniũ, taliter quòd nihil vltrà remanebat donatario. Quo ſuppoſito, ſi mulierem excludetemus à reſeruatione ne in ea poſſet recuperare ſuã dotẽ, nihil prorſus haberet vndè eã recuperaret. Hoc eſt in cauſa, ꝙ in eo caſu deſtẽdã, ꝓut deffẽdo, mulierẽ poſſe, & debere ex reſeruatione recuperare ſuã dotẽ, excludẽdo creditores, qui ex poſt venerũt, cum nõ adſint alia bona, vndè recuperare illã valeat. Sed in altero illorũ de Terreros, è cõuerſo, mulierẽ, & ſeu eius hæredes debere recuperare de bonis donatis arbitror cum adſint plura, relicta reſeruatione pro alijs creditoribus. Hęc mutatio facti, licèt eſſet minima, quæ eſt in caſu occurrenti maxima, mutat ſine dubio totũ ius, l. interpoſitas, C. de tranſac. cũ ſimil. Per hęc habes declaratũ intentũ, per hæc habes meã opinionẽ manifeſtatã, & clarã effectã. Eam ampliùs nõ cõfirmo, quia ex his, quæ hic dixi, & in loco, ad quẽ facin additionẽ, ſatis cõfirmata ea manet. Et ſi vnquàm eſt licitũ ex ratione naturali rẽ definire, prout aliàs in hoc opere probaui, certè is eſt vn⁹ ex illis caſibus, in quo id fieri põt, & debet.

9 Ad gln. 3. par. 14. clau. 7. vbi egide teſtitutione dotis dncens pro ea poſſe bona fideicommiſſo relicta alienari in vim auct. res quæ, C. cõmu. de lega. Adde, ſi pro intereſſe ipſius doris poſsit etiã fieri alienatio, verbi gratia quandò cõtingit hærtdẽ grauatũ eſſe in mora, & propterea cucurriſſe mulieri, & in ſui fauorem aliquod intertſſe, an nõ exiſtentibus dicti hęredis grauati bonis liberis, pnſſint bona fideicõmiſſo ſubiecta pro eo alienari ſicut pro ipſa dnte. De qua re vide ad ſacietatem, & lege attente Hierony. Milanen. deciſ. Sicil. 8. ex n. 360. Gratia. diſcep. foren. 43. ex n. 28. Vincen. de Fran. deciſ. 49. & deciſ. 613. & Ioan. Griuel. Sequa. deciſ. Dola. 55. qui alios plures allegant. De hac re alia ego nõ dico, ne præiudicem cauſę in Senatu ad præſens vertenti inter Marchioniſam de Ardales, & Ducem Seſſę corã egregio Senatore Balthaſa. Motell. Actua. Segui, ſuper eo, ſi prim⁹ ſucceſſor in maioratu potuit eũ obligare pro fructibus dotis, ſeu legitimæ ſororĩ debitis ex eo ꝙ ipſe ſtatim cũ fuit mortuus patet dictã dotem illi non ſoluit, vbi ſperatur de ꝓximo ſententia ferenda. In qua cauſa, vt & iſtud habeas non pœnitendũ, tractatur ſi exceptio rei iudicatæ obſtat reo opponenti exceptiones iã diſcuſſas in alio iudicio, & inter eaſdem partes dũ de alijs penſionibus alicuius ceuſualis ageretur, an ſcilicet incepto alio iudicio pro alijs penſionibus poſtea decurſis, cũ ad futuras nunquã Senatus ſoleat cõdemnare, poſsint opponi tãquam in iudicio nouo, in quo licèt ſit identitas perſonarũ, & modi agendi, ac actionis, nõ tamen adeſt identitas rei, nempe penſionũ, eædem exceptiones diſcuſſę in alijs iudicijs pro alijs pẽſionibus actitatis, de quo pũcto vide Fran. à Ponte in cõſ. 62. & conſ. 90. per tot. ex quo reſolutionem facilè habebis huius dubij, ſi in his, in quibus reverà nõ eſt eadẽ res, poteſt intrare res iudicata. Sententia feretur in dicta cauſa de proximo. Quæ ſunt multùm notanda cũ quotidie apud nos accidant, qui nõ declaramus pro penſionibus debitis, & debendis ſimul & ſemel, ſed pro qualibet penſione inſtituimus nouum iudicium. Arq; hæc de his ſatis ad gloriam Dei.

LAVS DEO.

COPIOSVS MATERIARVM, ET RERVM NOTABILIVM huius voluminis index Alphabetica ſerie digeſtus.

ABSENS per multũ tẽporis, p̃ mortuo haberi debet, & quomodo, clau. 7. glo. 3. par. 1. num. 36. pag. 642.

Per triginta annos ita vt de eius vita, vel morte, nihil ſciretur, habitus fuit in Senatu Valẽtino pro mortuo, ad effectum adiud cũ di bona veniẽtib' ab inteſtato, ib. n. 37. p. 642.

Fallit cum agitur de magno præiudicio, veluti cũ cum inquiritur de homicidio, ibid. num. 38.

Abſentis magnũ intereſſe verſatur ne res ſua ſe viuo, & nõ vocato, alteri tradatur, ibi. nu. 39.

ABSOLVTIO iuramẽti an ſit neceſſaria mulieri volẽti agere ad reciſionem obligationis à ſe firmatæ, ſub prætextu quòd fuerit meticuloſa, clau. 7. glo. 2. par. 7. num. 2. pag. 297.

In reciſione contractũ meticuloſorũ ſolet ſecundum communem praxim ſemper anteà peti ad effectum agendi, quod eſt tutius, ibid. nu. 3.

Poteſt peti poſt incurſum periurij nũ dũmodo fiat etiam periurij mentio, & petatur ſimul eius abſolutio, ibidem num. 5.

Nõ debet concedi cum pars eſt periura, ib. n. 6.

Impetrata abſq; citatione partis valet, atq; ita apud nos practicatur, ſiue petatur ante incurſũ periurij, ſiue poſt, ibid. num. 10. pag. 598.

In abſolutione iuramenti agitur de modico paris præiudicio cum ſibi remaneat adhuc facultas defendendi contractũ, ibidem num. 11.

An ſit cõcedẽda ſine citatione partis, plures dubitãt, & cõtrarias opiniones cõciliare curãt, ib. n. 12.

Fuit admiſſa in Senatu a Metrapolitano impetrata per homines alterius Diœceſis, ibid. nu. 15.

Eſt perenda coram Iudice petentis, ibid. nu. 16.

Simpliciter obtenta non ſuffragatur ſiquis viteriùs cum iuramẽto promittit cã minimè petere, nec ea obtenta vti, ibidem nu. 21. pag. 599.

Abſolutionem iuramẽti nõ eſſe neceſſariam cum agitur ad reſcindendum contractuum meticuloſum, plures volunt, ibid. nu. 13. pag. 598.

ACQVIRENS titulo oneroſo certat de damno vitando, acquirens autem titulo lucratiuo, de lucro captãdo, cla. 5. gl. 8. p. 7. nu. 57. pag. 212.

Acquiſitio in nullo actu fit ante acceptationẽ, ſeu declarationẽ, & petitionẽ, quãuis ſint appoſita verba, ipſo iure, cla. 5. gl. 8. p. 10. n. 8. pag. 241.

Quæ fit per ſucceſſionẽ, nõ pertinet ad ſocietatẽ, vbi deciſ. Sena. cla. 11. glo. vni. nu. 8. p. 825.

Momentanea nihil operatur, cla. 5. glo. 8. par. 12. num. 36. pag. 258.

Acquiſitiones tribuũtur potiùs diligẽtię, q̃ pecunię, cũ qua quis negotiatur, vbi deciſ. nõ Sena. in pulchro caſu facta, cl. 11. gl. vni. n. 37. p. 829.

ACTIO negotiorũ geſtorũ cõperit qñ quis ſoluit id q̃ alĩ debet. Itẽ cũ p̃ honore litterarũ ſoluit p̃ alio cãbiũ, cl. 5. gl. 1. par. 3. n. 1. pa. 51.

Non habet locũ in dote, vbi deciſ. ibid. num. 2.

Ratio eſt quia quando extraneus dotat, lex præſumit in eo animum donandi, ibidem.

Actio petendi dotẽ à ſtupratore præſcribitur mulieri per quinquenij lapſum, clau. 5. glo. 2. par. 2. num. 83. pag. 112.

Agendi contra vitiatorẽ cõpetens defloratæ mulieri non clauditur quinque annorũ ſpatio, quãdo continuatur delictum, ibi. nu. 89. pag. 115.

Semel extincta non reuiuiſcit, ibid. nu. 91.

Pro ſtupro violento, & cum inceſtu cõmixto competens non finitur quinquennio, ibid. num. 95.

Hypothecaria non exercetur contra tertium niſi diſcuſſo priùs principali, & in ſubſidium, clau. 5. glo. 8. par. 7. num. 69. pag. 215.

In legatis nõ acquiritur niſi ei cuius contẽplatio oc aliquid relinquitur, cl. 6. gl. 1. p. 1. n. 6. p. 337.

In contractibus ſolis ſtipulatori quæritur, non alteri, & illi rectè ſolutio fit quamuis pro alio ſtipulatus ſit, ibid. num. 7.

Exigẽdi dotẽ à parte, vel ab alio ſoluto matrim. an competat viro, vel vxori, ibid. num. 12.

Exigendi dotem reſpectu mariti non oritur niſi ex die cõtractarum nuptiarũ, ibid. n. 68. p. 345.

Alia de actione dotis, vide in verbo, maritus, & in verbo, vxor, & in verbo, ſocer.

Actio in conditionalibus non naſcitur ante adimpletam conditionem, ibid. num. 71. pag. 343.

Dotis à quo tempore oriatur, clau. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 57. pag. 352.

In conditionalibus non oritur niſi conditionibus adimpletis, clau. 6. gloſ. 3. par. 1. nu. 32. pa. 1453. & p. 3. nu. 24. pag. 466. & p. 4. n. 4. p. 472.

Ad agendum pro legato dotis conditionali non oritur niſi contractis nuptijs, ibid. ou. 25.

Solum datur mulieri contra virũ pro parte dotis recepta, ſi tota non eſt recepta, cũ à patre fuit promiſſa, clau. 7. glo. 1. par. 2. nu. 50. pag. 532.

Sed non eſt idem in ſponſalitio, quod ſemper recuperatur integrum, ibidem.

Cui datur, multò magis exceptio, ſeu replicatio, cla. 5. gl. 7. n. 19. pag. 121. & cl. 6. gl. 2. p. 3. n. 17. p. 194. & cla. 7. glo. 2. par. 4. nu. 12. pag. 573.

Quod metus cauſa, totum contractum reſcindit, clau. 7. glo. 2. par. 6. nu. 34. pag. 553.

Senatus noſter percelebris ſemper pro omnimoda reciſione contractus firmari per mulierem ex quo remaneat indotata, iudicauit, ibi. n. 35.

Impugnandi obligationes, quas fecit mulier ex metu reuerentiali cum enormiſsima læſione, ex eo quòd remanſit indotata, ac tranſmitatur ad hæredes, ibi. num. 43. pag. 594.

Iam intentata per mulierem ſuper reciſione contractus à ſe firmati pro viro ex metu reuerentiali tranſit ad hęredes, ibid. num. 44.

Ratio, quæ militat in muliere impugnãte obligationẽ à ſe factam p̃ viro ne remaneat indotata, ceſſat ea mortua in illius hæredibus, ibi. n. 45.

Reſpondetur dicto contrario, ibid. num. 52.

Actio quod metus cauſa, poteſt exerceri per hæredes etiã ſi metũ paſſus nõ ſit ſo vita cõque-

stus, vbi deci. noſtri Senatus, ibid.n.50. & 51.
Præſcribitur ſpatio 30.annorũ, ſicut reliquæ cla. 2.par.7.num.60.pag.603.
Computatur autem illud tẽpus ex die quo ceſſauit cauſa metus, ibi.num.61.
Actio iam nata, & in iudicium deducta quęcunque ſit, tranſit ad quoſcunq; hæredes, clau.7.gl. 2.par.10.nu.8.pag.644.
Datur ex referente, & minimè ex relato, clau.7. glo.3.par.3.num.55.pag.667.
Actio quod metus cauſa, an trãſeat ad hęredes, remiſsiuè, clau.7.glo.3.par.13.num.32. pag.769.
Actio quę datur ad reciſionem reſpectu leſionis, præſcribitur ſpatio 30.anno.cla.9.clau.9.vni. par.1.num.29.pag.798.
Actione criminali præſcripta accuſandi vxorẽ, an remaneat ciuilis, remiſsiuè, clau.5.glo.5.par. 2.num.94.pag.115.
Actiõe principali extincta cõquieſcit officiũ iudicis, q̃ actiõi deſeruit, cl.6.gl.2.p.6.n.38.p.429.
Actionẽ qui habet, rem ipſam habere videtur, clau.5.glo.8.par.10. num.28.pag.242.
Actiones criminales in Cathalonia nõ præſcribũt minori tẽpore 30.annorũ, per vſat.oẽs cauſæ, de præſcrip.cla.5.glo.5.par.2.n.85.pag.114.
Actiones, quæ erant penes deffunctum, tranſeunt in hæredes, clau.6.glo.5.par.1.nu.17.pa. 338.
Vtiles in conſtitutione dotis remanent penes vxorem, ibid.num.28.pag.339.
Vtiles in cõſtitutione dotis in maritum tranſeũt, ibid.num.37.pag.340.
Omnes tam actiuę, quã paſsiuę tranſeunt in hæredes, clau.7.glo.2.par.4.num.51.pag.594.
Primęuæ fauore dotis reuiuiſcunt in multis caſibus, clau.7 glo.3.par.7.nu.39.pag.704.
Nõ cõfunduntur regulariter in titulis particulari bus, ſed ſolũ in vniuerſalibus ſucceſsionib⁹ per hęreditatis aditionem, ibi.nu.54.pag.206.
Præſcribũtur ſpatio 30.an. clauſ.6.glo.2. par.6. num.17.pag.426.
Omnes legitima præſcriptione tolluntur, clau.7. glo.3.par.13.num.40.pag.770.
ACTOR in exceptione eſt reus, clau.5.glo.1.p. 2.nu.38.pag.35.& num.47.pag.37.
Dicitur etiam in remedijs poſſeſſorijs ille, qui aliũ ad iudiciũ traxit, cl.7.gl.3.p.10.n.13.p.779.
Et reus vterque dicitur eſſe in iudicijs poſſeſſorijs, ibid.num.91.pag.738.
Dicitur eſſe etiã in iudicijs poſſeſſorijs, qui aliũ puocauit, & puocat' dicitur re', ib.n.92.p.739.
Sępe debet venire in iudiciũ paratus, q̃ non eſt in reo, clau.8.glo.vni.par.vnic.nu.8.pag.789.
ACTVM reſoluit ex facto voluntario, an ex facto neceſſario, multũm intereſt, clau.7.glo.2. par.9.num.69.pag.626.
Nihil dicitur, vbi aliquid ſupereſt agendum, cla. 7.glo.3.par.2.num.60.pag.656.
Actus debet fieri iterũm, quando per primum nõ eſt ſatisfactum menti & intentioni diſponentis, clau.5.glo.1.par.2.num.68.pag.40.
Nullus, etiam ab ipſo faciente poteſt reuocari, clau.5.glo.8.par.2.num.38.pag.148.
Factus cũ mãdato inſufficiẽti, nõ ſuſtinetur ex ſufficiẽti, quo vti poterat, cl.9.gl.2.p.7.n.61.p.443
Vt valeat potiùs quàm pereat, iudicandum eſt, clau.6.glo.3.par.5.nu.19.pag.482.
Sub prętextu ſui validitatis nõ põt trahi ad id de quo nec teſtator ſẽſit, nec cogitauit, ib.n.31.p. 484.
Tribuitur ordinanti, nõ exequenti, clau.7.glo. 1.par.2.num.46.pag.532.
Facti medio tempore, ex quibus colligi poſſet voluntas, nõ ſunt attendendi, cũ nõ ſunt facti in plena libertate, cl.7.gl.2.p.7.n.26.p.599.
Duo idẽ ſunt rõe eiuſdẽ cõtextus, & quod vni in eſt, alteri etiam ineſſe creditur, clau.14.& fin. glo.vnica, par.2.num.16.pag.857.
Correſpectiui, ſiue fiãt in eodẽ inſtrumẽto, ſiue in diuerſis, pro vno habentur, & vnus venit ad declarationem alterius, ibid.nu.17.
ADIECTVS ſolutioni, dicitur qui eſt poſit' per alternatiuam, cla.6.gl.1.par.1.n.34.pag.339.
Adiect' ſolutioni nullũ ius agẽdi habet, id.n.35.
Adiectus ad ſui vtilitatem, & vt procurator in rẽ ſuã agere iure optimo põt, ibi.nu.38.p. 340.
Adiectus ſimpliciter ſolutioni cur actionem non acquirat, ibid.num.40.
ADIMPLERE pro ſua parte debet priùs, qui vult ſibi ab alio aliquid fieri, clau.7.glo.3.par. 6.num.32.pag.689.
Adimpleuiſſe, p̃ ſua parte nõ dicitur, qui in nũmo deficit, cla.7.gl.3.p.6.n.14.p.687.n.14.p.687.
ADMINISTRATIONE bonorũ filij patri, phibita, an cẽſeatur vſufruct⁹ phibitus, vbi deciſ. noſtri Senatus, cla.7.glo.1.p.3.n.50.pag.543.
Adminiſtrator dicens ſe non debuiſſe inuentarium conficere, quia non erant bona, tenetur id probare, vide in verbo, inuentarium.
Adminiſtrator quilibet ſemper præſumitur bono animo, ac bona fide rẽ adminiſtraſſe, ac cõtractus feciſſe, clau.11.glo.vnica n.30.p.829.
ADOPTIO diuiditur in arrogationẽ, & adoptionẽ ſimpliciter, cla.6.glo.2.p.6.n. 71.pag.436.
CASSANEVS nolunt ſcribere in iure, quia non erant pecuniæ,vndè ſolueretur ei,clau.6. gloſ. 2.par.6.num.35.pag.429.
CASSANATE commendatur, & laudatur, clau. 10.gloſ.vnica,num.27.& 35.pag.819.& 820. & num.38.pag.821.
CASVS qui contigit in Cathalonia non multis ab hinc annis de famulo qui ſtuprauit filiã domini,clau.4.glo.5.par.2.nu.25.pag.105.
CASVS omiſſus remanet regulariter in diſpoſitione iuris,clau.6.glo.3.nu.45.pag.467.
CAVSÆ laicales in Cathalonia non permittuntur tractari per Iudices Eccleſiaſticos,ſub quocunque prætextu,clau.5.glo.1.par.1.num.33. pag. 8.
Cauſa legitimæ non habet priuilegium, vt ſummarie debeat tractari,clau.5.gloſ.1.par.2,nu.114.pag.45.
Cauſæ duæ lucratiuę circa eandẽ rem digito demonſtrabilem concurrere non poſſunt,clau.5. glo.8.par.14.num.41.pag.286.
Nec in pœnalibus concurrere poſſunt, ibi.nu.42.
Cauſa proxima,& immediata,quàm remota, & mediata eſt potiùs attendenda,clau.6.gloſ.1. par.1.num.65.pag.346.
Cauſę ſua fata habent,clau.6.gloſ.2.par.3.num. 52.pag.398.
Cauſæ dotali non fauemus contra aliam cauſam dotalem,clau.6.glo.3.par.5.nu.48.pag. 485.
Cauſa prima inſpicitur,& cauſa cauſę,clauſ.7.gl. 1.par.2.nu.46.pag.532.
Cauſa mediata,an immediata vndè bona prouenerunt in ſucceſsione pupilli, ſit attendenda, remiſsiuè,clau.7.glo.1.par.3.num. 53.p.544.
Cauſæ duæ cùm exprimuntur, quę nam ex ipſis prævaleat, clauſ.7.gloſ.2.par.2.nu.53.p.559.
Cauſa matrimonij geminatè expreſſa in donatione,efficit vt ob eam cauſam facta illa cenſeatur,non ſimpliciter,quamuis ſemel dictum ſit, donatione ſimplici,&c.ibi.nu.54.
Cauſa,ſeu clauſula,quæ ſolet apponi de ſtylo Notariorum cenſetur abundare,non ea, quæ non eſt niſi de partium conſenſu,ibidem num.59. pag. 560.
Cauſa principalis eſt amplectenda potiùs quàm minùs principalis,& quę apponi ſolet de ſtylo,imò hęc eſt reijcienda,ibid.nu.60.
Cauſa adęquata præſumitur effectui ſubſequuto, clau.6.glo.3.par.2.nu.34.pag.459.
Cauſæ omnes dotales,ſiue agatur de conſtitutione, ſiue de reſtitutione, ſunt in Cathalonia, ſummariæ, clauſ.8.gloſ.vnica,par.vnica num. 5. pag.788.
Plenariæ quas dilationes habeant in Cathalonia, & quas cauſæ ſummariæ, ibidem nu.6.p. 789.
Summarię non expectant ordinem denunciationum, vt decidi poſsint,ibid.nu.12.
Dotis promiſſæ exigendæ de iure communi, ſecundum aliquos,non dicuntur ſummariæ, ſed ſolùm cauſa dotis reſtituendæ, ibidem num. 13.pag.790.
Sed contrarium eſt verum,quòd omnes ſunt ſummariæ,ibid.num.14.
Cauſa dotis reſtituendæ de iure communi non eſt ſummaria,cum non mulieri, ſed patri, aut alicui extraneo eſt facienda reſtitutio, ibidem num.15.
Cauſæ ſummariæ habent duplicem inſpectionẽ, vel reſpectu ordinis,vel reſpectu probationũ, ibidem num.17.
Cauſæ contentionum cum ſunt dubię,non ſolent declarari,ſed permittitur eas deſertas effici,et tunc in fauorem Eccleſiæ cenſetur declaratum clau.7.glo.2.par.10.nu.59.pag.645.
Cauſæ,ob quas ſponſus poteſt non adimplere fidem datam de effectuando marrimonio, tradunt plures,clau.12.glo.vnic.nu.7.pag.832.

Dota-

Dotales non dicuntur ſummariæ reſpectu proba tionum quaſi ſint in probationibus faciendis priuilegiatæ, quod declaratur, ibid. num. 18.
Cauſa dotis grauior eſt, quàm aliorum debitorũ, & quare, clau. 14. & fin. gloſ. vnica par. 2. num. 71. pag. 864.
Cauſa quot modis dicatur vna granior altera, re miſsiuè, ibid. num. 73.
CATHALONIÆ ſtatus tempore aduentus Du cis de Alburquerque, clau. 6. gloſ. 2. par. 2. nu. 11. pag. 381.
Dux de Alburquerque laudatur quòd Cathalo niam multis malis refertam ab eis felicisſimè liberauerit, ibidem.
CAVERE ſimpliciter obligatus, ſatisfacit faciẽ do nudam promiſsionem ſine fideiuſſoribus, clau. 7. glo. 1. par. 1. num. 51. pag. 521.
An debeat mulier pro habendo ſponſalitio, tantundẽ vocato, cum vir vergit ad inopiam, clau. 7. glo. 1. par. 3. num. 23. pag. 539.
Debere mulierem pro habenda donatione prop ter nuptias cum vir vergit ad inopiam, iura nó definiunt, ibid. num. 24.
Non tenetur reus pendente lite de re poſt ſen tentiam reſtituenda, ibid. nu. 73. pag. 752.
CAVTIO iuratoria regulariter non ſufficit in vſufructu, vbi deciſ. noſtri Senatus, ibidem nu. 54. pag. 581.
Cautionis fragilitati nemo tenetur ſe committe re, clau. 7. glo. 2. par. 3. num. 64. pag. 570.
Caurio iuratoria ſufficit in eo, cui conceditur be neficium ne egeat, clau. 7. gloſ. 3. par. 11. num. 68. pag. 69.
Non ſufficit ad exequendum ſententiam Regiã, vbi deciſ. Senatus, ibid. num. 70.
Admititur Clerico in caſu c. Oduardus, de ſolu tionibus, ibidem num. 71.
Cautio idonea verificatur quandoque in ſola iu ratoria, ibid. nu. 75.
Cautio iuratoria quomodo præſtetur, & quæ ſint ad eam neceſſaria, remiſsiuè, ibidem num. 74. pag. 752.
Cautio quam obtem exigitur à creditoribus, qui recipiunt ſua credita in graduatione creditorum, de reſtituẽdo ſi appatuerint alij priores, clau. 5. gloſ. 8. par. 7. num. 33. pag. 207.
Cautio quam præſtant creditores de reſtituendo priotibus, facit quòd pecunia dicatur extans, etiam ſi lit bona fide recepta, & conſumpta, vbi deciſ. ibid. nu. 35. pag. 208.
Cautio in omnibus feré tribunalibus exigitur à creditoribus in graduationibus, quæ fiunt inter eos, de bonis debitorum, ibidem num. 37. pag. 208.
Cautio prædicta in diſcriminatim exigitur, ſiue conſtet adeſſe allos creditores, ſiue non, quod videtur eſſe contra ius, ibid. nu. 39. pag. 208.
Deffenditur communis praxis obligandi credi tores ad prædictas cautiones, ſiue adſint alij creditores, ſiue non, ibidem nu. 4. pag. 208.
Cautio quæ exigitur à creditoribus in diſtributio ne bonorum debitoris, introducta eſt in fauo rem emptoris, ne ab alijs poſtea moleſtetur, vbi deciſ. ibid. num. 46. pag. 209.
Cautio quę præſtatur, eſt potiùs in fauorem cre ditorum non graduatorũ, quàm ipſius empto ris, qui aliàs iam eſt tutus, ibid. n. 52. p. 210.
CEDENTIS omne ius, per ceſsionem, transla tum cenſetur in ceſsionarium, clau. 5. gloſ. 8. par. 15. num. 46. pag. 302.
CERES dicitur inuentrix legum, & frumenti, & quare, clau. 7. glo. 3. par. 11. nu. 49. pag. 749.
CERTIORATIO an ſit neceſſaria in renuncia tione filiæ, remiſsiuè clau. 5. glo. 8. par. 4. num. 50. pag. 177.
CESSANTE cauſa non ceſſat effectus momen tanens, clau. 5. glo. 1. par. 2. num. 60. pag. 39.
CESSIBILE non eſt quod non eſt tranſmiſsibi le ad hæredes, clau. 7. gloſ. 3. par. 8. num. 23. pag. 713.
CESSIO neceſſaria differt à voluntaria, & quo modo, ibidem num. 38.
CESSIONARIVS mariti non poteſt facere fru ctus ſuos pignoris marito pro dote dati, clau. 5. gloſ. 8. par. 15. num. 34. pag. 300.
Ceſsionarij ius extinguitur, ſi per tempus legiti mę præſcriptionis ceſsione vſus non eſt, ibid. num. 56. pag. 304.
In ceſsionarium non tranſit exceptio declinato ria, vide in verbo, exceptio.
Ceſsionarium non comprehendit ſtatutum de compromitendo inter coniunctos, vide etiam in verbo, exceptio declinatoria.
CHARITAS eadem debet eſſe filiorum erga matrem, quæ matris erga filios, clau. 5. glo. 2. num. 26. pag. 62.
Charitas ordinata incipit à ſe ipſo, clau. 6. glo. 2. par. 3. num. 69. pag. 402.
CHRISTVS eſt in medio eorum, qui in nomi ne ipſius congregati ſunt, clau. 6. gloſ. 3. par. 5. num. 10. pag. 480.
CITRA, dictio, in telte deponente de certo tem pore, nocet multùm probationi, clau. 5. glo. 5. par. 1. num. 74. pag. 91.
CLAVSVLA codicillaris eſt, quæ efficit vt re conuale ſcat teſtamentum, quod erat nullũ per pręteritionem poſthumi, ſi poſtea ille moritur, clau. 5. gloſ. 8. par. 3. num. 65.
Clauſula conſtituti tranſfert dominium, & poſ ſeſsionem, clau. 6. gloſ. 1. par. 2. nu. 5. pag. 345.
Clauſula ſummatiè, & de plano, non tollit par tis citationem, clau. 6. gl. 1. par. 4. n. 20. p. 369.
Clauſula codicillaris an operetur quòd ad ſulti nendum actum, diſpoſitio generalis intelliga tur pietatis intuitu potiùs facta, quàm con ſanguioitaris gratia, clau. 6. gloſ. 3. par. 5. nu. 33. pag. 484.
Non operatur niſi vbi teſtamentum non poteſt vale-

valere iure teſtamenti, vt valeat iure codicillorum, ibid. num. 34.
Clauſula abſolutè poſita non refertur ad omnia capitula, provt eſt ipſius natura, cum ſequeretur induci iurium correctionem, vel abſurditatem aliquam, vel etiam repugnantiam, clau. 7. glo. 2. par. 2. num. 33. pag. 556.
CLAVSVLÆ duæ in eadem ſcriptura poſitę cum non poſſunt ſtare, reijcitur vltimò poſita, tanquam per errorem poſita, ibidem num. 63. pag. 560.
Clauſulæ quæ apponũtur in ſpecialib⁹ obligationibus, quæ apud nos frequentantur, ſonant omnes dominij reſernationem, & reſpectu aliorũ creditorum prælationem donec pretium ſit ſolutũ, clau. 7. glo. 2. par. 9. num. 23. pag. 621.
Clauſula, *actum eſt hoc, &c.* continet perfectionem actus, & publicationem inſtrumenti, clau. 13. glo. 1. vni. num. 5. pag. 835.
Clauſula, quę ſolet apponi in omnibus inſtrumentis, quod partes concedũt Notario, vt tot exempla illorum tradat partibus, quot voluerint, ad quid ponatur, & quare, ibidem num. 20. pag. 837.
CLEMENTINA 1. de reſtitu. in integ. declaratur, clau. 7. glo. 3. par. 2. nu. 43. pag. 654.
CLERICVS tenetur, & compelli poteſt dotare ſorores pauperes, ex redditibus beneficij, clau. 5. glo. 3. nu. 33. pag. 67.
Clerici non debent tantum largiri conſanguineis vt diteſcant, ſed quantũ neceſſe eſt ne egeant, clau. 5. glo. 3. num. 34. pag. 67.
Clericus ſeculariſ non cõſequitur legatũ factum pro maritagio, ſicut regularis, cla. 5. glo. 8. par. 1. num. 66. pag. 138.
Eundem habet fauorem atqui regularis quando ſe, & ſua dedicauit Eccleſiæ in perpetuum, ibidem num. 17. pag. 139.
Clericus non poteſt trahi ad Iudicem ſeculare, ſub prætextu iactatorum fictorum, vbi deciſ. noſtri Senatus, clau. 5. glo. 8. par. 14. num. 54. pag. 288.
Quando eſt poſſeſſor, non poteſt per laycum trahi ad Iudicem ſecularem, clau. 5. gl. 8. par. 14. num. 51. pag. 287.
Poſsidens non poteſt amoueri à ſua poſſeſsione niſi conueniatur corã Iudice Eccleſiaſtico, clau. 7. glo. 3. par. 3. num. 21. pag. 662.
Non poteſt etiam in Iudicijs poſſeſſorijs conueniri coram Iudice ſeculari, clauſ. 7. glo. 3. par. 10. num. 93. pag. 739.
Clericatus auget potius charitatem erga proximum, ſignanter erga conſanguineos, clau. 5. gl. 3. num. 31. pag. 67.
Clericus corrumpens mulierem an ſubijciatur eiſdem pœnis, quibus laicus, cla. 5. glo. 5. par. 1. num. 119. pag. 98.
Clericus an poſsit ſe per procuratorem defendere, ſi acculatur de corruptione mulieris, ibid. num. 120. pag. 98.
An deponatur ob corruptionem mulieris, ibid. num. 121.
COACTIO quæ fit à lege, nõ facit matrimoniũ meticuloſum, clau. 5. glo. 5. par. 2. num. 41. pag. 108.
COGNOSCENS mulierem iam corruptam, non punitur pœna dotationis, vide in verbo, mulierem.
Cognoſcentem matrem, & filiam, & duas ſorores, & alias perſonas coniunctas pena mortis puniri debere quando ſtatutum fuit per Romanum Pontificem, clauſ. 5. glo. 5. par. 2. nu. 7. pag. 102.
Cognoſcens Monialem punitur etiam pœna mortis, ibidem num. 8.
Cognoſcens mulierẽ per vim, punitur pœna mortis, vbi deciſ. ibid. num. 9.
Cognoſcentes cum violentia mulierem iã aliàs corruptam, æquiparantur corrumpentibus virginem, ibi. num. 43. pag. 108.
Cognoſcens vaſſallus filiam, vel ſororem domini, qua pœna puniatur, remiſsiuè, ibi. num. 22. pag. 104.
Cognoſcens cuſtos carceris carceratam qua pœna puniatur, ibid em.
COLONI militum non ſunt exempti, ſicut milites ipſi, vbi deciſ. vide in verbo, militum.
Coloni Eccleſię non ſunt exempti à collectis, ſicut ipſa Eccleſia, clau. 5. glo. 4. nu. 46. pag. 75.
COMMISSIO facta alicui per partem, vt de illius conſenſu debeant filij nubere, non valet, nec tenẽtur filij ei parere, vbi deciſ. noſtri Senatus, clau. 6. glo. 3. par. 5. num. 14. pag. 481.
COMMISSVM cum vir non ſoluit gabellam, aut vectigal, nõ impedit oppoſitionem, & optionem mulieris in illis bonis faciendas, clau. 7. glo. 2. par. 9. num. 66. pag. 625.
Eſt ſpecies confiſcationis bonorum, ibi. nu. 67.
Quod ſit in fraudem domini directi non pendet à mera voluntate, ſed à diſpoſitione legali, & à lege, & conuentione ab initio emphyteuſi data, ibid. num. 71. pag. 626.
COMMITISSA magna nubens Doctori non dicitur nubere indigno, clau. 7. glo. 3. par. 15. num. 63. pag. 786.
COMMODITAS percipiendi fructus poteſt cedi, clau. 7. glo. 3. par. 8. num. 27. pag. 713.
COMMODVM nõ debet quis conſequi ex ſuo dolo, & cauillo, clau. 6. glo. 2. par. 3. num. 44. pag. 397.
COMPARATIO litterarum in recognitione ſcripturę priuatæ qualiter fiat, clau. 6. glo. 3. par. 7. num. 7. pag. 503.
Ad verificandum ſcripturam priuatam, eſt remedium ſubſidiarium, ibidem num. 10.
Fragilis dicitur modus verificandi ſcripturam priuatam, ibidem num. 11.
Nunc non practicatur cum omnibus illis requiſitis,

sitis,quæ sunt de iure communi, ibidem num. 12.pag.504.
COMPENSATIO non fit ipso iure, sed parte opponente,& ex eo die,clau.6.glo. 2.par.6. num.60.pag.433.
Fallit quoad impediendum cursum vsurarum, ad hunc enim effectum fit ipso iure compensatio, ibidem num.61.
Non fit ipso iure ad impediendum cursum vsurarum debitarum pro pretio non soluto in cõtractu emptionis,& vẽditionis,ibid.num. 66. pag.434.
Ipso iure an admittatur ad impediendum cursũ vsurarum,& fructuum legitimæ,ibi.nu.67.
Non fit ipso iure in vturis,quę non debentur propter moram,clau.6.glos.2.par.6.n.64.p.433.
Compensandi animus an præsumatur in fratre relinquente aliquid sorori pro dote, cui pater aliud ex eadem causa reliquerat,cuius ille erat hæres,clau.5.glos.3.nu.39.pag.67.
Animo quando legatum censeatur factum, clau. 7.glo.3.par.6.num.102.pag.658.
Præsumitur in necessarijs,non in voluntarijs, ibidem num.103.
Præsumitur in voluntarijs si adsunt coniecturæ,& è contra non præsumitur in necessarijs, ibid. num.106.
Compensare an possit debitor maritꝰ cum debito vxoris contracto ante celebratum matrimonium,vide in verbo,debitor mariti.
COMPVLSIO de contrehendo matrimonium propter fidem datam,in dubio non est faciendavide in verbo,matrimonium.
COMPVTATIO vitæ hominis, quæ facta est in vim legis hæreditatum, non ex eo irritatur quòd postea minus,plus ve vita durat, vide in verbo. legis hæreditatum.
CONSENSVS mulieris facit valere pacta, & conditiones opposita in dotatione rei propriꝫ,clau.5.glo.10.par.1.nu.21.pag.314.
Alicuius vbi est necessarius,si denegatur sine iusta causa,habetur pro præsitto , clau. 6.glos.3. par.5.num.5.pag.480.
Enarratur casus pro patria oppidi Oloti,ibidem num.6.
Consensum præstare vbi recusat ille, à quo petitur,adiri potest superior vt eum compellat, aut sine consensu actum expediat,ibid.nu.7.
Pulcher casus,in quo in Senatu cõdemnatus fuit in expensis qui sententiam obtinuit pro se, quia scilicet petit,quod necessarium non erat, declarari posse sine consensu alterius nubere, non obstante præcepto testatoris,ibid.n.8.
Consensum præstare debens, si recusat consentire , datur licentia actum faciendi sine dicto consensu,vbi decis.nostri Senatus,ibidem 12.pag.481.
Censensus filij in appositione granaminum ipsius doti,nihil operatur,vide in verb. filia.
Consentire litigganti aliud est, & aliud litigare, & subcumbere,clau.6.glos.1. par.3.num. 35. pag. 362.
CONDEMNATIO, seu legatum pro dote mulieris vitiatæ,intelligitur post sequutum matrimonium,non antea,clau.5.glos.5.par.1. num. 90.pag.94.
Conditio posidẽtis potior est in pari causa turpitudinis,clau.5.glo.7.num.10. pag. 120. & nu. 15.pag.121.
Verius tamen est dari repetitionem conditione ob turpem causam,ibid.nu.16.
Quamuis digno tutores pupillam copulauerint, ibidem.
CONDITIO inducit formam , clau. 5. glos.1. par.2.num.26.pag.33.
Si sine liberis, subintelligitur in contractu inter viuos,sicut in vltimis voluntatibus , iuxta l. cũ Auus, de condi. & demonstra.
Posita in testamento patris, ne eam duceret in vxorem,quam corruperat, non est impeditiua matrimonij,& ideò non reijcitur,clau.5. glo. 5.par.1.num.10.pag.83.
Defuncti ex persona hæredis non mutatur,clau. 5.glo.8.par.3.nu.52.pag.162.
Satis est si momento adimpleatur,licèt non duret,clau.5.8.par.3.nu.64.pag.164.
Si sine liberis, non intelligitur in vulgari, sicut in alijs substitutionibus,clau.5.glo.10.par.2.nu. 38. pag. 331.
Si decesserit sine liberis, aut cum talibus, qui non peruenirent ad ætatem testandi,an censeatur ad impleta per decessum filiorum sine testamento per eos condito propter impedimentum patrię potestatis,quamuis peruenissent ad ętatem testandi,clau.5.glos.10.par.2. num. 50. pag.333.
Potest per æquipollens impleri semper, si illa est posita ad consequendum certum effectum,qui æquè consequitur per illud æquipollens, ibidem num.51.
Decisio in terminis in nostro Senatu facta, quòd non æquiparentur,ibid.num.55,pag.334.
Non dicitur merè voluntaria, quando certus effectus est consiedratus in eius adimplemento, ibid.num.52.
Descedendi cum liberis, vel sine eis , voluntaria est,ibid.num.53.
In conditionibus voluntarijs merum factum inspicitur,ibi.nu.54.pag.334.
Vnde nulla extensio permittitur, nec quòd per æquipollens adimplementum illius fiat,ibid.
Si voluerit,non purificatur ex sola animi declaratione,cum testator vltra voluntatem considerauit aliquod factum, vel aliquem effectum etiam,clau.6.glo.3.par.3.nu.14.pag.465.
Si volet purificatur ex sola declaratione voluntatis,quòd vult,clau.6.glos.3.par.3.num. 13. pag. 465.

Si voluerit interuenire negotijs meis, non purificatur ex ſola voluntate, ibi, num. 15.
Idē eſt de conditione, *ſi voluerit aſcendere capitolium*, ibid. num. 16.
Si velit legibus, vel medecine operam nauare, nō adimpletur ex ſola declaratione animi, ſed opus eſt, vt legatum habeat, quòd eis facultatibus operam nauet, ibid. nu. 20. pag. 466.
Si monialis facta fuerit, non cenſetur adimpleta, niſi facta profeſsione, ibid. num. 23.
Conditio habetur pro adimpleta, quando non ſtat per adimplete debentem, ſed per alium, ibid. num. 33. pag. 467.
Si monacabitur, eſt adimplenda intra triennium, clau. 6. glo. 3. par. 4. num. 14. pag. 472.
Poteſt quandocunque adimpleri, cum tempus nō eſt præfinitum, ibid. nu. 19. pag. 473.
Si nupſerit, an requiratur vt dicatur adimpleta ad effectū petendi legatum, conſumatio matrimonij per copulam, remiſsiuè, ibid. nu. 22.
Si nupſerit tali, non eſt adimplenda ad habendū legatum ſub ea relictum, cum decenter, & honeſtè adimpleri non poteſt, ibid. nu. 23. & 24. vbi decif. noſtri Senatus.
De nubendo indigno, admittitur in vidua, non q̄ præcisè teneatur ei nubere, ſed quòd alias nō contrahat nuptias, ibid. nu. 24.
Conditionis implementum tendit ad acquirendam actionem, ibid. num. 36. pag. 474.
Conditioni *de nubendo certæ perſonæ* cenſebitur paritum cum perſona illa requiſita noluit nubere, ibidem num. 42. pag. 475.
Conditioni *de nubendo vni ex filiabus alicuius*, an ceſſetur paritum per requiſitionem vnius, an debeant omnes interpellari, ibid. nu. 43.
Doctores fuerunt in hoc in contrarijs ſententijs, ibidem num. 44. pag. 476.
Nubēdi cū aliquo conſanguineo, nō dicitur impoſſibilis, cum poſsit precedente diſpenſatione Apoſtolica adimpleri, ibid. nu. 56. pag. 477.
Quòd nubat de conſenſu, aut licentia talis, reijcitur de legato, clau. 6. glo. 3. par. 5. num. 1. pag. 479.
Si nupſerit de conſenſu, & licētia alicuius, ipſo iure reijcitur de legato, & habetur pro non appoſita, ibid. num. 4. pag. 480.
Nubendi de conſenſu, & licentia patris, de iure ſuſtinetur, ſecundū aliquos, ibi. nu. 13. pag. 481.
A matre, vel ab alio appoſita, *de nubendo de cōſenſu patris*, an ſit ſeruanda, ibid. num. 15.
Nubendi de cōſenſu alterius valet, ſi eſt ſubſtituta cauſa pia, vbi decif. noſtri Sena. ibi. n. 16. p. 482.
Vt nubat tali, de iure eſt obſeruāda alias incurritur pœna appoſita, ibid. nu. 55. pag. 485.
Vt nubat de conſilio alicuius, appoſita in legato, tenet & valet, & ſi ei non paruerit legatarius, priuabitur legato, ibid. nu. 83. pag. 489.
Iſta nō eſt impeditiua matrimonij, cum conſiliū licèt ſit petendū, non tamē ſequendū, ib. n. 84.
Si nupſerit de conſenſu talis, vel de *conſilio talis* multùm differunt, & in quo conſiſtant differentię, remiſsiuè, ibid. nu. 85. pag. 490.
Item ſi eſt appoſita vtraque conditio, quæ præualeat, remiſsiuè, ibidem.
Negatiua, *ſi non nupſerit*, reijcitur in virgine, ſed nō in vidua, vbi decif. cl. 6. gl. 3. p. 6. n. 25. p. 495.
Si caſtè vixerit, optimè adimpletur ingrediendo monaſterium, ibid. num. 34. pag. 495.
Conditioni, *Si vitam viduali ſeruauerit*, cenſetur paritū per religionis ingreſſum, ib. n. 35. p. 496.
Mulieris ex facto viti deterior effici non poteſt clau. 7. glo. 2. par. 9. num. 61. pag. 625.
Non intereſt hoc, vel illo modo adimpleatur, clau. 10. glo. vniça, num. 47. pag. 822.
Inprimis probare tenetur fuiſſe adimpletam, fundans ſe in conditionali diſpoſitione, clauſ. 5. gloſ. 1. par. 2. num. 27. pag. 33.
CONFESSIO extraiudicialis quādo probet ad liberandū debitorē facta parte abſente, & nō acceptante, clau. 5. glo. 5. par. 1. nu. 67. pag. 90.
Scientia alicuius rei non nocet, ſi non probetur eam habiram fuiſſe eo modo quo debebat, cl. 6. glo. 3. par. 5. num. 76. pag. 489.
Partis quòd contractus ſit vſurarius, nihil facit ad probationem vſuræ, ibid. num. 78.
Nihil facit in his, quę ſunt iuris, ibid. nu. 79.
Partis quòd contenta in inſtrumento nullo ſunt vera, probat, & ſufficit ad condemnandum, cl. 6. glo. 3. par. 7. num. 70. pag. 510.
Facta in teſtamento non probat numerationem, ſed fideicommiſsi, aut legati petitionem indicit, vbi decif. noſtri Senatus, clau. 7. glo. 1. par. 2. num. 71. pag. 535.
De dote recepta facta in teſtamento, non habet priuilegia dotis, ibid. num. 72.
Mariti de vergentia ad inopiam ſufficit ad exactionē dotis quando contra eū ſolū agitur, cla. 7. gloſ. 2. par. 3. nu. 38. pag. 597.
Secus eſt cū agitur contra tertios poſſeſſores, nā tūc exactior probatio requiritur, ibid. nu. 39.
Dotis receptæ facta in teſtaméto ſolū habet vim legati, vbi decif. Sen. cl. 7. gl. 3. p. 1. n. 51. p. 644.
Mariti de dote recepta numerādo in præſentia Notarij, & teſtiū, de iure probat numerationē, tam contra maritum, quam contra creditores, clau. 14. & final. glo. vnica, par. 1. n. 8. pag. 841.
Confeſſus ſe recepiſſe numerādo in præſentia Notarij, & teſtium admittitur, ſi vult, ad probandū contrarium, & quomodo, ibid. nnm. 10.
Confeſsio de pecunia recepta per medium tabulæ, ſubiacet exceptioni non numeratę pecuniæ ſi partita tabulæ non oſtenditur, ibidem num. 19. pag. 843.
Facta in teſtamento cum relatione ad aliud, ſi excedit ſummā contentā in relato, non poteſt valere in illo quod excedit, in vim legati, quia non fuit animus legandi, ibi. nu. 27. pag. 844.
Facta per virū cōſtante matrimonio, vbi preceſſerūt capitula, nocet creditoribꝰ poſt capitula cō tractis

tractis ante confeſsionē, vbi deciſ. ibid. nu. 31.
Quod procedit multò magis ſi adſunt aliquæ cōiecturę ſolutionis, ibid. num. 32.
Reſponderur Valaſco contrarium volenti reſpe ctu creditorum ne eis præiudicetur, ibi. nu. 33.
Confitens ſe recepiſſe pro reſiduo, & ſeu ad com plementum dotis, cenſetur totam dotem rece piſſe, & per id probatum illud remanet, vbi de ciſ. Senatus, ibid. num. 34.
Confeſsio pro reſiduo, & ad complementum fa cta tertio pro alio ſoluenti non probat ſolu tionem totius ad commodum tertij ſoluentis, ibid. num. 35. pag. 845.
Facta de dote recepta poſt promiſsionē, nō no cet quādo adſunt cōiecturæ in cōtrariū, ib. n. 39.
Mariti de dote recepta poteſt ex triplici capite impugnari, de quibus hic, ibid. nu. 41.
Dotis receptę facta ſtatim poſt comm iſſum deli ctū, indicatur fraudulenta, ibi. nu. 47. pag. 846.
Dotis receptæ præſumitur fraudulenta ſi tempo re quo facta fuit, apparebat magnum æs alie num, ibidem num. 48.
Sed non ſufficit quòd maritus habeat vnum cre ditorem in parua ſumma, ibi. num. 49.
Dotis receptæ præſumitur fraudulenta ſi eodem die quo facta fuit, apparet contractum debi torum, & ex alijs cauſis hic relatis, ibid. nu. 50.
Facta à bimbo de dote recepta, abſque eo quòd conſtet de numeratione, præcedente tamen promiſsione facta in capitulis matrimonialibus, an præſumatur facta in fraudem l. hac edi ctali. de ſecun. nup. ibid. nu. 51.
Opinio affirmans, etiam ſi confeſsio ſit iurata, ibidem num. 52.
Confeſsiones perſonarum ſuſpectarum etiam iu ratæ non valent, ibidem.
Opinio negans, ibid. nu. 53. pag. 547.
Confeſsio dotis receptę ſine præcedentia pro miſsionis facta conſtante matrimonio nō pro bat, vbi deciſ. ibid. nu. 60. pag. 848.
Sed an cenſeatur facta ſub ſpe futuræ numeratio nis, an animo donandi, diſſentiunt Doctores, & ad quid prodeſt id ſcire, ibid. num. 61.
Doctores qui de hoc magis ex profeſſo tractant, ibid. nu. 62.
Confeſsionem dotis factam ſine præcedentia promiſsionis, cenſeri factam animo donandi plures tenent, ibid. nu. 63.
Signanter quando concurrunt cōiecturę, & præ cipuè ſi renunciatum eſt exceptioni non nume ratæ dotis, ibidem num. 64. pag. 849.
Item quando confeſsio facta eſt mulieri iam tra ductæ nihil habenti in bonis, ibid. num. 65.
Facta ſine præcedentia promiſsionis, in dubio ſē per præſumitur animo donandi facta, & de ratione, ibid. num. 66.
Sine præcedentia promiſsionis, vbi de conſuetu dine ſolet præcedere, ſemper præſumitur ani mo donandi, ibid. num. 68.
Confeſsata dos ſine præcedentia promiſsionis non habet ius tacitę hypothecę, nec ius prę lationis, ibid. num. 69.
Confeſsio dotis receptę ſine præcedentia pro miſsionis, inualida eſt in omni caſu, quo in va lida eſt donatio inter virum, & vxorem, ibid.
Non præcedente promiſsione, valet, & confirma tur morte vti donatio, ſi adſunt requiſita, de quibus hic, ibid. num. 71.
Habet vim traditionis, ibid. num. 72.
Nō præcedente promiſsione nō nocet creditori bus, qui ante mortē contraxerunt, ibid. nu. 73.
Non præcedēte promiſsione, nullius eſt cōidera tionis, nec eſt curandū ſi lapſa ſunt tēpora op ponēdi exceptionē, vel non, ibi. n. 76. pag. 85.
Præiudicat poſt lapſum tempus opponendi ex ceptionem, ibid. num. 81.
Facta ante contractū matrimoniū præſumitur fa cta ſub ſpe futuræ numerationis, ib. n. 85. p. 851.
Ratio huius dicti ponitur, ibid. num. 86.
Conſtāte matrimonio per virum facta de aliquo augmento dotis, ſubiacet eiſdem exceptioni bus, quibus reliquæ confeſsiones, ibid. nu. 93.
Non cenſetur facta per illa verba, faciunt, & fir mant chartam dotalem, &c. vbi deciſ. Senat. ibid. num. 96. pag. 852.
Confeſsionem dotis receptę cum ſequitur debi torii, & promiſsio de ſoluēdo à patre facta, quid iuris, clau. 14. & fin. glo. vni. par. 2. n. 2. pag. 854.
Sunt qui exiſtimant nihil contra eā poſſe oppo ni vxori per maritum, vel illius hęredes ſi rece pit, vel non, aut aliàs, quia contentatus ma ritus fuit promiſsione patris loco ſolutionis, ibidem num. 3.
Facta per virum, ſi poſtea ex interuallo ſequitur promiſsio, quę ei fiat de ea ſoluenda, tenetur ille ad ſolutionem eodē modo ac ſi ſoluta dos fuiſſet, ſecus ſi incontinenti, ibi. nu. 6. pag. 855.
Facta de dote recepta, ſequutā ſtatim promiſsio ne de ea viro ſoluenda, cenſetur facta contem platione illius promiſsionis, ſecus eſt ſi fit ex interuallo, ibid. num. 10.
Cenſetur facta ſub ſpe futuræ numerationis, cū ex interuallo eſt ſequuta promiſsio, ſed cū incōti neti, ſub ſpe futuræ promiſsionis, ib. n. 1. p. 856.
Facta per virū in eodem inſtrumento, vbi ſcien te, & firmante vxore ſit eiuſdem dotis promiſ ſio, non nocet viro, ibid. nu. 13. pag. 856.
Menoch. notatur, ibid. num. 14.
Cū incōtineti ſequitur promiſsio dotis ſoluēdæ, nī hil operat, ſecūdū opinionē Auct. ibi. n. 15. p. 857.
Facta in teſtamento non probat numerationem, ſed inducit legati, & fideicommiſſi petitionē, vbi deciſ. ibid. num. 23. pag. 858.
Etiamſi in nudis terminis confeſsionis teſtator ſteterit, nec vltrà proceſſerit, ibidem nu. 24.
Facta per grauatum in ſuo teſtamento de dote recepta, non probat numerationē, ibid. n. 28.
Idem eſt in confeſsione inter viuos facta conſta te ma-

te matrimonio,ibidem num.29.
Facta in teſtamento poteſt reuocari, & reuocata cenſetur reuocato teſtamẽto,ibi.n.30.p.859.
Facta in legato reuocata cenſetur reuocato legato,ibid.num.31.
Confeſsiones factæ in teſtamento licèt nõ prosint ad agendum,proſunt tamen ad retinendum,ibid.num.32.
Facta in teſtamento,an probet numerationem ſi præcedit promiſsio dotis,ibid.num.33.
Opinio affirmans,ibid.num.34.
Facta poſt promiſsionem,& obligationem recipiendi caret ſuſpitione,ibid.num.35.
Et videtur facta animo agnoſcendi bonam fidẽ, & plenè probat,ibidem.
Facta in teſtamento caret omnimoda fraudis ſuſpitione,ibid.num.36.
Siue fiat in cõtractu,ſiue in vltima voluntate ſemper præſumitur animo donandi facta,ib.n.37.
Confeſsionem debiti factam in teſtamento non importare probationem debiti, ſed legatum, videtur repugnare rationi naturali, ibi.nu.38.
Factam in teſtamento,poſtquam teſtator eſt iam morruus,videtur debere probare plenè debitum,& quare,ibid.num.39.pag.860.
Doctores recenſentur quitenent confeſsionem factã in teſtamento præcedente promiſsione dotis,probare debitum,ibid.nu.40.
Opinio negans confeſsionem dotis factam in teſtamento,etiam præcedẽte promiſsione dotis,probare debitum,ibid.num.41.
Auctor adhæret huic opinioni,ibi.nu.42.
Confeſsio dotis facta in teſtamento regulariter non probat, ibidem.
Facta in teſtamẽtoeſt de iure reuocabilis,ib.n.43
Simplex dotis receptæ probat numetationem, nec ceſſetur ſub ſpe futuræ numerationis facta cũ fic extraneo,vbi declaratur,ib.n.48.p.862.
Plenè probat cum concurrunt coniectutę,nec aliquid ei poteſt opponi,ibid.num.50.
Præſumitur vera, & non fraudulenta cum ſinit pars labi tẽpus opponẽdi exceptionẽ,ibi.n.55.
Quod declaratur,ibidem.num.56.
Verosimilis probat contra tertium,ibi.nu.57.
In teſtamento facta de dote recepta ex cõtractu ris probat numetationem,ibid.nu.60.p.863.
Conſtante matrimonio facta per ſenem in fauorem vxoris iuuenis,& pulchræ valet,quia præſumitur in remunetationem facta,ibid.nu.61.
Facta conſtante matrimonio ptęualet creditoribus non oſtendentibus de ſuis creditis niſi per debitum confeſſatum etiam,ibid.num.62.
Confeſsio facta pro reſiduo, & ad complemẽtũ, an probet ſolutionem in toto,remiſsiuè,ibid. num.76.pag.864.
Confeſsionibus, iuris conſtitutio non mutatur, clau.6.glo.3.pat.5.num.77.pag.489.
CONFISCATIO vſusfructus quem pater habet in bonis filij,an veniat in confiſcatione bonorum,vide in verbo,vſusfructus.
Habet locum in bonis alienare prohibitis, pro fructibus,dutante vita gtauati, clau.6. glo. 2. par.2.num.7.pag.380.
Non habet locum in dote mulieris, pro delicto viri,nec etiam quoad ſtuctus durante illius vita,ibidem num.8.
CONFVSIO cadit ſuper actionibus, & quo ad eas,ſed non quoad retentionem, vbi creditor inſtituitur hęres à debitore,clau.7.glo.3. par. 7.nu.47.pag.705.
Et adhuc quoad actionem,res habet difficultatẽ, ibidem num.48.
Actionum cauſatur ab vnitate perſonarũ,quia hęres,& deffunctus pro eadem perſona reputantur,ibid.nu.55.pag.706.
Actionum quomodo poſsit eſſe confidetabilis in creditore donstario debitoris,ibid.nu.56.
CONSANGVINEI ex parte matris ſuccedunt filio in ſponſalitio ei acquiſito, cum deſcedit inteſtatus, vbi deciſ.noſtri Senatus,clau.7.glo. 1.pat.3.num.52.pag.544.
CONIVNCTÆ perſonæ quę ſint, quę poſſint agere pro cõiuncto,cl.6.gl.2.p.7.n.56.p.443.
CONIECTVRA ſufficiens etl quòd legatum intelligi debeat pro matrimonio carnali,quando verbis matrimonium,aut nuptias,importãtibus adiunxit teſtator de præſenti, veluti pro matrimonio de præſenti,vbi deciſ.clau.5.glo. 8.par.1.nu.65.pag.138.
Vocationis filiorũ primi ſubſtituti ex vocatione filiorum remotioris,impugnatut,clau.5.gloſ. 10.par.2.num.47.pag.333.
Vocationis filiorum primi ſubſtituti ex vocatione filiorũ ſecundi,an procedat quando tantũ ſũt vocati filij per vulgarẽ,remiſsiuè,ib.n.48,
Quæ deſumitur ex vocatione filiorũ remotioris ad vocationẽ filiorũ proximioris,procedit ex præſũpta mẽte teſtatoris,clau.5.gloſ.10.par. 2.num.9.pag.325.
Vocationis filiorum,vide in verbo,filiorum.
Coniecturalis,& præſumptiua probatio eſt permiſſa, & approbata in iure noſtro, qua paſsim vtimur,clau.5.gloſ.8.par.3.nu.8.pag.155.
CONSTIT.10.de executio de cenſals,intellectus,clau.5.glo.1.par.2.num.17.pag.31.
Conſtitutio dotalis eſt quæ continetur,in clau.6. glo.1.par.1.numi 1.pag.336.
Probat dotis promiſsionem ne confeſsio per maritum poſtea facta impugnetur per exceptionem non numetatę dotis,ibid.num.2.
Conſtit.12.ſub.titu.de execu.cenſuali. & violari. quid diſponat,clau.6.glo.1.par.4.n.1.p.365.
5.de execu.cẽſua.loquẽa de depoſito vnius penſionis,nõ procedit cũ agitur executiuè in vim ſcripturę tertij,ſeu inſtrumẽti guarentigij,ibidem num.7.pag.367.
Conſtitutiones tribuentes executionem cenſualibus,& violatijs ſunt decem & octo priores

ſub illo tit.de executione cenſualium,ib.n.8.
Cathaloniæ ex contrario vſu totius populi cum rollerantia Principis, poſſunt interpretationẽ recipere,imò in totũ abrogari,ib.n.17.p.368.
Cathaloniæ de executione cẽſuali.& violario.nũ quã intellectæ fuere de executione riguroſa, ibidem num.18.
Mieres noſter expenditur ad iſtud propoſitum, ibidem num.19.
Conſtitu.4.& 7.de pauperibus litigantibus,& cõ ſti.3.de executio.cenſuali.declaratur, clau. 6. glo.2.par.3.nu.71.pag.402.
Conſti.15.incip. *ſtatuimy ordenam,tit. de altercats*,declaratur,ibi.nu.83.pag.404.
Conſti.1. & 4.de diuerſos reſcrits interpretantur,clau.6.glo.2.par.4.nu.58.& 61.pag.414.
Conſtitutio dotalis cenſetur viro facta ex ſolã donatione facta per patrem fillæ in capitulis matrimonialibus,quamuis non ſequatur expreſſa poſteà conſtitutio facta per vxorem viro,clau.6.glo.1.par.4.num.41.pag.372.
Conſtitutio dotalis probatur in ſcriptura priuata per teſtes de nota manu cum alijs adminiculis,vbi deciſ.Rot.Rom.clau.6.glo.3.par.7. num.24.pag.506.
Probari poteſt per teſtes,vbi nulla facta eſt ſcritura,ibidem num.35.
Probatur per indicia,& preſumptiones, & per quæ,vbi deciſ.ibid.nu.36.pag.507.
Non requirit ſcripturam,ibi.nu.37.
Probatur teſtibus cum nulla de ea eſt confecta ſcriptura,vbi deciſ.noſtri Senatus,ibid.nu.40.
Cõcepta per verba de futuro,idẽ operatur quod conſtitutio facta per verba de præſenti, ibid. nu.75.pag.511.
Incetra non valet, nec aliquid operatur, ibidem num.76.
Conſti.final.ſub tit.ſolut.matri.expenditur, cla. 7.glo.1.par.1.num.59.pag.522.
Declaratur magis,magiſque,ibid. n.70.p.523.
Los impubers,in eo quod loquitur de ſubſtitutione pupillari,declaratur,clau.7. gloſ.1. par. 3. num.57.pag.545.
9.tit.de executio de cenſals,expenditur, clau.7. gloſ.2.par.8.nu.24.pag.609.
7. ſub tit.de executio de cenſals, perpenditur, ibid.num.46.pag.612.
11.ſub.tit.de iuriſ.omnium Iudi.in totũ non ſeruatur,clau.7.glo.2. par.10.num.15.pag.638.
Conſtitutio. hac noſtra, tenor in vulgari ſermone,clau.7.glo.3.par.1.num.2.pag.638.
Eiuſdem conſti.tenor in ſermone latino,ibidem num.3.
Summarium conſti.hac noſtra,ibi.num.4.
Permitentis creditori accipere fructus pignoris abſque cõputatione in ſortem,validitas in dubium ab aliquibus reuocatur, ibid.n.7.p.639.
Deſenditur, ibidem num.12.pag.640.
Materia pertractanda in explicatione conſti.hac noſtra,ibidem num.13.
Eſt exorbitans,& contraria iuri communi,vbi deciſ.noſtri Senatus,ibidem num.14.
Beneficium competit mulieri pro ſolo ſponſalitio quandoque abſque dote,ibid.n.52.p.644.
Quod contrarium fotet,vbi expreſsè conſtitutio de ſponſalitio non loqueretur, ſed ſolùm de dote,vbi deciſ.ibid.num.53.
Diſpoſitio eſt exorbitans à iure communi, ibid. num.54.pag.645.
Non poteſt diuidi,vt quoad translationem poſſeſsionis in mulierem,operetur quoad omnia bona,quoad beneficium autem faciendi fructus ſuos,quoad aliqua tantùm,clau.7.gloſ. 3. par.4.num.17.pag.673.
Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt conuentiones,& ideò ſtricti iuris,& ad litterã,& ad rectum ſenſum debent intelligi,clau.7.glo.3.par.3.num. 61.pag.656.
Conſti.hac noſtra,diſpoſitio eſt odioſa,non fauorabilis,& talis dicenda,& de ratione, clau. 7. gloſ.3.par.7.num.8.pag.701.
Conſtitutiones Cathaloniæ ſunt ad litteram, & provt iacent,ac Hæbraycè intelligendę, ibid. num.21.pag.702.
Conſti.hac noſtra,eſt multũ exorbitans, & ideò non extendenda,ibid.num.22.
Non emanauit ſimpliciter,ac abſolutè in fauorẽ mulieris,ſed vt citiùs dotem recuperaret,cla. 7.glo.3.par.8.nu.12.pag.711.
Priuilegium an tranſeat ad ceſsionarium mulieris,ibid.num.20.pag.712.
Mieres noluit reſoluere hanc quæſtionem propter ſui difficultatem,ibid.num.21.
Beneficium non tranſit in hæredes præterquam in filios,ibid.nu.25.pag.713.
Deciſio noſtri Senatus,quòd conſti.hac noſtra beneficium non tranſeat in ceſsionariũ,ibi.n.26.
Conſti.2.tit.ſolut.matrimo.diſpoſitio refertur, clau.7.gloſ.3.par.9.num.1.pag.716.
Conſtitutiones Cathalonię,an an admittant extenſionem de vno caſu ad alium,clau.7.glo.3. par.9.num.21.pag.721.
Conſti.final.ſub titu.ſolut. matrimon. declaratur magis,magiſque, clau.7.glo.1.par.1.num. 70.pag.23.
Vnica ſub tit.de dotis promiſsi.declaratur, cla. 7.glo.3.par.12.num.58.pag.763.
5.tit.de cauſ.ſummar.declaratur,clau.8.glo.vnica,par.vnica,num.16.pag.790.
1.ſub tit.de legiti.& diuiſ.illius,expenditur,cla. 9.glo.vnica,par.1.num.55.pag.801.
CONSTITVTVM transfert poſſeſsionẽ abſque actuali,& corporali aprehenſione,clau.5. gloſ.8.par.14.num.38.pag.285.
CONTEMPLATIO non attenditur, ſed factũ in contractibus, cla.6.glo.1.par.1.n.5.p.337.
Actio quæritur non ei cuius contemplatione acquiritur,ibidem.

CONSVMPTIO mobiliũ præſumitur ex curſu viginti octo annorum ſecundum opinionẽ Senatus,clau.7.glo.3.pat.12.num.41.pa.761.
CONSVETVDO in materia intereſſe,ne ſit ex ceſsiuum,attendenda eſt,clau.5.glo.8.par.15. num.21.pag.299.
Succedendi iure maioratus interpretatur dubiã ſcripturam maioratus,vt ita debeat in futurũ deferri ſucceſsio,clau.6.gloſ.3.par.2.num.37. pag.459.
Diſponendi de bonis tanquam liberis efficit, vt libera debeant iudicari,ibidem nu.38.p.460.
Immemorialis ſuccedendi in aliqua familia hoc vel illo modo, regulariter facit ius,ibid. num. 41.pag.460.
Idem eſt in conſuetudine viginti quinque,aut viginti annorum,ibid.num.43.
Eſt optima legum,& contractuum interpres.cla. 7.glo.1.par.1.num.66.pag.522.
Cathaloniç circa ſponſalitium, vide in verbo, ſponſalitium.
Regionis ſi poteſt probari,efficit vt ſemper donatio præſumatur in donis miſsis ſponſæ per ſponſum,clau.7.glo.3.par.6.nu. 80. pag.696.
Auctor difficilè inclinat pro donatione in iſtis rebus,& reddit rationem,ibi.nu.81.
Domicilij viri, cum tractatur de teſtitutione, vel lucro dotis attenditur, ibid.nu.82.
Domicilij vxoris attenditur cum agitur de alijs, de quibus hic,ibi. num.83.
Campi Tarraconç circa aſſociationum mulierũ in melioramentis,& acquiſitionibus,fuit optimè declarata in Senatu in deciſione hic relata clau.11.gloſ.vnica,num.3.pag.825.
Eſt quid facti,& ideò probanda in aſſociationib' vxorum ad melioramenta,per allegantem,vbi deciſ.Senatus,ibid.num.4.
Iſta qualiter ſit probanda,vbi deciſ.Sena.ib.n.5.
Eſt probanda in caſu ſpeciali,de quo controuertia eſt,ibidem num.6.
Martini,quòd exiſtentibus libetis dos eis acquiratur,non intrat quando in capitulis matrimonialibus eſt data facultas mulieri in eo caſu de dote diſponendi,cl.5.gl. 10.p.1.u.47.p.317.
Martini de dote acquirenda filijs,nõ intrat quando eſt illa data filię pro omni iure legitimæ, ibidem num.48.
Quòd dos filijs remaneat,& pactum quòd de ea filia diſponat,non poſſunt ſimulatare,ibidem num.49.pag.318.
CONSVETVM quod eſt, præſumitur factum, clau.11.glo.vnica,num.2.pag.825.
CONSVLES ſi pro ſoluendo debita Vniuerſitatis fuerint negligentes in colligendis collectis ad id impoſitis,capi poſſunt, & inſolidùm exigi,clau.6.glo.1.per.4.nu.36.pag.371.
CONSERVANDI bona in familia animus, eſt magna coniectura quòd non intellexit teſtator de nuptijs ſpiritualibus,cũ de nuptijs meminit, vbi deciſ.cl.6.gl.3.par.6.n.21.p.494.
CONTRACTVS vnus quando dicitur occultari,& alius manifeſtari,clau.5.glo.8.par.13. num.12.pag.267.
Contractus non recipiunt interpretationem amplitiuam,ſed arctatiuam,clau.5.glo.8.par.14. num.11.pag.281.
Agendo non reſcinduntur ex non adimplemento partis alterius,ſed benè excipiendo,clau.6. gloſ.2.par.3.num.18.pag.394.
Probatus manet ſufficienter ad condemnãdum, quando adſunt teſtes deponentes ſe interfuiſſe firmæ inſtrumenti,& vidiſſe firmatum illud fuiſſe per partes,quantumuis defficiant in eo aliquę ſolemnitates,ob quas iſtud nullam fidẽ faciat vt inſtrumentum, clau.6.gl.3.par.7. nu. 71.pag.510.
Ex voluntate duorum,vel plurium conſiſtunt,cl. 7.glo.2.par.2.num.14.pag.555.
Non ſunt interpretãdi ſecundum mentem vnius ex contrahentibus,ſed ſecundum intencionem omnium,ibid.num.24.pag.556.
Ex læſione,ne mulier remaneat indotata, aut ex dolo nullus eſt,& ideò non poteſt pro parte valere,clau.7.glo.2.par.6.nu.25.pag.59[illegible]
Cũ petitur reciſio vigore,l.2.C.de reſcindendi. non reſcinditur in totum,& quomodo,ibidem nu.27.pag.592.
Aliud eſt,& aliud inſtrumentum, vide in verbo, inſtrumentum.
Non cenſetur reprobatus reprobato inſtrumento,vide in verbo,inſtrumento.
Non anullatur ex forma ſtatuti inſtrumẽto annullato,vide in verbo,inſtrumento.
CONTRAHENTES nõ eſt veriſsimile voluiſſe per nouationem à priori contractu recedere,cla.5.glo.8.par.13.nu.37.pag.272.
Non cẽſentur voluiſſe,vt vnus ex alterius iactura locupletaretur,ibid.nu.46.pag.273.
Per firmam, quam faciũt in inſtrumẽto,remanẽt obligati ad illius obſeruantiã,& ſuã recipit inſtrumẽtũ perfectionẽ,cl.13.gl.vni.n.1.p.834.
COPVLÆ carnalis vera,& directa probatio eſt impoſsibilis,clau. glo.5.par.2.n.80.pag.114.
Probatur coniecturis,& præſũptionib', ib.n.81.
An probetur per mulierem dicentem ſe ab alio quo cognitam,ibidem num.81.
CORREDA quæ bona dicantur, cla.6.gl.2.par. 7.num.15.pag.437.
CORPVS delicti debet inprimis iuſtificari in criminalibus,clau.5.glo.5.par.2.nu.56.p.111.
Debet iuſtificari in crimine ſtupri,ib.n.57.p.111
In crimine ſtupri ſolet cõmuniter iuſtificari per recognitionem obſtetricum,ibid.nu.59.
Si nõ mõſtratur in crimine ſtupri, nõ poteſt reus detineri,ibid.num.73.pag.113.
CORRVMPENS virginem, ad illius dotationem tenetur,clau.5.glo.5. par.1.nu.1.pag.81.
An teneatur illã ducere in vxorẽ,ib.n.6.pag.82.

Tenetur alternatiuè, aut nubere, vbi decis. ib. n. 8.
Interpretatio cap. 1. de adulte. ibidem.
Non potest condemnari precisè ad nubendum, sed ad id, vel ad dotandum, vbi decis. Rot. Roma. ibid. num. 9.
Non potest eligere in hac alternatiua de nubendo, aut dotando, nec ipsa corrupta, quod quomodo intelligatur declaratur, ibid. num. 11.
Corrumpens, & corrupta debent concordare in hoc quod est contrahere matrimonium inter ipsos, alias nec vnum, nec aliud potest per eos eligi, ibid. num. 12.
Corrumpens non excusabitur à pena dotationis etiamsi nubat cum corrupta, ibid. num. 13.
Cancer. in hoc adnotatur, ibid. num. 14.
Peguera etiam in hoc animaduertitur, ibidem.
Corrumpens, & corrupta an possint soli concordare de matrimonio ineundo, an verò sit requirendus simul patris consensus, ibid. nu. 17.
Pars affirmans, quòd solus consensus corrumpentis, & corruptæ requiratur, ibid. nu. 18.
Partem negatiuam tenet Auctor, quo ad remissionem dotis pro suo interesse, ibid. nu. 19.
Fauore non solius mulieris, sed & parris etiam inducta sunt quæ de pœnis corrumpentis poenam dicuntur, ibid. num. 20.
Sententia qualiter sit formanda inter corrumpentem, & corruptam circa pœnas nuptiarum contrahendarum, & dotationis fiendæ, vbi decis. nostri, & aliorum Senatuum, ibi. num. 21.
Pœnæ aliæ non sunt in vsu in toto orbe terrarum contra corrumpentes puellas, nisi dotationis faciendæ, aut matrimonij ineundi, ibidem num. 22.
Corrumpens mulierem si compellitur ducere in vxorem mulierem corruptam, potest postea matrimonium meticulosum dicere, clau. 5. gl. 5. par. 1. num. 29. pag. 85.
Data fide de ineundo matrimonio, potest compelli ad seruandam promissionem, vbi decis. Rot. Rom. ibidem num. 31.
Sed quid si sunt in conditione dispares, ibi. n. 32.
Data sibi fide de matrimonio contrahendo, etiã si adimpleat, tenetur vitiatam mulierem dotare, ibi. nu. 41. pag. 87.
Non tenetur dotare mulierem à se vitiatam, si non est illa honestæ vitæ, sed est vilis persona, ibid. num. 44. pag. 87.
Infimæ conditionis, ita etiam tenetur ad pœnas quemadmodum corrumpens nobilem, & magnæ conditionis mulierem, ibidem num. 47. pag. 87.
Quæ postea se non continuit, non tenetur ad pœnas, vbi decis. Rot. Roma. ibid. nu. 52. pag. 88.
Sed contrarium videtur verius, quia ius semel quæsitum ex corruptione, non debet sibi postea auferri ex meretricia postea vita ducta, ibidem num. 53.
In quibus casibus euitat pœnas, remissiuè, ibidem num. 54. pag. 88.
Probatio quæ sit necessaria vt corrumpens virginem teneatur ad pœnas, ibidem.
Excusatur si leuiter persuasit eam, & ipsa cũ modica persuasione consensit, sed vide ibi contra dicentes, ibid. num. 32. pag. 92.
Opinio Auctoris, ibidem num. 83.
Ioannes Gutierr. notatur, ibi. num. 84.
Exceptis casibus in quibus ipse probat contra præsumptam seductionem mulieris, non excusatur à pœnis de iure statutis, ibi. nu. 85. pa. 93.
Corruptæ iuramentum an sit necessarium contra corrumpentem, clau. 5. glo. 5. par. 1. num. 56. pag. 89.
Corrumpens non potest condemnari ad soluendum dotem post mortem mulieris corruptæ, quia non seruiret pro matrimonio, sicut seruire debet, clau. 5. glo. 5. par. 1. num. 89. pag. 94.
Condemnatur ad ponendum penes aliquem quãtitatem dotis illius pro dotando eam, clau. 5. glo. 5. par. 1. num. 93. pag. 94.
Opinio Lupi, quòd pœna sit statim soluenda, non spectato tempore nuptiarum, ibid. nu. 94. pag. 94.
Non liberatur à pœna si postea pater æquè benè eam matrimonio copulauerit, clau. 5. glo. 5. p. 1. num. 107. pag. 97. & num. 117. pag. 98.
Qua ratione non liberetur ab onere dotandi quando pater dotauit eam, & matrimonio cõiunxit, pater verò liberetur, quando corrumpens dotat eandem, ibi. nu. 108. pag. 97.
Debet ei dotem iure actionis, ibi. nu. 112. pa. 98.
Corrumpens an teneatur mulierem corruptam dotare quando ipsa ab alio fuit dotata, & matrimonium iam contraxit, ibid. nu. 117. pag. pag. 98. & nu. 103. pag. 96.
Molina religiosus notatur, ibidem num. 117.
Si vxoratus est, tenetur ad dotationem, & ad aliquam aliam pœnam, ibid. num. 122. pag. 99.
Si taliter est inops quòd mulierem ducere, nec eam dotare potest, subijcitur alijs pœnis, clau. 5. glos. 5. par. 2. nu. 1. pag. 101.
Qui non habebat vnde mulierem dotaret, aut cũ ea nuberet, fuit condemnatus pœna relegationis ad triennium, ibidem num. 4.
Immaturam in Cathalonia punitur pœna mortis, vbi decis. nostri Sena. ibi. nu. 17. pag. 104.
Immaturam si est clericos, qua pœna tenetur, remissiuè, ibid. num. 18. pag. 104.
Tutor pupillam, qua pœna teneatur remissiuè, ibid. num. 22. pag. 104.
Iudex, vel Senator puellam, quæ capta apud eos manet, qua pœna puniuntur, ibidem remissiuè.
Nobilissimam mulierem, cum vilis persona sit, qua pœna puniatur, remissiuè, ibi. nũ. 23. p. 104.
Mulierem licèt pœna grauiori in suo casu, veluti mortis, aut alia iuris ciuilis puniatur, non propterea cessant pœnæ iuris Canonici, quatenùs sunt applicabiles, ibi. nu. 27. pag. 106.

Corrum-

Corrũpentis virginem pœnæ an ſint immutatæ per ius noſtrum municipale Cathaloniæ, ibid. num. 29. pag. 106.
Debet condemnari hoc modo, quod nubat, ſi ipſa, & illius parentes conſenſerint, aut dotet, vbi deciſ. noſtri Sena. ibid. num. 38. pag. 108.
Corrumpens, aut dotans mulierem in terminis noſtri vſatici, ſi quis virginem, ſi vel nubit, vel dotat illam, non tenetur ad aliam pœnam, ibi. num. 49. pag. 109.
Non ex hoc eximitur ab obligatione dotandi, quòd patet filiã dotet, vbi ratio, quia hęc pœna applicatur illi pro intereſſe, clau. 5. gloſ. 5. par. 2. num. 45. pag. 109.
Iſtæ quęſtiones infructuoſę, ac otioſę ſunt, ſecundum Auctoris opinionem, quia non poſſunt in praxi ſuccedere, ibidem nu. 46.
Si eam duxit in vxorem, ſufficit dotare eam illa dote, quæ eſt neceſſaria iuxta qualitatem, & morem regionis, ſi verò non ducit eam, tenetur ad totum id quo indiget vt corrupta, vbi deciſ. Rot. Rom. & aliorum Senatuum, clau. 5. glo. 8. par. 1. num. 85. pag. 141.
Mulier corrupta maiore indiget dote, ibidem.
Tenetur ad damnũ reſarciendũ, ibi. n. 86. p. 141.
Non tenetur ad aliam dotem, quàm ad eam quæ opus eſſet ſi virgo mulier eſſet, quando ſi non nubit cum ea, non poteſt ſibi imputari, ſed mulieri, quæ illius nuptias renuit, ibid. num. 89. pag. 141.
Non tenetur ad aliam dotem, niſi ad eam, quæ neceſſaria mulieri eſt ad nubendum ſuo ęquali. ibid. num. 91. pag. 141.
CREDERE nemo alteri tenetur, niſi fiat ſibi fides per teſtes, vel inſtrumenta, clau. 6. glo. 3. par. 5. num. 72. pag. 488.
Credendum non eſt plus tenori inſtrumenti deperditi relato per teſtes, quam ipſi inſtrumento ſi reperiretur, clau. 6. glo. 3. par. 7. num. 51. pag. 508.
CREDITOR habet intentionem fundatam in regula, quòd aliud pro alio ei ſolui nõ poſſit, niſi debitor probet ſe pecunijs carere, clau. 5. glo. 1. par. 2. num. 30. pag. 33.
Perſonalis etiam priuilegiatus, non auocat pecuniam ſolutam ſecundo creditori, ſecundùm aliquos, licet hic, ſecundũ alios, clau. 5. glo. 8. par. 6. num. 30. p. 197.
Opinio Gaſpar. Anton. Theſau. in hac materia, ibidem. num. 31. pag. 197.
Primus hypothecarius auocat pecuniã extantẽ ſecundo creditori ſolutam, ſecus eſt in non extante bona fide conſumpta, ibid. nu. 32. p. 197.
Non auocat pecuniã ſolutam ſecundo, quando illa non extat, ſe eſt bona fide conſumpta, ibidem. nu. 44. pag. 198.
Primus non auocat quod eſt ſecundo ceſſum, licèt non exactũ, quia ceſſio habet vim ſolutionis, ibid. num. 45. pag. 199.
Primus auocat debitũ ceſſum, ſecundũ noſtri Senatus declarationem, ibi. nu. 47. pag. 199.
Dicitur dolo deſinere poſsidere quando malafide conſumpſit pecuniam ſibi ſolutam, clauſ. 5. gloſ. 8. par. 7. num. 3. pag. 202.
Dicitur non bona fide recipere, & cõſumere, quãdo eſt ei denũciatũ, ne id faciat, ib. n. 26. p. 206.
Prior auocat pecuniam conſumptam quando pars eſt omnium creditorum diligentia, & vnus fuit gratificatus, ibi. n. 30. pag. 207.
Quid diligentior fuit in exigendo à debitore de coſto, vel de proximò decoquendo, an & quãdo teneatur reſtituere, vbi deciſ. ibidem num. 31. pag. 207.
Secundus habens cauſam lucratiuam ſubijcitur auocationi pecuniæ per eum receptæ, ſiue ſit bona fide conſumpta, ſiue mala, cõdictione ex lege, vbi deciſ. noſtri Senatus, ibi. n. 34. p. 211.
In pignore dicitur habere titulum procuratoris debitoris illius nomine, & repręſentare illius imaginem, clau. 5. gloſ. 8. par. 15. n. 53. p. 303.
Poſsidet pignus pro domino, non pro ſe, ibid.
Negotia ſui debitoris gerens, ſi ex pecunia quæ ad ipſum peruenit, ſibi non ſoluit, in culpa eſſe cenſetur, & ſi aliud pecuniæ obuenit, actionem amittit, clauſ. 6. gloſ. 1. par. 2. num. 67. pag. 353.
Ex cauſa oneroſa, etiam poſterior, præfertur creditori anteriori ex cauſa lucratiua, clau. 7. glo. 1. par. 2. num. 22. pag. 529.
FRAVS præſumitur ex particulatibus alienationibus ſimul iunctis, clau.5.gloſ.8.par.2.nu. 43.pag.149.
Præſumitur inter virum & vxorem, quando contractus emptionis, & vẽditionis inter eos celebratur, nec conſtat de pretij ſolutione, clau. 5.glo.8.par.4.nu.65.pag.180.
Fraudis præſumptio inducitur in patentibus ex tranſitu ad ſecundas nuptias, clau. 5. gloſ. 8. pat. 5.num.19.pag.187.
Suſpitio in confeſsione de dote recepta facit ne ei ſtandum ſit, clau.14.& fin.glo.vni.par.1. num.40.pag.845.
Fraus, & fraudandi animus nõ præſumitur, ideò illam, & illum allegans tenetur probare, ibid. num.43.pag.846.
Coniecturis probatur, ibid.num.45.
Fraudem, & animũ fraudandi diiudicare eſt in arbitrio Iudicis poſitum, ibid.num.46.
FRIGIDITAS, & impotentia coëundi habent veſtigia ex quibus dignoſcãtur, clau.5.gloſ. 5. par.2.num.73.pag.113.
FRVCTVS veniunt in reuocatione, quæ fit per legem hac edictali, C. de ſecun.nup. etiã ante litem motam, vbi deciſ. clau.5.gloſ.8. par. 4. num.54.pag.178.
Et intereſſe in Cathalonia nõ ſolent adiudicari, niſi á die litis motæ, ibid. num.56. & clau.6. gloſ.2.pat.1.num.36.pag.378.
Bonorum paraphernalium, vide in verbo *paraphernalium bonorum fructus.*
Pignotis dati pro dote nunquam poſſunt excedere laborem mariti in ſupportando onera matrimonij, clau.5.gloſ.8.par.15. num. 7. pag.297.
Omnes dotis ſpectant ad maritum, ſiue iuuent ad ſuſtinẽda onera matrimonij, ſiue nõ, cla.6. glo.1.par.3.num.9.pag.358.
Dotis qui illã augẽt, poſſunt poſteà eadẽ actione de dote ſeparatim peti, ſi in teſtitutione dotis eorum non meminerunt partes; clau.6.glo.2. pat.1.num.22.pag.376.
Legitimę poſſũt peti ſeparatim poſt cõſequutã iam ipſam legitimam, ibid.nu.23.
Veniunt ſtatim ſtãte mora, ibid.n.31. pag. 377.
Percepti poſt ſolutum matrimonium augẽt dotem. ibid.num.33.
Dotis non lucrantur hæredes mariti poſt ſolutũ matrimoniũ, etiamſi vidua commotetur cum illis, tetcuto quod pro alimentis vidua expẽdiſſet, ibid.num.34.
Niſi ex ſcientia, & patientia, ac nõ contradictione mulieris donatio dictorum fructuum induceretur, ibidem.
Dotis non facit hętedes mariti ſuos poſt diſſolutũ matrimoniũ, etiã in anno luctus, quo illi præſtant alimenta, niſi pro rata alimẽtorum, ibid.num.35.
Idem procedit in Cathalonia, vbi viduæ aluntur ab hæredibus viri intra annũ luctus, ibi. n.36.
Dotis, ratione onerum matrimonij, non ratione dominij ſpectant ad maritum, clau.6. gloſ.2. pat.1.num.5.pag.374.
Dotis augent ipſam dotem pro tẽpore, quo maritus non ſuſtinuit onera matrimonij, ibidem num.12.pag.375.
Fructuum dotis donatio, an inducatur ex traditione per ſponſam ſpõſo factã, vide in verbo *donatio fructuum.*
Fructus dotis non facit maritus ſuos poſt ſolutum matrimonium, clau.6.glo.2.par.1. num. 28.pag.377.

Dotis qui ſuperſunt deductis onerib⁹ matrimonij ſunt mariti, clau. 6. gloſ. 2. par. 2. num. 21. pag. 386.
Alij dicuntur naturales, alij artificiales, alij induſtriales, & alij ciuiles remiſsinè, ibid. num. 50. pag. 389. & cla. 6. glo. 2. par. 7. n. 53. pag. 443.
Fructuum dotis diuiſio, vide in verbo *diuiſio*.
Dotales non ſic priuilegiati ſunt ſicut ipſa dos, vbi deciſ. clau. 6. glo. 1. par. 2. nu. 54. pag. 355.
Ex mobilibus ex ſe infructiferis qualiter colligi poſſe dicantur, clau. 6. gloſ. 2. par. 6. num. 15. pag. 426.
Cętera de fructibus dotis, & an & quando maritus illos percipere pōt, vide in verbo *maritus*.
Paraphernalium bonorum conſumpti de voluntate vxoris non repetuntur per eandem, clau. 6. gloſ. 2. par. 7. num. 29. pag. 439.
Bonorum paraphernalium ſi probantur cōſumpti de voluntate vxoris præſumuntur donati, nec repeti poſſunt, ſi vir nō eſt factus locupletior, vbi deciſ. noſtri Senatus, ibi. n. 43. p. 441.
Voluntas, & conſenſus mulieris in conſumptione fructuum bonorum paraphernalium, an præſumantur, an probanda ſint, & ibi opiniones, ibid. num. 44.
Quibus modis id probetur, ibid. num. 45.
Voluntas, & conſenſus mulieris in paraphernalibus non eſt probanda circa cōſumptionem, ſed ſufficit circa perceptionem fructuum, ne repeti poſsint, ibid. num. 46.
Bonorum paraphernalium, vide in verbo, *bonorum parapbernalium fructus*, & in verbo *maritus*.
Quomodo probentur percepti, & liquidentur vbi reſtituendi ſunt remiſsiuè, ibid. num. 73. pag. 445.
Fructuum appellatione quæ veniant remiſsiuè, ibid. num. 74. & clau. 7. gloſ. 3. par. 5. num. 40. pag. 681.
Dotis exactę cùm vir vergit ad inopiam, ſi qui ſuperſunt deductis alimentis ſunt viri, & creditorum, clau. 7. glo. 2. par. 3. n. 50. pag. 568.
Non veniunt in remedio legis 2. C. de teſcind. vendi. quia contractus eget reciſione, quæ non habet oculos retrò, clau. 7. gloſ. 2. par. 5. n. 10. pag. 579.
Fallit in fructibus decurſis poſt litem motam ſoluto alteri intereſſe pecuniæ, vbi deciſ. ibid. num. 11. & 12.
In Cathalonia ex communi praxi adiudicari ſolent à die litis conteſtatæ, ibid. num. 12.
In reſtitutione in integrū nō veniunt niſi ex die illius petitionis, vbi deciſ. noſtri Senatus, clau. 7. gloſ. 3. par. 2. num. 13. pag. 650.
Declaratur, vt procedat in reſtitutione gratię, nō in reſtitutione iuſtitiæ, ibid.
Ratio cur fructus nō veniunt in reſtitutione gratioſa cōceſſa eccleſiæ approbata per Senatū, & notanda, ibid. num. 14.
Non venire in reſtitutione in integrum gratioſa, niſi ex die petitionis reſtitutionis, eſt in tribus aulis noſtri Senat' ſine difficultate receptum, ibidem num. 15.
Rerum dotaliū an currant vxori in anno luctus, quæ alimenta recipit in domo hęredis, cla. 7. gloſ. 3. par. 5. num. 36. pag. 681.
Percipiendi quando quis ad eos eſt condemnatus quomodo debeant liquidari, cla. 7. glo. 3. par. 9. num. 35. pag. 723.
Qui reſtituuntur ſpoliato per ſpoliatorē dicūtur reſtitui pœnæ nomine, ibid. n. 38. pag. ea.
Quando dicantur pendentes, vel à ſolo ſeparati, clau. 7. gloſ. 3. par. 15. nu. 14. pag. 781.
FVMVS iuſtitię eſt neceſſarius ad obtinendum alimenta lite pendente, clau. 6. gloſ. 2. par. 4. num. 26. pag. 410.
FVNDAMENTVM ſuæ intentionis, quilibet probare tenetur, cla. 5. glo. 1. par. 2. n. 28. pag. 33.
Fundans ſe in diſpoſitione qualificata qualitatē probare tenetur, clau. 5. gloſ. 1. par. 2. nu. 24. pag. 33.
Fundans ſe in conditionali diſpoſitione conditionē inprimis probare tenetur fuiſſe adimpletam, vide in verbo, *conditionem*.
FVNDVS DOTALIS euinci poteſt conſtante matrimonio, clau. 5. gloſ. 8. par. 6. num. 23. pag. 195.
Dicitur res data in dotē, quando data eſt inæſtimata, non aliàs, clau. 5. glo. 8. par. 13. nu. 17. pag. 268.
Non eſt reſtituendus, vti æſtimatus, quando dictū eſt quòd reſtituatur, ſi penes virum extat, & ſi non extat, teſtituatur pretium vel valor, ibid. num. 18.
Quamuis æſtimat', in ſubſidiū debet mulieri reſtitui, vbi deciſ. ibid. num. 78. pag. 277.
Sicut non nō poteſt alienari, ſic nec præſcribi ex negligentia viti, clau. 6. gloſ. 1. par. 2. n. 93. pag. 352.
Non dicitur, cuius nondum poſſeſsio eſt tradita viro, clau. 6 gloſ. 2. par. 6. nu. 1. pag. 424.
FVNERIS mulieris impenſæ ad eum ſpectant ad quem vadit dos, clau. 6. gloſ. 2. par. 5. n. 20. pag. 420.
Funerum impenſa æs alienū dotis eſt, ibid. n. 21.
Spectat ad hæredem defuncti, ibid. nu. 22.
Detrahitur ex bonis vinculatis in ſubſidiū, ibid.
Funerum impenſæ non reſpiciunt defunctū, ſed hæreditatem, & patrimonium ipſius defuncti, ibidem num. 27.
Et illarum, creditores præferuntur mulieri pro dote, ibid. nu. 29. pag. 421.
Quę habent prælationem, intelliguntur de neceſſarijs, non de voluntarijs, & quę fiūt ad pompam, vbi deciſ. noſtri Senatus, ibid. nu. 30.
Quę dicuntur factę pro neceſsitate, & quæ ad pompam, remiſsiuè, ibid. nu. 31.

Æquales

Æquales debent esse viro,& vxori, ibid.nu. 32.
FVROR in genere probatur testibus singularibus,clau.5.glos.5.par.1.num.65.pag.90.
FVRTVM tolleratur ob famis necessitatem, verùm si posteà superueniunt diuitiæ, restituendum est,clau.5.glos.1.par.2.num.57.pag.38.
In genere,probatur testibus singularibus, clau. 5.glos.5.par.1.num.64.pag.90.
FVSTIGATIONIS pœna non imponitur, nisi pro delictis, quæ infamiam irrogant, vide in verbo,*pœna*.

G

GEMINATIO,& repetitio alicuius qualitatis multories facta,nõ debet iudicari otiosa,& sine effectu aliquid operandi,clau.5. glo. 8.par.9.num.26.pag.232.
Nihil operatur cum est facta in cõtinenti,non ex intervallo,clau.7.glo.2.par.2.num.57.p. 559.
Quod intelligitur in geminatione actuum, non in geminatione verborum,ibidem num.58.
GENER dolo inductus ad aliquam ducendum in vxorem sub prætextu quòd eam hęredem socer institueret,licèt id posteà non faciat socer,non potest conqueri de eo,clau.5.glos. 8. par.8.num.33.pag.223.
GENVS constat,& perficitur ex pluribus speciebus,& particularibus,clau.5.glos.5.par. 1.nu. 61.pag.89.
GRATIS debet id facere quilibet, quod facere de iure tenetur,cla.5.glo.7. nu.5.pag.120.
Fallit in donulis gratuitò daris sine pactione,sed sponte ob gratitudinem,& similia,ibid.nu.6.
GRAVAMEN appositum per pattem dotationi filiæ citra omnem legitimę renunciationẽ, quòd dos restituatur eidem,filia in vita sua in matrimonio decedente,valet,clau.5.glos. 10. par.1.num.31.pag.315.
Non tamen valet in fauorem hęredum,quia rũc per mortem patris dos fortita est naturam legitimæ,vbi decis.ibi.nu.32.
Potest apponi doti, ibidem num.35.pag.316.
Vide etiam in verbo,parer,& in verbo,parẽtes.
Grauamen,& onus omne reijcitur à legitima,ibidem num.36.
Grauamina, & vincula in quibus casibus possint apponere parentes doribus filiarum, ibidem num.38.
Grauaminum in appositione doti consensus filiæ nihil operatur, quia vix potest considerari vnquam saltem liberè prestitus propter metum teneterrialem,& alias, ibidem num. 37. vide in verbo,vincula.

H

HÆREDITAMENTA in Cathalonia magnam causarunt stragem,& ruinam,clau.10. glos.vnica,num.4.pag.815.
Minuunt notabiliter obsequium à filijs parentibus debitum,ibid.num.5.
Non habet iam nunc Senatus, & Senatorum erga se propensum animum sicut anteà, ibidem num.7.
Auctor non fuit vnquam benè affectus istis hęreditamentis,ibidem num.8.
Quæ anteà visa fuerũt valida,nũc talia nõ iudicãtur ex omni parte,ibid.num.9.pag.816.
Alia sunt simplicia, pura, necessaria, & præcisa, alia verò respectum habentia ad alia matrimonia, & conditionalia videntur, vbi ponuntur exempla,ibidem num.11.
Pura,& simplicia nullam habentia conditionem nullumque respectum nullam mutationẽ, aut alterationem receperunt hucvsque, ibidem num.12.
Quæ videntur conditionalia, ac respectiua ad aliud matrimonium anteà dicebantur valida, & pro eis iudicabantur nullo alio de conditione,aut respectu probato,ibidem nu.13.
Cũ clausula declaratiua,*hoc est filij pro filijs,&c.* olim declarabantur valida in Senatu, ac si pura,& precisa forent,ibidem num.14.pag.817.
Dicentia respectum ad aliud matrimonium,& filius non declarantur nunc aliquem effectum posse operari nisi verificatis conditionis, vbi decis.Senatus,ibidem num.15.
Cum clausula in fine posita, *hoc est filij pro filijs, &c.* quomodo nunc iudicentur,ibid. num.16. pag.818.
Prælatiua quę declarata fuerint in Senatu, ibid. num. 17.
Cõditionalia, & respectũ ad alia matrimonia habẽtia in quibus principalis intentio erat excludendi, non includendi, nunquam per Auctorẽ fuerunt habita pro legitimis hæreditamentis, ibi.nu.33.pag.820.
Requirentia altiorem indaginem non impediũt executiones,quæ fiunt in bonis parentum,ibi. num.54.pag.823.
Casus pulcher in materia hæreditamentorum in Senatu ter decisus,& ibi prima decisio,ibi.nu. 39.pag.821.
Decisio secunda Senatus circa hæreditamentum prædictum,de quo num.39.Contraria primæ, ibidem num.43.
Decisio tertia Senatus in casu hęreditamenti de quo suprà num.39.ibid.num.50.pag.822.
Doctores recẽsentur,qui exactiùs quàm alij materiam hanc tractant,ibidem num.51.
Hęreditatus,vt dominus rei debet æquo animo ferrè damna,quę obueniũt administrationi rerum suarum per hæreditantem reseruatæ, vel alteri commissæ si bono animo , & bona fide administrando id contingit,clau.11. glos. vnica,num.25.pag.828.
HÆREDITAMENTVM factum in capitulis matri-

matrimonialibus in fauorem filiorum ſecundi matrimonij in prejudicium filiorum primi, de iure non valet, clau. 5. gloſ. 8. par. 4. uum. 5. pag. 169.
Prælatiuum quid operetur, ſecundum vnam opinionem, clau. 10. glo. vnica, num. 18. pag. 818.
Et quid, ſecundum aliam opinionem, ibid. n. 19.
Auctoris opinio circa iſta, quæ dicuntur prælatiua hæreditamenta, ibidem num. 21. pag. 819.
Mens contrahentium in hæreditamentis ſolùm videtur eſſe prouidere ne parentes prætermiſſis filijs primi marrimonij, ſecundos hæreditet ſi eos habent, ibidem num. 22.
HÆREDITAMENTORVM materia quare tractata fuit in 1. tom. clau. 10. gloſ. vnica, nu. 1. pag. 815.
Recepta multùm antea fuit, ibidem num. 2.
Magnam poſt impreſſum primum huius laboris tomum, recepit diminucionem, ibidem nu. 3.
Hæreditamentorum cauſæ plures detinentur ſuppreſſæ in Senatu ſine declaratione, & quare, ibidem num. 10. pag. 816.
HÆRES patris tenetur etiam ad filiam dotandam, clau. 5. glo. 1. par. 1. num. 48. pag. 12.
Hæredes ſi ſunt plures, an inſolidùm teneantur ad filiam teſtatoris dotandam, ibid. num. 49.
Non poteſt recuſare onus, quod incũbebat deffũcto, clau. 5. glo. 1. par. 1. uum. 51. pag. 12.
Aut bonorum poſſeſſor, non tenetur dotare filiã deffuncti diuitem, vide in verbo, dorare.
Tenetur probare bona libera, vt inrret auctores quæ, ſecundum vnam opinionem, vbi deciſ. clau. 5. gloſ. 1. par. 2. uum. 18. pag. 31.
Qui fecit inuentarium, ſi dicit non eſſe alia bona, non tenetur ad aliud, clau. 5. gloſ. 1. par. 2. num. 33. pag. 34.
Alienando, videtur illud eligere pro ſuis iuribus, clau. 5. glo. 1. par. 2. num. 41. pag. 36.
An tertius poſſeſſor teneatur probare conſumpta fuiſſe iura, ſeu retentiones alienantis, quando vnus affirmat, & alius negat, vbi deciſ. Sen. ibidem num. 48. pag. 37.
Patris qualiter illius filias dotare teuetur, clauſ. 5. gloſ. 8. par. 1. num. 78. pag. 140.
Prima opinio, quòd eodem modo quo pater teneretur ſi viueret, ibid. num. 79. pag. 140.
Poteſt allegare beneficium legis ſi vnquam, C. de renocandis donationibus, clau. 5. gloſ. 8. par. 3. num. 49. pag. 161.
An deffunctus debuerit priùs declaraſſe ſuam voluntatem, latè diſcutitur, ibidem.
Excipiendo poteſt opponere de beneficio l. ſi vnquam, C. de reuo. dona. ibid. num. 50.
An poſſit agendo, beneficio, l. ſi vnquam, C. de reuocan. dona. iuuari, eſt valdè controuerſum, vbi pro vtraque parte deciſiones, ibid. nu. 53.
Opinio Auctoris pro hærede, ibidem num. 54. & num. 55. pag. 162. & 163. & num. 67. pag. 165.
Faciliùs multò admittitur ad beneficium l. ſi vnquam, C. de reuo. dona. quãdo probat aliquod impedimentum deffuncti.
Et quę poſſint eſſe huiuſmodi impedimenta, ibi. num. 68. pag. 165.
Dicitur qui eſt dominus bonorum deffuncti, cla. 5. glo. 8. par. 4. nom. 76. pag. 181.
HÆRES FIDVCIARIVS nõ dicitur hæres ad ſui cõmodum, cla. 5. gl. 8. par. 4. n. 75. pag. 181.
Fiduciarius quando quis dicatur inſtitutus, ibidẽ num. 77.
Fiduciarius non cẽſetur propter ſe inſtitutus, nec fructus facit ſuos, nec ttebellianicam dettahir, nec aliquod emolumentum habet, ſed eſt nudus miniſter, ibidem.
Fiduciarius alliquis eſſe probatur, ex ſola confidentia, quam fecit teſtator de aliquo, ibidem num. 79. pag. 182.
Hæredis fiduciarij coniecturę, & requiſita, ibid. num. 78. pag. 182.
Alia requiſita ad fiduciam probandam, ibid. nu. 80. pag. 182.
Fiduciarius non probatur niſi purè ſit ei relictum, ibid. num. 81. pag. 183.
Fiduciarius ſi moritur ante teſtatorem, non caducatur inſtitutio, quia ille non erat verus hæres, ibidem num. 83.
Fiduciarius non probatur ex ſola prohibitione trabellianicæ, ibidem num. 84.
Fiduciarius, & fiducia ipſa probantur ex ſola amicitia teſtatoris, clau. 5. gloſ. 8. par. 4. num. 81. pag. 182.
Hæres cenſetur eſſe in mala fide quando ſciens adeſſe alios creditores anteriores, ſoluit poſterioribus, clau. 5. glo. 8. par. 7. uu. 24. pag. 206.
Vnus poteſt replicare de extinctione iurũ aliorum, quando ſibi opponitur quòd non ipſe ſolus eſt hęres, cla. 5. gl. 8. par. 15. n. 57. pag. 304.
Non iuuatur pacto facto in fauorem deffuncti de ſtãdo dicto illius circa damna, & expenſas, clau. 5. glo. 9. num. 6. pag. 307.
Cum beneficio inuentarij poteſt ſoluere in corporibus hęreditarijs, ſi ex eo apparet nõ eſſe in hęreditate pecuniam numetabilem, ex qua poſſit ſarisfactio debiti fieri, clau. 6. gloſ. 3. par. 3. num. 39. pag. 458.
Grauatus ſub cõditione eſt pleno iure dominus, clau. 7. gloſ. 3. par. 3. num. 53. pag. 666.
Idem eſt in ſucceſſore maioratus, ibidem.
Grauatus repetit ſemper expenſas factas pro cõſeruandis, vel recuperãdis rebus hęreditarijs, clau. 7. glo. 3. par. 5. num. 52. pag. 683.
Poteſt mortuo marito ante mulierem capere actualem, & realem poſſeſsionem bonorum deffuncti, & ſi oſtenſo per mulierem de dote, ei fit ſatisfactio, non eſt de quo conqueti poſſit, clau. 7. glo. 3. par. 6. num. 8. pag. 686.
Poteſt cum ſolta Iudicis depoſitum facere mulieri renenti, & poſſidenti bona viri, ad effectum vt depoſitum liberari illi mandet quando viderit

derit iustum esse, ibidem num. 35. pag. 690.
Grauatus an teneatur soluere sibi in suis creditis si adsit in hæreditate de quo solutio fiat, clau. 7. glo. 3. par. 7. num. 35. pag. 704.
Etiam sine inuentario deducit sua credita, ibidē num. 45. pag. 705.
Hæredis grauati, qui possidet bona vinculata, tenetur præstare patientiam ad instantiam fidei commissarij, vt bona vendantur, vt ex eis sibi satisfiat in suis creditis, vbi decis. clau. 7. glos. 3. par. 8. num. 14. pag. 711.
Intra tempus exequiarum non est molestandus, vbi decis. Senatus, clau. 7. glo. 3. par. 1. nu. 58. pag. 645.
Absens, licet lex dicat quòd debeat perficere inuentarium intra annum à die mortis testatoris, intelligitur, & aditæ hæreditatis, ibidem num. 59.
Alicuius tertij possessoris cum conuenitur, est necessarium probare rem obligatam, quæ possidebatur per defunctum, deuenisse ad hæredē, clau. 7. glos. 3. par. 13. num. 9. pag. 766.
Quia in hoc iudicio non agitur contra eum, vt hæredem, sed vt possessorem, ibidem num. 10.
Tenetur factum defuncti approbare, clau. 9. glo. vnica, par. 1. num. 55. pag. 801.
Hæredes mariti non lucrantur fructus dotis post solutum matrimonium, vide in verbo, fructus dotis.
Mortuo marito non possunt opponere vxori de adulterio ne soluant ei dotem, clau. 7. glos. 3. par. 12. num. 3. pag. 757.
Præterquam in tribus casibus, qui hic enarrantur, ibidem num. 4.
Hæredes possunt vxori volenti repetere dotem opponere de adulterio, si maritus conquestus in vita extraiudicialiter saltem fuerat, vbi decis. ibid. num. 5.
Possunt semper vxori dotem repetenti opponere de adulterio in vita mariti commisso, cū vir fuit illius nescius, ibid. num. 10. pag. 758.
Idem est si maritus fuit solum dubitans, ibidem num. 11.
HYPOTECA est debilior dominio, clau. 5. glo. 8. par. 6. num. 34. pag. 197.
Non datur in re aliena, ibidem nu. 36. pag. 197.
Creditoris in bonis debitoris non extinguitur per distractionem bonorum illius, nec ei præiudicatur si non est citatus, vbi decis. cla. 5. gl. 8. par. 7. num. 41. pag. 208.
Creditorum non comparentium in publica distributione bonorū debitoris ad instātiam vnius, vel maioris partis faciendā, non propterea tollitur, ibid. num. 45. pag. 209.
Competit mulieri in bonis viri pro parapherna libus, sed non cum prælatione, clau. 6. glos. 2. par. 7. num. 63. pag. 444.
Facita quę dicatur, clau. 6. glos. 3. par. 3. num. 2. pag. 546.
Tacita competit pro dote, tam in fauorem mariti, quàm vxoris, ibid. num. 3. pag. 547.
Tacita an competat pro alimentis debitis per virum vxori, ibid. num. 4.
Et an pro vsuris dotis competat eadem tacita hypoteca, ibidem num. 5.
Tacita vxoris pro dote in bonis mariti est cum prælatione, secus in tacita mariti adueršusvxorem, ibid. num. 6.
Tacita pro dote parùm est in vsu, cum ferè semper constituatur cum scriptura, in qua continetur expressa, quæ est pinguior, & vtilior, ibidē num. 13.
Tacita quandoque pinguior est, & vtilior expressa, ibidem num. 14.
Specialis an tollat generalem, remissiuè, ibidem num. 20. pag. 548.
Expressa dicitur contrahi quando expresse bona obligantur alicui, ibidem num. 21.
Expressa est duplex, alia generalis, alia specialis, ibidem num. 22.
Generalis dicitur quando bona debitoris generaliter obligantur, ibidem num. 23.
Specialis dicitur cum vna res particulariter obligatur creditori, ibidem num. 24.
Expressa dotis incipit ex die promissionis, & fert ex die soluti matrimonij, retrotrahitur tamen ad diem promissionis in præiudicium creditorum medio tempore contractorum, ibid. n. 27.
Idem procedit in hypoteca tacita, ibidem.
Idem procedit respectu pecuniæ receptæ constante matrimonio ex alienatione fundi dotalis, ibidem num. 28. pag. 549.
Pro dote non incipit ex die promissionis cum matrimonium statim non contrahitur, vbi decis. ibidem nom. 29. & 30.
Dotis incipit, secundum alios, ex die promissionis, etiamsi tunc non esset contractum matrimonium, vbi decis. ibid. num. 32. & 33.
Dotis, & pro dote incipit ex die promissionis, etiamsi postea non sequatur matrimonium, vbi decis. ibid. num. 39. pag. 550.
Generalis qualiter regulariter concipiatur, ibid. num. 42.
In bonis viri incipit ad fauorem vxoris, non ex die alienationis fundi dotalis, sed à die promissionis, vt in alijs, vbi decis. nostri Senatus, clau. 7. glos. 2. par. 4. num. 25. pag. 575.
Iudices reprehenduntur qui sine distinctione, & necessaria examinatione supersedimenta ad instantiam mulierum executionibus quæ fiunt contra bona maritorum prouident, maximè generalia executionibus instatis, & instandis, clau. 7. glo. 2. par. 4. num. 28. pag. 575.
Specialis non tribuit de iure prælationem respectu anteriorum creditorum, clau. 7. glos. 2. par. 9. num. 3. pag. 622.
Specialis plus proculdubio operatur quàm generalis, ibid. num. 30. pag. 622.

Specia-

Specialis quid,& quantùm opetetur circa impedimentum translationis dominij in emptione,& venditione,remiſsiuè,ibidem num. 31.
Tacita,non expreſſa,competit mulieri pro augmento dotis conſtante matrimonio facto ex parte vxoris, clau.14.& fin. glo. vnica, par.1. num.94.pag.852.
Hypothecę etymologia,remiſsiuè, cla.7.glo.2. par.1.num.1.pag.546.
Hypotecæ ſpecialis, ſeu pignoris ſola reſeruatio inre vendita, operatur quòd venditor præferatur alijs,clau.7.gloſ.2.par.9.n.32.pag.622.
Deciſiones nonnullę noſtri Sena.in hac materia, ibidem num.33.
Hypotecę reſoluuntur cum res cadit in commiſſum ad fauorem domini directi,vbi deciſ. ibi. num.63.pag.626.
Reloluuntur ſemper cum res redit ad dominum ex lege,& conuentione ab initio dicta,non cũ ex noua cauſa,ac illa quidem voluntaria, ibidem num.73.
An reſoluantur cum res redit ad primum dominum ex pacto de retrouendendo, ex pacto legis commiſſoriæ, & adiectionis in diem, vigore l.2.C.de reſcin.vend.& cum res donata reuertitur ad donatorem ob ingratitudinem, remiſsiuè,ibidem num.74.
HYPOTECARIA non competit pro legitima, ſed ſolùm perſonalis actio,vbi deciſ. clauſ.5. gloſ.8.par.2.num.52.pag.150.
Non competit pro dote,antequã ſit marito promiſſa,ibidem num.53.
Non competit pro lupplemento legitimę, ibidẽ num.54.pag.151.
HOSPES turpiùs eijcitur,quàm nõ admittitur, clau.6.gloſ.2.par.3.num.17.pag.394.

I

IACTARE ſuum nemo præſumitur, clau.5. glo.1.par.3.num.9.pag.53.
IACTATORVM remedium ſolùm eſt intentandum per poſſeſſorem imfamatum, vt propriè iactata dicantur,concludendo quòd contra eum agatur,clau.5.glo.8.par.14.num.52. pag.287.
IGNORANTIA eſt probanda per allegantẽ, clau.6.gloſ.1.par.3.num.40.pag.363.
Qualis debeat eſſe vt pro ea concedatur in integrum reſtitutio,vbi deciſ.noſtri Sena. clau.7. glo.3.par.2.num.12.pag.649.
Colligitur ex frequenti mutatione beneficiatorum,clau.7.glo.3.par.2.num.6.pag.649.
In adulterio vxoris reſpectu mariti ſemper præſumitur, clau.7.glo.3.par.12.nu.12.pag.758.
ILLATIO non fit ex diuerſis, clau.7.glo.2.par. 8.num.32.pag.610.
IMPEDIMENTA quæ ſint quę poſſunt allegari per mulierem quòd non confecerit inuentariũ bonorum viri, clau.7.gloſ.3.par.1.nu.69. pag.646.
Facti,& impedimenta iuris,impediunt præſcriptionem,clau.6.glo.1.par.2.num.52. pag.351.
IMPEDIMENTVM non præſtat quod de iure non ſubſiſtit,clau.6.glo.2.par.3.num.36.p.415
Allegare non ſufficit,ſed opus eſt probare quòd ſi non fuiſſet impeditus,actum ſibi incumbentem feciſſet,clau.7.glo.3.par.1.nu.67.p.646.
Quod fit per ſocerum,vel alios domi exiſtentes ne nurus faciat inuentarium bonorum viri, eſt legitimum,& excuſat,vbi deciſ.Senatus,ibid. num.70.
IMPEDITO tempus non currit, clau.7. gloſ.3. par.1.num.63.pag.646.
Impeditus an teneatur proteſtari de impedimento,ne ei currat tempus,ibidem num.64.
Opinio negans,ibid.num.65.
Sed auctor conſulit bonum eſſe ſemper proteſtari ad tollendum difficultates,ibidem num.66.
IMPENSA funeris detrahitur ex bonis vinculatis in ſubſidium,clau.6.gloſ.2.par.5.num.22. pag.420.
Funeris ſpectat ad heredem defuncti,ibidem.
Impenſæ funerum, vide in verbo,funerum.
Impenſas,& ſumptus ſoluit ille,ad quem negotium pertinet, clau.7.gloſ. 3. par.5. num.55. pag.583.
Magnas pro perpetua dotis vtilitate recuperat maritus,clau.7.glo.3.par.2.num.32.pag.760.
IMPOTENTIA, & frigiditas coeundi habent veſtigia ex quibus dignoſcantur, vide in verbo,frigiditas.
IMPVBES, nec patris voluntate,nec reſcripto principis poteſt fieri habilis ad teſtandum,cl. 5.glo.10.par.2.nu.57.pag.334.
INCERTITVDO,& æqualitas faciunt contractum licitum,clauſ.7.glo.1.par.3.nu.4.p.537.
INCESTVM non dicitur commiſiſſe qui cum duabus ſororibus rem habuit, clau.5. gloſ.5. par.2.num.5.pag.102.
INDIGNA iudicatur perſona ex bonis fortunę, veluti ſi nobiles mulieres nubunt famulis,vel nobiles viri ancillis,cla.5.par.1.n.96.pag.17.
Niſi compẽſatio fiat,& fieri poſſit in diuitijs,vel pulchritudine, ibidem.
Cenſetur perſona vilis ex patre mechanico nata cui nubat nobilis in vrbe Veneta,clau.5.gloſ. 1.par.1.num.100.pag.18.
INDIGNO nõ tenetur quis nubere, vt habeat legatum relictum ſi nupſerit tali,clau.6.gloſ. 3.par.4.num.23.pag.473.
Quis dicatur in materia matrimonij, & quæ indigna,& plura de indignis, & de indignitate, in materia matrimonij,clau.5.glo.1.par.1.nu. 91.vſque ad num.104.pag.17.
Iudicatur quis ſecundum mores ciuitatis,clau.5. glo.1.num.97.pag.17.

Non

Non dicitur doctor,ne nubere posſit Comitiſſę, ibidem num.98.
Dicitur qui cum certa perſona prohibetur de ea re contrahere,clau.5.glol.1.par.1. num. 99. pag.18.
Dicitur qui deſcēdit ex proſapia Iudeorum,ibidem num.103.
Quo ad nuptias dicitur is, cui non poteſt quis ſine dedecore nubere, ſecundum mores ciuitatis,clau.6.glo.3.par.4.num.26.pag.474.
Præceptum de nubendo alicui indigno, dicitur impoſsibile,& ideò reijciendum, ibidem nu. 27.pag.474.
Indignum quæ efficiant aliquem,ne cum eo quis nuptias decenter contrahere valeat, ibidem num.25.pag.474.ibidem num 35.pag.474.
INDIGNITAS viri circa mores excuſat ab obligatione nubendi cum eo, quando aliquid relictum eſt,ſi cum eo nuberet,vbi deciſ.Senatus,clau.5.glo.1.par.1.num.95.pag.17.
In materia matrimonij in certis partibus non admittitur,niſi quando denigratur familia tota ex talibus nuptijs,quod non iudicat certū auctor,clau.5.gloſ.1.par.1.nu.101.& 102.p.18.
Mariti,ne mulier teneatur ei nubere,fuit per Senatum conſiderata reſpectu morum, quia ille erat ſimplex,ſtultus,&c.clau.6.gloſ. 3. par.4. num.28.pag.474.
INDOTATAM mulierem ducere magnum incommodum,vide in verbo,mulierem.
Ducere vxorem ſtultiſsimum,& miſerrimum, ac extremam dementiam quidam dicunt, vide in verbo,vxorem.
An teneatur ducere mulierem qui obligatus eſt ducere à Rege nominandā,clau.5.gloſ.5. par. 1.num.40.pag.86.
INGREDIENS monaſterium, caſu quo poſsit habere legatum ei relictum pro dote,non poteſt illud transferre in alium,ſed opus eſt quęri monaſterio, vt illud poſsit habere, clau.6. gloſ.3.par.6.num.36.pag.496.
Ingredientes monaſterium non attendunt ad diuitias ſæculi,nec ob eas mouentur in aliquo, ibidem num.8.pag.492.
Alia de ingrediente monaſterū, vide in verbo, filius.
INHABILIS admittitur, & ſuſtinetur propter concurſum habilis,clau.5.glo.8.par.12. num. 11.pag.256.
INHABILITAS ſuperueniens poſt delatam hęreditatem antequām acquiratur,nocet,clau.5. glo.8.par.10.num.11.pag.241.
INHVMANVM eſt compellere patrem ad id ex quo mox futurum eſt vt ipſe conuemantur, clau.7.glo.1.par.1.num.54.pag.341.
Pulcherrima in hoc Senatus noſtri deciſio pro noſtra opinione,ibid.num.55.
INITIA ex obſeruatione longa clarificantur,clau.6.glo.3.per.2.num.34.pag.459.
Initium malum influit in ſequentes actus,& tempora durante eadem cauſa metus,clau.7.gloſ. 2.par.7.num.25.pag.599.
Sit ſpectandum,an finis, clau.7.gloſ.3.par.2.nu. 27.pag.652.
INIVRIA non fit ſcienti,& conſentienti,cau.7. glo.3.par.9.num.40.pag.
Iniuriam propriam vicifcens,ac ſibi ius dicens cauere debet omni lucro legis,vbi deciſ. Senat. clau.7.glo.3.par.12.num.22.pag.759.
INOPIA eſt probanda per petentem alimenta pendente lite,clau.6. glo.2.par.4. num. 22. pag.410.
Viri eſt cauſa,vt conſtante matrimonio dos poſſit reperi, & ideò ea eſt inprimis probanda, clau.7.gloſ.2.par.3.num.22.pag.566.
Inopię quando fit mentio reſpectu certi,& determinati effectus,tunc ille dicitur pauper qui nō habet pro illo effectū,clau.5.gloſ.1.par.3.nu. 14.pag.54.
INOPS quando quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis,clau.6.gloſ.2.par.4.nu.25.p.410.
INSTRVMENTVM dotale non habet paratā executionem,ex quo habet conditionem implicitam,ſi matrimonium ſequatur, clau.5.gl. 5.par.1.num.113.pag.98.
Non eſt niſi adſint ſubſtantialia,cla.6.glo.3.par. 7.num.47.pag.508.
Cum mentione teſtium non probat, niſi ſint in eo expreſſa nomina,& cognomina eorum:vbi latè ponuntur in conuenientia,quæ indè reſultarent,ibidem num.52.
Aliud eſt,& aliud contractus,ſicut aliud eſt continens,& aliud contentum,ibid.nu.66.p.510.
Non contractus ſubſtantiam,ſed ſcripturam reſpicit,ibid.num.67.
Et eius ſubſtantia conſiſtit in his quæ pertinent ad Notarium,contractus verò,& eius ſubſtantia in his quę partibus incumbunt, ibi.nu.69.
Impugnans ex eo quòd inter protocolla Notarij illud non reperiatur, debet probare non dari alia protocolla illius Notarij præter ea quæ oſtenduntur,clau.13.gloſ.vni.nu.17.pag.837.
Narratur caſus,quem de hoc auctor habet in Senatu,ibidem num.18.
De falſo volens redarguere non poteſt obligare partem vt protocolla, & matrices exhibeat, ibidem num.19.
Quod ſe refert ad aliud,an poſsit executioni mādari ſine oſtenſione relati, optima diſtinctio, clau.14. & finali, gloſ.vnica, par.1. num.23. pag.843.
Inſtrumenti tenor deperditi eſt probendus cum die,& loco,& ſubſtantialibus illius,clau.6.glo. 3.par.7.num.47.pag.508.
Tenor non cenſetur probatus,niſi etiam deponant teſtes illud fuiſſe auctentricum,non abolitum,nec cancellatum,ibidem nu.53.pag.509.
Vitia, & ſuſpitiones falſitatis non probantur facilitet,

ciliter,ibidem num.54.
Deperditi tenorem probantes teſtes,debent deponere quod nullam habebat maculam, ibid. num.55.
Deperditi deponentes teſtes de tenore, debent eſſe periti,ibidem num.56.
Teſtes huiuſmodi,quidam volunt debere eſſe ad uocatos,vel ſaltem notabiles tabelliones,non tabelliones ſimplicitet,ibid.num.57.
Deperditi tenor difficilè probatur, propter multa,quæ ad id requiruntur,ideò conſulendũ eſt aliud remedium,ibidem num.62.
De tenore deponentes teſtes, non probant factum,ſed inſtrumentum,& inſtrumentum ſic probatum probat factum,ibidem nu.74.
Fides non cortuit ex quòd nõ reperiatur matrix ſcriptura illius,clau.13.glo.f.vni.nu.13.p.836.
Secus eſt ſi reperiuntur protocolla,& matrices illius Notarij de eo anno ſine aliqua ſuſpitione, & illud non inuenitur inter ea,vbi deciſ. ibid. num.14.
Nec cenſet auctor neceſſe eſſe probare conſuetudinem,& ſtylum notarij conficiendi protocolla,quia ſatis illa,& ille probantur ex oſtenſione protocollorum aliarum ſcripturarum illius anni,ibidem num.15.
Deciſiones Senatus noſtri optimè probãtes omnia ſupradicta,ibidem num.16.
Inſtrumento reprobato, non cenſetur reprobatus contractus in inſtrumento contentus,nec è contra,clau.6.glo.3.par.7.num.66.pag.510.
Inſtrumento anullato ex forma ſtatuti,non anullatur contractus,ibidem num.68.
Inſtrumenta,& capitula nuptialia iam ſolebant antiquitùs,& in lege veteri celebrari,clau.12. glo.vni.par.2.num.21.pag.837.
INTEGRITAS mulieris,an probetur per reperturam ſanguinis,&c. vide in verbo,ſanguis.
INTERDICTVM RÜCVPERANDÆ per noſtras conſtitutiones conceditur viduæ ſi aliquis poſt mortem viri poſſeſsionem bonorum illius occupauit,clau.7.glo.3.par.3.num.11. pag.662.
Retinendæ poſſeſsionis in incorporalibus,ſi ſolutio non fuit denegata,& poſſeſsio non fuit interuerſa,poteſt intentari poſt decennium,clau. 7.glo.3.par.9.num.50.pag.724.
Retinendæ poſſeſsionis magis vtile eſt,quàm reintegrandæ,clau.7.glo.3.par.6.nu.6.pag.728.
INTERDICTVM ſummatiſsimum interim, poteſt intentari in iudicio poſſeſſorio retinendæ,non in reintegrandæ,ibidem num.7.
Summatiſsimum interim an poſsit intentari per mulierem contra eum, qui poſt mortem viri occupauit illius bona,ibidem num. 19.p.729. & num.30.pag.731.
Iſtud ſine dubio competit molieri cum ipſa vltrà poſſeſsionem translatam in eam per conſtitutionem apprehendit etiam corporalem, & realem, vbi deciſ. noſtri Senatus, ibid. nu. 20.pag.730.
Interim datur poſſeſſori non obſtante quòd poſt ſuam poſſeſsionem ſit tes ſequeſtrata,ibidem num.21.
Summatiſsimum interim reſpicit merum factũ, non ius,ibidem num.23.
Et in eo ſolùm conſideratur corporalis detentio, & inſiſtentia,ibidem num.24.
Interim non ſufragatur in intiſdictionalibus niſi reſpectu eorum tantùm,contra quos probatur in ſpecie iuriſdictio exercita, vbi deciſ.noſtri Senatus,ibid.num.25.pag.731.
Interim non ſufragatur ei qui habet ſolùm poſſeſsionem io ſe vigore ſtatuti translatam,ibidem num.29.
Sed contrarium alij tenent,& quomodo,ibidem num.30.
Interim non ſufragatur ei,in quem poſſeſsio ciuilis tantùm in vim ſtatuti transfertur, ſecus vbi vtraque tam naturalis,quàm ciuilis transfertur,ibid.nu.31.pag.331.
Interim olim parùm practicabatur in Cathalonia,& à principio fuit prætenſum eſſe contra conſtitutiones generales Cathaloniæ,ibid.nu. 33.pag.732.
Interim nulla conſtitutione, aut alio iure municipali apud nos approbatur,ibid.num.35.
Interim antiquitùs fuerat multoties intentatum, ſed nunquam conceſſum,ibid.num.36.
Interim intrat ad ſedandum contentiones inter fratres,qui prætendunt omnes poſsidere poſt mortem patris,vnus ex clauſula conſtituti, & alius per apprehentionem realis poſſeſsionis, ibidem num.45.
Interim datur etiam aliquando in negocijs Eccleſiaſticis,& inter perſonas Eccleſiaſticas,ibidem num.47.
Interim,ac indicium ſummariũ l.fin.C. de ædic. Diui Adria.tollen.fuit melius quàm alibi tractatum in cauſa de qua hic, ibidem num.50. pag.734.
Interim non competit diceoti ſe ſpoliatum, ibi. num.52.
An id procedat tam reſpectu poſſeſsionis naturalis,quam ciuilis,& alias,latè tractatur,ibid.
Interim non datur illis, qui cautè proturant aliquem actum fatere,& poſtea mouent incontinenti litem, ibid.num 57.pag.735.
Interim,ſecundum aliquos,non datur niſi probata turbatione,ibidem num.59.
Interim intrat cum ſolo timore futuræ perturbationis,ibid.num.60.
Interim non intrat niſi in cauſis,in quibus prætendit quis ſe poſsidere,ibidem num.62.
Interim intrat,tam in ſecunda,quàm in prima inſtantia,ibidem num.64.pag.736.
Interim habet dilationes arbitrarias in ſui cognitione,ibidem num.67.

Interim reſpicit potiùs ſtatum rei, qui erat temporis litis motę, vel paulò ante, quàm veram poſſeſsionem, ibid.num.71.
Interim non curat de iuſtitia, aut iniuſtitia poſſeſſionis, quæ pro eo allegatur, ibidem num.44. pag.737.
Interim eſt modici præiudicij, ibid.num.76.
Interim conceſſum alicui poteſt deindè auferri, & reuocari, ſi detegitur quòd ille non poſsidebat, & è contra, ibidem num.77.
Interim non eſt concedendum niſi cognito aliqualiter de proprietate, ibidem nu.78.
Prouiſio, quę fit in interdicto interim, habet executionem non obſtante ſupplicatione, niſi ſit contrarij imperij, ibid.num.80.
Prouiſiones factæ in interdicto interim ſecum trahunt executionem, ibid.num.85.pag.738.
Interdicti interim nulla fit mentio in libro obſeruantiarum Regiæ Audientiæ huius Principatus, clau.7.gloſ.3.par.6.num.38.pag.732.
Interdicto interim ſumariſsimo ſe poteſt deffendere ab vniuerſitate, quę vult tributa exigere, is qui prętendit immunitatem, ibidem num. 42.pag.733.
Interim ſe deffendit quis ne à burſa officiorũ ciuitatis ex aliqua cauſa exburſetur, qui prętendit non poſſe exburſari, ibid.num.43.
Interim ſe deffendit poſsidens quaſdam aquas cum ab alio in eis moleſtatur, ibidem nu.44.
In interdicto interim pręfertur donatarius cum clau. conſtituti vxori, vide in verbo, donatarius.
Solùm attenditur derentio vera rei corporaliter, vide in verbo, derentio, & vide clau.7.glo. 3.par.10.num.51.pag.734.
INTERESSE regulariter in Cathalonia non adiudicatur, niſi à die litis motæ, vide in verbo, fructus.
Proportionabile, & non exceſsiuum à principio taxari poteſt, vbi deciſ.clau.5.glo.9.num.18. pag.308.
Etiam in mutuo, vbi deciſ.noſtri, & aliorum Senatuum, ibidem num.19.pag.309.
Concordia duarum deciſionum Senatus, quę videantur contrariæ, ibidem num.20.
Pretij non ſoluti debetur venditori, qui rem tradidit, etiamſi illa res ſit ſtetilis, clau.6.gloſ.2. par.6.num.16.pag.426.
Debitum cenſetur remiſſum per receptionẽ ſortis, etiam ſi ſit proteſtatum, vbi deciſ. ibidem num.42.pag.430.
Dotis quando eſt taxandum, taxari debet ad eſt modum quo conſuetum eſt in regione currere ibidem num.68.pag.434.
In Cathalonia in mercatoribus taxatur ad rationem duorum ſolidorum pro libra, in alijs ad rationem vnius ſolidi, vbi deciſ.noſtri Senatus, ibidem num.69.
Taxatio in maiori ſumma, quàm taxari debuiſſet facta, non proindè anullatur, ſed reducitur ad iuſtum, & æquum, ibid.num.70.
An debeatur marito pro retardatione traditionis paraphernorum promiſſorum ei, ſicut pro retardata ſolutione dotis, vbi deciſ.Rot. Roma. pro negatiua, clau.6.glo.2.par.7.num.67. pag.444.
Dotis petitæ à die litis motæ debet adiudicari vxori ſeorſum à viro habitanti cum ipſa dote, quando maritus vergit ad inopiam, ſecus ſi cum eo viuebat, vbi deciſ.clau.7.glo.2. par.3. num.29.pag.566.
Sine intereſſe nemo auditur, clau.7.glo.3.par.6. num.9.pag.687.
Pecuniæ debetur credirori non facienti fructus ſuos in exonerationẽ fructuum per eum perceptorum, vbi deciſ.noſtri Senatus, clau.7.gl. 3.par 7.num.5.pag.701.
Æſtimationis bonorum mobilium non currit niſi ex die æſtimationis, clau.8.glo.vni. par. vni. num.22.pag.791.
Quod prætenditur per vnum ſponſum cõtra aliũ nuptias effectuare recuſantẽ, quale poſsit eſſe, clau.12.glo.vnicà, num.12.pag.832.
Vide alia in verbo, fructus.
INTERPELLATIO verbalis ad incurſum pœnæ non ſufficit in his, quæ nobiſcum acta non fuere, ſed eſt neceſſaria oſtenſio ſcripturarum, clau.7.glo.3.par.5.num.71.pag.488.
Interpellatus ſi quis non fecerit id ad quod tenetur, ſtetiſſe per eum dicitur quominùs ſic factum, clau.6.gloſ.3.par.4.num.33.pag.474.
INTERPRETATIO l. ſi fraudator, §. ſi à foceo, ff. de his quæ in frau. creditor. clau.5.glo.1. par.3.num.25.pag.56.
L. ſi ſocius pro filia, ff. pro ſocio, clau.5.glo.4.nu. 7.pag.71.
Eſt ſumenda, per quam minùs recedimus à proprietate verborum, clau.5.gloſ.8.par.9. num. 34.pag.234.
Item per quam minùs derogatur diſpoſitioni iuris communis, ibidem.
Item per quam redimus ad ius antiquum, & primæuum, ibidem.
In dubio eſt facienda fauore hęredis, clau.6.glo. 3.par.3.num.44.pag.468.
Quæ odium excludit, prefertur illi, quæ facit valere actum, clau.6.gloſ.3.par.5.nu.23.pag.483.
Quæ odiũ excludit dicitur fauorabilis, licèt inutilis reddatur diſpoſitio, ibidem num.24.
Ex coniecturata mente defuncti non admittitur, vbi eſt ſtandum chartæ, clau.6.glo.3.par.6.nu. 28.pag.495.
Lata remouetur ex pari affectione, ibidem num. 53.pag.498.
Eſt ſummenda ex pręſumpta voluntate illius, qui actum facit, quando ille dependet ex vnius voluntate tantum, vt in vltimis voluntatibus, ſecùs verò quando ex voluntate duorum, vt in contracti-

contractibus,clau.7.glo.2.par.2.nu.13.p.554.
Mentis non est facienda in his,quæ sunt in capitulis matrimonialibus scripta,ex mente vnius dotaxat,ibidem num.16.pag.555.
Quandoque fit ex consensu vnius etiã in his, quæ fiunt inter duos,ibid.num.17.
Non est sumenda pro inualiditate actus, ibidem num.62.pag.560.
Omnis reijcitur,& omnis extensio,vbi statutum est intelligendum ad litteram, clau. 7. glos.3. par.7.num.19.pag.702.
Quia solùm dicitur esse in littera quod oculis ipsis legi potest,ibidem num.20.
Ex mente,nunquam censetur reiecta etiam si statutum sit intelligendum ad litterã,& Hæbray cẽ,clau.7.glo.3.par.9.num.25.pag.722.
Quæ sit ex mente,non dicitur extensio,sed comprehensio, ibidem num.26.
Intellectiua,& declaratiua quę sit, ibid. num.29.
Vt vitetur absurdum,est etiam admittẽda in statutis intelligendis ad litteram,ibidem nu,32.
Est admittenda,quæ habet conformitatem cum iure communi,ibid.num.33.
Constitutionis 3.de fur.clau.5.glo.8.par.14.nu. 42.pag.246.
Debet semper fieri quæ omnibus pariformiter conueniet, clau.5. glos.3.par.1.nu.21.p.450.
Interpretationem certam quæ habuerunt,murãda non sunt, clau. 6.glos. 1.par.14.num.29. pag.370.
INTERRVMPI propriè non dicitur tempus, quod iam cõpleti est,cla.5.glo.5.par.2.pag.92.
INVENTARIVM dicens se non debuisse conficere,quia non erant bona,tenetur id probare,clau.5.glos.1.par.2.num.31.pag.34.
Qui fecit,& dicit non esse alia bona,non tenetur ad aliud,clau.5.glos. 1.par.2.nu.33.pag.34.
Habet præsumptionem pro se,ibidem.
Per ostensionem inuentarij probatur bona libera non extare,in quo ea non reperiuntur, vide in verbo,buna libera.
Pro inuentario præsumitur,clau.6.glos.2.par.7. num.37.pag.439.
Vt prosit,vt aliud pro alio solui possit,est bona cautela probare in loco non reperiri emptores eo modo quo debeteot,clau.6. glos.3. par.3.num.40.pag.468.
Sufficit quòd perficiatur intra sexaginta dies licèt non inchoetur intra triginta, vti statutum dicit,clau.7.glos.3.par.1.num.60.pag.645.
In ciuitate Dertusæ,& in oppido Perpiniani fit adhuc cum solemnitatibus iuris communis, clau.7.glo.3.par.2.num.46.pag.654.
Decisio Senatus pro ciuitate Dertusæ, ibidem num.47.
Vt prosit, qua solemnitate debeat fieri, clau.7. glo.3.par.2.num.45.pag.654.
In Cathalonia fit coram Notario,& testibus sine citatione legatariorum,& creditorum,ibid.
Si fit cum omissione rerum magni valoris scienter,an qui illud fecit,amittat solùm ius fruẽdi illis rebus cum dupli restitutione, an omne beneficium inuentarij,ibid.num.55.pag.655.
Quòd amittat omnia inuentarij beneficia,tenent plures Doctores,& Senatus, qui dicunt communem,ibid.num.56.
Sed in nostro Senatu diuersimodè reperimus declaratum,ibidem num.57.pag.656.
Decisiones quędam nostri Senatus,quę videntur contrariæ,ad istud adducuntur, ibidem.
Hęredis prodest mulieri ad effectum gaudendi beneficio consti.hac nostra, ibidem num.73. pag.658.
Hæredis impedit ne confusæ possint diei actiones,clau.7.glos.3.par.7.num.42.pag.705.
Inuentarij beneficium non prodest hęredi quando scienter soluit posterioribus creditoribus, clau.5.glos.8.par.7.num.24.pag.206.
Et statuti beneficium nunquam censetur testator voluisse hæredi suo auferre in dubio, clauf. 6. glos.3.par.3.num.42.pag.468.
Beneficium non prodest hęredi facienti actum ex persona propria,ibidem num.52.pag.469.
Faciendi tempus non currit,nec currere incipit nisi post lapsum nouem dierũ, in quibus fiunt exequię,clau.7.glo.3.par.1.num.58.pag.645.
Præceptũ de inchoando eo intra trigiota dies,est leuis solemnitatis,ibid.num.65.
Reliqua,vide in verbo,mulier.
INVERISIMILE non est præsumendum, nec venit in generali sermone,clau.7. glos.2.par. 2.num.9.pag.554.
IOCALE,quod lucratur mulier superuiuens marito, adiudicatur arbitrio boni viri, & in nostro Senatu quomodo soleat fieri,vbi datur secundum iocale, clau.7.glos.3.par.6. num. 64. pag. 694.
Vnum ex iocalibus mediocribus debetur viduæ Barcinonæ de consuetudine, vide in verbo, anulus,& clau.7.glos.3.par.6.nu.57.pag.694.
Iocalia missa sponsæ antequàm matrimonium perficiatur,an sint ipsius,vide in verbo,dona.
IRNERIVS, qui auctenticas Codici inseruit, non habebat potestatem legis condendæ,cla. 5.glos.8.par.12.num.8.pag.256.
IVDÆVS si quis vocatur in hac Prouincia,iniuria magna dicitur affici,vbi decis.nostri Sena. clau.5 glo.1 .par.1.num.105.pag.19.
Iudæi quomodo,& quando ceperunt odio habere in Hispania,clau.5.glos.1.par.1.num.107. pag. 19.
IVDEX ex officio potest compellere patrem ad collocandam,& dotandam filiam, vide in verbo,dotandam.
Laicus est competens ad exequendum pœnas contra corrumpẽtem virginem,vbi decis.clau. 5.glo.5.par.1.num.23.pag.85.
Nisi esset clericus qui id fecit,vbi decis.ib.n.24.

Eccle-

Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de cauſa ſtupri, ſi laicus manus ei non appoſuit, ibid. num. 25.
Iudex poteſt iterùm punire laicum ſi non fuit cõ dignè punitus ab Eccleſiaſtico, vbi deciſ. ibid. num. 2. & 27.
Laicus non ſe introoiittit de ſtupro, quando corrumpens mulierem promiſit eam ducere in vxorem, & de hoc eſt tractandum, ibidem num. 28.
Non videtur metum inferre exequendo iuris diſpoſitionem, ibidem num. 30.
Non poteſt ſuper cauſa principali, etiam in Cathalonia, declarare, etiamſi proceſſus ſit inſtructus, non declaratis priùs altercatis alimentorum, falſitatis, & attentatorum, vbi deciſ. noſtri Senatus, clauſ. 6. gloſ. 2. par. 3. num. 83. pag. 404.
In quæſtionibus dubijs poteſt ex aliqua cauſa, quamuis minima, in vnam potiùs, quàm in aliã opinionem flecti, clau. 6. gloſ. 2. par. 3. num. 46. pag. 442.
Poteſt præfigere tempus, vt quis adimpleat, quod ſibi per teſtatorem iniunctum eſt, clauſ. 6. gloſ. 3. par. 4. num. 20. pag. 475.
Qualiter ſe habere debeat in dicta temporis præfictitione, ibidem num. 21.
Non eſt qui priuilegium tribuit cum illud declarat, ſed lex quæ illud concedit, clau. 7. gloſ. 2. par. 8. num. 3. pag. 606.
Æſtimare debet quæ res debitoris ſit creditori pro ſuo credito tradenda, ibidem num. 19. pag. 609.
Cauſæ criminalis cognoſcit de articulo ciuili in ea incidenti, clau. 7. gloſ. 2. par. 9. num. 54. pag. 624.
Et ſemper remanet ciuilis ille articulus quamuis incidat in criminali, ibidem.
Requiſitus ſecundum noſtrum Mier. cognoſcit de oppoſitionibus mulierum, nedum quod attinet ad valorem, & æſtimationem bonorum, ſed etiam quoad prioritatem, & potioritatẽ crediti illius, cla. 7. glo. 2. par. 10. n. 5. pag. 629.
Requiſitus non tenetur ſuperſedere in executione ex oppoſitionibus, quæ fiunt iure proprietatis, ibidem num. 6. pag. 630.
Qui cognoſcit de cauſa principali, cognoſcit etiã de prioritate, & potioritate creditorum ſe opponentium, ibidem num. 10.
Cauſæ principalis, eſt Iudex cauſæ connexæ etiã, ibidem num. 11.
Requiſitus nullam habet cognitionem niſi eorũ, quæ illi committuntur, ibidem num. 12.
Requiſitus non cognoſcit de oppoſitionibus mulierum, & aliorum creditorum, ſed eas remittit ad Iudicem requirentem, ibidem num. 13.
Principalis debet eſſe etiam acceſſorij, non diuerſi Iudices, ibidem num. 17. pag. 631. & nu. 57. pag. 635.
Eccleſiaſticus, qui cõgnoſcit de ſeparatione matrimonij, & de diuortio, an cognoſcat etiam de reſtitutione doris, & donationis propter nuptias, ibidem num. 55. pag. 635.
Deciſ. noſtri Senatus, ibidem.
Iudex ratione ſcandali euitandi, poteſt ad ſe auocare poſſeſſionem, clau. 3. glo. 3. par. 9. num. 6. pag. 717.
Non poteſt ad ſe auocare poſſeſſionem cum vna pars poſſidet, & non conqueritur niſi de turbatione alterius, ibidem nu. 17.
Non auocat ad ſe poſſeſſionem cum adeſt certus poſſeſſor, quamuis adſit aliquis timor, ibidem num. 8.
Cauſæ criminalis pendente ciuili, poteſt de iure cõmuni dare aſſiſtentiã turbato in ſua poſſeſſione, ibidem num. 15. pag. 719.
Non debet ſcupuloſa indagatione ſcrutari num dotatio paterna excedat legitimam, vel non, clau. 5. glo. 8. par. 14. num. 27. pag. 284.
Secularis, an & quando poſsit cognoſcere de nullitate abſolutionis iuramenti à Iudice Eccleſiaſtico conceſſæ, clau. 7. gloſ. 2. par. 7. num. 22. pag. 599.
Qualiter ſe debeat habere in reſcindendis obligationibus mulierum, clau. 7. gloſ. 3. par. 13. num. 31. pag. 769.
Iudicis officiũ iotrat quãdo verba diriguntur ad Iudicem, clau. 5. glo. 5. par. 1. nu. 113. pag. 98.
Iudices admonentur ne mulieribus liberent dotes ſimpliciter propter periculum amiſsionis earum, cum maritus vergit ad inopiam, clau. 7. glo. 2. par. 3. num. 49. pag. 568.
Iudices requirentes ſolent dare in mandatis, requiſitis quòd oppoſitiones ſi quę fiant, eis remittant, continuãdo ſemper executiones, cla. 7. glo. 2. par. 10. num. 14. pag. 630.
Iudicandi conſuetudo inducitur ex binis actibus, clau. 7. glo. 1. par. 2. num. 55. pag. 533.
Iudicare non dicitur meliùs qui ſecundò iudicat, quàm qui primò iudicat, clau. 5. gloſ. 5. par. 2. num. 16. pag. 103.
Iudicare contra conſuetudinem, & cõtra id quod ſemper habuit certam interpretationem, malum eſt, clau. 5. glo. 8. par. 7. num. 71. pag. 216.
Iudicandum eſt in Cathalonia per directum ſeruatis terminis conſtitutionum, clau. 7. glo. 3. par. 10. num. 37. pag. 732.
IVDICIA hominum omnia ſunt fallacia, & ramen eis pro neceſsitate vti debemus, clau. 5. glo. 5. par. 2. num. 69. pag. 112.
Reſpondetur ad auctoritatem D. Ambroſij in cõtrarium allegaram, ibidem num. 70.
In iudicijs quaſi contrahitur, clau. 9. glo. vni. par. 2. num. 13. pag. 809.
IVDICIVM obſtetricũ eſt multùm fallax, quia ſæpè manus fallitur, & oculus obſtetricis, vide in verbo, obſtetricum.
Obſtetricum, quamuis fallax ſæpè ſit, illud tamẽ ſequi debemus, quia nullam habemus meliorẽ probatio-

probationem, vide in verbo, obſtetricum.
Actitatum cum vxore tenente, & poſſidente bona viri valet, & tenet, & omnibus præiudicat, & poſtea cum hęrede nouiter citato, vbi decif. noſtri Senatus, clauſ. 7. gloſ. 3. par. 3. num. 27. pag. 663.
Idem ſeruatur in Regno Portugaliæ, ibid. nu. 28.
IVRAMENTVM corruptæ an ſit neceſſarium contra corrumpentem, vide in verbo, corruptæ.
